UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76432

Visual Library

Th. 595a.

G. IX
6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



R. P. D. ANTONINUS

DIANA

PANORMITANUS,

CLERICUS REGULARIS, DOCTOR CELEBERRIMUS,

Coram S. D. N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinator,
& Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,

COORDINATUS,

SEU OMNES

RESOLUTIONES MORALES,

EIUS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA,
& Materias fideliter dispositæ, ac distributæ.

EDITIO NOVISSIMA, ET AUCTA,


A quamplurimis quibus cæteræ scatebant erroribus purgatissima.

Cui de novo accessit Tomus Decimus, veluti Summa totius Operis, ad commodiorem faciliorémque Theologiæ Moralis Studiosorum usum;

PER V. P. MARTINUM DE ALCOLEA,

Monachum Carthusiensem ex Regali Cœnobio de Paulari.

TOMUS OCTAVUS.




LUGDUNI,

Sumptib. JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.

M. DC. LXXX.

CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.



SYLLABUS TRACTATUUM

HUJUS TOMI OCTAVI.

TRACT. I. DE Opinione probabili.
II. De Conſcientia dubia.
III. De Parvitate materiæ.
IV. De Juramento ſimpliciter; atque de Juramento, & Voto, ut eſt promiſſio Deo facta, &c. & de eorum Abſolutione, Relaxatione, Commutatione, & Diſpenſatione.
V. De Homicidio, & Mutilatione, atque de Reſtitutione pro ipſis.
VI. De aliquibus Caſibus circa materiam Luxuriæ.
VII. De Furto, & Reſtitutione propter ipſum. Atque de aliquibus aliis reſtitutionibus ſpecialibus, & etiam de reſtitutione famæ agitur.
VIII. De Caſibus occurrentibus tempore mortis.
IX. De Mutis, Surdis, & Cœcis.
X. Miſcellaneus, in quo reſultant 18. ſingulares Reſolutiones, & quæ ad nullum ſpecialem Tractatum hujus totius operis pertinent, nec convenire poſſunt.

LICEN

LICENTIA.

NOS Frater Joannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis, concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea, Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo, tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu Resolutiones Morales Reverendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures Tomos digestas, ut typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis Decretis. Dummodò id fiat absque expensis & gravamine Domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. JOANNES *Prior Carthusiæ.*

REGII PROCURATORIS CONSENSUS.

PRo Rege assentio, ut liceat JOAN. ANT. HUGUETAN, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandare R. P. ANTONINI DIANÆ Opera Coordinata per R. P. MART. ALCOLEAM, in decem Tomos distributa, concessis impetranti inhibitionibus ad quinquennium computandis, à die finitæ Impressionis. Datum Lugduni 1. Decembris 1674.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Conclusiones Procuratoris Regij, anno & die supradictis.

DESEVE.

Desit excudi 3. Novembris 1679.



INDEX

INDEX

Tractatuum, & Resolutionum hujus Tomi Octavi.

Vltimus numerus paginam indicat.

TRACTATUS I.

De Opinione probabili p. 1.

RES. 1. AN sit licitum, relicta opinione probabili, & magis tuta, sequi opinionem probabilem, & minus tutam? Ex p. 2. tr. 13. r. 1. ibid.

2. An in administratione Sacramentorum liceat sequi opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori? Et in textu hujus resolutionis aliqui casus specialiter pro praxi hujus quæstionis explanantur? Ex p. 2. t. 13. r. 2. ibid.

3. Quænam opinio eligenda sit, illa, quæ est Sacramento favorabilis, an illa, quæ est favorabilis suscipienti? Et pro praxi adducitur, an qui petiit confessionem possit absolvi in articulo mortis, etiam sine condutione; & in tali casu sufficiat unius testis fides, testans infirmum signa pœnitentiæ indicasse, nec talem testem jurare necessarium, nec Christianum esse oportebit? Ex p. 2. t. 13. r. 13. p. 2

4. An in Sacramento Pœnitentiæ, quando agitur de jurisdictione Confessarii, possit ille, & pœnitens uti in ejus administratione opinione probabili, relicta probabiliori? Et an in electione opinionum illa sit amplectenda, quæ est probabilior, & securior? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 4. ibid.

5. An liceat uti jurisdictione probabili relicta certa? Idem dicendum est de materia, & forma? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 1. r. 59. p. 3

6. An Confessarius teneatur sequi pœnitentis opinionem? Et an Confessarius non proprius, ut regularis, & non proprii Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet absolvere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimat, si tamen probabilis reputetur inter Doctores probata authoritatis? Ex p. 2. t. 13. r. 11. p. 5

7. An sit opinio probabilis asserere in articulo mortis, præsente Parocho, posse quemlibet sacerdotem absolvere moribundum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 161. ibid.

8. An quando fas est sequi aliquam opinionem probabilem in vita, etiam liceat sequi illam in articulo mortis? Ex p. 2. t. 13. r. 9. p. 6

9. An opinio probabilis speculativè, sit semper probabilis practicè? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. r. 21. ibid.

10. An opinio speculativè probabilis semper in praxi tuto complecti possit? Ex p. 2. t. 13. r. 12. p. 7

11. An sit probabilis opinio aliquorum asserentium Equites Hierosolymitanos non esse verè religiosos? Et an virtute Cruciatæ possit commutari votum religionis D. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, non tamen religionis D. Ioannis? Et notatur Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ non esse verè religiosos. Et docetur, quod legatum relictum sub conditione, si aliquis efficiatur religiosus, possit consequi, si aliquis efficiatur Eques Melitensis? Ex p. 11. t. 4. & Misc. 4. r. 33. ibid.

12. An responsor casuum conscientiæ possit consulere in his, quæ pertinent ad utilitatem interrogantis juxta aliorum opinionem contra propriam, itaut vir doctus possit relicta opinione, quam probabiliorem credit, juxta probabilem consulere, quando pœnitentem consilium eximit, verbi gratia, ab obligatione restitutionis, & alia quacumque? Et quid autem, quando ipsum confessor ad quidpiam obligat? Et an quando supradictus responsor casuum interrogaretur, quid ipse sentiat esse verius, & probabilius, an tunc debeat consulere, quod ipse indicat esse verius, vel probabilius? Ex part. 2. tract. 13. res. 14. pag. 8

13. An eo ipso, quod aliqua opinio in aliquo libro inveniatur impressa, existimanda sit probabilis? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 60. p. 9

14. An authoritas unius Doctoris probi, & docti reddat opinionem probabilem? Ex p. 4. t. 4. & Misc. res. 30. ibid.

15. An quando varietas opinionum versatur inter superiorem, & subditum teneatur subditus obedire? Et an superior non possit iustè punire subditum non obedientem ductum ad id opinione probabili? Ex p. 2. tr. 13. res. 10. ibid.

16. An subditus possit non obedire præcepto superioris, quando probabiliter judicat esse illicitum, vel extra jurisdictionem? Et notatur, quod si sub opinione probabili est superiorem non esse legitimum, quia verbi gratia, legitimè non est electus, vel ex alio capite, subditum non esse obligatum obedire? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. r. 31. p. 10

17. An Rex possit bellum gerere ex opinione probabili, licet ab altero Rege possideatur Regnum, etiam cum opinione probabili? Ex p. 2. tr. 13. r. 8. ibid.

18. An si duo Reges habeant ius probabile ad successionem alicuius regni, possint illud armis occupare, non expectata sententia iudicum? Sed difficultas est, ad quem pertineat in hac causa ius dicere? Et docetur posse Reges, stante opinione probabili, inferre bellum alteri Principi Regnum ex opinione probabili etiam possidenti, & posse dari bellum ex utraque parte iustum. Et infertur ex

testamento minus solemni acquiri ius ad rem legatam, & eam posse clam à possidente tolli privata authoritate, seclusotamen scandalo? Ex p.9. tr.8. & Misc.3. r.70. aliàs 69. p.11

19. *An in favorem Principis præsumendum sit in dubio positivo?* Habet v.g. subditus rationes probabiles, ut aliquod tributum sit iniustum, adsunt vero pro Principe & iustitia vectigalis aliæ rationes probabiles, quæritur, an teneatur solvere tributum? Ex p.2.tr.17. & Misc.3. res.59. p.13

20. *An iudex possit iudicare secundum opinionem probabilem, communi, & probabiliori relicta, & etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilis sit circa ius, non vero circa factum? Et cessante scandalo, an possit nunc circa unam, nunc secundum aliam iudicare? Et si adest scandalum, quamvis peccaret, non teneatur ad restitutionem? Ex his etiam infertur decisio multorum casuum, qui in §. ultimo huius resolutionis explanantur, in quibus iudex potest iudicare secundum quam maluerit, sententiam & opinionem. Et tandem advertitur iudices non ob id subjici Syndicatui, quod iuxta opinionem probabilem ferant sententiam, probabiliori relicta, & communiori?* Ex p.2.r.13. ex r.3. ibid.

21. *An iudex possit iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori? Et quid, si ex parte facti probationes æquales sunt? Et quid, si res divisibilis sit, an tunc iudex debeat dividere, aut si dividi non possit partes componere? Et in causis criminalibus an iudex teneatur sequi opinionem probabilem in favorem rei, non obstante opinione probabiliori in favorem Fisci, vel accusatoris? Et an hoc etiam procedat, non solum quando opinio in favorem rei est probabilis circa factum, sed etiam quando est probabilis circa ius?* Ex p.3. tract. addit. res.13. p.14

22. *Virum unus ex iudicibus, ad quos eiusdem causæ decisio spectat, possit contra proprium sensum iuxta alterius Collegæ opinionem sententiam ferre? Pro quo in §.1. huius resolutionis prius duo supponuntur. Et an iudex in iudicando possit sequi opinionem probabilem, quæ versatur circa ius, relicta probabiliori?* Ex p.11.tr.2. & Misc.2. res.60. ibid.

23. *An appellatio sit licita, si sententia lata sit à iudice secundum opinionem probabilem, vel quod magis est probabiliorem? Et hoc non solum in causis capitalibus, & sanguinis, sed etiam in civilibus?* Ex p.3. tract.5. & Misc.1. res.105. aliàs 104. p.16

24. *An Advocatus, probabiliori relicta, possit consulere secundum opinionem probabilem in causa sanguinis, vel amissione omnium bonorum? Et an in hoc casu Advocatus teneatur manifestare parti minorem probabilitatem suæ causæ, alias restituet ei expensas, & damna?* Ex p.2.tr.13.r.4. ibid.

25. *An Advocatus possit patrocinari causam clientis minus probabilem, etiamsi cognoscat contrariam partis adverse esse probabiliorem? Et advertitur, quod si consilium petatur in ordine ad forum externum, seu contentiosum, Advocatus non potest dare consilium iuxta sententiam minus receptam, nisi saltem id ipsum declaret. Et docetur iudicem posse iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori?* Ex p.9.tr.8. & Misc.3.r.63. alias 62. ibid.

26. *An Advocatus possit sequi opinionem Antonii Cujacii, & similium Iurisconsultorum?* Ex p.2. tract.13. res.5. p.19

27. *An Medicus, si iuxta regulas Medicinæ non haberet medicamentum certum, possit sequi opinionem minus probabilem circa aliqua medicamenta, relicta probabiliori? Et quid, si habeat medicamentum certum?* Ex p.2.r.13. r.7. ibid.

28. *An Medicus possit adhibere morituro medicamentum dubium, & sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori? Et an peccet Medicus, qui adhibet medicamentum probabile, cum possit certum adhibere? Et quid, si illud adhibet, de quo utrinque sint æque probabiles opiniones, quod multum proderit, aut nocebit? Et an, si Medicus in ea esset opinione, ut existimaret medicamentum noxium fore, peccet contra iustitiam prudentia vitando medicamentum iuxta opinionem probabilem aliorum?* Ex p.5.r.3. r.132. ibid.

29. *An qui probabiliter putat rem esse suam, etiamsi probabiliter teneatur ab altero, possit de illa facere occultam recompensationem, si ius suum non possit defendere coram iudice? Et quid, si probabilius est rem esse illius, qui illam possidet?* Ex p.9. tr.9. & Misc.4. r.45. alias 44. p.20

30. *Remissivæ aliquæ opiniones Authoris confirmantur?* Ex p.11.tr.1. & Misc.1. r.25. p.21

Appendix ad cæteras alias quæstiones, quæ simul pertinent ad hunc *tract.* 1. de Opinione probabili huius octavi tomi.

An Pontifex suppleat defectum iurisdictionis ministrantibus Sacramentum cum opinione probabili? Ex part. 8. tractat.1. ex resolut.93. Quæ nunc invenietur in tom.3. tractat.1. de Potestate Pontificis resolut.4

An si dubium sit tantum probabile puerum decessurum è vita sine Baptismo, teneatur quis illum cum periculo vitæ baptizare? Et an si quis probabiliter putat se non esse baptizatum, possit adhuc recipere alia sacramenta? Et supponitur esse iterandos omnes Baptismi hac conditione, in quibus baptizans usus est opinione probabili circa essentiam, verbi gratia, circa formam, ut si quis baptizaret in nomine Christi; Genitoris, Geniti, & procedentis ab utroque, & sic de aliis formis dubiis, & idem est circa materiam, ut si quis baptizaretur cum gutta aquæ, cum lexivio, glacie, rore, nive, nondum resolutis, aut baptizaretur infans tantum in capite, pectore, aut scapulis, sed in manu, pede, brachio, vel alia sui corporis parte. Item si daretur falsa probabilis applicatio materiæ, & formæ, aut aliorum essentialium, inter quæ intentio Ministri est. Et an sit opinio probabilis aliquorum asserentium Ministrum ex officio ad id deputatum conficientem Sacramenta non peccato mortali non peccare mortaliter? Ex part.5. tract.3. ex resolut.36. & 11. & in part.10. tractat.16. ex resolut.20. & 28. aliàs 19. & 27. Quæ hic reperiuntur in tom.1. tract.1. de Baptismo resol.49.78.79. & 11

An si quis probabiliter judicat se non peccasse mortaliter, vel jam confessum esse tale peccatum, si probabiliter etiam judicat contrarium, teneatur confiteri? Et quid, quando probabilius pœnitens judicat se peccasse mortaliter, vel non esse confessum tale peccatum? Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum in confessione taceret, peccaret, & exponeret se periculo errandi, circa integritatem confessionis? Et an sit probabilis opinio, quæ docet, ex præsumpta superioris voluntate possit quis aliquem absolvere? Et an pœnitens, quando non est in dubio puro, sed habet assensum probabilem circa factum, quod iudicet, vel voluntarium commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale, teneatur illud confiteri? Et an opinio asserens præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam esse de iure divino, sit saltem probabilis, vel sit præstiam esse de iure tantum humano? Et an sit probabilis opinio aliquorum asserentium posse Parochum simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones audiendas suorum subditorum? Et quid in tempore necessitatis Iubilæi, vel hebdomadæ sanctæ, quando Parochus

Parochus nimis defatigatus est ? Et an saltem possit admittere ad confessiones audiendas suorum subditorum Confessarium approbatum in aliena Diœcesi ? Ex p.3. tr.4. ex r.106. aliàs 107. & in p.5. tr.14. ex r.113. & in p.3. tr.4. ex r.68. & in p.4. tr.3. ex r.5. & in p.9. tr.3. ex r.2. & in p.2. tr.14. ex r.63. & in p.10. tr.16. ex r.75. *Quæ hic sunt* in tom.1. tr.3. de Pœnitentia resl.126.127.5.134.141.149. & 14

An Confessarius non solum possit, sed etiam teneatur adhibere absolutionem in casibus supradictis in articulo mortis, quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa, quæ favet pœnitenti, quia in supradictis casibus Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili nullam injuriam illi infert ? Et quando Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, absolvit moribundum, quæritur, an possit ei absolutionem præbere sine conditione ? Et an cum in peste, bello, naufragio, &c. multis imminet periculum mortis, & dubitant probabiliter de sua contritione, teneantur omnes simul dicere aliqua peccata, & sic simul omnes possint absolvi ? Ex p.3. tr.3. ex resl.9. & 10. & in p.5. tr.3. ex r.71. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tr.4. de Absolut. Sacrament. resl.66.67. & 47

Quidam iter agens per aliam Diœcesim fuit absolutus à Sodomia reservata à quodam sacerdote ordinario. Postea Panormum rediens, cum incidenter in alia confessione id explicaret, noluit Confessarius illum absolvere, asserendo illam Confessionem esse invalidam ; quæsitum à me fuit, an hæc opinio esset vera ? Ex p.2. tr.17. ex r.56. *Quæ hic reperietur* in tom.1. tr.5. de Reservatis, & eorum absolutione resl.50

An sit probabilis illa sententia, quæ docet, Sacerdotem ministrantem aliis sacram Eucharistiam in peccato mortali non esse peccatum mortale ? Et obtenta opinione contraria, an sufficiat, si in confessione dicat se sacrã Eucharistiam ministrasse in peccato mortali sine expressione, & numero personarum, quas communicavit ? Ex p.1. tr.7. ex resl.41. *Quæ hic est* in tom.1. tr.7. de Circunstantiis resl.40

An qui cum aliqua opinione sibi probabili celebravit contra decreta Vrbani VIII. de Celebratione Missarum teneatur reficere Missas, aut stipendia restituere ? Et docetur sacerdotem non posse accipere stipendium pro Missa dicenda, & applicare fructum Missæ ipsi Sacerdoti proprium, & peccare contra justitiam exhibendo pro certo stipendio munera incerta, & fructus Missæ incertos, stante opinione probabili tantum. Et advertitur, quod ex principiis intrinsecis, vel extrinsecis, & hæc duo unum sine altero facere opinionem probabilem. Et quæritur, an peccet Minister utens materia, & forma dubia, relinquens certam, etiamsi sequatur opinionem probabilem, de veritate, & sufficientia, aut speculativè probabiliorem ? Et demonstratur regula generalis, quod in Missa nihil est repetendum, nisi quis probabiliter dubitet se aliquod essentiale omisisse ? Ex p.8. tr.7. ex resl.75. & in p.10. tr.12. ex r.21. & 58. aliàs 57. & in tr.16. ex r.69. & in tr.15. ex resl.42. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tract.1. de Celebratione Missarum resl.24.42.99.28. & 191

An aliqui satis probabiliter asserant essentiam sacrificii consistere in sola consecratione ? Ex p.8. tr.7. ex resl.89. *Quæ hic reperietur* in tom.2. tr.3. de Audienda Missa in die festo resl.27

An sit probabile, quod adsit præceptum sumendi Extremam-Vnctionem ? Ex p.5. tr.3. ex r.97. *Quæ hic est* in tom.2. tr.4. de Extrema-Vnctione resl.24

An si adsint opiniones pro validitate, vel nullitate alicuius Ordinis, teneatur quis in hoc casu Ordinem recipere ? Et quid, si Ordo sit Sacerdotalis, aut Episcopalis ? Et quid est faciendum, si esset probabile in ordinatione sacerdotis non defuisse vinum in Calice ? Ex p.5. tr.13. ex r.47. & in p.4. tr.4. resl.119. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tr.5. de Sacram. Ordinis resl.19. & 14

An si conjuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamvis probabilius judicent matrimonium non tenere, possint petere, & reddere debitum ? Et an pro valore matrimonii sequi aliquis possit opinionem probabilem contra communem ? Idem est de valore professionis. Et an hoc procedat, quando ipsa opinio communis est dubia, secus vero si esset clara ? Et docetur, quod in conflictu opinionum illa est sequenda, quæ favet valori matrimonii. Et explanatur, quod loquendo de Sacramentis, quæ non sunt de necessitate salutis, ut Confirmatio, Extrema-Vnctio, & Matrimonium, satis est quod Minister sequatur opinionem probabilem relicta probabiliore ? Ex p.4. tract.3. ex resol.15. & in part.10. tract.13. ex resol.19. & in part.12. tract.3. ex resol.4. *Quæ hic sunt* in tom.2. tract.6. de Matrimonio resl.174.135. & 166

An causa dispensationis debeat esse justa manifestè, an potius sufficiat causa justa probabilis ? Et an sola probabilis conjectura de obtenta dispensatione sufficiat ad validitatem, & honestatem actus ? Ex p.8. tr.3. ex resl.29. & 84. *Quæ hic sunt* in tom.3. tr.2. de Dispensatione resl.17. & 139

An sit probabilis opinio asserentium in recitatione officii divini relinquentem unam horam Canonicam integram ex munoribus peccare tantum venialiter ratione parvitatis materiæ ? Ex p.10. tr.16. ex resl.29. aliàs 28. *Quæ nunc invenietur* in tom.3. tract.6. de Horis Canonicis resl.78

An Confessarius virtute Cruciatæ possit absolvere aliquem ad cautelam, ut quando dubitat probabiliter, an quædam excommunicatio publicè lata comprehendat illum ? Et an ut Episcopus, & Confessarius virtute Cruciatæ, vel Iubilæi possint commutare aliquod votum, satis sit, quod sit sub opinione, an sit reservatum, necne ? Et an si pœnitens habeat probabilem opinionem, quod nihil re vera debeat, non teneatur aliquid solvere, quia potest sequi opinionem probabilem ? Ex p.5. tr.9. ex resl.40. & 11. & in p.14. tr.11. ex resl.78. *Quæ hic reperientur* in tom.4. tr.3. de Bulla Cruciatæ resl.66.59. & 99

An sufficiat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam Iubilæi, & aliorum ? Et an sit probabile, quod etiam sine Bulla valide possit religiosus sæcularium confessiones audire virtute approbationis, & iurisdictionis ab Ordinario concessæ, si legitimè non fuerit Ordinario præsentatus, & per suum superiorem per sententiam privatus ? Ex p.5. tr.12. ex r.32. & 50. aliàs 49. *Quæ hic sunt* in tom.4. tr.4. de Iubilæo resl.67. & 5

An opinio asserens Chocolatam, *non frangere jejunium sit probabilis ? Et notatur, quod stando in sententia rigorosa, si quis sumeret duas uncias Chocolatæ, non frangeret jejunium ratione parvitatis materiæ ?* Ex p.11. tr.6. ex resl.54. *Quæ nunc invenietur* in tom.4. tr.6. de Ieiunio resl.93

An opinio asserentium Episcopatum non esse Sacramentum mereatur aliqua censura iuri ? Et Angelicus Doctor D. Thomas defenditur. Et an consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili sit reiteranda cum conditione ? Et docetur Baptismum, Sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili esse denuo reiterandum sub conditione. Et quid, si Ordinatio Sacerdotis fuisset facta cum Calice vacuo, vel cum Calice non consecrato, aut si Ordinatus non tetigit Calicem, &c. an in his casibus ordinatio sit cum conditione iteranda ? Ex p.12. tr.1. ex resl.10. & 47. *Quæ hic reperientur* in tom.4. tract.8. de Consecratione Episcopi resl.10. & 47

An qui probabiliter judicat sententiam excommunicationis esse invalidam, teneatur se abstinere, & incurrat pœnas juris ? Et an excommunicatus liget, quando pro subdito adsit opinio probabilis in contrarium ? Et an non restituens ex opinione probabili, si condemnetur à iudice restituere sub excommunicatione, illam incurrat ? Et quid est

dicendum, quando opinio in favorem rei est probabilior? Et an si provisus ad beneficium ignoret se esse excommunicatum ignorantia probabili, tunc electio, & collatio beneficii sit irrita? Ex p.5. tr.9. ex res.29. 72. & 99. & in p.9. tr.9. ex r.46. aliàs 45. *Quæ hic sunt* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione res.30. 121. 169. & 31

An communis opinio Doctorum possit introducere aliquam irregularitatem, etiamsi clarè non sit expressa in jure? Ex p.8.tr.7. ex res.28. *Quæ nunc invenietur* in tom.5. tr.5. de Irregularitate res.9

An sit probabile non incurri irregularitatem per homicidium voluntarium omnino occultum, quod scilicet nulla ratione probari posse in judicio, neque in notitiam hominis venire nisi ex confessione ipsius occisoris? Et an sit probabile Symoniacum occultum non incurrere irregularitatem? Ex p.10.tr.13. ex res.38. & in tr.15. ex res.8. *Quæ hic reperietur* in tom.7. tract.1. de Regularibus res.294. & 298

An si sit probabile remedio, & medicamento non adhibito matrem prægnantem, & infirmam ad mortem & fœtum morituros, eo vero adhibito probabile esset matrem saltem conservari posse, an in tali casu medicamentum, & remedium possit adhiberi? Et quid, quando mater probabiliter timet esse in statu peccati mortalis, an teneatur abstinere à prædictis medicamentis, si speretur fœtum in lucem edendum, & baptizandum fore? Ex p.7. tract.5. ex r.37. & 38. *Quæ hic sunt* in tom.5.tr.6. de Abortu res.41. & 42

An in determinando qualitatem culpæ contra Fidem anteponenda sit opinio Theologorum opinioni Canonistarum, & in processando causam, & in imponendo pœnam Canonis Canonistarum opinio præferatur? Et an in ferenda sententia, si ex parte juris sint diversæ opiniones. Inquisitores teneantur sequi opinionem probabiliorem, & quando æquè probabiles, illam sequi debeant, quæ magis favet reo? Et si detur æquale dubium, an tunc absolvendus sit reus? Et docetur non esse puniendum Confessarium absolventem aliquem cum opinione probabili? Ex p.4. t.8. ex res. 106. & 109. *Quæ nunc invenientur* in tom.5. t.10. de Inquisitoribus res.58. & 81

An Inquisitores, si torqueant reum ex opinione probabili, relicta probabiliori, debeant puniri à suis visitatoribus? Ex p.4.t.6. ex r.38. *Quæ hic reperietur* in tom.5.t.11. de Tortura in S.Officio inferenda res. etiam 38

An si inter authores sint probabiles sententiæ quibusdam affirmantibus legem esse usu receptam, aliis contra negantibus, possit enim quis sententiæ negantium adhærere tuta, & salva conscientia? Et an opinio asserens, quod reus in judice interrogatus in causa capitali, aut honoris, vel famæ non teneatur respondere ad mentem judicis, sit probabilis? Ex p.1. t.10. ex r.3. & in p.10. tr.13. ex r.13. *Quæ hic sunt* in tom.6.tr.1. de Legibus r.40. & 100

An si venditor probabiliter intelligit emptorem emere rem illam ad revendendam, an tunc venditor debeat occultum vitium manifestare? Et an possessor malæ fidei teneatur ad fructus, quos in veritate Dominus rei non erat probabiliter percepturus? Ex p.1. tr.8. ex r.39. & in p.3.tr.6. ex r.14. *Quæ nunc invenientur* in tom.6.tr.3. de Contractibus res.112. & 172

An in judicando illa opinio amplecti debeat, quæ magis favet Ecclesiæ? Ex p.8.t.6. ex r.106. *Quæ hic reperietur* in tom.6.tr.7. de Donationibus res.119

An in administrandis, & recipiendis Sacramentis necessariis ad salutem semper tutiores opiniones amplecti debeamus? Et docetur, quod non solum error communis, sed etiam probabilis Doctorum opinio efficit, ut Ecclesia det jurisdictionem, etiamsi opinio illa sit falsa? Et an, quando adsunt diversæ opiniones probabiles de legitima Prælati possessione, subditus teneatur obedire illi, maximè si sit in possessione superioritatis? Et an quando quis operatur cum opinione probabili, operatur tute, & incedit per viam tutam, & tutas facit suas operationes? Et an quando utrinque sunt rationes probabiles, utrum reverentias Parentum sit gravis, possit filius ingredi religionem? Ex part.3. tract.2. ex resol.3. & in part.4. tr.3. ex resol.8. & 57. & in tract.4. ex resol.8. *Quæ hic sunt* in tom.7. tr.1. de Regularibus res.92.133.275. & 139

An sit probabilis opinio, quæ docet religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in usus, qui sibi placuerint, si in usus turpes expendat, non peccet contra votum paupertatis, & accipiens non teneatur restituere? Ex p.3. t.2. ex r.65. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tr.3. de Paupertate religiosa res.23

An si æquè probabile est, quod correctio nocebit, ac quod proficiet, teneatur quis eam adhibere? Ex p.7. tr.3. ex res.22. *Quæ hic reperietur* in tom.7. tr.4. de Correctione fraterna res.16

An Confessor, & responsor casus conscientiæ possit uni tuta unam opinionem probabilem, & alteri juxta alteram contrariam etiam probabilem consulere? Hoc idem dicendum est de judice in judicando. Et an intrantes in Parlamentum quoad justitiam donativi, & Ministri Regis quoad justitiam tributorum teneantur sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori? Et an regnicolæ habentes rationes probabiles de injustitia donativi facti in Parlamento, possint non solvere collectas, & vectigalia imposita ab Universitatibus pro solvendo dicto tributo, & donativo, etiamsi pro Rege & justitia donativi adsint aliæ rationes probabiles? Et in dicto casu defraudantes tributa, & vectigalia an teneantur ad restitutionem? Et an semper in moralibus licitum sit sequi opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori? Ex p.1. tr.3. ex res.10. 20. 21. & 30. *Quæ hic sunt* in tom.7. tract.6. de Parlamento resol.11.16.31. & 24

An quando sunt opiniones utrum materia voti sit bona, vel mala, teneatur quis illud adimplere? Ex p.4. tr.5. ex res. 13. *Quæ hic est infrà* in hoc ipsomet tom.8.tr.4. de Voto res.17

An liceat exponere se probabili periculo peccandi certo, vel probabili ob bonum spirituale proximi? Ex p.3.tr.5. ex r.13. *Quæ hic est infrà* in hoc tom.6.tr.6. de Luxuria resol.11

An quando probabilis spes est Dominum comparaturum, possit, qui rem alienam reperit, alienare, vel revertere ea uti, quæ usu consumitur? Et an judex, si ferat circa litem aliquam est varietas opinionum, & sententiarum, ut judici liberum sit utramlibet partem in judicando sequi, possit aliquid recipere ab una parte, ut in suo potius favore judicet sine onere restitutionis? Et quid, si judicat juxta opinionem probabilem, relictâ probabiliori? Ex p.4.t.3. ex r.25. & in p.3.tr.5. ex r.55. *Quæ hic sunt infrà* in hoc tom.8. tr.7. de Furto, & Restitutione res.43. & 52

Explanatur, quod si pro facto Prælati, & judicis Ecclesiastici sit aliqua opinio probabilis inter Doctores, quæ cum licite possint illam sequi, re vera tunc nullam vim, aut injuriam facit subdito: & ideo non poterit recurrere tanquam ut oppressus ad judicem secularem, etiamsi pro subdito opinio sit probabilior? Et an in conflictu opinionum illa est complectenda, quæ favet Ecclesiæ? Et an quando sumus in dubiis, an aliquod statutum sit contra immunitatem Ecclesiasticam, debeamus opinionem, quæ favet Ecclesiæ amplecti? Et an judex laicus, si pro sua jurisdictione habeat opinionem probabilem, sed excommunicatur ab Episcopo, sit vere excommunicatus, & teneatur illi obedire? Et an cum tam pro judice Ecclesiastico, quam pro judice laico adsint rationes probabiles circa eorum jurisdictionem, an definienda sit quæstio per judicem Ecclesiasticum? Et explanatur, quomodo sit intelligenda illa quæstio, an authoritas unius Doctoris viri docti, & pii faciat opinionem probabilem. Et an quando judices

sues

sunt Ordinarii, vel delegati, & pro utroque sunt rationes probabiles circa eorum jurisdictionem, an eligere debeant arbitros? Et quid, si unus sit judex Ordinarius, & alius delegatus? Ex p.5. tract.1. ex resolut.13. & in part.4. tract.1. ex resolut.12. & in part.1. tract.2. ex resolut.66. aliàs 65. & in part.5. tract.1. ex res.23. & in part.7. tract.10. ex resolut.5. & in tract.1. ex res.25. alias 23. *Quæ nunc invenietur* in tom.9. tr.2. de Immunitate Ecclesiastica r.37.195.201.207.298. & 340

TRACTATUS II.

De Conscientia dubia, & aliquid de Errante. p.22.

1. *AN sit licitum operari cum conscientia dubia speculative, & non practicè? Et notatur, quod licet ad rectè operandum requiratur judicium practicum moraliter certum, non tamen it aut excludatur omnis formido oppositi?* Ex p.4. tr.3. r.1. ibid.
2. *An hæc regula scilicet,* In dubio melior est conditio possidentis, *non solum sit vera in materia justitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum?* Ex p.4. tr.3. r.2. p.23
3. *An in dubio tutior pars sit eligenda? Et an prædicta regula non præceptum, sed consilium contineat?* Ex p.4. t.3. r.3. ibid.
4. *Occurrentibus duobus præceptis, si quis dubitaret utrum illorum obligaret, eo quod simul impleri non possint, quid facere debeat?* Ex p.4. t.3. r.70. ibid.
5. *An si quis dubitans in die Iovis cœnans, si sit transacta media nox, possit adhuc edere carnes? Et quid è contrario, si hodie sit dies veneris, aut jejunii, & dubitetur, an hora duodecima noctis sonuerit, an possit quis comedere carnes?* Ex p.4. t.3. r.18. ibid.
6. *In dubio, an effectus sit à causa naturali, vel à dæmone, quid faciendum, etiamsi verba addita sint sacra? Et an concurrentibus talibus indiciis, quibus intellectus dubitet, an ensalmus operetur virtute divina, naturali, vel diabolica fas sit eo uti? Et an sit licitum uti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, an contineat tacitam dæmonis invocationem? Pari modo fas non est à Mago petere, ut maleficium dissolvat, si dubitas, an absque novo maleficio id possit?* Ex p.4. t.3. r.43. p.24
7. *An dubius, ensalmus operetur-ne virtute divina, vel diabolica, fas sit eo uti? Et de quodam ensalmo particulari ad præservandum à peste agitur. Et an liceat petere à malefico, ut maleficium dissolvat, si quis dubitat, an absque novo maleficio id possit?* Ex p.4. tr.3. res.62. ibid.
8. *An subditus dubitans de justitia tributi, teneatur illud solvere, maxime si sint gabellæ, & tributa nova?* Ex p.4. t.3. r.39. ibid.
9. *An in dubio privilegium censendum sit reale, vel personale? Et notatur, quod si tibi possidenti privilegium ut reale suboriatur dubium, an sit personale, & diligenter re examinata dubium vincere non possis reale esse poteris reputare. Etiamque quæritur, an in dubio, si privilegium est revocatum, præsumatur revocatum?* Ex p.4. t.3. r.51. p.25
10. *Iudex quid facere debeat in pari dubio?* Ex p.4. t.3. r.40. ibid.
11. *An Advocatus non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia possit patrocinari?* Ex p.2. tr.13. res.6. ibid.
12. *An Advocatus, si causa sit criminalis, possit in dubio facti patrocinari contra reum?* Ex p.4. tr.3. r.47. p.26
13. *An in dubio quis censendus sit illegitimus? Ex quo sequitur expositum, de cuius Parentibus dubium est, habendum esse legitimum. Etiamque infertur, quod si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet præsumi, quod potius sit naturalis, quam spurius?* Ex p.4. t.3. r.6. ibid.
14. *Quis teneatur alere illegitimum, quando duo dubitant uter ipsorum sit eius Pater? Et quid, quando unus ex his est Nobilior, & ditior?* Ex p.4. t.3. r.31. ibid.
15. *Quando duo cognoverunt fœminam, & dubium est magis prolem unius esse, quàm alterius, an uterque teneatur ad alimenta pro æqualitate anhui? Et quid est dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter maritum, & adulterum? Et infertur non solum adulterum non teneri ad restitutionem marito, si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiamsi simul credat probabiliter esse suam. Et in exemplum prædictarum quæstionum alii diversi casus adducuntur valde notandi?* Ex p.7. t.11. & Misc.2. r.35. ibid.
16. *An in dubio si fideicommissum expiret, possit ultimus vocatus de bonis disponere?* Ex p.4. t.3. r.73. p.27
17. *An in dubio beneficium censendum sit simplex, an curatum?* Ex p.4. t.3. r.74. ibid.
18. *An dubius suum-ne suffragium concluserit rem iniustam, teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccaverit?* Ex p.4. t.3. r.63. ibid.
19. *An sit peccatum mortale agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, v.g. erraſti vincibiliter putans in hac hebdomada nullum esse diem festum, vel jejunii, cum tamen sit, adveniente die festo, vel jejunii, Missam, vel jejunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festivum, vel jejunii, peccas-ne omittens Missam, vel jejunium, & sic de similibus?* Ex p.9. t.8. & Misc.3. res.48. §. Sed hic tantum p.28.
20. *An peccet sequens conscientiam errantem, si dictat utramque partem malam? Et in exemplum huius quæstionis adducuntur diversi casus in textu huius resolutionis, & tandem quæritur, an supradicta procedant circa eum, qui sine culpa sua in eum statum venit, ut utraque pars contradictionis videatur sibi peccatum, an vero verificentur tantum de eo, qui ob suam culpam in eas angustias redactus est? Et infertur à fortiori hominem in carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare, quia illa omissio sacri non est libera ullo modo?* Ex p.9. tr.8. & Misc.3. r.47. ibid.
21. *Quo pacto deponenda sit conscientia errans?* Ex p.9. tr.8. & Misc.3. r.49. p.29
22. *An qui occidit Petrum putans, & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit esse Petrum? Et an qui violavit jejunium, quod putabat esse sub obligatione, cum tamen re vera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit, si dicat: violavi ieiunium?* Et hæc sunt generalia pro conscientia erronea, & pro aliis casibus, quando quis teneatur explicare fuisse errorem, sive propter aliam obligationem, sive propter censuram, quæ non incurritur, nisi quando non erratur? Ex p.11. tr.8. & Misc.8. r.60. p.30

† *Nota, quod cæteræ aliæ resolutiones, quæ huic tractatui de Conscientia dubia desunt secundum ordinem R.P. Diana* in sua p.4. tr.3. *in hoc novo ordine sunt appositæ in reliquis aliis tractatibus huius totius operis. Ratio præ aliis huius translationis, & mutationis est, quia si ita non fieret ex supradictis tractatibus, in quibus nunc sunt transcriptæ, debebant totidem resolutiones ad hunc tractatum conduci, & à fortiori danda transmutatione, hæc videtur melior, propinquior, & proprior.*

Appendix ad cæteras alias difficultates, quæ simul pertinent ad istum *tractat. 2. de conscientia dubia, & errante huius octavi tomi.*

AN moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio si aqua sit naturalis, puta in iure carnium, lixivio, vel aliquo liquore, de quo dubium est, an esset aqua, nec possit id examinari? Et quid de glacie, rore, pruina, nive, vel sale, quando resoluta non sunt? Et an cum puer est in articulo mortis possit baptizari cum forma dubia, si nemo adest, qui sciat formam certam? Et an, qui recipit in periculo mortis Baptismum in materia dubia cum gutta aquæ, &c. si vixerit, teneatur sub conditione baptizari? Et an filii Infidelium, post septennium, si sit dubium, nec ne rationis compotes sint, invitis Parentibus, sint baptizandi? Et an si sit tantum dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri, teneatur quis cum periculo vitæ baptizare puerum moribundum? Et an Episcopus, vel sacerdos dubii de suo Baptismo teneantur iterum sub conditione recipere Baptismum? Et quid est dicendum de ordinato ab Episcopo dubio de suo Baptismo? Ex p.5.t.3.ex r.1.2.3. 4. 11. & 16. & in p.7. tract. 11. ex resol. 40. & in p.10. tract.16. ex resol. 20. aliàs 19. *Quæ nunc invenientur* in tom.1.tr.1. de Baptismo res.52.53. 54.75. 78.49.92. & 79

An Confessarius dubius de sua jurisdictione possit confessiones excipere? Et an quis teneatur aliquando confiteri cum Confessario, de quo dubitatur, an habeat jurisdictionem, v. g. si non adest nisi Confessarius approbatus in aliena Diœcesi? Et an quando pœnitens integre confessus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamvis Confessor simili dubio teneretur, non sit iterum confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, novit illud peccatum esse mortale? Et an quando dubium est, puerum habere usum rationis si implevit septennium, præsumendum sit habere, & esse obligatum præceptis Ecclesiæ Confessionis, Eucharistiæ, &c. & a lacticiniis abstinere in diebus jejunii, & à carnibus? Et an quando in articulo mortis quis dubitat de sua contritione, teneatur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia, ne se exponat periculo æternæ damnationis, vel quid in prædicto casu pœnitens facere debeat? Et an confitens, v. g. fornicationem, de qua dubitat, an alias confessus fuisset, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? Et an qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, teneatur sub tali dubio confiteri, & si non deponat dubium, & communicet, an peccet? Et an hoc procedat, quando pœnitens est in dubio puro, secus autem, si habet assensum probabilem circa factum, quod judicet, quod nullum commisisset peccatum, vel saltem tale peccatum esset mortale? Et an si post confessionem huius peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabilem, an teneatur illud confiteri, ut certum? Et an in vero dubio, an quis habeat peccatum mortale, possit sumere Eucharistiam sine confessione? Et an in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem, possit eam sumere, si dubitet, num forte habeat sufficientem contritionem, vel sufficiat attritio, etiamsi cognita sit? Et an peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Et an, qui dubitat se ex verecundia tacuisse aliquod peccatum in confessione, teneatur confessionem repetere? Et quid, si magis inclinet peccatum tacuisse ex verecundia? Idem est de voto. Et an, qui per ignorantiam crassam temere, & erronè aliquod peccatum omisit in confessione, teneatur confessionem repetere? Ex p.4. t.3. ex res. 38. & in p.5. tract. 14. ex res.111. & in part.3. tract.4. ex res.120. aliàs 121. & in p.3. tract.6. ex res.87. & in part.4. tract.3. ex res.52. & in p.3. tr.4. ex res.128. aliàs 129. & in p.5. tract.3. ex resol.72. & in part.4. tr.3. ex r.65. & in p.3. tr.4. ex resol.60. & in p.6. tr.6. ex res.32. & in p.4. tr.3. ex res.5. & in p.3. tr.4. ex r.90. aliàs 91. & in p.6. tr.6. ex r.31. & in p.9.tr.3. ex res.6. & in p.5. tr.14. ex res.44. & in p.9. tr.9. ex res.19. & in p.10. tr.12. ex res.2. & in tr.14. ex res. 14. & 21. aliàs 12. & 19. *Quæ omnes per hunc ordinem reperientur* in tom.1. tr.3. de Pœnitentia res.16.17.28.45.46.78.79.129.132.133.134. 137.138.136.135.197.130.128. & 120

An in dubio, si puer habeat usum rationis sit absolvendus? Et an, si adultus fatetur aliquid: quod dubitet, an sit veniale, sit absolvendus saltem sub conditione? Et an cum periculum vitæ imminet, ut in naufragio, peste, bello, &c. & quis dubitat probabiliter se veram contritionem habere, teneatur confiteri? Et an sit absolvendus moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pugno pectus suum pulsat, vel suspirans oculos in cœlum ponit, vel respicit aliquam imaginem, sed dubitatur, an prædicta signa sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis? Ex part.4. tract.3. ex resolut. 53. & in part.10. tract.11. ex resolut.54. & in part.5. tract.3. ex resolut.68. & 71. & in p.3. tract.3. ex resolut.3. *Quæ hic sunt* in tom.1.tract.4. de absolutione sacramentali resolut.21. 22. 45. 47. & 57

An pœnitens bona fide confitens casum reservatum, & dubitans, an sit reservatum, & post absolutionem noverit esse tale, verbi gratia, si propter dubium sacerdos inferior absolvit ab hæresi, vel ab alio peccato reservato, & postea pœnitens, re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum, an censeatur iam legitimè absolutus, an vero debeat recurrere ad superiorem pro absolutione? Et pro solvenda prædicta quæstione proponitur alius similis casus, verbi gratia, de illo, qui dubius de sua castitatis emisso petiit dispensationem ab Episcopo ratione dubii dispensavit, quod votum castitatis dubium non est reservatum. Et an dubitans, utrum casus reservatus sit, possit Confessarius illum absolvere? Et an possit reservari peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata? Et an casus dubius, si contineatur in Bulla Cœnæ possit absolvi a quicumque Confessario ab ordinario approbato? Et dubitatur, quod casus dubius non censetur reservatus? Ex part.6. tract.6. ex resolut.40. & in part.8.tract.8. ex resolut.72. & in part.4. tract.3. ex resolut.4. & in part.10. tract.14. ex resolut.10. aliàs 8. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tr.5. de reservatis res.40.41.42. & 43

An si pœnitens probabiliter dubitat se pœnitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, teneatur, cum primum possit illam adimplere? Si vero hoc non dubitat, an possit illam post annum differre? Ex part.3. tract.6. ex resolut.56. alias 57. *Quæ hic reperietur in* tom. 1. tractat. 6. de satisfactione sacramentali resolut.24

An in dubio si revelatio confessionis fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis? Ex part.5. tractat. 11. resolut. 41. *Quæ hic est* in tom. 1. tractat. 8. de sigillo confessionis resolut.31

Nunc dubitans, an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit communicare, vel Missam dicere? Idem dicendum est, si dentibus quidpiam masticans dubitat, an deglutierit. Et an, qui dubitat an sit audita hora noctis duodecima, & comedat, aut bibat, an possit die crastino sumere Eucharistiam, vel si saccharum in os miserit, & dubitat, an post mediam noctem aliquas partes in stomachum trajecerit, an, &c. Et an peccet Sacerdos in sacrificio Missæ

utrui

utens materia, & forma dubia, omittens certam etiamsi sequatur opinionem de veritate, & sufficientiam probabilem, aut speculative probabiliorem? Et quid facere debeat Sacerdos, qui perficit Sacrificium ab alio inchoatum, si dubitet, an Hostia sit consecrata? Et adducitur Regula generalis *quod in Missa nihil est repetendum, nisi probabiliter quis dubitet se aliquid essentiale omisisse, imo, nisi quando certo, vel probabiliter dubitat, eo quod non sufficiat quodcumque dubium.* Ex p.3. t.4. ex r.29. & in p.2. t.14. ex r.51. & in p.10. t.12. ex r.8. & 12. & in t.15. ex r.42. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tr.1. de Celebratione Missarum r.123. 115. 202. 237. & 191

An in dubio, utrum peccator sit occultus, aut publicus, danda sit ei Eucharistia? Et an in vero dubio, an habeat peccatum mortale, quis possit sumere Eucharistiam sine confessione? Et an, quando dubitatur, an pueri sint doli capaces in articulo mortis danda sit eis Eucharistia? Et an dubius, si sit hora duodecima noctis, comedat, possit mane communicare, vel si dubius sit, si comederit, post mediam noctem? Idem est de illo, qui assumens aquam ad os abluendum, dubitat, an aliquam guttam transierit, nec non de illo, qui dentibus masticans quidpiam dubitat, an aliquid deglutierit, & de illo, qui adhæret dicto aliquorum dicentium sibi horam noctis duodecimam non sonuisse, aliis vero affirmantibus sonuisse. Ex p.4. t.3. ex r.54. & in p.5. t.3. ex r.44. & in p.10. t.16. ex r.36. alias 35. & in t.12. ex r.17. & 54. *Quæ hic reperientur* in tom.2. t.2. de communione r.29. 88. 90. 56. & ultima est in dicto tom.2. t.1. r.250

Quidam dubitabat, an habuerit intentionem requisitam consecrandi, audiendi Missam, recitandi Horas Canonicas, ideo benignam aliquam opinionem à me postulabat. Ex p.3. t.6. ex r.68. *Quæ hic est* in tom.2. t.3. de Audienda Missa in die festo r.1

An pueri sint ungendi sub conditione, quando dubitatur, an habeant usum rationis? Et an in dubio, (non loquor in casu opinionis,) si morbus sit de se, vel in hoc individuo periculosus, possit Extrema Unctio ministrari? Ex p.3. t.4. ex r.168. alias 169. in p.5. t.3. ex r.85. & in p.9. t.6. ex r.44. *Quæ hic reperientur* in tom.2. t.4. de Extrema Unctione r.43. 45. & 38

Quid est faciendum, quando dubium est, an inter volentes contrahere adsit aliquod impedimentum dirimens? Et in dubio an res egeat dispensatione, an Episcopus possit declarare, vel ad cautelam dispensare? Et an dubius de valore matrimonii post bimestre tempus, si illud non consummavit, quid facere debeat? Et an possit uxor in tali casu, vel teneatur reddere debitum? Et an conjux dubitans de valore matrimonii possit petere, reddere debitum, sive conjux bona fide, sive mala contraxerit? Et an si ante debitam diligentiam petat debitum, teneatur alter reddere? Et quid, si post adhibitam diligentiam non constet veritas? Et quid, quando dubium matrimonii oritur ex dubio impedimenti impotentiæ, an tunc uterque conjux possit petere, & reddere debitum? Et an dubitans de valore matrimonii contrahendi, si illud ineat, possit adhuc petere, & reddere debitum? Et quid, si uterque mala fide contraxit? Et quid est faciendum, si conjuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamvis probabilius indicent matrimonium non tenere. Et an dubius de valore matrimonii, quia dubitat de servitute alterius, possit, ac teneatur reddere debitum? Et docetur per Canones non esse prohibitum inire matrimonium cum dubietate impotentiæ ad coeundum. Et an ille, qui bona fide contraxit, possit libere petere, & reddere debitum, quando novit alterum dubitare de valore matrimonii? Et an si matrimonium sit contractum, sed non consummatum, & ante consummationem incidat dubium de impedimento quid facere teneantur tales conjuges? Et an dubitante de jure suo, si post diligentem inquisitionem magis propendeat in eam partem sibi jus non assistere, quid facere debeat? Et an dubius de valore matrimonii, quod contraxerat, nondum habita certitudine conjugii prioris præmortuæ, debitum à conjuge sua iterum exigere possit? Et an pro valore matrimonii, & professionis sequi aliquis possit opinionem singularem contra communem, quando ipsa opinio communis est dubia, secus vero si esset clara? Et notatur, quod licet in dubio pro matrimonio præsumendum est, & judicandum, tamen hoc procedit, quando in matrimonio contrahendo, vel contracto datur parvitas personarum, secus data imparitate. Etiamque docetur in foro conscientiæ tam quoad sponsalia, quam quoad matrimonium dubitantem liberandum esse in dubio æquali, cum melior sit conditio possidentis. Ex p.4. t.3. ex r.17. 41. & 15. & in p.3. t.4. ex r.294. alias 295. & in p.10. t.13. ex r.7. & 19. *Quæ hic sunt* in tom.2. t.6. de Matrimonio r.131. 173. 174. 175. 132. & 135

An Pontifex possit præcipere, ut in articulo mortis, deficiente materia certa, ministrentur Sacramenta cum materia, forma, & Ministro dubio? Et an in casu extremæ necessitatis non solum possint adhiberi Sacramenta cum materia dubia, sed etiam adesse obligationem Charitatis sic ministrandi, secluso omni præcepto particulari Pontificio? Ex p.8. t.1. ex r.49. *Quæ nunc invenietur* in tom.3. t.1. de Potestate Pontificis r.3

Nota, quod in tom.3. t.2. de Dispensatione *sunt multæ Resolutiones, & in illis diversæ difficultates omnes mistæ pro causa dubia in diversis dispensationibus, quas ibi reperies* in r.17. usque ad r.22. inclusive, & in r.49. 72. 78. 86. 87. 88. 89. & 142

An si quis petat in dubio dispensationem à Prælato, & ipse concedat, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non teneatur Horas Canonicas persolvere? Et ad quid teneatur, si dubius est, an possit maiorem partem officii recitare? Et quid, si etiam Medicus dubius sit, an graviter nocitura sit recitatio, an ager illas persolvere sit obligatus? Vel in dicto casu, an recurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione? Et an dubius ob tenuitatem beneficii de onere recitandi Divinum officium teneatur recitare? Et an dubius aliquem Psalmum, vel Horam omisisse teneatur repetere? Ex p.7. t.11. ex r.14. & in p.4. t.3. ex r.67. & 24. & in p.2. t.12. ex rel.28. & in p.4. t.3. ex r.68. *Quæ hic reperientur* in tom.3. tractat.6. de Horis Canonicis resolut. 39. 43. 9. 44. & 84

An si sit purum dubium in materia justitiæ sit melior conditio possidentis, & ita donec liberetur à dubio, nihil teneatur solvere? Et an in tali eventu secundum forum conscientiæ non erit obligatus ad satisfactionem ad quam in re naturali non est obligatus? Et an quando quis emisit votum virginitatis, & dubius est de intentione, an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam, an inquam, in tali casu nec Confessarius per Bullam Cruciatæ, nec Episcopus possit dispensare? Et an privilegium Bullæ Cruciatæ edendi carnes ex licentia utriusque Medici deserviat quando causa est dubia? Et an quando dubitatur probabiliter, an quædam excommunicatio comprehendat aliquem, possit Confessarius ad cautelam illum absolvere per Bullam Cruciatæ? Et notatur, quod commutatio vel fieri potest in materia, de cuius æqualitate dubitatur, quod est valde notandum. Ex p.5. t.9. ex r.11. & in p.1. t.11. ex r.60. & in p.3. t.5. ex r.70. & in p.5. t.9. ex r.40. & in p.1. t.11. r.49. *Quæ hic sunt* in tom.4. t.3. de Bulla Cruciatæ r.59. 105. 171. 66. & 79

Adducitur Regula generalis, videlicet, quod quando est dubium, an pro aliquare sit præceptum impositum, tunc judicandum est, non dari tale præceptum. Et an possit adduci consuetudo, ut in ieiunio ex Jubilæo extra tempus Quadragesimæ non possit quis comedere lacticinia sine Bulla Cruciatæ, & in dubio de tali consuetudine, an fuerit introducta animo se obligandi, vel causa devotionis, & honestatis, præsumendum sit non obligare? Ex p.5.

tract. 12. ex resol. 42. & in p. 3. tr. addit. ex resol. 20. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tractat. 4. de Iubilæo resol. 65. & 27

An dubius, si expleverit viginti, & unum annum, teneatur ieiunare? Et si facta debita diligentia, quis dubitat, an hodie sit dies ieiunii, teneatur ieiunare? Idem dicendum est, quando est dubius, an hodie sit dies festus, an enim teneatur quis ab operibus abstinere, & Missam audire? Et quid est faciendum, quando quis dubitat, an habuerit legitimam ætatem ad ordines, vel beneficia, aut ad alium actum requisitum? Et quid agere debeat dubius, an teneatur ad ieiunium, an in tali casu teneatur ad Superiorem recurrere? Et quid est faciendum, si Prælatus etiam dubitat de sufficientia causæ, aut iudicet eam minus sufficientem, an debeat tunc ieiunium in alia opera pia commutare? Et an quod Prælatus potest circa ieiunia dubia subditorum, possit etiam circa sua, quod etiam procedit in reservatis? Et an sexagenarii dubitantes, an in supradicta ætate sint robusti, & validi, teneantur ad ieiunium? Et an prægnantes, & lactentes dubitantes, an sint robustæ, & validæ, & virilis ætatis teneantur ieiunare? Et an in dubio, si prohibeantur lacticinia in diebus ieiuniorum extra Quadragesimam ex consuetudine, & an talis consuetudo obliget sub mortali, nec-ne, dicendum sit non obligare? Et an promittens ieiunare in Quadragesima, dubius autem an intenderit abstinere a lacticiniis, peccet, si illis vescatur? Et an, quando causa fuerit dubia circa comestionem carnium in ieiunio, opus sit dispensatione, si ageretur de nocumento notabili? Et docetur Prælatos, & Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendum dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos remittentes id conscientiæ subditi petentis, cum potius ad ipsos spectet dispensare causam dubiam, per dispensationem efficiendo illam justam. Et an Medicus in causa dubia possit in ieiunio dispensare, imo dictis illorum acquiescere dicentium se non posse ieiunare absque alia veritatis indagatione, an vero solum possit declarare, si causa sit sufficiens, an non, autem dispensare? Et an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales afferant grave damnum petenti, possit concedere licentiam, ut comedat carnes in diebus ieiuniorum? Ex p. 1. tr. 9. ex resol. 49. & in p. 4. tr. 3. ex resol. 21. & in p. 1. tr. 9. ex resol. 15. 20. 14. 41. & 5. & in p. 4. tr. 3. ex resol. 20. & 56. & in p. 9. tr. 6. ex r. 26. alias 27. & in p. 10. tr. 13. ex resol. 27. & 43. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 6. de Ieiunio resol. 1. 2. 3. 6. 10. 51. 56. 57. 73. 74. 4. & 78

Dubitans, an proximus sit in extrema necessitate, an teneatur veritatem indagare? Ex p. 5. tr. 8. ex resol. 39. *Quæ hic est* in tom. 4. tr. 7. de Eleemosyna resol. 7.

An in dubio, utrum censura sit lata, vel ferenda, censendum sit tantum ferenda? Et an dubius utrum excommunicationem contraxerit, censendus sit excommunicatus? Idem dicendum est de dubio suspensionis, & interdicti? Et an dubius de alterius excommunicatione, & denunciatione, an debeat illum vitare? Et quid est dicendum, quando excommunicatio est conditionalis, & dubium est, an conditio fuerit impleta? Et dubius, an censuram incurrerit, quid facere debeat? Et an qui dubitat se esse excommunicatum, possit audire Missam? Et an similiter liceat aliis, simili dubio existente, cum eo communicare? Et an in casu dubii possint Principes sine incursione censurarum Bullæ Cœnæ impedire, ne victualia extrahantur ob eorum Regnis ad Romanam Curiam? Et notatur, quod in foro externo in prædicto casu, si impedimentum præstetur a persona publica, præsumitur justo titulo appositum esse, secus vero si a persona privata. Ex p. 4. tr. 3. ex resol. 16. & 35. & in p. 5. tr. 9. ex resol. 44. & in p. 4. tr. 3. ex resol. 66. & in p. 9. tr. 7. ex resol. 17. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione resol. 3. 125. 126. 134. & 42

An quando est dubium, an percussio Clerici sit levis, vel gravis, iudicandum esse gravem? Et an dubius de percussione Clerici notoria teneatur vitare percussorem? Et docetur, ut teneamur vitare excommunicatum denunciatum non sufficere dubium adhuc prudens dictæ denunciationis, sed requiritur notitia illius moraliter certa, quod excommunicatio sit expresse denunciata? Ex p. 9. tr. 4. ex resol. 46. & in part. 4. tract. 3. ex resol. 71. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 2. de Percussione Clerici resol. 5. & 59

An si aliquis Superior præcipiat, ne quis tali hora ambulet tali loco sub pœna excommunicationis absolute, quia dubitat, quod aliquod grave malum sit eventurum, si quis transgrederetur hoc præceptum obedientiæ, licet sit de levi, in se esset peccatum mortale, & per consequens excommunicatus esset excommunicatione maiori? Ex p. 5. tr. 9. ex resol. 47. *Quæ hic est* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione resol. 13

An quando dubium est de iure, hoc est, an sit pro aliquo delicto commisso imposita aliqua irregularitas, tunc iudicandum sit non esse irregularitatem in eo casu contractam? Et an in dubio, si incurrerit excommunicationem ministrando quis Sacramenta efficiatur irregularis? Et an dubius, si quis sit illegitimus debeat censeri irregularis? Et an qui pugnat in bello iniusto, si dubitat, an occiderit, vel mutilaverit, sit irregularis? Et an in dubio facti circa homicidium & in aliis casibus censendus sit quis irregularis? Et an hoc extendatur ad dubium mutilationis, vel homicidii juste commissi, ut in bello iusto, & quid in aliis casibus dubiis iuris, vel facti, an quisquam incurratur irregularitas, nisi in dubio facti homicidii prohibiti? Et si quis manet dubius, an suum consilium influxerit ad homicidium factum, debeat se reputare irregularem, & in dicto casu an standum sit dicto ipsius consulti? Et an si inter multos sit dubium, quis ex illis occiderit, omnes remaneant irregulares? Ex p. 4. tr. 2. ex resol. 80. & in p. 5. tr. 9. ex resol. 94. & in p. 4. tr. 2. ex resol. 59. & 30. & in p. 3. tr. 5. ex resol. 72. & in p. 4. tr. 2. ex resol. 52. & 25. & in p. 8. tr. 7. ex resol. 6. & in p. 9. tr. 7. ex resol. 20. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate resol. 8. 33. 44. 101. 102. 103. 105. 104. & 118

An in dubio, an fœtus sit animatus, quis censendus sit irregularis ex eius abortu sequuto? Et an in dubio utrum fœtus sit animatus procedat non solum quoad irregularitatem, sed etiam quoad alias pœnas? Et an si quis procuravit abortum fœtus animati, sed dubitat de effectu sequuto, vel an mulier sit mota ad abortum faciendum ex consilio præstito, vel a se ipsa, censendus sit irregularis? Et an possit stare dicto personæ fide digne, cui datum est consilium? Et cum medicamentum prorsus dubium est, num auxilium, aut mortem sit illaturum matri prægnanti, si salus eius omnino desperata est, possit adhuc adhiberi, si tenderet ad salutem matris, & ad fœtus abortum? Et an si mors certa imminet ab incendio excitato, vel a fera invadente, licitum sit detento, seu invaso e loco alio se præcipitare cum dubio mortis periculo? Et an femina, quæ post coitum mingit, vel semen digitis eicit, non peccet mortaliter de se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum? Ex p. 4. tr. 2. ex resol. 16. & in p. 7. tr. 5. ex resol. 24. 25. 26. 36. & 31. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tract. 6. de Abortu resol. 20. 21. 22. 23. 40. & 32

An dubius in Fide sit Hæreticus? Et an qui asserit de rebus Fidei se dubitasse, puniendus sit tanquam hæreticus? Et an qui dixit hæresim externam, sed postea dubitare, an dum illam protulit, ita mente senserit, vel illum, an talis hæresim affirmaverit causa ioci, quæritur, an talis hæresis sit reservata? Et an si propter dubium illud inferior absolvat ab hæresi, vel ab alio peccato reservato, & postea pœnitens, re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum, censeatur iam legitime absolutus, an vero debeat recurrere

vere ad Superiorem pro absolutione ? Ex part. 2. tr. 16. ex res. 51. alias 53. & in p. 11. t. 8. ex r. 47. & in t. 7. ex res. 19. Quæ hic sunt in tom. 5. t. 8. de Hæresi r. 1. 2. & 3

An si dubium sit, utrum in peccatis pertinentibus ad Tribunal S. Inquisitionis correctio profutura sit necne, sit etiam præmittenda correctio, vel facienda sit denunciatio ? Et an dubius de emendatione alicujus rei, & præsertim de Hæretico formali, quia semper dubitari potest, an re vera sit emendatus, teneatur illum denunciare? Et an quando Confessarius cum verbis dubiis solicitat fœminam in confessione, teneatur pœnitens illum denunciare ? Ex p. 1. t. 4. ex res. 2. & 3. & in p. 4. t. 3. ex res. 61. & in p. 4. t. 5. ex res. 25. Quæ nunc invenientur in tom. 5. t. 9. de Denunciationibus, &c. t. 3. 6. 8. & 34

An Inquisitores debeant verba dubia interpretari in sensu Catholico ? Et an hoc non solum procedat in dubio rei, sed etiam in dubia testium depositione ? Et an quando datur æquale dubium, absolvendus sit reus ? Et an Inquisitores possint punire reum, quando dubitatur, an sit Baptizatus ? Et an in dubio, si sapiat ne Sortilegium hæresim manifeste, possint Inquisitores se intromittere ? Ex p. 4. t. 8. ex r. 83. 106. 112. & 113. Quæ hic reperientur in tom. 5. t. 10. de Inquisitorib. r. 27. 58. 104. & 86

An in crimine hæresis pro absente citato Procurator comparens admittatur, ut defensor innocentiæ, dum modo res sit dubia, & reus sit tantum de hæresi suspectus ? Ex p. 4. t. 7. ex r. 27. Quæ hic est in tom. 5. t. 12. de Pœnis imponendis in S. Inquisitione r. etiam 27

An quando dubium est, si lex excommunicationis, suspensionis, & irregularitatis sit usu recepta, nec ne, præsumendum sit esse acceptatam, v. g. de Bulla Clementis VIII. de largitione munerum, & de Extravag. Ambitiosæ. Pauli II. contra alienantes bona Ecclesiastica, & similibus ? Et an quando existit æquale dubium, an detur consuetudo sufficiens ad obligationem in foro conscientiæ. partem negantem sequi possimus ? Et an quando constat de lege, dubium est, an in aliquo casu obliget, liceat contra illam facere ? Et an in casu dubio legis detur locus Epiikeiæ? Et quid, si dubitetur alteri legi graviori contrariari? Et an in casu dubio legis, quando dubitatur, an lex obliget ad mortale, vel ad veniale, judicandum sit obligare ad mortale ? Et an, quando quis dubitat de justitia tributi, teneatur illud solvere ? Ex p. 1. t. 10. ex r. 3. & in p. 4. t. 3. ex r. 14. 22. & 23. & in p. 1. t. 10. ex r. 25. Quæ nunc invenientur in tom. 6. t. 1. de Legibus r. 40. 41. 66. 67. & 68

An peccet mortaliter, qui in casu dubii in principio legem non acceptat, & recipit illam? Et an reus, & testis teneantur respondere, si dubitant, utrum judex juridice illos interroget ? Et an si in re dubia index inquirat, peccet, & testis, si obsequitur, sit injustus ? Et an quando index, & Superior generaliter inquirit super aliquo delicto notorio, cujus author ignoratur, tunc subditus, qui dubitat, an infamia, vel indicia sint contra illum quem ipse scit commisisse delictum, an teneatur prodere delinquentem occultum, vel debeat respondere se nescire, quis commisit delictum ? Et an testis falsus teneatur revocare dictum suum, ratione cujus mors, aut mutilatio est inferenda alicui, quamvis ipsi similis pœna periculum imminеat, imo licet ex revocatione maius damnum immineat ipsi, si dubitat, an talis revocatio sit profutura, nec ne ? Et an, quando minor pars in aliquo Capitulo est dubia de indignitate personæ eligendæ, possit concurrere ad talem eligendum? Et an in dubio actus interpretandus sit validus ? Ex part. 5. t. 14. ex r. 8. & in p. 3. t. 5. ex r. 107. alias 106. & in p. 4. t. 4. ex res. 99. & in p. 10. t. 13. ex res. 31. & 33. Quæ hic reperientur in tom. 6. t. 1. de Legib. r. 60. 96. 93. 136. & 138

An in dubio si consuetudo sit introducta animo obligandi, obliget? Et utrum, quando dubitatur, an consuetudo fuerit introducta animo devotionis, vel ex animo se obligandi, sit præsumendum inductam fuisse animo obligandi? Et an dubius de præcepti obligatione per consuetudinem introductam, teneatur illam observare ? Et an postquam consuetudo est approbata tacite, vel expresse à Superiore, absque dubio cæteri teneantur observare illam ? Et an in dubio, si consuetudo contraria legi sit rationabilis, id est expediens communi bono, præsumenda sit rationabilis, & communi bono expediens ? Ex p. 6. t. 5. ex r. 12. & 14. & in p. 1. t. 10. ex r. 30. & in p. 4. t. 3. ex res. 58. & in p. 6. t. 5. ex r. 1. Quæ hic sunt in tom. 6. t. 2. de Consuetudine r. 19. 21. 18. 20. & 1

An dubius de malo usu ementis excusetur vendens res indifferentes, nulla causa justa concurrente ? Et an dubitans, si res sit furtiva, possit illam emere, & ut postea à vero Domino tantum pretium accipiat? Et in dicto casu si Dominus non comparuerit, an emptor teneatur rem illam in pios usus convertere, deducto tamen pretio, maxime si illam emit modico pretio ? Et an si quis studio venditionis, vel donationis qui rem furtivam sub dubio possidet, & facta diligentia, dubium autem persistat, ad quid teneatur ? Et qui emit rem aliquam bona fide, & postea dubitat rem esse alienam, nec res opposita, debita diligentia facta, sciri potuit, quæritur, an qui illam vendidit, teneatur paratus esse ad illud pretium, quo vendidit, restituendum Domino, quoties comparuerit ? Et an certus de debito, dubius autem an solverit, teneatur solvere ? Et an quando non solum debitor, sed creditor etiam dubius est, num debitum sit satisfactum, teneatur adhuc debitor solvere illud ? Et in dictis casibus an ad integram solutionem vel ad partem secundum dubii proportionem debitor teneatur? Et an commodatarius dubius, an sua culpa commodatum perierit, teneatur ad restitutionem? Idem est dicendum de depositario, locatore, seu conductore. Ex p. 4. t. 3. ex r. 60. 33. & 27. & in p. 2. t. 15. ex r. 11. & in p. 4. t. 3. ex r. 32. & 30. & in p. 3. t. 6. ex r. 49. Quæ nunc invenientur in tom. 6. tr. 3. de Contractibus res. 111. 126. 127. 128. 139. 143. & 140

An si adulter dubitet, an filius sit suus, vel mariti, si nihil possit deprehendi, diligentia facta, ad quid teneatur ? Et quid est faciendum, si mater affirmat cum juramento esse filium adulteri, proleseque sit similis adultero ? Et quis filium illegitimum alere teneatur, quando dubitatur, quis sit Pater illius, quia nimirum plures matrem cognoverunt? Et an quilibet, Patre deficiente, vel nolente filium alere, alius sit obligatus in integrum, ne proles alimento destituatur ? Ex p. 11. t. 5. ex r. 27. Quæ hic reperietur in tom. 6. t. 3. de Contractibus r. 138

Petrus, v. g. dubitabat, utrum Paulus cum quo lusit, esset lucraturus, si ipse fraudes non adhibuisset, an teneatur ex hoc ad aliquam restitutionem ? Et si dubius sit, an ipse ob fraudem acquisierit aliquod lucrum, teneatur ex dubio perseverante ad aliquam restitutionem eius ? Et ad quid teneatur, si quis ante admonitionem alicuius de ludo, & punctis collusoris dubius erat an acceptaret auctionem factam a collusore, ex eo quod admonitus fuit ex amico videnti collusorem ? Et an cum quis rem certo sciret, si incipit postea dubitare, an possit adhuc spondere super re ? Ex p. 4. t. 3. ex r. 75. & in p. 7. t. 9. ex r. 48. 42. & 68. Quæ hic sunt in tom. 6. t. 4. de Ludo. & Sponsionibus r. 39. 47. 49. & 76

An in dubio si donatio sit remuneratoria, aut mere gratuita, & liberalis, censendum esse remuneratoriam ? Et an donator in dubio præsumatur cogitasse de liberis ? Et an in dubio ea est tenenda sententia, & interpretatio, quæ humanior, & benignior est ? Et an in dubio si expresse non constat qualem donationem conjuges, vel alii facere voluerint, donatio præsumatur causa mortis, & non inter vivos ? Et an si in foro externo, vel interno dubium sit, an contrahentes matrimonium conditionem turpem serio, vel ioco adiecerint, præsumendum sit, quod ioco adiecta sit? Et an si Petrus dedit uxori suæ aliquas gemmas, & ipsa subscrupulosa

crupulosa dubitat, an in proprietatem illas ei dederit, an vero in usum, quid est faciendum? Ex p.8.t.6.ex r.116. 59.60. 30.85. & 32. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. t.7. de Donationibus r.18. 51. 49. 71. 141. & 69

An si dubium sit, qua mente testator reliquerit legatum, an præsumatur in dubio ad piam causam, id est pro Deo, & animæ salute reliquisse, & non pro persona? Et an Miles in dubio præsumatur jure communi, & non militari testatus? Et an qui dubius est de suo statu possit testari ad pias causas? Ex p.7. t.12. ex r.11. & in t.6. ex r.55. & 12. alias 54. & 11. *Quæ hic reperientur* in tom.6. t.8. de Testamentis r.49. 81. & 12.

An in eventibus, in quibus testator ad res dubias, quæ ex oneratione suæ conscientiæ concernunt, teneatur consilium petere, & post consultationem illud sequi? Idem est de executore & commissario testamenti. Ex part.8. t.5. ex ref.20. *Quæ hic est* in tom 6. t.9. de Executoribus testamentorum r.22

Explanatur, quod quando præceptum est dubium, non obligat. Et quæritur, an subditus dubius de legitima Superioris potestate, teneatur illi obedire? Et an subditus dubitans, an res præcepta sit licita, teneatur obedire? Et si Superior præcepit aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, an subditus teneatur obedire? Et quid, si Prælatus præcipiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ? Et notatur, quod si Prælatus dubius de honestate præcepti, vel de excessu suæ jurisdictionis imperet subditus, si etiam ipse dubitet, non teneatur obedire. Et an dubius, utrum Parentum necessitas sit gravis, possit ingredi Religionem? Et in dubio, an justus metus incussus fuerit, & an professio sit valida, pro quo sit præsumendum? Idem est, quando dubium est de animo, se obligandi ratione metus. Et dubius, an ante quinquenium elapsum ratificaverit professionem nullam, an maneat obligatus? Et an si professus dubitet, an priorem invalidam professionem ratificaverit, teneatur stare professioni? Et an aliquis dubitans, si Monasterio expediat admittere Novitium ad professionem, possit illum reprobare? Et an in tali casu dubitans adstringatur ad veritatem inquirendam, antequam suffragium ferat? Et an privilegia dubia Regularium dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuristarum interpretatione, in favorem Religionum sit intelligenda? Ex p.4. t.4. ex r.5. & in t.3. ex r.8. 9. 57. 55. & 49. & in p.10. t.12. ex r.44. & in t.9. ex r.unica. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. t.1. de Regularibus ref.106. 133. 134. 139. 182. 183. 175. & 287

An quando dubium est, an forma alicujus actus inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debeat substantialis? Ex p.10. tr.10. ex r.unica, *Quæ hic est* in t.7. tr.2. de Cingulo Militari, &c. r.etiam unica.

An in dubio quis teneatur adhibere correctionem, maxime, quando dubium est, an correctio nocitura, vel profutura sit? Et quid, si peccatum sit dubium? Et an in Prælatis sufficiat suspicio, vel dubia cognitio, ut teneatur sub mortali inquirere peccata subditorum ad correctionem faciendam? Ex p.4. t.3. ex r.72. & in p.7. t.3. ex r.22. & 6. & in p.3. t.5. ex r.94. alias 93. *Quæ nunc invementur* in tom.7. t.4. de correctione fraterna r.15. 16. 14. & 17

An Princeps dubius de injustitia belli possit bellum movere? Et quid in casu, si Rex licet dubitet de possessione Regni, habet tamen majorem propensionem ut Regnum sit, v.g. Regis Galliæ, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? Et an Milites extranei dubitantes de injustitia belli possint sine peccato militare? Et quid de Militibus non extraneis, sed subditis? Et si postea cognoscant injustitiam belli, quid teneantur restituere? Et an subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit causa justa, aut dubia, teneatur semper obedire Superiori præcipienti? Et quid, si dubium est de injustitia belli pure negativum? Et quid est agendum, si amicus, à quo Rex petit auxilium, dubitet de injustitia belli, possit ne illum adiuvare? Ex p.4. t.3. ex r.50. & 7. & in p.3. t.5. ex r.97. alias 96. & in p.9. t.8. ex r.64. alias 63. *Quæ hic reperientur* in tom.7. t.7. de Bello r.5. 40. 39. & 36

An Medicus possit adhibere morituro medicamentum dubium, & sequi opinionem probabilem relicta probabiliori? Ex p.2. t.13. ex r.7. & in p.5. t.3. ex r.132. *Quæ hic sunt suprà* in hoc ipsomet tom.8. t.1. de opinione probabili r.27. & 28

Nota, quod infra in hoc tom.8. t.4. de Voto. & Iuramento *sunt aliquæ Resolutiones, & in eis multæ, & diversæ difficultates mistæ pro dubio Voti, & Iuramenti, & de eorum obligatione in prædicto dubio, ideo requiro ibi quidquid tibi ita mistum occurrerit* ex r.17. usque ad ref.27. inclusive & in r.40. 41. 42. & 74. & non in aliis Ref. præcitati tractatus.

An in dubio quis privandus sit Ecclesiastica sepultura? Et an consulens furtum, homicidium, &c. dubitat tamen an ex tali consilio motus ille fuerit ad faciendum, tenetur ad restitutionem totius damni, ratione cuius non furtum, &c. sequutum est, vel partem pro ratione dubii? Ex p.6. t.7. ex r.47. & in p.4. t.3. ex r.28. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom.8. t.5. de Homicidio r.50. & 88

An si dubium sit, num in quantitate, an in qualitate semen peccaret, liceat iuvare naturam eo fruatio ius ad expellendam qualitatem seminis morbidam? Ex p.3. t.5. ex ref.86. alias 85. *Quæ hic est infra* in tract.6. de Luxuria r.14

Quidam vir Nobilis possidebat multa bona dubitans esse sua, quæsivit à me, an teneatur illa restituere? Et difficultas est, quando quis inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, ut res aliena sit, quid in hoc casu faciendum sit? Et an, si præmissa debita diligentia adhuc dubius sis, propendeas tamen rem esse alienam, tenearis illam restituere, vel dividere? Et an dato investigatione Domini, possit uti re, quæ usu non consumitur, ut equus, mancipium, &c. Et an in supradictis casibus, si mansit adhuc dubius, teneatur in posterum vero Domino comparenti restituere? Et quid est faciendum ita dubius, si spes moralis non est, ut verus Dominus compareat? Et quid, quando probabilis spes est Dominum compariturum? Et an possessor bonæ fidei, qui dubitans rem esse alienam, & neglexerit investigare verum Dominum, unde impotens effectus est ad eum faciendum, teneatur ad restitutionem? Ex p.2.t.17.ex ref.44. & in t.15. ex r.10. & in p.4. t.3. ex r.26.25. & 29. *Quæ hic sunt infra* in hoc tom.8. t.7. de Furto, & Restitutione à r.40. usque ad r.44. inclusive.

An quando dubitatur, sit ne infans Baptizatus, sepeliendus sit in loco sacro, ut si infans sit Baptizatus in secundine pede, &c. sive dubium sit in suscipiente, sive in conferente, sive in materia, sive in forma? Ex p.4.t.3. ex r.69. *Quæ hic est infra in hoc ipsomet* tom.8. t.8. de Casibus occurr. temp. mortis r.7

In dubio, an reus gaudeat Immunitate Ecclesia an spectet ad iudicem sæcularem dijudicare controversiam? Ex p.6. t.1. ex ref.30. *Quæ nunc invenietur* in tom.9. tr.1. de Immunitate Ecclesiæ r.118

An in dubiis opinionibus in consulendo & iudicando illa est tenenda, quæ favet Ecclesiæ? Et si dubium est, an statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, debemus opinionem, quæ favet Immunitati Ecclesiasticæ amplecti, vel consulendus est primus Summus Pontifex? Ex p.1. t.2. ex ref.66. alias 65. & in p.5. t.1. ex ref.13. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. t.2. de Immunitate Ecclesiastica r.201. & 207

Docetur, quod in dubiis opinionibus Summus Pontifex discernere potest, quæ est verior, & sequenda. Ex p.6.t.1. ex ref.4. *Quæ hic reperietur* in tom.9. t.8. de Familia laica Nuntiorum r.etiam 4

Pro conscientia erronea, An in conscientia erronea detur

parvus

parvitas materiæ ? Et difficultas est , quando conscientia erronea non distinguit , an mortale sit , an veniale , sed solum confuse proponitur actio mala , an tunc peccatum mortale adsit ? Ex p.5. t.5. ex res.31. *Quæ hic est infra* in hoc ipsomet tom.8. t.3.de Parvitate maternæ r.6

An qui solum meminit peccasse mortaliter , nescit tamen speciem peccati, possit ne illud tantum in genere confiteri, non se accusando de aliquo peccato in particulari ? Et an sit peccatum in confessione explicandum , si quis fecit aliquid contra conscientiam dictantem illud confuse, ut peccatum , non determinando materiam particularem , nec unde possit deduci , an si peccatum mortale, vel veniale ? Et quid, si aliquis operetur contra conscientiam dictantem aliquid esse mortale , vel veniale speciatim ? Et an , qui cum conscientia erronea fecit aliquid , nec tamen in cognitione distinxit , an illam actionem facere esset peccatum mortale,vel veniale , debeat in confessione talem circunstantiam aperire , si postea invent non esse mortale, quod fecit ? Et an sit necessarium in confessione explicare, si quis peccavit scienter , an ignorantia culpabili ? Et quid , si ignorantia sit affectata ad finem liberius peccandi ? Ex p.3. t.4. ex r.66. & 161. alias 162. & 140. alias 141. & in p.1. t.7. ex r.24. *Quæ nunc inveniuntur* in tom.1. t.7. de Circumstantiis r.4. 5. 7. & 6

TRACTATUS III.

De Parvitate materiæ. p.31

1. *QVO MODO sit cognoscendum, quod in aliquo præcepto detur , vel non detur parvitas materiæ.* Ex p.5. t.5. r.1. ibid.
2. *An parvæ materiæ diversorum præceptorum coalescant in unum, & faciant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam ? Et quid , si ad omnia hæc obligetur ex diversis votis , & pro eodem die ? Et an quando quis vovit indeterminate pro aliquo die audire , v.g. tres Missas , & ex qualibet earum omittat partem non notabilem , an inquam , peccet mortaliter ?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.42. ibid.
3. *An plures parvæ materiæ coalescant in unum , ut materia gravis ad mortale sufficiens evadat ? Et in textu huius Resolutionis quinque casus inferuntur pro praxi supradicta quæstionis.* Ex p.5. t.5. r.52. ibid.
4. *An in surrectione gratiæ detur parvitas materiæ?* Ex p.5. t.5. r.33. p.32
5. *An mutare circunstantiam levem in Historia Sacræ Scripturæ sit peccatum mortale? Et obiter quæritur, an Examinatores Episcoporum non possint aliquid Episcopis examinandis manifestare , etiam si sint doctissimi , & præ verecundia timeatur non bene responsuros, & hoc ratione juramenti,quod supradicti Examinatores faciunt ? Et quid , quando aliqui examinantur in concursu propter damnum tertii ? Et etiam cursim , & obiter quæritur , an habens privilegium comedendi lacticinia in diebus jejuniorum possit comedere saginam ?* Ex p.10.t.16. & Misc.6. r.38. alias 37. ibid.
6. *An in conscientia erronea detur parvitas materiæ ? Sed difficultas est , quando conscientia erronea non distinguit, an mortale sit , vel veniale , sed solum confuse proponitur actio mala,an tunc peccatum mortale sit ?* Ex p.5. t.5. r.31. p.33
7. *An in prohibitione alienationis rerum Ecclesiasticarum detur parvitas materiæ ? Idem est dicendum de locatione. Sed difficultas est in supradicta quæstione, quæ dicantur tenuia,& quæ res exigui valoris ?* Ex p.5. t.5. resol.57. ibid.
8. *An præceptum sub mortali impositum sub materia levi obliget saltem sub veniali ?* Ex p.5. t.5. r.48. ibid.
9. *An contemptus formalis in re levi , videlicet legislatoris humani, legis , præcepti, consilii, &c. sit solum peccatum veniale ? Et quid, si sit de legislatore, & præcepto Divino ?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.72. ibid.
10. *An in acceptatione personarum quo ad beneficia conferenda detur parvitas materiæ ? Ex quo infertur , an sit leve peccatum prætermittere ordinem misericordiæ, quando levis est excessus , v.g. si duo aliqui sunt in extrema necessitate , & secundum ordinem misericordiæ teneatur aliquis potius uni , quam alteri succurrere propter titulum, v.g. consanguinitatis ?* Ex part.5. tract.5. res.13. pag.34
11. *An in usura detur parvitas materiæ ?* Ex p.5. t.5. r.30. ibid.
12. *An peccatum invidiæ ratione parvitatis materiæ sit aliquando tantum veniale ?* Ex p.5. t.5. r.67. p.35
13. *An, quando ex levibus indiciis quis temere, & voluntarie de proximo suspicatur , peccet mortaliter ? Et in textu huius Resolutionis adducuntur conditiones , quas habere debet iudicium temerarium , ut si peccatum mortale.* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.31. ibid.
14. *An in iudicio temerario detur parvitas materiæ ? Et an sit peccatum mortale temere iudicare alterum esse spurium, vel filium Judæi , aut illegitimum , &c.* Ex p.5. t.5. r.68. ibid.
15. *An in detractione detur parvitas materiæ? Et inter alias quæ pro praxi prædicta difficultatis adducuntur , tandem quæritur , an sit mortale dicere in faciem , præsertim viro honorato conviciandi causa , esse filium Clericinatum ex adulterio,& similia ?* Ex part.5. tract.5. r.69. ibid.
16. *An detractiones leves de aliquo possint pervenire ad damnum grave, sicut furta ? Et quid,quando aliquis per plures detractiones leves detrahit de pluribus personis ? Et quid est dicendum,quando detrahitur leviter de fama Petri , qui plures detractiones etiam leves ab aliis passus est circa eamdem materiam levem , & quid , si circa diversas materias leves apud eosdem auditores ? Et quid est sentiendum , si in prædictis casibus detractio Petri sit apud Prælatum ? Et quid , si vero omnes detractiones leves sint circa diversas personas , & quid apud eosdem auditores ?* Ex p.10. t.15. & Misc.5. res.17. p.36
17. *Quid est sentiendum de testibus,& osculis inter solutos, an semper sint mortalia, vel in eis detur parvitas materiæ ? Et an confricatio leviter partium obscœnarum brutorum , & similium , sit peccatum mortale ?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.90. alias 89. ibid.
18. *An in rebus venereis detur parvitas materiæ ?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.1. p.37
19. *An in rebus venereis detur parvitas materiæ ?* Ex p.5. t.5. r.5. ibid.
20. *An in rebus venereis detur parvitas materiæ ?* Ex p.7. t.11. & Misc.2. r.28. p.38
21. *De censuris, quibus aliqui authores inurunt opinionem asserentem in rebus venereis dari parvitatem materiæ. Et concluditur ad denunciandum Confessarium solicitantem in confessione non excusare parvitatem materiæ, ut premere manum,brachium, vel pedem pœnitentis vellicare , vel digitos intorquere , &c.* Ex p.11. tract.6. & Misc.6. r.53. p.39
22. *An Advocatus teneatur de culpa levi ?* Ex p.2. t.15. & Misc.1. r.59. p.41
23. *An mandatarius non dolum tantum , & culpam latam, sed etiam levem , & levissimam præstare teneatur ?* Ex p.8. t.7. & Misc. r.34. ibid.
24. *An mandatarius , vel Procurator teneatur de culpa levissima? Et quid , si mandatarius non sit mercede conductus ?* Ex p.9. t.7. & Misc.2. r.32. p.42
25. *An Procurator , seu negotiorum gestor teneatur de levissima culpa ?* Ex p.8. t.7. & Misc. r.35. p.43

26. *An*

26. *An negotiorum gestor teneatur de culpa levissima? Et an hæredes tutoris, si negotia à tutore defuncto cæpta perfecerunt, habeant actionem negotiorum gestorum, &c. Et deducitur tutela non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de levi culpa competere. Et de qua culpa hæredes Magistratuum teneantur?* Ex p. 11. t. 3. & Misc. 3 t. 18. pag. 45

27. *An hæredes tutoris de levi culpa teneantur? Et supponitur tutorem, vel curatorem tenéri de dolo, lata, & levi culpa. Et notatur, quod in contractibus, aliisque negotiis interdum, (sub quo & lata culpa continetur) interdum levis, interdum levissima culpa præstanda venit. Dolus, & lata culpa præstantur in depósito. Culpa levis præstatur in empto, locato, in dote, in pignore, & in societate. Diligentia, sive levissima culpa (quæ duo sibi invicem opponuntur) est præstanda in commodato.* Ex p. 11. t. 7. & Misc. 7. t. 49. p. 46

28. *An in præcepto gestandi Tonsuram Clericalem detur parvitas materiæ? Et quid, si sacris Ordinibus initiatus Tonsuram non deferat, an peccet & quid autem si sit tantum in minoribus Ordinibus?* Ex p. 5. t. 5. r. 60. p. 47

† *Adverte, quod reliquæ omnes aliæ Resolutiones, quæ huic tract. de Parvitate materiæ desunt secundum Ordinem R. P. Diana in sua p. 5. t. 5. in hac nova Methodo sunt appositæ in cæteris aliis tractatibus hujus totius operis. Ratio præ aliis hujus translationis, & mutationis est, quia si ita non fieret ex supradictis tractatibus, in quibus nunc sunt transcriptæ debebant totidem, vel aliæ plures ad hunc tractatum conduci, & à fortiori danda transmutatione, hæc videtur melior, & proprior.*

Appendix ad cæteras alias Resolutiones, & Quæstiones pertinentes simul ad hunc t. 3. *de Parvitate materiæ hujus tom.* 8.

AN in verbis formæ Sacramentorum detur parvitas materiæ? Et an in conjunctione materiæ, & formæ Sacramentorum detur parvitas materiæ? Et an in formæ Sacramentorum interruptione detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 39. 40. & 41. *Quæ nunc invenietur* in tom. 1. t. 1. de Baptismo r. 4. 5. & 6

An Episcopus, qui in Confirmatione ungeret alio digito, quem dextero pollice, peccet mortaliter: & an talis variatio sit materia gravis, vel levis? Ex p. 3. t. 4. ex r. 22. *Quæ hic reperietur* in tom. 1. t. 2. de Confirmatione r. 7.

An in mendacio facto in confessione, vel in judicio temerario detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 27. *Quæ hic est* in tom. 1. t. 3. de Pœnitentia r. 116

An in casibus reservatis, & excommunicationibus detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 46. *Quæ nunc invenietur?* in tom. 1. t. 5. de Reservatis, r 46

An possit Confessarius imponere pœnitentiam levem sub mortali? Et an in dilatione pœnitentiæ injunctæ detur parvitas materiæ? Et an, si Confessarius pœnitentiam imponat audiendi Sacrum, si illud audiat post Evangelium recitatum, an adhuc satisfaciat? Et quid, si imponat tertiam partem Rosarii B Virginis, an si omitteret quatuor Ave Maria, excusetur pœnitens à peccato ratione parvitatis materiæ? Et an pœnitens, qui reliquit facere pœnitentiam levem, v.g. unius Psalmi, &c. & hæc etiam si ob peccata gravia fuerit imposita, an peccet mortaliter? Et an omissio pœnitentiæ gravis impositæ propter sola peccata levia & venialia sit culpa mortalis? Et an Confessarius excusetur à culpa, si imponat pœnitentias leves ob illa verba, Quidquid boni feceris, &c. *Et an obligatio acceptandi pœnitentiam levem, sit tantum venialis?* Ex part 5. tract. 5. ex resol. 11. & 15. & in p 6. tract 6. ex r. 44. & in tract. 7. ex res. 5. & in p. 3. tr. 4. ex r. 135. & 101. alias 136. & 102. *Quæ hic reperientur* in t. 1. tract. 6. de Satisfactione Sacramentali res. 6. 46. & 48. & 47

An in fractione Sigilli Confessionis detur parvitas materiæ? Et an, qui invenit chartam, in qua peccata alicujus scripta erant, si in charta sint levia, & non infamantia scripta, & repertor chartæ ex curiositate legat, & illa aliis evulget, an peccet mortaliter, vel tantum venialiter ratione parvitatis materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 8. & in p. 3. t. 4. ex r. 111. alias 112. *Quæ hic sunt* in tom. 1. t. 8. de Sigillo confessionis r. 6. & 42

An in obligatione celebrandi detur parvitas materiæ? Et an in prohibitione celebrandi post meridiem detur parvitas materiæ? Et an in ieiunio Ecclesiastico pro celebratione Missæ, & communione detur parvitas materiæ? Et an in præcepto celebrandi cum vestibus sacris detur parvitas materiæ? Et an in præcepto Pii V. non addendi, vel omittendi aliquid in Missa præter præscripta in officio Missæ dicendæ, & recitandæ detur parvitas materiæ? Et an si à Sacerdote gutta aquæ vino non misceatur ex parvitate materiæ excusetur à mortali? Et an Sacerdos possit celebrare sine cingulo benedicto, vel cum cingulo non benedicto, & in hac ratione parvitatis materia an peccet tantum venialiter? Et an Sacerdos, qui omittit in consecratione particulæ enim, vel S, pro X, utendo, vel si dicat te absolvo, *& relinquat* in nomine Patris, &c. *& si in forma Baptismi reliquerit* Amen, ego. *An peccet mortaliter, & Sacramenta sint valida? Et an si in tribus Missis dicis solitis successivè, & immediatè in die Nativitatis Domini relinqueret particulam enim in consecratione corporis, vel sanguinis, peccet mortaliter? Et quid est dicendum, si in prædictis tribus Missis in die Nativitatis Domini, in qualibet earum omitteret in Canone tria nomina alicuius Sancti? Et an, si in cæteris diebus quis omitteret in Canone Missæ nomina sex, vel octo Sanctorum, non peccet mortaliter ratione parvitatis materiæ? Et quid, si omittatur* Epistola, *vel* Evangelium, *aut* Gloria, *vel* Credo, *aut* tres Orationes? Ex p. 5. t. 5. ex r. 58. & 12. & in p. 6. tr. 8. ex r. 8. & in p. 5. t. 5. ex r. 62. 63. 45. & 56. & in p. 2. t. 14. ex r. 68. & in t. 17. ex r. 14. & in p. 10. tr. 16. ex r. 31. & 37. alias 31. & 36. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. t. 1. de Celebratione Missarum res. 107. 126. 127. 171. 185. 186. 209. 170. 222. 223. & 191

An detur parvitas materiæ respectu temporis excusans a mortali, si quis comedat post mediam noctem, & post sumat Eucharistiam? Et dubitatur, quantum tempus in tali casu possit haberi pro minimo? Et an detur parvitas materiæ quoad cibum & potum in ordine ad sumptionem Eucharistiæ? Et an si quis una die ante Dominicam Palmarum sumpserit Eucharistiam, vel Viaticum in infirmitate, in isto casu detur parvitas materiæ pro implemento præcepti communionis Paschalis, ita ut cum prædicta communione iste satisfaciat præcepto Ecclesiastico communionis tempore Paschali? Ex p. 10. t. 16. ex r. 49. alias 48. & in t. 11. ex r. 39. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. t. 2. de Communione r. 57. & 24

An in auditione Missæ detur parvitas materiæ? Et quantum distantia ab Ecclesia excuset, ut quis non teneatur illuc adire ad audiendam Missam in die festo? Ex p. 5. t. 5. ex r. 44. & in p. 10. tr. 11. ex r. 8. *Quæ hic sunt* in t. 2. t. 3. de Audienda Missa in die festo r. 22. & 6

An in ætate requisita ad Ordines suscipiendos detur parvitas materiæ? Et an in patrimonio necessario ad suscipiendos Ordines sacros detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 17. & 20. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. t. 5. de Sacramento Ordinis r. 103. & 109

An in ætate requisita ad sponsalia, & matrimonium detur parvitas materiæ? Et an in negatione debiti conjugalis detur parvitas materiæ? Ex part. 9. tract. 6. ex r. 65. & in part. 5. tract. 5. ex res. 16. & 14. *Quæ hic reperientur*

rientur in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio resolut. 4. 57. & 178

An in recitatione Horarum Canonicarum detur parvitas materiæ? Vel quænam parvitas materiæ excuset à peccato mortali in omnibus Horis Canonicis? Et an qui omisit recitare, v.g. medietatem Tertiæ, vel Sextæ, satisfaciat præcepto? Et an omissio unius Horæ parvæ inducat tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ? Et an præter materiam parvam in recitatione Officii divini, detur materia nulla? Et an parvitas materiæ, quæ excusat à mortali in recitatione Horarum privata excuset etiam in recitatione publica Chori, nisi tamen interveniat scandalum? Et an in mutatione officii pro officio detur parvitas materiæ? Et an qui semel, vel bis in anno relinqueret recitationem officii non peccet mortaliter ratione parvitatis materiæ? Et an qui tribus, vel quatuor diebus ultra tempus in Concilio permisso Choro non interest, non peccet nisi venialiter? Et an in præcepto non addendi, vel minuendi ex officio Canonico detur parvitas materiæ? Et an in fructibus beneficii detur parvitas materiæ, ita ut non consurgat obligatio recitandi Horas Canonicas? Et quænam parvitas officii omissa à Beneficiario sit levis, ut non obliget ad restitutionem, etiam si fructus respondentes illi parti omissæ sint magnæ, & notabilis quantitatis? Et an, si pars fructuum correspondens sit tam parva, ut non pertingat ad culpam mortalem in materia furti, teneatur illam Beneficiarius restituere sub mortali? Et an, qui eodem die in singulis Horis parvulos versiculos omisit, qui simul sumpti gravem, & notabilem materiam constituunt, teneatur ad restitutionem? Et an liberetur à restitutione distributionum ille, qui accedit ad Chorum, non solum post primum Psalmum, verum etiam qui præter hanc partem relinqueret recitare aliam, quæ non attingat materiam notabilem? Et aliqua alia pro parvitate materiæ in ipsa recitatione, & restitutione fructuum advertuntur. Et an sit probabilis opinio aliquorum asserentium in recitatione officii Divini relinquere unam Horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione parvitatis materiæ? Ex part. 6. tract. 6. ex resol. 6. & in part. 7. tract. 10. ex resolut. 15. & in part. 5. tract. 5. ex resolut. 26. & in part. 4. tract. 4. ex res. 216. & in part. 2. tract. 12. ex res. 41. & in part. 7. tract. 11. ex resol. 2. & in part. 5. tract. 5. ex resolut. 64. & 25. & in p. 2. t. 12. ex res. 9. & 26. & in part. 5. tract. 5. ex r. 24. Et in p. 10. t. 16. ex res. 29. alias 28. *Quæ hic sunt* in tom. 3. tract. 6. de Horis Canonicis res. 76. 77. 80. 79. 81. 82. 85. 87. 117. 116. & 78

An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, vel Altari possit excusari à mortali ex parvitate materiæ, si bis, vel ter in anno in tali Sacello, Oratorio, vel Altari non celebret? Ex p. 2. t. 14. ex r. 29. *Quæ nunc invenietur* in tom. 4. t. 1. de Altaribus privilegiatis r. 15

Quænam parvitas materiæ excuset ab excommunicatione legendo libros hæreticos, ita ut legentes possint absolvi per Bullam Cruciatæ? Et an dicta parvitas materiæ detur non solum in legentibus, sed etiam in retinentibus libros Hæreticorum? Et quid est sentiendum de libris Magicis, & Chiromanticis, &c. Ex part. 1. tract. 11. ex res. 30. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ res. 42

An si minima pars aliqua operis injuncti Jubilæi prætermittatur, consequatur quis Indulgentiam? Et an quoad lucrandas Indulgentias detur parvitas materiæ non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum? Ex part. 5. tract. 12. ex resolut. 23. & in part. 10. t. 16. ex res. 4. *Quæ hic sunt* in tom. 4. t. 5. de Indulgentiis r. 8. & 9

An in die ieiunii parvitas materiæ excuset in esu carnium? Et quid, si singulis diebus Quadragesimæ eam carnis particulam nimiam quis ederet, quamvis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi? Et an qui serviunt infirmis possint aliquid comedere in die ieiunii etiam ex carnibus ab excitandum appetitum infirmorum? Et infertur non esse Hæreticum externum, qui signa dedit hæresis internæ in quantitate tam levi, ut non sit ex se peccatum mortale? Et an in fractione ieiunii detur parvitas materiæ, & quænam parvitas materiæ excuset à fractione ieiunii? Et an potio in Hispania dicta Chocolate *frangat ieiunium, si ex illa aliquis sumat duas uncias tantum ex ratione parvitatis materiæ? Et explanatur quantitatē Collationis serotinæ esse uncias octo. Et an in anticipatione comestionis in die ieiunii detur parvitas materiæ? Et an, qui in die ieiunii sapius modicum comedit, ita ut si coalescant in unum, & faciant quantitatem notabilem, frangat ieiunium, & peccet mortaliter? Et an sine peccato mortali in serotina refectione ieiunii licitum sit sumere quantitatem excedentem uncias octo, v.g. quantitatem duarum unciarum, ratione parvitatis materiæ? Et quænam quantitas itineris pedestris excuset à ieiunio? Et an comedens circiter unciam carnis in die ieiunii peccet mortaliter? Et an si primo mane ad tolerandum facilius ieiunium comedat duas uncias cibi, & bibat, non peccet? Et an dimidia uncia sit quantitas necessaria, & sufficiens, ne potus noceat in die ieiunii? Et an in comedendo post mediam noctem, quando subsequitur ieiunium, aut ante mediam noctem in die ieiunii detur parvitas materiæ excusans à fractione ieiunii, videlicet infra spatium unius horæ? Et si quis, dum cœnat, audiret pulsus designantes mediam noctem, teneatur cessare à cœna, si die sequenti ieiunare teneatur, vel possit complere cœnam iam captam? Et an in ultima nocte Bacchanalium licitum sit differre cœnam usque ad tertiam horam post mediam noctem?* Ex part. 1. tractatu 9. ex resolut. 43. & in part. 5. tractatu 5. ex resolut. 32. 11. & 10. & in part. 3. tractatu 6. ex resolut. 43. & in part. 9. tract. 6. ex res. 15. & in part. 8. tract. 7. ex res. 54. & in part. 10. tract. 14. ex resol. 2. 58. & 61. alias 56. & 59. & in tract. 16. ex res. 18. alias 17. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tract. 6. de Jejunio resolut. 80. 81. 90. 103. 89. 123. 92. 21. 96. 85. & 38

An relinquere aliquem ritum in consecratione Episcopi sit tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ? Et quid, si absque Mithra Episcopus ministraret Sacramentum Confirmationis? Ex part. 12. tract. 1. ex r. 70. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. t. 8. de Consecratione Episcopi r. etiam 70

An quis non incidat in excommunicationem ratione parvitatis materiæ? Et an in communicatione cum excommunicato non tolerato detur parvitas materiæ? Et quid in Divinis? Et quid est dicendum, si communicat in crimine criminoso, vel in aliis casibus, in quibus fideles communicando cum excommunicato incurrunt in excommunicationem maiorem? Et an iudex excommunicatus, si unum tantum testem recipiat, vel quid simile, peccet mortaliter? Et an excommunicatus agens in iudicio non peccet mortaliter ratione parvitatis materiæ, & secus si sapius agat? Et an lavari interdum Judæos in balneo, non nunquam excipi, vel excipere in convivio, & alia id genus rarius effecta sit tantum veniale ob materiæ levitatem? Et an detur parvitas materiæ in excommunicatione Papali contra extrahentes libros à Bibliotheca communi? Et quid est dicendum, si quis extraheret à Bibliotheca librum magni valoris per tres, vel quatuor passus, an excusetur ab excommunicatione ratione parvitatis materiæ? Et an possit quis intra dictum spatium permanendo illum per multum tempus legere? Ex part. 5. tractatu 5. ex resolut. 21. & in part. 3. tract. 5. ex r. 69 & in part. 10. t. 11. ex res. 39. *Quæ hic sunt* in tom. 5

tract. 1. de Excommunicatione ref. 147. 124. & 123
An in percussione Clerici detur parvitas materiæ ad excusandam excommunicationem, licet facta fuerit interius pravo animo, & mortaliter peccaminoso? Idem dicendum est de quovis alio opere, cui annexa est excommunicatio, si opus externum sit tantum veniale, & leve, licet internum fuerit mortale. Ex p. 5. t. 5. ex r. 65. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. t. 2. de Percussione Clerici ref. 2
An in violatione interdicti detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 3. ex r. 59. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tract. 4. de Interdicto r. 4
An in Symonia detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 2 *Quæ hic est* in tom. 5. t. 7. de Symonia r. 2
An in hæresi detur parvitas materiæ? Et an in Sortilegiis & Magia detur parvitas materiæ? Et an in blasphemiis contra Deum, & Sanctos detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 28. 29. & 3. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. t. 8. de Hæresi r. 8. 9. & 12
An in solicitatione facta in confessione, & prohibita in Bullis Pontificiis detur parvitas materiæ, ita ut Confessarius sit excusandus & non denunciandus? Ex part. 1. t. 4. ex r. 21. & in p. 4. t. 5 ex r. 5. & in p. 5. t. 5. ex r. 9. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus r. 27. 28. & 29
An parvitas materiæ excuset à lege prohibente, ne extrahatur aliquid à Regno, &c. Ex p. 5. t. 5. ex r. 49. *Quæ hic est* in tom. 6. t. 1. de Legibus r. 81
An conductor teneatur de culpa levissima, quia de culpa lata, & levi non est dubitandum? Et quid est dicendum de Depositario, nautis, cauponibus, bullariis, sartoribus, fullonibus, stabulariis & habentibus curam molendini, & domorum publicarum, &c. & de aliis similibus? Ex p. 9. t. 7. ex r. 30. & in p. 1. t. 8. ex ref. 74. & in p. 3. tr. 6. ex r. 21. *Quæ nunc invenientur* in tom. 6. t. 3. de Contractibus r. 119. 141. 142
An in voto, & juramento non ludendi detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 38. *Quæ hic reperietur* in tom. 6. t. 4. de Ludo r. 68
An Prædicatores tam Regulares, quam sæculares prædicantes semel, aut bis sine licentia Episcopi possint excusari à mortali ratione parvitatis materiæ? Et an Superior ratione circumstantiarum possit sub mortali peccato præcipere materiam levem, vel an solus Deus possit ad mortale obligare in materia levi? Et an hoc idem sit dicendum de Prælatis Ecclesiasticis? Et an in continuatione anni Novitiatus detur parvitas materiæ? Et an ad ætatem requisitam ad professionem emittendam detur parvitas materiæ? Et an in egressu, vel ingressu Clausuræ Monialium detur parvitas materiæ? Et alicubi visa est Monialis super tegulas Monasterii quærituri, an fregerit clausuram? Et quid est sentiendum de Moniali, quæ se ponit in rota? & facit eam volvere versus partem externam, ad quam sæculares accedunt? Et notatur certum esse legislatorem nullo modo posse in materia levi gravem obligationem imponere, licet velit, & intendat. Et quid maxime ex usu Religionum, in quibus aliquando Superiores res leves prohibent in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis? Et an in dimissione habitus propriæ Religionis detur parvitas materiæ? Et an Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter ratione parvitatis materiæ? Et an si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie, v. g. equitet, vel quadriget medium milliare, & post paucos dies aliud dimidium milliare, &c. an istæ parvæ materiæ postea inter se uniantur, ita ut constituant quantitatem notabilem ad inducendum peccatum mortale, & secus si cum magno intervallo temporis equitet multoties dimidium milliare? Ex p. 8. t. 7. ex r. 11. & in p. 5. t. 5. ex r. 47. 19. 18. & 22. & in t. 13. ex r. 88. & in p. 3. t. 2. ex r. 52. & in t. 6. ex r. 91. & in p. 5. t. 5. ex ref. 61. & in p. 10. t. 11. ex ref. 17. *Quæ hic sunt* in tom. 7. t. 1. de Regularibus r. 56. 133. 155. 158. 339. 340. 338. 131. 208. & 304
An in præcepto correctionis fraternæ detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 66. *Quæ nunc invenietur* in tom. 7. t. 4. de Correctione fraterna r. 10
An in diebus festis detur parvitas materiæ in ordine ad opera servilia? Et an qui per duas horas laboraret in diebus festivis, excusetur à peccato mortali ratione parvitatis materiæ? Et an sit peccatum mortale, si in omnibus festis quis exerceat per dimidiam horam opus servile, &c. Et an in insueta pectoris nuditate fœminæ detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 6. & in p. 2. t. 15. ex r. 36. & in p. 3. t. 5. ex r. 8. & in p. 10. t. 12. ex ref. 30. *Quæ hic reperientur* in tom. 7. t. 5. de Scandalo r. 17. 16. 15. & 11
An in juramento assertorio, & promissorio detur parvitas materiæ? Idem est de Voto. Et an in juramento, & voto non bibendi vinum detur parvitas materiæ? Et quid, si votum fuit jejunandi cum pane, & aqua, an sit culpa mortalis semel vinum bibere? Et an quis possit vovere in materia levi sub obligatione mortali? Et an si quis per plures dies, vel annum omittat votum levis materiæ, v. g. aranum Dominicam, Ave Maria, vel unum Salve Regina, vel dare parvam eleemosynam, peccet mortaliter? Et notatur, quod si pluries omittendo istam parvam eleemosynam devenisti ad materiam gravem, teneris ad restitutionem. Et an præceptum Prælati in re levi, & in urbe ad bonam gubernationem obliget sub solo peccato veniali: nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia etiam levissima obligare sub peccato mortali? Et an eodem die violare plura vota de materia levi sit peccatum mortale? Et an in comestione carnium in die jejunii detur parvitas materiæ? Ex p. 4. t. 4. ex r. 160. & 70. & in p. 5. t. 5. ex r. 4. 37. 36. 50. 53. & 55. & in p. 3. t. 5. ex r. 12. & in tom. 10. t. 14. r. 32. *Quæ hic sunt infra in hoc ipsomet* tom. 8. t. 4. de Voto, & Juramento à r. 6. usque ad r. 14. inclusive, & in r. 72
Ex quanam culpa, hoc est, ex quanam negligentia non adhibita in casu homicidii casualis oriatur obligatio restitutionis, an ex culpa & negligentia lata, non vero levissima, aut levi? Ex p. 5. t. 4. ex r. 46. *Quæ hic est infra* in hoc tom. 8. t. 5. de Homicidio r. 8;
An in furto Reliquiarum detur parvitas materiæ? Et an cæteris furtis detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. ex r. 34. & 35. *Quæ hic est infra* in hoc tom. 8. t. 7. de Furto, & Restitutione r. 2. & 1
An si quis haberet voluntatem committendi omnia peccata venialia, peccet mortaliter? Et an peccet mortaliter, qui apud se statuit nullum peccatum veniale vitare? Et an Religiosi, qui tenentur progredi in viam perfectionis, peccent mortaliter, si nollent observare omnes Regulas, licet non obligent sub mortali? Ex p. 3. t. 6. ex r. 24. *Quæ hic est infra* in hoc ipsomet tom. 8. t. 10. r. 4
Quomodo tempus mediæ noctis in præceptis Ecclesiasticis sumendum sit? Et an dato primo pulsu horæ duodecimæ, media nox judicanda sit elapsa, ita ut præcepta præteriti diei, vel futuræ dicatur elapsa? Et infertur, an annus Novitiatus debeat computari de momento ad momentum, ita ut si professio efficiatur per quatuor aut sex horas ante completum annum, professio sit invalida? Ex p. 7. t. 11. ex r. 15. & in p. 3. t. 4. ex ref. 36. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. t. 1. de Celebratione Missarum ref. 111. & 112
An in prohibitione colloquendi, & scribendi tempore conclavis contenta in Bulla Pii IV. detur parvitas materiæ, excusans à mortali, & incursione censurarum? Ex p. 12. t. 2. ex r. 6. *Quæ hic est* in tom. 9. t. 7. r. 99

TRACTATUS IV.

De Juramento simpliciter, & de juramento, & voto, ut est promissio Deo facta, &c. atque de eorum absolutione, relaxatione, commutatione & dispensatione. p. 48.

1. AN Reges teneantur in conscientia non revocare concessionem factam futuræ accessionis in dignitate, v. g. Proregis, &c. Et quid est dicendum, si etiam esset promissio, & etiam acceptata? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 74. ibid.
2. An sit peccatum mortale non adimplere promissionem gratuitam acceptatam in re gravi? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 122. ibid.
3. Proposita mihi sapius fuit hæc quæstio. An promissio externa legitime ab alio acceptata obliget in conscientia? Et notatur, quod per accidens aliquando, qui non præstat promissionem possit peccare mortaliter, ut quando sequitur notabile detrimentum propter promissionem non præstitam. Et an, si sacerdos, non ratione stipendii, sed liberaliter promisit alteri unum sacrum animo se obligandi, peccet mortaliter omittendo? Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. res. 9. ibid.
4. An promissio interna obliget in conscientia? Et an ille, cui facta est promissio interna, possit facere sibi occultam compensationem? Et an donatio, seu promissio facta Petro præsenti, etiamsi non acceptet, sed taceat, obliget in conscientia? Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 117. aliàs 116. p. 49
5. An juramentum additum fictæ promissioni veram inducat obligationem? Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 34. ibid.
6. An juramentum promissorium de faciendo peccato veniali, sit tantum veniale? Idem est de voto, quia votum de peccato veniali est tantum peccatum veniale, quia parvitas materiæ excusat? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. r. 160. p. 50
7. An detur parvitas materiæ in iuramento promissorio, itaut aliquando sit tantum peccatum veniale illius transgressio? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 70. ibid.
8. An in iuramento assertorio detur parvitas materiæ, & quid in promissorio? Ex p. 5. tr. 5. r. 4. ibid.
9. An in voto, & iuramento non bibendi vinum detur parvitas materiæ? Et quid est dicendum, si votum fuit ieiunandi cum pane, & aqua, an sit culpa mortalis semel bibere vinum? Ex p. 5. t. 5. r. 37. p. 51
10. An in voto detur parvitas materiæ? Ex p. 5. t. 5. r. 36. ibid.
11. An in eodem die violare plura vota de materia levi sit peccatum mortale, sive materiæ sint eiusdem rationis, sive diversæ? Ex p. 5. tr. 5. r. 55. ibid.
12. An possit quis in materia levi vovere sub obligatione lethali? Et quid est dicendum, si Confessarius pro mortalibus imponat levem pœnitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? Et adducitur, quod quantumcunque velit legislator ad mortale obligare, si materia est exigua, attentis circunstantiis non obligabit ad mortale. Ex p. 5. t. 5. r. 50. p. 52
13. An si quis voverit se quotidie recitare B. Virgini Pater noster, & Ave Maria, vel unum Salve Regina, & per annum, v. g. non recitet, peccet mortaliter? Et notatur, quod in tali casu vovens istam materiam parvam non potest se obligare sub mortali in recitatione dictæ materiæ levis. Etiamque advertitur, quod doctrina prædictæ quæstionis non valet in casu, quo vovisti singulis dare parvam eleemosynam, quia pluries omittendo istam parvam eleemosynam, si devenisti ad materiam gravem, teneris ad restitutionem. Etiamque infertur, an præceptum Prælati in re levi, & in ordine ad bonam gubernationem, obliget sub solo peccato veniali, nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia, etiam levissima obligare sub peccato mortali? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. r. 24. ibid.
14. An si per plures dies quis omittat votum levis materiæ, v. g. Orationem Dominicam, vel dare parvam eleemosynam, peccet mortaliter? Sed difficultas est in cognoscendo, quando vovens censetur annectere obligationem ad diem, & quando non. Ex quo infertur, an obligatio facta pro uno die prorogetur in sequentem? Ex p. 5. t. 5. r. 53. p. 53
15. An vovens, omnibus circunstantiis attentis, dubius manens, an votum emissum sit intuitu temporis, teneatur adimplere, v. g. vovit quis ieiunaturum, vel Missam auditurum certa die pro animabus Purgatorii, atque adeo eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare, Missam audire, Communionem facere, &c. Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 26. ibid.
16. An qui vovit se aliquid facturum, si alius sibi consulerit, teneatur ad votum, si imprudenter is, qui consulitur, rem promissam consulat? Sed quid est dicendum in sequenti casu, an faciat contra votum de religione sumenda sub conditione Paterni consensus, si de facto procures precibus, & rationibus, ne consentiat? Et quid, si per vim, & fraudem consensus impediretur? Idem est, si votum sub alterius consilio esset emissum? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. r. 4. ibid.
17. An in dubio, utrum materia voti sit bona, aut mala, teneatur quis illud adimplere? Et quid, si essent opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam? Ex p. 4. tr. 3. res. 13. p. 54
18. An dubius de voto, & iuramento teneatur illa adimplere? Et an, qui certus est se emisisse votum religionis, si dubius sit, an religionis in communi, vel huius in particulari, possit quamlibet ingredi? Et quid dicendum est, si quis certus est, quod voverit se non accessurum ad aliquam fœminam, & dubitat, num de accessu fornicario, vel uxorario senserit, an teneatur abstinere a nuptiis? Et aliqua alia in textu huius resolutionis inferuntur, & docentur circa votum dubium castitatis, religionis, Rosarii recitationem, &c. Et tandem quæritur, dubius, an habuerit voluntatem se obligandi voto, quid faciendum? Ex p. 4. tr. 3. r. 10. ibid.
19. Fuit olim mihi magna altercatio cum quodam Confessario, qui nolebat absolutionem impendere cuidam viro Nobili, qui dubitabat, si emiserat votum B. Virginis Lauretanæ, & per multum tempus non adimplevit, neque adimplere volebat? Ex p. 2. t. 17. & Misc. 3. res. 45. pag. 55
20. An qui omnino non dubitat, sed magis in eam partem inclinat, ut votum emiserit, teneatur illud adimplere? Et an in supradicto casu non integre, sed ad partem pro ratione huius maioris propensionis teneatur? Idem est de dubitante in materia iustitia? Ex p. 4. tr. 3. r. 12. ibid.
21. An aliquis, qui non æque dubitat, sed magis in eam partem inclinat, ut votum emiserit an inquam, propter istam suspensionem voti teneatur ad illud adimplendum, non integre quidem, sed ad partem pro ratione huius maioris propensionis? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. res. 9. ibid.
22. An qui certus est de animo, & intentione iurandi, dubitat tamen de intentione se obligandi, teneatur ad iuramentum? Et an iurans cum animo iurandi, non tamen se obligandi, teneatur ad iuramentum? Et pro praxi supradictæ difficultatis adducuntur in exemplum aliqua alia diversæ quæstiones circa votum,

votum, & iuramentum, & intentionem se obligandi? Ex p.9. t.8. & Misc.3. r.17. p.56

23. An certus de voto, dubius autem de qualitate teneatur ad strictiorem? Et in corpore huius resolutionis multi alii casus cursim adducuntur in exemplum pro supradicta difficultate, & sunt valde notandi, quia quotidiani, sed iam fere omnes in hoc tractatu in suis specialibus resolutionibus magis late sunt explanati? Ex p.3. tr.6. & Misc.2. r.50. p.57

24. Dubius de quibus numeris, seu mensuris voverit, seu legaverit, ad quid teneatur? Et ex doctrina praedictae quaestionis in textu huius resolutionis aliqui alii diversi casus circa hoc explanantur sapius contingentes in praxi? Ex p.4 tr.3. r.48. ibid.

25. Quando quis vovit virginitatem, dubitat vero, quid intenderit, perpetuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu venereo, ad quid teneatur? Ex p.10. t.15. & Misc 5. r.47. p.58

26. An dubius, utrum voverit castitatem independentem à religione teneatur illam observare? Ex p.4. tr.3. r.42. ibid

27. Dubius, an promiserit solum ingredi religionem, aut profiteri, an teneatur ad profitendum? Et in corpore huius resolutionis alii tres diversi casus circa hoc decidiuntur, & explanantur? Ex p.4. tract.3. resol.36. ibid.

28. An qui emisit votum religionis, satisfaciat, si habitum D Ioannis assumat? Et an satisfaciat, si Ordinem D. Iacobi suscipiat? Et an dicti Milites D. Ioannis sint verè religiosi? Ex p.2. tr.16. & Misc.2. res.36. alias 38. ibid.

29. An vovens religionem absolute, nil de exeundi libertate determinando, satisfaciat ingrediens, & postea exiens? Et docetur, quae causa sit legitima egrediendi à religione, an sit sufficiens sola religionis displicentia, & invenire eam non gratam, & commodam sibi? Et an satisfaciat voto si ingrediatur religionem, verum culpa sua postea expellatur? Ex p.4. tr.4. & Misc. resol.25. pag.59

30. Quidam adolescens fecit votum non solum ingrediendi, sed etiam profitendi in quadam religione, sed tempore Novitiatus deprehendit eam sibi propter vitae asperitatem non esse accommodam, an stante voto profitendi, possit egredi? Ex p.2.tr.17. & Misc.3. res.10. ibid.

31. An qui vovit perseverantiam in religione, si ex iusta causa exeat, vel expellatur, ea cessante, teneatur iterum ingredi? Ex p.6. t.7. & Misc.2. res.53. p.60

32. Quis emiserat votum certa religionis, à qua absolute repulsus fuit, sed postea invitatus a superiore quaesivit à me an teneatur ingredi? Ex p.6.tr.7. & Misc. res.52. ibid.

33. Quidam erat obstrictus vinculo voti religionis, sed cum haberet sororem in gravi necessitate constitutam, quaesivit an ex hac causa potuerit differre religionis ingressum, absque alia dispensatione? Et an in supradicto casu possit Episcopus dispensare, quia non in substantia voti, sed in sola dilatione dispensat? Ex p.6. tract.7. & Misc.2. r.54. p.61

34. An qui vovit ingredi religionem, si per annum in fornicationem non inciderit, si in dicto anno culpa sua fornicetur, teneatur adimplere votum? Idem est dicendum de illo, qui vovit sub conditione, si impetret sanitatem intra mensem, & ob intemperantiam illam non obtineat? Ex p.4.tr.4. & Misc. res.101. ibid.

35. An qui vovit, vel juravit sub conditione, & consulto conditionem impedit, teneatur ad votum, & iuramentum? Et an qui vovit religionem ingredi, si Deus illum conservet ab aliquo peccato, non teneatur voto, si ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat, sed solum, quando data opera, ut voti obligationem effugiat? Ex p.9. tr.8. & Misc.3.res.3. ibid.

36. An senex sexagenarius sit solutus à voto religionis quod antea promiserat? Et quid, si post sexagesimum annum emiserit votum religionis, jejunii, &c. an teneatur illud adimplere? Et an habens impedimentum perpetuum post votum superveniens, teneatur ad votum religionis? Et infertur senem sexagenarium non esse ad tuendum, damnandum. Et tandem quaeritur, quot annorum senex intelligatur, ut pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit a suo Episcopo rationabiliter impetrare? Ex p.9. tr.8. & Misc.3.r.2. p.62

37. An votum castitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat? Et in tali casu, an possit Episcopus dispensare, quia tale votum alternativum est? Et quid, si votum non obliget praecisè ad materiam reservatam ex voventis electione, sed quia pars disjunctionis non reservata est impossibilis, potest ne in tali casu Episcopus dispensare? Ex p.4.tr.4. & Misc.res.102.p.63

38. An votum castitatis, vel religionis factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob suam incontinentiam, sit validum? Idem est de vovente non nubendi. Et an talis absque ulla Pontificis dispensatione possit matrimonium inire? Et infertur opinionem speculative probabilem, esse probabilem etiam practice. Et an in casu magnae necessitatis possit Episcopus dispensare in voto religionis, aut castitatis perpetuae? Et in textu huius resolutionis aliqui casus adducuntur pro praxi predictae difficultatis. Et notatur, quod doctrina huius quaestionis non extenditur ad regulares, qui non possunt vi suorum privilegiorum in tali casu magnae necessitatis dispensare? Ex p.10.tr.11. & Misc.1.r.47. ibid.

39. An votum, seu iuramentum de non procurando, seu acceptando Episcopatum, vel non esse Senatorem, Iudicem, Praesidem, &c. sit validum? Idem dicendum est de aliis Praelaturis, & officiis, sive secularibus, sive regularibus? Ex p.6. tr.7. & Misc.2. res.27. p.65

40. An qui dubius est, an emiserit votum habens usum rationis, teneatur adimplere? Idem est de iuramento? Et an quando quis certus est se emisisse votum, v.g. castitatis, sed dubitat, an habuerit animum se obligandi, teneatur servare castitatem? Et an dictum votum censetur reservatum Pontifici? Ex p.4.tr.3. r.11. ibid.

41. An in dubio utrum votum sit emissum ante pubertatem, aut post minorem aetatem, possit Pater illud irritare? Idem dicendum est de tutoribus, & curatoribus, etiam in casu, quod dubium sit circa tempus subjectionis: ut v.g. si uxor dubitat, an ante matrimonium emiserit votum aut servus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis, &c. & pupillus, qui aliquando caruit tutore, & minor, qui aliquando caruit curatore, an tempore sui juris, an post subjectionem illis votum fecerint. Et quid, si dubium est, an votum sit confirmatum ab impubere transacto subjectionis tempore? Ex p.4. tr.3. res.37. p.66

42. Impubes ante 14. annum nondum completum vovit religionem ingredi, facto pubere moritur Pater, & legamus curator ei constituitur, quaeritur, utrum possit curator votum illud irritare? Et an hoc idem dicendum sit de matre, ac de aliis curatoribus? Et ex doctrina supradictae quaestionis infertur, an Pater possit irritare vota filiorum ante pubertatem emissa modo pubes post acquisitam pubertatem non ratificaverit vota tempore impubertatis facta? Et in dubio, an ratificatio facta fuerit post pubertatem, praesumendum sit votum non fuisse ratificatum? Ex p. 6. tract.7. & Misc.2. resol.22. ibid.

43. An tutores, & curatores, & etiam mater possint vota, & iuramenta pupillorum in aetate impuberi emissa, post pubertatem postea irritare, dummodo post pubertatem non fuerint confirmata? Et quaeritur, quomodo, & quando dicantur confirmata? Ex p.9.tr.8. & Misc.3.r.14.p.67

44. Si

44. *Si filius, servus, vel uxor voveat, v. g. singulis sextis Feriis suæ vitæ ieiunare, vel quotidie Litanias recitare, & similia, an talia vota possint à patre, marito, aut domino irritari?* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. res. 15. pag. 68

45. *An Superiores possint irritare vota emissa tempore subiectionis, implenda tempore eius solutionis, ut si v. g. uxor aliquid promittat in tempore viduitatis, impubes tempore pubertatis, pubes in tempus, quo liberam habuerit bonorum dispensationem, servus, dum fuerit liber? Et nota, quod Pater possit irritare votum Religionis à filio emisso post annos pubertatis exequendum.* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 29. p. 69

46. *Quidam voverat singulis Festivitatibus Annunciationis B. Mariæ communionem, sed Festum illud accidit in Feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, quæritur, an teneatur in illa die Sacram Synaxim sumere? Et Resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an Feria sexta Parasceves licitum sit sumere communionem? Et quæritur obiter, an in Feria Quinta Cœnæ Domini sit una tantum celebranda Missa?* Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. r. 19. ibid.

47. *An qui ex voto, vel pœnitentia tenetur recitare aliquo die tantum partem Rosarii, si illam cum notabili interruptione recitet, dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem mane, & aliam vespere recitet?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 17. p. 70

48. *An qui vovit, vel iuravit, vel habuit pro pœnitentia iniuncta audire Missam, vel dicere Officium B. Virginis, si Missam audiat, vel recitet sine interna attentione, adimpleat votum, & pœnitentiam? Et docetur præceptum audiendi Missam, & recitandi Horas Canonicas adimpleri sine interna attentione, dum modo interius recitans vel audiens Missam se gerat distractus.* Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. res. 35. ibid.

49. *An qui audit Missam animo non satisfaciendi voto vel iuramento, satisfaciat voto, ubi plura de intentione satisfaciendi præcepto? Et an doctrina huius Resolutionis non procedat in obligationibus iustitiæ? Et notatur necessarium non esse habere voluntatem expressam satisfaciendi præcepto, nam si ex ignorantia præcepti rem præceptam exequaris, præcepto satisfacis taliter, quod deobligatus remaneas ad aliud faciendum. Imo, si ex animo expresso non satisfaciendi præcepto per talem rem, illam exequaris, adhuc tamen satisfaceres præcepto.* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 77. ibid.

50. *An si quis intuitu pietatis, & solum propter Deum iuraret dare dotem mulieri, possit fœmina illius obligationem remittere? Idem est, si certo pauperi iures eleemosynam largiturus. Et quid, si ea dos, eave eleemosyna nulli esset determinato pauperi, aut personæ promissa? Et infertur, quod si quis filiæ intuitu Patris dotem sub iuramento promittat, tunc non ad filiam, sed ad Patrem remissio iuramenti pertinet.* Ex p. 9. tract. 8. & Misc. 3. r. 13. p. 71

51. *An iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei, possit quis remittere, si cedat in eius utilitatem? Et quid est faciendum, quando prædictum iuramentum præstitum fuit dare eleemosynam pauperi, aut hospitali non determinando personam, an tunc huiusmodi iuramentum relaxari debeat per Prælatum Ecclesiasticum?* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. res. 17. alias 15. p. 72

52. *An iuramentum præstitum redeundi ad carcerem iniustum obliget? Et quid de carcere iusto? Et deducitur condemnatum ad mortem famis teneri sub mortali culpa comedere, non obstante Superioris præcepto de non comedendo, etiam si iuraret se cibos oblatos non manducaturum.* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. r. 57. ibid.

53. *An qui vi, vel metu iurat coactus, si habeat animum non implendi iuramentum, petendo prius relaxationem eius, non obstante hoc, peccet mortaliter?* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. res. 56. p. 73

54. *An captus à latronibus, si cogitur iurare se non denunciaturum illos iudici, teneatur ad observationem talis iuramenti? Et quid si à iudice talis interrogaretur? Et quid, si iuramentum interponatur de non petenda huius iuramenti relaxatione? Et quid est dicendum, si captus iurasset Infidelibus, apud quos iniuste detinebatur se in suæ libertatis pretium daturum mille aureos, an tale iuramentum non sit relaxandum, sed adimplendum? Idem est, si captus iurasset, se illuc rediturum.* Ex p. 11. r. 2. & Misc. 2. r. 35. ibid.

55. *An iuramentum præstitum raptori, vel latroni sit servandum, vel indigeat relaxatione? Et an, si à latronibus captus, cogatur iurare se non denunciaturum illos iudici, vel Ecclesiæ, an iuramentum illud valeat? Et additur, si metu mortis cogeretur iurare se illos non denunciaturum, etiam iuridice interrogatum, non peccare id iurando. Ex quo etiam infertur, an qui ob metum mortis iuraret alicui comedere carnes toto anno diebus prohibitis, an debeat, vel possit prædictum iuramentum servare, cessante metu?* Ex p. 8. tr. 7. & Misc. r. 57. p. 74

56. *Quidam iuravit dare meretrici pro actu fornicario centum aureos, quæsivit postea, an ratione præstiti iuramenti teneatur eos solvere? Et promissio facta meretrici pro actu turpi, etiam secluso iuramento, an absolutè obliget in conscientia?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. r. 27. pag. 76

57. *An si amasius, & meretrix iurent fidelitatem, nempe ut nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget?* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. r. 9. ibid.

58. *An prorogato tempore, v. g. ad proferendam sententiam, censeatur etiam prorogata obligatio parendi tali sententiæ ex vi iuramenti prius præstiti?* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. res. 7. ibid.

59. *De iuramento servandi statuta, seu Capitula Civitatum, Collegiorum, &c. Et pro praxi huius quæstionis aliqui casus adducuntur, & notatur in textu huius Resolutionis.* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 39. pag. 77

60. *In multis regionibus extant Pandectæ, & statuta, in quibus Notariis, Commissariis, & cæteris iustitiæ Ministris taxata sunt stipendia, quæritur, an modo obligent in conscientia virtute iuramenti, stante varietate temporum, & circumstantiarum?* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. r. 60. ibid.

61. *An Tabelliones, & alii iustitiæ ministri iurando non accipere aliquid præter stipendium taxatum, si successu temporis tale stipendium iniustum censeatur, teneantur ad iuramentum?* Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. res. 8. ibid.

62. *An si aliquis audivit à viro optimæ famæ aliquam rem possit cum iuramento deponere in iudicio se illam certo scire?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 77. p. 78

63. *Vtrum sit peccatum mortale iurare, amphibologiis utendo absque necessitate, ut si videlicet iures soci causa Principem esse in aula, intelligendo pictum? Vel an possit uti amphibologiis, quoties id sit necessarium, aut utile ad salutem corporis, honoris, vel ad res familiares tuendas, & ad alia? Et an in dictis casibus iurans non solum excusetur à periurio, sed etiam à peccato mortali, dummodo non iuret in iudicio, dum iudex iuridice illum interrogat?* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 25. ibid.

64. *An ex iusta causa licitum sit etiam iurando uti amphibologia, quando verba non sunt ambigua, sed in sensum verum detorquentur, ex solo aliquo addito, mente iurantis concepto? Et in textu huius Resolutionis 17. casus explanatos invenies pro praxi huius quæstionis.* Ex p. 3. t. 6. & Misc. 2. r. 30. p. 79

65. *An blasphemia, & iuramenta, falsa inadvertenter prolata, non tamen ex prava consuetudine blasphemandi sint peccata mortalia? Et an neganda sit absolutio habenti consuetudinem iurandi inadvertenter, vel tantum habenti consuetudinem iurandi ex advertentia?* Ex p.3.tr.5. & Misc.1. res.62. p.80

66. *An iuramentum falsum inadvertenter dictum ab eo qui pravam consuetudinem iurandi habet sit peccatum mortale, etiam si fiat ex motu irae repentino, aut ex affectione nimia ad rem aliquam? Et an hoc etiam procedat quoad blasphemias? Et an iuramentum profectum non ex prava consuetudine, sed repentino irae impetu aut ex nimia ad rem affectione, non imputetur ad culpam mortalem? Sed supereſt adhuc curiosa quaestio. An Procurator, qui nomine principalis iuramentum praestitit, iuravit falsum, sit periurus Dominus principalis, an vero Procurator?* Ex p.10.tr.14. & Misc 4. res.15. alias 13. p.81

67. *An peccet venialiter, si quis ob vitanda gravia tormenta sibi falsum crimen imponit etiam cum iuramento aequivocatione utens? Et an in tali casu peccet mortaliter? Et an delinquens occultus possit se prodere iudici, ut in eo debitam sequatur punitionem, cum id fiat ob virtutem iustitiae, volendo potius in hoc mundo peccati poenam sustinere, quam in alio luendam servare? Et quid, si esset persona maximae authoritatis, & Reipublicae utilis?* Ex p.3.tr.5. Misc.1. res.7. p.82

68. *An reus possit sibi grave crimen impendere, ut evitet gravia tormenta? Et difficultas est, quando aliquis sibi imponit falsum crimen cum iuramento? Et deducitur eum, qui convictus plene est de Apostasia, aut de haeresi, quam non commisit, ita ut si neget, tradendus est Curiae saeculari, à confiscatione bonorum, extremoque supplicio afficiendus, si vero fatetur crimen leviori poena puniendus sit, posse ipsum absque mortali culpa imponere sibi crimen, quod non admisit, nec obligari sub mortali ad retractandam confessionem post sententiam prolatam, & reconciliationem sequitam.* Ex p.11.tr.1. & Misc.1. res.14. ibid.

69. *An omnia vota in votum solemne Religionis commutentur? Et an hoc procedat etiam in iuramentis soli Deo praestitis? Et quid, si iuramentum esset homini praestitum & ab eo acceptatum?* Ex p.3. tr.6. & Misc.2. resol.65. p.83

70. *An votum, vel iuramentum factum alicui Ecclesiae, vel pauperi, post eorum acceptationem possit quis authoritate Episcopi vel propria in melius commutare? Et quid ante acceptationem in praedictis casibus?* Ex p.6. tract.6. & Misc.1. res.61. p.84

71. *Quis emisit votum mittendi ad domum Lauretanam Calicem aureum, quem postea misit cum persona fideli, sed per viam à latronibus furatus est, quaeritur, an vovens teneatur adhuc adimplere votum? Ex quo infertur, quod fur, & debitor satisfacit tradendo solutionem personae fideli, ut Confissario, vel alteri, ut eam Domino restituat, qui tamen de facto non restituit, vel quia eam consumpsit, vel quia casu periit apud ipsum. Et alii diversi casus adducuntur pro firmanda doctrina harum difficultatum.* Ex p.10.tr.16. & Misc.6. res.97. ibid.

72. *An qui vovit aliquo die non comedere carnes, toties peccet, quoties illas comedit? Et an qui ex voto tenetur certa die ieiunare, non toties peccet, quoties in illa die comedit carnes? Et an in comestione carnium in die ieiunii detur parvitas materiae? Et quanam sit ista materia parva? Et quid quando Coqui multa fercula carnis debent praegustare in die ieiunii?* Ex p.10. tr.14. res.34. alias 32. p.85

73. *An votum ingrediendi Religionem possit quis propria authoritate commutare in susceptionem Episcopatus? Et ex doctrina huius quaestionis infertur, an Episcopus possit sine licentia Papae transire ad Religionem? Et an qui ante Episcopatum fecit votum Religionis, teneatur prius ingredi?* Ex p.6. tr.6. & Misc.1. res.62. p.86

74. *Utrum commutatio voti in bonum aequale possit fieri propria authoritate roventis? Et notatur, quod materiam subrogatam evidenter constare debet esse aequalem, nam si sit dubia non erit licita talis commutatio.* Ex p.2. tr.16. & Misc.2. res.7. alias 9. ibid.

75. *An post commutationem voti, licitum sit roventi redire ad prius votum, etiam si commutatio facta sit in melius? Et quid, si rovens acceptaret commutationem in melius?* Ex p.2. tr.16. & Misc.2. res.6. p.87

76. *An qui elegit aliquam ex commutationibus, & alias renunciavit, possit redire ad prius votum, vel ad aliam commutationem?* Ex p.3. tr. addit. res.18. ibid.

77. *Olim quidam Confissarius scrupulis cruciabatur, ad cognoscendam iustam causam pro commutatione votorum. Et docetur, quod quando commutantur vota etiam in bonum aequale, opus est aliqua causa ultra Prelati auctoritatem. Et an Sacerdos commutans votum inaequale sine iusta, & legitima causa peccet mortaliter, vel saltem venialiter? Et quid, si virtute Bullae Cruciatae, vel alicuius Iubilaei faciat Confessarius commutationem, an possit commutare vota in aliquid minus?* Ex part.2.tract.16. & Misc.2. res.8. alias 10. ibid.

78. *Aliqua practicabilia circa votorum dispensationem, & commutationem. Et in textu huius Resolutionis ad casus adducuntur pro praxi praedictae quaestionis.* Ex p.3.tr.5. & Misc.1. res.25. p.88

79. *An iuramenta Castitatis, Religionis, peregrinationis Ierosolymitanae, &c. possint ab Episcopo dispensari? Et distinguitur, quod natura iuramenti omnino sit distincta à natura voti, & quod votum, & iuramentum habent distinctas essentias, &c.* Ex p.10.tr.14. & Misc.4.res.19. alias 17. p.89

80. *Quinam Praelatus potest relaxare iuramentum, quando contrahentes sunt diversae Diocesis? Et an iudex secularis possit cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico iudice concesse?* Ex p.11.tr.1. & Misc.2. res.36. ibid.

Appendix ad cæteras alias omnes difficultates, quæ simul pertinent ad hunc *Tractat. 4. de Voto, & Iuramento hujus tom. 8.*

PRo verbo votum. *An qui dubius est de voto Castitatis emisso, possit petere dispensationem illius ab Episcopo, qui ratione dubii dispensare potest, eo quod votum castitatis dubium non est reservatum Pontifici?* Ex p.6. tr.6. ex resol.40. *Quae nunc invenietur in tom.1. tr.5. de Reservatis. res.40*

An poenitens possit commutare propria authoritate votum inevidenter melius? Et an Confessarius teneatur commutare votum, si nolit? Et an cum votum emissum sit de confissione agenda singulis mensibus, possit ultra differre, vel anticipare? Et ita vovens, confessionem aliquo mense omissam, an teneatur sequenti mense supplere? Et qui habebat votum dicendi singulis sextis Feriis Litanias, quaesivit, an teneatur ad preces, subsequentes? Idem est, si commutatio alicuius voti fiat in recitatione Litaniarum. Et an votum commutari possit extra sacramentalem confessionem? Ex p.3. tr.4. ex resol.33. & in p.5. tr.14. ex res.73. & 31. & in p.3. tract.4. ex res.99. alias 100. & in p.9. tr.7. ex res.46. & in p.10. tr.12. ex res.43. *Quae hic reperientur in tom.1. tr.6. de Satisfactione sacramentali res.28.29.43.42.20. & 26*

An

An qui vovit aliquo die jejunare, non toties peccet, quoties in illo die carnes comedat? Et an si quis vovit castitatem in solo opere exteriori peccet mortaliter peccati sacrilegii in delectatione de aliquo actu venereo? Et an qui pluries vovit, & pluries iuravit facere aliquam rem frangatque votum, seu iuramentum, teneatur in confessione hoc aperire? Et an qui per diversos sanctos, & formas iurandi iuret, aut voveat, unum tantum efficiat iuramentum, aut votum? Et utrum sacerdos, vel professus religiosus satisfaciat in confessione, si dicat se violasse votum castitatis, non manifestando votum solemne, quod habet? Et an peccet contra votum castitatis, qui in quacumque delectatione morosa consentit? Et an religiosus professus, vel Sacerdos, qui emittit votum de non committenda mollitie, vel fornicatione, teneatur explicare hanc circunstantiam voti emissi post professionem, vel sacerdotium? Et an qui habeat votum castitatis debet votum explicare in confessione, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, ut alii tale votum non habentes peccarent? Et an continentiam servare teneatur is, qui scienS votum castitatis annexum esse receptioni Ordinis sacri, si ordinatur ante annum pubertatis? Et quid, si ordinetur ante annum 16. ubi Concilium Tridentinum est receptum? Et an invincibiliter ignorans votum castitatis implicitum contineri in receptione Ordinis, teneatur servare castitatem, si sciens, & prudens sacrum ordinem recipiat? Ex p.3. tr.4. ex res.156. aliàs 157. & in p.5. tr.13. ex r.99. & in p.3. t.4. ex r.89. aliàs 90. & in p.1.tr.7. ex r.4. & 9. & in p.2. tr.17. ex res.34. & in p.9. tr. 6. ex res.4. & in p.10. tr.11. ex res.12. *Quæ hic sunt* in tom.1. tract.7. de Circunstantiis res.67. 100. 149.73. 75. 104. 101. & 74

An eodem sacrificio satisfaciat quis & pro voto proprio, & pro eo, qui eleemosynam dedit ad faciendum sacrum? Ex p.5.tr.14. ex r.81. *Quæ nunc invenietur* in tom.2. tr.1. de Celebratione Missarum res.36

An qui eodem tempore audit tres Missas satisfaciat voto, præcepto, & pœnitentiæ de audiendis tribus Missis? Et an satisfaciat voto de audiendis duabus Missis, qui simul eodem tempore ambas audit? Et an, qui habet votum audiendi sacrum tali die, si illud audiat cum positiva intentione non satisfaciendi voto, an adhuc satisfaciat, vel teneatur audire aliud sacrum? Ex p.5. tract.14. ex res.52. & in p.8. tr.7. ex res.89. & in p.10. tr.15. ex res.4. *Quæ hic reperientur* in tom.2.tr.3. de Audienda Missa in die festo res.26.27. & 5

An ordinatus per vim, & metum teneatur ad votum continentiæ? Et an ordinatus ante pubertatem ordine sacro, si adeptus pubertatem votum castitatis in ordine sacro contentum non ratificaverit, teneatur continere? Et an prædictum votum à Parentibus, & tutoribus possit sine causa irritari? Et an sit validum votum, & invalidum matrimonium contractum ab eo, qui ordinem sacrum accepit ignorans illi annexum esse votum castitatis? Et quid, si quis suscipiat ordines sacros cum intentione expressa non vovendi castitatem, an teneatur castitatem servare? Et an votum solemne expressum in religione approbata ante pubertatem emissum, nisi post pubertatem ratificetur, non obliget? Imo hodie votum expressum solemne professionis non valeat usque ad decimum sextum annum impletum iuxta Tridentinum? Ex p.10.tr.13. ex r.18. & in tr.16. ex res.84. *Quæ hic sunt* in tom.2. tr.5. r.114. & 113

An promissionis contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum ficto, obliget promittentem? Et an votum suscipiendi ordines, dirimat sponsalia? Et an licite post sponsalia possit quis tale votum emittere? Et an votum castitatis post sponsalia emissum sit validum? Vel an licite possit quis post sponsalia emittere? Et an qui prius votum castitatis, vel religionis emisit, & postea fœminam desponsavit, fide data contrahendi cum ea, teneatur eam in uxorem ducere, vel votum adimplere? Et an in supradicto casu voti religionis teneatur contrahere, & ante consummationem debeat ad religionem transire? Et an habens votum castitatis, aut religionis peccet mortaliter contrahendo matrimonium animo ingrediendi religionem antequam consummet matrimonium? Et an vir qui habet votum castitatis, si petit, uxor teneatur reddere debitum? Et an sit licitum conjugibus ligatis voto castitatis delectari de copula legitimè habita, etiamsi conjux emiserit votum castitatis absque consensu alterius conjugis? Et an vir possit irritare omnia vota uxoris? Et quid de votis emissis ante matrimonium, & de emissis ad tempus solutionis matrimonii? Et an vir possit irritare votum castitatis de eius licentia emissum ab uxore, ita ut possit non solum petere debitum, sed etiam defuncto marito aliud matrimonium inire? Et an quando uterque conjux de communi consensu castitatem vovit, propter periculum incontinentiæ possit Episcopus dispensare, ut petant, & reddant debitum? Et an in tali casu possit fieri commutatio huius voti per Bullam Cruciatæ, vel aliud privilegium? Et an Episcopus possit dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem? Ex p.3.tr.4. ex res.204.207.202. & 279. aliàs 205. 208.203. & 280. & in p.5.tr.14. ex res.38. & in p.3.tr.4. ex r.280. & 295. aliàs 281. & 296. & in tr.6. ex res.73. & in tr.4. ex res.219. aliàs 220. & in p.4.tr.4. ex r.110. & 125. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tr.6. de Matrimonio res.7.30. 155.157.156.159.180.199.217.218. & 219

An conjuges, qui communi consensu votum religionis emiserunt post contractum matrimonium, peccent mortaliter prima vice consummando post votum factum? Et an qui castitatem vovit, divortio legitimo facto, possit conjugi adulteræ reconciliari? Et an, si conjux adulterium committat, alter coniux, qui voto castitatis perpetuæ est obstrictus, teneatur ei debitum petenti reddere? Et interrogatur, & respondetur, quid facere debeat conjux, qui privatus est ratione voti castitatis petere debitum, si gravissimis carnis stimulis sit agitatus, itaut illos vincere non possit? Ex p.9.tr.7. ex res.2. & in tr.8. ex r.32. & 33. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tr.6. de Matrimonio res.220. 245. & 246

Docetur, quæ causa sit iusta ad dispensandum in voto solemni religionis? Ex p.10.tr.12. ex res.1. *Quæ hic est* in tom.3. tr.1. de Potestate Pontificis res.79

An possit Pontifex authoritate divina dispensare, & relaxare vota, & iuramenta? Et an Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ? Et quid de religioso facto Episcopo circa supradicta vota? Et an, si quis habeat votum castitatis, & religionis, & petit à Pontifice dispensationem unius, teneatur alterum enarrare? Et notatur eum, qui impetravit voti dispensationem à Pontifice, in quo poterat Episcopus dispensare, possit ad eum confugere, ut dispenset? Et an Pontifex possit dispensare in voto solemni religionis? Et an si Capuccinus, Minimus, vel Mercenarius cum licentia Pontificis transeat ad Canonicos regulares, vel ad claustrales Carmelitas non teneantur ad votum paupertatis tam rigide ut antea, nec ad votum Quadragesimale, nec ad votum redemptionis captivorum? Ex p.8. tract.3. ex r.2. 100. 56. & 49. *Quæ nunc invenientur* in tom.3. tr.2. de Dispensationibus r.2.66.67. & 42. & quæst. ult. huius §. est in tom.3. tr.1. res.79

Nota, quod in prædicto tom.3. & tract.2. de Dispensationibus *sunt aliquæ aliæ diversæ difficultates pro dispensationibus in votis, & iuramentis* à resol.66. usque ad resolut.80. *inclusivè, & non in aliis præcitati tractatus.*

An si quis ex voto teneatur recitare Psalmum, vel omnes Psalmos pœnitentiales, peccet mortaliter, si illos linguâ

Italica, Hiſpanica, aut alia vulgari ſine cauſa recitet? Et an qui vovit recitare Officium S. particularis in die, quo debebat recitare de altero Sancto, vel de Feria, teneatur duo officia dicere? Ex p.9.t.7.ex r.67. & in t.9.ex r.25. & 22. *Quæ nunc invenientur* in tom.3. t.6. de Horis Canonicis r.49. 25. & 112

An cum quis poſt votum Religionis vel Caſtitatis contraxit matrimonium, mortua conjuge tota voti obligatio reviviſcat? Ex p.1. t.11. ex r.66. §. ult. *Quæ hic eſt* in tom.4. t.3. de Bulla Cruciatæ r.107

Notã, quod in tom.4. t.3. de Bulla Cruciatæ *ſunt quam plurimæ difficultates pro diverſis votis, & eorum commutationibus virtute Cruciatæ, quas ibi reperies* à r.69. uſque ad r.122. inclusive.

Similiter adverte, quod in ſupradicto tomo 4. t.4. *de Jubilæo, ſunt etiam multæ quæſtiones ſimplices, & miſtæ pro commutatione voti, & iuramenti virtute Jubilæi,* à r.14. uſque ad r.20. & in r.22. 23. 41. 46. & à r.58. uſque ad r.65. inclusive.

An ieiunia ex voto poſſit Commiſſarius virtute Cruciatæ commutare illa? Et an excuſetur à ieiunio ſexagenarius, qui toto vitæ tempore vovit ieiunare, certis diebus hebdomadæ, vel anni, & quamvis prædictæ ætatis ultimus annus inchoatus ſit, & non vero exactus, & mathematice completus? Idem eſt de famina quinquagenaria. Et an ſi quis vovit ieiunare, teneatur abſtinere à lacticiniis extra Quadrageſimam, vel an teneatur ſervare ieiunium iuxta conſuetudinem patriæ? Et an promittens ieiunare in Quadrageſima, dubius autem an intenderit abſtinere à lacticiniis ſit damnandus tanquam reus voti, ſi illis abſque Bulla veſcatur, licet peccaverit in præcepto Eccleſiæ intercidentis eo tempore lacticiniorum uſum? Et an Regularis vovens ieiunare ſatisfaciat, ſi ieiunet ſecundum morem Monaſticum, vel teneatur ieiunare ſecundum morem Eccleſiæ? Et an qui vovit ieiunare die Sabbathi, vel Feria ſexta, teneatur ad id votum, ſi dies Nativitatis Domini venerit in his diebus? Et notatur eum, qui votum emiſit non comedendi ova in ſexta Feria, vel die Sabbathi, poſſit comedere carnes in die Nativitatis Domini, ſi in eis accideret celebrari? Et an Religioſus Franciſcanus, vel quivis alius, qui tenetur ieiunare, ſi non ieiunet in ſexta Feria, ſi ſit vigilia, unum tantum committat peccatum? Et an Religioſi Franciſcani teneantur ad Regulæ ieiunia, etiam ſi annum 21. non expleverint? Et an qui fecit votum de ieiunando tali die in pane, & aqua, toties peccet mortaliter, quoties biberit vinum? Et quid, ſi promiſit ſe in illa die nihil manducaturum niſi panem, & aquam? an tunc quoties biberit vinum, peccet mortaliter? Et an ita vovens frangat votum, ſi cerviſiam biberit? Et an ſi quis teneatur ieiunare in pane, & aqua, & non poſſit niſi ſumendo parum vini, aut obſonii, ſit adſtrictus tali ieiunio? Et an vovens recitare ſeptem Pſalmos pœnitentiales, ſi non poſſit integros recitare, teneatur ad partem? Et an vovens ieiunare certa die, toties peccet, quoties in illa comedit carnes? Et quid eſt ſentiendum, ſi expreſſe promiſerit in die unam comeſtionem tantum? Et explanatur differentia inter ieiunium ex præcepto, Eccleſiæ, & ex vi voti, ſi in illis aliquis comederit carnes. Et an qui vovit ieiunare ſingulis ſextis Feriis, & in illis aliquando incidat Vigilia Nativitatis Domini, poſſit in collatione ſerotina ſumere quantitatem pinguiorem? Et quid in prædicto caſu de Religioſo Franciſcano? Et an qui vovit ieiunium quotidie, v. g. per menſem teneatur ieiunare Dominico die? Idem eſt, ſi aliquis vouiſſet omnibus diebus totius anni abſtinere à carnibus, ovis, lacticiniis, &c. Et an qui vovit pro qualibet die non comedere carnes, aut ova, toties peccet, quoties comedit? Ex p.9. t.7. ex r.74. alias 703. & in p.1. t.9. ex reſol.15. 20. & 5. & in p.4. t.3. ex reſ.20. & in p.7. t.11. ex r.24. & in p.1. t.9. ex r.22. & in part.4. tract.4. ex reſ.83. & in p.1. tr.9. ex reſ.16. 4. 37. & 45. & in part. tract.5. ex reſol.61. & in part.9. tract.8. ex reſolut.5. & in part.10. tract.12. ex reſol.45. & in tract.16. ex reſ.50. & 77. *Quæ hic ſunt* in tom.4. tr.6. de Ieiunio reſ. 9. 3. 6. 56. 57. 60. 61. 62. 63. 65. 82. 84. 66. 83. 114. 7. & 70

An ſi quis v. g. vovit non fornicari, vel ludere ſub pœna centum aureorum, ſi poſtea immemor voti fornicetur, luſerit, &c. an teneatur ſolvere pœnam? Idem eſt, ſi dum fornicatur memor ſit voti, non autem pœnæ impoſitæ, etiam ſi ſit pœna Religionis, Caſtitatis, peregrinationis Ieroſolymitanæ, &c. Ex p.3. tr.6. ex reſ.41. *Quæ nunc invenietur* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione reſ. 32

An votum pœnale obliget prima vice ad pœnam, ut v. g. qui vovit non ludere ſub pœna 10. aureorum, peregrinandi Romam, aut Ieruſalem, ingrediendi Religionem, vel exorbitantis eleemoſynæ, &c. an teneatur toties ſolvere pœnam, quoties luſerit? Et quid eſt dicendum, ſi votum ſit de vitando ludo, & caſu, quo illum non vult in ſubiturum talem pœnam, maior eſt difficultas an de ſola prima vice votum pœnæ debeat intelligi? Et an in voto, & iuramento non ludendi detur parvitas materiæ? Et notatur in voto pœnali non incurri pœnam, quando tranſgreſſio eſt levis. Et an qui vovit non ludere ſub pœna, ac non poſſit diſpenſari niſi à Summo Pontifice, poſſit adhuc ab Epiſcopo abſolvi? Et an, qui habet poteſtatem diſpenſandi in votis poſſit diſpenſare cum habente votum non ludendi? Et an hoc votum, vel iuramentum poſſit diſpenſari hac ſola cauſa, quia vovens, vel iurans metuit damnum deſiderium & tentationem patitur ludendi? Et an tale votum, vel iuramentum poſſit commutari in rem meliorem, vel æque bonam, ac Deo gratam per Epiſcopum, ſive per alium ex privilegio? Et an, qui in ludo licito, & parva quantitate ludit animi recreandi cauſa faciat contra votum, ſeu iuramentum de non ludendo? Et alii diverſi caſus circa hoc pro voto non ludendi expenduntur infra in §. & loco pro verbo iuramenti non ludendi. Ex p.4.tr.4.ex reſ.181.& in p.7.tr.9.ex reſ. & in p.5.tr.5.ex reſ.38.& in p.7.tr.9. ex r.59. & 51. *Quæ hic reperientur* in tom.6.tr.4.de Ludo reſ.66.67. 68. 69. & 70

An ſi promiſſum iuramento ſit firmatum, obliget, ſi notabiliter varietur ſtatus rerum? Et infertur, quod ex incognita mutatione rerum licet revocare donationem, & promiſſionem, ergo & vota plurima, *& an donatarius teneatur perſolvere vota donantis, ſi non ſint ſolvenda, aut mortuus eſt? Et quid, ſi donatarius acceperit, ſciens voventem effici imporentem ob id ad ſolvendum votum?* Ex part.8. tr.6. ex reſ.105. & 112. *Quæ hic ſunt in* tom.6. tr.7. de Donationibus reſ.137. & 146

Nota, quod in tom.7. tr.1. de Regularibus *ſunt multa quæſtiones omnes miſtæ pro diverſis votis Regularium, ideo ſi ita caſus miſtus occurrerit require illum ibi à r.26.* uſque ad r.30. inclusive, & in r.32. 192. 201. 202. 203. 241. 242. 267. & à reſ.274. uſque ad reſ.278. inclusive, & in reſ.280. 283. 350. & 351

An ſi quis profiteatur in aliqua Religione, ſi poſtea profeſſionem annullet, teneatur poſtea ad votum ſimplicis caſtitatis? Ex part.10. tract.10. ex reſ. unica, *Quæ hic eſt* in tom.7. tract. 2. de Cingulo Militari, & reſ. etiam unica.

An ſervi valide poſſint emittere vota? Et an valeat votum ſervorum collatum ad tempus libertatis? Et an prædictum votum poſſit irritari à Dominis? Et quid de voto caſtitatis ſervandæ, audiendi Miſſam, ieiunandi, communicandi, &c. Et an Dominus poſſit ſuſpendere vota communicandi, &c. Et an Dominus poſſit Deſervorum, emiſſa ante ſervitutem? Et notatur poſſe Deſervorum, emiſſa ante ſervitutem orbati omnia illius veminum ſervi impuberis Parentibus orbati omnia illius vominum ſervi impuberis Parentibus orbati omnia illius vota irritare. Ex p.7.t.7. ex reſ.25.26. & 27. *Quæ nunc inveniuntur* in tom.7. tr.8. de Servis reſ.54.55.& 56

An

An si quis vovit indeterminate pro aliquo die v.g. audire tres Missas, & ex qualibet earum omittat partem non notabilem, peccet mortaliter? Et an parvæ materiæ diversorum præceptorum coalescant in unum, & faciant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam, si ex diversis votis quis obligetur pro eodem die? Ex p.3.tr.6. ex resl.42. §. Sed quid, *Quæ hic est supra* in hoc ipsomet tom.8. tr.3. de Parvitate materiæ resl.2

An si quis ex devotione inviserit hanc, vel illam Ecclesiam, & non recordatur, quod ad id tenetur ex voto, si postea recordetur voti, teneatur iterum illas Ecclesias visitare? Ex p.5. tr.13. ex resl.94. *Quæ hic est infra* in hoc tom.8. tr.9. de Furto resl.46

An post delictum ad gaudendum quis privilegio fori standum sit iuramento ipsius, si dicat se habitum Clericalem suscepisse ex vi voti? Ex p.3.tr.1. ex resl.67. *Quæ nunc invenietur* in tom.9. tr.2. de Immunitate Ecclesiastica resl.132

An Cardinales in suis titulis possint dispensare in voto? Et an Cardinales Religiosi statim solvantur a voto paupertatis, & efficiantur Domini redditiuum Ecclesiasticorum instar Cardinalium secularium? Et an Cardinales Religiosi teneantur ad vota, quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta? Ex p.5. tr.2.ex r.58.64. & 65. *Quæ hic reperientur* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus resl.38. 84. & 85

Nota, quod infra in §§. sequentibus pro Verbo iuramento sint etiam aliquæ difficultates etiam pro voto, ideo omnia sequentia usque ad finem huius tractatus debes perlegere etiam pro voto.

§. *Pro Verbo Iuramentum. Quale peccatum sit petere iuramentum ab Infideli parato iurare per falsos Deos, necessitate deficiente?* Ex p.7.tr.12. ex resol.33. *Quæ nunc invenietur* in tom.1. tr.1. de Baptismo resl.21

An iurans falsum ex consuetudine, & admonitus sapius in aliis confessionibus sit statim absolvendus? Et an teneatur acceptare aliquam pœnam, vel affectionem pro prava consuetudine tollenda iurandi? Et notatur, quod non est consilium bonum, si Confessarii iurare, vel promittere faciant pœnitentes aliquam pœnam subire, si inciderint in aliqua peccata, & ideo neque debent Confessarii exigere à suis pœnitentibus iuramenta, vel vota desistendi ab aliquo crimine. Ex p.6.tr.6. ex resl.30. & in tr.7.ex r.49. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tract.4. de Absolutione Sacramentali resl.26. & 27

An qui unico, & continuato sermone in eadem re ter peieret, sufficiat, si in confessione dicat se falsum iurasse? Et an peierare in die festo sit circunstantia in confessione aperienda? Et an testis qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis, & in omnibus sub iuramento mentitur, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Idem est, quando quis multiplicat iuramenta per Deum & Sanctos super eadem re. Ex part.3. tr.4. ex resl.162. alias 163. & in p.1.tr.7. ex resl.32.& 40. *Quæ hic sunt* in tom.1. tr.7. de Circunstantiis resl.29. 54. & 150

An qui frangit secretum naturale, quod sub iuramento promisit, committat duplicem culpam mortalem diversam specie? Et an laicus, qui ex necessitate audivit alicuius confessionem, teneatur ad Sigillum, vel an saltem debeat illud secretum non infringere, etiam adhibito iuramento? Et quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub iuramento, an in confessione audierit peccatum aliquod? Ex p.5.tr.11.ex resl.2.14.& 43. *Quæ hic sunt* in tom.1. tr.8. resl.2. 35. & 66

Nota, quod in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio *sunt aliquæ quæstiones pro sponsalibus iuratis, in quibus sunt diversi casus pro conditionibus iuratis quæ apponuntur in supradictis sponsalibus quos ibidem invenies* in resl.6. 8.9.10. 12. 13. & à resl.18. usque ad resol.21. inclusivè & in resl.151. *& pro aliis casibus iuratis contingentibus in ipsomet matrimonio* in resl.80. & 175

An Episcopus possit dispensare in suis Constitutionibus iuramento confirmatis? Ex p.9. tr.6. ex resl 40. alias 41. *Quæ nunc invenietur* in tom.3. tr.2. de Dispensatione resl.41

An Vicarius Episcopi possit revocari ad libitum, si Episcopus iurasset non revocare Vicarium? Idem est dicendum de Vicario cuiuscunque Superioris. Ex p.10.tr.15. ex resl.24. *Quæ hic reperientur* in tom.3.tr.3. de Episcopis resl.93

An Capitulum Sede vacante possit absolvere à iuramento? Et an Capitulum Sede vacante possit dispensare in omnibus votis, & iuramentis, quibus possit Episcopus? Et an Capitulum Sede vacante possit ad libitum Vicarium amovere, si iuramentum interpositum fuisset de non revocando? Ex p.8. tr.4. ex resol.23. 45. & 63. *Quæ hic sunt* in tom.3.tr.5.de Capitulo Sede vacante r.25. 26. & 75

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit quemadmodum vota, ita etiam iuramenta facta circa eandem materiam votorum commutare? Et an sententia, & doctrina prædicta quæstionis procedat in casu, quo iuramenta adiecta sint contractui, in quo est turpitudo, & iniustitia in creditore, ut de solvendis usuris, aut metu iniusto extorta? Et an quando carcer est iniustus, & quis iuravit se rediturum teneatur redire, etiam si timeret morte iniusta damnandum? Idem est de illo, qui latroni mille aureos promisit sub iuramento, ne occideretur? Et an in his casibus possit petere relaxationem iuramenti ab Episcopo, vel ab alio Confessario vigore Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi, qui possunt huiusmodi iuramenta commutare? Et an confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare vota, & iuramenta pœnalia, & conditionalia Castitatis, seu Religionis? Et an iuramenta ingrediendi Religionem, vel observandi Castitatem sint per Episcopum, vel per Bullam Cruciatæ dispensabilia? Et notatur, quod quando Pontifex in aliquo indulto concedit facultatem relaxandi, seu commutandi iuramenta, possint sine scrupulo à Confessariis illa quinque relaxari. Ex p.1. tr.11. ex resl.41. & 69. & in p.4. tract.4. ex resl.19. & 69. *Quæ nunc invenientur* in tom.4.tr.3.de Bulla Cruciatæ resl.83. 91. 84. & 92

An Confessarius vi Iubilæi, in quo datur facultas commutandi vota, exceptis votis Castitatis, & Religionis possit commutare iuramenta pia Religionis, & perpetuæ castitatis? Et an dicta iuramenta sint reservata Summo Pontifici, vel tantum Episcopis? Et an Confessarius virtute Iubilæi habens facultatem commutandi, & dispensandi vota, extendatur hæc facultas ad iuramenta promissoria Deo facta, vel ad vota iurata? Et an vero, si facultas delegata dispensandi, aut commutandi esset limitata ad unum votum, tunc possit iuramentum de eadem materia illi concomitanter adiunctum auferri? Et an virtute Iubilæi possit Confessarius commutare iuramentum solvendi usuras, aut metu iniusto extortum? Ex p.5.tr.12.ex resl.60.58. & 57. alias 59.57. & 56. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr.4. de Jubilæo resl.18. 19. & 20

An ignorantia probetur per iuramentum? Et docetur, quod si iurare ignorantiam aliquis recusat, debet haberi pro excommunicato in casu ignorantiæ excommunicationis, & idem est in casu ignorantiæ suspensionis, irregularitatis, vel in alio quocumque casu, & eventu. Ex p.10. tr.12. ex resl.4. *Quæ hic est* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione resl.6

An sit peccatum relinquere iuramentum, quod exigitur ab excommunicato, & in quo sensu intelligatur prædictum iuramentum? Et an iuramentum de parendo, & præstandum sit semper ab excommunicato excommunicationis

tionis maioris, ita ut si omittatur, quando debet præstari, an absolutio excommunicationis sit nulla? Et an excommunicatus, si non potest satisfacere, debet saltem dare Confessario cautionem iuratoriam? Ex p.5.tr.9.ex r.23. & 68. & in p.2.tr.16. ex res.42. alias 44. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tract. 1. de Excommunicatione res.184. 185. & 186

Quando ab Episcopo non est exigendum iuramentum, ut absolutio à censura Canonis Si quis suadente, &c. *teneatur adire Pontificem, & quando exigendum est supradictum iuramentum?* Ex p.9.tr.4. ex resol.64. & 62. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tract. 2. de Percussione Clerici res.65. & 72

An sit suspensus Clericus, qui impetravit à consanguineo patrimonium, ad cuius titulum ordinatus fuit, & promittens cum iuramento, quod ante donationem retro donavit, &c. Ex p.5.tr.10.res.50. *Quæ hic est* in tom.5.tr.3.de Suspensione res.49

An iurans per membra honesta Christi sit blasphemus? Et quid, si per membra inhonesta iuret? Ex p.6. tr.8.ex res.38. *Quæ nunc invenietur* in tom.5. tr.8. de Hæresi resol.11

An qui scit solicitationem in confessione sub secreto naturali, teneatur denunciare, etiamsi secretum promissum sit cum iuramento? Ex p.9.tr.8. ex res.46. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tr.9. de Sollicitatione res.68

An absentes admittantur in crimine hæresis, si proprio nomine, & iuramento denuntiationem firment? Ex p.4. tr.8.ex res.41. *Quæ hic est* in tom.5. tr.10. de Inquisitoribus res.44

An Episcopus ante consecrationem debeat præstare iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem? Et an prædictum iuramentum per Procuratorem possit fieri? Et an in consecratione Episcopus obligetur voto, vel iuramento ad Apostolorum limina visitanda? Et quid, si legitimo impedimento detentus fuerit? Et docetur quod Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus potest absolvere à iuramento. Ex p.12.tr.1. ex r.57. 97. & 109. *Quæ nunc invenientur* in tom.4.tr.8. de Consecratione Episcopi res. etiam 57. 97. & 103

An ut quis iuret licite, & absolute, satis sit, si rem audierit à persona fide digna, & secus autem in iudicio, quia ibi debet exprimere quomodo id sciat? Et an, si in aliquo casu rens, & testis iurent falsum, quamvis peccent, non tamen tenentur ad restitutionem? Et an, qui v.g. accepit gradum Doctoratus in aliqua universitate publica, ut Missanæ, &c. non habens cursus requisitos, vel non interfuit illis iuxta universitatis statutum, vel non sit Matriculæ adscriptus, &c. peccet mortaliter, licet non intervenerit iuramentum? Et an Senatores eligentes indignum non solum peccent, & teneantur restituere damnum sequutum, sed etiam sint periuri? Et an in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus adsunt statuta de puritate sanguinis, expositi sint admittendi, si statuta iuramentum de puritate, & sufficientem informationem exposcant? Ex p.3. tr.5. ex r.66. & 4. & in p.4.tr.4. ex r.173.& in p.2.tr.15.ex r.67.& in p.10.tr.16.ex res.96. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tract.1. de Legibus res.102. 88. 131. & 135. & 32

Virum prodigus ex contractu iuramento confirmato obligetur? Sed difficultas est, an dictum iuramentum non solum obliget, ex Religione, sed etiam confirmet contractum alias nullum, efficiendo eum validum, & consequenter dantem ius instituæ ad rem, vel in re? Et an dictum iuramentum possit à Superiore relaxari? Et an iuramentum dolo, & metu adiectum contractibus invalidis, & de iure prohibitis obliget in conscientia? Et an prædictum iuramentum indigeat relaxatione? Et an quis possit compensatione uti etiamsi iuramento promiserit debitu solvere? Et an filiusfamilias teneatur solvere mutuum si illud solvere iuravit? Et an uxores, & filii possint aliquando post mortem patris, vel mariti occultare bona creditorum, & vocati in iudicio, si compellerentur sub iuramento aperire, si mihil abstulerint de bonis Patris, vel mariti, si negent, peccent mortaliter? Et an Emphyteuta, qui promisit solvere Canonem, & juravit, possit purgare moram, ita ut per non solutum Canonem jus suum non amittat, nec in pœnam incidat? Et an, qui juravit solvere, possit, hoc non obstante compensare sine metu perjurii? Ex p.8. t.7. ex res.21. & in p.4. t.4. ex r.28. & in p.7. t.10. ex res.17. & in p.9. t.9. ex res.13. & in p.5. t.14. ex res.57. & in p.10. t.16.ex r.56. 57.& 60. *Quæ hic sunt* in tom.6. t.3. de Contractibus r.116.117.150. 168.158.197. 197. & 151

An lusor, qui juravit non repetere pecunias lucratas in ludo prohibito, possit petere relaxationem hujus juramenti? Et notatur, quod si tamen liberaliter quis promisit se nunquam repetiturum, non posse repetere. Et an qui iurante non ludere, possit adhuc ludere ludo honesto? Et quid, si iuramentum sit de non ludendo cum certa, & determinata persona, vel in domo certa, vel determinato ludo, an dictum iuramentum, vel votum obliget? Et an sit peccatum, qui iuravit non ludere, & ludit per alios, tradendo eis nummos, & colludentes aspiciendo? Et an, qui juravit, vel vovit non ludere, possit sponsiones facere in ludo, quod vulgo dicitur atraversa en el fuego? *Et an in iuramento, vel voto non ludendi detur parvitas materiæ?* Ex p.7. t.9. ex r.26. 56. & 57. & in p.5. tr.5. ex res.38. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. t.4. de Ludo, & Spectaculis r.62. 63. 64. & 68

An, qui occultaverit bona ad gaudendum privilegia cessionis, debeat facere indicationem, mediante iuramento? Et an valeat pactum, & renunciatio bonorum, si firmetur iuramento? Et an in tali casu possint debitores petere ab Episcopo relaxationem iuramenti? Et an, qui cessit bonis, si non possit præbere fideiussores idoneos, sufficiat, præbere cautionem iuratoriam? Et an, si debitor prius iuramentum se obligavit ad carcerem, vel ad manus iniectionem, nihilominus tamen ad cessionem bonorum admitti debeat? Et an dilationes moratoria generaliter loquentes intendantur ad debitum iuratum? Et an hoc non solum procedat in Principe sæculari, sed etiam in Summo Pontifice? Et an Princeps possit concedere dilationes pro debitis iuratis, ita ut inducia valeant? Et an hæc potestas ad solum Pontificem Maximum spectet? Et si nemo cum iuramento debitorem habet obligatum, an teneatur cum cæteris creditoribus ad dilationem quinquennalem consentire? Ex p.7.t.8.ex r.5.15.16.19.29.30.& 31. *Quæ hic reperientur* in tom.6.t.5. de Cessione bonorum res. etiam 5. 15. 16. 19. 29. 30. & 31

Nota, quod in tom.6. t.7. de Donationibus *sunt multæ difficultates omnes missæ pro donationibus iuramento firmatis, ideo, si ita casus mistus occurrerit, require illum in* r.16. 39.51.68.99.100.107.110.113.114.115. 119. 135. 137. & 143

An maritus, qui promisit cum iuramento uxorem non accusare, licet adulterium committat, obligetur ad id observandum? Ex p.8. t.6. ex r.57. *Quæ hic est* in tom.6. t.7. de Donationibus r.132

An si aliquis iuravit se non revocaturum testamentum, adhuc licite possit illud revocare? Et quid, si alter, cui iuravit acceptavit? Ex p.10.t.15. ex r.11. *Quæ hic est* in tom.6. t.8. de Testamentis r.102

An iurans, in quo Deum testem rei promissæ adducit, possit ad venialem culpam in materia gravi obligari? Et docetur, quod ignorantia circa aliquam rem probatur per iuramentum eam allegantis. Et an Confessarii Regulares possint dispensare super iuramento extra Sacramentum pœnitentiæ? Ex part.3.t.6. ex resol.91. & in part.4. t.4. ex r.187. & in p.3.t.2. ex resol.20. *Quæ nunc*

inveniantur in tom.7.tr.1. de Regulatibus r.131.232. & 263

An liceat petere iuramentum ab aliquo, quando timet illum falsum iuraturum? Et an liceat suadere alicui ut iuret objectum quidem verum, sed quod ille ignorat, ut v.g. si scholaris, quando vult probare cursum, & Antonius suam Nobilitatem, &c. Et an sit licitum inducere Petrum ad iurandum de re aliqua, quando ipse ex ignorantia verum esse putat, licet re vera falsa sit? Et an iramenta iniudicialia sint prohibita in die festo? Ex p.5.tr.7. ex ref.9. 10. & 14. & in p.3.tr.5. ex r.62. & in p.4. tr.4. ex resol.62. *Quæ hic reperientur* in tom.7. tractat. 5. de Scandalo resolut. 56. 57. 58. & 20

An si fidem dederis hosti in bello non utendi insidiis, & stratagematis, etiam iuramento firmatam, standum est promissis? Et an si servus fidem dederit Domino non fugiendi, & maxime si iuramentum adhibuisset, possit fugere, etiam quando benignè à Domno tractaretur dum modo non fugiat animo evagandi, sed redeundi ad suos, & Patrem repetere? Ex part.6. tract.4. ex resol.10. & 14. *Quæ hic sunt* in tom.7. tr.7. de Bello ref.23. & 29

An Princeps teneatur servare suas leges, maxime si iuraſſet illas servare, ut solet tale iuramentum exigi à Regibus, & Dominis terrarum, dum capiunt de novo possessiones earum? Et an testis non teneatur denunciare, quando scit nullum alium scire illud delictum etiam interrogatus sub iuramento? Ex p.1.tr.10. ex r.10. & in p.3.tr.5. ex r.101. aliàs 100. *Quæ nunc invenietur* in tom.6. tr.1. de Legibus r.52. & 94

Docetur, quod examinatores Episcoporum non possunt aliquid Episcopis examinandis manifestare, etiamsi sint doctissimi, & præverecundia timeatur non bene responsuros, & hoc ratione iuramenti, quod supradicti examinatores super hoc faciunt? Ex p.10. tr.16. ex ref.38. aliàs 37. *Quæ hic est supra* in hoc ipsomet tom.8. r.3. de Parvitate materiæ ref.5

An qui falsum dicendo alterum infamavit, teneatur, si opus fuerit iurare se falsum dixisse, & si opus fuerit etiam retractationem iuramento confirmare, & testes adhibere? Et quid est faciendum, si quis falsum dicendo alterum infamavit, sit Episcopus, Prælatus, Comes, &c. Ex p.3. tr.5. ex r.29. *Quæ hic est* infrà in hoc tom.8. tr.7. de Furto, & Restitutione ref.62

An carceratus, & à custode relaxatus sub fide iuramenti de redeundo, si non redeat, sed ad Ecclesiam confugiat, gaudeat eius Immunitate, si carceratio est iusta? Ex p.3.tr.1. ex r.37. *Quæ nunc invenietur* in tom.9.tr.1. de Immunitate Ecclesiæ ref.65

An iudex Ecclesiasticus sit competens in causis sponsalium, maximè si sint iuramento firmatæ? Et an Princeps, seu Ministri Laici possint statuere irritando aliqua iuramenta, quæ in certis contractibus apponuntur, ut super matrimonio, decimis, & similibus? Et an Princeps secularis possit relaxare obligationem iuramenti præstiti? Et an saltem, si non possit propria iuramenta relaxare, possit tamen condemnare, & remittere obligationem, quam pars ipsa, cui iuratur, concedere potest? Et an iudex secularis possit cogere laicos ad condemnandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti? Et an quando iudex laicus potest hoc efficere poterit etiam iudex Ecclesiasticus? Et an Princeps secularis non tantum possit resistere iuramento, itaut prohibeat, ne fiat, sed etiam possit impedire effectum illius, itaut, si fiat, nullatenus sequatur obligatio? Et an non solum iudex laicus ad observationem iuramenti super contractu, vel simili negotio interpositi laicos suos compellere potest, sed etiam iudex Ecclesiasticus, itaut in tali casu materia iuramenti sit mista? Et an illæ leges irritantes contractum, solum propter adjectionem juramenti sint saltem indirecte contra libertatem Ecclesiasticam? Idem dicendum est, si dictæ leges prohibeant juramentum apponi in contractibus, ne ratione illius prorogetur jurisdictio Ecclesiastica. Et notatur, quod jure communi competit Episcopis ratione juramenti convenire laicos in Curia Ecclesiastica, & ideo judex Ecclesiasticus est competens non solum quoad relaxationem iuramenti, sed etiam ad effectum agendi, ut præstita relaxatione annullet, & rescindat ipsum contractum. Et quid, si causa agatur cum hæredibus iurantis? Et an si quis dicat se suscepisse habitum Clericalem post delictum factum ex vi voti, ad gaudendum privilegio fori, an ipsius juramento sit standum? Et an in contractibus, quibus laici conducunt reditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum apponi possit iuramentum? Ex p.1. tr.2. ex ref.56.74. 115. 116. 114. & 120. aliàs 55. 73.114. 115. 113. & 119. & in p.5.tr.1.ex r.8. & in p.3.tr.1. ex r.67. & in p.5.tr.1. ex r.7. *Quæ hic reperientur* in tom.9. tr.2. de Immunitate Ecclesiastica ref.227. & à r.232. usque ad r.236. inclusivè, & in ref.282.132. & 280

An Cardinales in sua consecratione teneantur præstare iuramentum Romanæ Ecclesiæ? Et an Cardinales possint absolvere à juramento in suis titulis? Et an credendum sit Cardinali testanti de re aliqua etiam sine juramento? Et notatur Cardinales exeuntes è Conclavi pro aliqua infirmitate præbere prius juramentum acta in Conclavi circa electionem Pontificis nemini manifestare. Et docetur quod iuramenta de observandis statutis, legibus, & Constitutionibus sæcularibus, & Ecclesiasticis intelligenda sunt, quatenus sunt in usu, & observantur? Ex p.5. tr.2. ex r.95. 13. 29. & 31. & in p.12. tr.2. ex r.12. & 15. *Quæ hic sunt* in tom.9.tr.7. de Cardinalibus ref.22.52.75.69. 105. & 108

TRACTATUS V.

De Homicidio, & Mutilatione, atque de restitutione pro ipsis. p.90.

1. *AN licitum sit occidere invasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ? Et si quis Sacerdotem invadat stantem in Altari, & divina celebrantem, an Sacerdos possit intermittere sacrum, & defendere se, & si cum moderamine justo talem offendentem occidat, an Missam perficere licitum sit ei? Et quæritur, quando vero aggressus dicatur occidisse cum moderamine inculpatæ tutelæ? Et an invasus possit licitè occidere invadentem se, etiam cum liberum sit illi fuga evadere, si fuga esset illi dedecorosa, quod non esset in religioso, Clerico, & homine inferioris notæ?* Ex p.5. tract.4. ref.1. ibid.

2. *An liceat in foro conscientiæ occidere aliquem pro defensione honoris? Et quid, si persona sit Ecclesiastica, aut religiosus, an teneatur fugere, ut filii tenentur fugere Patrem, & avum, & frater minor natu fratrem majorem, aut si invasus sit persona de infima plebe? Et quid, si aggressor sit ebrius, aut furiosus? Et quid est sentiendum, si invasus sit miles?* Ex p.5.tract.4.ref.9. pag.91

3. *An Clericus Nobilis injustè aggressus teneatur fugere, si dedecus ei è fuga obveniat? Et an Clericus, & religiosus non possint occidere sine peccato injustitiæ, & religionis invasorum minantem alapam, vel fusti ictum, nisi timeatur jam ex tali percussione vulnus, vel aliud damnum corporale?* Ex p.8. tract.7. & Misc. ref.46. ibid.

4. *An non solum vir infimæ condi ionis, sed etiam vir Nobilis aggressus si ex fuga possit evadere mortem, teneatur fugere,*

fugere, & non interimere aggressorem vim vi repellendo? Ex p.8. tr.7. & Misc. r.45. p.92

5. *An liceat viro honorato occidere invasorem, qui fustem vel alapam immittur impingere, si aliter hæc ignominia vitari nequit? Et an liceat prævenire aggressorem, & eum, priusquam invadat, occidere?* Ex p.3.tract.5. & Misc.1. r.91. aliàs 90. p.93

6. *An licitum sit viro honorato occidere invasorem, qui fustem, vel alapam immittur ei inferre? Et an hoc etiam admittendum sit in hominibus infimæ conditionis?* Ex p.5.tr.4.r.4. p.94

7. *Vtrum liceat ad honorem tuendum invasorem post impactam alapam, fustem, vel vulnus fugientem insequi, & occidere? Et ita aggressorem occidens, an teneatur ad aliquam restitutionem? Et in prædicto casu declaratur, quid sit vindicta, & quid defensio?* Ex p.2. t.15. & Misc.1. r.15. ibid.

8. *An licitum sit ad honorem tuendum invasorem post impactam alapam, vel fustem, fugientem insequi, & repercutere, & occidere, si hoc opus est ad honorem recuperandum?* Ex p.5.t.4. r.11. p.95

9. *An licitum sit fugientem insequi ad recuperandum honorem propter acceptam alapam, vel fustem, illum vulnerare, & repercutere? Et notatur licitum esse viro honorato invaso occidere invasorem, qui fustem, vel alapam immittur ei impingere, quo ei ignominiam inferat, & invasus non potest aliter defendi?* Ex p.8. tr.7. & Misc. r.48. ibid.

10. *An si quis dicat viro honorato* Mentiris, *liceat eum occidere? Et quando vero licitum sit contumelioso dicere* Mentiris? Ex p.5. t.4.r.13. p.96

11. *An liceat occidere contumeliosum, quando aliter ea injuria arceri nequit, quia talis invasor est honoris?* Ex p.5.tr.4.r.12. ibid.

12. *An liceat occidere contumeliosum, quando aliter ea injuria arceri nequeat?* Ex p.8. tract.7. & Misc.51. pag.97

13. *An liceat religiosis aliquando occidere calumniatorem crimina gravia de sua religione spargentem? Idem dicendum est de Clerico, & religioso in singulari, quando aliquis de illo gravia crimina spargit?* Ex p.7. tr.10. & Misc.1. r.28. ibid.

14. *An religiosi possint defendere suum honorem, occidendo invasorem? Ex quo aliæ difficultates deducuntur pro firmanda doctrina dictæ quæstionis, sed jam omnes appositæ sunt in hoc ipsomet tractatu in suis specialibus resolutionibus?* Ex p.11. tr.1. & Misc.1. res.20. p.98

15. *An liceat privato homini occidere gladio, veneno, proditione, insidiis, aliove quovis modo Regem tyrannice dominantem?* Ex p.5.tr.4.r.21. p.99

16. *An in aliquo casu teneatur invasus occidere aggressorem, & sub pœna peccati mortalis se defendere?* Ex p.5. t.4. r.14. ibid.

17. *An licitum sit occidere invasorem, si ex ejus morte sequatur notabile damnum Reipublicæ, quia est persona valde necessaria, ut si aggressor est Rex, Dux, &c. Et an liceat absque censura* cap. Si quis suadente *percutere Pontificem pro defensione necessaria?* Ex p.5. tr.4.r.2. pag.100

18. *An qui invaditur, possit se tueri cum periculo mortis alicujus innocentis? Et quid, si innocens sit infans, & sine Baptismo moriturus? Et an si invasor tibi objiciat innocentem tanquam clypeum suum, ut post eum latitans impune te interimet, & fugere non possis, tenearis mortem subire, vel possis invasori, & innocenti inferre cum moderamine te defendendo? Et quid si quis aggrediatur aliquem injuste, & alius se interponat, ut rixam dividat, & ille ad fugiendum ictum rixantis protegat se retro hunc mediatorem & sic ille ictum excipiat, & moriatur, an nullam culpam committat, dummodo ille non fuerit author rixæ, sed tota culpa, & pœna est inferenda in alterum, qui invasit, &c.* Ex part.5. tract.4. res.34 ibid.

19. *Quando quis interficit aggressorem, an liceat intendere mortem ejus, ut medium ad sui defensionem?* Ex p.5. tr.4. r.16. p.101

20. *An liceat pro defensione pudicitiæ occidere invasorem? Et additur posse illum, qui vi opprimeretur ab alio adjuvari, & ipsius adjutorem non peccaturum, etiamsi occiderit aggressorem, servato omni moderamine. Et an quis possit occidere invasorem cum peccato nefando, etiamsi sit Clericus, aut religiosus, si aliter non possit se defendere?* Ex p.5.tr.4. r.36. ibid.

21. *An liceat occidere invasorem, si invasus fuerit in culpa, ut aggrederetur ipsum, ut adulter ex injuria, quam facit marito, &c. Et observatur, quod si adulter, vel lacessitor prævidet pericula mortis futura ex actione propria, peccat certe peccato homicidii in causa sua, quando tale periculum prævidens, nihilominus statuit se in illo instituere. At vero in ipso periculo possum non amittit jus defendendi se?* Ex p.5. tr.4. resol.3. ibid.

22. *An liceat prævenire aggressorem, & eum, priusquam invadat, occidere?* Ex p.5. tr.4.r.5.p.102

23. *An si Petrus per famulum, vel siccarium statuat Paulum occidere, licitum sit Paulo, si non habeat ullam spem evadendi, prævenire, & occidere Petrum? Et in textu hujus resolutionis alii casus in exemplum adducuntur in quibus quis potest prævenire, & occidere?* Ex p.5.tr.4. res.6. ibid.

24. *An reclusus in aliqua domo, videns inimicum ad occidendum eum expectare, possit prævenire, & interimere illum, si aliter salvari non possit? Et in exemplum prædictæ quæstionis apponitur, an uxor, quæ videt maritum, qui pugionem condidit sub cerviculo, ut eam interficiat, si aliud non supereſt remedium, an possit illum prævertere? Idem est dicendum de illo, qui alteri paravit venenum?* Ex p.5.tr.4. res.8. p.103

25. *An, qui minatur mortem verbis solis, liceat eum occidere?* Ex p.5.tr.4. res.10. ibid.

26. *An liceat clam occidere eum, qui in judicio conatur aliquem calumniis opprimere in causa magni momenti?* Ex p.3.tr.5. & Misc.1. r.98. aliàs 97. ibid.

27. *An liceat occidere falsum testem euntem ad restituendum falsum contra aliquem? Et quid est dicendum de accusatore? Et notatur, quod hoc extenditur, non solum quando falsus testis, vel accusator imperet in judicio vitam alicujus, sed etiam bona temporalia?* Ex p.5.tr.4. res.7. p.104

28. *An liceat occidere accusatorem, vel testem, qui falsis calumniis conatur per judicem aliquem interficere, infamare, aut bonis privare, si non adsit alia via evadendi? Et an licitum sit occidere eum, qui detractionibus minatur grave damnum inferre, & infert, nisi occidatur, quamvis defectus, qui detractione publicatur, sit verus, si sit occultus, & aliqua alia circa hoc inferantur, & explanantur? Et quid, si falsis calumniis quis vellet apud consanguineum infamare, ne tibi hereditatem relinquat, &c. Et an licitum sit prævenire, seu occidere eum, qui paratus est injuste invadere, etiamsi esset via evadendi deferendo Patriam?* Ex p.8. tr.7. & Misc. res.52. ibid.

29. *An licitum sit occidere invasorem pro defendendis propriis bonis? Et an hoc liceat Clericis, & quid de religiosis? Et an licitum sit occidere, verbi gratia, sagitta, vel catapulta furem, si cum re furata fugiat, quia invasio rei durat, donec se in tuto recipiat? Et an ad defendendam rem propriam, ut quis interficiat, non solum sit necessarium, ut res illa aliter non possit recuperari, sed ut non possit aliter custodiri, etiamsi possit postea recuperari?* Ex part.5. tract.4. resol.17. pag.105

30. An

30. *An furem equo insidentem, & defugientem cum rebus furatu possit Dominus ignito globo, vel sagita interficere?* Et advertitur etiam esse licitum eum occidere jam quiete habentem rem alienam in domo sua, si Dominum rei ingredientem ad eam recuperandam impediat, si Dominus nequeat juridice rem suam recuperare; vel si posset non tamen absque magnis expensis, & molestiis? Ex p.8. t.7. & Misc. r.47. ibid.

31. *An si judex desit, possit quis intrare locum, ubi rem furatam in pacifica possessione fur constituit, & illum occidere cum moderamine, &c.* Ex p.5. tr.4. resol.37. p.106

32. *Quanti valoris oportet, sit res, pro cujus defensione interficere furem, liceat?* Ex part.5. tract.4. resol.18. ibid.

33. *An liceat pro defensione vitæ proximi occidere injustum invasorem? Sed difficultas est, an ad id teneatur? Et quid, si vita proximi maximè sit necessaria Reipublicæ, vel sit Princeps, proprius Pater, mater, frater, filius, aut uxor? Et quid est dicendum, si invasus cedat iuri suo?* Ex p.5.tr.4.r.19. p.107

34. *An liceat occidere invasorem, pro defensione rerum externarum proximi? Sed difficultas est, an ad id teneatur? Et quid, si ex officio, vel Justitiæ lege, ut Ministri publici, &c. teneatur defendere proximum?* Ex p.5. tr.4. res.20. ibid.

35. *An liceat exponere propriam vitam pro defendenda amici vita, & bonis ejus? Et in corpore hujus resolutionis aliqui casus in exemplum supradictæ difficultatis adducuntur, & explanantur?* Ex p.5.tr.4.r.28. p.108

36. *An liceat exponere propriam vitam pro alio inferiori bono, ut pro honore, vel facultatibus?* Ex p.5.tr.4.r.29. ibid.

37. *An in mari tabulam à te occupatam possis alteri concedere? Et an, qui prior tabulam occupavit, in naufragio, teneatur alterum admittere in dicta tabula, vel possit illum impedire, ne ascendat, nisi utrique sufficiat?* Ex p.5. tr.4.r.42. p.109

38. *An miles, qui certo scit bellum esse injustum, licite possit ad se defendendum occidere militem contrarii exercitus, à quo invaditur?* Ex part.5. tract.4. resol.15. ibid.

39. *An liceat occidere innocentem ad postulationem inimici, qui minatur urbi excidium, nisi talis interimatur? Et an possit ejusmodi innocens, imo teneatur semetipsum tradere Tyranno id postulanti, pro salute Patriæ? Et an hoc ipsum etiam ei Respublica præcipi, imo ad hoc cogi possit? Et an si talis innocens contumaciter resistat, possit etiam ab ipsa Republica occidi?* Ex p.5. tract.4. res.23. ibid.

40. *An filius vim repellendo possit occidere Patrem cum moderamine inculpatæ tutelæ?* Ex p.8. tr.7. & Misc. r.41. p.110

41. *An filius impune occidere queat Patrem bannitum? Et in tali casu, an potius filius teneatur alimenta præstare Patri? Et infertur non licere liberto Dominum suum in adulterio uxoris deprehensum occidere?* Ex p.8. tr.7. & Misc.r.42. p.111

42. *An liceat occidere bannitum proditorie, & per insidias? Et an proscripti possint se ipsos invicem etiam proditorie, & per insidias occidere, propter præmium à Principe, vel ob promissam sibi libertatem? Et an liceat filio occidere Patrem bannitum?* Ex p.5. tr.4. res.25. ibid.

43. *An liceat sine peccato occidere bannitum extra territorium proscribentis? Et quid, si reus esset bannitus à Summo Pontifice? Et an liceat proponere præmium occidenti bannitum? Et an liceat occidere grassatorem, qui vias publicas tenet?* Ex p.5. tract.4. res.24. ibid.

44. *An liceat sagam, seu maleficam occidere, si tollere maleficium nolit, quando alia via non suppetit? Et an*

saltem vi, verberibus, & tormentis cogi possit, ut maleficium tollat? Ex part.8. tract.7. & Misc. resol.53. p.112

45. *An injustè detentus in carcere, & jam mane damnandus ad mortem, si alia via non potest evadere, possit, ut fugiat, carceris custodem occidere? Et an possint occidi satellites, seu publici Ministri cum moderamine inculpatæ tutelæ, si injustè conentur innocentem capere, ut injustè occidatur? Et an non solum sit licitum prævenire, seu occidere eum, qui parat ut per se ipsum, seu per sicarium occidat? Et an sit licitum occidere eum, qui per judicem parat mortem, injustam media accusatione, aut testimonio falso, quamvis alieno? Et utrum liceat prævenire occidendo illum, qui falsis testibus jam subornatis ita me oppugnat in judicio, ut necesse sit occidi, aut infamari, aut bona mea amittere?* Ex p.8.tr.7. & Misc. res.43. ibid.

46. *An lictores, qui ex mandato judicis reum capiunt eundem armis resistentem; impune occidere possint? Et explanantur sex limitationes, & circumstantiæ, sine quibus hoc minimè lictores possunt facere; & si Magistratus extra easdem circumstantias capi, aut necari reum jubeat, nec ipse à culpa immunis erit?* Ex p.8. tr.7. & Misc. r.44. p.113

47. *An invasus ab ebrio, furioso, amente, vel dormiente possit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, si sciat incidisse in amentiam, ebrietatem, & dormitionem in peccato mortali? Et quid, si invasus probabiliter credat se esse in statu gratiæ? Et quid est agendum, si multum dubitet de suo statu? Et colligitur posse satellites, seu publicos ministros cum moderamine inculpatæ tutelæ occidi, si forte, vel injustè conentur interficere innocentem, vel illum capere? ut injustè occidatur. Et quid, si satellites ignorent innocentiam eius, & bona fide munus suum obeant? Et docetur iniustè carceratum posse iuste à carceribus fugere, tam adhibita conspiratione frangendo carcerem, quam dirumpendo vincula, & si opus fuerit etiam carceris custodem occidendo. Et notatur, quod licet possit quis etiam interficere invasorem iniustum vitæ, bonorum, & honoris proximi, ut impediatur, si non possit alio impedire, difficultas est, an teneatur quis id facere?* Ex part.11.tract.6. & Misc.6.res.52. ibid.

48. *An licitum sit sumere venenum, ut experiatur virtus theriacæ?* Ex p.5.tr.4.r.38. p.114

49. *An aliquis ex ignorantia invincibili excusetur ab homicidio sui ipsius præsertim in aliquo casu, v.g. ad evitandam gravem ignominiam, vel servandam castitatem?* Ex p.5.tr.4.res.30. ibid.

50. *An possit dari ignorantia invincibilis, quod in aliquo casu homicidium sui ipsius sit licitum, & pro quo non debeat in dubio privari Ecclesiastica sepultura?* Ex p.6. t.7.& Misc.2.r.47. ibid.

51. *An saltem, si non liceat occidere directè se ipsum, liceat tamen propriæ morti cooperari, aut eius periculum subire? Et multi casus in textu huius resolutionis in exemplum supradictæ quæstionis adducuntur, sæpe contingentes in praxi?* Ex p.5.tr.4.r.31. p.115

52. *An licitum sit indirectè, & mediate efficere, vel omittere aliquid, ex quo mors sit eventura? Et pro praxi huius difficultatis decem casus assignantur in corpore huius resolutionis, sed iam fere omnes magis late in suis specialibus resolutionibus ad hunc tractatum sunt redacti?* Ex p.11.tr.6. & Misc.6.r.46. p.116

53. *An liceat vigiliis, pœnitentiis, &c. vitam ipsam abbreviare?* Ex p.5.tr.4.r.33. ibid.

54. *An quis teneatur sub mortali non bibere aquam, vel vinum nive refrigeratum, quia exinde prævident Medici, quod citius moriatur?* Ex p.5. tract.4. resol.27. p.117

55. *An ad evitanda mala temporalia, ægritudinem,*

internam afflictionem, paupertatem, &c. liceat mortem exoptare? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. resol. 92. ibid.

56. *An optare mortem alicujus, vel de illa gaudere ob hæreditatem habendam sit peccatum mortale? Et an liceat matri mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas juxta suum statum, & desiderium nuptui tradere, vel si ob illarum causam male tractaretur à marito, &c.* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. r. 84. ibid.

57. *An aliquando licitum sit se mutilare? Et an homo teneatur sibi membrum secare, si Medici judicent esse necessarium? Et an teneatur hoc permittere, si sit religiosus, & superior ei id præcipiat? Et an Carthusiani teneantur in periculo mortis abstinere ab esu carnium? Et an peccet Medicus, aut alius qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos ex carnibus? Et an liceat ligato, vel non ligato propriam manum, vel pedem, & si sanum abscindere, ut per fugam imminentem mortem evadat?* Ex p. 5. tr. 4 res. 32. ibid.

58. *An, consentiente filio, possit illum Pater castrare, ut voce, & cantu Ecclesiæ deserviat?* Ex p. 3. tr 5. & Misc. 1. r 38. p. 118

59. *An licitum sit Parentibus castrare filios ad conservandam vocem, ipsis consentientibus, quia nemo est Dominus membrorum suorum? Et in textu hujus resolutionis aliqui alii casus adducuntur, in quibus licitum erit aliquibus membrum sibi abscindere?* Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. r. 30 ibid.

60. *An licitum sit se ipsum castrare non solum ad suavitatem vocis conservandam, sed etiam ad superandas tentationes carnis? Et adducitur, quod obligatur quis permittere sibi membrum secari, si Medici id judicent necessarium ad vitæ conservationem. Et quid quando quis alligatus est in domo, quæ invaditur, si nequeat se dissolvere, licebit ne manum divellere, aut à brachio rescindere, ad mortem evadendam?* Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. res. 23. p. 119

De restitutione propter homicidium, & mutilationem. p. 121

61. *AN si quis occidat invasorem excedens moderamen justæ tutelæ, teneatur ad restitutionem?* Ex p. 5. tract. 4. res. 44. ibid.

62. *An si quis occidat invasorem rerum suarum, etiamsi recuperare eas judicialiter posset, teneatur ad restitutionem?* Ex p. 5. tr. 4. r. 45. ibid.

63. *An, si invasus, etiam Nobilis possit fugere, & occidat aggressorem, teneatur ad restitutionem?* Ex p. 5. tr. 4. r. 48. p. 122

64. *An Religiosus, vel Clericus nolens fugere, si occidat invasorem, peccet contra justitiam, itaut teneatur restituere? Et an ut prædicti avertant graves ictus baculi, vel pugni inferendos, vel ob levem alapam vitandam, possint invasi occidere invasorem, & non teneantur fugere etiamsi possint, sive fuga sit dedecori, sive non, nec teneantur ad restitutionem?* Ex p. 5. tract. 4. res. 49. ibid.

65. *An si vir infimæ conditionis, vel vir Ecclesiasticus nolit arripere fugam, sed resistat, & occidat invasorem, non solum peccet, sed teneatur ad restitutionem? Et utrum prædicti Clerici, & Religiosi, aut etiam infimæ conditionis homines, qui alapa percussi, vel fuste, aut quocumque alio modo invasi non sibi consulant fugere antea acceptam alapam, & injuriam, sed repercutiunt, & occidunt invasorem, peccent mortaliter contra justitiam, vel solum contra charitatem?* Ex p. 8. tract. 7. & Misc. res. 49. ibid.

66. *An inter Nobiles ex homicidio oriatur obligatio restitutionis?* Ex part. 5. tract. 4. resol. 61. p. 123

67. *An ex occisione facta in duello oriatur obligatio restitutionis?* Ex p. 5. tr. 4. r. 50. ibid.

68. *An si adulter occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ maritum invasorem, teneatur ad aliquam restitutionem?* Ex p. 5. tr. 4. r. 47. p. 124

69. *An quando quis advertit ex suo homicidio sequuturum damnum tertii, si re vera sequatur, teneatur ad restitutionem, verbi gratia, occidit quis Joannem, supponitur homicidium Petro, qui cum Joanne inimicitiam habebat, capitur Petrus, & ad mortem damnatur, &c. quæritur, an in tali casu verus homicida teneatur restituere hæredibus Petri damna inde sequuta? Et quid, si in supradicto casu non advertit? Et alii casus inferuntur in corpore hujus resolutionis, ex quibus multæ difficultates solvi possunt?* Ex part. 5. tract. 4. resol. ibid.

70. *An occisus, si habeat filios, & omnia interfectori remittat teneatur adhuc restituere?* Ex p. 5. tr. 4. res. 58 ibid.

71. *An interficiens aliquem non habentem filios, aut alios cognatos intra tertium gradum, teneatur ad aliquam restitutionem? Et an in tali casu debeat aliquid in foro conscientiæ restituere fratribus occisi, quidquid sit in foro judiciali?* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 22. p. 125

72. *Quibus hæredibus titulo alimentorum teneatur homicida restituere? Et an tam frater, quam alii hæredes extranei succedant in juribus debitorum reditus, qui defunctus habebat ante mortem, unde expensæ, quæ fuissent factæ in curatione, v. g. vulneris, restituenda sint hæredibus quibuscumque, quia ad illas habebat jus defunctus ante mortem?* Ex p. 5. tr. 4. resol. 59. ibid.

73. *An homicida teneatur restituere damnum, quod accidens familiaribus, & amicis occisi ex eius maleficium sit?* Ex p. 5. tr. 4. res. 56. ibid.

74. *An homicida teneatur restituere damnum illarum meditoribus pro morte occisi? Et an homicida teneatur aliquam restitutionem familiaribus, & clientibus, damnum aliquod ex morte occisi illis provenerit? Et an si maritus aliquem deprehensum in adulterio occidat, in conscientia teneatur restituere damna ex morte non sequuta?* Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. resolut. p. 126

75. *An homicida teneatur restituere damnum creditoribus occisi?* Ex p. 5. tr. 4. r. 57. ibid.

76. *An si mancipium aliquem occidat absque Domini culpa, adhuc Dominus teneatur ad aliquam restitutionem, ante judicis sententiam? Et utrum Dominum posse abscondere animal, aut servum, ne capiatur ante sententiam?* Ex p. 5. tract. 4. resolut. p. 127

77. *Quid teneatur restituere homicida, vel mutilator? Et pro praxi hujus difficultatis aliqui casus adducuntur, alii vero notantur in textu hujus resolutionis?* Ex part. tract. 4. resol. 53. ibid.

78. *An pro ipsius vitæ, aut membri privatione, deformitate, cicatrice, &c. sit facienda aliqua restitutio?* Ex p. 5. tr. 4. res. 54. ibid.

79. *Quis vulneravit opificem, quæsierunt à me, quid vulnerans teneatur restituere? Et in corpore hujus resolutionis quatuor casus inferuntur, & notantur sæpe contingentes in praxi?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 53. p. 128

80. *An homicida ex justitia teneatur pro anima defuncti offerre Missas, preces, &c.* Ex p. 5. tract. 5. resol. 55. p. 129

81. *An homicida sit compellendus restituere, licet ex restitutione constituatur in gravi necessitate? Et quid si homicida*

homicida constituatur in extrema necessitate ? Et quid est faciendum, si hæredes occisi essent etiam in gradu necessitate ? Ex p.5.tr.4.r.62. ibid.

82. *An hæredes homicidæ excusentur à restitutione, si ille capite damnatus est ?* Ex p.5. tract.4. resolut.60. ibid.

83. *Quando ex homicidio casuali incurratur obligatio restitutionis ? Et in textu hujus resolutionis adducuntur aliqui casus in exemplum supradictæ difficultatis, ex quibus oritur ultima difficultas, scilicet, ex quanam culpa, hoc est, ex quanam negligentia non adhibita in prædictis casibus homicidii casualis oriatur obligatio restitutionis, an ex negligentia, & culpa lata, non levissima, vel levi, vel an in dicto casu restitutio sit minus facienda, quam si homicidium fuisset ex industria admissum ?* Ex part. 5. tract.4. resolut.46. ibid.

84. *An qui ex timore mortis personam aliquam demonstravit, qua postea occisa est teneatur ad restitutionem ?* Ex p.5. tr.4. res.63. p.130

85. *Quando vir Nobilis consuluerat alteri, ut homicidium committeret, sed postea ante perpetratum facinus consilium revocavit, multas rationes ad dissuadendum adhibens, quæsivit à me postea, an teneatur ad restitutionem damni ex illo homicidio subsequuti ? Et in textu hujus resolutionis decidituv discrimen inter consulentem, & mandantem ?* Ex p.2. tr.16. & Misc.2.r.15. aliàs 17. ibid.

86. *Quæritur, an consulens homicidium, de quo supra dictum est, postquam revocavit consilium nihil poterat persuadere, an, inquam, tenebatur non solum ex charitate, sed etiam ex justitia monere eum secreto, contra quem hujusmodi consilium datum fuit ad effectum se tuendi ?* Ex p.2. tr.16. & Misc.2. res.16. aliàs 18. ibid.

87. *An qui consuluit homicidium, postquam revocavit consilium, sed non certioravit eum, cujus vitæ paratur excidium, teneatur ad restitutionem ?* Ex p.5. tr.4. res.64. ibid.

88. *An consulens homicidium, furtum, &c. dubitans tamen an ex tali consilio motus ille fuerit, ad id faciendum, teneatur ad restitutionem ? Idem est dicendum de jubente. Et an consulens dubius in eo casu, an influxerit ad homicidium, furtum, &c. teneatur restituere totum damnum, vel partem pro ratione dubii ? Et in tali casu si nihil velit restituere, absolvi possit ? Et an censenda sit conjectura sufficiens ad credendum consilium nil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum ex consilio ?* Ex part. 4. tractatu 3. resolut.28. pag.131

89. *An si quis sciat aliquem nomine suo paratum damnum inferre, verbi gratia, inimicum occidere, neque prohibeat, cum facile possit, teneatur ad restitutionem ? Et si filius nomine Patris, vel famulus nomine Domini sui nescientis, & non consentientis damnum intulit, an Pater, aut Dominus non teneatur ad restitutionem, etiamsi postea, re intellecta, illam ratam haberent ? Et an si quis à fure pecunias accipiat, ne clamet, & ne indicet, obligetur ad aliquam restitutionem, nisi ex officio furtum impedire debeat, vel si res accepta sit pars furti ?* Ex p.4. tract.4. & Misc. res.64. ibid.

90. *An mandans debeat restituere damna, quæ mandatarius intulit, ultra mandatum suum ? Et an mandans vulnerari hominem, & prohibens ne occidat, si eum mandatarius occiderit, mandans ordinaria pœna teneatur ?* Ex p.8. tr.7. & Misc. res.33. p.132

91. *An si quis mandaret occidi Titium, Sempronius occiditur, quia creditur esse Titium, teneatur ad restitutionem ? Et quid in hoc casu circa irregularitatem ? Et an incurrat irregularitatem mandans, vel consulens Petro, ut Joannem occidat, si inde Petrus occisus est ? Et asseritur, quod si quis intendat occidere, aut enormiter percutere aliquem Clericum determinatum, & casu errans alium etiam Clericum percuteret, illa occisio, vel percussio enormis non erit reservata ?* Ex p.11. tr.6. & Misc.6.r.19. ibid.

Appendix ad reliquas alias quæstiones, quæ simul pertinent ad istum *tractat. 5. de Homicidio, & Mutilatione hujus tomi octavi.*

AN mater prægnans ad mortem condemnata possit prius secari, ut proles baptizetur, si morbo lethali corripiatur ? Ex part.5. tract.3. ex resolut.13. *Quæ nunc invenietur* in tom.1. tract.1. de Baptismo resol.74

An bannitus, qui impune potest occidi, dicatur esse in periculo mortis, ita ut possit absolvi à reservatis ? Ex p.5.t.3. ex r.64. *Quæ hic reperietur* in tom.1. tr.5. de Reservatis res.10

Quæ pœnitentia imponenda est à Confessario ei, qui hominem necasset ? Ex p.5. tract.4. ex res.43. *Quæ hic est* in tom.1. tract.6. de Satisfactione sacramentali resolut.56

An qui alteri suadet peccatum cum periculo incurrendæ pœnæ mortis, teneatur aperire hanc circumstantiam in confessione ? Idem est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa, vel furatur coram judice cum manifesto periculo vitæ. Et an, qui ex ignorantia culpabili Decalogi incidit in peccatum homicidii, committat duo peccata, vel tantum unum ? Et an, si quis uno ictu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incidat ? Et an, qui unico voluntatis actu vult plures homines occidere committat plura peccata in confessione aperienda ? Et quid, si unus est Pater, alius sacerdos, &c. Et an sit necessarium in confessione aperire causam datam ad homicidium, vel mutilationem factam in ebrietate, &c. Et an sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus si aliquem occidat, vel mutilet, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire ? Ex part.1. tractat.7. ex resolut.61. & in part.3. tract.4. ex resolut.140. & 163. aliàs 141. & 164. & in part.7. tractat.11. ex resolutione 32. & in part. 1. tractat. 7. ex resolut. 64. & 8. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tractat.7. de Circunstantiis resolut. 155. 7. 21. 24. 61. §. 2. & seqq. & 69

An Confessarius sine fractione sigilli confessionis possit manifestare peccatum nondum patratum, v.g. occidendi innocentem, &c. Ex p.5. tract.11. ex res.25. *Quæ hic reperietur* in tom.1. tr.8. de Sigillo confessionis res.25

An damnato ad mortem danda sit Eucharistia, etiam non ieiuno ? Et aliqua alia advertuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu pro danda Eucharistia damnato ? Ex part.5. tract.3. ex resolut.38. *Quæ hic est* in tom.2. tract.2. de Communione resolut.80

An possit maritus tuta conscientia occidere uxorem in adulterio comprehensam ? Et an, qui uxorem enecat, etiam mortua illa, non possit aliam ducere, nisi accedat dispensatio ? Ex part. 3. tractat. 4. ex resolut. 222. aliàs 223. & in part.9. tract.7. ex resolut.48. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. tract.6. de Matrimonio r.223. & 123

Nota, quod in tom.3. tractat.3. *de Potestate Episcopi sunt multæ quæstiones pro diversis dispensationibus*

circa irregularitatem contractam propter homicidium, & mutilationem & etiam ex defectu lenitatis quas ibi require à resolut. 35. usque ad resolut. 54. inclusivè.

An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, si non explicatur occisum fuisse Presbyterum? Et an hoc etiam procedat, si Pontifex non esset dispensationem concessurus, si sciret dictam circumstantiam sacerdotii? Et an committens plura homicidia, committat plures irregularitates in dispensatione explicandas? Et pro firmanda doctrina hujus difficultatis alii diversi casus adducuntur sapius contingentes in praxi? Ex p. 1. tr. 10. ex res. 38. & in p. 8. t. 3. ex res. 5 1. 57. & 58. & in p. 4. t. 2. ex res. 86. *Quæ hic sunt* in tom. 3. tr. 2. de Dispensatione à res. 59. usque ad res. 62. inclusivè.

An quando carcer est injustus, & quis juravit se redditurum teneatur reddere, etiamsi timeatur morte injusta damnandum, vel possit petere relaxationem hujus juramenti ab Episcopo, vel ab alio Confessario virtute Cruciatæ, aut Jubilæi, & ad carcerem non redire? Ex p. 4. tr. 4. ex r. 19. *Quæ nunc invenietur* in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ res. 84

An in extrema necessitate possit pauper cum moderamine inculpatæ tutelæ necem inferre impedienti accipere necessaria de ejus bonis? Ex p. 5. tract. 8. ex resolut. 23. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tract. 7. de Eleemosyna resolut. 50

An puer impubes occidens aliquem contrahat irregularitatem? Et an quis contrahat censuram homicidio impositam, si existens in suo territorio occideret existentem in alieno? Et an lata excommunicatio reservata contra perpetrantes homicidium, si quis jam propinato alteri veneno confiteatur illud, incidat in censuram, vel in casum reservatum, morte sequuta? Ex p. 3. tr. 6. ex r. 88. & 78. & in p. 8. tract. 7. ex resol. 85. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tract. 1. de Excommunicatione res. 108. 100. & 10

An Patri, filio, fratri, marito jam volenti interficere Clericum in flagranti repertum, liceat alicui sine periculo incursionis excommunicationis consulere mutilationem, vel percussionem? Et an maritus incurrat censuram, si data opera se abscondat, ut Clericum adulterum inveniat cum uxore, & illum occidat, aut mutilet, vel percutiat? Et an occidens Clericum aggressorem si possit fugere, incidat in censuram? Et an hoc intelligatur tam de viro Nobili, quam de viro infimæ notæ, vel de alio Clerico, aut Monacho? Et quid de consulente Patri, filio, fratri, vel marito occisionem Clerici in flagranti reperti, vel injustè invadentis? Et an qui consuluit homicidium cujusdam Clerici, & postea serio consilium revocavit, quæritur, an ex homicidio subsequuto incurrat excommunicationem, irregularitatem, & obligationem restituendi? Ex p. 9. tract. 4. ex resol. 32. 2. & 26. & in p. 3. tr. 5. ex res. 84. aliàs 83. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 2. de Percussione Clerici res. 17. 18. 21. & 27

Sed nota, quod ibidem facillime invenies alios diversos casus omnes mistos circa homicidium, vel mutilationem Clerici.

Adverte etiam, quod in tom. 5. tract. 5. *de Irregularitate sunt multæ, & diversæ difficultates omnes mistæ pro irregularitate contracta propter homicidium, vel mutilationem alicujus membri, & pro eorum dispensationibus, ideò si ita casus mistus occurrerit, facillime illum ibidem invenies, & ex industria hic non assignamus numeros resolutionum, ut perlegas totum tractatum, & non te pigebit.*

An Pater teneatur defendere vitam filiorum lege justitiæ, vel tantum pietatis, & paterni officii? Et an licitum sit suadere abortum, quando mulier gravida parata est se occidere ad infamiam vitandam? Et an si mors imminet ab incendio excitato, vel fera invadente, liceat illum detento, & invaso è loco alto se præcipitare cum dubio mortis? Et an postquam natus est fœtus, liceat illum occidere, vel suffocare, ne peccatum reveletur? Ex p. 7. tract. 5. ex resol. 28. 39. 32. & 36. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 6. de Abortu res. 30. 46. 45. & 40

Nota, quod prædictus tractat. 6. de Abortu tomo 5. largo enim modo pertinet etiam ad istum tractatum quintum, *de Homicidio, ideo ibi reperies quidquid possit occurrere pro Abortu fœtus animati, & pro excommunicationibus, & irregularitatibus provenientibus ex illo.*

An committens homicidium, super quod imposita est reservatio, afficiatur reservatione, si hæc ignoretur? Ex part. 7. tract. 4. ex resolut. 14. *Quæ hic est* in tom. 5. tr. 7. de Symonia, atque de Datis, & Promissis, &c. resol. 62

An si excommunicatio feratur in eum, qui occidit, non liget mandantem occidere? Ex p. 1. tract. 4. ex res. 21. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus res. 76

Explanatur fœminas occidentes viros suos non incurrere pœnas, quas incurrunt viri occidentes uxores suas? Ex part. 4. tractat. 8. ex resolut. 62. *Quæ hic reperietur* in tomo 5. tractat. 10. de Inquisitionibus resolut. 122

An Rex ex privata scientia possit occidere Reginam, & simul cum ipsa adulterum? Idem est, si Princeps ex privata scientia scit certo aliquos in Principem ipsum conjurasse, vel aliquod grave, & atrox delictum in Rempublicam, vel innocentem machinatos esse, si aliter malum vitari non possit? Et an liceat Regibus, & Principibus condemnare aliquem de mandato, non adhibitis solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis? Et an reus possit obligari sumere venenum, vel abstinere a cibo? Et an reus tamen condemnatus ad mortem teneatur ad locum destinatum proficisci, collum præbere, manus apponere, &c. Et an reus innocens, qui ritè injustè damnatur ad mortem, injustè tamen secundum allegata, & probata, possit vi, & armis se defendere à judice, & ab ejus ministris, etiam occidendo illos, si necessarium sit? Ex p. 10. tract. 15. ex resolut. 34. & in part. 3. tract. 5. ex resolut. 99. aliàs 98. & in t. 8. ex resol. 79. & in part. 9. tract. 9. ex res. 43. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tract. 1. de Legibus res. 123. 122. 121. & 97

An judex secundum allegata, & probata possit occidere reum, quem scit ex privata scientia esse innocentem? Et an etiam extendatur ad ministros justitiæ? Et in textu hujus resolutionis multa docentur, quæ in tali casu judices debeant facere antequam reum, quem sciunt ex privata scientia esse innocentem condemnent, & occidant. Et an pars accusatrix teneatur remittere rei pœnam mortis à judice inflictam, si judex ex parte sua illam remittat? Et an quis possit accusare aliquem, qui occidit fratrem, Patrem, aut consanguineum, & dolet de culpa, ac sufficientem offert satisfactionem pecuniariam pro damnis, si quæ sunt inde illata? Et an reus, dum jam carnifex funem collo apposuit, possit se ex scala præcipitem dare? Et an condemnatus ad mortem per famem possit abstinere à cibo clanculum oblato? Et an damnatus, ut veneno pereat, possit illud haurire? Et an in tali casu reus peccet, si ad hoc coactus permittat, ut sibi occanum applicetur, mere passive se gerendo? Et advertitur neminem à judice condemnari posse, ut sibi mortem inferat, sed ut mortem patiatur, ideo hoc præcipiente judice, reus illud facere non potest? Ex p. 5. tract. 4. ex resol. 22. & in p. 10. tract. 16. ex resol. 44. aliàs 43. & in p. 5. tr. 4. ex res. 40. 41. & 39. & in p. 11. tr. 6. & in p. 5. tr. 4. ex res. 40. 41. & 39. & in p. 11. tr. 6. ex resol. 50. *Quæ nunc invenietur* in tom. 6. tract. 1. de

de legibus resol. 112. & à res. 114. usque ad res. 118. inclusive.

An si maritus hominem occiderit possit pecuniariam pœnam ex bonis communibus solvere? Et docetur actiones turpes esse vendibiles, puta occidere hominem, &c. Ex part. 8. tractatu 6. ex resolut. 11. & 110. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tract. 7. de Donationibus res. 57. & 140

An damnatus ad mortem possit ad pias causas testari? Et quid, si ante damnationem ad pias causas testatus fuerit? Ex p. 7. tr. 6. ex res. 8. alias 7. *Quæ hic est* in tom. 6. tr. 8. de Testamentis res. 8

An sit licitum propter periculum mortis comminatæ commodare ensem volenti alterum occidere, vel ostendere, ubi occidendus est? Et an liceat defensio adversum obiicientem crimen verum, non obstante eius morte? Et an quis possit inimico mortem desiderare? Et an licitum sit consulere abscissionem membri, ne committatur homicidium; sed in isto casu non liceat consulenti cooperari cum illo, nec adiuvare ad talem membri abscissionem, sicut potest cooperari, & adiuvare dato consilio ad cooperationem minoris furti; Et an si minaretur alicui mortem, nisi se vino oppleret, licitum sit se inebriare, modo scandalum absit? Et an ad evitandum mortem licitum sit uti pallido pileo Iudæorum, vel Tobalia Turcarum, &c. Ex part. 3. tract. 6. ex res. 48. & in part. 5. tract. 13. ex resol. 26. & 89. & in tract. 7. ex res. 19. & 53. & in part. 6. tract. 7. ex resol. 44. *Quæ nunc inveniuntur* in tom. 7. tract. 5. de Scandalo resol. 76. 32. 30. 36. 70. & 38

An quis possit impune occidere, vulnerare, spoliare Clericum, Monachum, Episcopum, vel Cardinalem in bello militantem, ac proinde non incurrant pœnam, & excommunicationem, excepta irregularitate, &c. Et an post victoriam Clerici inventu in Exercitu hostili possint impune occidi? Et an liceat occidere obsides? Et an licitum sit Christianis cum triremibus Turcicis dimicantibus ignem pulveris iniicere, seque in mare committere cum magno triremium damno, &c. Et an liceat alterius crimen occultum, & peccatum tibi sub secreto revelatum manifestare ad evitandum grave damnum, etiam si illi inde mors immineat? Et an Beneficiarius, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem super irregularitate impetrare? Et aliqui alii diversi casus adducuntur pro Clericis, Monachis, Episcopis, & Cardinalibus pugnantibus in bello vel etiam non pugnantibus, sed assistentibus, & si præessent Exercitibus, &c. Et tandem quæritur, an liceat in bello nocentes occidere? Ex part. 10. tract. 2. ex resol. 1. 2. 3. & 7. & in part. 9. tract. 9. ex resol. 9. & in part. 5. tract. 4. ex resolut. 35. & 26. & in part. 6. tractat. 6. ex resol. 60. & in tract. 4. ex resolut. 34. & 35. *Quæ hic reperientur* in tom. 7. tract. 7. de Bello resolut. 51. 52. 53. 58. 64. 22. 49. 44. 59. & 60

An servi possint à Dominis Castrari ad suavitatem vocis conservandam, si ipsi consentiant? Et an, qui servum alienum mutilat, vel occidit, ad quid teneatur? Et quid, si Dominus mutilat, vel occidit servum suum? Et an liceat Domino servum suum pro arbitrio potius quam pecudem occidere? Ex p. 7. tr. 7. ex res. 64. alias 63. 45. 4. & 20. *Quæ hic sunt* in tom. 7. tract. 8. de Servis res. 66. 37. 4. & 36

An sit maius peccatum inducere mulierem ad fornicandum, quam illam occidere? Et an, si aliquis diceret occiderem inimicum, si non esset peccatum, aut offensa Dei, careat culpa? Et quid, si diceret occiderem inimicum, si supplicium, aut infamiam non timerem? Et an mulier vi oppressa non teneatur ad evitandam mortem, infamiam, &c. Clamare, etiam si adsit periculum consentiendi in copulam carnalem? Ex part. 9. tract. 8. ex resolut. 35. & in part. 3. tract. 6. ex resolut. 47. & 31. & in tract. addit. ex resol. 27. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom. 8. tract. 6. de Luxuria resolut. 3. 2. 4. & 5

An qui minatur accusationem homicidii absque animo inferendi, & si possit iuste inferre apud iudicem, valeat retinere, quod sic extorquet? Et an occisor, si alius, cui imponitur per errorem delictum, & punitur, teneatur ad restitutionem? Et quid, si in eum finem, ut alter puniretur, commisit homicidium, ut v. g. si interfecit iumentum alterius gladio, & data opera relinqueret gladium, ut agnosceretur esse alterius, &c. Ex part. 4. tract. 4. ex res. 34. & in part. 11. tract. 2. ex resolut. 34. *Quæ hic sunt infra in hoc ipsomet* tom. 8. tract. 7. de Furto, & Restitutione resol. 19. & 18

An sit licitum pulsare campanas in signum, quod aliquis malefactor mane furca suspendendus sit? Ex part. 6. tract. 7. ex resol. 37. *Quæ hic est infra in hoc* tom. 8. tract. 8. de casibus occurr. temp. mortis resolut. 3

An si mutus, & cæcus confiteantur se fecisse homicidium, & ex ea confessione cum testium attestationibus, an possint, dato eis curatore, condemnari? Ex part. 5. tractatu 6. ex resolut. 31. *Quæ hic est infra in hoc ipsomet* tom. 8. tract. 9. de Surdis, Cœcis, & mutis resol. 11

An si quis occidat Fiscalem Regum, vel Præsidem iustitiæ gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si aliquis occidat Episcopum, aut Cardinalem, aut si Religiosus occidat suum Generalem, aut aliquis alius occidat Clericum, aut Religiosum? Ex part. 1. tractat. 1. ex resolut. 20. & in part. 7. tractatu 11. ex resolut. 37. & in part. 1. tractatu 1. ex resolut. 34. & in part. 4. tractatu 1. ex resolut. 68. *Quæ nunc inveniuntur* in tom. 9. tractatu 1. de Immunitate Ecclesiæ resol. 54. 38. 77. & 78

Nota, quod in prædicto tom. 9. tractat. 1. *de Immunitate Ecclesiæ sunt multæ aliæ diversæ difficultates omnes mistæ pro homicidio, & mutilatione, & in quibus eorum casibus reus gaudeat, vel non gaudeat Immunitate Ecclesiæ, quos consequentivos ibi reperies* à resol. 71. usque ad res. 97. & in resolut. 109. 128. 132. 134. & 136. ubi etiam agitur de pollutione Ecclesiæ propter homicidium factum in ea.

An uxor Clerici, qui commisit homicidium, vivente marito, vel occurrente viduitate, debeat conveniri coram Episcopo, non autem coram iudice sæculari? Ex part. 4. tractatu 1. ex resolut. 41. *Quæ nunc invenietur* in tom. 9. tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica resolut. 155

An interficientes Cardinales, qui nondum Capellum habuere incidant in censuram Bullæ Cœnæ? Ex part. 5. tr. 2. ex resolut. 74. *Quæ hic est* in tom. 9. tract. 7. de Cardinalibus res. 11

TRACTATUS VI.

De aliquibus casibus circa materiam Luxuriæ. p. 133.

1. *AN fornicatio sit intrinsece mala, vel tantum mala quia prohibita? Et reprobatur opinio asserens fornicationem simplicem iure naturæ, seclusa prohibitione Divina* Non mœchaberis, *esse malam, non tamen habere malitiam, & inordinationem mortalem, sed venialem, mortalem vero habere ex solo iure Divino. Et notatur tamen pro praxi supradictæ difficultatis posse dari ignorantiam invincibilem*

bilem de simplici fornicatione saltem apud certas gentes destitutas Doctoribus & scientia verum moralium. Et quid de surdis, & mutis à nativitate inter Christianos ignorantibus fornicationem esse illicitam, & si qua tamen persona amens & puella vim patiens fornicationis actum committerent, an peccent? Idem, quod dictum est supra de fornicatione, dicendum est etiam de pollutione. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. res. 60. alias 59. ibid.

2. An sit peccatum mortale optare, ut fornicatio esset licita? Et an hic actus, comederem carnes in Quadragesima, si Ecclesia non prohibuisset, careat culpa? Et quid, si quis diceret, occiderem inimicum, si hoc non esset peccatum, aut offensa Dei, & similia, an careant culpa? Et quid est sentiendum, si diceret, occiderem inimicum, si supplicium, aut infamiam non timerem? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 47. p. 135

3. An sit maius peccatum inducere mulierem ad fornicandum, quam illam occidere? Ex p. 9. tract. 8. & Misc. 3. res. 35. p. 136

4. Quando fœmina violenter cognita à viro peccet, vel non peccet mortaliter? Et an ad evitandam mortem, vel infamiam possit mulier pati externam corruptionem, non tamen consentiendo, sed mere passive se habendo? Et in dicto casu, quid est dicendum, si in muliere vim patiente adesset periculum consentiendi? Ex quo etiam infertur, quod si vir, & fœmina cohabitent cum manifesto periculo internæ libidinis, & separari non possunt sine ingenti periculo mortis, infamiæ, vel scandalo, an sit licitum una permanere cum eo periculo, &c. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 31. ibid.

5. An mulier vi oppressa non teneatur clamare ad evitandam mortem, infamiam, &c. etiam si adsit periculum consentiendi in copulam carnalem? Et an sit deneganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit concubinæ centum aureos, quorum recuperationis spem amittit, si è domo eam eiiciet? Ex p. 3. tr. addit. res. 27. p. 137

6. Si quis haberet copulam cum fœmina mortua, quodnam peccatum luxuriæ committeret? Et an talis circumstantia copulæ non sit aperienda in confessione, sed sufficiat asserere se pollutionem habuisse? Et an incidat in casum reservatum de cœuntibus cum brutis, qui cognosceret belluam, quæ iam est mortua, licet intra eius vas seminet? Et infertur, quod si quis percuteret Clericum mortuum an incideret in censuram Canonis. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 1. ibid.

7. An si quis haberet copulam cum fœmina dormiente, quodnam peccatum luxuriæ committeret? Idem dicendum est, si haberetur copula cum aliqua fœmina subito apoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionabiliter ab aliquo carnaliter cognosceretur. Et cursim docetur, quod sit raptus stricte, & formaliter. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 2. p. 138

8. Olim cum quodam Religioso fuit mihi magna altercatio, an in cogitationibus venereis sit peccatum mortale, si voluntas non consentiat, positive, nec etiam positive dissentiat, sed tantum permissive se habeat? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. res. 33. p. 139

9. An oscula, quæ fiunt ex delectatione sensibili ex illis consurgente absque alia sinistra intentione, & admistione alterius delectationis de aliquo actu luxurioso, sint peccata mortalia? Et an in osculis, & tactibus, & universim in rebus venereis detur parvitas materiæ? Et an inter solutos quamvis eiusdem sint sexus, sit semper mortale crimen osculari, & tangere ob solam veneream delectationem, ex huiusmodi actibus consurgentem, vel possit dari parvitas materiæ? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. res. 136. ibid.

10. An sit peccatum mortale exponere se probabili periculo peccandi? Et explanatur, quod sit periculum formale, & proximum. Et ex doctrina huius Resolutionis infertur, an Chirurgus expertus: dum medetur pudendis fœminarum, & Parochus, dum audit confessiones fœminarum, in pollutionem assentire, an possint se tali periculo obiicere? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 29. pag. 140

11. An Chirurgus expertus, dum medetur pudendis fœminarum in pollutionem assentire, poterit se tali periculo obiicere cum determinatione tamen non consentiendi? Idem quæritur de Parocho in Confessionis auscultatione. Et an quis possit accedere ad infideles gratia illos convertendi cum periculo perversionis, & ad prædicandum meretricibus cum periculo peccandi? Et an possit, imo teneatur Pater alere filios ex concubina, qui nec separari possunt à matre, & si periculum habeat lapsus cum concubina? Et an liceat exponere se periculo peccandi certo, vel probabili ob bonum spirituale proximi? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 3. p. 141

12. Quidam vir Nobilis comedens cibos calidos, & accubans in lecto incidebat in pollutionem, quæsivit à me, an teneatur aliter decumbere, & cibos illos non comedere? Poterat enim sine aliquo damno à supradictis abstinere. Et an Confessarius ex devotione solum audiens confessiones expertus pollui, non tamen consentiendi, an peccet confessiones excipiendo? Et in textu huius Resolutionis alii casus, & similia exempla inferuntur, & explanantur, in quibus quis non peccat, quamvis prævideat illa, & sequatur pollutio sine tamen ullo periculo in illorum consensu. Et tandem notatur, quod si aliqua mulier in Choreis publicis scit se tangi ab aliquo intentione mala, si tactus sunt ex suo genere liciti, ut consortio maritum in Choreis, non peccat illos admittendo coram aliis. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 22. ibid.

13. An ad expellendum semen corruptum, vel ad sedandam pruritatem liceat refricare pudenda cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea, licet femina id conetur efficere non solum fricatione, sed etiam cum intromissione digitorum usque ad os uteri? Et an liceat Chirurgo contrectare verenda infirmi corruptionis causa cum periculo pollutionis? Et in corpore huius Resolutionis aliqui alii casus, & similia exempla ut in tribus Resolutionibus proximis præteritis hic appositis inferuntur, & cursim explanantur circa prævisas pollutiones, &c. Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. res. 54. alias 56. p. 142

14. An liceat conari fricationibus ad semen corruptum expellendum, etiam si inde sequatur aliqua veri seminis emissio? Et quid est dicendum, si dubium est non in quantitate, an in qualitate semen peccaret, an liceat novare naturam confricationibus ad expellendam qualitatem morbidam? Et an hoc fieri debeat cum medicamentis, non autem cum fricationibus? Et an peccent mortaliter mundantes verenda à lanugine, & sanguine menstruo, ne pruritum, aut fœtorem patiantur, quamvis inde præter intentionem subsequatur videatur pollutio, sciens consentiendi periculo? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 86. alias 85. ibid.

15. An licitum sit sumere, vel applicare medicinam provocativam effusionis seminis? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. res. 159. p. 143

16. An si pollutio cœpit in somnis, sit reprimenda in vigilia sub onere peccati mortalis? Et an gaudere de supradicta pollutione in somnis cœpta non ob delectationem carnalem, sed ob sanitatem, & illam optare, sit saltem peccatum veniale? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 21. ibid.

17. An sit peccatum mortale desiderare pollutionem in somnis, aut de illa sic habita gaudere ob aliquem bonum finem? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. res. 88. alias 87. pag. 144

18. Olim per literas à quodam Sacerdote interrogatus fui de opinionibus Doctorum circa præsentes casus. Primo, an peccaret mortaliter, si quis confricaret membra bruta-

sine ulla delectatione, sed solum ex curiositate inspiciendi semen? Secundo, an si conjugatus immitteret membrum virile in os fœminæ, peccaret mortaliter? Tertio, si absente conjuge, &c. Sed hos duos ultimos casus nunc invenies in tom.2. tr.6. de Matrimonio res.188. *& primus casus hic tantum adscribitur?* Ex p.2. tr.17. & Misc.3. res.37. ibid.

19. *An sit licitum aspicere coïtum bestiarum, seu verenda turpiter commota? Et quid de coïtu, & verendis aliorum? Et an sit mortale ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus nudam; imò si solum videat verenda illius?* Ex p.3. tr.5. & Misc.1. r.89. alias 88. ibid.

20. *Aliquæ opiniones, quæ in materia luxuriæ non admittuntur. Et in textu hujus resolutionis adducuntur multi, & diversi casus, ut in suo, & propriori loco; sed jam omnes alibi sunt iterum discussi, & appositi?* Ex p.9. tr.8. Misc.3. res.31. ibid.

Appendix ad cæteras omnes alias quæstiones, quæ simul pertinere possunt ad istum *tractat. 6. de materia Luxuriæ huius tomi octavi.*

AN confitens fornicationem, de qua dubitatur, an alias confessus fuerit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? Et quid, si dubitet, an consenserit delectationi, an teneatur confiteri? Ex p.4. t.3. ex res.65. & in p.6. tract.6. ex res.32. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tract.3. de Pœnitentia resol.129. & 133

An sit absolvendus, qui concubinam domi habet cum proxima, & morali occasione extrinseca peccandi? Et an quis teneatur evitare hanc occasionem proximam peccandi cum suo magno detrimento, itaut Confessarius non possit illum absolvere? Sed difficultas est, an quando nullus apparet profectus, sit illis impertienda absolutio toties, quoties? Et an aliquando sint absolvendi, qui nolunt dimittere prædictas occasiones peccandi? Et an prima vice concubinarius sit absolvendus, etiamsi concubinam non ejiciat? Et an in aliquo casu concubinarius non teneatur è domo expellere concubinam, itaut Confessarius possit ei licite absolutionem impendere? Et an concubinarium possit Confessarius absolvere, amplius cum concubina non peccantem, permittens illam invisere sine alendi filios, & ne cum aliis se immiscendo sit dictis filiis dedecori? Et cuidam Confessario olim hic casus accidit. Quædam mulier inter confabulationem cum viro sibi in matrimonium conjungendo dicebat illi verba non quidem turpia, sed affectuosa, & amatoria, unde postea in pollutionem, & distilationem incurrebat sine tamen ulla delectatione, vel periculo alicujus consensus, quia erat timoratæ conscientiæ. Interrogatus fuit, an peccaverit mortaliter, & si nollet desistere ab his confabulationibus, an esset ei absolutio deneganda? Et in §. ultimo huius resolutionis traditur Regula generalis *ad decidendos casus particulares in pollutione prævisa; & quando causa pollutionis prævisæ notabiliter & per se influit, vel non influit, &c.* Ex p.6.tr.7. ex r.49. & in p.2.tr.16.ex r.45. aliàs 47. & in p.4.tr.4. ex r.165.& in p.5.t.14.ex r.107.108. & 109. & in p.2. tr.15. ex r.31. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tr.4. de Absolutione sacramentali r.27. 28. 29.31.32.33. & 37

Nota, quod in tom.1.tr.5. *de Reservatis sunt multæ quæstiones pro casibus reservatis sodomiæ, & pro Clericis sodomitis & etiam pro sodomia habita cum fœmina, bestia, &c. quos ibi consecutivos invenies* à resol.55. usque ad resol.65. inclusivè. *Adverte etiam, quod in primo tomo tract.7. de Circunstantiis sunt quamplurimæ difficultates, & diversi casus pertinentes simul ad istum tr.6. de Luxuria pro fornicatione, pollutione, sodomia, in quibus actibus sunt aliquæ speciales circunstantiæ; ubi docetur, an sint explicandæ, vel non explicandæ in confessione. Et ex industria hic non demonstramus numeros resolutionum in quibus supradictas quæstiones invenies, ut ità quærens totum præcitatum* tract. perlegas, & non pigebit.

An prosit testimonium Confessarii de licentia pœnitentis, ut probetur pœnitens emendatus in foro externo, ut v.g. Parochus det Eucharistiam, & sepulturam publicæ meretrici? Et infertur, quod quando publica meretrix confessa est Mendicanti religioso non potest Pastor petere testimonium à tali confessario, quod vere de suo peccato publico pœnituerit atque confessa, & absoluta fuit. Et an Confessarius sit puniendus, si asserat, v.g. audivisse in confessione peccata publica fornicationum notissimæ meretricis? Ex p.5. tr.11. ex r.40. & 6. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tr.8. de Sigillo confessionis res.29. & 58

An si quis post pollutionem voluntariam, vel fornicationem postea confiteatur, peccet tantum venialiter sumendo Eucharistiam intra unum diem sine aliqua justa causa? Et an si post pollutionem voluntariam, eodem die pœnitens confiteatur, faciat contra Concilium sess.13. c.7. sumendo Eucharistiam? Et utrum liceat conjugatis die habitæ copulæ Eucharistiam sumere, vel sit majus, vel minus expediens? Et quid est dicendum de copula habita post communionem in eadem die? Ex p.3.tr.4. ex r.30. & in p.5. tr.13. ex r.65. & in p.3. tract.6. ex res.71. *Quæ hic reperientur* in tom.2.tract.2. de Communione res.48.49. & 50

An si vidua carnaliter delectetur de copula præterita, vel futura, peccet mortaliter? Et notatur viduam non peccare mortaliter, si oborta cogitatione copulæ cum marito defuncto eam approbet voluntate. Et quæritur, an mulier peccet mortaliter mingendo statim post copulam ad emittendum semen, vel saltem peccet contra conscientiam erroneam? Et an fœmina peccet, si post coïtum se invertit, ut semen emittat, ne concipiat? Ex p.3. tr.5. ex res.2. & 15. & in part.10. tract.14. ex resol.57. aliàs 55. *Quæ hic sunt* in tom.2. tr.6. de Matrimonio res.39. 212. & 209

Nota, quod in prædicto tom.2. & tract.6. de Matrimonio sunt quamplurimi, & diversi casus circa copulam, pollutionem, sodomiam, delectationem morosam, modos coëundi, oscula, tactus, &c. inter conjugatos, viduam, & sponsos de futuro, & de præsenti, qui etiam largo modo, imo & proximo simul pertinent etiam ad istum tract.6. de Luxuria. Et quia prædicti casus opponuntur ut sæpissimè contingentes inter conjugatos, eadem est ratio in pluribus casibus eorum, imo & major ratio, ut etiam contingant inter solutos circa coëundi modum, diversissimas inventiones, &c.

An vovens vovendi castitatem, si fornicetur ante promissam castitatem, non delinquat contra votum? Et an Confessarius per Bullam Cruciatæ, vel Episcopus possit commutare vota non fornicandi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi actum mollitiei, aut abstinendi ab alio actu venereo? Et an, qui fecit votum de assumendo Ordines sacros, esset sacrilegus fornicando? Ex p.1. tract.11. ex resol.76.61. & 64. *Quæ nunc invenientur* in tom.4. tract.3. de Bulla Cruciatæ resol.95.113. & 120

An si quis vovit non fornicari sub pœna centum aureorum, si postea immemor voti fornicetur, an teneatur solvere pœnam? Idem est, si dum fornicetur immemor sit voti, non autem pœnæ? Ex p.3. tract.6. ex res.41. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tract.7. de Excommunicatione resol.32

An si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum filiâ

illegitima, matre, sorore, sponsa de futuro, vel uxore, incidat in censuram ? Et quid, si non solum in actibus proximis, ut osculis, amplexibus, & similibus, sed etiam in colloquio suspecto, & secreto, &c. Et quid est dicendum, si Clericus turpiter infestet puerum pro peccato nefando ? Et an mulier Nobilis, quæ fuste, vel alapa percussit Clericum ad venerem sollicitantem incurrat in censuram ? Et quid, si illam tantum solis verbis infestet ? Ex p.9. tr.4. ex r.32.33. & 38. *Quæ hic sunt* in tom.5.tr.2. de percussione Clerici resol.16.17. & 19

An fœmina, quæ post cœitum mingit, vel digitis semen ejcit, dicatur procurare abortum, itaut incidat in pœnas ? Et an peccet mulier vi oppressa, si post cœitum statim semen ejciat ? Et an vir, vel fœmina, qui in actu carnali retrahunt se à seminis emissione, vel receptione in vase debito, causa generationem impedendi, incurrant in censuram ? Et aliqua alia circa copulam carnalem inter conjugatos, & solutos, in qua impeditur generatio fœtus, &c. explanantur ? Ex p.7.tr.5. ex r.31. & 13. *Quæ nunc invenientur* in tom.5.tr.6. de Abortu resol.32. & 33

Nota, quod in prædicto tom.5. & tr.6. *de Abortu sunt multa aliæ difficultates, quæ largo modo pertinent etiam ad istum tr.6. de Luxuria; ideo si casus occurrerit pro aliquo actu luxurioso, ex quo sequatur, vel sequi possit abortus fœtus animati, vel non animati ibidem facile illum invenies. Et adverte ad omnes quæstiones præcitati tractatus quia quotidianas, & sæpissime in praxi contingentes.*

An committens incestum, raptum virginis, sacrilegium cum Moniali, & sodomiam, quibus annexa est reservatio, afficiatur reservatione, etiamsi hæc ignoretur ? Ex p.7.t.4. ex r.14. *Quæ nunc invenietur* in tom.5.tr.7. de Symonia, & Datis, & Promissis, &c. resol.62

Docetur quod fornicatio Episcopi nondum consecrati, nec sacro ordine initiati, secluso scandalo, non excedit malitiam simplicis fornicationis ? Ex p.12. tr.1. ex resol.98. *Quæ hic est* in tom.4.tr.8. de Consecratione Episcopi resol. etiam 98

An, qui vocat amasiam Deam, vel Idolum suum, sit blasphemus ? Ex p.5.tr.13. ex r.20. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tr.8. de Hæresi resol.13

Nota, quod in tom.5. tr.9. *de Denunciationibus faciendis & signanter ex sollicitatione in confessione, sunt quamplurimæ difficultates pro diversis casibus, & sollicitationibus factis à Confessario ad fœminam pœnitentem, & puerum, & è contra; & pro actibus carnalibus contractis ab ipso Confessario in ipso confessionario cum fœmina pœnitente, &c. quos casus ibi, si requiris, facillimè invenies.*

De sodomitis, & pœna, qua supradicti debent puniri. Et an Inquisitores habeant cognitionem nefandi criminis ? Ex p.4.tr.7. ex r.20. *Quæ nunc invenietur* in tom.5.tr.12. de Pœnis S. Inquisitionis resol. etiam 20

An qui bona sua luxuriosè vivendo, vel cum meretricibus dilapidavit, & consumpsit, gaudeat privilegio cessionis ? Ex p.7.tr.8. ex resol.3. & 11. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.5. de cessione bonorum resol. etiam 3. & 11

An servus, & ancilla, religiosus, & Monialis possint donare bona eis largita ob turpem quæstum suorum corporum ? Et an actio turpis, v.g. fornicatio, sit vendibilis ? Et an donatio ad finem turpem sit irrita ? Et an donatio promissa meretrici, ipsa in judicio petere possit ? Et an quis possit in suam concubinam facere donationem ? Et an supradictis concubinis salarium suorum servitiorum, in quo convenerunt, teneatur de justitia quis solvere ? Ex p.8.t.6. ex r.9. 110. 85. 102. & 83. *Quæ hic sunt* in tom.6. tr.7. de Donationibus resol.32. & à resol.140. usque ad resol.143. inclusivè.

An conditio caste & honeste vivendi in aliquo legato apposita, non intelligatur debere caste, & honeste vivere toto vitæ cursu, sed tempore arbitrio prudentis sufficienti, quale est tempus decennium annorum ? Et an legatum relictum uxori, si caste & honeste vixerit, possit ab ipsius conscientia exigi; & retineri si occultè fornicata sit ? Et an etiam per unicam tantum fornicationem occultam amittatur prædictum legatum in conscientia ? Et an amittatur prædictum legatum ex amplexibus, & aliis tactibus impudicis ? Et an legatum pro virginibus maritandis relictum acquiratur à corrupta occulte, si publice reparatur Virgo ? Et an legatum relictum sub conditione non ineundi secundas nuptias debeatur, si ipsa fuerit fornicata ? Ex p.5.t.14. ex r.84. & in p.10.t.13. ex t.8. & 9. & in tr.15. ex r.21. *Quæ nunc invenientur in* tom.6. tr.8. de Testamentis resol.26. 53. 54. & 55

An reservato peccato carnis contra castitatem exercens, includatur visus, ornatus, &c. procedentes ex affectu interno ? Et an pollutio cogitando tantum turpia sit peccatum reservatum ? Et quid, si sequatur ex affectu nimis libidinoso, quando superiores regulares reservant sibi pollutionem voluntariam ? Et an superiores possint sibi reservare actus impudicos, oscula, literulas, munuscula, &c. Et notatur religiosum habentem licentiam à superiori expendendi bona in quoscumque usus velit, non peccare contra justitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem. Et an religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccet mortaliter non solum contra temperantiam, sed etiam secundo habitu, quamvis Apostata non sit ? Et an peccata fornicationis inter regulares dicantur contra bonum publicum ? Et quid, quando tale peccatum committerent semel, vel bis ? Et an si religiosus, vel Monialis in delectationem consentiant, violent votum castitatis ? Et an regularis, qui suadet alteri regulari, ut adulterium perpetret, peccet contra votum castitatis ? Et docetur Monialem, vel in sacris constitutum propriis tactibus seminem pollutionem sine propria delectatione satisfacere in confessione, si dicat, tangens impudice alium pollutionem tenetur explicare suum statum. Et qui pollutus est, si faciet, si dicat, alienis tactibus pollutus sum, non explicans viri, aut mulieris, secularis, aut regularis ? Ex p.3. tr.2. ex r.128. & 23. & in p.4 tr.4. ex r.163. & 6. & in p.7.t.12. ex r.5. & in p.5. tr.14. ex r.71. & in p.3.t.2. ex r.69. & in p.7.tr.11. ex r.34. & 17. *Quæ hic reperientur* in tom.7.tr.1. de Regularibus resol.116. 117.118.206.240.241. & 242

An correctio fraterna sit adhibenda peccatoribus publicis, ut meretricibus, &c. Ex p.7.tr.3. ex r.33. *Quæ hic est* in tom.7. tr.4. de Correctione fraterna resol.71

Nota, quod in tom.7. tr.5. *de Scandalo sunt multæ difficultates pro diversis casibus turpibus, ex quibus sequitur scandalum activum, & passivum, & etiam pro ornatu excessivo, & lascivo mulierum, & hominum, &c. quos casus ibi reperies* resol.7. usque ad r.13. inclusivè, & in r.26.27. 28. 34. 41. 42.43.44.45.46.47.48.49.50. 51. 62. 63. 66. & 67. *ubi etiam agitur de audientibus & legentibus comedias lascivas, & obscænas, & de aliis multis, & diversis scandalis.*

An servus, tam masculus quam fœmina, vel ancilla qui à Domino ad turpia sollicitantur, acquirant libertatem ? Et an servus, & ancilla, religiosus, & Monialis, possint sibi retinere bona eis data, ob turpem quæstum, & usum corporum suorum illicitum ? Ex p.7.t.7.ex r.13. & 29. *Quæ nunc invenientur* in tom.7.tr.8. de Servis resol.17. & 27

Quid est sentiendum de tactibus, & osculis inter solutos, an semper sint mortalia, vel in eis detur parvitas materiæ ? Et an in omnibus rebus venereis detur parvitas materiæ ? Et an confricatio leviter partium obscænarum brutorum, & similium sit peccatum mortale ? Ex p.5.tr.5. ex resol.5. & in p.3. tr.5. ex r.90. alias 89. *Quæ hic sunt supra in hoc ipsomet* tom.8. tr.3. de Parvitate materiæ resol.19. & 17

An qui certus est, quod voverit se non accessurum ad aliquam fœminam, & dubitat, an de accessu fornicario, vel uxorario senserit, teneatur abstinere à nuptiis? Et an votum castitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat? Et an qui vovit ingredi Religionem, si per annum in fornicationem non inciderit, si in dicto anno culpa sua fornicetur, teneatur adimplere votum? Et quidam iuravit dare meretrici pro actu fornicario centum aureos, quæsivit postea, an teneatur ratione præstiti iuramenti illos solvere? Et an promissio facta maretrici etiam sine iuramento obliget in conscientia? Et an si amasius, & meretrix iurent fidelitatem nempe, ut nullam aliam personam carnaliter cognoscant, obliget tale iuramentum? Exp.4. t.3. ex res.10. & in p.4. t.4. ex res.101. 102. & 27. & in p.9. t.8 res.9. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom.8. t.4. de voto & Juramento r.18. 34. 37. 56. & 57

An liceat pro defensione pudicitiæ, & servanda Castitate, occidere invasorem? Et quid, si Clericus, aut Religiosus aliquem invaderet peccato nefando? Ex p.5. t.4. ex r.36. 3. & 30. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom.8. t.5. de Homicidio r.20. 21. & 49

An habens rem cum meretrice teneatur in conscientia solvere mercedem solitam, sive eam promiserit, sive non? Et notatur, quod datio, & acceptio pro fornicationis actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra iustitiam? ideo meretrix non tenetur restituere. Et an cæteræ fœminæ accipientes munera à suis amatoribus spe consequendi ab ipsis, quod prave concupiscunt, si non consentiant, teneantur restituere quæ acceperunt? Et an, si corruptor virginis non adhibuerit vim, aut dolum, sed importunis precibus, vehementibus blanditiis, & persuasionibus induxit illam ad consensum, teneatur restituere aliquid illi, Patri, vel curatori; & aliqua alia, quæ contingere possunt in isto casu advertuntur etiam si vi, & fraude, violata fuerit virgo, &c. Et quid, si preces, &c. facta fuissent à Principe, Domino, & Superiore? Ex p.2. t.16. ex r.38. & 58. alias 40. & 50. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom.9. t.7. de Furto, & Restitutione r.59. & 57

An si quis cœnet eo fine, ut sequatur pollutio nocturna, peccet contra temperantiam, quamvis non peccet contra illam cœnando, &c. Ex p.11. t.2. ex r.34. *Quæ hic est infra* in t.7. r.18

An fœminæ etiam ignobili liceat in periculo mortis non ostendere verenda Chirurgo, &c. Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab obstetricibus, vel aliis, an teneatur supradictis obstetricibus verenda ostendere? Et an qui in ipso actu venereo amisit loquelam, & paulo post spiravit, sit privandus Ecclesiastica sepultura? Et quid est dicendum de meretricibus? Ex part.5. t.3. ex r.138. & 99. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom.8. t.8. de casibus occurrentibus tempore mortis r.2. & 5

An qui commisit peccatum nefandum gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et an defloratores Moniales, & raptores virginum gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si aliquis defloraverit Monialem in ipsa Ecclesia Monasterii? Ex p.4. t.1. ex r.45. & 43. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. t.1. de Immunitate Ecclesiæ r.59. & 32

An concubinatus sit delictum mixti fori? Et an ministri laici possint prohibere ne ministri Curiæ Episcopalis visitent loca, & domos meretricum? Et an iudex laicus possit statuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipsis concubinis factis, etiamsi hoc extendatur ad concubinas Clericorum? Ex p.5. t.1. ex r.10. & in p.4. t.1. ex r.11. *Quæ hic reperientur* in tom.9. tr.2. de Immunitate Ecclesiastica r.193. & 294

An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginem defloranda ad tuendam Rempublicam? Ex p.11. t.6. ex r.51. *Quæ hic est* in tom.7. t.7. de Bello r.20

TRACTATUS VII.

De Furto, & de Restitutione pro ipso; & de aliquibus aliis specialibus restitutionibus; atque etiam de restitutione famæ agitur. p.147

1. *AN in furto Reliquiarum detur parvitas materiæ? Et an peccet mortaliter Prælatus Regularis, si alicui dederit licentiam accipiendi particulas aliquarum Reliquiarum? Et an liceat Crucem Variis Reliquis, non tamen approbatis, ornatam in Altari collocare?* Ex p.5. t.5. r.35. ibid.
2. *An in furto detur parvitas materiæ? Et an Vxor possit consumere in usus honestos vigesimam partem redditus sine licentia mariti? Et an de furtis filiorum, & Religiosorum non sit philosophandum, ut de cæteris furtis?* Ex p.5. t.5. r.34. ibid.
3. *Quæritur, quæ quantitas requiratur, ut furtum sit peccatum mortale?* Ex part.2. tract.17. & Misc.3. resol.57. ibid.
4. *Sæpe mihi ab exteris, & nostris delata fuit hæc quæstio. An Petrus, qui levem quantitatem aufert à Joanne, à quo alii abstulerunt notabilem, peccet mortaliter?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. r.41. p.148
5. *Petrus, qui nullo modo aliqua exhortatione fuit causa, ut alii minuta furta à Joanne acciperent, si hæc furta sciat, peccet mortaliter modicum cum ipsis, vel separatim accipiendo, si tota illa furta simul cum suo considerata perveniant ad materiam notabilem?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. r.42. ibid.
6. *Quis post quantitatem notalem per minima furta sublatam addit furta parva, quæritur, an per quodlibet novum furtum novum peccatum lethale committat?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. r.43. p.149
7. *An detur casus, in quo ultima acceptio rei ablatæ complens materiam notabilem, non sit peccatum mortale?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.25. ibid.
8. *Olim Rustici confessionem audivi, qui mulum subripuerat à quodam viro Nobilissimo, & prædivite, & per spatium multorum annorum locaverat? dubitavit tunc, an non solum ad restitutionem muli, sed etiam ad pretium locationis teneretur?* Ex p.2. tract.17. & Misc.3. res.50. ibid.
9. *Pendet decisio multorum casuum ex illa celebri quæstione, utrum fur, & quivis alius iniquus possessor teneatur restituere maiorem summam, ad quam excrevit res furata tempore detentionis, maxime si fur illam vendidit in illo optimo statu?* Ex p.2. tract.17. & Misc.3. res.51. p.150
10. *Merito superiori quæstioni hæc adiuncta erit; utrum iniquus possessor teneatur ad restitutionem iuxta summum valorem, & incrementum, quod res habuit tempore acceptionis, quando ignoratur, quo tempore verus Dominus, esset rem illam venditurus?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. r.52. p.151
11. *An si res ablata tunc valebat v.g. decem aureos, posset vero antequam restituatur, valeat viginti, quæritur, an debeant restitui decem, aut viginti aurei?* Ex p.11. t.6. & Misc.6. r.5. ibid.
12. *Titius habitans prope domum Sempronii multa utensilia ab eo furatus est, sed cum incendio utraque domus una nocte vastaretur, quæsitum à me fuit, an Titius teneatur ad restitutionem, cum furtum periisset, ac si in manu Domini esset? Idem est de quocumque alio iniquo possessore. Et quid est dicendum, si res non eodem modo, quo*

apud

apud furem periit, apud Dominum peritura erat, sed diverso, & absque culpa illius, v.g. apud Dominum peritura erat incendio, apud furem periit diluvio; apud Dominum hostium incursione, apud furem ruina, &c. Et quid est sentiendum, si dubium est, an res apud Dominum periret, vel quia si apud se existeret, ante interitum fuisset vendita, vel distracta, aut aliquo modo utilis? Et quid est dicendum, si res furata pereat apud furem, & possessorem malæ fidei ex dolo, & culpa illorum, cum tamen eodem, aut diverso modo apud Dominum sine culpa illius esset peritura? Et tandem queritur, si res, v.g. vel pallium Petri eras erat cum incendio domus ipsius Petri periturum, & de facto domus periit, & tu id sciens die, vel hora antecedente illud ab eo furto abstulisti & sic salvum fuit à periculo; similiter, si navis in qua merces Petri veniebant, peritura omnino erat, & antequam submergeretur, tu aliquas merces illius ex illa extraxisti, & salvasti, tenearis in utroque casu ad restitutionem, &c. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 39. ibid.

13. *An res furata consumpta tamen in extrema necessitate, illa transacta, sit restituenda? Et an talis obligatio consurgat, si ante extremam necessitatem quis acceperat per contractum translativum Dominii; ut per mutuum, vel emptionem, quia re sua providit, nec erat in extrema necessitate rei alienæ? Et quid, si acceperat non per contractum translatum Dominii, sed commodatum, depositum, conductum, vel etiam per delictum, si rem consumpsit in extrema necessitate? Et notatur, quod non solum extrema necessitas, sed etiam gravis tua, vel proximi, (qualis est periculum morbi, magnæ famis, nuditatis, captivitatis, vel diuturni, ac tetri carceris, vel similium afflictionum,) excusat à restitutione, quamdiu durat. Et utrum, si venerit ad lautiorem fortunam, teneatur restituere, sic acceptum, vel non? Et an vero creditori existenti in simili necessitate morbi, famis, &c. debeat restituere?* Ex p. 11. tract. 5. & Misc. 5. res. 13. pag. 153

14. *Liberatur latro à quadam restitutione, ubi casus est curiosus, & practicabilis. Et Resolutio huius casus pendet ex illa celebri quæstione; an consumens rem alienam in necessitate, quamvis furatam ante illam, teneatur restituere; si ad pinguiorem fortunam pervenerit? Et asseritur, non solum quando debitum contractum est ante extremam necessitatem, sed etiam si res accipiatur in extrema necessitate restituendum esse, quando fuerit facultas.* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. res. 36. alias 34. p. 155

15. *An qui à Dæmone obtinuit aliquas pecunias, teneatur illas restituere?* Ex p. 10. tract. 15. & Misc. 5. res. 48. pag. 156

16. *An bona fide consumens res consumptibiles unico usu, teneatur vero Domino restituere, quatenus locupletior evasit, & fur non impotens ad restituendum?* Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 53. ibid.

17. *An quis ob amissionem unius rei teneatur aliquando ad duplicem restitutionem?* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 4. ibid.

18. *An qui amisit alterius gemmam mille nummorum putans esse tantum centum nummorum, teneatur restituere mille, aut centum? Et an omittens, data opera, diligentiam adhibere, quam alias non teneretur, ut damnum proximi inferatur, teneatur ad restitutionem? Et an si quis cœnet eo fine, ut sequatur pollutio nocturna peccet contra temperantiam, quamvis non peccet contra illam cœnando, &c. Et sequitur occisorem, ob cuius delictum alius, cui impositur per errorem, punitur, non teneri ad restitutionem. Et quid, si in eum finem, ut aliter puniretur, commisit homicidium, ut v.g. si interfecit illum cum alterius gladio, & data opera, reliqueret gladium, ut agnosceretur esse alterius, & propterea alter convinceretur delicti, an tunc teneatur resarcire damnum,* &c. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 34. pag. 157

19. *An si quis minatur malum absque animo inferendi, & si posset iuste inferre, valeat retinere, quod sic extorquet? ut v. g. quis potest petere pecuniam credito sin lucrum perditam, quæritur, an si vir Nobilis ob verecundiam accusaturus non erat, aut alio motivo accusare nollebat, possit accusationem, & repetitionem minari, & retinere illa, quæ sic minando ab alio extorquet? Idem est de illo, qui potest homicidam aliquem accusare apud iudicem,* &c. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 34. p. 158

20. *Nocens alicui in re gravi, ad quam solum erat in potentia, quid teneatur restituere, v.g. damnum cum culpa datum est in seminibus, & plantis,* &c. *in proxima dispositione; an sit restituendum, ac si essent matura, deductis expensis, & secus si longe distabant adhuc?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 6. ibid.

21. *An quis possit per partes restituere, si potest totum restituere, sed non vult? Et quid in dicto casu Confessarius facere debeat circa talis pœnitentis absolutionem?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 5. ibid.

22. *Petrus deambulando per Civitatem invenit crumenam cum magna pecuniarum quantitate, facta debita diligentia, non invenit Dominum, ideo per multos annos illas sibi retinuit; nunc Confessarius denegat illi absolutionem, si pauperibus dictas pecunias non restituat, quid faciendum?* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. res. 5. ibid.

23. *An debita incerta per iniustitiam sint restituenda necessario pauperibus, vel piis operibus? Et notatur probabile esse bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur posse post diligentem inquisitionem ab ipso detineri retineri?* Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. res. 12. p. 159

24. *Quis accepit scuta 60. pro 50. à Mercatore, quorum cognoscit, vel quem ob distantiam convenire nequit, quæritur, an teneatur dare pauperibus, vel possit sibi ipsi applicare? Et notatur debitorem bonorum posse ex iis Capellaniam, aut Hospitale, aut Monasterium instituere. Et docetur inventorem bonorum incertorum posse sibi retinere, nec distribuere pauperibus. Et advertur supradicta non procedere, cum bona omnino incerta sunt, nam si absolute sint certa, & incerta secundum quid, ignoratur tamen, quibus determinate pertineat, inter illos necessarium est dividenda?* Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. res. 48. p. 160

25. *An pauperes, qui res aliquas inventas pro elemosyna habuerunt, si verus Dominus compareat, teneantur illas restituere? Et an sit satis probabile bona incerta non esse pauperibus restituenda, sed posse illa inventores retinere, nec sive inanimata, sive animata sint, non teneantur Cruciatæ, aut sacris Religionibus Trinitatis, vel B. Mariæ de Mercede restituere, quamvis excommunicationis pœnam ferat Cruciata,* &c. *contra detentores huiusmodi bonorum? Et notatur, quod inventor, qui bona sibi, quæ reperit, applicavit, Domino comparenti, teneatur reddere. Et concluditur cum Regula generali, quod quando bona incerta sunt iniuste acquisita, si post debitam diligentiam Dominus non compareat, debentur piis operibus; quando autem sunt iuste occupata, ut sunt inventa, post eam diligentiam potest quis reservare cum intentione reddendi ea Domino, si compareat intra legitimum tempus,* &c. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. res. 12. p. 161

26. *An Reges, & Principes possint de bonis incertis illicite acquisitis compensationem facere? vel an hæc compensatio ad Summum Pontificem pertineat? Et quid, si Pontifex id non prohibeat? Et an Hispani, & eorum Successores, qui in iusto bello contra Reges Catholicos instructionem obtinuerunt bona, aut retinent oppida, an potuissent, & possint cum Rege facere compensationem?* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. res. 19. p. 162

27. *An consulens furtum, aut homicidium,* &c. *& dubitans an ex suo consilio sequutum sit furtum, aut mors, teneatur*

teneatur restituere? Et in dicto casu an consulens teneatur restituere totum damnum, vel tantum partem tuæ quantitate dubii? Et an excusetur à tota restitutione, si homicida et effractor ad hoc incidium, vel furtum perpetrandum non fuisse motum ex consilio? Et quid est dicendum, quando hortatu suo magis confirmavit alterum, certo proposito determinatum ad damnum faciendum, vel ut citius, aut expeditius damnum inferatur? Et quid, si hortatu suo causa fuerit, ut major damnum inferatur? Ex quibus infertur à fortiori, quod qui furi ascendenti scalam tenet, quam & si nemo teneret, tamen ascenderet, vel si aliter quis obsequium præstet in asportando res furtivas, &c. in his casibus talis non tenetur ad restitutionem? Ex p.3.t.5. & Misc.1.r.85. alias 84. p.163

28. *An si quis consilio suo confirmavit furem, vel hortatu suo causa fuit, ut citius furaretur, teneatur ad restitutionem? Et an si furi furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam & si nemo teneret, tamen ascenderet, & si asportando rem furatam adiuves aliquem, quam sine tuo auxilio auferret tamen, & furaretur, tenearis ad restitutionem?* Ex p.3.t.5. & Misc.1.r.47. ibid.

29. *Consilium dans ad damnum faciendum quid restituere tenetur? Sed difficultas est de aliis consulentibus, aut consiliariis, ad contractus, & alia negotia?* Ex p.3.t.6. & Misc.2.r.23.p.164

30. *An si quis, ut averteret furem à furto maiori à Paulo, consuleret furtum minus a Petro, teneatur restituere Petro? Et quid, si fur esset determinatus ad furandum æqualem quantitatem Petro, vel Paulo, indeterminatus autem à quo velit? an amicus Pauli possit consulere, ut furetur potius Petro?* Ex p.11.t.6. & Misc. res.58. alias 57.ibid.

31. *An servi non solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur restituere, si non impediant furta domestica? Et quid de famulo, cui domus cura non est commissa, an teneatur restituere furta facta Domino, sive fur sit domesticus, sive extraneus?* Ex p.7.t.7.r.39.ibid.

32. *An famulus teneatur ad restitutionem si non manifestet Domino alios famulos res ex aliqua domus officina sæpius furari? Et quid de famulo, cui cura pecus custodiendæ demandata est? quid est dicendum, si fures extranei domum ingrediantur, & famulus eos videat, an teneatur ad revelandum, si aliter malum impedire non potest? Et an dictus famulus teneatur restituere, si ab alio famulo furante accepit aliquid, si clamet, vel indicet furtum eius Domino, nisi pars accepta sit furti?* Ex p.3.t.6. & Misc.2.r.58.p.165

33. *An famuli teneantur impedire eos, qui furantur suis Dominis? Et quid de famulo, cui custodia domus, pecorum, &c. aliarumque rerum Domini data est? Nota, quod in textu huius Resolutionis sunt multæ aliæ difficultates, quas hic brevis titulus comprehendere, & explicare non potest, nisi nimis longus fit, pro diversis aliis furtis, & restitutionibus factis, vel faciendis ab aliis specialibus personis distinctis à latronibus, quæ pro suis obligationibus aliquando ad restitutionem obligantur,* &c. Ex p.11.t.6. & Misc.6.r.6.ibid.

34. *An qui potuit absque proprio incommodo impedire damnum, & non impedivit, teneatur ad restitutionem? Et docetur omnes, & solos, qui ex iustitia, & ratione officii, & contractus, tenentur damna impedire; & si desinant culpabiliter impedire culpa lata, teneri ad restitutionem damni non impediti; pro quibus multæ, & diversæ personæ, & casus assignantur in textu huius Resolutionis pro supradicta obligatione. Sed quæritur etiam, an illi, quibus ex officio incumbit, teneantur cum periculo mortis loqui, obstare, ac manifestare? Et an Miles fugiens è bello Maurorum, & extrahens torquem aureum ab alio Christiano demortuo in acie, teneatur eum restituere hæredibus? Et an licitum sit Christianis emere à Turcis, vel Piratis Hæreticorum res furto ablatas? Et è contra, an qui extrahunt à Piratis naves onustas mercibus a Catholicis captas, teneantur eas Domino restituere, vel hæredibus eorum, aut pauperibus, &c. Et late alia difficultas in §. Ultimo huius Resolutionis proponitur pro custodibus Civitatis, &c. & quid, quomodo, & quando vero teneantur ad restitutionem.* Ex p.11.t.6. & Misc.6.r.18.p.166

35. *An custodes portarum, sylvarum, &c. teneantur restituere pœnam pecuniariam impositam contra eos, qui certas merces exportant, vel ligna, &c. si dissimulant? Et si fur tibi aliquid det, ne impedias ipsius furtum, clamando, vel manifestando, an tenearis ad restitutionem? Et quid est dicendum, si aliquis ex domesticis furetur res è domo, an teneantur ad restitutionem alii famuli qui hoc vident, vel ille tantum, cui cura domus est? Et quid, si fures extranei domum ingrediantur ad furandum?* Ex p.3.t.5. & Misc.1.r.54.p.167

36. *An qui bona fide expendit monetam falsam, teneatur ad restitutionem? Et quid, si mala fide in alium transtulerit prædictam monetam falsam?* Ex p.3.t.6.& Misc.2. r.3.p.168

37. *An Principes, & alii Domini, in quorum territoria viatores patiuntur depredationes, teneantur eis damnum resarcire? Et qua ratione damnum probari debeat?* Ex p.8.t.7. & Misc.r.38. ibid.

38. *An liceat cuilibet Christiano bona possessa à Turcis sibi usurpare, & cum aliquibus limitationibus sine aliquo onere restitutionis? Et an possint ex tacito consensu Principis defraudare vectigalia à Turcis imposita similiter sine onere restitutionis? Et an quando servus Christianus iniuste detinetur à Turcis, non solum possit fugere, sed etiam iure belli possit subripere, quæcumque voluerit ex tacito sui Principis consensu?* Ex p.5.t.13. & Misc.12 r.98.p.170

39. *An quis tuta conscientia possit detinere rem, quam iuxta leges præscripsit? si postea cognoscat fuisse alterius? Et an semper præscriptio transferat dominium, vel tantum aliquando?* Ex p.6.t.7.& Misc.2.r.12. p.171

40. *Quidam vir Nobilis possidebat multa bona dubitans esse sua, quæsivit à me, an teneatur illa restituere? Sed difficultas est; quando quis inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, ut res aliena sit, quid in hoc casu faciendum erit?* Ex p.2.t.17. & Misc.3.r.44. pag.172

41. *An possessor bonæ fidei, si inæqualiter dubitet, & magis inclinet in eam partem, ut res sit aliena, teneatur iuxta inclinationem, & propensionem aliquid restituere?* Ex p.2.t.15.& Misc.1.r.10.p.173

42. *An si præmissa debita diligentia adhuc dubius sis, propendeas tamen magis rem esse alienam, tenearis illam restituere, vel dividere.* Ex p.4.t.3.r.26.ibid.

43. *An facta sufficienti diligentia, an res sit sua, possit possessor bonæ fidei adhuc dubius illam retinere, & alienare vel teneatur dividere rem cum persona, de qua dubitatur, an eius sit? Et an durante investigatione Domini possit uti re, quæ usu non consumitur, ut equus, mancipium,* &c. *Et an possessor, qui adhibita diligentia, an res, quam possidet, sit aliena, si manet adhuc dubius, teneatur imposterum vero Domino comparenti restituere? Et quid est faciendum, si spes moralis non est, ut verus Dominus compareat? Et quid, quando probabilis spes est Dominum compariturum?* Ex p.4.t.3. r.25. ibid.

44. *An possessor bonæ fidei, qui dubitans rem esse alienam neglexit investigare verum Dominum, Unde impotens effectus est ad eum sciendum, teneatur ad restitutionem?* Ex p.4.t.3. r.29.p.174

45. *Felix dedit Confessario uncias septuaginta, ut restitueret Joanni suo creditori, post duos annos scit Confessarium non restituisse, quæritur, an demum dictus Felix debeat,*

debeat restituere? Ex p.2. tract.17. & Misc.3. res.2. ibid.

46. *An si quis daret alicui certum, ignorans, quod ex iustitia tantum etiam illi debebat, teneatur postea solvere alia centum? Ex quo infertur, quod si quis ex devotione inviseret hanc, vel illam Ecclesiam, & non recordatur, quod ad id teneatur ex voto, vel ex pœnitentia à Confessario iniuncta, si postea recordatur voti, aut pœnitentiæ, non tenetur illas Ecclesias iterum visitare.* Ex p.5. t.13. & Misc.1. r.94. ibid.

47. *An Parentes divites, si propter aliquam iustam causam exponant filios hospitali, teneantur restituere expensas circa eorum nutritionem?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.40. p.175

48. *An si quis vi, & fraude impediat, ne nepos filius spurii instituatur hæres ab avo, teneatur ad restitutionem? Idem est dicendum de illo, qui fraude, & vi impedit, ne aliquis consequatur officium, vel beneficium, &c. Et supponitur nepotem filium spurii posse institui hæredem ab avo? Et quid est dicendum, si quis impediat, ne omnia supradicta bona aliquis assequatur non vi, fraude, vel mendaciis, sed precibus, blanditiis, muneribus, &c. etiam si hoc ab aliquo efficeretur cum odio, & invidia, an peccet mortaliter, sed non teneatur ad restitutionem? Et in corpore huius Resolutionis inferuntur alii casus.* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.33. ibid.

49. *De impediente ne aliquis obtineat beneficium, an teneatur ad restitutionem?* Ex p.11. t.4. & Misc.4. r.36. p.177

50. *An qui precibus, & suasionibus adducit Collatorem Ecclesiastici beneficii, vel Cathedræ jam determinatum ad conferendum beneficium vel Cathredam Titio, ut sibi vel alteri minus digno conferatur, teneatur ad restitutionem? Et quid, si hoc quis ex malo animo, & odio faciat? Et quid est dicendum, si alicui res ex iustitia debita non erat, sed conferenda ex libera voluntate, tunc, qui sine vi, aut fraude Collatorem suasione, aut precibus movet, ut officium, legatum, hæreditatem, &c. non conferat ei, cui animo destinaret, sed sibi, vel alteri; an, inquam, is non peccet contra iustitiam, nec teneatur ad aliquam restitutionem, etiam si totum hoc ex odio efficiat? Et ex doctrina huius Resolutionis multa dubia solvi possunt?* Ex part.3. tr.5. & Misc.1. r.53. p.178

51. *An qui sine vi, & fraude, sed tantum suasionibus, & precibus impedit, ne beneficium, aut Cathedra conferatur digniori, teneatur aliquid digniori restituere?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.34. ibid.

52. *An acceptum pro eo, quod ex Charitate solum, aut alterius virtutis obligatio erat debitum, quis teneatur restituere? Ex an index, si forte circa litem aliquam est varietas opinionum, & sententiarum, ut iudici liberum sit utramlibet partem in iudicando sequi, possit aliquid recipere ab una parte, ut in eius potius favorem iudicet sine onere restitutionis?* Ex p.3. t.5. & Misc.2. r.55. p.179

53. *An Electores ad Maioratum, ad Cathedram, Capellam, &c. & qui debent eligere pauperes pro dividenda eleemosyna, possint sine onere restitutionis pro his actibus aliqua munera recipere? Et quid est dicendum, quando dantur duo vota æqualia, an possit iudex sine onere restitutionis accipere aliquid pro electione partis, pro qua ferat sententiam? Et notatur iudices, & Ministros publicos accipientes munera, sola lege positiva sibi prohibita non esse obnoxios restitutioni in foro conscientiæ, nulla expectata sententia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio, & gratitudine.* Ex part.6. tract.6. & Misc.1. resolut.59. ibid.

54. *An quando provisio sit per Concursum, si quis eligat dignum, omisso Digniori, teneatur ad restitutionem? Et an in foro externo dicta electio sit nulla, & subreptitia, & conquerente digniori, an debeat revocari collatio facta digno?* Ex part.4. tract.4. & Misc. resolut.110. p.180

55. *An Ecclesiastici, & Religiosi peccent semper venando, & teneantur restituere animalia capta?* Ex p.9. t.9. & Misc.4. r.40. ibid.

56. *An qui venando, vel piscando in locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel piscari, teneatur ad restitutionem? Et quid, si venator sit in loco circumsepto & clauso? Et ita venantes, an peccent mortaliter, vel tantum venialiter?* Ex p.9. t.9. & Misc.4. r.39. p.181

57. *An si corruptor Virginis non adhibuerit vim, aut dolum sed importunis precibus, vehementibus blanditiis, & persuasionibus induxerit illam ad consensum, teneatur ad restitutionem? Et quid, si preces, &c. facte fuissent a Principe, Domino, Superiore, &c. Et notatur, quod si puella, vi aut fraude violata forte postea aque commodis potita est nuptiis, ita ut nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessario restitui. Et si stuprator virginis obtineat ab ea remissionem damnorum eidem ratione stupri illatorum an requiratur, ut etiam Parens ipsius obtineatur? Idem dicendum est, si virgo primo consenserit, tunc nihil restituendum est Parentibus pro violata integritate virginali, & gravatadne, vel similibus damnis inde sequutis?* Ex p.2. t.16. & Misc.2. r.50. alias 48. p.182

58. *An meretrix semper teneatur restituere accipiendo aliquid à filiis familias, qui alienare non possunt? Idem est de Religiosis. Et quid est dicendum de aliis senibus impudicis, si accipiant aliquid à filiis familias, & Religiosis, & ab aliis qui alienare non possunt?* Ex p.11. t.2. & Misc.2. r.65. ibid.

59. *An habens rem cum meretrice teneatur in conscientia solvere ei mercedem solitam, sive eam promiserit sive non? Et notatur, quod datio, & acceptio pro fornicationis actu est mala, quia prorsus turpis, & ob peccatum sed non contra iustitiam, ideo meretrix non tenetur restituere. Et an cæteræ faminæ accipientes munera à suis amatoribus spe consequendi ab ipsis, quod prave concupiscunt, si non consentiant, teneantur restituere munera, quæ acceperunt?* Ex p.2. t.16. & Misc.2. r.38. alias 40. p.183

60. *Fuit sæpius à diversis Confessariis ad me delata ista quæstio. An gabella possit imponi rebus ad proprios usus necessariis, nimirum carnibus, piscibus, sali, fromento, oleo, &c. & si pœnitens nollet restituere defraudationem talis gabellæ, an sit deneganda illi absolutio?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. r.128. p.184

61. *An si quis narrat peccata alterius audita, & expresse asserit se nihil certo scire, sed tantum recensere quæ audivit, an peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ illius?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. res.28. ibid.

62. *An qui falsum dicendo alterum infamavit, teneatur, si opus fuerit, iurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit? Et an etiam si opus fuerit juramento retractationem suam confirmare, & testes adhibere teneatur? Et quid est dicendum, & faciendum, si quis falsum dicendo alterum infamavit, sit Episcopus, Prælatus, Comes, &c.* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.29. p.185

63. *An qui occultum crimen sine causa iusta manifestavit uni, vel duobus viris prudentibus, quos scit non evulgaturos; peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.33. ibid.

64. *An infamator criminis occulti teneatur restituere famam tantum apud suos auditores, licet ipsi audierint crimen aliis notum fecerint?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.34. ibidem.

65. *Ad quid teneatur, verum qui dicendo occultum crimen alicujus propalavit, illum infamando, & quomodo debeat restituere famam illius? Et si infamator non possit famam restituere, an teneatur famam pecunia compensare? Et an infamatus possit sibi satisfacere ex debito pecuniario infamantis, si is alia ratione satisfacere nolit, aut non possit? Et in textu hujus Resolutionis alios quinque casus decisos invenies sæpe contingentes in praxi pro restituenda, vel non restituenda fama.* Ex p.3.tr.5. & Misc.1. res.30.p.186

66. *An si quis infamaret aliquem de furto, qui postea fur esse invenitur, teneatur ad restitutionem? Et an non sit peccatum saltem mortale publicare aliquod crimen minus illius, qui de gravioribus criminibus est infamatus, & infamis? Et notatur multas esse causas excusantes à restitutione famæ. Et pro praxi novem causæ in corpore hujus Resolutionis proponuntur. Et tandem docetur nullum esse faciliorem modum restituendi famam propter peccatum occultum propalatum posse inveniri, quam laudando illum, quem prius infamaverat.* Ex p.11. tract.6. & Misc.6. resol. 57. alias 56. p.187

67. *An sit peccatum mortale saltem contra Charitatem detegere peccatum notorium facti, vel juris in alio loco, ubi ignorabatur, & in quem facile eius fama non erat perventura?* Ex p.3. tract.5. & Misc.1. resol.17. ibid.

68. *An sit peccatum mortale detegere alterius peccatum notorium notorietate juris, vel facti in aliqua Civitate, ubi ignorabatur?* Ex p.4. tr.4. & Misc. res.128. p.188

† *An si quis narret alicui amico iniuriam sibi ab aliquo secreto illatam ad leniendum dolorem, peccet mortaliter? Et an peccet mortaliter, si persona secreto graviter iniuriata, non valens se à dolore cohibere in querimonias prorumpit publicas, si iniurians infametur?* Ex p.3. tr.5. & Misc.1. ex res.32. *Quæ hic est infra* in hoc ipsomet tom.8. tr.10. res.7

Appendix ad cæteras alias dispersas quæstiones, quæ simul pertinent ad istum *tractatum 7. de Furto, & Restitutione hujus tom.8.*

§. PRo verbo Furtum. *Virum si quis furetur propter fornicationem, teneatur hanc circunstantiam finis in confessione explicare, vel sufficiat dicere furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem fornicandi? Et an qui furatur rem sacram de loco sacro, teneatur utramque circunstantiam explicare? Et quidam latro furatur crumenam divitis in Ecclesia; quæritur, utrum peccatum præter malitiam furti, contineat etiam malitiam Sacrilegii in confessione aperiendam? Et an committat Sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid iure Ecclesiastico possessum? Et quid, si aliqua res sit sub ure, & quasi sub potestate Ecclesiæ, v.g. quia est illi tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapetes, tabellas, cortinas, vel sellas, quæ erunt commodata à Sacrista pro ornatu alicuius Festivitatis in Ecclesia? Et an, si quis furatur coram iudice, vel cum manifesto periculo vitæ, teneatur postea aperire hanc circunstantiam in confessione? Et an qui furatus est, v. g. mille aureos, satisfaciat si dicat in confessione, subripui rem notabilem? Et an diuturnitas voluntariæ retentionis de re aliqua furto sublata sit circunstantia in confessione aperienda? Et supponitur in dicto casu plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis uno anno, vel pluribus iniuste retineatur res aliena, etiam si forte sæpius interim offeratur occasio restituendi? Et notetur hoc à Confessario, & multus scrupulis immunis erit, & ut non interroget de tempore, & diuturnitate retentionis, vel de numero peccatorum, quæ alioqui in tali diuturnitate committi putant. Et an si iudex, vel alia persona publica furto capiat res alienas, quæ ex officio custodire tenetur, debeat explicare hanc circunstantiam officii sui? Et an furaxi in die festo sit circunstantia aperienda in confessione? Et an sufficiat, si pœnitens dicat, anno integro non restitui, licet aliquoties doluerit de culpa intra annum, & statuit restituere, & non restituit?* Ex part.1.tract.7. ex resol.23. & ex p.8.tr.7.ex res.76. & in p.1.tract.7. ex res.27.61.14.58. & 36. & in p.2. tract.16. ex res.25. aliàs 27. & in part.1. tract.7. ex resol.32. & in pag.5. tract.14. ex resol.55. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tr.7. de Circunstantiis à res.152. usque ad resol.157. inclusive, & in res.160. 158.54. & 63.

An Confessarius, si ex confessione sciat famulum esse furem possit illum dimittere? Et si Confessarius ex confessione intelligat furtum domesticum sibi factum possit accusare furem ex aliis indiciis extra confessionem cognitis? Et an Confessarius possit revelare hæredibus restitutionem faciendam, quam debebat mortuus, dum modo adsit licentia pœnitentis? Ex part.5. tract.11. ex resol.37.17. & 28. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tract.8. de Sigillo Confessionis res.21.22. & 28

An possit quis compensare eleemosynas iam factas voluntarie cum obligatione delicti ex furto, usuris, &c. quæ forte solvenda sunt pauperibus ob incertitudinem creditorum? Ex p.9.tr.9. ex r.23. *Quæ hic est* in tom.3.tr.6. de Horis Canonicis res.128

An valeat Bulla Cruciatæ sumpta ex bonis furatis? Ex p.1. tr.11. ex res.101. *Quæ nunc invenietur* in tom.4. tr.3. de Bulla Cruciatæ res.12

An filiusfamilias possit ad usus honestos accipere aliquo à Patre etiam invito? Et notatur quod quando quis extrema necessitate pressus abstulerit rem aliquam à Domino in extremam quoque inopiam redacto, etiam debere Domino restituere. Et an non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate sit licitum pauperibus occulte subripere ab opulentibus, si aliter illud malum grave avertere nequeant? Et an vir honestus, cui magnum dedecus esset mendicare, possit clanculum necessaria subripere? Et an si in extrema necessitate constitutus accipiat aliquam rem, teneatur postea restituere? Et an si quis ante necessitatem extremam accepit ab alio accommodatum, conductum, vel precarium, teneatur restituere, si illud in extrema necessitate consumpsit? Idem est, si ante extremam necessitatem aliquid furatus est. Ex part. 5. tract. 8. ex resolut.25.11.23. 24. 9. 8. & 10. & in part.2. tract.17. ex resol. 29. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract. 7. de Eleemosyna resolut. 38. 47. 50. 52. 53. 55. 54. & 49

An excommunicatio lata contra aliquos, quorum unusquisque tamen minimam quantitatem furati sunt, sit valida? Et an in tali casu, si unusquisque non restituat suam partem quamvis minimam, an peccet mortaliter? Et an ex vi monitorii quis teneatur revelare furtum domesticum factum à filio familias? Et quid, si non revelat furta aliorum? Et an si Episcopus prohibeat furtum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, furans incurrat excommu-

excommunicationem si invincibiliter legem istam ignoret ? Idem est, si excommunicatio lata sit à Pontifice. Et an, qui per donationem, vel furtum accipit bona naufragantium, & de consulentibus, auxilium, & favorem præstantibus, & ratum habentibus prædictum furtum, teneantur illa restituere ? Et an si Archiepiscopus Panormitanus ferat excommunicationem contra scientes, quisnam fecerit tale furtum, & non manifestantes, si Petrus, v. g. originarius Diœcesis Montis regalis perveniat ad civitatem Panormi post latam hanc sententiam, & ibi acquirat domicilium, & cognoscat furem, & non manifestet, an ligabitur censura ? Et an censura contra illos, qui sciunt furtum, non liget transeuntes, advenas, & peregrinos ? Ex p.5.tr.9. ex r.54. & in tr.13. ex r.68. & 69. & in p.3.t.6. ex r.41. & in p.9.t.8.ex r.36. *Quæ hic sunt* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione res. 122.164.163.32. & 44

An qui eadem actione duo vasa rapuit diversorum Dominorum, si furtum fuerit prohibitum sub censura, incurrat duas excommunicationes ? Ex p.5.t.9. ex r.59. *Quæ nunc invenietur* in tom.5. tr.2. de Percussione Clerici resol.53

An si excommunicatio feratur in eum, qui furatur, non liget mandantem furari ? Ex p.1. tr.4. ex r.22. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tract.9. de Denunciationibus, &c. res.76

An fur, qui furatus est à fure, possit reddere rem furatam eidem furi ? Ex p.5. tr.14. ex res.87. *Quæ hic est* in tom.6. tr.3. de Contractibus res.136

An si quis furatus est Librum Historiarum ex Bibliotheca regularium, si habeat animum solvendi pretium duplicatum, peccaverit, & adhuc teneatur restituere dictum Librum ? Ex p.10.tr.13. ex r.44. *Quæ nunc invenietur* in tom.7.tr.1. de Regularibus res.223

An religiosi peccent mortaliter, si furentur ex bonis Conventus octo, vel novem reales; vel quænam quantitas requiratur, ut ea sine licentia superioris usurpata à religioso ad peccatum mortale deveniatur ? Et an religiosus paulatim modica accipiens, vel expendens sine licentia superioris peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem ? Et aliqua alia inferuntur pro furtis sæcularium, servorum, & ancillæ. Et an religiosus furans aliquid notabile ad usum fratris particularis, vel alicujus sæcularis incurrat in casum reservatum in decreto Clem.VIII. Et advertitur, quod superior religionis non potest reservare furtum commissum à suo subdito de rebus alterius religiosi, vel alicujus sæcularis ? Et an saltem superior in tali casu possit reservare illud furtum, quantum est peccatum proprietatis ? Et an religiosus, qui sine licentia Prælati solet paulatim sumere aliqua bona Monasterii pertinentia ad cibum, & potum, si perveniant ad quantitatem notabilem, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem ? Et an religiosus peccet sumendo aliquam rem ex loco publico pro usu temporali, ut deinde ad eundem locum restituat ? Ex p.6.t.6.ex r.58. & in p.1.t.6. ex r.36.34.44.45.35. & 40. *Quæ hic reperientur* in tom.7.tr.3. de Paupertate religiosa à res.39. usque ad r.46. inclusivè.

An licitum sit, quando quis proposuit committere majus furtum consulere, ut furetur minus ab eadem tamen persona; & in tali casu licitum sit cooperari cum illo, & adjuvare ad minus furtum ? Et an sit licitum volenti subripere nummos pauperi consulere, ut diviti subripiat, determinando etiam personam ? Et an in prædicto casu teneatur ratione consilii restituere, si furtum alicui diviti factum sit ? Et quid, si persona divitis furanda non determinaretur ? Et an remigantes, & captivi apud Turcas possint domos Christianorum perfringere, devastare, & bona subripere; & teneantur restituere damnum, quod ita dederint ? Ex p.5. tract.7. ex res.19. & 30. *Quæ hic sunt* in tom.7. tract.5. de Scandalo resolut.36. & 74

An servi Turcarum, & Maurorum non solum possint fugere, sed etiam ab illis, non autem ab aliis auferre quidquid potuerint, & hoc sine aliquo onere restitutionis, vel teneantur restituere, si commode facere possint, aut certe in usus pios impendere ? Et an Dominus peccet, furumque committat in servos, si auferat eis, quæ parce vivendo sibi subtrahunt, vel si præter opera præscripta aliquid faciverent ? Et an servi in casibus quibus sibi acquirunt, si à Dominis spolientur, possint facere occultam compensationem ? Et an servi peccent, si cibos communes ex domo heri ad comedendum accipiant, ut furta esculentorum, & poculentorum, etiamsi sensim perveniant ad notabilem quantitatem, ut ipsimet consumant, secus vero si vendant ? si furta sint præter esculenta, an servi, seu mancipia peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem ? Et an qui servis consilium, vel auxilium dederint, ut fugiant, teneantur ad restitutionem totius damni inde sequuti ? Ex p.7. tract.7. ex res.11.32.28. & 9. *Quæ nunc invenientur* in tom.7.tr.8. de Servis res.13. 32.45. & 11

An si plures materiæ coalescant in unum, quando enim per eas ad notabilem quantitatem furto arreptam perveniatur, an inquam, ultimum rei parvæ furtum sit mortale ? Ex p.5. tract.5. ex resol.52. *Quæ hic est supra in hoc ipsomet* tom.8. tract.3. de Parvitate materiæ resol.3

An fures debeant gaudere Immunitate Ecclesiæ, & etiam in Ecclesia furantes Pyxidem SS. Eucharistiæ sacramenti ? Et an saltem ex consuetudine licitum sit extrahere fures simplices ab Ecclesia ? Et an saltem fures qui ad Ecclesiam cum furto confugiunt, & intra Ecclesiam illud contractaverunt, gaudeant ejus immunitate ? Et notatur, quod reus non potest in Ecclesia spoliari à judice laico re furata, quam secum traxit, sed recurrendum est ad judicem Ecclesiasticum. Et an furantes, & delinquentes in Ecclesia capi possint ab Ecclesiastico ministris etiam extra Ecclesiam ? Et an grassatores viarum, & publici latrones gaudeant Immunitate Ecclesiæ ? Et quid, si semel, vel bis in via publica, & cum violentia deprædentur ? Et quid est sentiendum de Diuturnis agrorum depopulatoribus, quia de Diuturnis non est difficultas; & de captivantibus personas, & ex compactatibus in quocumque loco, an gaudeant dicta immunitate ? Ex p.6. tract.1. ex res.9. 15. & 8. in p.1. tract.1. ex resolut. 17. & 18. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. tr.4. de Immunitate Ecclesiæ resol.57.58.100.95. & 88

§. Pro verbo restitutio, vel restituere. *An liceat baptizare filios Infidelium, si in potestate Christianorum veniant, quando eorum Parentibus restitutio non est possibilis ?* Ex p.7. tract.7. ex resolut.68. aliàs 67. *Quæ nunc invenietur* in tom.1. tract.1. de Baptismo resolut.88

An Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per se ipsum, sed per alios ministrat sacramentum Pœnitentiæ, Eucharistiæ, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere ? Et an qui habet justam causam tacendi furtum externum in confessione, teneatur confiteri se habuisse animum, & voluntatem subripiendi ? Ex p.3.tr.4.ex res.155. aliàs 156. & ex p.9.tr.9. ex res.57. aliàs 56. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tract.3. de Pœnitentia res.40. & 58

An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniam, & famam ablatam, alioquin non possit adcuniam, & famam ablatam, alioquin non posse adcuniam, vel alias non solvi ? Et an lethaliter vulneratus, vel alias moribundus teneatur remittere inimico actionem injuriarum,

riarum, vulgo dicimus. Farci la remissione, *nec aliter possit absolvi ? Et quidam vir Nobilis est in mora solvendi debitum unciarum ducentarum ex contractu, & sæpius confitetur, & non restituit ; quæritur à Confessario, an sit illi deneganda absolutio ?* Ex p.5. tract.3. ex r.104. & 103. & in p.2. t.17. ex res.3. *Quæ hic sunt* in tom.1.tr.4. de Absolutione sacramentali res.51.52. & 36

An Confessarius, qui culpabiliter non obligavit pœnitentem ad restitutionem, teneatur ipse restituere ? Ex p.2. tr.16. ex res.1. *Quæ nunc invenietur* in tom.1.tr.6. de Satisfactione sacramentali resolut.22

An qui ignoranter, vel cum aliqua opinione sibi probabili celebravit contra decreta de celebratione Missarum, teneatur reficere Missas, aut stipendia restituere ? Et an sacerdos ; qui eleemosynam accipit pro dicendis Missis, possit postea per alios satisfacere minori pitantia sine onere restitutionis ? Et an si quis accipiat stipendium pro una Missa dicenda sufficiens ad mortale, si Missam non dicat, teneatur illud restituere ? Ex p.2.t.14. ex r.10. & in p.8.tr.7. ex res.75. & in p.10. tr.15. ex res.43. *Quæ hic reperientur* in tom.2. tr.1. de Celebratione Missarum res.25.24. & 33

Quædam mulier multas pecunias per adulterium acquisivit, quæritur, an marito sint restituendæ, vel saltem pauperibus, aut cui illas dedit, maximè si sint religiosi, filiifamilias, &c. Et an adulter, qui filium suscepit ex adulterio ; illumque reliquit inter filios legitimos mariti adulteræ, præter alimenta teneatur etiam occurrere damno hæreditatis, quæ legitimis hæredibus adimitur, vel damno datis, quam Pater putativus dedit puellæ spuriæ, credens esse propriam filiam ? Ex p.2. tr.17. ex res.7. & 55. *Quæ hic sunt* in tom.2.tr.6. de Matrimonio res.236. & 235

An obligatio restituendi fructus, v.g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali ? Ex p.7.tr.10. ex r.26. *Quæ nunc invenietur* in tom.3. tr.2. de Dispensatione res.168

An Episcopus omittens intra terminum duorum mensium promissionem fidei amittat fructus, sed non teneatur illos restituere, donec condemnetur, vel sequatur sententia declaratoria ? Et an in concursu beneficiorum & Cathedrarum eligentes dignum prætermisso digniori, teneantur ad aliquam restitutionem ? Ex p.5.tr.14. ex res.23. & in p.3. tract.5. ex resol.111. aliàs 110. *Quæ hic reperientur* in tom.3. tract.3. de Episcopis resol.69. & 107

An Capitulum sede vacante teneatur ad aliquod interesse restituendum, si Vicarium absque justa causa removeat ? Ex p.8.t.4. ex r.63. *Quæ hic est* in tom.3.tr.5. de Capitulo sede vacante res.75

Nota, quod in tom.3.tr.6. de Horis Canonicis *sunt aliquæ difficultates pro restitutione proveniente ex defectibus, & omissionibus commissis in recitatione horarum Canonicarum ; ideo si ita casus mistus occurrerit, require illum ibi* in res.5. 7. 29. 48. 81. 95. & à resolut.110. usque ad res.128. 132. 133. & 139. *etiam pro pensionariis ?*

An sacerdos destinatus, vel electus ad celebrandum in tali Templo, vel Altari, si ibi non celebret, teneatur ad aliquam restitutionem ? Ex p.2. tract.14. ex res.29. *Quæ nunc invenietur* in tom.4.tr.1. de Altaribus privilegiatis res.15

An si Rex non expendat eleemosynam Bullæ Cruciatæ contra Turcas teneatur ad restitutionem ? Et an stantibus verbis Bullæ Cruciatæ, Prius satisfacta parte, *nomine satisfactionis intelligatur restitutio honoris, vel famæ & aliorum bonorum ? Et an qui absolvit excommunicatum absque facta satisfactione, aut cautione, teneatur restituere damnum inde sequutum ? Et an facta compositione bonorum incertorum per Bullam Cruciatæ, comparente vero Domino, teneatur, qui se composuit, ad restitutionem ? Senator cujusdam Civitatis emebat salmanam frumenti ad taneros, verbi gratia, 30. sed asserebat illam emisse ad taneros 36. quæsivit, an possit uti Bulla compositionis, cum illud frumentum illo cariori pretio emissent cives in pane cocto, qui modo ignorantur, quinam sint ? Eadem est doctrina pro pistoribus, dulciatoribus, cauponibus, tabernariis, & similibus, pro quibus omnibus latè explanatur quomodo, cui, vel quibus faciendæ est restitutio ?* Ex p.11.tr.2. ex res.49. & in p.1.tr.11. ex res.22. & in p.5. tr.9. ex res.12. & in p.4. tr.4. ex res.112. & 46. *Quæ hic reperientur* in tom.4 tract.3. de Bulla Cruciatæ res.1.56.57.174. & 172

An in aliquo casu quis teneatur restituere damna, quæ ex ejus omissione in danda eleemosyna sunt sequuta, ut v.g. qui fame periit, relinquit filios, quibus deberentur opera Patris ? Et qui tenentur restituere, si in communibus necessitatibus famis, pestis, & infirmitatum non succurrunt ? Et quando in testamento relinquitur, ut pauperioribus detur eleemosyna, si tantum pauperibus detur, sufficiat, ut distributor non teneatur ad restitutionem ? Et an recipiens eleemosynam simulans paupertatem, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem ? Et quid, si alicui donarentur, v. g. centum aurei, qui finxit se Episcopum, qui ab Episcopatu ab hæreticis expulsus indiget peculiaribus sumptibus, ut ad illum redeat, vel quid simile, an teneatur vere restituere, quod accepit ? Et si pauper adstans ad ostium divitis, & Monasterii, & expectans eleemosynam dicat alteri pauperi accedenti jam esse datam, an teneatur ad restitutionem ? Et cui facienda est restitutio eleemosynæ acceptæ ex ficta paupertate, an ipso Domino danti, vel pauperibus ? Et an debitor in extrema necessitate teneatur restituere si creditor etiam sit in extrema necessitate ? Et quid, si Patres, consanguinei, & amici debitoris in extrema necessitate sint constituti ? Et notatur ob gravem necessitatem debitoris posse differri restitutionem, quousque necessitas durat ? Ex p.5. tr.8. ex r.2. & 7. & in p.2. tr.15. ex r.39. & in p.5.t.8. ex r.21. & 22. & in p.11.tr.2. ex res.32. *Quæ hic sunt* in tom.4. tr.7. de Eleemosyna res.2.6.61.56.57. & 48

An si tribus mensibus elapsis consecratio Episcopi facta non sit, & non obstent alia impedimenta post confirmationem ad restitutionem fructuum perceptorum Episcopus teneatur ? Ex p.12. tr.1. ex res.55. *Quæ nunc invenietur* in tom.4. tract.8. de Consecratione Episcopi res.etiam 55

An quando quis virtute alicuius monitorii tenetur revelare scripturas si non manifestet, teneatur restituere damna inde sequuta ? Et an non restituens ex opinione probabili, si condemnetur à judice sub pœna excommunicationis, illam incurrat ? Et quid est dicendum, quando opinio in favorem rei est probabilior ? Et an testis vocatus à judice ad testificandum, si intimato præcepto fugiat, teneatur restituere damna inde sequuta ? Ex p.9.tr.9.ex r.49. alias 48. & in p.5. t.9.ex r.58.72. & in tr.13.res.68. *Quæ hic reperientur* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione resol.165.74.121. & 185

An recipiens beneficium animo resignandi illud, vel permutandi obligetur talis ad restitutionem fructuum ? Ex p.8.tr.7. ex r.14. *Quæ hic est* in tom.5. tr.1. de Excommunicatione res.175

Quis consuluit homicidium cujusdam Clerici, & postea serio consilium revocavit, quæritur, an ex homicidio sequuto incurrerit obligationem restituendi damnum inde sequutum ? Et quid est dicendum de illo, qui propinato veneno Clericum occidit, tametsi dil gentiam adhiberit ad damnum impediendum ? Et an furans cingulum

guium, aut aliam vestem Clerico dormienti, vel pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdole, & sine vi, incidat in excommunicationem? Et an quis bona sua ferentem insequeretur Clericum, & ab eo violenter extraheret; incidat in excommunicationem? Et quid, si res furatas domi haberet depositas, easque pacifice possideret? Ex p.3. tr.5. ex r.84. alias 83. & in p.9. tr.4. ex resolut.15.37. & 24. Quæ nunc invenientur in tom.5. tractat.2. de Percussione Clerici resolut.27. 28. 30. & 22

An Ordinatus cum patrimonio donato, & post ordines illud restituit donanti, præter peccatum mortale incurrat suspensionem, & teneatur postea illud restituere? Ex p.3. t.4. ex res.183. alias 184. Quæ hic reperietur in tom.5. t.3. de Suspensione r.50

An si inter multos dubium sit, quis ex illis aliquem occiderit, omnes teneantur restituere damnum inde sequutum? Et notatur probabile esse, quod si quis alios comitetur, & nihil omnino faciat, nec causa sit, cur homicidium, vel furtum hic, & nunc fiat, id est cum his circumstantiis, celeritas, acrius, animosius, audacius, &c. non tenetur ad restitutionem damni inde sequuti. Ex p.9. t.7. ex r.20. Quæ hic est in tom.5. t.5. de Irregularitate r.118

Explanatur non esse restituendum pretium acceptum pro collatione Sacramentorum. Et supponitur etiam Symoniam non obligare ad restitutionem ex jure naturali, sed ex jure positivo. Et an emens Vicariatum Episcopi teneatur resignare, & Episcopus pretium restituere? Et discutitur, cui est restituendum pretium male receptum pro Symonia in ordine, beneficio, & ingressu Religionis? Et an Symonia mentalis inducat pœnas Symoniæ, quæ ad restitutionem obliget? Et an judex qui in Romana Curia acciperet ab utraque parte ante latam sententiam, vel ante gratiam obtentam majores, quas vocant, popinas, seu sportulas, quæ sibi essent debitæ, peccet contra institiam, & teneatur restituere, quamvis non incurrat pœnas Bullæ Greg. XIII. de Datis, & Promissis? & de aliis casibus etiam agitur contentis in prædicta Bulla & de restitutione ex illis proveniente. Ex p.4. tract.4. ex r.157. 167. & 168. & in p.7. t.4. ex r.1. & in p.9. t.8. ex r.42. & in p.7. t.4. ex r.6. Quæ nunc invenientur in tom.5. t.7. de Symonia, &c. r.6. 9. 23. 48. 51. & 54

An Inquisitores teneantur restituere meliorationes factas ab emptore, quando revocant rem alienatam ab Hæreticis? Et an Inquisitores, si non ferant sententiam in Hæreticum, teneantur restituere aliquid Principi sæculari, ad quem pertinebant bona confiscata dicti Hæretici? Ex quo infertur, an reus legitime interrogatus negans veritatem, falsisque testibus se defendens, teneatur pœnam restituere, qua damnandus erat? Ex p.4. t.8. ex r.92. & 108. Quæ hic reperientur in tom.5. t.10. de Inquisitoribus r.125. & 129

An Inquisitores possint accipere xenia, hoc est esculenta, & proculenta, vel ita facientes, & recipientes teneantur reddere duplum? Idem est de aliis Ministris, qui hoc sciunt, & non revelant. Ex p.4. t.8. ex res.8. Quæ hic est in tom.5. tractat.10. de Inquisitoribus resolut.134

An fraudantes vectigalia justa peccent, & teneantur ad restitutionem? Et an lex pœnalis, ipso facto pœnam incurrens, obliget non solum in conscientia, sed etiam ut delinquens teneatur illam pœnam solvere ante judicis sententiam? Et pro praxi quæritur, an qui est causa, ne quis condemnetur ad pœnam justam impositam a lege, teneatur pœnam restituere, cui esset applicanda; ut si quis non accuset, & judex non condemnet ad pœnam legis; si Custodes sylvarum, & Civitatum non manifestent crimina, si testis, & reus juridice interrogatus non respondeat, & crimen neget, &c. Et an pœna conventionalis apposita in aliquo contractu sit ante judicis sententiam solvenda? Et an Senatores eligentes indignos non solum peccent, sed etiam teneantur resarcire damna inde sequuta? Et an ipsimet Reges teneantur eligere dignos ad officia sæcularia, sed non teneantur ad restitutionem eligentes tantum dignos? Ex p.1. t.10. ex r.19. & 23. & in p.2. t.15. ex r.67. & in p.6. t.6. ex r.2. Quæ nunc invenientur in tom.6. t.1. de Legibus res.76. 78. 135. & 139

An vineas ingredientes possint licite, & impune uvas comedere sine onere restitutionis? Ex p.3. tr.6. ex res.20. Quæ hic reperietur in tom.6. tract.2. de Consuetudine res.44

Nota quod in tom.6. t.3. de Contractibus, & Cambiis sunt quam plurimæ speciales Resolutiones plene difficultatibus mistis pro restitutione ex particularibus contractibus, & Cambiis proveniente; & ideo, si ita casu mistus occurrerit, require illum ibi in r.23.28.40.70.73.75. 78.79.84.88.90.91.93.100.102.104.105.128.130. 131. & à r.133. usque ad res.138. inclusive, & in res.140.141.143.145.147.153.158.196.197.201. 203.204.205.207.209. Et pro restitutione minorum, & Ecclesiæ in integrum ex aliquo contractu à res.160. usque ad res.166. inclusive. Ex ex multis aliis Resolutionibus præcitati tractatus pro contractibus, & Cambiis in eis contentis potest aliqua restitutio deduci ex illarum doctrina, solutione, vel consequentiis.

Adverte etiam, quod in prædicto tom.6.t.4. de Ludo, & Sponsionibus, sunt etiam quam plurimæ quæstiones omnes mistæ pro obligatione restitutionis provenientis ex diversis casibus contingentibus in Ludo & sponsionibus, quas reperies in resol.1. 2. 5. 8. & à resol.14. usque ad resol.19. inclusive, & in resol.21. 22. 24. 29. 30. 32. 35. 36. 37. & à resol.39. usque ad resol.49. & in resol.51. 52. 53. 54. 56. 57. 59. 71. 72. 74. 77. 78. & 81. ex consequentiis in multis aliis resolut. præcitati tractatus.

An quis in conscientia possit uti cessione bonorum, & occultare aliquid ad sui sustentationem sine onere restitutionis? Et an dicta in superiori difficultate procedant etiam si delicta oriantur ex delicto? Et an cessio bonorum liberet à restitutione, si postea ad pinguiorem fortunam pervenerit, aut aliquid acquisierit? Et quid, si cessis bonis sedendo in loco publico, quæ cessio est ignominiosa? Ex p.7. t.8. ex r.6.7.20. & 21. & in p.4.t.4.ex r.78. Quæ nunc invenientur in tom.6.t.5. de Cessione bonorum r.6.7.20.22.& 21

An pecunia abscondita, & inventa in aliqua pilla cerea vel balla mercis, aut absconditi in aliquo pariete, &c. quando proprie non est Thesaurus, sit restituenda, & quando? Et observatur, quanto tempore debeat expectare inventor, donec rem inventam alienare, vel assumere possit? Et an inventor possit aliquod præmium exigere à Domino rei inventæ? Ex p.9. t.5. ex resol.2. & 16. Quæ hic reperientur in tom.6. t.6. de Thesauris res.1. & 17

Nota, quod in prædicto tom.6. & tract.6. de Thesauris sunt multi alii diversi casus, ex quibus potest consurgere aliqua obligatio restitutionis pro inventoribus Thesaurorum, quos ibi facillime, si occurrerit ita casu mistus, invenies.

An consanguinei, vel alii, qui accipiunt donationem à Beneficiario Religioso, vel Episcopo; vel à Beneficiario, & Episcopo sæculari in casibus illicitis, ut meretrices, ludentes, &c. teneantur ad restitutionem? Idem dicendum est de eo, qui accipit à fure, vel debitore non quidem res furatas, sed alia, quorum habent dominium. Et eadem res furatas, sed alia, quorum habent dominium. Et videtur, quod in casu, quod donatio propter prolem supervenientem esset nulla, non obligat ad restitutionem donatarius

donata repetatur. Et an sit necessaria sententia, ut donatarius in conscientia ex causa ingratitudinis teneatur restituere bona donata? Et an donatarius ingratus restituere quoque teneatur fructus ex re donata ante revocationem perceptos? Et an donatarius peccet, & teneatur ad restitutionem, quando scit donationem fieri cum damno creditorum, etiam si ab ipsis intra annum non repetatur? Et quid est dicendum, quando donatarius sciens, & prudens incitaret debitorem ad alienandum in fraude creditorum? Ex p.7. tr.11. ex res.39. & in p.8. tr.6. ex resol.15. 134. 60. & 58. & in p.3. tr.5. ex resol.39. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. tr.7. de Donationibus res.5. 6. 7. 49. 134. & 138

An si non expediat, ut moribundus declaret in testamento alquas restitutiones, vel alimenta filiorum, quid est faciendum? Et an in testamentis possit quis instituere extraneum hæredem, & relinquere fratrem, consobrinum; & an hæredes ita constituti, bona sibi relicta sanguine coniunctis ipsius testatoris debeant restituere? Et quid est dicendum, si non relinquat bona extraneo, sed alicui Monasterio, Hospitali, &c. Et an quando quis iuravit se non revocaturum testamentum, & alter, cui iuravit, acceptavit atque in eo hæres est institutus, si postea testator revocet testamentum, secundus hæres postea institutus teneatur restituere hæreditatem priori? Ex p.5. tr.3. ex res.115. & in p.1. tr.8. ex res.85. & in p.10. tr.15. ex res.11. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tract.8. de Testamentis res.104. 106. & 102

An Episcopus sit executor bonorum obnoxiorum restitutioni, vel hæres inconsulto Episcopo possit facere istam restitutionem in usus pios? Ex p.8 tr.5. ex res.45. *Quæ hic est* in tom.6. tract.9. de Executoribus testamentorum res.56

An ingressus Religionis liberet debitorem ab onere restitutionis? Et an Religiosi electi, si expendant bona in usus illicitos, teneantur accipientes ea restituere? Et an Monasterium excessivam dotem pro ingressu Novitiæ accipiens teneatur restituere excessum ultra sustentationem sufficientem? Ex p.7. tr.12. ex res.5. & in p.3. tr.2. ex resol.41. & 100. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. tr.1. de Regularibus res.195. 140. & 326

An sit probabilis opinio, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in usus, qui sibi placuerint, si in usus turpes expendat, non peccare contra votum paupertatis, & accipientes non teneantur restituere? Et stando in opinione affirmativa, an dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso, vel teneatur restituere Monasterio? Et an Equites Commendatarii D. Ioanni, D. Iacobi, Calatravæ, &c. insumentes redditus bonorum suorum in usus illicitos peccent contra paupertatem, & teneantur accipientes ad restitutionem? Et an Religiosus illicite ludendo teneatur restituere colludenti, si lucretur? Et an quoties ex præsumptiva voluntate Domini possimus colligere non esse invitum, aut esse tantum quoad modum, quia daret, si peteretur aliquid ab eo, aut non ægre ferret, censendi sunt non peccare furesse, ut in uxore, filio, servo, famulo, & amicissimo? Et quidam vir Nobilis plura munera ob malum finem Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceperat; quæritur, an de istis teneatur ad restitutionem? Et quid, si bona fide recipit munera à Moniali? Et an si sæcularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum consumendum, sed dandum fœminæ cum qua ipse Monachus fornicatur, si is de facto illud tradat fœminæ, hæc non teneatur restituere? Et quo pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua sæcularibus, aut in ludis, aut cum meretricibus consumpsit? Ex p.3. tr.2. ex res.65. & 98. & in p.7. tr.11. ex res.22. & in tr.9. ex res.15. & in p.2. tr.15. ex res.54. & in p.7. tr.9. ex r.17. & in p.9. r.6. ex r.24. aliàs 25. & in p.6. t.6. ex resol.58. & in p.10. t.14. ex resol.4. aliàs 2. & in tr.12. ex res.35. *Quæ hic reperientur* in tom.7. tr.3. de Paupertate Religiosa res.23. 59. 58. 60. 55. 57. 61. 39. 63. & 62

An Magistratus & Prælati, si subditos non corrigant, teneantur ad restitutionem tam stipendii illi parti muneris respondentis, quam damni inde secuti? Ex p.5. t.14. ex r.95. *Quæ hic est* in tom.7. t.4. de Correctione fraterna r.22

An peccata commissa in ebrietate, si prius voluntas fuerit per pœnitentiam interrupta, inducant obligationem restituendi? Et an qui sine causa ponit pecunias apud usurarium, teneatur restituere usuras, quas mutuas accepit ex illa pecunia mutuata? Et an peccet qui famulis apponit occasionem, ut furentur? Ex p.3. t.6. ex r.52. & in p.5. tract.7. ex res.11. & in p.3. t.5. ex res.18. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. tract.5. de Scandalo res.39. 53. & 41

Vtrum in Parlamento, postquam numerus sufficiens suffragatus fuit pro injusto donativo, seu alia re, si alius quis postea concurrat, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? Et an doctrina huius quæstionis sit applicanda in primis suffragantibus? Et an, qui prior tulit suffragium antequam sufficiens numerus esset donativo iniusto, &c. suffragatus teneatur ad restitutionem, etiam si certò sciret sequentes in eam partem iturос? Et quid est faciendum in his casibus, & angustiis, possit ne aliquis in illo die abstinere à Parlamento, vel ab alia quacunque simili Communitate, Conventu, vel Congregatione? Et an, quando in Parlamento à maiori parte certe scitur concludendum pro re aliqua iniusta & iniquo donativo, possit aliquis pro illa die domi manere sine periculo peccati mortalis, & onere restitutionis? Et an doctrina prædictæ quæstionis sit etiam applicanda in casu, quod non sufficeret maior pars ad concludendum, sed omnes sigillatim concurrere deberent, & alii duo casus circa hoc inferuntur? Et an ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus teneantur singuli restituere in integrum, v.g. in Comitiis, seu Parlamento, si aliqui ferrent votum pro iniusto tributo, vel aliqua alia re? Idem est dicendum de suadentibus eamdem iniustitiam quando singulorum consilium sine aliiorum consilio non fuisset efficax. Et an Regnicolæ habentes rationes probabiles de iniustitia donativi possint non solvere collectas & vectigalia, etiam si pro Rege, & iustitia donativi adsint aliæ rationes probabiles; & in dicto casu defraudantes supradicta Donativa, collectas, & vectigalia teneantur ad restitutionem? Ex p.1. r.3. ex r.16. 17. 18. & 19. & in part.4. tract.4. ex resol.79. & in p.1. tract.3. ex resolut.21. *Quæ hic reperientur* in tom.7. tract.6. de Parlamento resolut.25. 26. 28. 29. 30. & 32

An si Rex, licet dubitet de possessione Regni, habeat tamen maiorem propensionem, ut Regnum sit, v.g. Regis Galliæ, an, inquam, in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? Et an Reliquiæ in bello iusto possint abstrahi ab Ecclesia sine onere restitutionis? Et quid de bonis Ecclesiæ, Ecclesiasticorum, & innocentium, & etiam laicorum, quæ reponuntur in Ecclesia, &c. Ex part.4. tract.3. ex resol.50. & in part.10. tract.16. ex resol.74. *Quæ hic sunt* in tom.7. t.7. de Bello resol.5. & 27

Nota, quod in prædicto tom.7. & tract.7. de Bello *sunt aliæ multæ quæstiones pro diversis restitutionibus provenientibus ex Bello, quas tenentur facere Principes, Reges, Duces, & Milites, ideo si ita casus missus occurrent, require illum ibi* in r.6. 8. 19. 26. 33. 34. 35. 38. 40. 45. 48. 62. & 63. *& ex consequentiis in multis aliis Resolutionibus præcitati tractatus.*

An peccent, qui consilium, vel auxilium servis ad fugam dederint, & teneantur ad restitutionem totius damni inde sequuti? Vel an possint ipsi servi fugere, & non teneantur se ipsos restituere? Et notatur, quod si mancipium ludo intentus privaret Dominum proprio labore, non tenetur restituere nisi tantum pretii, quantum existimaretur ille labor, quo Dominum fraudavit, & nihil aliud. Et an qui servum alienum percutiendo inutilem reddit, vel occidit, teneatur restituere aliquid non solum Domino, sed servo? Et an qui occidit servum suum, aut mutilat, teneatur aliquid haeredibus servi restituere? Et an servo ita possit à Domino inferri injuria, ut adsit obligatio restituendi? Et an Dominus teneatur resarcire damnum à servis illatum, & an ista obligatio liget in foro conscientiæ, vel saltem post judicis sententiam? Ex p.7. tr.7. ex ref.9. 10. 30. 20. 45. alias 44. 19. 46. & 74. alias 45. & 73. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. tr.8. de Servis ref.11. 12. 28. 36. 37. 38. 39. & 67

An judex possit nunc secundum unam, nunc secundum alteram opinionem judicare, & si adesset scandalum quamvis peccaret, non teneatur ad restitutionem? Et an qui probabiliter putat rem esse suam, etiam si probabiliter teneatur ab alio, possit occultam compensationem facere, si jus suum non possit defendere coram judice? Et quid, si probabilius est rem esse illius, qui possidet? Ex p.2.tr.13. ex ref.3. & in p.9. tr.9. ex ref. 45. alias 44. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom.8. tr.1. de Opinione probabili ref.20. & 29

An adulter non solum non teneatur ad restitutionem marito, si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiam, si probabiliter credat etiam esse suam? Et an dubius suumne suffragium conluserit rem injustam teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccaverit? Ex p.7. tr.11. ex ref.35. & in p.4. tr.3. ex ref. 63. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom. 8. tr. 2. de Conscientia dubia resol. 15. & 18

An si vovisti quotidie dare parvam eleemosynam, si pluries omittas istam parvam eleemosynam, deveniesti ad materiam gravem, teneris ad restitutionem? Ex p.3. tr.5. ex resolut. 24. *Quæ hic est supra* in tract.4. de Voto ref.13

An si quis sciat suo nomine paratum damnum inferre, nec prohibeat, cum facile possit, teneatur ad aliquam restitutionem? Et quid, si prædictum damnum ignoret, & postea re intellecta illud ratum habuerit? Et an si quis pecunias à fure accipiat, ne clamet, & ne indicet, obligetur ad aliquam restitutionem, nisi furtum impedire debeat ex officio, vel nisi res accepta sit pars furti? Ex part.4. tract. 4. ex resolut. 64. *Quæ hic est supra* in hoc tom.8. tractatu 5. de Homicidio ref.89

Nota, quod supra in hoc ipsomet tom.8. tract.5. de Homicidio *sunt multæ difficultates pro re furata, & signanter pro restitutione ex homicidio, & mutilatione proveniente, quas ibi reperies* in ref.7. & à resol.61. usque ad resol. 79. & à resol 81. usque ad 85. inclusive, & in ref.87. 88. 90. & 91

An Clerici, si vendant frumenta ultra pretium justum à lege taxatum, peccent mortaliter sicut laici, & teneantur ad restitutionem? Et an Principes laici ex consuetudine possint acquirere jus collectandi Ecclesiasticos, & colore talis prætextus liberentur à censura, & restitutionis delicto? Et an licite Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi eas in fine anni? Et an judex laicus possit cogere Clericum, qui spoliavit laicum sua possessione ad illam restituendam? Et an minister laicalis possit compelli à judice Ecclesiastico, ut arma prohibita ablata à Clerico restituat? Ex part.1. tract.2. ex ref.8. & in part.4. tract.1. ex resol.101. & in part.1. tr.2. ex ref.45. alias 44. & in p.4.tract.1.ex ref.74. & in p.1. tr.2. ex ref.10. alias 9. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. tr.2.de Immunitate Ecclesiastica ref.90.239.243.87. & 116

An Cardinales Religiosi statim solvantur voto paupertatis, & ideo supervacanee consumpta, & in usus illicitos non teneantur restituere ab ipsis recipientes? Ex part.1. tr.2. ex ref.64. *Quæ hic reperietur* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus ref.84

TRACTATUS VIII.

De Casibus occurrentibus tempore mortis p.188.

1. *AN morituro liceat respuere medicamentum, dum adest spes salutis? Et an infirmus teneatur parere Medico applicanti medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantum præcepto, quo est adstrictus propriam vitam conservare? Et an infirmus, si comedat, vel libat rem nocivam, putans, vel non advertens, quod ei nocebit, non peccent mortaliter, imo etiam si credat, quod ob id eveniet ei aliquod nocumentum, sed non magnum?* Ex p.5. tr.3. ref.135. ibid.

2. *An fœminæ etiam ignobiles in periculo mortis liceat non ostendere verenda Chirurgo? Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab obstetricibus, vel alia fœmina; an tunc utique tenerentur fœminæ etiam Nobiles illa sufferre, & verenda supradictis obstetricibus ostendere?* Ex p.5. tr.3. ref.138. ibid.

3. *An sit licitum pulsare Campanas in signum, quod aliquis malefactor mane furca suspendendus sit?* Ex p.6. tr.7. & Misc.2. ref.37. p.189

4. *An quis inveniatur laqueo suspensus, vel mersus in puteo, debeat sepeliri in loco sacro? Et quid, si constet publice in Paschate non communicasse? Et quid, si hoc esset ex cultum? Et an usurarius publicus careat sepultura Ecclesiastica?* Ex p.5. tr.3. ref.100. ibid.

5. *An qui in ipso actu venereo correptus morbo amisit loquelam, & paulo post expiravit, sit privandus Ecclesiastica sepultura? Et an moriens extra locum duelli sit sepeliendus in Ecclesia? Et an omnes, qui moriuntur in peccato notorio, seu manifesto sine signis pœnitentiæ, ut meretrices, concubinarii, usurarii, hæretici, excommunicati, turneatores, &c. sint privandi Ecclesiastica sepultura? Et an pro supradictis possint suffragia offerri?* Ex p.5. tr.3. ref.99. p.190

6. *An pueri baptizati in secundina sillico moriantur, sint in Ecclesia sepeliendi?* Ex part. 5. tract.3. resol.112. ibid.

7. *An, quando dubitatur, sit-ne infans baptizatus, sepeliendus sit in loco sacro, v.g. ut si infans fuerit baptizatus in secundina, pede, &c. sive dubium sit in suscipiente, sive in conferente, sive in materia, sive in forma?* Ex p.4. tr.3. ref.69. p.191

8. *An, si filius, & servus impuberes moriendo non elegerint sepulturam, Pater, vel Dominus possint illam eligere? Idem dicendum est de avo. Et notatur, quod fœcundatem non habens eligendi sepulturam in Matrum cultatem non habens eligendi sepulturam in Matrum suorum sepultura humari debet.* Ex p.5. tr.3. ref.107. ibid.

9. *An si filius impubes moriatur sine sepulture electione, si Maiores sunt sepulti in diversis locis, ubi ne, si Maiores sunt sepulti in diversis locis, ubi erit sepeliendus? Et notatur, quod uxor, qua sepulchrum non elegit, sepelienda est in sepulchro viri. At si detur casus, ut mulier duos, vel plures viros habuerit, sepelienda sit in sepulchro ultimi viri. Et quatur*

queritur, an frater fratri, Pater filio puberi, mater filiis, vel tutor pupillo, aut avus nepoti, vel amicus possint sepulturam eligere ? Ex part.5. tractat.3. res.108. ibid.

10. *An Canonicus, si non elegit sepulturam, sit sepeliendus in Parochia, vel in Ecclesia Cathedrali ?* Ex p.5. tr.3. res.111. p.192

11. *An peregrini morientes sine electione sepulturæ sint in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi ? Et quid de vagabundis, & illis, qui in villam ruralem se transtulerunt recreationis causa, ibique mortui sunt ?* Ex p.5. tr.3. r.113. ibid.

12. *An si quis testatur infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri, sit in illa sepeliendus ? Et an in tali casu sufficiat dictum Confessarii tantum, vel Codicilli invalidi ?* Ex p.5. tr.3.r.106. ibid.

13. *An si moribundus committat uxori, filio, vel alteri electionem suæ sepulturæ, talis electio fieri debeat eo vivente ?* Ex p.5.tr.3.r.105. ibid.

14. *An si bona hæreditaria non sufficiant ad solvenda debita, possint adhuc deduci expensæ necessariæ ad funus debitoris jam mortui ? Et an expensas superfluas ad honorem, & pompam mundanam, hæres facere possit ?* Ex p.5. tr.3.r.116. ibid.

† *Nota, quod cæteræ aliæ multæ resolutiones, quæ huic* tract.8. de Casibus occurrentibus tempore mortis, *desunt secundum ordinem R. P. Diana in sua* part.5. tract.3. *in hac nova Methodo sunt appositæ in reliquis tractatibus hujus totius operis, ut in proprioribus locis. Ratio præ aliis hujus transmutationis est, quia si ita non fieret, ex supradictis tractatibus, in quibus nunc sunt transcriptæ, debebant totidem similes resolutiones ad hunc tractatum transferri & à fortiore danda mutatione, hæc videtur propinquior proprior, & melior.*

Appendix ad cæteras omnes alias dispensas, & mistas quæstiones, quæ simul pertinent ad istum *tract.8. de Casibus occurrentibus temp. mortis huius tom.8.*

NOta primò, *quod* in tom.1. tract.1. de Baptismo *totus est plenus resolutionibus, & quæstionibus pro Baptismo infantis, vel adulti existentis in articulo mortis, & per consequens quamplurimæ ex illis resolutionibus simul pertinent* ad istum tract. de casibus occurrentibus tempore mortis; ideo quidquid tibi ita mistum occurrerit, si ibi requiris facillimè invenies.

An infantibus ante usum rationis morituris possit conferri sacramentum Confirmationis ? Et quid est dicendum de adultis in dicto periculo mortis ? Et an in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere sacramentum Confirmationis ? Ex p.5. tr.3. ex res.31. 30. & 32. & in p.3.tr.6. ex resol.93. *Quæ nunc invenientur* in tom.1.tr.2. de Confirmatione res.13. 18. 19. & 15

An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non est sacerdos, unde confessio, quam faciunt nautæ inter ipsos, imminente naufragio, reprobari videtur ? Et an in articulo mortis etiam post confessionem factam tamen cum attritione cognita, teneamur elicere actum contritionis omnium mortalium, quæ in vita commisimus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem in tempore mortis, itaut non sufficiat attritio cognita cum sacramento ? Et an morieus, absente Confessario teneatur revocare in memoriam omnia peccata, ut de illis postea eliciat actum contritionis ? Et an propositum non peccandi de cætero expressum, & formale sit necessarium confitendi in articulo mortis ? Ex p.5. tract.3. ex r.73. & 76. & in p.3.tr.4. ex r.97. & 117. alias 98. & 118. in p.6. tr.7. ex res.34. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tract.3. de Pœnitentia res.84. 92. 91. 93. & 111

Nota, quod in tom.1.tr.4. de Absolutione sacramentali à resolut.39. usque ad resolut.67. *in omnibus prædictis consequutivis resolutionibus sunt multæ difficultates pro absolutione sacramentali elargienda moribundis, & etiam sensibus destitutis existentibus in periculo, vel in articulo mortis, & per consequens omnes prædictæ resolutiones simul pertinent* ad hunc tract.8. de Casibus occurrentibus temp. mortis, *sed ibi sunt in propriori loco.*

Eadem est ratio, & Nota in prædicto tom.1.tr.5. de Reservatis, & eorum absolutione, *ideo si ita casus mistus occurrerit pro absolutione à reservatis in periculo, vel articulo mortis, require illum ibi* à res.1. usque ad r.14. inclusivè.

An liceat saltem in articulo mortis manifestare circunstantiam complicis, si ex hoc nullum damnum sequatur præter infamiam apud Confessarium ? Ex p.1.tr.7. ex res.49. *Quæ nunc invenietur* in tom.1. tr.7. de Circunstantiis resol.50

An prosit testimonium Confessarii de licentia pœnitentis, ut probetur pœnitens emendatus ut, verbi gratia, Parochus dat sepulturam publico usurario meretrici, &c. Ex part.5. tract.11. ex resolut.40. *Quæ hic reperietur* in tom.1.tract.8. de Sigillo Confessionis res.29

An quis pro evitando mortis periculo possit celebrare non jejunus, vel excommunicatus ? Et an sacerdos possit celebrare post cibum pro communicando infirmo, tempore mortis ? Et in dicto casu an possit bis celebrare ? Et quid in dicto articulo pro communicando se ipsum ? Et an necessitas dandi Viaticum infirmo sufficiat, ut possit sacerdos sine confessione celebrare si non habeat copiam Confessarii ? Et quid in dicto casu, si sacerdos sit excommunicatus ? Et an sacerdos, vel laicus, si sint in periculo mortis, nec adsit, qui eos sacramentaliter possit absolvere, possint communicare sine confessione ? Et an liceat pro communicando infirmo in mari Missam celebrare ? Et an sacerdos pro audienda confessione moribundi possit relinquere Missam inchoatam, etiam post consecrationem ? Et an sacerdos peccet mortaliter celebrando Missam sine Ministro pro dando moribundo Viaticum ? Et an deficientibus particulis, possit sacerdos partem suæ Hostiæ præbere moribundo ? Et an paulo post sumptam Hostiolam cum ablutione liceat tradere infirmis moribundis laicis reliquias sacramenti inventas in Calice, vel Pixide ? Ex part.5. tract.3. ex resolut.39. & in part.2. tract.14. ex resolut.66. & in part.3. tract.4. ex resolut.33. & in part.5. tract.3. ex resolut.35.36.40. & 70. & in part.2. tractat.14. ex resolut.43. & 37. & in part.5. tractat.3. ex resolut.54. & in part.6. tractat.6. ex resolut.23. *Quæ hic sunt* in tom.2. tract.1. de Celebratione Missarum res.129.130.131.132.134.135.136.158.241.244. & 248

Nota, quod in prædicto tom.2.tr.2. de Communione *sunt multæ, & diversæ difficultates omnes mistæ pro danda communione infirmis, vel sanis etiam existentibus in periculo, & articulo mortis pro diversis casibus occurrentibus in illo tempore, quos ibi reperies* in res.1.21.22.24. 40.53. *& pro plurimis quæstionibus* à res.58. usque ad r.101. inclusivè.

Nota etiam, ubi non erat necessaria nota, quod in tom.2. tr. 4. est de sacramento Extremæ-Vnctionis, *& per consequens omnes illius quæstiones, & resolutiones simul pertinent ad istum* tr.8. de Casibus occurrentibus tempore mortis, *ideo ibi require quidquid circa supradicta occurrere possit.*

An in articulo mortis possit aliquando contrahi sine præsentia Parochi? Et an in supradicto casu, quando quis in articulo mortis contrahit, possit Parochus omittere denunciationes, & celebrare matrimonium sine testibus? Et an Parochus excommunicatus assistens matrimonio in articulo mortis nullum committat peccatum? Ex p.3. tr.4. ex r.233. & 232. aliàs 234. & 233. & in p.5. tr.3. ex r.98. *Quæ nunc inveniuntur* in tom.2.tr.6. de Matrimonio res.71.84. & 73

An Pontifex, quamvis peccet, si non adimpleat præceptum annuæ Communionis, vel Confessionis non possit declarari excommunicatus, & per consequens nec Ecclesiastica sepultura in ejus morte privari? Ex p.8.tr.1. ex res.20. & 26. *Quæ hic reperientur* in tom.3.tr.1. de Potestate Pontificis res.28. & 51

An si quis in conflictu duelli sit vulneratus, & eodem die, vel alio postea moriatur, privari debeat Ecclesiastica sepultura, tanquam mortuus in excommunicatione duelli? Et an, si quis in duello percussus lethaliter decidat in terram, & signa contritionis ostendat, sed ex defectu Confessarii non fecit confessionem, & mortuus est, possit sepeliri in loco sacro, & censendus sit, quod non moriatur excommunicatus, & in peccato publico? Et an pro illo, qui mortuus est in duello modo, quo supra cum signis contritionis, sepulto tamen extra Ecclesiam, & non in loco sacro, possit quis offerre Missam? Et docetur, quod excommunicato non denunciato potest applicari Missa, si ostendat signa contritionis, aut mortuus est in jis. Et an, qui à duello uno, aut altero die supervixerunt, aut etiam una hora, & confessi sunt, possint in loco sacro sepeliri? Et an Episcopus, si æquum judicaverit, possit cum his contritis, & confessis dispensare, ut sepeliant eos in loco sacro, vel an possint in supradictis casibus sepelire eos absque ulla Episcopi dispensatione? Et an sepelientes mortuos in duello sint excommunicati? Et an sub prohibitione cap. Sacris & Clement.1. de sepult. ne excommunicati sepeliantur in loco sacro, *includantur excommunicati tolerati, etiamsi publice innotuerit fuisse excommunicatos? Et advertitur, quod non polluitur Ecclesia sepeliendo excommunicatum, nisi sit ille vitandus, nec sepeliendo hæreticum non denunciatum. Et quæritur, qui sint illi, qui sepelientes excommunicatum in loco sacro incurrant excommunicationem? Et an qui excommunicatos, etiam hæreticos notorios, sed non denunciatos in loco sacro sepeliunt, incurrant excommunicationem? Et an pueri, si in ea ætate decedant ante usum rationis, possint sepeliri in loco interdicto? Et an si quis decedat ex facinoroso actu, si tamen in ultimo vitæ, vel puncto mortis ostendat signa contritionis, debeat privari Ecclesiastica sepultura? Et notatur, quod si aliquis reperiretur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non est statim privandus Ecclesiastica sepultura. Et docetur, quomodo Sacerdos simplex debeat absolvere moribundum ab excommunicatione. Et à quibus censuris possit simplex Sacerdos absolvere in articulo mortis?* Ex p.2. tr.16. ex res.52. aliàs 54. & in p.4.tr.4. ex res.192. & in p.5.tr.3. ex res.141. & in p.7.tr.11. ex r.44. & in p.5.tr.3. ex res.140. & in tract.9. ex resol.97. & 98. & in part.3. tr.6. ex res. 88. & iterum in p.4. tract.4. ex resol. 192. & in p.9. tr.8. ex resol.1. & in p.5.tr.3. ex res.67. & in p.7. tr.10. ex res.11. *Quæ hic sunt* in tom.5. tract.1. de Excommunicatione resolut.65.66.67.64.69.70.71.108. & iterum 66.72. 204. & 205

Nota, quod in prædicto tom.5. & tract.1. de Excommunicatione à resol.201. usque ad res.214. inclusivè *sunt multæ difficultates omnes mistæ pro absolutione excommunicationis in articulo mortis impertienda, & quod possit dari etiam à laico, & quomodo prædictus laicus in dicto articulo mortis possit concedere moribundo Indulgentiam Bullæ Cruciatæ, & quomodo, & quando absolutus ab excommunicatione reservata in articulo mortis teneatur, vel non teneatur, si convaluerit, ad comparendum coram superiore. Et etiam quod potest absolvi ab irregularitate, quæ contrahitur ex peccato. Et an moribundus possit absolvi ab excommunicatione absque alio prævio signo contritionis? Et multa alia pro prædicto articulo, & periculo mortis, & absolutione in eis proponuntur, quæ vide reperies in præcitatis resolutionibus.*

An interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si moriatur cum signis pœnitentiæ, sit absolvendus, ut possit sepeliri in loco sacro? Et an in interdicto personali, generali, liceat sepelire Ecclesiastica sepultura? Et an qui tempore interdicti habent privilegium particulare assistendi divinis officiis, vel interessentes in diebus Paschatis, Pentecostes, &c. possint in loco sacro sepeliri? Ex p.5. tr.10. ex r.74.67. & 68. aliàs 74. 66. & 67. *Quæ nunc inveniuntur in* tom.5.tr.4. de Interdicto res.19.20. & 21

An quis incurrat irregularitatem, si volvat, v.g. infirmum, si cibum ei exhibeat, & similia faciat, ex quibus sequitur mors, aut eius acceleratio? Et infertur Sacerdotes, & Religiosos posse servire infirmis, etiam constitutis in extremo vitæ, & eos volvere in lecto, & reliqua exhibere cum prudentia absque metu irregularitatis? Ex p.5.tr.3. ex res.117. *Quæ hic reperiuntur* in tom.5.tr.5. de Irregularitate res.75

An quilibet Sacerdos, etiam Parocho præsente, possit in articulo mortis hæreticum absolvere? Et quid in dicto casu, si Episcopus, vel Inquisitor præsens sit? Et an prædictus hæreticus occultus absolutus in articulo mortis, si ab eo evadat, debeat se præsentare Summo Pontifici sub pœna reincidentiæ in eandem censuram, vel sufficiat, ut ab Episcopo, vel Inquisitore denuo absolvatur? Et an hæretico negativo destinato ad comburendum sit absolutio impertienda, & Eucharistia conferenda? Et an sit potenda facultas ab Inquisitoribus absolvendi illum, qui damnatus est ad mortem, & jam est, v.g. ut vulgò dicitur in Capella, *& invenietur hæreticus?* Ex p.1.tr.5. ex res.5. & in p.5. tr.3. ex res.78. & in tract.13.tr. res.12. *Quæ hic sunt* in tom.5. tract.8. de Hæreti, & ejus absolutione res.26.27. & 28

Nota, quod in tom.6. tr.7. de Donationibus *sunt aliqua difficultates pro donationibus factis causa mortis, & quamvis plene non conveniant* huic tract.8. de Casibus occurrentibus temp. mortis, *tamen largo modo pertinent, ideo pro supradictis donationibus factis causa mortis ibidem require illas* in res.30.46.59. & à res.68. usque ad resol.76. inclusivè, & à resol.79. usque ad res.93. & in res.119. & 146

An Confessarius tempore pestis debeat facere, ut moribundus testetur, etiamsi non sint sufficientes testi? Et an si aliquis moriatur in loco, ubi non potest condere testamentum, & velit relinquere aliquid Ecclesiæ, an valeat tale legatum, si relinquat scripturam subscriptam manu propria? Ex p.5. tract.3. ex res.125. & 119. *Quæ hic sunt* in tom.6.tr.8. de Testamentis res.59. & 27

Nota, quod in prædicto tom.6. tr.8. de Testamentis, *iste titulus demonstrat omnes eius resolutiones & quæstiones simul pertinere ad istum* tr.8. de Casibus occurrentibus temp. mortis huius tom.8. *sed ibi sunt in suo proprio loco, ubi requirere potes quidquid tibi occurrerit pro testamentis ad pias causas, ad Milites, & privilegiatos, & communia testamenta.*

An Novitius in articulo mortis constitutus, non expleto probationis anno, ad professionem admitti possit? Et an in dicto casu, si moriatur sine testamento, succedat in bonis Monasterium? Et notatur, quod in tali casu talis Novitius debet habere sexdecim annos completos. Et in dicto casu, quod fiat professio, an Novitius, vel Novitta convalescens de infirmitate, teneatur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri? Et an Novitii morientes possint

possint eligere sepulturam ? Et notatur, quod Religiosi possunt suos famulos intra Claustra morientes in sua Ecclesia sepelire. Et Religiosi morientes extra Monasterium, ubi sunt sepeliendi ? Et notatur, quod tenentur expensas factas in sepultura Monachi extra Monasterium solvere, si in Parochiali Ecclesia sepeliatur ; Et an Religiosus, si persuadeat moribundo, ut sepulturam eligat in sua Ecclesia, incidat in aliquam pœnam ? Et quid, si Religiosus induceret moribundum ad sepeliendum se in aliena Ecclesia ? Et de aliis quæstionibus pro hospitibus Monasterii agitur, si in illo moriantur. Ex p.3.tr.2. ex r.17. & in p.5. tr.3. ex res.139. & in p.7. tr.12. ex res.3. & in p.5. tr.3. ex res.109. & 110. & in p.9.tr.7. ex res.62. *Quæ nunc invenientur* in tom.7. tr.1. de Regularibus res.160. 161. 162. 163. 237. & 238

An sacularis hospes Regularium, si inter illos moriatur sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia Parochiali, in qua situm est Monasterium ? Et an sæcularis femina existens in Monasterio Monialium, si in fine vitæ velit sepeliri extra Ecclesiam Monialium, spectet ad Parochum, vel ad Confessarium Monasterii associare cadaver, & per consequens quartam funeralem, & alia iura ratione sepulturæ ? Idem sustineri potest de puellis in Monasterio degentibus causa educationis. Et notatur, quod pro Novitio moriente apud consanguineos, vel alios extra Conventum, si in Monasterio suarum Religionum sepeliatur, non debetur quarta Parocho, sub cuius Parochia mortuus est. Ex p.9.tr.7. ex res.62. *Quæ hic reperietur* in tom.7. tr.1. de Regularibus res.238

Advertitur, quod si Religiosus moriatur proprietarius privatus Ecclesiastica sepultura. Sed quæritur, an Religiosus, (dummodo non sit Minoreta) si inveniatur mortuus cum bursa denariorum non sit statim privandus sepultura Ecclesiastica, quia iura non privant officio Altaris talem Monachum habentem, & viventem cum peculio, nisi quando prius monitus noluit dimittere ? Et an Religiosus possit tempore mortis aliquid donare cum licentia Superioris ? Et an possit Prælatus dare licentiam Monacho scribendæ schedulæ, qua disponat, quid de suis bonis faciendum sit post mortem eo animo, ut vim habeat testamenti, aut codicilli illa dispositio ? Et notatur, quod potest aliquid reliqui Monacho cum facultate tempore mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solemne, sed per electionem personarum. Ex p.5. tr. 3. ex res.128. & in p.10. tr.15. ex res.40. & in p.4. tract. 4. ex res.23. *Quæ hic sunt* in tom.7. tr.3. de Paupertate Religiosa res.65.66.& 67

An servi, invitis Dominis possint eligere sepulturam ? Et an Dominus teneatur facere expensas circa funus servi ? Et an pro servo tamen impubere possit Dominus eligere sepulturam ? Ex p.7. tr.7. ex res.75. alias 74. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tr.8. de Servis res.64

An sit opinio probabilis asserere in articulo mortis, præsente Parocho, posse quemlibet Sacerdotem absolvere moribundum ? Et an quando fas est sequi aliquam opinionem probabilem in vita, etiam sequi illam in articulo mortis ? Ex p.4. tract.4. ex res.161. & in p.2. tr.13. ex res.9. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom.8. tr.1. de opinione probabili res.7. & 8

An in dubio quis privandus sit Ecclesiastica sepultura ? Ex part.6. tract.7. ex res.47. *Quæ hic est supra* in hoc tom.8. tr.5. de Homicidio res.50

An infans filius fidelis recentissime natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat ? Et supponitur, quod polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis. Ex p.11. tr.8. res.22. *Quæ hic est* in tom.9. tr.1. res.131

TRACTATUS IX.

De Mutis, Surdis, & Cœcis.

pag. 193.

1. *An Surdi, & Cœci priventur iure eligendi ? Et an mutus possit signis, & nutibus ad Emphyteusim nominare ?* Ex p.5. tr.6. res.13. ibid.
2. *An surdi, & cœci possint abesse à choro, & lucrari distributiones quotidianas ?* Ex p.5. tr.6. res.14. ibid.
3. *An cœcus possit esse iudex, & Dignitatem obtinere ? Idem dicendum est de surdo, & muto. Et docetur mutum & surdum non posse esse arbitrum.* Ex p.5. tr.6. res.36. ibid.
4. *An surdus, & cœcus possint munus Advocationis exercere ? Et an si mutus scripto consulat, peccet ? Et quid, si esset in causa propria ?* Ex p.5. tr.6. res.27. ibid.
5. *An mutus possit esse Curator ? Et an surdo, & muto Curator dari debeat, & maxime si sint surdus, & mutus à Nativitate ?* Ex p.5. tr.6. res.35. ibid.
6. *An mutus, surdus, & cœcus possint succedere in feudo ? Et an mutus, & surdus possit succedere in Maioratu, licet in iurisdictione consistat, dum tamen perfecte intelligat per signa exteriora ? Et notatur, quod casu, quo mutus à nativitate non possit succedere in feudo, debentur tamen ei ex dicto feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro quibus non teneatur aliquo modo servire.* Ex p.5. tr.6. res.21. p.194
7. *An mutus, surdus, & cœcus possint esse fideiussores ?* Ex p.5. tr.6. res.29. ibid.
8. *An mutus, surdus, & cœcus sint immunes à muneribus publicis ? Et an monoculi, fusdastri, & balbutientes minime excusentur à muneribus publicis ? Et quid, si mutus, & surdus ex solo motu labiorum percipiant mentem loquentis ?* Ex p.5. tr.6. res.33. ibid.
9. *An mutus, & surdus possint ferre testimonium ? Et quid, si mutus literas scribere sciat, an in criminalibus admittatur, & recipiatur eius testimonium ?* Ex part.5. tr.6. res.32. p.195
10. *An mutus, surdus, & cœcus, ut personæ miserabiles possint forum declinare ?* Ex p.5. tr.6. res.30. ibid.
11. *An mutus, & surdus possint puniri pro delicto perpetrato pœna ordinaria ? Et quid, si mutus, & surdus sciret scribere, an possit per iudicem cogi ad respondendum per scriptum ? Et an si mutus, & cœcus confiteantur fecisse homicidium, & ex ea confessione cum testium attestationibus, dato eis Curatore, an possint damnari ?* Ex p.5. tr.6. res.31. ibid.
12. *An cœcus possit torqueri, & puniri pœna ordinaria ? Et an cœcus, surdus, & mutus non possint accusare, & repellantur ab accusando ?* Ex p.5. tr.6. res.37. ibid.

Cæteræ omnes Resolutiones, quæ huic tractatui desunt secundum Ordinem R. P. Diana in sua part.5. tract.6, invenientur in locis, & tr. §§. sequentium.

Appendix ad reliquas Resolutiones & difficultates mistas, quæ simul ad hunc *tract. 9. de Surdis, Mutis, & Cæcis, huius tom. 8. pertinent.*

AN mutus, & surdus si in terris Infidelium se misceam cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sint baptizandi? Et an ubi mutus, & orbatus manibus occurrunt, & infans est in articulo mortis, debeat ille abluere, & hic verba proferre, & sic dictum infantem baptizare? Et an hoc saltem sub conditione faciendum est, & si postea occurat opportunitas, etiam sub conditione iterandus est Baptismus? Et an si Parentes non baptizarent infantem surdum, cœcum, & mutum, sit baptizandus in adulta ætate? Ex p.5. tr.6. ex r.1. & 2. & in p.3. tr.4. ex res.11. & in p.9. tr.6. ex res.2. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tr.1. de Baptismo resol.38.65.64. & 32.

An Sacerdos surdus, non autem mutus possit aliquando Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, v.g. si quis necessitate pressus ad implendi præceptum annuæ confessionis non habens alium Confessarium nisi surdum, teneatur per signa confiteri, vel scribere sua peccata, ut absolutionem obtineat, vel an pœnitens excusetur ab obligatione confessionis Quadragesimalis? Et an mutus teneatur confiteri per nutus, & signa? Et an mutus, & surdus si sciat scribere, teneatur confiteri per scripturam, ut integram faciat confessionem, & quid cum eo facere debeat Confessarius? Et an Confessarius tempore, quo obligat præceptum confessionis, possit absolvere mutum, qui præbet signa doloris, etiam si nullum possit ex ejus signis intelligere peccatum, & alius non adest Confessarius, qui melius intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis? Et an qui in dicto articulo mortis tenetur Viaticum sumere, & si non est alius Sacerdos nisi mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam intelligere, & percipere sine interprete, tunc possit Eucharistiam accipere absque confessione cum sola contritione peccati mortalis? Ex part.5. tract.6. ex res.19. 3.4. & 5. & in part.3. tract. 4. ex resolut.127. alias 128. & in part.9. tr.3. ex resolut.16. *Quæ hic reperientur* in tom.1. tr.3. de Pœnitentia res.18.71.72.73. 75. & 148.

An Sacerdos cœcus possit valide celebrare? Et an possit cum illo fieri dispensatio, ut celebret? Et an si Sacerdos cœcus consecraret sine Pontificia dispensatione, peccet mortaliter, & graviter? Et an Sacerdos, cui debilis est facultas videndi, si memoria calleat, possit celebrare? Et an saltem Sacerdoti non omnino cœco, si possit videre Calicem, & Hostiam licitum sit celebrare, non obstante quod non possit legere, si memoriter sciret Missam de Requiem, vel de Beata Virgine Maria? Et an cum prædicto Sacerdote sic celebrante assistere debeat Diaconus, vel alius Sacerdos, ut illum adiuvet ad colligendum fragmenta ex Hostia supra Patenam, vel Corporale relicta? Ex part.5 tract.6. ex res.17. & in p.2. tr.14. ex res.46. & in part.9. tr.9. ex res.30. *Quæ hic sunt* in tom.2. tr.1. de Celebratione Missarum res. 138.162. & 137.

An Sacerdos mutus possit in tempore necessitatis Eucharistiam ministrare? Et an mutus, & surdus à nativitate sit communicandus? Et an non solum in articulo mortis, sed etiam in vita mutus, & surdus à Nativitate sit communicandus? Ex part.5. t.6. ex r.18. 6. & 7. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. t.2. de Communione r.19. 92. & 93

An mutus, surdus, & cœcus teneantur in diebus festis audire Missam? Ex p.5. t.6. ex r.8. *Quæ hic reperientur* in tom.2. t.3. de Audienda Missa in die festo r.10

An mutus, surdus, & cœcus à nativitate sit ungendus extrema-Unctione? Et docetur, quod deficiente organo alicujus sensus, locus organi est ungendus. Ex part.5. t.6. ex res.11. *Quæ hic est* in tom.2. t.4. de Extrema-Unctione r.48

An mutus, surdus, & cœcus possint ordinari? Et an Religiosus surdaster possit ad sacros Ordines promoveri? Ex p.5. t.6. ex r.22. & in p.2. tract.17. ex res.10. *Quæ nunc invenientur* in tom.2. t.5. de Sacramento Ordinis r.73. & 74.

An surdus, & mutus à natura possit contrahere matrimonium? Et an mutus, & surdus, & simul cœcus possit inire matrimonium? Et quid, si cœcitas non fuisset à natura, sed supervenisset? Ex p.5. t.6. ex res.9. & 10. *Quæ hic reperientur* in tom.2. tract.6. de Matrimonio r.116. & 117

Titius simpliciter dispensatus à Summo Pontifice ab onere recitandi Horas Canonicas propter oculorum morbum, quo tempore dispensationis impetratæ graviter laborabat, quæritur, an adhuc gaudeat beneficio dispensationis, etiam postquam ab eo morbo perfecte convaluerit, ita ut non peccet in posterum omittendo divini Officii recitationem? Ex p.6. t.7. ex r.45. §. Vide *Quæ hic est* in tom.3. t.2. de Dispensatione r.74

An surdus teneatur recitare Horas Canonicas? Et quid, si simul fuerit captus oculis, & auribus, an tunc neque cum socio, neque solus quidquam dicere teneatur? Et an cæci, vel ita oculis caligantes, ut legere nequeant, teneantur Horas persolvere, si illas memoriter sciunt? Et an saltem teneantur recitare aliquid loco illarum, vel adhibere socium in recitatione Horarum? Et quid, si cœcus nihil ex Horariis precibus memoria tenet, nisi Salutem perpaululum? Et quid est dicendum, si memoria teneat maiorem partem officii, an sit obligatus illam recitare? Et quid, si aliquis cæco se offert in socium ad recitandum? Et quid est faciendum, si antea cum socio semper recitaverit? Et an si aliquis Surdus recitet cum socio privatim, vel in Choro, teneatur audire, partem socii? Et quid, si aliquis suam partem canit, & percipere non potest, quam alius Chorus canit, quamvis attendat, an satisfaciat obligationi Chori, & possit distributiones integras percipere? Et in dicto casu, an quis debeat privatim supplere, quæ non percipit? Ex part.5. tract.6. ex resolut.15. & 16. & in part.4. tract.4. ex resol.11. 221. & 225. & in part.7. tract.11. ex res.3. & 6. & in part.2. t.12. ex res.43. *Quæ nunc invenientur in* tom.3. tr.6. de Horis Canonicis res.32.34.35.37.42. 36. 59. & 97

An Canonicus surdus, vel Religiosus assistens choro, & cum aliis Officium divinum recitans, satisfaciant suæ obligationi? Et an surdus, vel surdaster possit dicere Horas Canonicas cum socio, & satisfacere, si illum non intelligit? Et notatur surdum non assistentem choro posse distributionibus quotidianis. Et an vero cæcus debeat distributionibus quotidianis. Et an vero cæcus deobligetur à recitatione Officii divini, etiam si memoriter sciat Psalmos, cum adhuc lectiones legere non possit? Nec teneatur conducere, vel admittere socium, quamtumvis se offerat ad recitandum? Et an Regularis cæcus teneatur sub mortali assistere choro, si potest alternatim dicere officium? Et an saltem cæcus, qui non potest recitare maiorem partem officii, teneatur minorem, quam potest? Ex p.9. t.9. ex res.28. *Quæ hic reperientur in* tom.3.

tom.3. tractat.6. de Horis Canonicis resolutione 33
An mutus, & surdus possint aliquid donare inter vivos? Et an possint donare causa mortis? Et an cœcus possit donare causa mortis sine certis conditionibus? Ex p.5. t.6. ex r.12. & 25. & in p.8. t.6. ex ref.3. & 75. *Quæ hic sunt* in tom.6. t.7. de Donationibus r.25. 85. 24. & 86
An mutus, & surdus possint testari? Et si mutus, & surdus sit Miles, vel cum privilegio Principis, vel ad pias causas, an testari possit? Et quid, si mutus, & surdus Miles amisit sermonem, & auditum in Castris, an jure & privilegio militari testari possit? Et an valeat testamentum ad pias causas solo nutu factum? Et an Miles solo nutu testari possit? Et an mutus, & surdus ad pias causas testari possint? Et an surdus si non est mutus testari possit? Et an cœcus possit condere testamentum? Et an in Codicillis cœci servari debeat eadem solemnitas, quæ servatur in testamento cœci? Et quid est dicendum, si ad pias causas testetur? Ex p.5. t.6. ex r.23. & in p.7. tract.6. ex r.49. 50. 22. & 14. alias 48. 49. 21. & 13. & in p.5. t.6. ex ref.24. & 26. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. t.8. de Testamentis r.16. 74. 75. 15. 17. 99. & 14
An mutus, & surdus possint esse executores testamenti? Ex p.5. t.6. ex ref.28. *Quæ hic reperietur* in tom.6. t.9. de Executoribus testamentorum r.3
An si adsit dies, cujus integrum Officium divinum memoria tenet cœcus, istud solummodo recitare teneatur prædictus cœcus? Et an mutus, surdus, vel cœcus possint esse Religiosi professionem emittendo? Et an mutus, surdus, & cœcus sint eligibiles ad Prælaturas? Et quid est agendum, si in ipsa Visitatione Visitator fiat cœcus &c. Et an Religiosus cœcus sit eligibilis, ut interveniat alicui Capitulo Generali? Et an Regularis cœcus possit eligi in Scribam, in Scrutatorem, in Visitatorem, in Prælatum, & in Collegam? Idem est dicendum de surdo respectu Officii. Et an saltem Religiosus cœcus possit eligi in Commissum? Ex part.10. tract.16. ex ref.46. alias 45. & in part.5. tract.6. ex resol.20. & 34. & iterum in p.10. t.16. ex r.46. alias 45. *Quæ hic sunt* in tom.7. tract.1. de Regularibus ref.7.6.142. & iterum r.7
An mutus, & surdus inter Christianos à nativitate ignorans fornicationem esse illicitam, si fornicationis actum committat, peccet? Ex part.9. t.9. ex r.60. alias 59. *Quæ hic est suprà* in hoc ipsomet tom.8. t.6. de Luxuria ref.1

TRACTATUS X.

Et Miscellaneus, in quo sunt tantum 18. Singulares Resolutiones, & quæ ad nullum specialem tractatum hujus totius operis pertinent. pag.196

1. *IN Copilatione processus pro Canonicatione P. N. B. Andreæ quæsitum fuit à me, quænam esset differentia inter miraculum, & gratiam?* Ex p.2. t.17. & Misc.3. t.48. ibid.
2. *Quænam sit extrema necessitas, in qua quis tenetur cum vitæ periculo opem ferre alienæ saluti?* Ex p.5. tr.13. & Misc.1. r.24. ibid.
3. *Reprobantur aliqui casus, in quibus homo non tenetur exponere propriam vitam pro salute spirituali proximi. Et tandem quæritur, an infans non baptizatus, si jam sit moriturus, teneatur, quicumque potest, mortem subire, si ab aliquo impediatur, ut illum baptizet? Et an mater gravida teneatur permittere se secari, ut fœtus baptizetur?* Ex part.3. tract.5. & Misc.1. ref.51. ibid.
4. *An si quis haberet voluntatem committendi omnia peccata venialia, peccaret mortaliter? Et an peccet mortaliter, qui apud se statuit nullum peccatum veniale vitare? Et an Religiosi, qui tenentur progredi in via perfectionis, peccent mortaliter, si nollent observare omnes Regulas, licet non obligent sub mortali? Et si quis vovit quotidie, v.g. per integrum annum recitare semel salutationem Angelicam, ita ut singulæ salutationes sint adstrictæ singulis diebus, an peccet mortaliter, etiam si nunquam illam recitet? Idem est dicendum de voto elargiendi modicissimam eleemosynam huic, vel illi pauperi pro libito elargientis, & secus vero, si uni & determinato pauperi, quia haberet jus ad magnam quantitatem.* Ex part.3. tractat.6. & Misc.2. resolut.24. p.197
5. *An maledictio, seu alicujus mali imprecatio sit semper peccatum mortale?* Ex part.3. tract.6. & Misc.2. r.13. p.198
6. *An tristari de bono alterius, quia tibi proprium bonum diminuit, sit peccatum mortale invidiæ ex genere suo? Et an avaritia, & vana gloria non sint semper peccata mortalia, nisi aliquando aliqua circunstantia vestiantur?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.85. ibid.
7. *An si quis narravit alicui amico iniuriam sibi ab aliquo secreto illatam ad leniendum dolorem, peccet mortaliter? Et an peccet mortaliter, si persona secreto graviter iniuriata, non valens se à dolore cohibere in querimonias prorumpit publicas, si iniurians infametur?* Ex part.3. t.5. & Misc.1. r.32. ibid.
8. *An aliquando licitum sit aperire literas alienas? Et an si quis literas ad se missas in publicum laceratas abiiciat, possit alius sine peccato, collectis literarum fragmentis legere? Et in tali casu, ille, qui literas legit, an teneatur non manifestare secretum aliquod in ipsis contentum, si in damnum alicuius cederet?* Ex p.3. t.6. & Misc.2. r.55. ibid.
9. *An comedere carnes crudas animalium absque necessitate sit peccatum mortale?* Ex p.8. t.7. & Misc. ref.84. ibid.
10. *An si quis in die Veneris delectetur sensibili delectatione de esu carnis, mente concepto, perinde ac si eas de ipsa comederet, peccet mortaliter?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.5. p.199
11. *An comedentes, & bibentes absque necessitate ob solam voluptatem captandam peccent venialiter?* Ex p.3. t.5. & Misc.1. r.6. ibid.
12. *An sit per se peccatum non orare pro anima Patris defuncti? Et quid, si ex permissione divina Parentis defuncti anima sibi appareat, rogetque Sacrificia Missarum pro se offerri, vel eleemosynas, aut orationes facere? Et an teneatur filius captivum Patrem redimere ab hostibus? Et docetur, quod si ad suspendium, vel triremes esset iuste damnatus Pater, & pars offensa punitionem remitteret, oblatis centum denariis, non tenetur filius ex præcepto offerre prædictam quantitatem nec tenetur filius liberare Patrem, licet re vera sit innocens. Ex quo infertur non teneri fideles ex præcepto Charitatis animas fidelium defunctorum Orationibus, Missarum Sacrificiis, & aliis piis operibus adiuvare. Sed difficultas adhuc superest, an ad extremam necessitatem redacti filii, & Parentes, cui nam teneantur filii, Parentibus-ne potius succurrere, an propriis liberis? Et an Parentibus, & creditoribus ad extremum redactis, teneantur filii potius Parentibus, quam creditoribus subvenire? Et quid, quando creditor, & simul debitor ad eandem extremam*

extremam necessitatem devenerunt? Et cursim alii diversi casus deducuntur, prosilitis erga Parentes in aliis specialibus casibus. Ex p.9. t.9. & Misc.4. r.61. alias 60. ibid.

13. *Quidam vir Nobilis recitabat quotidie officium defunctorum pro animabus Purgatorii, dum tamen esset in peccato mortali, quæsivit à me, an dictis animabus orationes illæ prodessent?* Ex p.5. t.14. & Misc.2. ref.79. p.201

14. *Justus, si offert pro alio sua bona opera, an valeant, ipso inscio? Et pro intelligentia hujus quæstionis aliqua primo suspponuntur, & etiam pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii. Et quæritur, an qui ex injuncta pœnitentia in Confessione, aut ex alio capite habeat mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus implet existens in peccato mortali, teneatur iterum illud implere in statu gratiæ?* Ex p.11. t.5. & Misc.5. r.54. ibid.

15. *An Parochus, qui nunquam, vel raro concionem habet ad populum, peccet, etiam si in sua Parochia non desint Concionatores?* Ex p.6. t.7. & Misc.2. ref.13. ibid.

16. *An instrumenta musica sint in Ecclesiis adhibenda?* Ex p.11. t.4. & Misc.4. r.44. p.202

17. *An rectè, & laude dignum faciant qui in Monasteriis, Ecclesiis, Ornamentis, &c. ab eisdem fundatis, & confectis arma sua gentilitia reponunt? Et quid maxime de personis Ecclesiasticis?* Ex p.10. t.12. & Misc.2. r.38. ibid.

18. *An mulier sit homo?* Ex part.11. t.3. & Misc.3. r.26. p.203

ACCIPE AMICE LECTOR omnes alias quæstiones, & difficultates, quæ latent, vel obiter notantur in cæteris aliis Tomis, Tractatibus & Resolutionibus hujus totius operis, & quæ plene non dicuntur, nec pertinent ad speciales tractatus, in quibus sunt transcriptæ, appositæ, & assignatæ, & aliæ, quæ sunt difficillimæ inventu in illis tractatibus, ut ita citius & expeditius pateat aditus ad omnes Resolutiones, & difficultates.

AN aqua benedicta deleat peccata ex opere operato? Et an idem dicendum sit de aliis Sacramentalibus? Et an Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per se ipsum ministrat Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere? Et notatur, quod habitatio Parochi, ut declaravit Sacra Cardinalium Congregatio, debet esse prope Parochiam, idest ad modicam quantitatem. Et an jam Parochos possint Episcopi aliquoties examinare? Ex part. 3. tract. quarto ex resolut. 61. 155. alias 156. & in part.4. tract.4. ex ref.39. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tract.3. de Pœnitentia ref.140. & 15

An quis possit unico actu pluribus præceptis, & obligationibus satisfacere? Et assignantur aliqui diversi casus in textu hujus Resolutionis pro praxi dictæ difficultatis. Ex p.3. t.6. ex ref.86. *Quæ hic reperietur* in tom.1. t.6. de Satisfactione Sacramentali r.50

An fœmina cum fœmina ita congrediens, ut altera earum masculi vicem gerat, &c. incidat in casum reservatum pro sodomia reservata? Ex part.7. tract.12. et ref.13. *Quæ hic est* in tom.1. tract.5. de Reservat. r.65. §.1

An iactantia de aliquo peccato mortali eandem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita ut in confessione teneatur explicare speciem peccati, & circumstantiam, v. g. si quis se iactavit percussisse Clericum, vel concubuisse coniugatam, &c. an teneatur confiteri circumstantiam Clericatus, vel coniugis, vel sufficiat se accusare toties se iactasse de peccato mortali? Et quid, si iactans complaceat se de illo peccato, vel de ingenio, & subtilitate in committendo peccato? Et an si alius de peccato te laudet, & tu laudes acceptes, pecces mortaliter, nisi tibi displiceat, & præ verecundia taceas? Et docetur, quod licet verba contumeliosa sint diversæ speciei, eo quod pro illis obiiciatur proximo defectus speciei diversæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta. Et an sit peccatum mortale revelare crimen occultum proximi, uni, vel duobus, quibus dicens perinde sit, ac si nulli diceretur? Et an qui orat non solum in peccato mortali, sed cum proposito actuali peccandi mortaliter, non peccet? Et an sit certum, non peccare, qui orat sine aliqua attentione? Ex part.3. tract.4. ex resol.160. alias 161. & in part.4. tract.4. ex resolut.44. & in part.secunda, tract.17. ex resolutione vigesima secunda, & in part.sexta, tract.7. ex resolutione 9. & 36. *Quæ nunc invenientur* in tom.1. tractatu 7. de Circunstantiis resolut. 37. 38. 52. 53. & 66

An delectatio de opere aliquo, in eo sensu sumat malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu obiectum, hoc ne illo motivo, sub quo opponitur virtuti? Et an Confessarius habeat ad interrogandum pœnitentem de consuetudine peccandi? Et an si pœnitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fassus consuetudinem peccandi, possit aquivocatione uti eludere consuetudinem peccandi? Idem est de occasione proximâ inevitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo. Et an peccatum concubitus viri Christiani cum Turca, Infideli, Hæretica, &c. pertineat ad Sacrilegium? Et an licitum sit alicui Principi, vel Patri castrare filium, ut cantu possit melius Ecclesiæ deservire? Et an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infimæ, & non subalternæ? Et an mollities consummata cum puero mutet speciem? Et an, si aliqua tentatio carnis nimis notabilis sit, quis teneatur tunc orare, unde hoc minimè faciens sit speciale, & distinctum, & duplex peccatum committat, si venere delectetur? Ex p.5. tract.13. ex ref.99. & in part.1. t.7. ex r.48. & 50. & in p.3. t.4. ex ref.137. alias 138. & in p.6. tract.1. ex ref.35. & in part.3. tract.4. ex ref.158. alias 159. & in part.7. tract.12. ex ref.32. & in part.3. tract.5. ex ref.16. *Quæ hic reperientur* in tom.1. t.7. de Circunstantiis resol.100. 103. 125. 126. 130. 133. 141. & 148

An ignorantia, quæ alias esset mortaliter culpabilis, qua non sit affectata excuset à transgressione præceptorum humanorum, quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, ut obligat ius divinum? Et an peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum, non ita differat, ut necessariò debeas in confessione eorum differentiam explicare, videlicet, an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, vel scienter? Et quid, si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi, an tale peccatum sit explicandum in confessione tanquam constituens specialem malitiam? Et an, ut ignorantia dicatur vincibilis sufficiat te esse obligatum advertere? Et

Et quid, si quis incidenter quærat, quibus rebus contingere possit ignorantia vincibilis? Et an ignorantia vincibilis sit peccatum speciale distinctum ab eo, cujus est causa? Et in textu hujus ultimæ Resolutionis multa explanantur, quæ omnia licèt aliquantulum speculativa videntur, tamen pro Confessariis ea scire est valde necessarium. Ex p.4. t.4. ex resol.35. 36. & 37. *Quæ hic sunt* in tom.1. t.7. de Circunstantiis r.8. 11. & 10.

Quomodo tempus mediæ noctis in præceptis Ecclesiasticis sumendum sit? Et an dato primo pulsu horæ duodecimæ, media nox dicenda sit elapsa, ita ut præcepta præteritæ diei, vel futuræ dicantur elapsa? Et an sit satis probabile Sacramentalia remittere venialia? Et docetur non esse peccatum asserendum, nisi adsit veritas clara, & præceptum clarum. Et explanatur, quod ex principiis intrinsecis, vel extrinsecis, & hæc duo, unum sine altero faciunt opinionem probabilem, Et an quando Elector sit cœcus, cum tamen cum aliis Electoribus admitti debeat ad eligendum? Et explanatur, quid cœcus debeat facere in prædicto casu. Et an sit peccatum mortale lampadem accensam ante Sacramentum non conservare? Et notatur, quod extat præceptum de lumine, quando defertur Sacramentum foràs, sed ex causa tamen illud etiam omitti possit. Ex part.7.tract.11. ex r.15.ex part.3.tract.4.ex resol.36.& in p.10. tract.12. ex resol.58. alias 57.& in part.9.t.9.ex ref.30.& in tract.6.ex ref.33 alias 34. *Quæ nunc invenientur* in tom.2.tr.1. de Celebratione Missarum r.111. 112. 99. 137. & 154

Advertitur, quod quando concurrunt duo præcepta majus præponderat, & est anteponendum v.g. quando concurrunt præceptum divinum de sumenda Eucharistia, & præceptum Ecclesiasticum de ieiunio in morituro, vel de non sumenda Eucharistia bis in die, &c. Ex p.5.t.3.ex r.33. *Quæ hic est* in tom.2. t.2. de Communione r.74

Docetur antiquos Patres unctionem curativam infirmis adhibuisse, etiam per non Sacerdotem, sed oleo benedicto à Sacerdotibus non autem ab Episcopis pro materia Sacramenti Extremæ-unctionis. Ex p.9. t.6. ex r.42. alias 43. *Quæ hic est* in tom.2. t.4. de Extrema-unctione r.5

Explanatur, quod privilegium clausum in corpore iuris in generali derogatione nunquam censetur comprehendi, sed opus est, ut de illo efficiatur expressa mentio. Et quæritur, an beneficium duorum ducatorum sit sufficiens ad gaudendum privilegio fori? Et an Diaconus, & Subdiaconus peccent mortaliter frequenter canentes Epistolam, & Evangelium in peccato mortali? Et quid, si longo tempore tales actus exerceant in peccato mortali? Et an Acolythi, qui solemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent mortaliter? Et an id locum habeat in eo, qui Capitulum, & Collectam pronunciat in Choro, quia id facit tanquam Presbyter? Et an Concionatores prædicantes in peccato mortali, peccent mortaliter, etiam si peccatum sit occultum? Idem est dicendum de Lectore Theologiæ, & sacræ Scripturæ. Ex p.5. t.13. ex r.93.& in p.8.t.2.ex r.20.& in p.3.t.4.ex r.194. 195.& 196.alias 195.196.& 197. *Quæ nunc invenientur* in tom.2.tract.5.de Sacramento ordinis r.79. 50. 118. 119. & 120

An si vidua, vel sponsa de futuro carnaliter delectetur de copula futura, vel præterita, peccet mortaliter? Et an doctrina hujus quæstionis extendatur ad omnem voluptatis affectum, etiam simplicis complacentiæ conceptæ ex cogitatione concubitus cum muliere, &

uxor esset? Et an quis possit sumere aliquod medicamentum ad assequendam salutem, quamvis probabiliter putet ex eo futuram seminis emissionem? Et an, si dans operam rei alioquin licitæ, & præceptæ, advertit tamen inde sequuturam pollutionem, quam retenta actione possit impedire, teneatur impedere, alioquin peccet mortaliter? Et an qui versatur in ipso actu fornicario, teneatur se retrahere ante spermatismum, etiam si complex iam seminet, imo si ex vi prioris commotionis post retractionem esset futura seminatio extra vas, unde eo in casu pollutio non censetur volita, sed permissa? Et an liceat præbere medicinam ad corrumpendum semen, ut postea possit eiici? Et an mulier peccet mortaliter mingendo statim post copulam ad emittendum semen, vel an saltem peccet contra conscientiam erroneam? Ex p.3. t.5. ex ref.2. & in tr.4. ex ref.268. alias 269. & in p.6. tr.7. ex ref.65. & in p.6. tr.6. ex ref.37. & in part.3. tr.5. ex ref.15. *Quæ hic reperientur* in tom.2.t.6. de Matrimonio r.39. 119. 193.207. & 212

An possit Ecclesia prohibere, vel præcipere actum internum v.g. punire confessionem sacrilegam? &c. Et an Infidelis possit esse arbiter inter Christianos? Ex p.8.t.1. ex ref.50.& 39. *Quæ hic sunt* in tom.3. t.2. de Potestate Pontificis r.29. & 75

An licentia, gratia, vel privilegium expirent morte concedentis? Et docetur, quod factum sine licentia, gratia, vel privilegio convalidatur ex superveniente facultate. Idem dicendum est, si Princeps alicui licentiam indulserit ad ædificandum molendinum. Et multa notantur scitu digna de beneficiorum multitudine. Et inter alia, quæ discutiuntur pro prædicta materia, tandem deducitur, quod Papa licitè dispensare potest in multitudine beneficiorum, quando iusta subest causa, secus graviter delinquet. Et advertitur, quod nemini suffragatur dispensatio Pontificia ad possidendum simul plura beneficia, nisi ex iusta causa fuerint obtenta, & aliter peccat mortaliter, neque tutus est in conscientia per huiusmodi dispensationem, sed tenetur alterum beneficium resignare. Et an, quando unum beneficium est sufficiens ad congruam substentationem, licitum sit etiam absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, & nulla alia causa tenere plura beneficia simplicia, residentiam non requirentia, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata? Et in §.penultimo, & ultimo hujus Resolutionis *gravis doctrina datur Confessariis, quomodo se gerere debeant cum supradictis circa eorum absolutionem, &c. nisi superflua erogent in utilitatem Ecclesiæ, & opera pia. Et an in foro conscientiæ sit licita, & possit retineri pensio obtenta à Pontifice absque iusta causa sine obreptione, aut subreptione? Et aliqua alia supponuntur pro intelligentia huius quæstionis. Et quæritur, an sit tutus in conscientia resignans beneficium, si omnes fructus beneficii, (ut sæpe fit,) assignentur in pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars, ut resignatarius non possit commodè sustentari?* Ex p.8.t.3.ex r.99.& in p.10.t.13.ex r.1.& in t.14.ex r.72.alias 70. *Quæ nunc invenientur* in tom.3.t.2. de Dispensatione r.145. 172.& 173

An beneficii titulus revalidetur per regulam Cancellariæ de triennali possessione aut aliam præscriptionem, non obstante pœna inhabilitatis, aut privationis imposita proviso, neque alia opus sit dispensatione, aut tituli habilitatione? Et quid de possidente beneficium pacificè per triennium, sed mala fide, vel si quis symoniacè fuit institutus in beneficium per ignorantiam? Et an

penſio non revalidetur per regulam de triennali? Et an obligatio reſtituendi fructus. v. g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali? Et aliqua alia circa ſupradicta docentur, & explanantur. Et plura alia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu regulæ 33. Cancellariæ de poſſeſſione triennali. Et notatur triennalem poſſeſſionem juvare, quando proviſus eſt beneficii capax. Et an irregularis poſſit adjuvari hac triennali poſſeſſione? Et an hæc regula de triennali ſuffragetur, in gratia ſubreptitia? Et an collatio beneficii facta invalido, vel ſuſpenſo non ſit ipſo jure invalida, ſed irritanda? Ex quibus aliqua alia inferuntur circa ſupradicta. Ex p.7.tr.10 ex reſ.26.& in p.9.tr.9. ex reſ.68. alias 67. & in p.11.tr.5.ex reſ.3.& 4. *Quæ hic reperientur* in tom.3. tr.2. de Diſpenſatione r.168. 171.169. & 170

An Parochus ultra tempus à Concilio Tridentino præſcriptum, videlicet ultra duos menſes, ſi abſit à ſua Parochia per octo, vel decem dies peccet mortaliter? Et an Parochi abſque juſta cauſa poſſint à ſuis Eccleſiis dictis duobus menſibus abeſſe? Et in prædicto caſu, ſi Parochus ſine cauſa abſit etiam ſpatio duorum menſium, vel minori ſpatio an teneatur reſtituere fructus pro ratione temporis? Idem eſt in omnibus quoad reſidentiam Epiſcopi. Et quæritur, an Vicarius cujuſcumque Superioris poſſit ad libitum revocari? Et quid, ſi Superior juraſſet non revocare talem Vicarium? Et an inferior nullam habeat poteſtatem circa id, quod Superior determinavit, & ideo non poſſit Epiſcopus transferre Feſtum alicujus Sancti, nec quando Vigilia S. Mathiæ occurrit in Feriam tertiam poſt Dominicam Quinquageſimæ, poſſit illam transferre in Sabbathum præcedens? Ex part.10. t.14. ex r.69. alias 67. & in t.15. ex r.24. & 31. & in t.16. reſ.7. *Quæ hic ſunt* in tom.3.tr.3. de Poteſtate Epiſcopi, &c. reſ.71. 93. 92. & 88

An Summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere Digniores? Ex part.8. t.7.ex reſ.83. *Sed eam & alias diverſas difficultates, & Reſolutiones pro electionibus ad beneficia, Canonicatus, Dignitates, Præbendas, & Beneficia Curata per Concurſum providenda, & per jus Patronatus præſentanda, & præſentationes per Pontifices, Reges, & Proreges faciendas, vel penſiones imponendas, & reſignationes beneficiorum acceptandas, &c. invenies* in tom.3. tractatu 3. de Poteſtate Epiſcopi, &c. à reſ.95. uſque in finem præcitati tractatus.

An liceat S. Beatificatum invocare in publicis Litaniis, vel pingere Imaginem viri Sancti nondum Beatificati cum radiis, & diademate? Ex part.3. tractatu 5. ex reſolut.9. *Quæ nunc invenietur* in tom.3. tractatu 3. de Poteſtate Epiſcopi reſolut.90

An Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ debeant approbari ab Epiſcopo? Et multa alia circa hoc, quæ contingunt in prædicto caſu, advertuntur. Et an ſi oriatur aliqua gravis quæſtio, & ideo convocetur Concilium Provinciale, an vota Epiſcoporum ſint deciſiva, & non conſultiva? Ex part.3. tractatu 5. ex reſolut.9. & in part.2. tract.15. ex reſolut.51. *Quæ hic ſunt* in tom.3.t.3. reſ.90. & 91

Explanantur aliqua valde notanda, & menti tenenda ab Eccleſiaſticis, & Religioſis circa cultum Beatificatorum pro Miſſa dicenda, & commemoratione ratione illorum facienda. Et quæritur, quibus peccatis peccet Præfectus Chori in ſuo Officio? Et pro praxi hujus difficultatis adducuntur ſex peccata, vel ſex caſus, in quibus prædictus Præfectus Chori in ſuo Officio peccare poteſt. Et an ſi extra tempus Divorum officiorum poſſit Canonicus, ſeu Præbendarius expedire negotia propria Eccleſiæ in cujus utilitate abeſt, licite accipiat diſtributiones? Et an Canonicus diſpenſatus in ætate etiam lucretur diſpenſationes? Idem eſt, ſi Canonicus ſacris ordinibus initiatus non ſit, ſi aſſiſtat in Choro, & aliud ſit quoad votum in Capitulo, quæ requirit ſaltem Ordinem Subdiaconatus. Et notatur, quod diſtributiones percipit Canonicus aſſiſtens choro, & Divinis Officiis, licet non ſedeat proprio ſtallo, nec ſit indutus veſtibus ſolitis. Item lucratur diſtributiones Canonicus, ſi deſinat Choro aſſiſtere propter aliquam juſtam cauſam, propter recipiendum hoſpitem, vel ſi radat barbam, & ex multis aliis cauſis, quæ in textu hujus Reſolutionis explicantur, quæ communes, & quotidianæ ſunt pro prædictis Præbendariis circa lucrationem diſtributionum. Et an Penſionarius teneatur ſub obligatione peccati mortalis dicere Officium parvum B.Virginis? Et an omnes penſiones vendi poſſint pro libito abſque licentia Summi Pontificis? Et proponuntur aliqui caſus circa obligationem Penſionarii ad recitandum Officium B. Virginis. Et inter alia quæritur, an Penſionarius relinquens recitare Officium B.Virginis teneatur reſtituere omnes fructus, vel tantum tertiam partem ſicut Beneficiarius, qui ex omiſſione Horarum Canonicarum non tenetur ſolvere niſi tertiam partem? Ex part.4. tract.4. ex reſolut.231. & in part.10. tractatu 13. ex reſolut.10. & in tract.16.ex reſolut.54. 94. & 95. *Quæ hic reperientur* in tom.3. tract.6. de Horis Canonicis reſ.91. 133. 137. 138. & 139

An quando in clauſula teſtatoris imponitur alicui Clerico intereſſentia, & reſidentia Chori, cenſeatur iniuſtum Officium, & ſervitium perſonale non ſolum chori, ſed etiam Miſſarum, & habeat onus iuvandi curatum in cantando, & aliis ſimilibus? Ex part.9. tract.2. ex reſolut.14. *Quæ hic eſt* in tom.4. tract.1. de Altaribus privilegiatis r.21

Explanatur, quando privilegium eſt odioſum, vel favorabile, & quando ſtrictè eſt reſtringendum, vel ampliandum. Ex p.9.t.1. ex reſ.37. §.penult. & ult. *Quæ nunc invenietur* in tom.4. tr.2. de Oratoriis r.3

An Parochus habens beneficium Curati non ſolum ſit eligibilis in Confeſſarium intra Diœceſim, ſed etiam extra & ubique terrarum? Ex p.5. t.12. ex r.47. *Quæ hic reperietur* in tom.4. t.4. de Jubilæo r.2

An ſexagenarii robuſti, & validi ſint damnandi ad triremes? Et an liceat invitare ad cœnam paratum frangere ieiunium, & hæc ratio eſt communis in plurimis materiis? Ex part.1. tractatu 9. ex reſolut.20. & in part.5. tract.7. ex reſolut.7. *Quæ hic ſunt* in tom.4.tractatu 6. de Jejunio reſolut.6. & 126

An Advocatus teneatur ſub mortali defendere cauſam pauperis, quando aliter defendi non poteſt? Et quid eſt dicendum de Medicis, Chirurgis, Pharmacopolis, & aliis? Et aliqua explanantur, quæ ſunt vel patrimonialia, vel quaſi patrimonialia

lia in Ecclesiasticis, de quibus Episcopi, & Clerici possunt ad libitum disponere, ut de bonis patrimonialibus, ut v.g. de distributionibus quotidianis, de stipendiis pro comitando funere defunctorum, pro facienda Missa, habenda concione, visitando Episcopatu, sententias ferendis, & tandem pro quacumque industria personali, pro labore, donatione, hereditate, contractu, vel quovis alio titulo distincto à titulo beneficii. Et docetur peccare Collegam, qui in aliquo Collegio, & Universitate alitur eo fine, ut studeat, & postea Reipublicæ prosit, si otio vacat, & tempus terat. Et an sit peccatum mortale invertere ordinem in succurendo Patri, matri, filio, uxori, avo, & nepoti? Ex part. 4. tract. 4. ex res. 215. & in part. 5. tr. 8. ex resolut. 6. & 27. & in p. 4. tract. 4. ex res. 171. & in part. 7. tr. 10. ex res. 13. & in p. 5. tr. 14. ex res. 93. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tract. 7. de Eleemosyna res. 9. 17. 23. 28. 27. & 44

An Pontifex, si non licite, saltem valide possit dispensare cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis, ut reditus Ecclesiasticos superfluos non expendant in usus pios? Et an hoc etiam possit introducere consuetudo? Et resolutio harum quæstionum pendet ex illa, an obligatio expendendi superflua status, quam habent Ecclesiastici, oriatur ex jure naturæ, vel ex jure Ecclesiastico? Et an extet præceptum positivum prohibens Ecclesiasticis expendere superflua in usus non pios? Et quo ordine Episcopi, & alii teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? Et an Ecclesiastici ex fructibus beneficii possint filios spurios alere, & dotem filiæ spuriæ dare? Et an qui habet licentiam petendi eleemosynam, possit hoc ius alteri locare? Et an si quis habeat patrem divitem, & filium divitem, & ipse sit pauper, à quo debeat prius petere alimenta? Et quæritur, quo iure filii, & Parentes alimenta præstare teneantur? Et an ad extremam necessitatem redactis filiis, & Parentibus, teneantur filii potius Patribus succurrere, quam propriis filiis, & secus extra extremam necessitatem? Et an liceat exponere sacras Reliquias videndas, vel tangendas, ut magis eleemosynæ crescant? Ex part. 10. tract. 11. ex resolut. 35. 36. & 41. & in tractatu 13. ex resolut. 3. & in tractatu 16. ex resolut. 73. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract. 7. de Eleemosyna res. 20. 21. 65. 45. & 66

Observatur, quod quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter sacros Ordines, scilicet ante B. Gregorium, nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoveri absque Papæ dispensatione, sed nunc potest. Et additur, quod nullus assumitur ad Ecclesiam Cathedralem, nisi habeat sacrum Ordinem. Idem est dicendum de Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus. Et an possit Episcopus duabus Ecclesiis præfici? Et notatur, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absque justa causa neque valida est, neque licita. Idem est de multiplicatione beneficiorum in eadem persona. Et an sit illicita facultas testandi concessa Ecclesiasticis sine causa? Et quæritur, quinam Reges hodie ungantur? Et an soli homines viatores, & cum vocibus naturalibus possint ministrare Sacramenta, non vero Angeli, sive boni, sive Angeli mali? Et docetur in beatis manere Charaterem. Et disputatur, an de facto fuerit aliquod Sacramentum ab Angelis, vel Beatis ministratum? Ex part. 12. tract. 1. ex resolut. 53. 72. 88. & 111. *Quæ hic sunt* in tom. 4. tract. 8. de Consecratione Episcopi, res. etiam 53. 72. 88. & 111

An licitum sit vendere Agnos Dei, & retinere illos sine incursione censurarum? Et an peccent laici, si absque contemptu eos tangant? Et an supradicta excommunicatio sit reservata Papæ? Et an filii impuberes à Parentibus in Religione oblati, non possint egredi sua voluntate ante annos pubertatis? Ex part. 3. tract. 6. ex resolut. 12. & in part. 4. tract. 4. ex resolut. 42. *Quæ nunc invementur* in tom. 5. tract. 1. de Excommunicatione res. 76. & 82

An venatio sit Clericis, & Episcopis, Presbyteris, & Diaconis licita? Et si tamen raro fiat causa recreationis, an non sit peccatum mortale, secus si frequens? Ex part. 3. tract. 6. ex resolut. 19. *Quæ hic reperietur* in tom. 5. tr. 3. de Suspensione res. 64

An sit licitum Diacono, absente, vel deficiente Sacerdote in die Parasceves in Altari Hostiam consecratam consumere, & reliquas cerimonias peragere? Et an possit tamen Diaconus Hostiam consecratam ex Altari deferre ad Sepulchrum in die Parasceves, sicut potest idem Sacramentum ex uno Altari ad aliud transferre? Et an sit irregularis laicus, qui cum stola, & superpelliceo concionem habuerit in Ecclesia tanquam Diaconus? Et an Medicus effectus Sacerdos possit sine peccato mortali exercere artem medicinæ? Et an Sacerdos, & Religiosus liberentur à peccato, si hoc officium circa mortis periculum exerceant causa pietatis, ac proinde gratis circa personas miserabiles, vel cognatas? Et an interdictum sit Clericis, & Religiosis exercitium Medicinæ? Et an si exerceatur per incisionem, vel adustionem, supradicti incurrant irregularitatem, morte sequuta, si debita diligentia apposita sit? Ex part. 11. tractatu 7. ex resolutione 44. & in part. 10. tractatu 11. ex resolut. 49. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tr. 5. res. 23. & 74

An mulier vi oppressa peccet, si post coitum semen ejiciat? Et an Pater non teneatur defendere vitam filiorum lege justitiæ, sed pietatis, & paterni officii? Ex p. 7. tr. 5. ex res. 31. & 28. *Quæ nunc invementur* in tom. 5. tr. 6. de Abortu res. 32. & 30

An possit resignari beneficium cum pacto de pensione redimenda? Et an permutantes beneficia sine Superioris permissu incidant in censuram, & alias pœnas? Idem est de reservantibus sibi pensionem sine Papæ authoritate. Et an Superior sufficiens ad permutationem sit Episcopus, vel alius Prælatus inferior, ad quos collatio beneficii, aut institutio spectat, & non in alios? Et an inter se Beneficiarii possint tractare de permutatione beneficiorum, accedente authoritate Superioris futura? Et an sit necessaria aliqua causa in permutatione beneficiorum? Et adducuntur aliquæ causæ pro praxi hujus quæstionis. ex part. 10. tract. 14. ex res. 1. & in tract. 16. ex resolut. 17. alias 16. *Quæ nunc invementur* in tom. 5. tr. 7. de Symonia res. 29. & 33

An, qui metu peccat, pœnam extraordinariam non effugiat? Ex part. 10. tr. 14. ex res. 42. alias 40.

Quæ hic reperientur in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus resol. 60.

An reus non teneatur respondere, & veritatem dicere, antequam aliqualiter sibi constet processus acta, & judicem juridice interrogare? Et an fœmina rapientes viros non incurrant pœnas, in quas incurrunt viri rapientes fœminas? Et an fœmina occidentes virum, non incurrant pœnas, quas incurrunt viri occidentes fœminas, & uxores suas? Et an licitum sit in absentia infirmi vulnerati applicare ejus sanguini medicamentum, ut asserunt, sympaticum? Et an Episcopi, & Inquisitores debeant videre, & attendere ad supradicta medicamenta sympatica, & è suis Diœcesibus eliminare? Ex part. 4. tractatu 8. ex resol. 130. & 62. & in part. 1. tractatu 4. ex resolut. 42. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tractatu 10. de Potestate Inquisitorum resol. 52. 122. & 109

De falsis testibus. Et an supradicti pœna talionis sint condemnandi? Et quid de filiis, & nepotibus testis falsi? Ex part. 4. tractatu 7. ex resolut. 16. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tract. 12. de Pœnis in S. Officio inferendis res. etiam 16

An sit licitum amissa vera scriptura aliam consimilem confingere? Et an, qui mutat scripturam in aliqua re, qua tamen nititur veritati, sit falsarius? Et notatur non licere aliis cooperari cum reo ad confringendum carcerem. Et an conjunctissimi, quales sunt Parentes, conjuges, & fratres possint juvare reos, auxilio, consilio, pecunia, & opere? Idem dicendum est de his, qui spectatis circumstantiis certissime timerent revelandos à reo fore, comprehendendos, & infamandos à judice. Et an judex teneatur omnibus modis laborare, ut veritas inveniatur, & falsitas detegatur, ut secundum ipsam possit judicare? Ex part. 3. tract. 6. ex resolut. 56. & in part. 5. tract. 14. ex resol. 40. & in p. 9. tr. 9. ex res. 43. & 41. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 82. 83. 97. & 113

An Reges privata scientia possint occidere Reginam, & simul cum ipsa adulterum? Idem est, si Princeps sciret ex privata scientia aliquos in Principem ipsum conjurasse, vel aliquod grave, & atrox delictum in Rempublicam, vel innocentem machinatos esse, si aliter malum vitare non possit? Et resolutio horum casuum pendet ex illa celebri quæstione, an quando delictum est ita occultum, ut non possit juridice probari saltem plene, scitur tamen à Principe, an scilicet tunc possit Princeps, rationabili causa existente, condemnare delinquentem absque juridica probatione per testes, & absque citatione, & defensione rei? Et an pars accusatrix teneatur remittere reo pœnam mortis à judice inflictam, si judex ex parte sua illam remittat? Et quid de pœna perpetui exilii? Et an quis possit accusare aliquem, qui occidit fratrem, patrem, consanguineum, amicum, & dolet ea de re, ac sufficientem offert satisfactionem pecuniarum pro damnis, si quæ sunt inde illata? Ex p. 10. tr. 15. ex res. 34. & in tr. 16. ex res. 44. alias 43. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 123. & 114

Quo jure Episcopi sint Superiores Sacerdotibus quoad jurisdictionem, &c. Idem est dicendum de Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus sæcularibus jurisdictionem Episcopalem habentibus, & idem est de Cardinalibus respectu Ecclesiarum suorum titulorum; de Legato, Summo Præsule, seu Nuntio Apostolico in sua Provincia, &c. Et in Ecclesiis Cathedralibus, & Regularibus solent extare sedilia, & scamna laicorum sæcularium pro audiendis conciombus, quæritur, an Episcopi, & Superiores Regularium possint amplius illa non admittere & ideo removere, vel alia eorum loco apponere, laicis invitis? Et quid de sedilii juris Patronatus? Et pro firmanda doctrina supradicta difficultatis multa alia deducitur, quæ contingere possunt in praxi, & in prædicto casu. Et quid dicendum de jure sepulchri, & de habente sepulturam in Ecclesia etiam Mendicantium; an ut aqua ipsa amoveri non possint, & illud jus transeat ad hæredes? Ex part. 11. tractatu 3. ex resolut. 25. & in tractatu 16. ex res. 64. *Quæ nunc reperientur* in tom. 6. tract. 1. de Legibus resol. 18. p. 127

An sit peccatum mortale falsum crimen objicere testi falsum, aut contra jus testanti? Et si reus, & testis in tali casu falso jurent, quamvis peccent mortaliter, tamen non teneantur ad restitutionem? Et quid, si in supra dicto casu primo falsus, & iniquus testis jam esset mortuus ante finitam causam? Et notatur, quod non licet appellare adulterum, qui te appellavit furem; potest tamen dicere, quod sit mendax, & ad ejus confirmationem patefacere aliqua mendacia illius, vel occultum verum crimen illi objicere, quando est necessarium ad tuendam famam, & famam, quæ alias amittentur. Et an in tali casu sit tantum peccatum veniale mendacii non pernicioſum, nec contra justitiam objicere crimen falsum deserviens ad prædictum finem? Et an liceat instrumenta ad perfringendum carcerem reo suppeditare? Et an quis possit consulere reum, ut fugiat? Et an reus juste damnatus ad mortem, ad triremes, vel ad carcerem perpetuum, aut temporaneum possit fugere, & effringere carcerem rumpendo vincula, & parietes carceris, ita ut non teneatur restituere damna inde sequuta, dummodo hoc efficiat non inferendo vim ministris justitiæ, &c? Et quid, si alii captivi, invento carcere aperto, vel rupto fugiant, modo ipsis fugam non consuluerit, an etiam in hoc non peccet, nec teneatur ad restitutionem? Ex part. 3. tractatu 5. ex resolut. 4. & in part. 9. tractatu 9. ex resolut. 44. & in part. 3. tractatu 5. ex resolut. 103. alias 102. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tract. 1. de Legibus res. 88. 89. & 108

An qui facit opus, cui imponitur pœna inhabilitatis, ipsam incurrat ante judicis sententiam? Et pro praxi dictæ quæstionis docetur Scholares in Academiis, qui violantes præceptum, vel Statutum illarum incurrerunt inhabilitatem, posse dare suffragium ad Cathedram, si delictum ipsorum occultum, quia in dictam inhabilitatem non incurrunt nisi post judicis sententiam. Et an excusentur à peccato mortali Ecclesiastici, qui agitationibus taurorum interfunt contra prohibitionem sub pœna excommunicationis forendæ? Et an pœnas exilii, verberationis, carceris dinturni, &c. teneatur quis exequi, si secundum legem ad ea juste condemnatus est? Et an reus possit obligari sumere venenum, vel abstinere a

à cibo? Et an reus tamen condemnatus teneatur ad locum destinatum proficisci, collum præparare, manus apponere, &c? Et an liceat Prorogibus condemnare aliquem de mandato, non adhibitis solemnitatibus, terminis, & processu de iure necessariis, aut non data facultate se tuendi? Et an peccent ministri, si huiusmodi Principis mandatis obediunt? Et an licita sit petitio Fisci instantis, ut aliqui rei indiciati ad torturam condemnentur ad triremes sine aliquo termino defensionis? Et docetur defensionem esse de iure naturali, & Divino, ideo consuetudo nihil adversus illud prævalere potest. Et an Reges ex causa magnæ necessitatis possint homines male vitæ in carceribus existentes deponere super Regiis triremibus donec eorum causæ expediantur? Et an saltem ex causa necessitatis possint remiges à Prorogibus compelli in triremibus perseverare per aliquod tempus? Et an liceat Romæ, v.g. famulari, &c. Iudæis, si non adsit periculum perversionis, quia tales servientes firmi sunt in Fide? Ex part.4. tract.4. ex res.26. & in p.9. tract.6. ex resol.5. & in part.3. tractatu 6. ex resolut. 79. & in tract.5. ex resol.99. aliàs.98. & in tract.addit.ex resolut.29. & in p.6.tr.6.ex res.5.& in p.5.tr.13. ex res.11. *Quæ hic sunt* in tom.6. tr.1. de Legibus res.35.43.121.122. 124. 125. & 126

An Clericus in Sacris constitutus, vel Clericus Beneficiarius possit exercere munus Advocati coram judice sæculari pro uno tantum negotio, & hoc finito pro alio, & sic de singulis? Et an ex jure supradicti possint munus Advocati exercere in propria causa, & Ecclesiæ, & in causis viduarum, & pupillorum, & pro conjunctis, & amicis intimis, & si existant in curia Romana pro omnibus? Et quid in alio Tribunali Ecclesiastico? Et an in casibus, in quibus interdictum est Clericis. Advocationis officium exercere, possint domi consulere, & conficere juris allegationes in scriptis? Et an opinio asserens, quod reus juridice interrogatus in causa capitali, aut honoris, & famæ non tenetur respondere ad mentem judicis, sit probalis? Et ideo, an reus non sit cogendus à Confessario, ut veritatem aperiat in causa capitali, honoris, famæ, tremium, confiscationis omnium bonorum, & in aliis similibus, dum adest spes evadendi, & confessarius in talibus casibus teneatur absolvere reū, qui est in proposito negandi veritatem, utendo restrictione mentali, vel æquivocatione? Et an Regulæ Cancellariæ obligent in omnibus Provinciis, & in foro conscientiæ? Et quid de stylo Curiæ, an obliget, imponat necessitatem, ut in aliis Curiis, & Tribunalibus Ecclesiasticis observentur? Et an Regulæ Cancellariæ non sint proprie leges, & ideo spirent morte Pontificis donec à Successore confirmentur; ita ut Ordinarii possint libere conferre beneficia Vacantia etiam in mensibus Pontifici reservatis, donec hujusmodi Regulæ fuerint à Successore confirmatæ? Ex part.10. tract.11. ex res.69. & in tract.13.ex res.13.& in tract.15.ex res.7. *Quæ nunc invenientur* in tom.6.tract.1. de Legibus resol.85.100.& 31

An licita sit appellatio, & citatio ad judicium Dei in Valle Iosaphat? Et pro praxi hujus difficultatis in textu hujus Resolutionis adducuntur aliqua exempla; & datur doctrina, & Regula iudici, quid facere debeat in prædicto casu de appellatione, & citatione ad iudicium Dei in valle Iosaphat. Et an iudex in Civilibus conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam iuxta allegata, & probata; & quid in criminalibus levibus? Et docetur, quod verba præcepta, quæ obligat in conscientia, quando apponuntur in legibus, & Constitutionibus sunt, præcipio, mando, iubeo, inhibeo, interdico. Æquipollentia vero præcepta sunt, debeant, teneantur, necessariò, necesse est, non licet & alia huiusmodi. Et quid, quando præceptum fertur solum per verbum imperativum? Denique, si verba communia sunt, ut ordinamus, volumus, statuimus, præcepimus: quæritur, an talis Constitutio, lex, aut statutum non habeat vim præcepti obligantis ad culpam? Et quid dicēdum est de verbo oportet, *an inducat obligationem ad culpam? Et an excusentur à culpa, qui merces vetitas traducunt ex uno Regno ad aliud, non soluto vectigali Regio? Et quid de illis, qui in fluminibus vetitis piscantur; qui contra prohibitionem in sylvis ligna secant; vel pascuntur oves suas in pratis vetitis, vel alia prohibita venantur, & similia? Et an in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus adsunt Statuta de puritate sanguinis, expositi sint admittendi, etiam si Statuta de puritate juramentum, & sufficientem informationem exposcant? Et asseritur expositos pro legitimis esse habendos ad omnes ordines, & beneficia; neque ulla Pontificis, aut Episcopi dispensatione indigere.* Ex part.10. tract.15.ex res.9. 16.45. & 46. & in tract.16.ex res.96 *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.1. de Legibus res.119. 111.58.75.& 32

An venationes locite per Dominos terrarum prohibeantur, ut habet consuetudo? Et an vineas ingredientes possint licitè, & impune uvas comedere, & an hoc servetur ex consuetudine? Ex p.3. tr.6.ex res.18.& 20. *Quæ hic sunt* in tom.6.tr.2.de Consuetudine res.43.& 44

An electio metu reverentiali facta non valeat, ideo rescindenda, & irrita declaranda? Et an Beneficiarius possit licite absque assensu Apostolico locare fructus, & redditus beneficii ultra triennii? Et notatur redditus Cancellariæ Episcopalis locari non posse, sed debere per proprios Ministros exerceri. Et an bona donata, seu relicta Ecclesiæ, seu Monasterio, aut loco pio bonorum immobilium capaci, ea conditione, ut possint alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico, an inquam, talis conditio sit adimplenda? Ex p.10.tr.16. ex r.51. & in p.3.tr.5. ex res.20. *Quæ nunc invenientur* in tom.6.tract.9.de Contractibus res.190.& 118

An filiusfamilias possit vigesimam partem alimentorum, quæ annue suppeditantur, alienare, ludere, &c. Ex p.1. tr.8. ex res.67. *Quæ hic reperientur* in tom.6. tr.4. de Ludo res.21

An Monialis, vel Religiosus, servus. vel ancilla, si quæstum sui corporis fecerint, an sibi, & non Monasterio, vel Domino lucrentur bona eis data? Et supponitur quadruplex distingui bonorum, seu peculii genus, quod potest filiis familias competere; scilicet castrense, quasi castrense, profectitium, & adventitium. Et in certis aliis casibus contingit filium familias habere quoque simul usum fructuum hujus peculii. Et an, si alicui conceditur privilegium, dummodo cum virgine contrahat, illud consequitur, si contrahat cum ea, quam antea ipse corruperat, sicut Clericus, qui contrahit cum illa, quæ antea ab ipso corrupta fuit, gaudet privilegio Canonis, & fori, quibus fruuntur Clerici conjugati cum unica, & virgine; nec dicitur bigamus, seu irregularis, & quod legatum relictum pro Virginibus maritandis

vitandis possit consequi à corrupta, quæ in communi existimatione pro virgine reputatur. Et an actiones turpes sint vendibiles, puta occidere hominem, fornicationem, &c. Et an Clerici, Milites, uxorati, Doctores, Advocati, & Commendatarii, teneantur ex justitia suis concubinis salarium servitorum, in quo convenerunt, solvere? Et an expensa facta pro Doctorando filio non veniant in legitimam? Idem est de his, quæ conceduntur pro ingredienda Militia. Ex part.8. t.6. ex r.9. 126. 110. & 83. & in part.9. t.8. ex r.24. *Quæ hic sunt* in tom.6. t.7. de Donationibus r.32. 60. 140. 143. & 43

An Pater possit instituere hæredem aliquem rogando illum, ut postea ipse restituat hæreditatem filio spurio? Et supponitur, quod spurius natus ex coitu damnato, & punibili omnis successionis in bonis tam maternis, quam paternis incapax est. Et an hæres, cui donata, vel in testamento relicta fuerunt bona habentis filium spurium, teneatur in defectum Patris eundem filium alere, aut si fœmina est dotare? Ex quo infertur, an Pater teneatur ex justitia, vel tantum ex paterna pietate alere filium? Et ex quo etiam cursim deducitur, quod Pater non tenetur restituere filio alimenta, quæ illi negaverat, quando indigebat. Et quæritur, utrum Parentes peccent dando alicui tertio bona cum spe, quod ille constitutus hæres ea dabit filio spurio? Et an possit Pater, & quamvis Pater sit Clericus filiæ spuriæ instituere hæredem maritum filiæ spuriæ, sicut è converso uxori filii spurii? Et tandem notatur Sacerdotem posse filiæ spuriæ tradere dotem, dos autem datur loco alimentorum. Et aliqua alia advertuntur, quæ contingere possint in praxi pro supradictis difficultatibus. Ex p.10. t.15. ex r.19. *Quæ nunc invenietur* in tom.6. tractat.8. de Testamentis r.112

An mulieres possint pro alio intervenire, & Procuratrices existere? Et an minor, si implevit 17. annos possit esse Procurator ad negotia; vel habere debeat 25. annos? Et an gratia, seu privilegium prosit ignoranti à tempore concessionis, vel à tempore, quo in ejus notitiam pervenerit? Et an peccet non accipiens officium arbitri, quando spes est, quod partes ad concordiam reducet? Ex part.8. t.5. ex r.4. 6. & 23. & in p.4. tract.4. ex resolut. 162. *Quæ hic reperientur* in tom.6. t.9. de Executoribus testamentorum r.6. 8. 26. & 30

An Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere, circa modum exorcizandi? Et an Prædicatores tam Regulares, quam sæculares peccent mortaliter concionando sine licentia Episcopi? Et an in transgressione talis præcepti detur parvitas materiæ, ut si quis prædicaret semel, aut bis? Et an sint habendi tractatus ante electionem? Et an in electionibus vota, si ferantur sub conditione, vel personis incapacibus, habenda sint pro nullis, ita ut qui à maiori parte aliorum votorum fuerit electus, rite sit electus? Idem dicendum est, si in scrutinio per schedulas celebrata aliqua schedula alba reperiatur. Et an quoad Dignitates, & Personatus sine Cura requiratur, ut quod non sit minor 22. annis completis, vel sufficiat, ut sint incepti ex Concilio Tridentino? Ex part.3. tract.2. ex res.36. & in part.8. tract.7. ex resol.11. & in part.2. tract.16. ex resolut.35. alias 37. & in part.7. tract.12. ex resolut.9. & in part.8. tractatu 7. ex resolut.77. *Quæ hic sunt* in tom.7. tract.1. de Regularibus resolution. 48. 56. 216. 318. & 217

Docetur, quod in Decretis, & rescriptis Pontificis verba aliquid operari debent; & non solum verbum, & quælibet dictio non debet sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam quælibet Syllaba. Et an privilegia contraria iuri communi stricte, vel late sint interpretanda? Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium possit assignari Episcopum, Cardinalem, & Papam. Et annaque advertitur, quod quando Authores asserunt aliquod enunciatum, & illud non explicant, vel limitant, aut distinguunt, sed citant tantum ad illius confirmationem, authoritatem alicuius Doctoris; illud enunciatum est intelligendum secundum mentem, explicationem, & distinctionem Doctoris ab ipso citati. Et an peccent mortaliter, Religiosi, & Clerici Sacerdotes, vel Sacris non initiati, Religiosi, laici, Novitii, Monales, Equites Militarium Ordinum, etiam si minoribus ordinibus fuerint insigniti, vel Fratres Clerici ordinum Militarium, & Canonici Regulares, assistendo agitationibus taurorum? Et an saltem peccent venialiter Clerici Sacerdotes, & Beneficiati assistentes agitationibus taurorum? Et an sit peccatum mortale tauros in circo, vel in foro agitare festivis diebus? Et quid, si extra forum, vel circum agitatio fiat per plateas, & calles Civitatis funibus longis pedes, & cornua tauri ligati? Et p.10. t.9. ex res.unica, & in part.9. tract.8. ex ref.71. alias 70. & in part.11. t.4. ex r.11. *Quæ nunc invenientur* in tom.6. t.1. de Regularibus r.287. 29. & 224

An quando forma servanda est in aliquo actu, si deficiat, actus sit nullus? Et an verbum oporteat ex sui natura importet necessitatem, & præceptum, vel decentiam, & consilium tantum? Et an forma censeatur inducta à Statuto, si aliquid statuat prius commune, vel mandet aliquid fieri certo modo? Et probatur Decretum irritans inducere formam, ita ut actus aliter factus sit omnino nullus? Et an actus corruat, quando deficit forma, etiam si non adsit Decretum irritans? Et an quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debeat substantialis? Et docetur, quod quando consensus requiritur pro forma, si non currit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quamvis postea consensus sequatur, ut in alienatione rerum Ecclesiasticarum, & in licentia, & facultate testandi, &c. Ex part.10. t.10. ex ref.unica, *Quæ hic reperietur* in tom.7. t.2. de Cingulo Militari, &c. r.etiam unica.

An sit peccatum mortale audire, & non contradicere detrahenti, licet detractio ipsa non deficiat eum, qui audit? Ex part.4. t.4. ex r.218. *Quæ hic est* in tom.7. t.4. de Correctione fraterna ref.6

An ubi est consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc non obstante, peccent mortaliter? Et an Principes & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem extirpare? Et an tales fœminæ à Sacra Synaxi repellendæ sint? Et mulier, ita superflue ornata, & potissimum nudans pectora, & si nollet ornatum deponere, possit nihilominus absolvi à Confessario? Et an hac insueta pectoris fœmina nuditate, possint parvitas materiæ? Et notatur avertendi immoderatum effectum mulierum superfluum, & immoderatum illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando

quando vero cum mortali. Et an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale? Et an saltem peccent mortaliter mulieres, si incedant, pectore nudato, ubi non est talis mos incedendi? Et an semper peccent mortaliter femina utendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Idem est de ornamento superfluo. Et an Clerici incedentes per Civitatem in diebus Bacchanalibus personati, vulgo Mascharati, *peccent mortaliter? Et an non solum Clerici, sed etiam Regulares incedentes personati recreationis causa mortifere non peccent, neque quoad ludum laurealem, neque quoad præceptum juris habitum personatum illis prohibens? Et docetur, quod venatio ex sui materia omnibus est licita, etiam Ecclesiasticis; quibus interdicitur tantum illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici præcepti, dummodo raro fiat.* Ex part. 10. t. 12. ex res. 30. & in tract. 13. ex res. 29. *Quæ nunc invenientur* in tom. 7. t. 5. de Scandalo r. 11. & 6

An si quis minaretur alicui mortem, nisi se vino oppleret, licitum sit eisse inebriare? Et an, si quis ebrius fiat, ut Tyrannum, & hostis sævitiam fugiat, peccet? Et an aliqua facta ebriorum non reputentur peccata, quæ alioquin essent? Et inter alia, quæ ex doctrina prædictæ quæstionis inferuntur, tandem quæritur, an si quis ante ebrietatem, vel antequam subsequantur talia peccata externa in ebrietate committenda, confiteatur, & accuset se de causa data, an teneatur postea confiteri, si dicta peccata subsequantur? Et quid in supradicto casu, si peccata illa commissa in ebrietate, (si prius fuerit voluntas per pœnitentiam interrupta,) an non inducant excommunicationem, irregularitatem, & restituendi obligationem? Et an qui edit usque ad vomitum peccet mortaliter? Et an peccet offerens alicui occasionem peccandi propter aliquem bonum finem, v. g. apponere occasionem uxori, ut adulteretur, aut famulis, ut furentur, ut sic deprehensi resipiscant? Et an pictores pingentes Imagines obscœnas peccent mortaliter? Et quid de tenente illas? Ex p. 6. t. 7. ex r. 44. & in p. 3. t. 6. ex res. 52. & in p. 5. t. 13. ex res. 40. & in p. 3. t. 5. ex res. 18. & in part. 11. tract. 4. ex r. 32. *Quæ hic reperientur* in tom. 7. tractatu 5. de Scandalo r. 38. 39. 40. 41. & 63

Nota, quod in prædicto tom. 7. & tract. 5. de Scandalo *sunt multæ aliæ quæstiones, quæ largo modo pertinent ad supradictum* tract. de Scandalo, *& ideo difficilis erit earum inventus, si Studiosus attente non advertit, an pertineant, vel possint indict. tract. esse appositæ, &c.*

An secreta Principum, seu Exercitus licitum sit revelare ad evitanda tormenta, & jacturam vitæ? Et an liceat alterius crimen occultum, & peccatum tibi sub secreto revelatum manifestare ob grave damnum, etiam si ille inde mors imineat, aut infamia, modo illud secretum sine vi, & fraude ab eo acceperis? Et quid, si quis sine causa prædictum occultum crimen, & peccatum manifestavit, an extra peccatum mortale teneatur etiam ad restitutionem? Ex part. 6. tract. 6. ex resolut. 60. *Quæ hic est* in tom. 7. t. 7. de Bello resol. 44

An famulus non servus, qui ob stipendium, vel causa addiscendi officium cum Domino convenit ad certum annorum numerum, peccet mortaliter, si à Domino fugiat? Et an licite possit fugere à triremibus ille, qui injuste ad illam pœnam damnatus est? Et observatur, quod proles sequitur matris conditionem, unde si mater se vendidit, vel à Parentibus vendita est, vel ob crimen servituti addicta est, proles non potest fugere. Et an viatores, qui diversantur in hospitiis, in quibus ob certum pretium comedunt ex cibis appositis, quod volunt, Apasto, possint sublevare sibi, & servare aliquid ex eis, quæ comesturi erant durante appetitu? Et an liceat alicui ad vocis suavitatem servandam permittere se castrari? Et an liceat Parentibus maxime pauperibus ad lucrum comparandum castrare proprios filios? Ex part. 7. t. 7. ex resolut. 10. 12. 32. & 64. alias 63. *Quæ nunc invententur* in t. 7. tr. 7. de Servis r. 12. 14. 320. & 66

An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando jam conclusum est negotium injustum? Et resolutio hujus quæstionis deserviet pro omnibus Communitatibus, Capitulis, Collegiis, Parlamentis, Consiliariis, Examinatoribus Synodalibus, & pro omnibus aliis suffragium ferentibus in electionibus, & aliis quam plurimis casibus sapius occurrentibus in praxi. Ex p. 11. t. 4. ex r. 5. *Quæ hic est* in tom. 7. t. 6. de Parlamento r. 27

Dubius, an ensalmus operetur ne virtute Divina, vel diabolica, fas sit eo uti? Et de quodam ensalmo particulari ad præservandum à peste agitur. Et an liceat petere à maleficio, ut maleficium dissolvat, si quis dubitat, an absque novo maleficio id possit? Ex part. 4. t. 3. ex resol. 62. *Quæ hic est supra* in hoc ipsomet tom. 8. t. 2. de Conscientia dubia r. 7

An Advocatus teneatur de culpa levi? Et an mandatarius non dolum tantum, & culpam latam, sed etiam levem, & levissimam præstare teneatur? Idem est de Procuratore, seu negotiorum gestore. Et an sit peccatum mortale temere judicare alterum esse spurium, vel filium Judæi, vel illegitimum, &c. Et an sit peccatum mortale dicere in faciem, præsertim viro honorato convitiandi causa esse filium Clerici, natum ex adulterio, & similia? Et an detractiones leves de aliquo possint pervenire ad damnum grave sicut furta? Et quid, quando aliquis per plures detractiones leves detrahit pluribus personis? Et quid est dicendum, quando detrahitur leviter famæ Petri, qui plures detractiones etiam leves ab aliis passus est circa eandem materiam levem, & quid circa diversas materias leves apud eosdem auditores? Et quid in dictis casibus, si detractio Petri sit apud Prælatum? Et quid est sentiendum si vero omnes detractationes leves sint circa diversas personas, & apud eosdem auditores? Et an mutare circunstantiam levem in Historia Sacræ Scripturæ sit peccatum mortale? Et an Examinatores Episcoporum possint aliquid Episcopis examinandis manifestare, etiam si sint doctissimi, si præ verecundia timeatur non bene responsuros? Et quid, quando aliqui examinarentur in Concursu propter damnum tertii? Et an Clerici sacris Ordinibus initiati peccent mortaliter, si non deferant habitum Clericalem, & coronam in capite? Et quid si sint in minoribus Ordinibus tantum initiati? Ex part. 2. tract. 15. ex r. 59. & in p. 8. tract. 7. ex resol. 34. & 35. & in p. 9. t. 7. ex res. 32. & in p. 5. t. 5. ex r. 68. & 69. & in p. 10. t. 15. ex resol. 17. & in tract. 16. ex r. 38. alias 37. & in

p.5.tr.5. ex resol.60. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom.8. tr.3. de Parvitate materiæ resol.22.23.25. 24.14.15.16.5. & 28

An peccet venialiter, si quis ob vitanda gravia tormenta sibi falsum crimen imponit, etiam cum iuramento æquivoce utens? Et an delinquens occultus possit se prodere judici, ut in eo debitam exequatur punitionem, cum id faciat ex virtute justitiæ, volens potius in hoc mundo peccati pœnam sustinere, quam in alio luendam servare? Et quid, si esset persona maximæ authoritatis, & Reipublicæ utilis? Et an Reges in conscientia teneantur non revocare concessionem factam futuræ accessioni in Dignitate v.g. Prorogis, &c. Et an sit peccatum mortale non adimplere promissionem gratuitam acceptatam in re gravi? Et an promissio externa legitime ab alio acceptata obliget in conscientia? Et an per accidens, qui non præstat promissum, possit peccare mortaliter, ut quando sequitur notabile detrimentum propter promissionem non præstitam? Et an promissio interna obliget in conscientia? Et an ille, cui facta est promissio interna, possit facere sibi occultam compensationem? Et notatur necessarium non esse habere voluntatem expressam satisfaciendi præcepto, nam si ex ignorantia præcepti rem præceptam exequaris, præcepto satisfacis taliter, & deobligatus remaneas ad aliud faciendum. Imo si ex animo expresso non satisfaciendi præcepto per talem rem, illam exequaris adhuc tamen satisfaceres præcepto. Ex part.3. tractatu 5.ex resolut.7. & in p.5.tr.14. ex resolut.74.& in part.4.tract.4.ex resol.122. & in part.2.tr.17. ex res.9.& in part.3.tr.5. ex res.117. alias 116. & in tr.6. ex res.77. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom.8. tr.4.de Voto, & Iuramento, resol.67. 1. 2. 3. 4. & 49

An in mari tabulam à te occupatam possis alteri concedere? Et an qui prior tabulam in maiori occupavit in naufragio, teneatur alterum admittere in dicta tabula, vel possit illum impedire, ne ascendat, nisi utrique sufficiat? Et an liceat sagam, seu maleficam occidere, si tollere nolit maleficium, quando alia via non suppetit? Et an saltem vi, verberibus, & tormentis possit cogi, ut maleficium tollat? Et an liceat vigiliis pœnitentiis, &c. vitam ipsam abbreviare? Et an quis teneatur sub mortali non bibere aquam, vel vinum nive refrigeratum, quia exinde prævident Medici, quod citius moriatur? Et an ad evitanda mala temporalia, ægritudinem, internam afflictionem, paupertatem, &c. liceat mortem exoptare? Et an optare mortem alicujus, vel de illa gaudere ob hæreditatē habendam sit peccatum mortale? Et an liceat matri mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas juxta suum statum, & disiderium nuptui tradere, vel si ob illarum causam male tractaretur à marito, &c. Ex p.5.t.4. ex r.42. 33. & 27.& in p.8.t.7. ex r.53. & in p.5.tr.14.ex r.92. & in p.3. tr.6. ex res.84. *Quæ hic est supra* in hoc tom.8.tr.5.de Homic.r.37.53.54.44.55.& 56

An Chirurgus expertus dum medetur pudendis fœminarum in pollutionem assentire, possit se tali periculo obiicere, cum determinatione non consentiendi? Idem quæritur de Parocho in confessionum auscultatione. Et an quis possit accedere ad Infideles gratia illos convertendi cum periculo perversionis, & ad prædicandum meretricibus cum periculo peccandi? Et an possit imo teneatur Pater alere filios ex concubina, qui nec separari possint à matre, & si periculum habeat lapsus cum concubina? Et an non liceat exponere se periculo certo, nec probabili peccandi ob bonum spirituale proximi? Et quidam vir Nobilis comedens cibos calidos, & accubans in lecto incidebat in pollutionem quæsivit à me, an teneatur aliter decumbere, & cibos illos non comedere? Poterat enim sine aliquo damno à supradictis abstinere. Et an si aliqua mulier in choreis publicis scit se tangi ab aliqua intentione mala structus sunt ex suo genere liciti, ut consortio mearum in choreis, non peccet illos admittendo coram aliis? ex part. 3. tractatu 5. ex resolut.3. & 22. *Quæ hic sunt suprà* in hoc tom. 8. tr.6.de Luxuria resol.11.& 12

An Princeps, & alii Domini, in quorum territoria viatores patiuntur depræda tiones, teneatur eo resarcire damnum? Et qua ratione damnum probari debeat? Et an si quis narrat peccata alterius audita, expresse asserit se nihil certo scire sed tantū recensere quæ audivit, quæritur, an peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ illius? Et an, qui falsum dicendo alterum infamavit, teneatur, si opus est jurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit? Et an si opus fuerit juramento retractationem suam confirmare coram testibus? Et quid est faciendum, si quis falsum dicendo alterum infamavit, sit Episcopus, Prælatus, Comes, &c. Et an qui occultum crimen propalavit, sine justa causa, vel duobus viris prudentibus quos scit non evulgaturi, peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ? Et an infamator criminis occulti teneatur restituere famam tantum apud suos auditores, licet ipsi auditum crimen aliis notum fecerint? Et ad quid teneatur, qui verum dicendo occultum crimen alicujus propalavit, illum infamando, & quomodo debeat restituere famam illius? Et si infamator non possit famam restituere, an teneatur pecunia famam compensare? Et an infamatus possit sibi ipsi satisfacere ex debito pecuniæ infamantis, si is alia ratione satisfacere nolit, aut non possit? Et in textu hujus Resolutionis aliqua decisos invenies sæpius contingentes in praxi protestituenda, vel non restituenda fama, &c. Et an sit peccatum mortale saltem contra Charitatem detegere peccatum notorium facti, vel iuris in alio loco, ubi ignorabatur, & in quem facile ejus fama non erat perventura & an sit aliqua restituendi obligatio? Ex part.8. tract.7. ex resolut.38. & in part.3. tract.5. ex resolut.28. 29.33. 34.30. & 17. & in part.4. tractatu 4. ex resolut.128. *Quæ hic sunt supra* in hoc ipsomet tom.8. tr.7. de Furto, & Restitutione resol.37.61.62.63.64. 65. 67.& 68

An habens rem cum meretrice teneatur in conscientia solvere mercedem solitam, sive eam ei promiserit, sive non? Et an cætera fœmina accipientes munera à suis amatoribus spe consequendi ab ipsis, quod prævè concupiscunt, si non consentiant, teneantur restituere munera, quæ acceperunt? Et notatur, quod datio, & acceptio pro fornicationis actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra justitiam, ideo meretrix non tenetur restituere. Ex part.2. tractatu 16. ex resolut.38. alias 40. *Quæ hic est supra* in hoc resolut.38. alias 40. *Quæ hic est supra* in hoc tom.8. tr.7. de Furto, & Restitutione resol.59.

Advertitur,

& Resolutionum.

Advertitur, quo nomine passus intelligitur mensura quinque pedum, pes autem complectitur mensuram quindecim digitorum. Ex part. 3. tr. 1. ex res. 71. *Quæ nunc invenietur* in tom. 9. tr. 1. de Immunitate Ecclesiæ res. 21

Ab sub nomine alimentorum veniant cibaria, vestes, potus, habitatio, medicinæ, lectus & alia similia, sine quibus vita transgredi non potest? Et difficultas superest, an alimenta præstanda sint filio spurio, attentis, & consideratis divitiis paternis, & ejus qualitate, & Dignitate? Idem, quod dictum est de Parentibus erga filios, dicendum est de filiis erga Parentes. Ex part. 1. tractatu 2. ex resolut. 86. alias 85. *Quæ hic reperietur* in tom. 9. tr. 2. de Immunitate Ecclesiastica res. 285.

An à sententia Regis non detur appellatio? Et an Canonicus habeat vocem in electionem antequam in Choro possessionem nactus fuerit, vel simile sit de Episcopo, qui ante consecrationem à multis prohibetur, quia consecratio alium Ordinem de novo Episcopo confert? Et an absens possit constituere Procuratorem ad eligendum, & suffragium ferendum in scrutinio? Et an quis possit sine scrupulo tacere, quando in Conventu, Collegio, vel Universitate aliquod non bene determinatur? Et quid, quando maior pars Collegii, Conventus, &c. contrarium approbat? Ex p. 5. tr. 2. ex r. 36. 74. 40. & 49. *Quæ hic sunt* in tom. 9. tr. 7. de Cardinalibus res. 66. 11. 12. & 18

An Princeps potestatem habeat extinguendi beneficia, vel hoc solum spectare ad Summum Pontificem? Neque ineundi fœdera cum Hæreticis maxime perpetua, quia in nullo casu possint esse licita, nec valida? Ex p. 10. tr. 3. ex r. 3. *Quæ nunc invenietur* in tom. 9. t. 14. de Lib. conser. etiam 3.

INDICU

INDICULUS

Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in fine 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Partium R. P. D. Antonini Diana, secundum suum ordinem sunt adscriptæ. Quas vero transcripsit in calce ejus *part* 3. Unà cum Declarationibus Sacræ Congregationis circa Immunitatem Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, nunc invenies in hac nova Methodo *in fine Tom.* 9. ubi sunt Tractatus de Immunitate Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum.

Decisiones quæ in fine 6. partis sunt adscriptæ.

1. *Decisio S. Rotæ Romanæ coram R. P. D. Coccino Decano Barchinonen. Exemptionis. Lunæ 20. Iunii 1636.* p. 205
2. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Coccino Decano in causa Hispalensi Sponsalium. Veneris 6. Martii 1637.* p. 206
3. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino in causa Gerunden. Scribaniæ. Mercurii 1. Iulii 1637.* p. 208
4. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram eodem in eadem causa. Veneris 27. Novemb. 1637.* p. 209
5. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino Gerunden. Scribaniæ. Veneris 26. Februarii 1638.* p. 211
6. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo in causa Corduben. Decimarum de Luzena. Veneris 26. Maii 1638.* p. 212
7. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas in causa Firmana Professionis. Veneris 2. Decemb. 1639.* p. 214
8. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino in causa Maioricen. Indultorum. Lunæ 11. Aprilis 1639.* p. 216
9. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino in causa Corduben. de Luzena. Lunæ 7. Februarii 1639.* p. 217
10. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Coccino Decano in causa Toletana nullitatis Matrimonii. Veneris 18. Febr. 1639.* p. 220
11. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Peutingero. Maioricen. Indultorum. Veneris 16. Novemb. 1640.* ibid.
12. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas in causa Romana Donationis. Mercurii 1. Februarii 1640.* p. 222
13. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino in causa Perusina oblationum. Veneris 27. Ianuarii 1640.* p. 224
14. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunocet. Pampilonen. Electionis Canonicorum. Veneris 11. Maii 1640.* p. 225
15. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo in causa Vlixbonen. Professionis. Veneris 1641.* p. 226

Decisiones quæ in calce 7. partis sunt appositæ.

16. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunocet. Decano in causa Meleviana Marescallatus. Veneris 27. Febr. 1643.* p. 229
17. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio. Calaguritana Matrimonii, Veneris 13. Martii 1643.* p. 230
18. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo in causa Melevitana Bonorum. Lunæ 4. Maii 1643.* p. 231
19. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio. Valentina juris sedendi. Lunæ 9. Iunii 1643.* p. 232
20. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio. Montis Alti Primogeniatus. Lunæ 8. Iunii 1643.* p. 233
21. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ghisterio, in causa Ranguſina Electionis. Mercurii 1. Iulii 1643.* p. 234
22. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo, in causa Lucana Suffragiorum. Lunæ 7. Aprilis 1642.* p. 235
23. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas in causa Licienn. Quartæ. Veneris 27. Iunii 1642.* p. 236
24. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Queipo, in causa Elnen. Iuriam Parochialium. Veneris 6. Iunii 1631.* ibid.
25. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Pamphilio in causa Hispalensi Quartæ funeralium. Mercurii 4. Iulii 1590.* p. 237
Sententia lata super exemptione à solutione Quartæ funeralis, ac iure deferendi defunctos ad Ecclesiam Cœlestinorum sine Capituli, & Clericorum consensu, seu interventu. ibid.
26. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ super confirmatione dictæ sententiæ pro exemptione à solutione Quartæ funeralis coram R. P. D. Queipo Tarentina Quartæ funeralis. Mercurii 5. Decembris 1629.* p. 239

Decisiones quæ in fine 8. partis sunt transcriptæ.

27. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ghisterio*

Indiculus Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ.

Ghisterio Lucana Iuris Patronatus. Veneris 10. Ianuar. 1645. p.238

28. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Gerunden. Capellanæ. Veneris 27. Ianuarii 1645. p.240

29. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio, Compostellana Parochialis. Veneris 10. Februarii 1645. p.241

30. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Cesaraugustana Beneficii de Linares. Veneris 10. Februarii 1645. p.243

31. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro Civitatem. Presbyteratus. Veneris 24. Martii 1645. p.244

32. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado, in causa Barchinonen. Iuris Patronatus. Lunæ 3. Aprilis 1645. p.245

33. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro. Valentina Parochialis. Veneris 28. Aprilis 1645. p.246

34. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro, in causa Leopolien. administrationis hospitalis. Lunæ 15. Maii 1645. p.248

35. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio, in causa Barcinon. Canonicatus. Veneris 9. Iunii 1645. ibid.

36. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado Toletana Matrimonii Lunæ 20. Iunii 1645. p.250

37. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D Cerro. Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ. Mercurii 28. Iunii 1645. p.251

38. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, in causa Boven. Abbatiæ. Lunæ 3. Iulii 1645. p.253

39. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro, Civitaten. Presbyteratus. Lunæ 3. Iunii 1645. p.254

40. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ghisterio in causa Colonien. optionis. Lunæ 3. Iulii 1645. p.255

41. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Corrado, in causa Papien. Beneficii pro Illustri, & R. D. Augustino Amedæo Burontio contra R. P. D. Ioannem Petrum Tascam. Lunæ 20. Novemb. 1645. ibid.

42. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio in causa Calaguritana Beneficii de Cornago. Lunæ 15. Ianuarii 1646. p.257

43. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunozeto Decano, in causa Toletana Pensionis. Lunæ 15. Ianuarii 1646. p.258

44. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro Vercellen. Decimarum. Lunæ 15. Ianuarii 1646. p.260

45. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono, in causa Regien. Canonicatus. Veneris 19. Ianuar. 1646. p.261

46. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio. in causa Ampurien. seu Civitaten. deputationis Vicarii. Veneris 19. Ianuarii 1646. p.262

47. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas. Barcinonen. Canonicatus. Lunæ 16. Februarii 1646. p.263

48. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Dunozeto Decano in causa Ferrarien. Pensionis. Veneris 2. Martii 1646. p.264

49. Decisio S. R. R. coram R. P. D. Ottobono, in causa Melphien. Cantoriæ. Veneris 2. Martii 1646. p.266

50. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Peutingero in causa Neapolitana separationis Thori. Veneris 16. Martii 1646. p.268

51. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono, in causa Lauden. Pensionis. Mercurii 14 Martii 1646. ibid.

52. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Corrado, in causa Barcinonen. Exemptionis. Mercurii 13. Iunii 1646. p.269

Decisiones quæ in calce 9. partis sunt conscriptæ.

53. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, in causa Vlixbonen. nullitatis professionis. Lunæ 12. Ianuarii 1646. p.273

54. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio, in causa Vlixbonen. nullitatis professionis. Lunæ 10. Decembris 1646. p.277

55. Decisio Sacræ R. Romanæ coram R.P.D. Peutingero. Pampilonen. Parochialis. Veneris 8. Feb. 1647. p.281

56. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio Calaguritana Pretensi Matrimonii. Lunæ 11. Februarii 1647. ibid.

57. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio, in causa Hispalen. decimarum. Veneris 15. Febr. 1647. p.284

58. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso. Gandaven. Exemptionis. Veneris 10. Maii 1647. p.285

59. Decisio Sacræ Rotæ Rom. coram R.P.D. Bichio. Barchinonen. Exemptionis. Lunæ 20 Maii 1647. p.286

60. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono. Veneta Indulti. Veneris 7. Iunii 1647. p.287

61. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono, in causa Pictavien. Commendæ. Veneris 14. Iunii 1647. p.288

62. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Royas Ianuen. Privilegiorum. Veneris 28 Iunii 1647. p.289

63. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Corrado. Hispalen. Decimarum. Mercurii 26. Iunii 1647. p.290

64. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso. Mauricen. Parochialis. Veneris 28. Iunii 1647. p.296

65. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ottobono. Calaguritana beneficii de Cornago. Veneris 14. Iunii 1647. p.297

66. Decisio S. R. R. coram R.P.D. Bichio. Montis Cassinen. Parochialis. Veneris 8. Febr. 1648. p.298

67. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio. Toletana Decimarum de Capilla. Lunæ 2. Martii 1648. p.299

68. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ghisterio, Calaguritana, beneficii de la Casa de la Reyna. Lunæ 27. Martii 1648. p.300

69. Decisio S. R. R. coram R. P. D. Bichio, in causa Colonien. Decanatus. Veneris 15. Maii 1648. p.302

70. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D. Royas in causa Marianen. seu Acen, beneficii. Mercurii 10. Iunii 1648. p.303

71. Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P.D. Meltio. Hispalen. Decimarum. Veneris 19 Iunii 1648. p.304

72. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, Pasaunen. Iocalium. Lunæ 22. Iulii 1648. p.305

73. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, in causa Fanen. Præcedentiæ. Mercurii 1. Iulii 1648. p.309

74. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles Burgen. nullitatis professionis. Veneris 16. Aprilis 1649. p.310

75. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado, in causa Ianuen. Privilegiorum. Lunæ 28. Iunii 1649. p.313

Decisiones quæ in fine 10. partis sunt adscriptæ & appositæ.

76. Decisio S.R.R. coram R.P.D. Bichio, in causa Pampilonen. Alienationis. Veneris 15. Ianuarii 1649. p.316

77. Decisio S.R.R. coram R.P.D. Cerro. Romana hæreditatis de Gratianis. Veneris 28. Maii 1649. p.318

78. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio. Cusentina Canonicatus. 5. Iunii 1649. p.319

79. Decisio

Indiculus Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ.

79. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro, in causa Cæsaraugustana Distributionum. Lunæ 7. Iunii 1649.* p.320

80. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, in causa Pampilonen. Decimarum de Verastegui. Mercurii 12. Iunii 1649.* p.322

81. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Cerro. Romana Dotis. Veneris 18. Iunii 1649.* ibid.

82. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono. Toletana decimarum. Lunæ 21. Iunii 1649.* p.324

83. *Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, in causa Hispalensi Decimarum. Veneris 25. Iunii 1649.* ibid.

84. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles in causa Calaguritana Beneficii de Ocon. Mercurii 15. Novemb. 1649.* p.327

85. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles, in causa Pampilonen. beneficii de Esparza. Mercurii 15. Decembris 1649.* p.329

86. *Decisio S.R.R. coram R.P.D. Ottobono. Ludien. Præpositura Tongren. Mercurii 19. Ianuarii 1650.* p.330

87. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Militen. Parochialis. Lunæ 31. Ianuarii 1650.* p.331

88. *Decisio S.R. Romanæ coram R.P.D. Verospio, in causa Fulginaten. hæreditatis. Lunæ 14. Febr. 1650.* p.332

89. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Conchen. pensionis. Lunæ 14. Febr. 1650.* p.334

90. *Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P. D. Cerro. Vincen. jurisdictionis. Lunæ 2. Maii 1650.* p.335

91. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, in causa Cathacen. præsensæ Obedientiæ. Lunæ 23. Maii 1650.* p.337

92. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono. Acernen. Vicarii. Lunæ 30. Maii 1650.* ibid.

93. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Pisana sepulturæ. Veneris 1. Iulii 1650.* p.338

94. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado in causa Romana Legati. Mercurii 2. Iulii 1650.* p.339

95. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio, Cracovien. Præposituræ S. Floriani. Veneris 27. Maii 1650.* p.341

96. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Cracovien. Decimarum. Mercurii 16. Novembris 1650.* p.342

97. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro, in causa Vincen. iurisdictionis. Veneris 9. Decembris 1650.* p.343

98. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ottobono in causa Bononien. Gabellæ. Veneris 1. Iulii 1650.* p.344

99. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio. Cæsaraugustana decimarum. Lunæ 12. Dec. 1650.* p.345

100. *Decisio Sacræ R. R. coram R.P.D. Carrado. Neapolitana Matrimonii. Lunæ 13. Martii 1651.* p.346

Decisiones quæ in calce 11. partis sunt transcriptæ.

101. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio, in causa Fulginaten. hæreditatis. Lunæ 14. Februarii 1650.* p.348

102. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Calaguritana beneficii. Lunæ 15. Ianuarii 16[illegible].* p.349

103. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio, Romana, seu Ianuen. Cambii. Mercurii 26. Iunii 16[illegible].* p.351

104. *Decisio S.R.R. coram R.P.D. Bichio, in causa Romana censuum. Lunæ 17. Maii 1652.* p.

105. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Calaguritana beneficii. Lunæ 15. Maii 1652.* p.

106. *Decisio S. R. R. coram R. P. D. Bichio, Romana hæreditatis Veneris 28. Iunii 1652.* p.

107. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, causa Maioricen. celebrationis Missarum. Veneris Iunii 1652.* p.

108. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, in causa Albingamen. Præcedentia. Veneris 29. Iunii 1652.* p.

109. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, Romana fructuum dotis. Lunæ 15. Ianuarii 16[illegible].* p.358

110. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Astен. Coadiutoriæ. Veneris 21. Iunii 1652.* p.

111. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D. Bichio. Placentina, seu Abulen. decimarum. Lunæ 15. Iunii 1651.* p.

112. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D. Bichio, in causa Toletana Nivis. Lunæ 13. Februarii 16[illegible].* p.362

113. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Placentina, seu Abulen. decimarum. Lunæ 12. Iunii bris 1650.* p.

114. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. raconen. in causa Melevitana nullitatis professionis. Lunæ 13. Ianuarii 1653.* p.

115. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. bergato in causa Trullen. matrimonii. Mercurii 15. Ianuarii 1653.* p.

116. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio in causa Hieracen. Parochialis. Veneris 24. Iunii 1653.* p.

117. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Aversana Iuris patronatus. Veneris 14. Martii 16[illegible].* p.370

118. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Mindonien. Parochialis. Lunæ 3. Martii 1653.* p.

119. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. rate. Compostellana Coadiutoria. Veneris 3. Martii 1653.* p.

120. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Piscien. beneficii. Lunæ 20. Novemb. 1651.* p.

121. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. rate. Hieracen. Parochialis. Lunæ 4. Decembris 16[illegible].* p.377

122. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio. Reatina pensionis. Lunæ 4. Maii 1652.* p.

123. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio, in causa Corduben. dimidia portionis. Veneris Iunii 1653.*

TRACT

TRACTATVS PRIMVS.

DE

OPINIONE PROBABILI.

RESOLVTIO PRIMA.

An sit licitum, relicta opinione probabili, & magis tuta, sequi opinionem probabilem, & minus tutam? Ex p. 2. tr. 13. Res. 1.

§. 1. NEGATIVE ex neotericis, respondet Antonius Perez *in Laurea Salmantina certamine 10. n. 55.* Comitolus *in resp. mor. lib. 1. quæst. 15.* & ante illos Gabriel *in 4. dist. 15. q. 8. art. 3. dub. 2. in 3. probatione primæ concl. 3.* D. Anton. *part. 1. tit. 3. c. 10. §. 10. reg. 4.* & ex Thomistis, Sylvester, Caietanus, Conradus, Sotus, & alij.

2. Sed communiter Theologi contrariam sententiam amplexi sunt, & præter 17. Doctores quos citat, & sequitur Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 14.* docet etiam hanc sententiam Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. n. 7.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 10. c. 15. n. 4.* Malderus *in 1. 2. D. Thomæ, q. 19. art. 5. disp. 86. asser. 3.* Filliucius *tom. 2. tract. 21. c. 4 num. 128.* Tannerus *in p. 2. disp. 2. q. 4. dub. 3. n. 36.* Emanuel Barbosa *in remiss. Doctor. ad ordin. Relig. Lusit. lib. 3. tit. 64. n. 10.* Garsias *de beneficiis tom. 2. part. 11. num. 361.* Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 1. diffic. 10. num. 2.* Sancius *in practicis disputationibus disp. 42. num. 12.* Lorca *in part. 2. tom. 1. disp. 39. membr. 2.* Martinez *in part. 2. tom. 1. quæst. 29. art. 6.* Aluarez *ibid. disp. 80.* Santarellus *variar. resol. part. 1. q. 59. num. 4.* Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 2. tit. 9. c. 4. num. 6.* Portel. *in addit. ad dubia regular. ver. opinio, n. 3.* Et ratio est, quia operans secundùm opinionem probabilem, non potest iudicari temerarius, neque imprudens, habet enim pro se rationes alicuius momenti: ergo si sic operans, non est imprudens, nec temerarius, non peccat. Secundò, quia licèt opinio tutior sit perfectior & securior, nemo tenetur sequi quod perfectius est, & quod securius, dummodo sequatur perfectum, ac tutum. Ergo, &c. Tertiò, quia cùm omnimoda certitudo in rebus agendis haberi nequeat, sufficit, vt operemur cum certitudine probabili, & non requiritur omnimoda certitudo: opinio autem minus probabilis, & minus tuta est alias sufficiens ad bene operandum moraliter; esset enim onus intolerabile, & multis scrupulis oppositum, si opiniones probabiliores semper inuestigare teneremur. Ergo, &c.

Sup. hoc infra in res. 4. §. Sed videamus, signanter ad medium, & in §. Addi, & in tom. 7. tr. 1. disp. 279. §. vlt. ad medium, à vers. ad medium, & in tr. 6. n. 14. à lin. vlt. Nam in totall-

RESOL. II.

An in administratione Sacramentorum liceat sequi opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori? Et in textu huius Resolutionis aliqui casus specialiter pro praxi huius quæstionis explanantur. Ex p. 2. tr. 13. Res. 2.

Sup. hoc infra in Res. 4. §. secundò sic, & in to. 7. tr. 1. res. 92. §. Ex his pro pe finē & in tom. 1. tr. 3. res. 127. pro pe finem, & in tom. 3. tr. 1. Res. 60. §. Confirmatur, & hoc infra res. 5. & in tom. 1. tr. 6. ex Res. 166. §. Respondetur primo.

§. 1. RESpondent communiter Doctores, Sacerdotem administrantem Sacramentum, relicta opinione probabiliori, non peccare contra reuerentiam debitam Sacramento, sed contra charitatem: nam in ordine ad pœnitentem, quando sententiæ diuersæ sunt circa materiam & formam, vel aliquid, quod ad valorem Sacramenti requiratur, debet Sacerdos, ob periculum grauissimi detrimenti inde sequituri, relinquere opinionem probabilē, & probabiliorē amplecti.

2. Sed limitatur hæc sententia. Primò, circa essentialia Sacramentorum, quæ non sunt de necessitate salutis: nam in his administrandis, possumus vti quacunque opinione probabili, probabiliori relicta: ita Lorca *in part. 2. tom. 1. disp. 39. membr. 2. fol. mihi 408.* Secundò, quando non est in potestate ministri sequi opinionem magis probabilem, vt quando tempore necessitatis non adest materia, v. g. frumentum potest quis consecrare in tipha. Bonacina *de Sacram. disput. 2. quæst. 1. punct. 4. num. 10.* cum Martinez *vbi infrà.* Tertiò, quando defectus prouenit ex parte suscipientis: vt si pœnitens vellet confiteri cum attritione cognita. Sanchez *tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 34.* cum Maldero *infrà.* Quartò, quando quis minaretur ministranti mortem, aut aliud notabile damnum, nisi relicta sententia certa, iuxta probabilem conficeret Sacramentum, si tamen in contemptum Sacramenti, mortem non minaretur Perez *in Laurea Salmantina, certam. 10. c. 12. & 13.* & Sancius *in selectis, disp. 44. num. 12.* Et tandem, quando opiniones circa iurisdictionem Sacerdotis ad audiendas confessiones versantur: nam in tali casu potest Sacerdos sequi opinionem minus probabilem, probabiliori relicta, vt docet Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 1. dub. 13. num. 5.* Malderus *in part. 2. q. 19. art. 5. disp. 86.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 8. num. 35.* Martinez *in p. 2. tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 6. concl. 7.* Henriquez, Salas, Vasquez, & alij, quicquid in contrarium asserat Sancius *in selectis, disp. 44. n. 19.* quia communis error ex ea probabili opinione ortus, satis est ad gestorum per eum Sacerdotem valorem, & Ecclesia stante opinione probabili, confert tali Sacerdoti iurisdictionem. Vnde contra Sancium non peccabit Sacerdos simplex absoluens extremam vitam agentem, præsente

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex res. 3. lege doctrinam §. 1. & 2. &c.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. ex Res. 76. vide §. vlt. &c.

Sup. hoc infra in Res. 4. & in res. 5. signanter §. Sed & in tom. 7. tr. 1. res. 92. §. Sed sic, & seq. & in tom. 3. tr. 1. res. 4. & in tom. 1. tr. 5. res. 56. §. 2. inter principium & medium, vers. Nam si, &c.

Sacerdote approbato; neque Parochum, excipientem in aliena diœcesi confessiones, absque noua approbatione: vel si Sacerdos approbatus absoluerit à reseruatis ex opinione probabili.

Sup. contento in hoc §. in Resol. 1. not. prætetitæ, §. secundo sic, paulo post in tium & in Resol. 1. in eodem §. Sed si, ad mediam, vers. Adde, &c.

3. Adde, quòd in his casibus semper pœnitens se accusat de aliquo veniali, & cùm simplex Sacerdos ad venialium absolutionem indubie habeat iurisdictionem, absoluens cum opinione probabili, gratiam cansabit, & sic pœnitenti nulla irrogabitur iniuria, vt notauit Suarez *in 3.p.tom.4. disp.26.sect.6.n.8.* Sanch. *in summ.tom.1.lib.1. c.9.n.3.* Sancius *in selectis, disp.44. n.24.* & alij.

RESOL. III.

Sup. prima diffic. huius tituli in to. 1.tr.4.resol.66. §.2. à lin. 7. & seq. & in tom.3. tr.1. ex resol.3. lege doctrinã §.1.& 2. & aliarum eius primæ not. & hic in resol. prærerita §. 2. ad lin. 10. vers. Tertio.

Quænam opinio eligenda sit, an illa, quæ est Sacramento fauorabilis, an illa, quæ est fauorabilis suscipienti?

Et pro praxi adducitur, an qui petiit Confessarium, possit absolui in articulo mortis etiam sine conditione: & in tali casu an suffragiat vnius testis fide testantis infirmum signa pœnitentiæ indicasse: nec talem testem iurare, necessarium, nec Christianum esse oportebit? Ex p.2. t.13. Resol.13.

§.1. REspondeo eligendam esse opinionem fauorabilem, suscipienti, quia Sacramenta instituta sunt in fauorem fidelium, vnde in hoc casu Sacramentum cedit iuri suo. Et ita contra Coquetum *in dissertatione de Confess. per literas c.7.* & alios qui petiit confessionem, posse absolui in articulo mortis, existimo: & ita docet Syluius *in 3.p.q.9. art. 2.quæritur 4.cas.2.* Reginald. *de off.Confess. c.21.n.16.* Perr. Fey. *in 3. p. q. 9. a. 2. disp. 2.* Zambran. *de cas. in mortis art.c.2. dub.2.* Salas *in p.2. tr.8. disp. vnic. sect.5.n.56.* Valent. *tom.2 disp.7. q.11.* Bellarm. *lib.2. de pœn.c.6.* Sanch. *de matr.lib.2.disp 36.n.8.* Pesantius *in addit.ad 3.p.de integritate Confessarij,q.10. disput. 11.* Pitigian. *in 4.to.2.disp.7. q.vnica,concl.4.* Regin. *in praxi,tom.1.lib 8.c.3.n.18* Coninch. *de Sacr.disp. 7.dub.10.n.99.* Basil.Pontius *de matr. lib.4. c.25.n.8.* Montesin. *in p.2.disp.29. q.5.n.176.* Filliuc. *tom.1.tr. 7. c. 5. num. 120* Ludouicus de san Iuan. *in sum par. 1.tract. de pœn. q.5. art.19.* Henriq. *lib.5. c.1. §.7.* & alij.

Sup. hoc in tom.1.tr.4. resol.67.

2. Imò, existimo in tali casu posse Confessarium sine conditione absoluere. Nam ille, qui agens aliquam actionem, iudicat se non delinquere, absolutè potest illam exercere; vnde quando Theologi asserunt, ministrandum esse Sacramentum sub conditione, quando dubitatur de valore Sacramenti: id intelligendum est, in dubio propriè, non autem in opinionibus, vt est in casu nostro. Et ita ex multis aliis rationibus docet Sancius *in selectis, disp.44. num.32.* qui etiam rectè, *n.35.* docet, in tali casu sub conditione impertiendam esse absolutionem, nempe si ambiguitas intercederet, num signa sint ex dolore orta, vel ex angore, & angustia mortis, cùm in tali casu prodesse possit infirmo, & non obesse Sacramento; vitatur namque sacrilegij periculum, conditione apposita.

Sup. hoc ad medium resol. not. prætertæ vers. Vnde.

Sup hoc ambiguitate in tom 1 tr 4. Resol.57.&c.

3. Notandum est etiam, quòd in tali casu sufficeret vnius testis fides, testantis infirmum signa pœnitentiæ iudicasse. Neque talem iurare necessarium est, nec talem testem Christianum esse oportebit.

Sup. hoc in tom.1.tr.4. Resol. 59. per totam, & lege etiam aliam Resol. eius not.2.

RESOL. IV.

An in Sacramento pœnitentiæ, quando agitur de iurisdictione Confessarij, possit ille, & pœnitens vti in eius administratione opinione probabili, relicta probabiliori?

Et an in electione opinionum illa sit amplectenda quæ probabilior, & securior? Ex part. 4.tract.4. & Misc. Resol.4.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docui contra Peregrinum *in 3.part.tr.2.resol.3.* sed ipse recte negatiuam sententiam tenet, & putat in tali casu aliter facientes esse sacrilegos, & se exponere periculo faciendi Sacramentum nullum.

2. Sed notandum est quòd quædam veritates à Christo institutæ sunt, vt sic fiant, & non aliter vadeant, v.g. si fortè instituit quòd tipha, hordeum, vel amylum materia non sit consecrationis, sed tantùm panis triticeus, vel quòd forma Baptismi sit tantùm ea, quæ nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti significatur, non quæ nomine genitoris, & genitæ, & procedentis ab vtroque, vel quòd pars minima corporis abluta sufficiens non sit ad valorem Baptismi, &c. hæ igitur res cùm à Christi institutione dependeant quoad suum valorem, sic, & non aliter, illum sortientur qualiter reuera institutæ sunt, quamuis ex opinione probabili aliter fiant, aliæ verò res sunt, quarum veritas à Summo Pontifice determinata existit, v.g. quòd talis Confessarius habeat iurisdictionem, vel non, aut quòd talis sit Parochus, vel non, vel quòd hic, vel talis contractus sit matrimonium, vel, non, hoc, vel tale votum valorem habeat, vel non, aut quòd hæc, vel talis professio emissa à Religioso irrita sit, vel non, &c. harum igitur rerum veritas in indiuisibili non consistit, sed iuxta opinionum varietatem multiplicatur, vnde licet quando opinio probabilis adest circa earum valorem, tunc in ædificationem Ecclesiæ Summus Pontifex illam approbat, & Ecclesia tacitè in his casibus probabet iurisdictionem, aliàs nimis conscientiæ grauaretur, & ita hanc sententiam docet Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. disput. 2. punct. 1. numero 9.* Lessius *libro 2. capit.29. dub 8. num.68.* Bonacina *in Decalog. disp.2. quæst.4. punct.9.numero 19.* Maldenatus *in 1. 2. D.Thom.quæst.19.art.5. disput.86.* Vnde Sanchez *in summ. tom. 1. libro 1. cap. 9 numero 15.* &c. ait. Quando opiniones circa iurisdictionem Sacerdotis ad audiendas confessiones versantur, atque opinio probabilis docet illam habere, probabilior autem negat, talis Sacerdos nullo modo peccabit audiens confessiones. Ita ille. Et ideo rectè Henriquez *lib. 5. c. 14. num. 3.* asseruit non esse minus potentem opinionem sapientium, quàm vulgi errorem ad conferendam iurisdictionem.

3. Hanc etiam opinionem præter Doctores citatos tenent omnes illi, qui docent approbatum ab vno Ordinario posse vbique eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, quorum nomine adduxi *in 1. part. tract. 11. resol. 7.* nam si quis eligeret hanc opinionem, relinqueret Confessarium certum pro incerto; sed quia in tali casu opinio probabilis ex consensu Ecclesiæ, vt dictum est, confert iurisdictionem, ideo in praxi illam sequi posse non est dubitandum. Hanc etiam sententiam docent illi Doctores, qui existimant posse simpliciter Sacerdotem absoluere moribundum præsente proprio Parocho, quorum nomina adduxi *in part. 1. tr.5. resol.5.* & in hoc casu Qcitati Doctores consequenter docent posse aliquem relinquere Confessarium certum pro incerto, sine vlla causa, & necessitate, & alios multos casus similes posteram adducere; sed quia breuitati studeo, assero propter opinionem probabilem Ecclesiam tribuere iurisdictionem Confessario.

4. Sed videamus quomodo hanc sententiam impugnet

pugnet Peregrinus, qui multa argumenta adducit, sed præcipuè reducuntur ad duo. Primò, quia in re graui facit contra rectam rationem, nam iudicium consultationis non potest esse de minori bono; sed hoc accidit in casu nostro, eligendo probabilem sententiam, relicta probabiliori; ergo, &c. Respondeo, quòd supposita probabilitate opinionis non est minus bonum illam sequi, quam oppositum, & si quis non peccat minus tutam sequendo, non minus tutè quam alius incedit quoad incurrendam culpam, quia non est dare magis, vel minus inter peccare, & non peccare, & cùm vna opinio non sit magis tuta, quàm alia, quoad imputabilitatem ad culpam, consilium non habebit locum, vt dicter vnam esse magis sequendam relicta altera, & ita qui iuxta opinionem minus probabilem operatur, non etiam contra rectum iudicium & consilium agit. Ita Sancius *in selectis, disput. 42. numero 12.* & post illum Castrus Palaus *tom. 1. disput. 2. punct. 2. numero 3.* & alij. Vnde Sanchez *in summ. tom. 1. libro 1. capite 9. numero 14.* rectè docuit, quòd nullus ad melius ample ctendum astringitur, quòd etiam docet Granado *vbi infra num. 23.* & ideo Merolla *in Theol. disput. tom. 1. disput. 3. c. 4. num. 25* ex communi asseruit, quòd quando quis sequitur opinionem probabilem, relicta probabiliori, non facit contra rectam rationem, quia eo ipso quod est probabilis, est conformis rationi & æstimationi prudentum.

Hoc supra in Resol. infra in hac ipsamet Resol. Addid. & in tom. 7. tr. 1. Resolv. 2. memorandum, & vers. Advertium 5. & in alia Resol. notandum.

5. Secundò sic argumentatur, qui in administratione Sacramenti Pœnitentiæ relinquit opinionem probabiliorem, peccat, quia voluntariè exponit se periculo faciendi Sacramentum irritum aduersùs etiam obligationem charitatis erga proximum, cui tenemur prouidere de certo remedio. ergo, &c. Respondeo quòd etiam secluso periculo, quod in tali casu Ecclesia non præbet iurisdictionem, quod omnino negandum est; tamen, hoc non obstante, in nostro casu periculum irritandi Sacramentum, & per consequens damnum proximi, de quibus tantum timet Peregrinus, moraliter loquendo, non potest adesse, nam cùm in sacramento Pœnitentiæ absoluens sit Sacerdos, & omnes simplices Sacerdotes habeant facultatem absoluendi à venialibus, & indirectè à mortalibus, consequenter sequitur Sacerdotem in tali casu conficere Sacramentum, & pœnitentem nullum subire periculum damnationis, si à Sacerdote absoluatur cum opinione probabili, nam cùm homines quasi semper confitentur venialia cum mortalibus, absoluuntur in tali casu, de quo loquimur, directè à venialibus, & indirectè iustificantur à mortalibus, & ita docent & respondent ad argumentum Peregrini, Sanchez Malderus, Martines, & alij, quos *in d. resolutione* citaui, quibus nunc addo Ludouicum à Cruce *in append. de opinionibus dub. 3. per totum*, Castrum Palaum *in opere moral. tom. 1. disput. 2. punct. 5. numero 8.* Bonacinam *in Decalog. disput. 2. quæst. 4. punct. 9. num. 20.* Turrianum *in select. disput. part. 1. disput. 21. dub. 2.* & ideo Sancius *in select. disput. 44. nume. 24.* sic ait. Est valde notandum quòd in prædictis casibus non peccabit contra charitatem, neque iustitiam minister absoluens cum opinione probabili circa iurisdictionem, dum pœnitens aliquod veniale simul cum mortalibus fateatur, quia cùm simplex ad venialium absolutionem indubiè habeat iurisdictionem, absoluens gratiam causabit. Ita ille. Et tandem Iacobus Granado *in 1. D. Thom. controu. 2. tract. 22. disput. 4. sect. 4. numero 38.* sic asserit. Mihi placet opinio affirmans, sufficere quòd Confessarius secundùm probabilem opinionem habeat iurisdictionem ad absoluendum vt licitè possit ministrare sacramentum Pœnitentiæ, quia reuera nullo periculo exponitur Sacramentum, tum quia eo ipso quòd Confessarius sequatur opinionem probabilem, datur communis error in populo, & facta ex tali errore sunt valida; tum etiam, quia in confessione semper pœnitens fatetur aliquod saltem veniale, supra quod certum est esse iurisdictionem in quolibet Confessario, & cùm aliunde sit probabile quòd possit absoluere à mortalibus, saltem cadet indirectè absolutio supra illa, & ita nulli periculo exponitur. Hæc Granado.

Casus in quo nunc est int. 7. tr. 1. Resol. 92. §. Sed hadmedum. vers. Adde, & hic supra in Resol. 45. vi.

6. Ad idverò, quod asserit Peregrinus, quòd in electione opinionum illa sit amplectenda, quæ est probabilior & securior, respondet Sancius *in selectis, disput. 42. numero 2.* hoc esse falsum; sed ego non ita rigidè hac sententiam improbo. Dico igitur esse sententiam magis communem & probabiliorem illam, quæ asserit in eligendis opinionibus sufficere sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori & tutiori; & ita docent 31. Doctores, quos ego adduxi *in part. 2. tract. 13. resol. 1.* & adducit Sancius *vbi supra*, & Merolla *in disput. Theol. tom. 1. disp. 34. c. 4. numero 4.*

Quæ hic est supra Resol. etiam 1. & in hac ipsamet Resol. Supra in §. Sed videamus, post medium, & in aliis earum an notationum

7. Et tandem nota, quòd pro sua firmanda sententia adducit duo loca Lessij, & Sancij, sed non faciunt ad rem, quia in dictis casibus cùm pœnitens sciat Confessarium non habere iurisdictionem, certum est quòd non potest pro libito ei confiteri: secus est in nostro casu, vbi pœnitens tenet, & iudicat stante opinione probabili Confessarium habere iurisdictionem; cæteras verò rationes à Peregrino adductas ex supradictis facilè solui possunt, ideo ad alia descendamus.

RESOL. V.

An liceat vti iurisdictione probabili relictæ certa?
Idem est de materia, & forma. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 59.

Pro doctrina huius resol. in tom. 2. tr. 1. ex doctrina Resol. 102. §. 2. an te medium à vers. nunquam esse, & ad medium præcitati, §. vers. Sequitur, & in aliis eius not. Et quamuis non plene sup. omnibus contentis in hac Resol. lege tamen supra Resol. 2. per totam & signanter ex §. 2. ad medium, vers. Et randem, & vide etiam alias resol. & §. annot. dicti vers. & tandem, & signanter in tom. 7. tr. 1. ex Resol. 92. lege §. Vnde, & alium eius not.

§. 1. ATrendas, quæso, (amice Lector:) est enim quæstio quotidie in praxi occurrens, & ad illam negatiuè respondet nouissimè Petrus Marchant. *in Tribun. Sacrament. tom. 1. tractat. 2. titul. 3. quæst. 4.* quod probat ex doctrina communi de Sacramentis, in quibus docetur, quòd vbi materia certa, vel ex essentialibus certa, omnia requisita ad Sacramentum occurrunt, non liceat sine peccato mortali vti tantùm probabilibus. Ex. g. in Baptismo, si habes ad manum aquam elementarem puram, non licet vti impura, vt lixiuio, quamuis sit probabilis materia. Nec licet baptizare, si communem scias formam, & velis vti alia forma extraordinaria: vt aliquando ille ignarus, qui baptizabat: *In nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta*, quamuis enim formam istam quoad valorem ob ignorantiam idiomatis in homine illo simplici admiserit Zacharias Papa; non tamen vsum illius approbauit. Item, nec licet vti hac forma: *In nomine Genitoris, Geniti, & Spirari.* quamuis hæc apud graues Scholasticos probabilis sit, ac generaliter in omnibus Sacramentis multa probabilia in eorum administratione occurrunt, quibus tamen (vbi adsunt certa) sine peccato mortali non possunt ministri vti, relictis certis, tum ob periculum, tum ob irreuerentiam, tum ob præsumptionem, & temeritatem in re tanti momenti spectante ad animarum salutem.

2. Ratio igitur fundamentalis in hoc Sacramento, & iudicio est: quia, cùm iurisdictio sit vnum ex essentialiter requisitis ad hoc Sacramentum debitè ministrandum: sicut non licet in aliis Sacramentis

probabilibus tantùm vti, relictis certis ; sic multò minùs hîc licet ; quia quis exponeret se periculo nil faciendi. Cùm enim opinioni probabili subesse possit falsitas ; ea solùm quandoque, & rarissimò in causa multùm rationabili, & necessitatis licet vti : cùm nimirum, ob bonam fidem, & rationes occurrentes supplere censeatur Ecclesia iurisdictionem, quæ fortè ratione falsitatis in ista opinione deesse posset : tunc autem tantùm censetur Ecclesia supplere iurisdictionem, quando quis tali iurisdictione ex causa rationabili vtitur, & aliàs certa sine incommodo non est ad manum : nemini enim Ecclesia vult patrocinari in iis, quæ planè irrationabilia sunt, aut fraude, dolo, vel animi præsumptione, & leuitate nituntur, siue quæ contra propria, & expressa mandata planè voluntariè assumuntur ; qualis est assumptio iurisdictionis probabilis tantùm, relicta certa.] Hucvsque Marchant.

3. Sed audiamus ex Societate Iesu sapientissimum Patrem Quiedo *in* 1. 2. *D. Thomæ, tract. 5. contr. 3. punct. 4. num. 33. & seq.* vbi sic asserit : Credo, minimè licere Sacramenta conficere cum probabili iudicio circa iurisdictionem ministri : sed idem dicendum est de probabilitate iurisdictionis, ac de probabilitate materiæ, & formæ : nam licèt certum sit, Ecclesiam non posse supplere defectum materiæ, & formæ in sacramentis, & posse supplere defectum iurisdictionis eam tribuendo : tamen certum non est, Ecclesiam in hoc casu iurisdictionem supplere, seu eam conferre ; id enim tantùm probabile est, & non omninò certum : ergo, qui sic conficit Sacramenta, non potest habere certitudinem, sed tantùm probabilitatem de eorum valore : Sacramenta enim ex hoc capite validè fieri, tantùm esse probabile putat Suarez *tom. 4. in 3. p. disput. 26. sect. 6. num. 7. & seqq.* Addit tamen, probabilitatem hanc non dare certitudinem in hac re quæsitam, & de eo ait Salas *tract. 8. disp. vnica, sect. 10. num. 100.* valdè dubitare ; & oppositum censet Gaspar Hurtado *disp. 4. de consecr. diffic. 8.* Insuper certum non esse errorem communem iurisdictionem conferre in his, quæ ad forum conscientiæ spectant, efficaciter probat Ioannes Sanchez *in selectis, disput. 44.* vbi Paludanum, & nonnullos Iuristas adducit, asserentes, talem iurisdictionem non conferri, pro quo etiam adducuntur duæ declarationes Cardinalium, quas ibi refert Sancius. Insuper Pater Lessius *lib. 2. de iustit. capite 29. dub. 8. num 68.* asserit, quòd etiamsi certum sit in casu communis erroris iurisdictionem conferri, in casu opinionis probabilis tantùm probabile esse ait : quapropter negari non potest, hoc tantùm manere intra limites probabilitatis, & oppositum probabile esse : quapropter qui sic conficit Sacramentum, illud conficit cum periculo illud irritandi ; quòd autem id sit cum minori periculo, quando probabilitas est circa sufficientiam iurisdictionis ; quàm quando est circa materiæ, aut formæ sufficientiam, quia hanc certum est, nec supleri, nec posse ab Ecclesia suppleri, & illam suppleri sit valdè probabile, cùm certum sit, posse suppleri, facit, quòd maius, minúsve sit periculum, sicuti facit maior probabilitas circa sufficientiam materiæ, & formæ, & sicuti maior hæc probabilitas licentiam non facit sic conficiendi Sacramentum, quia cum ea stat periculum illud irritandi ; sic neque illa, cum qua stat simile periculum. Et hæc omnia docet Quiedo *vbi suprà.*

4. Et tandem hanc sententiam nouissimè docet doctus P. Bardi *in Bullam Cruciatæ, part 2. tract. 5. cap. 1. sect. 14. n. 185. & 187.* quia, ait ille, in his, quæ pertinent ad valorem Sacramentorum, non est licitum sequi opinionem probabilem, imò neque probabiliorem, quando tutiorem, & certam sequi possumus ; quia vt sic esset mortale periculum irritandi ipsum Sacramentum : nam posset euenire, vt id, quod existimabatur probabile, in re sit falsum ; at proinde inualidum fiat Sacramentum : iurisdictio autem est de his, quæ essentialiter requiruntur ad conficiendum ipsum Sacramentum Pœnitentiæ ; & ideò, quando non est opinio certa, sed solùm probabilis in Confessario esse iurisdictionem, tunc si à parte rei Confessarius illam non habet, absolutio, cùm procedat à non habente iurisdictionem, erit prorsus nulla ; neque contrariæ opinioni suffragatur lex *Barbarius*, quæ licèt habeat locum in casu communis erroris, in quo ad vitanda magna incommoda confertur iurisdictio ex ipso iure ; hoc tamen non est dicendum in casu, quo non est communis error, sed solùm probabilis opinio inter Doctores : est enim maior ratio, vt iurisdictio detur habenti titulum coloratum ex communi errore, quàm ex probabili opinione : & ratio discriminis est : quia error communis vinci non potest, atque adeò non videtur consentaneum, vt pœnitentes, qui bona fide procedunt, frustrentur beneficio absolutionis, & repetere cogantur, cum magna animi perturbatione, omnes Confessiones factas tempore communis erroris, dum error ipse detegitur ; sed quando iurisdictio Confessarij est posita in opinione probabili, poterit pœnitens alium adire Confessarium habentem certam, & indubitatam iurisdictionem, à quo absoluatur ; & si hoc non faciat, sibi imputari debet, & ideò in tali casu Ecclesia, aut ius non debet tali Confessario iurisdictionem conferre.

5. Nec obstat dicere, non minùs esse potentem Sapientum opinionem ad inducendam iurisdictionem, quàm vulgi errorem : qui enim ita dicunt, non rectè assumunt extrema comparationis : nam loquentes de communi errore vulgi inducente iurisdictionem, sumunt vulgum, vt distinctum à doctis, qui sunt pars eiusdem populi : & ideò si hoc pacto loquantur, falsum est, errorem solius vulgi esse sufficientem ad iurisdictionem inducendam, nisi sapientes sint adeò pauci in numero, vt verè, & absolutè dici possit populus esse in errore circa iurisdictionem Confessarij : si verò per vulgum intelligant populum, vt verè intelligere debent ; tunc sub populo comprehenduntur, & vulgares homines, & etiam sapientes : & vt sic falsum est, non minùs potentem esse Sapientum opinionem, quam vulgi errorem ; tum, quia hoc pacto error communiter afficit, & doctos, & indoctos ; at opinio illa solùm inter pauciores totius populi reperitur : tum etiam, quia vt benè probant Authores contrariæ sententiæ, error ille nequit vinci ; sed dum est opinio, opinantes possunt sibi prouidere de alio Confessario ad vitandum nullitatis periculum ; sed & tale motiuum excitans ad inquirendum alium Confessarium non habent, dum errore laborant ; proinde in ordine ad hunc effectum longè potentior est populi error, quàm sola quorundam Sapientum opinio. Et tandem post hæc scripta ingeni doctum Patrem Spinolam Congregationis Somalchæ *de Elect. opin. disp. 1. sect. 6. concl.* mordicùs supradicta omnia confirmare.

6. His tamen non obstantibus, licèt supradicta sententia, vt visum est, validissimus firmetur rationibus ; tamen communiter affirmatiuam sententiam tenent Doctores, quos ego *alibi* citaui, & me citato, adducit Quiedo, *vbi suprà*, quibus adde nouissimè doctum Magistrum Serra *in part. 2. D. Thomæ, tom. 2. quæst. 19. art. 6. dub. 4.* cuius verba hîc etiam per extensum non grauabor apponere, sic itaque ait : [Dicendum est, in administratione Sacramentorum etiam esse licitum, omisso eo, quod tutius est, sequi opinionem probabilem asserentem sic vel sic validum, & non irritum fieri Sacramentum, aut eius effectum suscipi ; si tamen Ecclesiæ vsus, & consuetudo id permittat, & non prohibeat.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Res. 5. §. 2. & aliis eius annot. late.

Sup. hoc error commuui, in res. præterita, §. 2. per totum, signanter ad medium, & in tom 7. tr. 1. Res. 92. §. Vnde. inter medium, & finem, vers. Non solum. & in tom. 1. tr. 5. Res. 56. §. 2. ad medium, vers. Adde, & in tom 3. tr. 1. res. 4. §. Sed audiamus. & hic supra in Res. 2. §. 2. post medium ex doctrina vers. Et tandem. paulo ante finem præcedicti vers. rursum in vers. quia communis.

prohibeat. Probatur : nam circa poteſtatem, ac iuriſdictionem Sacerdotis ad abſoluendum pœnitentem, ſine qua nulla eſt abſolutio, & Sacramentum Pœnitentiæ eſt inualidum, multæ ſunt opiniones probabiles, qualis eſt aſſerens, in articulo mortis ſimplicem Sacerdotem poſſe abſoluere pœnitentem, etiam præſente Sacerdote approbato, vel proprio; & aſſerens approbatum in vna Diœceſi, poſſe in altera audire Confeſſiones habentium Bullam Cruciatæ, eóſque abſoluere; ſed has licitum eſt ſequi, quoties ſe obtulerit occaſio, etiamſi tutius eſſet pœnitentem in articulo mortis abſolui à Sacerdote proprio, & habentem Bullam Cruciatæ abſolui ab approbato in Diœceſi, in qua eſt, & ad quam pertinet : ergo, &c. Minor probatur : nam tales non ſolùm aſſerunt probabiliter, huiuſmodi Sacerdotem habere poteſtatem, & iuriſdictionem; ſed etiam poſſe licitè abſoluere : ſed opiniones probabiles aſſerentes licitum eſſe aliquid facere, licitum eſt ſequi : ergo & prædictas. Confirmatur : nam, etiamſi in re falſæ eſſent prædictæ opiniones, tamen iuxta doctrinam ſumptam ex leg. *Barbarius. de officio Prætoris*, de qua vide Caietanum *in ſumma, verb. Abſolutionis impedimenta*,) communis error ortus ex opinione probabili ſat eſt ad geſtorum per dictum Sacerdotem valorem, & ſtante opinione probabili Eccleſia confert tali Sacerdoti iuriſdictionem : ergo prædictas opiniones ſequens tutus in conſcientia eſſe poteſt, & prudenter exiſtimare, ſufficienter cauere periculum damni ſpiritualis proximi, quod quamuis re ipſa eſſet, non imputaretur ipſi ſecundùm prudentiam (quæ non obligat vt ſemper cum euidentia operemur) agentis : aliàs qui domicilium habens in vno loco, ad alium ſe recipit moraturus ibi per annum, interímque volens matrimonium contrahere cum fœmina, quæ idem fecit, non eſſet de ſuo matrimonio, nec in conſcientia tutus, ſiue eligeret, vt ſuo matrimonio aſſiſteret, Parochum proprij domicilij, ſiue Parochum loci, ad quem ipſe, & fœmina ſe receperant; ſunt enim de Parocho, qui debet aſſiſtere diuerſæ opiniones : ſed hoc eſt falſum; quia talibus opinionibus ſtantibus valida ſunt geſta per quemlibet ex illis Parochis : ergo, &c. Hinc colligitur, cur non ſit licitum baptizare in nomine Genitoris, &c. niſi fortè vrgeat aliqua neceſſitas, & miniſter non ſciat niſi illam formam; licitum tamen ſit abſoluere accedentem ad Sacramentum Pœnitentiæ cum ſola attritione cognita; idem eſt, cùm ſunt opiniones probabiles circa iuriſdictionem Sacerdotis ad abſoluendum. Ratio enim eſt : quia illud non permittit communis vſus, & conſuetudo Eccleſiæ, niſi in caſu neceſſitatis; hoc verò permittit, ſícque hoc fieri poteſt licitè.] Ita Serra *loc. cit.* Vide etiam nouiſſimè Fragoſum *de Regim. Reip. Chr. tomo 2. part. 2. lib. 8. diſp. 19. §. 1. num. 23.*

7. Nota tamen, quòd, etiamſi ſtandum eſſet in prima ſententia, concedit ipſe Marchant. *vbi ſuprà, quæſt. 5.* quòd aliquando, vti licet iuriſdictione tantùm probabili : ſic enim ait : [In tribus ferè caſibus licèt vti iuriſdictione tantùm probabili, etiam relicta certa; nimirum, vt bono pœnitentis conſulatur; vt damnum euitetur; in congrua neceſſitate. Primò itaque, vt bono pœnitentis conſulatur, ex. g. quia indiget conſilio, adiutorio, doctrina ſolatio ſpirituali, ſingulari ſecreto; nec expedit, vt qui certam habet iuriſdictionem modò hîc, & nunc audiat eius Confeſſionem. Secundò, vt damnum euitetur; vtpote, ne complex in cognitionem veniat, aut pœnitens in aliquam auerſionem, vel damnoſam ſuſpicionem Confeſſarij incidat. Item, quia fortè non confitebitur alteri, aut integram Confeſſionem non faciet. Tertiò, in neceſſitate congrua : vt, quia implendum eſt præceptum, aut Indulgentia particularis lucrifacienda, aut quia timetur non fore poſtcà opportunum tempus confitendi, &c. Aduertendum verò, ſi adſit Sacerdos, qui æquè benè audire poſſit, & certam iuriſdictionem habeat, tunc Sacerdotem, qui tantùm probabilem habet, debere abſtinere.] Hæc Marchant. quæ aliquantulum molliunt rigorem primæ ſententiæ, quæ, vt verum fatear, nimis vrget, & validis fulcitur rationibus, vnde in praxi non eſſe deſerendam puto.

RESOL. VI.

An Confeſſarius teneatur ſequi pœnitentis opinionem?
Et an Confeſſarius non proprius, vt Regularis, & non proprij Paſtores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, ſi pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem, nollet abſoluere?
Et an hoc etiam procedat, ſi Confeſſarius falſam eſſe opinionem pœnitentis exiſtimat, ſi tamen probabilis reputetur inter Doctores probatæ authoritatis? Ex part. 2. tr. 13. Reſ. 11.

§. 1. REſpondeo affirmatiuè cum Monteſino *in p. 2. quæſt. 5. diſp. 29. num. 198.* Syluio *in 3. p. q. 9. art. 2. quærit. 4. caſ. 2.* Baſilio Pontio *de matrim. lib. 4. cap. 25. num. 8.* Salas *in p. 2. q. 21. tr. 8. ſect. 9. à num. 82.* Valentia *tom. 3. diſp. 5. q. 7. punct. 4. in fine.* Azorio *tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 10.* Villalobos *in ſum. tomo 1. tract. 1. dub. 12. num. 1.* Suarez *in 3. part. tomo 4. diſp. 12. ſect. 5. num. 4.* Perez *in Laurea Salmantina, certam. 10. cap. 13. num. 97.* Nugno *in addit. ad 3. part. q. 8. a. 4. dub. 4.* Fernand. *in exam. Theol. part. 3. cap. 6. §. 9. n. 25.* Coninch. *de Sacram. diſp. 8. dub. 17. n. 135.* & alij communiter; quia quoties Confeſſarius poteſt licitè abſolutionem impendere, ad illam exigendam habet ius iuſtititiæ pœnitens.

4. Et licèt Vaſquez *in p. 2. tomo 1. diſp. 62. cap. 7. num. 40.* Monteſinus *in p. 2. diſput. 29. q. 5. numero 159.* & Salas *vbi ſuprà*, putent ſolùm peccare venialiter Confeſſarium non proprium, ſi pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem, nolit abſoluere : ego tamen veriùs cum Sancio *in ſelectis, diſp. 33 num. 54.* & Sanchez *in ſum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 24.* puto peccare mortaliter, ſi de mortalibus ſit facta confeſſio : nam onus graue eſſet pœnitentem obligare ad ſua detegenda crimina alio Confeſſario abſque neceſſitate.

3. Et hoc etiam procedit contra Rodriquez, etiamſi Confeſſarius falſam eſſe opinionem pœnitentis exiſtimaret, ſi tamen probabilis reputetur inter Doctores probatæ authoritatis, vt docet Valentia *in 2. 2. diſp. 5. q. 7. punct. vlt. in fine* Sanchez, & Sancius *vbi ſupr.* & alij. Et hæc omnia ſupradicta vera ſunt, non ſolùm in Confeſſario proprio pœnitentis, ſed etiam in non proprio, vt ſunt Regulares, & alij non propri Paſtores & Parochi, quicquid alij aſſerant. Vide Doctores citatos.

RESOL. VII.

An ſit opinio probabilis aſſerere in articulo mortis, præſente Parocho, poſſe quemlibet Sacerdotem abſoluere moribundum? Ex parte 4. tract 4. & Miſc. Reſ. 161.

§. 1. ALoyſius Turrianus *in ſelect. diſp. cen. 2. cenſura Theol. dub. 77.* docet hanc opinionem eſſe

improbabilem, & damnatam à Greg. XIII. & quod dixit Concil. Tridentin. in articulo mortis posse quemlibet Sacerdotem absoluere, intelligendum est de articulo mortis & necessitatis, quando non est ibi proprius Parochus, huic enim necessitati voluit Ecclesia succurrere, & propter tale periculum mortis probabilior opinio est eligenda, ne homo damnetur in æternum si minus probabilis sit falsa opinio. Sic ille.

2. Sed, vt verum fatear, hic auctor, vt sentiunt etiam multi viri docti ex eadem Societate, rigidè & parùm modestè se gerit in censurandis aliorum opinionibus, & ideo hanc opinionem, quam falsam ipse vocat, probabilem esse puto cum illis 13. Doctoribus quos citaui *in part. 1. tract. 5. resolut. 5* quibus nunc addo ex ipsamet Societate Emanuelem Sa expurgatum, *in ver. Absolutio, num. 3.* & nouissimè Philibertum Marchinum *in tract. de bello diuino, seu peste, part. 3. cap. 3. n. 10. & seq.* vbi sic ait: Potest simplex Sacerdos in articulo mortis absoluere à quibusuis casibus & censuris reseruatis, non solùm in absentia, sed etiam in præsentia cuiuslibet Confessarij approbati, vel Parochi, vel Superioris. Ratio est, quia simplices Sacerdotes pro articulo mortis pares sunt quoad iurisditionem omnibus aliis Confessariis approbatis, nam si isti suam habent iurisdictionem ab Episcopo, illi habent eamdem à Christo, vel à Concilio Tridentino, vel à Papa, neque solùm illam habent in defectum aliorum Confessariorum, sed illam habent absolutè & simpliciter, Concilium enim non appposuit istas glossas & limitationes, sed loquitur absolutè: ergo neque nos illas apponere debemus. Ita ille. Concilium igitur nullum ordinem constituit, quia voluit in eo articulo amplissimum fauorem præstare fidelibus. Adde quod vt concessio vim suam obtineat, non requiritur vt motiuum legislatoris in singulis casibus inueniatur, sed sufficit quòd interdum possit inueniri, quia non restringit concessionem ad casus particulares quibus necessitas reipsa inuenietur, sed generaliter concedit, quia necessitas interdum subesse potest, & ideo, vt dixi, hanc sententiam puto probabilem esse. vt contraria probabilis etiam est, quam præter Doctores, quos *suprà* citaui, tenet P. Ochagauia *de Sacrament. tract. 2. de confess sacram. q. 35. num. 4.* Ad rationes Turriani patet responsio ex his quæ dicta sunt; & ex his quæ adducit ipsemet Turrianus *loc. cit. part. 1. disp. 21. dub. 11.*

Quæ nunc cit. in to. 5. tr. 8. Resol. 26. signanter à §. eius. Tertio. & in t. 1. tr. 4. Resol. 43. & lege etiam doctrinam Resol. 44. & ibi in tr. 5 Resol. 7 §. Notandum est & seqq. & in t. 3 tr. 1 Resol. 41. §. Verum, quo ad. & seqq. sed lege eam à principio, vel saltem à §. Sed supra dicta & vide etiamibi resol. 42. & in t. 5. tr. 1. resol. 205 §. 2. ad medium, à vers. Hoc autem, & in resol. 206. § 1. ad fin. 2. & hic supra ex doctrina resol. 4. §. 3. signanter ad medium à vers. Hanc etiam. Et vt melius hanc quæst. dissoluere possis, & occurrere illius obiectionibus, lege tamen si prius caput non dolet, in to. 1. tr. 5. doctrinam resol. 4. & aliarum eius secundæ not. & resol. 2. & aliarum eius annotationum. Sup. hoc ti. t. 3. tr. 1. resol. 42. § Ad secundum.

RESOL. VIII.

An quando fas est sequi aliquam opinionem probabilem in vita, etiam liceat sequi illam in articulo mortis? Ex p. 2. tr. 13. Resol. 9.

§. 1. NEgatiuam sententiam videtur docere Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. c. 1. n. 6.* sed aduersùs illum insurgit alter Sanchez *in selectis, disput. 19. num. 8.* vbi sic asserit. Opinio, quæ in salute securam reddit conscientiam ad operandum, vel non, tutam quoque reddit in articulo mortis, cùm in vtroque tempore æqualiter constringatur homo, Deum non offendere. Tum, quia inter opiniones in conscientia securas, reuera vna non est securior altera quoad impeccabilitatem: nam supposito quòd operans iuxta quamlibet, nullum committit peccatum, non magis securus erit operans ex vna, quàm ex alia opinione: cùm nulla detur maior securitas quàm non peccare. Ita Sancius.

RESOL. IX.

An opinio probabilis speculatiue sit semper probabilis practice? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Resol. 21.

§. 1. PRo affirmatiua sententia *alibi* adduxi Sanctium, Lugo, Narbonam, & alios, inter quos videtur etiam numerandus Magister Serra *in part. 2. D. Thomæ, tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 4.* sic asserens: [Docent etiam plerique, opinionem, vt eam sequi liceat, debere esse probabilem, non solùm speculatiue, sed etiam practicè. Non desunt tamen, quibus hæc differentia displiceat: nam, si quis probabiliter iudicat, licitum esse aliquid operari, cur id non poterit licitè exequutioni mandare? Aliàs si operatio exequutioni mandata esset illicita, falsum esset tale iudicium, vtpote non conforme rei existenti à parte rei: & hanc sententiam nouissimè tenet etiam Pellizarius, me etiam citato, *in Man. Regul. t. 1. tr. 4. c. 1. n. 129.* &, me etiam citato, Ioan. Henriquez *in qq. Pract. fect. 1. q. 4.*]

2. Sed, his non obstantibus, hanc sententiam nouissimè acriter impugnat Petrus Marchant *in Tribun. Sacr. tom. 1. tract. 5. tit. 5. q. 4.* vbi ita ait: [Aduertendum est, quòd sicut opinionum alia est practica, alia speculatiua, sic probilitas debet distingui in speculatiuam, & practicam. Speculatiua probabilitas est, quæ propriè non respicit actionem, aut practicum assensum; sed tantùm abstractiuam quandam ratiocinationem, siue alicuius veritatis, vt in intellectu manet, apprehensionem: quam explicare possumus per posse esse, vel posse verum esse. Practica probabilitas est, quæ ad assensum practicum, & ad dirigendam actionem, vt honesta sit, inclinat, quam explicare possumus per rationabiliter posse, vel licere agere absque peccato. Quòd si hoc vltimum in iudicio probabilitatis non excludatur, verè probabilem opinionem practicam posse formari omninò diffiteor. Vnde auersor quorundam Doctorum sensum, qui dicunt, se imaginari posse, qualiter, quod speculatiuè probabile est, id practicè probabile quandoque non sit; cùm sit eadem ratiocinationis vis, quæ ex speculatione siue conclusione speculatiua veritatis deriuatur in practicum assensum, & electionem: etsi enim verum sit, quòd ex speculatiua conclusione omnis practica deriuetur; non tamen omnis veritas, siue conclusio speculatiua sufficiens est ad practicam probabilitatem, siue conclusionem inducendam. Vt enim dixi, speculatiua tantùm concludit, posse esse verum, siue, veritatem concepui subesse posse; Practica autem superaddit etiam in actum licitè exire, siue ad actum deduci posse; quod maioris difficultatis est, & ampliora principia requirit. Explico exemplo: Concludo speculatiuè cùm multis Theologis, Baptismum posse subsistere adhibita forma: *Abluo te in nomine Genitoris, Geniti, & Spirati*, siue, vt alij. *Baptizo te in nomine Christi*, vt dicunt Apostolos baptizasse: aut vt nonnulli speculatiuè concipiunt, si quis ex fenestra puerum deiiciat in fluuium, formam Baptismi pronunciando, verè baptizare. An autem, omni alio peccato circunscripto, practicè liceret vt prædictis formis, aut actione simili ad Baptismum concurrere? concludendum practicè esset, non licere. Etsi enim illi dicant, posse stare veritatem Baptismi in similibus; non concludunt tamen licere similibus vti in praxi. Vnde in sola speculatione manent; nullarenus autem in praxim inclinant: nisi fortè in extrema necessitate vbi quæcumque possibilia, quantumuis speculatiue tantùm probabilia, interdum applicantur ex aliquo

motiuo

motiuo apprehenso. Quapropter communis est Doctorum sensus, multa esse speculatiuè, & metaphysicè probabilia, & possibilia, quæ in praxi & improbabilia, & impossibilia sunt. Quod infinitis exemplis potest demonstrari.] Hucvsque Marchant. Vnde, licet rationes pro affirmatiua sententia Sancij, magni sint ponderis, tamen negatiuæ adhæsit etiam sapientissimus Ouiedo *in part. 2. tract. 5. contr. 3. punct. 1. n. 10.* sic asserens: [Cùm passim apud Authores reperiatur, rem aliquam speculatiuè esse probabilem? in praxi tamen amplectendam non esse, vel in praxi probabilem non esse; videndum est, quid Authores significare intendunt, dum admissa probabilitate speculatiua, practicam negant. Credo ego significare velle, talem actionem, præcisè attenta sua natura simpliciter, & absolutè, vndequaque in omni genere licitam esse; non posse tamen reduci ad praxim, quia moraliter impossibile est, vel valdè difficile exerceri cum eisdem circumstantiis, quibus licita censetur, & sine aliis, rationes quarum vitietur. Sic de nonnullis tactibus asserunt Doctores, habitis propter delectationem, quæ præcisè resultat ex temperamento primarum qualitatum eiusdem rationis cum his, qui fiunt in aliis corporibus inanimatis venereos non esse, & ita non habere malitiam lethalem. Verumtamen, qui tales tactus rarò, aut nunquam fiunt præcisè propter talem delectationem, cuius signum est non ita fieri in rebus, ex quibus nulla alia delectatio potest capi; practicè improbabile est, tales tactus non habere lethalem malitiam. Similiter potest dici res, quæ prædicto modo probabiliter licita iudicatur, practicè nullo modo probabilis propter annexum periculum; dicitur enim speculatiuè probabilis periculo secluso; in re tamen nunquam talis res sine illo periculo continget: quia ex se magnam vim habet ad inclinandam voluntatem ad prauum affectum. Similiter id, quod est speculatiuè probabile ratione scandali, quia nunquam sine scandalo, aut saltem sine illius periculo fieri potest, practicè improbabile dicitur. Quæ præcipuè locum habent in his, quæ pertinent ad castitatem, in quibus facilè dilabitur homo ad maiora, dum minora sibi permittit; & in materia de contractibus, in quibus vsuræ frequenter palliantur externis actionibus, quæ secundùm se licitæ apparent. Propter hæc, aut alia extrinseca poterit id, quod speculatiuè probabile est, attenta sua intrinseca natura, fieri practicè improbabile; rem autem speculatiue probabilem, attenta illius natura, & practicè improbabilem, nullo alio extrinseco attento ego non percipio; & in hoc sensu credo rectè docuisse Ioannem Sanchez, omnem opinionem speculatiuè probabilem in re morali, practicè probabilem esse: quia in hac materia speculatio ordinatur ad praxim, & praxis regula est speculatio.] Hæc omnia Ouiedo, *vbi suprà*, satis quotidiana, & practabilia, atque ideò maximè notanda.

3. Et post hæc scripta inueni, præter Doctores citatos, negatiuam sententiam contra Sancium docere etiam Ioseph. Rocafull. *in praxi Theolog. moral. tom. 2. part. 3. lib. 1. cap. 5. num. 41.* Quia ait ille, sicut quando aliquid secundùm se speculatiuè est, vel dubium, vel non probabile; potest tamen quis quoad praxim propter aliquas circumstantias illud iudicare probabile: v. g. speculatiuè considerando, non apparet probabile, hominem innocentem esse damnandum; & tamen Iudex propter scientiam publicam, quæ est secundùm allegata, & probata, hominem, quem priuata scientia scit ipse certò esse innocentem, potest probabiliter condemnare: ergo pariter fieri poterit, vt aliquid appareat speculatiuè probabile, quod tamen practicè non sit probabile: non enim semper practicæ opinionis probabilitas, ex probabilitate opinionis speculatiuæ desumenda est, habet siquidem ipsa praxis quædam incommoda vitare in exequutione se se offerentia, quæ tamen, dum opinio intra limites speculationis manet, non occurrunt. Ex quo colligitur contra Sancium, facile percipi posse, opinionem speculatiuè probabilem posse esse non practicè probabilem: licet enim opinio practica regulariter pendeat ab opinione speculatiua sibi correspondente, tanquam à causa; tamen cùm non attingantur per speculationem, nisi ea, quæ ad rem secundùm se pertinent, & non quæ ex variis circumstantiis exequutionem talis opinionis comitantur; proinde non in omni euentu speculatiua opinio probabilis intra limites opinionis speculatiuæ, est causa probabiliratis opinionis prædictæ; sed hæc ex aliis principiis pendere potest.] Itaque ex his omnibus apparet, quæstionem *in hac Resolutione* positam, magnos pro negatiua, & affirmatiua sententia patronos habere.

RESOL. X.

An opinio speculatiuè probabilis semper in praxi tuto amplecti possit? Ex part. 2. tr. 13. Res. 12.

§. 1. ALiqui negatiuè respondent, vt patet ex multis exemplis. Ideo Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 7.* licèt asserat, fœminas quinquagenarias à ieiunio liberas esse, addit tamen, hanc sententiam speculatiuè esse probabilem, non autem tutam in praxi. Sup. hoc in Res. præterita & infra ex doctrina res. 26. ante medium, & inferius in tr. 4. Res. 38. §. Nota vera. & latè prope finem dicti §. & in t. 3. tr. 1. Res. 42. §. Ad primum. & seqq.

2. Sed alter Sanchez *in selectis, disp. 54. num. 11.* impugnat hanc sententiam, eo quòd intelligibile videtur, aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & in praxi tutò amplecti non posse: probabilitas namque practica à speculatiua differt, tanquam effectus à sua causa: id enim, quod quis opere exequitur iustè vel iniustè, ab eo nascitur, quod scilicet speculatiuè iudicauit posse agi licitè, vel illicitè. Qui ergo arbitratur speculatiuè aliquid licitè operari se posse, propterea poterit, alias nihil operabitur, nec alicuius fructus, siue momenti, erit illa speculatio probabilis, si ad opus esset impedita, & æquè comparari posse, speculatiuam opinionem habentem, & pertimescentem operari practicè ex ea, Tantalo, poma, & aquam ad labia propè habenti, impedimento tamen eis vti, siue frui. Ita Sancius, aduersùs Sanchez. Sed an probabiliter, remitto me iudicio aliorum. Et pro fœminis quinquagenariis, contentis à lin. 3. huius Res. in to. 4. tr. 6. Res. 9.

RESOL. XI.

An sit probabilis opinio aliquorum asserentium Equites Ierosolymis non esse vere Religiosos?

Et an virtute Cruciatæ possit commutari votum Religionis D. Iacobi, Calatraua, Alcantaræ, non tamen Religionis D. Ioannis?

Et notatur Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua non esse verè Religiosos.

Et docetur legatum relictum sub conditione, si aliquis efficiatur Religiosus, posse consequi, si aliquis efficiatur Eques Militensis. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Res. 33.

§. 1. SÆpius calamum sumpsi in meis operibus pro defensione dictorum Equitum, & nunc denuo libentissimè sumo; & affirmatiuè ad dubium propositum respondet Marcus Vidal *in Arca Theol. moral. tit. de iudice Inquis. 4. num. 24.* vbi sic ait, Aduertendum tamen hæc omnia affirmata, & probata in hac secunda nostra conclusione esse probabilia, & in conscientia tuta, supposita tamen alia probabili opinione, quod Equites Hierosolymitani non sint verè Religiosi: affirmant Sæpius cum plurimis doctoribus in t. 3. tr. 1. Res. 79. §. 2. & in t. 4. tr. 3. Res. 98. à lin. 2. & vers. ex doctrina, & in t. 5. tr. 7. Res. 34. §. Adde. & in

Ref. 35. t. circa fim prope finem, & in Ref. 36. §. Nec valet inter medium, & finem, vers. Respondeo. & in tom. 7. tr. 3. Ref. 99. § 2. breuiter ad medium, vers. verè, & in Ref. 100. etiam circa fim, & in ref. 149. 9. Quæro secundo. ad lin. 2. & ibi in tr. 3. Ref. 54. §. 1. & latè in tom. 9. tr. 2. Ref. 262 § 1 & seq. & circa fim ibi ex doctrina Resol. 167. & 169. & hic infra 11. tr. 4. Resol. 28. à lin. 2.

firmant aliqui Doctores, vt Ioan. Andreas, Gregorius Lopez, Bartolus, Baldus, Alexander, & alij, quos refert Roderic. *in Summ. quæst. Regul. tom. 2 q. 62. art. 13.* quinimò referente Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 3. quærit. 2. versic. secundum est*, Abbas, Silu. Arm. & alij apertè docent huiusmodi Equites non esse propriè Religiosos, sed latè tantum. Ita ille.

2. Sed prorsus aduersus illum contrarium omninò firmandum est; & ideo Pater Turrianus *in censuris Theol. cent. 3. dub. 18.* sic ait, An sit probabile asserere, milites S. Ioannis non esse Religiosos? Non defuit qui ita sentiret, sed omninò improbabile est, vt multi sentiunt, & constabit ex dicendis infra de essentia status Religiosi. Hæc Turrianus.

3. Vnde stante communi opinione DD. & tot Bullis Pontificiis apertissimè loquentibus, sacrarum Congregationum responsionibus, & S. Rotæ infinitis Decisionibus, temerarium existimo hodie aliter sentire, ac docere: & ideò Magister Texeda ex inclito Ordine Dominicano *in controu. Theol. mor. tom. 1. lib. 1. tract. 1. controu. 2. num. 5.* sic asserit: Dico tertiò Equites Militares D. Ioan. pro vt nunc sunt in Ecclesia, sunt verè, & propriè religiosi, & in vero statu religioso. Hæc conclusio est communis, & probatur, quia emittunt tria essentialia vota in manibus Prælati, in Religione militari approbata, quæ est vera Religio instituta, & confirmata ab Vrban. Pontifice Max. propter bonum, & religiosum finem, scilicet iustum bellum quod suapte natura ordinatur ad defendendam fidem Christianam, & Ecclesiam ab insidiis inimicorum eius, ergo, prob. anteced. quia huiusmodi Equites militares emittunt verum, & integrum votum castitatis secundùm regulam approbatam, & votum obedientiæ in manibus superioris, & promittunt perfectam paupertatem, qualiter illi statui decens est, & efficiuntur dominij incapaces, ergo, &c. Hæc ille, & vt dixi communiter Doctores.

4. Rectè itaque Pater Lezana *in summ. quæst. Reg. tom. 2. c. 5. num. 5.* dixit pro comperto esse, Milites S. Ioan. veros esse Religiosos, & Leander *de Sacr. to. 2. tr. 4. d. 14. quæst 120.* & Pellizarius *in Man. Regul. t. 1. tr. 1 c. 3. n. 30.* dicunt hoc indubitatum esse, & certissimum.

Sup. primo contento in hoc §. latè in tom 4. tr. 3. ref. 99. &c.

5. Hinc Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tr. 1. sect. 4. disp. 2. §. circa commutationem*, sic ait: Item potest commutari virtute Bullæ votum Religionis D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ: quia sub opinione est, an sit reseruatum; minimè tamen votum Melitensis; quia isti equites sunt verè Religiosi, taliter, vt per professionem dirimatur matrimonium ratum.

Sup. hoc ex contentis in seqq §§. vsque adnot. seq. in t. 4. tr. 3. Resol. 98. §. Et ideo.

6. Et ideò non grauabor hîc apponere verba Magistri Gallego *in Bulla Cruciatæ cap. 9. claus. 9. part. 3. dub. 160.* sic itaque asserit. [El voto de entrar en la Religion militar de los Caualeros de la orden de San Iuan es reseruado al Sumo Pontifice; y assini el Obispo le puede dispensar, ni el confessor por la Bula comutar, porque esta es verdadera, y propria Religion, tienen por instituto, y profession solemne la castidad, de suerte que no se pueden casar: y assi el Caualero que professasse en esta Religion de San Iuan, aunque estuuiesse casado por palabras de presente, no auiendo consumado el matrimonio es la profession valida, y se dirime y anula el matrimonio rato no consumado, como sucede en las demas Religiones que tiene la Iglesia como enseña nuestro maestro Fr. Pedro de Ledesma *de matrimonio quæstione sexagesima prima, articulo secundo*, en la solucion del argumento quarto principal, y en la suma *de matrimonio cap. 28. circa del fin.* y de hecho se hà dado por nulo el matrimonio rato no consumado contrahido por vn Caualero que professo en la orden de San Iuan, como afirma Tho. Sanchez *lib. 2. de matrimon. disputat. 18.*

7. De manera que esta esclarecida orden militar de San Iuan, de tanta importancia para vna Monarquia Christiana, y exaltacion de la Santa Fe Catolica es verdadera y propia Religion contres votos solemnes de Pobreza, Obedientia, y Castidad.] Ita ille.

Vide etiam Andream Mendo *in Bulla Cruciatæ disp. 26. c. 12.*

8. Non debebat igitur Pater Vidal contrariam sententiam probabilem vocare, & Auctores (quos pro se citat) vel loquuntur de aliis Religionibus militaribus, vel non viderunt tot Bullas Pontificum, declarationes Cardinalium, & Rotæ decisiones, quæ postea prodierunt, vel non sunt audiendi, cùm loquantur contra torrentem Doctorum, & qui contra omnes loquitur, non benè loquitur.

9. Nota verò, quod post hæc scripta inueni Magistrum Texedam *in Controu. Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tr. 2. controu. 17.* qui cùm acriter pugnasset contra Matchinum asserendo Equites D. Iacobi, Calatrauæ, &c. non esse verè Religiosos, tamen postea *n. 63. fol. 371.* fatetur aliter dicendum esse de Equitibus Hierosolymitanis, quos esse veros Religiosos ex vi voti, dicendum esse confirmat.

10. Ex his ego olim interrogatus respondi, quòd legatum in Testamento relictum sub conditione, si aliquis efficiatur Religiosus, posset consequi si talis efficiatur Eques Melitensis; sicuti si quis vouisset Religionem, satisfaceret voto ingrediendo Religionem Hierosolymitanam, vt ego alibi probabiliter firmaui, & me citato concedit etiam Vidali, *vbi supra.*

11. Post hæc scripta præter Doctores citatos, sententiam Patris Vidali nouissimè inuenio tanquam improbabilem damnare doctum, & amicissimum Patrem Escobar de Mendoza *in Theol. moral. lib. 7. sect. 2. 644. Prob. 91. n. 736.*

RESOL. XII.

An Responsor casus conscientiæ possit consulere in his, Quæ quæ pertinent ad vtilitatem interroganti, iuxta aliorum opinionem, contra propriam; ita vt vir doctus possit relicta opinione, quam probabiliorem credit, iuxta probabilem consulere, quando pœnitentem consilium eximet, v.g. ab obligatione restitutionis, & alia quacunque?

Et quid autem, quando ipse Responsor ad quidpiam obligat?

Et an quando supradictus Responsor casum interrogaretur, quid ipse sentiat esse verius, & probabilius, an tunc debeat consulere, quod ipse iudicat esse verius, sed probabilius? Ex p. 2. tr. 13. Ref. 14.

1 §. REspondeo affirmatiuè cum Sayto *lib. 1. capit. 6. num. 11.* Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 61. num. 14.* Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 19.* & aliis. Imò aliquando tenetur opinionem liberantem, & benigniorem interroganti declarare, quando de opinione liberante, & benigniori interrogatur à pœnitente, seu petente consilium, vt docet Salas *in p. 2. tom. 1. tr. 8. disput. vnica, sect. 9. n. 85. & sect. 10. num. 95.* Sanchez *vbi supra. num. 21.* & Sancius *in selectis, disp. 51. n. 52.*

2. Sed non grauabor hîc apponere verba Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 1. dub. 12. num. 2.* [Aunque el confessor tenga vna opinion probable, y sabe, que ay otra, que fauore ce al penitente, la qual el penitente no sabe deue el Confessor seguir la que fauorece al penitente.] Itaque, vt cum Becano *in p. 2. tract. 1. c. 2. q. 9. num. 16.* claudam hanc resolutionem dico, quòd debet vnusquisque ita consilium præstare, vt non mentiatur,

mentiatur, non tamen necesse est vt id consulat, quod ipse iudicat esse probabilius. Nam si interrogaretur quid ipse sentiat, esse verius, vel probabilius, tunc debet consulere, quod ipse iudicat esse verius, vel probabilius. Si autem solùm interrogaretur de practica obligatione, potest sæpè consulere id tanquam licitum, quod ipse iudicat esse minus probabile. Nam consilium magis spectat ad iudicium practicum, quàm ad speculatiuum. *Vnde sæpè non solum rectè, sed etiam melius faceret, ita consulendo, vt vel vtilitatis proximi rationem habeat, vel id consulat, quod facilius, & cum minori periculo potest ab alio præstari.* Hæc Becanus, multum conducentia pro responsoribus casuum conscientiæ.

Quoad hæc lege doctrinam Resl. præcitatæ non.

3. Notandum est etiam, quod rectè Vasquez *in p. 2. disp. 62. c. 9. num 47. & disput. 63. c. 3. num. 14.* & Salas *in p. 2. tr. 8. disput. vnica sect. 9. num. 85.* notauit, tunc posse virum doctum relicta opinione, quam probabiliorem credit, iuxta probabilem consulere, quando petentem consilium eximit, v. g. ab obligatione restitutionis, & alia quacumque, secus autem, quando ipsum ad quippiam obligat. Vnde non est audiendus Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. numero 21.* qui contrarium docet.

RESOL. XIII.

An eo ipso, quod aliqua opinio in aliquo libro inueniatur impressa, existimanda sit probabilis? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Resl. 60.

§. 1. AD hoc dubium respondet Ioseph Rocafull. *in praxi Theolog. moral. tom. 2 part. 3. lib 3. cap. 2. num. 20.* Quòd si liber si alicuius Doctoris iunioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis; dum non constet reiectam esse à Sede Apostolica, tanquam improbabilem. Et ratio est: quia, si ore tenus consultus Doctor grauis id doceret, doctrina illa esset probabilis: ergo scriptis tradita, & typis mandata erit pro probabili habenda; maximè quia quod typis mandatur, magna circumspectione & attentione elaboratum præsumitur, & Doctorum virorum iudicio, ac censura probatum est. Quòd si liber sit alicuius Doctoris antiqui, non protinus illius opinio probabilis habenda est: nam potest esse antiquata iam, & à Sede Apostolica reprobata, & potest à Iunioribus aliqua ratio, lex, vel decretum maximam vim habens contra illam opinionem, & planè conuincens esse falsam, animaduersa esse, quibus stantibus antiqua illa opinio, quamuis, dum hæc non constabant, esset probabilis, nostro tempore improbabilis est facta. Cæterùm, si istis nouiter animaduersis contra antiquam opinionem, adhuc sint Doctores Neoterici, qui illam propugnent, & rationibus contrariis satisfaciant, & oppositas leges, siue decreta exponant, antiquorum opinio adhuc probabilitatis virorem conseruare existimanda est. [Ita Rocafull.

2. Sed hoc displicet Petro Marchant. *in Tribun. Sacrament. tract. 5 tit. 5 quæst. 5.* vbi sic ait: [Patet, quàm periculosum sit sequi quorumlibet Authorum, & Doctorum opinionem ex sola authoritate, quòd illas in suis libris referant, & permittantur imprimi; neque enim prælum, neque impressio, aut etiam censura euulgari permittens librum, dat authoritatem opinionibus singulis, aut Authorum sententiis, quæ in libro reperiuntur: neque liber ipse, eò quòd approbatus est, indicat omnes opiniones probatas; sed sufficit, quòd liber, siue Author, nihil contra fidem, aut bonos mores apertè doceat, aut apertos errores seminet. In tantum verò eorum opiniones existimandæ sunt, in quantum rationes sunt legi conformes, & non plus.] Hæc ille, cui quidem ego libenter adhæreo.

RESOL. XIV.

An authoritas vnius Doctoris probi, & docti reddat opinionem probabilem? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resl. 30.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Resl. 340. latè in §. 1. & in tom. 5. tr. 9. Resl. 1. §. Et post. cursim ad lin. 9. & in tom. 3. tr. 6. Resl. 88. §. Videtur, in fin. & ibi in tr. 4. Resol. 3. paulo post initium, vers. Respondeo. & in t. 7 tr. 1. resl. 249 §. 2. ad medium, a vers. Sed cum authoritas.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Angelus, Nauarrus, Valentia, & Sà, quos citat & sequitur Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 7.* quia illa est opinio probabilis, quæ non leui innititur fundamento; sed authoritas viri docti, & pij non est leue fundamentum, maximè si adducat aliquam rationem probabilem, & eius opinio non sit contra communem. ergo, &c.

2. Sed hanc sententiam ita absolutè prolatam non placet Laurentio de Portel *in dub. Regular. ver. opinio eligenda, num. 4.* & ideo illam limitat, vt vera sit in casu nouo numquam ab aliis disputato, tunc enim quis poterit quietari cum dicto vnius tantùm Theologi dicentis licere, & aliquam rationem habentis; secus in casu à multis aliis ventilato, & pluribus rationibus in contrarium ac Doctoribus munito; tunc enim non est acquiescendum vnius Doctoris dicto, obstantibus aliis multis, & Doctoribus, & rationibus, & sic est intelligendus D. Thom. cùm dixit, posse aliquem acquiescere dicto solius Magistri, in casu scilicet nunquam ab aliis ventilato, & cuius noui casus ipse Magister resolutionem colligit ex dictis ab aliis. Ita Portel.

3. Sed non desinam hîc adnotare sententiam affirmatiuam Sanchez sine vlla limitatione, docere etiam absolutè Merollam *tom. 1. disput. 3. cap. 4. dub. 1. num. 4.* Filliucium *tom. 2. tract. 21. cap. 3. num. 134.* & alios.

4. Notandum est tamen hîc obiter cum Villalobos *in summ. tom. 1. tr. 51. diffic. 7. n. 2.* [Que la opinion de vn Doctor singular, que sustenta el valor del matrimonio ya hecho, como se funde en razon probable, se ha de preferir a la opinion de muchos, que la impugnen como dizen Hostiense. Iuan Andres Ancarano, Alexandro de Neuo *in c. si vir. de cognat. spir.* y que esta doctrina de vn Doctor singular se estienda à qualquiera causa pia lo dize Beroio *in c. 1. num. 281. de constit.*] Ita ille, cuius sententiam sequitur Castrus Palaus *in opere morali tom. . disp. 2. punct. 1. n. 12.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. resl. 135 & in tom. 9. tr. 2. resl. 340. & cursim in aliis §§. & vers. earum annotatio. num.

RESOL. XV.

An quando varietas opinionum versatur inter superiorem, & subditum, teneatur subditus obedire?

Et an Superior non possit iustè punire subditum non obedientem ductum ad id opinione probabili? Ex part. 2. tr. 13. Resl. 10.

§. 1. AD hanc quæstionem respondet Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 1. dub. 11. n. 12.* Malderus *in p. 2. q. 19. art. 5. disput. 86. §. dico quartò.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 1. c. 12. n. 6.* Sanchez *in summa, tom. 2. lib. 6. c. 3. n 7.* Turrianus *in 2. 2. disp 50. dub. 5. n. 9.* Salas *in p. 2. tom. 1. tr. 8. disp. vnica, sect. 8. n. 76. & seq.* Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 62. num. 32. & seq.* Lessius *lib. 2. c. 11. dub. 9. num. 76. & seq.* & distinguunt multos casus, quos refert, & impugnat Ioannes Sancius *in suis selectis, disp. 33. per totam*; vbi absolutè probat ex multis hanc conclusionem, subditum non constringi obedire, quoties opinio aliqua probabilis asseruerit, ipsum

Sup. hoc in resl. seq. & in tom. 7. tr. 1. resl. 133. §. 2. ad medium, à vers. idem dicent. & in tom. 5. 1. ex lata doctrina resl. 31. per totam, signanter à §. Sed ad, & §. Verum, &

NON

seq. & lege etiam alias Ref. not. 1. dictæ ref.

non teneri parere, siue illicitum esse quod præcipitur & post multas rationes confirmat à simili, videlicet quòd pœnitens non tenetur obedire Confessario contra propriam opinionem; reus rogatus in causa sanguinis in delicto semiprobato, non tenetur respondere; & tandem subditus, cui opinio est esse iniustum tributum, non tenetur illud soluere. Nec asserit, audiendi sunt Sanchez, Sayrus, & Turrianus, & alij *vbi supra*, censentes, teneri subditum obtemperare, si secùm opinionem habeat, quòd sit illicitum, quod sibi præcipitur: eo quòd Superior non tantùm habeat ius iubendi res, quas subditus nouit esse licitas, & iuxta limites suæ potestatis, sed etiam res vniuersas, quas subditus non cognoscit euidenter illicitas, vltra potestatem superioris. Non inquam, audiendi sunt: nam hoc verum est, quando incuidentia, & incerta cognitio, quòd videlicet sit illicitum, quod præcipitur, oritur ex dubio, quòd habeat subditus, in hoc enim casu fatendum est teneri obedire, quia in dubiis melior est conditio possidentis. Quando verò incuidentia, seu incertitudo non ex dubio, sed ex opinione oritur: tunc subditus ius habet non parendi, quamuis non sit illi euidens, esse illicitum, quod præcipitur. Sufficit namque id probabiliter opinari, cùm fas sit cuique probabili opinione vti. Cæteras rationes pro hac firmanda sententia inuenies apud ipsum Sancium, qui respondet ad argumenta contraria: & tandem *n.* 43. concludit, non posse iustè superiorem punire subditum non obedientem, ductum ad id probabili opinione: quia cùm tunc non obediendo minimè delinquat, & nullus dignus sit pœna, nisi ob culpam: sit tunc non habere ius superiorem punitionis dandæ subdito. Ergo, &c. Ita supradictus Sancius, qui videndus est, est enim vir doctissimus & acutissimus: sed tu sequere primam opinionem, tanquam communiorem, & probabiliorem.

Sup. hoc, quod hic cõcludit cum eodem Sancio, in to. 1. tr. 3. res. 12. in fine.

RESOL XVI.

An subditus possit non obedire precepto Superioris, quando probabiliter iudicat esse illicitum vel extra iurisdictionem?

Et notatur, quod si sub opinione probabili est Superiorem non esse legitimum, v. g. quia legitimè non est electus, vel ex alio capite, subditum non esse obligatum obedire. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 31,

Quæ hic est res. antecedans, & lege etiam alium vers. cit. § primæ not. & in to. 5. tr. 1. ex lata doctrina res. 31. signãter in §. Nedicas primo, sed lege eam per totam, & non pigebit.

§. 1. OPinio communis & probabilior, vt notaui *in 2. parte tract. 13. resol. 10.* negat, & pro illa adduxi plures Doctores, quibus nunc addo Antonium Perez *in laurea Salmantina, certam. 10. sc holast. num. 115.* Azorium *tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 9.* Salas *in 1. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 8. num. 76.* & alios penes ipsos, quia in tali casu, cùm Superior habeat ius præcipiendi, nam saltem ex probabili ratione mouetur; ergo subditus tenetur ei obedire, quia subditus tenetur parere, quoties absque peccato id potest facere, vt est in casu nostro.

2. Verùm *loco citato* pro contraria sententia adduxi Ioannem Sancium, cui nunc addo Castrum Palaum *in opere morali tom. 1. disp. 2. punct. 6. num. 5.* quia licitum est subdito non parere Superiori præcipienti, quando est opinio probabilis non esse obligatum parere, vt docet Sanchez *in summ. tom. 2. libr. 6. cap. 3. num. 7.* Sayrus *in claui Regia lib. 1. c. 12. num. 6.* Turrianus *de iustit. tom. 1. disput. 50. dub. 5. numero 9.* Petrus Nauarra *de restit. lib. 3. part. 2. dub. 13. num. 239.* & alij. Sed quando est opinio probabilis non esse licitum quod præcipit Superior, vel esse extra eius iurisdictionem, est opinio probabilis non esse obligatum parere. ergo, &c. Probatur minor, quia probabilitas opinionis deobligantis subditum obedire, in nullo alio capite efficaciori fundari potest, quàm in eo, quòd probabile sit rem imperatam illicitam esse, vel extra Superioris iurisdictionem. Et confirmatur, quia ideo, quando est probabilis opinio, non teneri subditum obedire, deobligatur subditus ab obedientia, in sententia Sanchez & aliorum DD. *vbi supra*, quia possessio Superioris in illa materia vocatur in dubium. Sed similiter vocatur in dubium potestas Superioris, cùm probabilis est opinio illicitum præcipere, aut eius iurisdictionem excedens; ergo, &c. Deinde nunquam Superior fuit in possessione imperandi illicitum, aut excedens eius iurisdictionem, vt patet; sed est probabile, v. g. tale præceptum esse illicitum, vel excedens eius iurisdictionem. Ergo est probabile non habere Superiorem ius præcipiendi; ergo est probabile subditum non teneri obedire, & hæc omnia præter multas alias rationes docet Palaus *vbi supra* doctè & acutè & probabiliter, vt semper solet; & ad argumentum adductum pro prima sententia respondet Superiorem habere ius præcipiendi, quod est licitum certò, & indubitabiliter; quod verò sub opinione tantùm licitum est, etiam sub opinione ius habet, & ita hanc posteriorem sententiam ante Palaum & Sancium docuit ex almo Ordine Prædicatorum Petrus Ledesma *tr. de statibus*, vbi de Religiosis in communi, c. 4. sed, vt dixi, prima opinio est communior & probabilior.

3. Non desinam hîc etiam adnotare Salas *vbi supra n.* 78. Lessium *de iust. lib. 2. c. 41. dub. 9. num. 77. in fine*, Lorca *in 1. 2. to. 2. disp. 26. §. aduerte præterea.* Sancium *in selectis disp. 33. n. 31.* Vasquez *in 1 2. quæst. 19. art. 6. disp. 6. c. 6.* & alios, quos citat & sequitur Palaus loco *cit. num. 7.* docere etiam quòd si sub opinione probabili est Superiorem non esse legitimum, quia v. g. non legitimè est electus, vel ex alio capite, subditum non esse obligatum obedire, quia tunc non est possessio certa Superioris, cùm de eius possessione probabiliter subditus dubitet; licèt contrariam sententiam doctus Sanchez *in summ. t. 2. lib. 6. c. 3. n. 29.* sed vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XVII.

An Rex possit bellum gerere ex opinione probabili, illum ab altero Rege possideatur Regnum, etiam cum opinione probabili? Ex p. 2. tr. 13. Res. 8.

§. 1. DIfficilis quæstio, & in praxi sæpè occurrens. Negatiuam sententiam docet Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 1. diff.* 17 *n.* 6. & 7. vbi sic asserit. [Quando ay opiniones probables por ambas partes, no puede el Principe mouer guerra contra otro; y si vn Rey esta en possession, no puede el'otro mouer guerra contra el, no solo quando ay probabilidad de opiniones, si no aunque la suya sea mas probable, si no es, que sea cierta.] Ita ille, & ante illum Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 64. c. 3. n. 11.* Montesinus etiam *in p. 2. r. 1. disp. 29. q. 5. n. 224.* & alij.

2. Sed si opinio probabilis versetur circa ius, affirmatiuam sententiam, contra præfatos Doctores, docet nouissimè Sanch. *in suis præclaris disputationibus, disp. 45. num. 58. & seq.* ad illum, & multas pro hac firmanda sententia inuenies rationes. Et circa dubitationes præsentis materiæ, quando videlicet Rex possit gerere bellum, vide Becanum *in sum. Theol. p. 3. c. 25. q. 8.* Molinam *de iust. tom. 1. tr. 2. disput. 103. per totam.* Maldenatum *in p. 2. q. 19. art. 5. dub. 87.* Lorcam *in 2. 2. select. 3. disp. 53.* Valent. *tom. 2. disput. 3. q. 16. punct. 19.* Banez *1. 2. q. 40. art. 1. dub. 5.* Vegam *in summ. tom. 1. c. 121. col. 1.* Salas *in p. 2. q. 21. tract. 8. disput. vnica sect. 15. in. 121.*

Turria

Turrianum *in 2. 2. tom. 1. disput. 90. dub. 2.* Perez *in Laurea Salmantina, certamine 10. c. 13. num. 98.* Tannerum *in 2. 2. disput. 2. q. 6. dub. 4. per totum.* Reginaldum *in praxi, tom. 2. lib. 21. num. 92.* Ægidium de Coninch *de actibus supernaturalibus, tract. 3. disp. 31. dub. 2. & 4. per totum.*

RESOL. XVIII.

An si duo Reges habeant ius probabile, ad successionem alicuius Regni, possint illud armis occupare, non expectata sententia iudicum?

Sed difficultas est, ad quem pertineat in hac causa ius dicere?

Et docetur posse Reges, stante opinione probabili, inferre bellum alteri Principi Regnum ex opinione probabili etiam possidenti; & posse dari bellum ex vtraque parte iustum.

Et infertur ex testamento minus solemni acquiri ius ad rem legatam, & eam posse clam à possidente tolli priuata authoritate, secluso tamen scandalo. Ex parte 9. tract 8. & Misc. 3. Res. 70. alias 69.

Hoc in num. 9. tr. 15. relata doctrina Res. 69. Et hic deo. cundo in fine.

1 § DIfficilis quæstio, & quæ torquet doctorum hominum ingenia. Et ad illam negatiuè respondet Pater Vasquez *in part. 2. disput. 64. c. 3.* docet enim, etiamsi alicui Regi videatur probabilissimum suum Ius, consultis Doctoribus, & Legisperitis, non tamen ei licere armis causam definire; quia barbarorum esse videtur melius ius Regni in armis ponere: ergo dubium in iure, iuridicè, non armis est decidendum. Censet igitur tunc eos, si habeant supra se alium superiorem in temporalibus, apud illum teneri causam agere; quod etiam extendit ad causam, in quo licet supremi sint; agunt tamen de Comitatu, aut Principatu alteri Regi subiecto; tunc enim in puncto illius Regni sunt planè ei tertio quasi subditi; vt Rex Hispaniæ ratione Burgundiæ olim erat subiectus Regi Galliæ; etiam ratione Mediolani, & Belgij est subiectus Imperatori, licet alioquin supremus sit in temporalibus. Quod si ratione Regni, de quo agitur, nec alio modo, sint alteri subiecti; tunc vtrumque debere stare iudicio Regni ipsius, de quo agitur; quia ad illud Regnum, deficiente hærede, pertinet de Rege prouidere. Et ita dicit factum in Regno Aragoniæ tempore Sancti Vincentij Ferrerij. Omnes enim contendentes, & litigantes coacti sunt stare iudicio Regni.

2. Addit tamen quando alter ex litigantibus habet suspectum ipsum Regnum, licitum ipsi esse eius iudicium recusare, & in arbitros Iudices litem reuocare; tenerique competitorem stare huic instæ petitioni. Reiicit autem ibi sententiam Nauarri *in Manual. cap. 25. num. 4.* & Victoriæ; qui videntur insinuare, si supremus Iudex consultis Doctoribus iudicet se debere probabilius Ius, posse tunc armis illud velle occupare, aitque hanc doctrinam nihil habere probabilitatis, immò, & pernicioſam esse Reipublicæ. Hæc in Summa Vasquez, cui adde Ouiedum *in part. 2. tract. 5. contr. 3. punct. 7. num 89. & sequentibus.* Valascum *de succes. Regni Portugalliæ, part. 2 punct. 1. §. 10. num. 15. & sequentibus.* Palaum *tom. 1. disp. 2. punct. 7. num. 9.* Montesinum *in part. 2. tom. 2. disputat. 29. quæst. 5. §. 6. n. 222.*

3. Probatur; quia omnis controuersia, quæ inter opiniones versatur circa Ius aliquod, non potentia, & armis, sed iudicio dirimenda est: barbarorum enim videtur melius, Ius regnandi in potentioribus armis constituere. Deinde bellum illud non potest esse actus iurisdictionis, neque sententiæ exequutio; quia asserere Regem posse sibi Ius dicere contra alium, ab omni ratione alienum videtur: quomodo enim ius dicendum est contra partem, quæ non potest cogi ad comparendum in iudicio, & contra alium nullo modo inferiorem; cùm par in parem iurisdictionem habere nequeat, & pars inaudita nullo modo possit condemnari. Deinde vergit in magnam populorum perniciem, licentiam hanc bellum mouendi Principibus concedere, cùm ipsi alio modo possint iuri suo consulere. Deinde non potest esse actus iustitiæ vindicatiuæ, quia neuter Rex iniuriarum facit alteri; ergo nullum est caput, ex quo possit bellum istud licitum fieri.

4. Sed difficultas est, ad quem pertineat in hac causa Ius dicere? & respondent citati Doctores, quòd iudicium illud poterit ad arbitros ab vtroque Rege assignatos remitti, vel standum erit iudicio regni, de quo contenditur. Primum docet Nauarr. suprà, & sanum consilium fore docet Suarez, *de Charit. disp. 13. sect. 6.* Posterius docet Vasquez, Palaus, Montesinus locis citatis Salas *tract. 8. disput. vnica, sect. 13.* & Gaspar Hurtado, *disput. 4. diffic. 12.* qui asserunt, si aliquis ex litigantibus suspectos habeat Iudices regni vacantis, ad arbitros recurrendum esse, ratio est, quia deficiente rege, Regnum est regula dirimens controuersias in ipso; & ita in Aragonia res peracta est tempore Sancti Vincentij Ferrerij. Iuuat etiam exemplum Ecclesiæ, quæ dirimit dubium ortum circa Summum Pontificatum, & Ius dicit litigantibus, cui standum est. Si autem contentio non sit de regno aliquo, sed de re alia; ad Iudices recurrere necesse erit. Si autem nolit aliquis ex litigantibus ad hæc rationabilia media venire, iure poterit ab alio propter iniuriam factam armis oppugnari.

5. Sed in hac difficillima quæstione mihi placet adhærere opinioni Patris Arriaga *tom. 1. in p. 2. disp. 24. sect. 5. num 44.* vbi impugnans ea, quæ supra notauimus ex Vasquez, sic ait: Crediderim in hac quæstione primò. Patrem Vasquez adhuc non respondisse toti difficultati; nam dissensio probabilis inter duos Reges potest esse, non solum quando agitur de iure in aliquod regnum (quod Ius decidi ab ipso regno fortè poterit, de quo statim) sed quando ob alias causas probabile est, posse alteri Regi bellum inferre, independenter à iure successionis, v. g. alter creditur probabiliter fauisse meis hostibus, & grauissimum mihi damnum intulisse; inde ego probabiliter iudico me habere Ius illum inuadendi, vt damna refarciam. Certè litem hanc probabilem non potest regnum decidere, quia ea non est de iure successionis; quis ergo decidet? eodem planè modo possunt excogitari multi alij casus, in quibus solum sit ea probabilis opinio de iure in alterum Regem, quæque decidi nequeat à Regno: ergo non satisfecit adæquatè Vasquez dubio præcedenti.

6. Secundò censeo, in Nauarri doctrinam non habere vim argumenta illius: nam Nauarrus supponit, si per viam iustitiæ possit lis componi, debere eo modo componi: ibi autem non excludit Nauarrus ideò inter Reges supremos non posse iuridicè litem decidi, ea præcisè ratione, quòd non habent superiorem: vt Vasquez ei attribuit; sed docet, ideò non posse decidi verè, quia & carent superiore; & iura vtriusque, seu prætensio est ab antiquo, & obscura: quibus supponit, etiamsi non haberent supremum, per iuris peritos debere causam decidi, si aliundè non repugnaret ob obscuritatem, vt dixi, iurium. Hoc autem dato, non sequitur eum Regem more barbarorum procedere, qui totum Ius in armis ponit; quando & supponitus prius teneri iurisperitos consulere, deinde Iudices arbitros; ac tandem, si eo modo nihil obtineat, posse armis suum Ius propugnare.

7. Tertiò censeo, in aliquibus regnis vbi electio Regis ad Regnum pertinet, locum habere doctrinam Vasquez; quia ille debet causam successionis decide-

re, ad

re, ad quem spectat successorem eligere; & ob eam rationem meritò in Aragonia ad regni iudicium recursum est eo tempore; quia Aragoniæ Regnum elegit sibi olim Reges, & præscripsit illis certas regulas; vnde de facto illi prætendunt se habere quædam priuilegia, quæ à Regibus non possunt reuocari; imò in multis rebus debere Reges stare iudicio regni, aut Iudicis, quem in *cap* ipsi vocant.

8. In aliis tamen regnis, quæ à Regibus primum armis occupata sunt, & regnum non censetur habere vllum eligendi Ius; vt Lusitania, Castella, & idem dico de Ducatibus, aut Marchionatibus, vbi Prouinciæ nullum habent Ius eligendi sibi caput; non video cur, quando dubitatur de iure successionis, debeat ipsum regnum decidere causam.

9. Dices; per se ad omne regnum, & Prouinciam pertinet, vt deficiente hærede regni, sibi eligat Caput: ergo saltem, ob eam rationem habet ius, vt in dubio de hærede decidat causam. Respondeo, in casu præsenti, non esse defectum hæredis, sed quis eorum iuxta leges, aut dispositionem priorem Regum habeat maius Ius; vt in Portugaliæ regno contigit sub Philippo II. constabat enim esse hæredes sufficientes; sed dubitabatur, an fœmina, filia viri, an vero vir, filius fœminæ succedere deberet iuxta regulas Maioratus, & ciuilem dispositionem; non pertinebat autem ad regnum, sed prædecessores Reges clausulas hæreditatis constituerant, vel certè, si ad Ius ciuile attendendum erat, non poterat regnum Lusitaniæ qua tale specialiter illud Ius decidere; ideò meritò Philippus non recurrit ad regnum, sed ad iurisperitos, qui in ea causa optimi Iudices esse poterant: neque ideò potuerunt illi vitio vertere prudentes, quod id fecerit: ergo non est vniuersaliter verum, id debere à regno ipso decidi.

10. Vnde vltimò censeo, vniuersaliter loquendo in omnibus ferè casibus optimum modum componendi talia dubia esse per Iurisperitos, & Theologos; qui quid in conscientia; quid in iure Rex possit facere, decidere optimè possunt; nam licet agatur de regno, quod habeat Ius electionis; semper tamen in similibus dubiis multa miscentur, quæ Ius commune, & conscientiam tangunt; hæc autem non possunt commodè decidi à regno, id est, à Proceribus regni, ad quos alioquin spectaret electio, commodissimè autem decidunt à Iuristis, & Theologis: nec per hoc inducitur barbaticus mos, quandoquidem maximè attenditur ad rigorem iuris, & conscientiam.

11. Dices, quid si Iuristæ cuiuslibet regni dicant suis Regibus licere inferre bellum alteri? Respondeo facilè, si subditi Iuristæ habeantur suspecti, Reges debere conuenire Iuristas, & Theologos alterius regni non suspectos, & illorum stare iudicio, vt cui adiudicata fuerit causa, tanquam probabilius Ius habenti, vel cedatur regnum, vel satisfactio competens exhibeatur pro eis iniuriis, ob quas creditur habere iustum titulum inferendi bellum. Quòd si aliter Rex condemnatus, acquiescere noluerit, peccabit grauiter; & iustè ei bellum à competitore inferetur. Hæc dicta sunt, quando causa non est certa; nam si apertè constet de Iure vnius, tunc poterit armis illud repetere, si aliter cedere nolit. Hucvsque Arriaga. Et præter ipsum pro affirmatiua sententia vide omninò Hurtadum de Mendoza, de Fide, Spe, & Charitate, *vol.* 2. *disput.* 169. *sect* 7. § 66. *& seqq.* Molinam *tom.* 1. *tract.* 2 *disput.* 103. Suarez de fide, *disput.* 13. *sect.* 6. *num.* 6. Granadum *in* 2. 2. *D. Thomæ Controu.* 3. *tract.* 12. *disp.* 4. *sect.* 3. §. 3. *num.* 29. *cum seq.* & Turrianus *in* 2. 2. *tom* 1. *disp.* 90. *dub.* 2. notat hanc sententiam affirmatiuam his temporibus esse communem, cui ego, vt dixi, adhæreo. Asserunt itaque hi Doctores, posse Supremum Principem, si bona fide procedat, expendere Ius suum per prudentes, & doctos viros, quorum iudicium (si per illud sibi constat de iure suo) sequi potest, sicque non tenebitur stare aliorum iudicio. Ratio est; quia ita est de hoc iure iudicandum, sicut de iusta lite: in iusto autem iudicio duo intenduntur. Vnum est, examen causæ, & cognitio iuris vtriusque partis: cui negotio necessaria non est iurisdictio, sed scientia potius, & prudentia, quia cùm non intendatur per bellum, sed bello supponatur: non est cur arbitris sit committendum. Alterum est, exequutio iuris iam patefacti, ad hoc verò iurisdictio postulatur, quam per se habet supremus Princeps, quando alias sibi constat satis de iure: tunc ergo non est, cur expectare teneatur alterius arbitrium, quamuis debeat iusta pacta acceptare, si offerantur.

12. Vide etiam circa præsentem Quæstionem Patrem Lugo *de Princip Theol. moral. part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 11. *n.* 87. qui me citato plus docet, nempè posse Reges, stante opinione probabili inferre bellum alteri Principi Regnum ex opinione probabili etiam possidenti. Quia opinio probabilis circa Ius format conscientiam rectam, & dirigit operationem prudentem, & honestam. Sed Rex non debet esse deterioris conditionis quoad usum opinionum, quam cæteri: licebit ergo Regi iuxta probabilem opinionem inferre bellum, vt possessorem etiam opinione probabili nitentem spoliet; probabilitas enim vtriusque partis, vtique confert Ius iusti belli. Quin id quoque tacitè legislatores decernunt; qui cùm videant opiniones versari diuersas, eas permanere permittunt.

13. Sic opinanti probabiliter ex Testamento minus solemni acquiri Ius ad rem legatam & eam posse clam à possidente tolli, licitum est illam auferre authoritate priuata, secluso tamen scandalo, vt inquit Ioan. Sanchez *disput.* 44. *num.* 57. consonant Thom. Sanchez *lib.* 6. *Decal. cap.* 3. *num.* 7. Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 20. dicentes, neminem posse authoritate priuata capere rem ab alio possessam, quamuis secundum opinionem sibi probabiliorem putet sibi competere; posse tamen illam accipere, si probabiliter opinetur, licere sibi possidentem spoliare, quasi dicant: Quoties opinio versatur circa factum, non licere possidentem spoliare: Quando verò versatur circa ius, licitum esse. Sic etiam Castrus Palaus *tract.* 1 *disp.* 2. *punct.* 7. *num.* dixit, si attento iure sit probabile, licere Regi Cuitatem ab alio possessam occupare; sine dubio posse nunc intentare possessionem. Consentiunt item Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 21. *num.* 98. Couarruuias *Regul. Peccatum, part.* 2 § 10. *num.* 6. Thom. Sanchez *lib.* 6. *Decal. cap.* 3. *num.* 7. Filliucius *tract.* 40. *num* 266 Pesantius 2. 2. *quæst.* 70. *disput.* 1. dicentes, posse dari bellum ex vtraque parte iustum ex ignorantia, vel opinione probabili; iustè siquidem alteruter pugnat ductus opinione probabili; & consentire debent, qui censent, posse Regem imponere tributum probabiliter iustum, & subditos illud non soluere iuxta contrariam opinionem. Quare hæc pars mihi magis placet, saltem quando opinio non pro possidente est æquè, vel magis probabilis. Hæc Lugo.

14. Nec obstat dicere cum Vasquez, Montesino *supra*, & Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1. *disput.* 17. *num.* 7. quod impossibile videtur dari bellum iustum ex vtraque parte, nisi detur ex ignorantia inuincibili, quæ vnus bellantium excusetur, quamuis reuera bellum gerat iniustum; aliàs circa idem omninò duplex ius daretur contrarium & idem Rex esset, simul iustus, & iniustus regni possessor, quod videtur implicatorium. Confirmatur, nam inferre bellum est actus iustitiæ punitiuæ; sed nefas est illum punire, qui iustè possidet opinione probabili ductus; quamuis sit opinio contraria probabilis. Ergo non sufficit probabile ius ad bellum inferendum. Respondeo possidentem iuxta probabi

probabilem opinionem esse iustum possessorem non absolutè, sed solum probabiliter, aduersus quem sibinde dari possit iustus probabiliter spoliator. Nec implicat esse simul aliquem iustum, & iniustum possessorem, aut spoliatorem probabiliter, id est secundum assensus opinatiuos oppositos, vt latius ostendit Ioan. Sanchez *disp.* 44. *n.* 60. Ad confirmationem negamus, bellum esse semper actum iustitiæ punitiuæ, seu vindicatiuæ: quippè non nunquam etiam est actus iustitiæ commutatiuæ rem propriam acquirentis,

RESOL. XIX.

An in fauorem Principis præsumendum sit in dubio positiuo? Habet, v.g. subditus rationes probabiles, vt aliquod tributum sit iniustum; adsunt vero pro Principe, & iustitia vectigalis aliæ rationes probabiles, quæritur, an teneatur soluere tributum? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Resl. 59.

Sup. hoc sup. ex do. citata resl. 17. cursim ante medium, & in Resl. 18. §. Hæc breuiter tribus, & infra in tr. 7. Resl. 60. per totum, & in tom. 7. tr. 6. Resl. 2. & in tom. 8. tr. 11. resl. 36. §. Vndecimum. ad medium, vel illhoc Resl. scilicet vtrum quid obligendum, & in hoc casu caeca est iusta, & quando dubia, vide annotatam resl. 4. huius not. n. 3.

§. 1. SVarez *de legib. lib. 5. cap. 18. num.* 20. Vasquez *opusc. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 5. num.* 78. Turrian. *in* 2. 2. *to.* 2. *disp.* 46. *dub.* 6. *n.* 5. & alij affirmatiuè respondent, iuxta illud dictum commune, in dubio præsumendum pro sententia superioris. Cæteras rationes, quæ quidem efficiunt hanc sententiam probabiliorem, quàm oppositam, vide apud authores citatos.

2. Sed contrariam opinionem probabilem, & in praxi turàm, docent viri docti, non minoris litteraturæ: quàm aduersarij: hi sunt ex Societate Iesu Leonard. Lessius *de iust. lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 9. *n.* 67. Valer. Reginald. *in praxi, tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 25. *sect.* 1. *n.* 374. ex nostra Religione P. Megala *in p.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *quæst.* 8. *n.* 132. & Nauar. *de rest. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 3. *dub.* 13. *n.* 267. Salon. *de iust. tom.* 1. *q.* 5. *art.* 4. *controu.* 2. *ante primam concl. ver. obseruemus secundò*, Barthol. à S. Fausto *in specul. Confess. disp.* 31. *q.* 27. *num.* 3. Sanchez *in summ. to.* 2. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 7. & nouissimè Malder. *in* 2. 2. *tract.* 2. *c.* 6. *dub.* 4. §. *dico sextò*, vbi asserit. Si vtrumque probabile sit, tributi causam esse iustam, & non esse iustam, exigit Princeps iustè, & negat populus iustè; & ratio huius sententiæ prima est, quia possunt se conformare opinioni probabili. Secunda, quia in tali casu melior est conditio possidentis. Tertia, quia in tali casu datur bellum ex vtraque parte iustum; nam ignorantia facit, vt vterque, propter rationes speciem veritatis habentes, bona fide iustitiam à se stare putet.

Sup. hoc lege Resl. 3. & 4. annot. præcedentia.

3. Ad argumentum in contrarium respondetur, illud dictum intelligendum esse in dubio negatiuo, non autem in dubio positiuo; vel in casu, in quo non agitur de interesse, seu damno inferioris. Circa præsentem quæstionem vide etiam Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *c.* 22. *q.* 7.

RESOL. XX.

An iudex possit iudicare secundum opinionem probabilem, communi & probabiliori relicta, & etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilis sit circa ius, non vero circa factum?

Et cessante scandalo, an possit nunc circa vnam nunc secundum aliam iudicare?

Et si adest scandalum, quamuis peccaret, non teneatur ad restitutionem?

Et his etiam infertur decisio multorum casuum, qui in §. vlt. ibuius Resl. explanantur, in quibus iudex potest iudicare secundùm quam maluerit sententiam & opinionem.

Et tandem aduertitur Iudices ob id non subiici Syndicatui, quòd iuxta opinionem probabilem ferant sententiam, probabiliori relicta, & communiori, Ex p. 2. tr. 13. Resl. 3.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Laymã *in Theol. mor. lib.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. §. 5. *num.* 16. Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 47. cum 7. Doctoribus quos ipse citat: quibus ego addo Villalob. *in sum. to.* 1. *tr.* 1. *diffic.* 15. *n.* 6. Malder *in* 1. 2. *D. Thom. q.* 19. *à* 5. *disp.* 86. *circa fin.* Filliuc. *to.* 2. *tr* 21. *c.* 4. *n.* 144. Becan. *in sum. to.* 2. *tract.* 1. *c.* 4. *q.* 9. *n.* 12. Tanner. *in* 2. 2. *D. Thom. disp.* 4. *q.* 4. *dub.* 6. *n.* 128. Portel. *in addit. ad Sub. Regul. ver. opinio eligenda, r.* 12. Azorium, & alios.

Sup. hoc in Resl. seq. & cumpluribus QD. in resl. 1. post seq. §§. Sed hic, & seqq. & infrà in Resl. 25. §. Sed quia. ad medium, à vers. Vnde. & in tom. 7. tr. 6. Resl. 16. paulo post initium, & in tom. 9 tr. 2. Resl. 37. cursim in §. vlt.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam esse puto, quam tuentur præter 6. Doctores, quos citat Sanchez *n.* 46. hi omnes à me diligenter conquisiti, Hieronym. de Rota *in controuers. tom.* 2. *controu.* 6. *scholastica*, Martinez *in p.* 2. *tom.* 1. *q* 29. *art.* 6. *dub.* 6. *concl.* 2. Lorca *ibidem. disp.* 39. *memb.* 2. Aluarex *ibid. disp.* 80. *n* 12. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 2. Martinus Delrius *in disquis. Magicis lib.* 5. *q.* 1. §. *quotiescumque*, vbi asserit esse communem sententiam Casuistarum, Sancius *in practicis disputationib. disp.* 44. *n.* 50. Triuigno *in examinatorum, fol.* 2. & probabilem vocat hanc opinionem Sanchez *vbi sup.* & Martinus Bonacina *de legib. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *n.* 13.

Sup. hoc etiã cursim in to. 7. tr. 6. resl. 22. prope finem

3. Dico igitur iudicem in sententiis ferendis, posse sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilitas sit circa ius, non verò circa factum; quia circa factum tenetur sequi quod probabilius est. Et hoc verum arbitror contra Vasquez *in p.* 2. *tom.* 1. *disp.* 64. *n.* 5. etiam in iudice supremo, sed si iudex sit arbiter, & à collitigantibus eligatur sub conditione, quòd iuxta suum iudicium debeat iudicare, & non iuxta aliorum, non poterit alienam opinionem sequi, vt notat Montesinus *in p.* 2. *tom.* 1. *disp.* 29. *q.* 5. *n.* 213. secus autem si probabiliter duas opiniones sustineat; nam iuxta quamlibet poterit iudicare, cùm liberum ei sit præferre iudicium proprium in ferenda sententia.

4. Hinc etiam à fortiori infertur contra Bannez *in* 2. 2. *q.* 60. *art.* 4. *dub.* 1. *ad* 2. integrum esse iudici, ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit eligere, & secundùm eam iudicare pro amico: imò cessante scandalo, nunc secundùm vnam, nunc secundùm aliam quod ego sentio, vt dictum est, etiamsi contraria sententia esset probabilior: & si adesset scandalum, peccaret equidem, sed non teneretur ad restitutionem. Ita Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori ver. opinio, differ.* 3. *n.* 1. & alij penes ipsum.

5. Ex his infertur etiam decisio multorum casuum, quos affert Sancius *vbi sup.* videlicet. Primò, an vnicus testis omni exceptione maior constituat semiplenam probationem in causis criminalibus. Secundò, an in causa capitali possit iudex interrogare reum ex præcepto, illum obligando ad responsionem veritatis, quando solum delictum est semiprobatum. Tertiò, an Iudex, vel ipsius Minister possit incarcerare delinquentem in alieno territorio inuentum. Quartò, an fructus industriales, bona fide consumptos, possessor bonæ fidei teneatur restituere. Quintò an filij reorum majestatis diuinæ vel humanæ geniti ante parentum crimen, afficiantur pœnis iure statutis in eorum filios. Sextò, an filij expositi ad Ecclesiæ lapidem, reputentur legitimi. Septimo, an Iurispatronatus possit præscriptione acquiri. Octauò, an pater astrictus sit filiam naturalem dotare. Nonò, an tempore pestis possit fieri testamentum, cum minori testium numero. Decimò, an collatio beneficij facta infami, sit ipso iure nulla. In his, & similibus casibus potest iudicare iudex secundùm quam maluerit sententiam, vel negatiuam, vel affirmatiuam. Et animaduertendum est, iudices non ob id subiici Syndicatui, quòd iuxta opinionem probabilem ferant sententiam, probabiliori relicta, & communiori, contra Doctores quos citat, & sequitur Io. Valerus *vbi supr. in differentiis vtriusque fori, ver. opinio, differ.* 1. *n.* 1.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 11. Resl. 6. &c. Sup. hoc & fere sup. omnibus seqq. casibus huius §. infrà in Resl. 22. §. vlt.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. resl. 37. cursim in §. vlt. & lega in tom. 5. tr. 11. resl. 38. per totum.

Et ratio est apertissima: nam vt omnes fatentur, prudenter agit, qui iuxta opinionem probabilem operatur: sed iudicare iudicem, eo quòd iuxta probabilem opinionem sententiam tulerit, esset eum punire absque culpa: quod iniquum est, & oppositum rectæ rationi. Ergo, &c. Et sta in terminis docet Sancius *vbi supra in practicis disputationibus, disp. 44. n. 72. in fine.*

RESOL. XXI.

An Iudex possit iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori?

Et quid si ex parte facti probationes æquales sint?

Et quid, si res diuisibilis sit, an tunc Iudex debeat diuidere, aut si diuidi non possit partes componere?

Et in causis criminalibus an Iudex teneatur sequi opinionem probabilem in fauorem rei, non obstante opinione probabiliori in fauorem Fisci, vel accusatoris?

Et an hoc etiam procedat non solum quando opinio in fauorem rei est probabilis circa factum, sed etiam quando est probabilis circa ius? Ex part. 3. tract. addit. Resl. 13.

Quæ nunc est Resl. antecedens, & in aliis eius primæ annot.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam ego *in part. 1. tract. 13. resol. 3.* cum multis DD. probabiliter asserui, in ciuilibus, quando diuersitas opinionum versatur circa ius, posse iudicem sine vllo scrupulo peccati & restitutionis iudicare secundùm opinionem probabilem relicta probabiliori. Et hanc sententiam, præter DD. *ibi* citatos, tenent nouissimè Castrus Palaus *tom. 1. disput. 2. punct. 11. tit. 7.* Pharaonius *de sacram. Pœnit. tract. 1. sess. 3. cap. 6.* Leone *de officio & potest. Confess. part. 1. recollect. 2. n. 177.* & Lazarius *tract. de blasphemia, q. 13. n. 63.*

Sup. contento in hoc §. lege infrà in tr. 2. doctrinam Resl. 10.

2. Nota etiam quòd si ex parte facti probationes æquales sunt, & ius æquè tibi & alteri fauet, integrum est iudici rem applicare cui maluerit. Ita probabiliter docet Ioannes Sancius *in selectis disp. 44. n. 51.* & Petrus Ledesma *de matrimonio c. 45. art. 1. dub. 2. ad 3.* Sed magis probabiliter in tali casu dicendum est, iudicem debere si res diuisibilis est diuidere, aut si diuidi non potest, partes componere. Ita Filliucius *to. 2. tract. 21. cap. 4. nu. 144.* Castrus Palaus *tom. 1. disp. 2. punct. 16. n. 2.* Coninch *de Sacram. disp. 34. dub. 10. n. 94.* & alij penes ipsos.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Resl 36. §. Hæc valet. prope finem, vers. Imo Doctores, & ibi in tr. 10. quamuis tecitanter ex Resl. 58. vide §. vlt.

3. Sed hîc incidenter ponam pulchrum dubium, an Iudex in causis criminalibus teneatur sequi opinionem probabilem in fauorem rei, non obstante opinione probabiliori in fauorem fisci, & accusatoris. Hic casus est multum practicabilis, & faxit Deus quòd circa illum multi non errent. Dico igitur licere iudici in tali casu sequi partem probabilem in fauorem rei. Ita Sayrus *in claui Regia, lib. 1. c. 11. n. 13.* & Salon. *in 2. 2. D. Thomæ, q. 63. art. 4. contr. 2. concl. 2.* & Pharaonius *de sacram. Pœnit. tr. 1. sect. 3. cas. 8.* sed difficultas est an teneatur.

4. Ego affirmatiuam sententiam teneo, quam docent Alphonsus de Leone *tract. de offic. & potest. confess. part. 2. recoll. 1. n. 188.* Merolla *in disp. Theolog. tom. 1. disp. 3. c. 4. coroll. 4. n. 181.* Salas *in p. 2. D. Thomæ, tract. 8. disp. vnica, sect. 12. num 115.* Castrus Palaus *tom. 1. disp. 2. punct. 1. num. 4.* & alij. Et ratio est, quia nemo condemnandus est ad pœnam, nisi pro certa causa, & in criminalibus ad condemnandum reum debent probationes esse luce meridiana clariores, vt habetur *in l. sciant cuncti, C. de probat.* Sed quando fiscus, vel accusator tantùm probat probabilius, defensione rei manente adhuc probabili, probationes istæ contra reum non sunt luce meridiana clariores, Ergo, &c.

5. Et hæc sententia non solùm procedit quando opinio in fauorem rei est probabilis circa factum, vt tenent DD. citati, sed quando etiam est probabilis circa ius, & ita tenet Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 1. diff. 15. num. 3. & 4.* vbi sic asserit. [Quando ambas opiniones son probables de parte del hecho (esto es que el hecho se prueua de ambas partes) mas vna della es mas probable entonçes en las cosas ciuiles esta obligado el Iuez a dar sentencia por la parte que major probo, assi lo tienen todos, y es la razon, porque esta obligado à juzgar segun los meritos del processo. Mas en las cosas criminales puede seguir el iuez la opinion menos probable en fauor del reo dexando lo mas probable; y a mi pareçer tiene obligacion precisa a ello, por que aqui nos es el derecho de las partes claro, sino oscuro. Item por que para condenar, deuen ser las prouanças mas claras que la luz del medio dia ex *l. sciant cuncti. C. de probat.* y aqui no lo son, y seria cosa teribile, que pudiendo dexar de condenar a vno à muerte, el Iuez le condenasse, loqual deue hazer a mas no poder.] Ita ille, qui postea licet doceat quòd iudex teneatur sequi opinionem probabiliorem, quando versatur circa ius, tamen statim subdit. [Mas ha se de aduertir que en fauor del reo ha se de seguir la opinion menos probable, como que da dicho.] Vnde apparet, vt dixi secundùm Villalobos, iudicem sequi debere opinionem probabilem circa ius in fauorem rei, licet contraria sit probabilior, & ita etiam docet Emmanuel de Moure *opusc. 1. de ensal. & incantat sect. 1. c. 1. n. 25.* vbi sic ait. *Reus habens pro se opinionem probabilem quamuis contra se probabiliorem, non nisi iniquè contra iustitiam commutatiuam damnabitur iuxta probabiliorem, non verò absoluetur iuxta probabilem.* Sic ille.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Resl. 36. §. Hæc valet. prope finem, vers. Imo Doctores, & ibi in tr. 10. quamuis tecitanter ex Resl. 58. vide §. vlt.

6. Non desinam tamen hîc admonere Bonacinam *tom. 2. de legib. disp. 2. q. 5. punct. 1. n. 15.* contrarium docere: ita enim ait. *Ego non improbabiliter censeo eandem doctrinam applicari posse causis ciuilibus & criminalibus, ita in opinione æquè probabili ex parte iuris liberum sit iudici sequi quam maluerit opinionem. In opinione verò æquè probabili ex parte facti, Iudicem posse partem pœnam imponere, nisi aliter ferat consuetudo, vel decreta.* Sic ille quem sequitur Alphonsus de Leone *in tract. de officio & potest. confess. part. 1 recol. 2. n. 182.* quando diuersitas opinionum versatur circa ius.

7. Sed absolutè ego existimo non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quia gratis asserit Bonacina, eandem rationem militare in causis criminalibus ac in causis ciuilibus, nam, vt optimè obseruat Martinez *in p. 2. 1. m. 1. q. 19. art. 6. dub. 6. concl. 1.* & alij, in moralibus alterius rationis est agere de vita, aut de bonis temporalibus. Verùm quia sententiam Bonacinæ, quando opiniones versantur circa ius, docet etiam Ioannes Sanctius *in selectis, disp. 44. n. 52.* non audeo illam tanquam improbabilem refellere, nimis tamen durum videtur, cùm possit Iudex absoluere reum, stante opinione probabili in eius fauorem, velle illum ad mortem damnare. Verùm si, vt dictum est, opiniones versentur circa factum, omninò contra Bonacinam asserto Iudicem non posse damnare reum secundùm opinionem probabiliorem, relicta opinione probabili in eius fauorem. Et ita docent Doctores citati.

RESOL. XXII.

Verum vnus ex Iudicibus, ad quos eiusdem causæ decisio spectat, possit contra proprium sensum iuxta alterius Collegæ opinionem sententiam ferre?

Pro quo in §. 1. huius Resolutionis prius duo supponuntur.

Et an iudex in iudicando possit sequi opinionem probabilem, quæ versatur circa ius, relicta probabiliori? Ex part. 1. tr. 2. & Misc. 2. Resl. 60.

§. 1. De

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui à Clemente Merlino Sacræ Rotæ Auditore, & tunc respondi, quòd si vnus Iudex suam sententiam proferret, posset tamen postea deponere propriam conscientiam, ac secundùm opinionem alterius Iudicis ferre sententiam. Sed hanc difficultatem magis clarè nunc inuenio pertractatam ab amicissimo Patre Bardi *de Conscient. disput. 4. cap. 28.* vbi *num. 2.* rectè aduertit quæsitum hoc duobus modis formari posse. Primò inquirendo, an Iudex iste possit adhærere opinioni sui Collegæ, & hoc ob authoritatem illius, deponendo tamen & relinquendo propriam sententiam, & iudicando veriorem opinionem sui Collegæ per rationes extrinsecas, nempè per illius authoritatem. Secundò, an Iudex retinendo proprium sensum, contra illum possit sententiam ferre, sequens dictum alterius Collegæ, atque adeò conscientiam deponere, non relinquendo tamen propriam opinionem, sed putando licitum sibi esse adhærere dictis alterius Iudicis, eidemque causæ definitionem committere?

2. His suppositis asserit Pater Bardi posse ab vno ex Iudicibus deponi conscientiam, alterius Iudicis opinionem sequendo, si illam existimet probabilem, & tutam in praxi, relinquendo propriam sententiam, & fidem alteri præstando, qui creditur doctior, & peritior, &c. priori illo modo, qui est declaratus. Probatur conclusio ex iis, quæ supra diximus de electione opinionum, & in hoc casu particulari melius interdum faceret Iudex adhærendo alterius Collegæ opinioni, quem existimat in his materiis magis doctum, versatúmque quam proprium dictamen.

3. Secus verò dicendum est in secundo casu, nam illicitum esset proferre sententiam iuridicam contra proprium sensum non depositum, sequendo alterius Collegæ dictamen, eo posteriori modo qui explicatus est.

4. Probatur hoc secundum dictum, nam Iudex si modo explicato procedit, non satisfacit proprio muneri, imò contra illud agit: ergo non poterit contra proprium sensum iuridicam sententiam ferre iuxta dictamen alterius Collegæ: Patet consequentia si verum est antecedens; nam vnusquisque ex iustitia tenetur procedere secundùm regulam proprij officij: antecedens autem, in quo huius controuersiæ difficultas consistit, probatur sequenti discursu. Munus Iudicis est se gerere secundùm intentionem, & finem illum, ob quem Respublica ipsam constituit ad conseruationem boni communis: at Respublica in constituendis Iudicibus, & in tradenda eisdem potestate iudicandi vult, vt vnusquisque cum sinceritate dicat, quid sentiat; aliter si Iudex iuxta alterius sensum iudicaret, non ipse, sed alius, cuius sententia ducitur, esset Iudex, & sic totum Tribunal constans ex pluribus Iudicibus: verbi gratia, ex tribus; seu quatuor reduci potest ad vnum tantum Iudicem, quod est contra finem intentum à Republica; imò dico ego destrueretur essentia ferendi sententias, collegialiter; nam id videtur necessarium, quia, vt inquit Scipio Rouitus *in consiliis suis consil. 8. num. 10.* præsentia vnius potest trahere alios in suam sententiam, & potest trahi in aliorum sententiam.

5. Et ita hanc sententiam nouissimè amplexus est etiã Pater Iacobus Ragius *de Regimine Regularium cent. 2. tr. 6. dub. 144. n. 3.* Et hæc omnia à Iudicibus menti tenenda erunt, nam sæpiùs in praxi euenire poterunt.

6. Sed hîc obiter, & remissiuè quæram, an Iudex in iudicando possit sequi opinionem probabilem quæ versatur circa ius, relicta probabiliori? Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 2. disp. 37. sect. 10. n. 115.* nominatim contra me negatiuam sententiam tenet. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua quam docui, putando illam esse probabilem.

7. Et ita tenent Rua, Martinez, Aluarez, Morla, Delrius, & alij, quos ego citaui *in part. 2. tract. 13. resol. 3.* quibus nunc addo me citato doctissimum Patrem de Lugo *de princip. Theolog. moral. part. 1. de conscient. cap. 3. q. 8. num. 66.* Caspensem *in Curs. Theolog. tom. 1. tract. de conscient. disp. 3. sect 8. num. 55. & seq.* Fagundez *de Iustit. lib. 5. cap. 18. num. 4.* Petrum à Sancto Ioseph *in Idaa Theol. moral. lib. 1. cap. 3. resolut. 4. §. 5.* & me citato Dicastillum *lib. 2. de Iust. tract. 1. disp. 5. dub. 9. num. 181.* Texedam *in controu. Theol. moral. to. 1. lib. 1. tract. 2. controu. 7. n. 7.* Hurtadum *tom. 2. tract. vlt. resol. 6. num. 274.* me citato Possentium *in resolut. qq. moral. vers. Iudex num. 10. & 11.* me citato Lessium *in resolut. variar. post. 1. 2. D. Thomæ verb. Professio, cas. 13. num. 32.* Ioannem de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 2. sect. 1. disp. 2. de Iudice fol. 561.* & me citato Martinum de San. Ioseph *de Ordine Iudiciario cap. 18. num. 4.* Hacquedum *controu. Theol. tom. 1. tract. de conscient. controu. 18. §. 3.* Samuellium *de elect. tr. 3. disput. 4. controu. 17. conclus. 3. num. 1.* me citato Escobar *in Theol. moral. tract. 6. examin. 6. cap. 6. num. 14. & in 2. editione Lugdunensi num. 45.* & alterum Escobar Iuristam me citato *de Confess. solicitan. part. 2. quæst. 2. §. 1. n. 28.* Cutellium *in addit. ad tract. Mancini appendic. de opinione probabili dub. 6.* Cornejum *in part. 2. D. Thomæ tract. 8. q 19. disp. 3. dub. 6. num 8.* Serram *in 1. 2. D. Thomæ tom. 1. quæst. 19. art. 6. dub. 4. ad 2. argum. & in 2. 2. tom. 2. quæst. 60. art. 3. dub. 2. conclus. 7. & quæst. 71. art. 3.* Gasparem Hurtadum *de iust. & iur. disp. 1. de Iudicio forensi diffic. 19. & de actibus humanis disp. 4. diffic. 21.* & me citato nouissime Machadum *de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 6. part. 2. tract. 1. docum 7. num. 3.* & me citato Guazzinum *in tract. moral. lib. 2. defens. 3. c. 26. n. 20.* & me citato Larream *in Allegat. fiscal. part. 1. allegat. 61. n. 11.* Pasqualigum nostrum *in moral. decis. 5.* Medinam *in part. 2. quæst. 19. art. 6. conclus. 2.* Salam *in part. 2. quæst. 8. disput. vn. sect. 6. num. 70.* qui notat esse communem Theologorum.

Quæ hic est supra res. 20. & in res. 21. & infra in res. 25. §. Sed quia, ad medium, à vers. Vnde, & in tom. 7. tr. 6. Res. 16. paulo post initium, & in tom. 9. tr. 2. Res. 37. §. vlt.

3. Videat modo Eminentissimus Dominus Cardinalis de Lugo quot sapientissimos viros contra se habeat apud quos inuenies soluta omnia argumenta ab ipso, & aliis in contrarium adducta. Vnde ex his ego infero à fortiori cum Francisco Lugo *de conscient. part. 3. cap. 3. quæst. 8. num. 66.* & Sancio *in Select. disp. 44. num. 54.* posse Iudicem vt libuerit iudicare in his casibus; An fructus industriales mistos bona fide consumptos, possessor bonæ fidei factus inde ditior teneatur restituere? Secundò, nam filij reorum læsæ Majestatis Diuinæ, vel humanæ, geniti ante parentum crimen, efficiantur pœnis iure statutis in eorum filios? Tertiò, num infantes expositi reputentur filij legitimi, vel illegitimi? Quartò, An Iuspatronatus possit adquiri præscriptione? Quintò, num Pater teneatur filiam naturalem dotare? Sextò, num protestatio annullet actum sequentem? Septimò, num tempore pestis possit fieri testamentum cum minori testium numero? Octauò, num collatio beneficij facta vel infami, vel irregulari sit ipso iure nulla? Nonò, num Episcopus dispensare possit in impedimentis matrimonium dirimentibus, quoties impedimentum est occultum, & ad Papam, vel alium habentem potestatem dispensandi non patet recursus ob paupertatem, vel alias causas, & ex separatione matrimonij sequeretur scandalum? Decimò, An hodie stante Tridentino *session. 24. cap. 1. de Reformat.* si beneficiatus contrahat matrimonium sine Parocho, vel testibus, amittat ipso facto beneficium? Quapropter in his, & similibus poterit Iudex iuxta quam maluerit opinionem iudicare. Imò, nunc secundùm vnam, nunc secundùm aliam, nisi varietas pariat scandalum.

Sup. his, & res sup. omnibus casibus seqq. in hoc §. cum eodẽ Sancio tantum hic cimato in res. 1. not. præteritæ, §. vlt.

RESOL. XXIII.

An appellatio sit licita, si sententia lata sit à iudice secundum opinionem probabilem, vel quod magis est probabiliorem?

Et hoc non solum in causis capitalibus, & sanguinis, sed etiam in Ciuilibus? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res 105. aliàs 104.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. ex lata doctrina Resol. 3. cursim in §. vlt. Sed vide doctrinã Resolutionum. seq. & aliatum earum annotat.

§. 1. QVæstio ista est multum curiosa, & in praxi frequentissima, & ad illam negatiuè respondet Pertus de Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 8. c. 14. concl. 8. diffic. 2.* Ita asserens. [Si el Iuez dio sentencia conforme opinion probable, aunque aya otra mas probable, no es licito ad condenado apelar de la sentencia. Y lo mismo es, quando las opiniones son y gualmente probables. Esta sentencia tiene Orellana en vn paracer, que dio en vn tratado de las fuerzas, que anda de mano. La razon es, porque en tal caso al Iuez sentencio legitimamento, y justamente, y no agrauio à nadie, luego el condenado no puede apelar, ni defendarse de la tal sentencia Confirmase, porque de otra suerte seria dar occasion à que los pleitos nuncia jamas cessassen.] Idem etiam docet Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 16. diffic. 8. n. 4.* vbi ita ait. [No puede el reo apelar de la sentencia del Iuez, quando siguio opinion y gualmente probable, ò mas probable, pues sentencia justamente. Mas podra apelar, quando sententia siguiendo la menos probable.] Ita ille, qui citat etiam Dominicum Bannez.

2. Sed si hæc opinio esset vera, innumera committerentur peccata, & væ, væ, reis, Aduocatis, & Procuratoribus. Vnde affirmatiuam sententiam tenendam esse putat in causa sanguinis Ioan. de la Cruz *in direct. p. 1. pr. 8. art. 3. dub. 11. concl. 2.* sic asserens. Damnato iuxta vnam opinionem, licet appellare ad iudicem, habentem contrariam etiam minus probabilem. Ita ille, & ante illum Salonius *in 2. 2. tom. 1. q. 69. art. 3. concl. 2. §. vnde dico in primis*, & in hanc sententiam inclinat Syluius *in 2. 2. D. Thom. q. 69. art. 3.* & absolutè illam tenet Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 51. dub. 1. num. 4.* vbi asserit. Oppósita sententia est admodum dura, & refutari potest; quia tueri vitam via honesta licitum est. Appellatio verò in hoc casu satis apparet iusta: sunt enim variæ opiniones, & reus vult amplecti probabilem opinionem, secundùm quam iudex superior potest ferre sententiam. Et hanc doctrinam existimo esse veram, etiam quando opinio superioris est minus probabilis, & minus communis esset. In quo minus consequenter loquuntur recentiores aliqui dicentes iustam esse appellationem ad superiorem, quando opinio illius, vel æquè probabilis, vel probabilior est, non tamen si sit minus probabilis. Hæc tamen differentia mihi non probatur, quia si semel demus probabilem esse iudicis superioris opinionem, concèdendum est iustam fore sententiam illius secundùm talem opinionem. Poterit ergo reus ad superiorem appellare, vt ferat iustam sententiam. Et idem existimo licitum esse in aliis causis, quia cùm sint diuersæ opiniones probabiles, non est cur priuetur reus iure recurrendi ad superiorem, vt iustam ferat sententiam. In quo etiam minus consequenter loquuntur quidam recentiores: fatentur enim in causa sanguinis licitam esse appellationem, non tamen in aliis causis, ratio verò in his causis, etiam videtur habere locum. Ita Turrianus.

3. Ex quibus apparet contra Salonium, & Syluium *vbi supra*, & Malderum *in 2. 2. tract. 6. cap. 2. dub. 4.* non solùm in causis capitalibus, sed in ciuilibus, licitum esse appellare, etiamsi iudex inferior sententiam tulerit secundùm opinionem probabiliorem. Quam sententiam Ioan. de la Cruz *loco citato* tenet tantùm in casu, quo pars appellans sit in possessione. Sed illam absolute in omnibus casibus, tenendam esse puto, dummodo contraria opinio, pro qua appellatur, probabilis sit.

4. Sed instabis dicendo, Iudex superior ad quem appellatur, non potest iudicare secundùm opinionem probabilem, ergo illicita est appellatio. Probo maiorem; nam iudex tenetur iudicare secundùm opinionem probabiliorem, vt communis fert opinio, secundùm quam iam iudicauit iudex inferior. Ergo, &c. Respondeo, posse iudicem iudicare secundùm opinionem probabilem, relicta probabiliori, vt docent DD. quos citaui *in tract. de Parlamento, resol. 10. & tract. de opin. probabili, resol. 3.* Ad alias verò rationes aduersùs nostram sententiam respondet Turrianus, lege illum, & non pigebit.

RESOL. XXIV.

An Aduocatus, probabiliori relicta, possit consulere secundum opinionem probabilem, in causa sanguinis, vel amissione omnium bonorum?

Et an in hoc casu Aduocatus teneatur manifestare parti minorem probabilitatem suæ causæ, aliàs restituet ei expensas, & damna? Ex part. 2. tract. 13. Resol. 4.

§. 1. POsse Aduocatum relicta probabiliori, sequi minus probabilem opinionem, non solùm iuris, vt diximus de iudice in superiori resolutione, sed etiam facti, docent omnes Doctores: sed aduertunt in hoc casu teneri manifestare parti minorem probabilitatem suæ causæ, aliàs restituet ei damna, & expensas,

2. Difficultas igitur consistit, an hoc procedat etiam in causa sanguinis, vel amissionis omnium bonorum: nam negatiuam partem amplexi sunt ex Neotericis, Ioan. de la Cruz *in directorio conscientiæ, par. 1. prac. 8. 5. dub. 1. concl. 2.* Malderus *in p. 2. q. 19 a. 5. diff. 86. assert.* Martinez *in p. 2. to. 1. q. 19. a. 6. dub. 6. concl. 3.* & alij, quia in dubio melior est conditio possidentis rei, & in dubio fauendum est reo.

3. At his non obstantibus, in praxi tutam, & probabiliorem contrariam sententiam esse existimo: quam præter Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 53.* & alios penes ipsum tuentur etiam Turrianus *in 2. 2. to. 2. quæst. 71. art. 3.* Lorca *in p. 2. tom 1. diff. 39. membr. 1.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 1. diff. ult. 14. n. 5.* vbi sic ait. [En qualquiera causa, aunque sea in causa sanguinis, es licito al Abogado tomar à su cargo la causa del actor, siendo prouable, aunque la del reo sea mas prouable.] Ratio est, quia licitus in hoc casu potest iuste litigare. Ergo & Aduocatus illam causam potest patrocinari, cùm non imprudenter agat, vtpote quia ratione probabili ducitur. Dicendum igitur sine trepidatione, posse Aduocatum secundùm opinionem probabilem patrocinari causam actoris, etiam in causa sanguinis, aut honoris, vel de causa ciuili maximi momenti, vt de omnium bonorum possessione, &c.

RESOL. XXV.

An Aduocatus possit patrocinari causam Clientis minus probabilem, etiam si cognoscat contrariam partis aduersæ esse probabiliorem?

Et aduertitur, quod si consilium petatur in ordine ad forum externum, seu contentiosum, Aduocatus non potest dare consilium iuxta sententiam minus receptam, nisi saltem id ipsum declaret.

Et docetur Iudicem posse iudicare secundum opinionem probabilem

probabilem, relicta probabiliori. Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 63. alias 62.

§. 1. CAsus passim accidit, & quotidianus dici potest, & de illo ego egi *in part. 2. tr. 13. resol. 4.* Et ad illum notissimè negatiuè respondet Sapientissimus Pater Arriaga *in p. 2. D. Thomæ tom. 1. disp. 26. sect. 5. n. 27.* vbi sic ait: Quærimus, an si sub opinione sit, vtrum hæc res sit mea, an verò Petri; possim ego intendere illi litem ob eam rem, accommodando me tali opinioni probabili? Respondeo, si æquè probabile appareat meum Ius (ac alienum; non videri posse esse dubium, quin vtrique liceat ea de re agere, cur enim vnus cedet alteri, antequam à Iudice causa decidatur? Quæ autem in hoc sit adhibenda limitatio, intelliget ur ex dicendis paulò post. Hinc à fortiori constat, eum qui probabilius habet ius, posse licite illud prætendere. Quæ omnia, non solum de ipso litigante intelligenda sunt, sed etiam de Aduocato: etenim si mihi licet agere pro hac re; ergo Aduocato licebit me in ea obtinenda iuuare, quia per hoc non fauet causæ iniustæ: & sicut ego non facio alteri iniuriam tunc temporis, pro ea re litigando; ita nec Aduocatus meus, mihi fauendo, vlli faciet iniuriam.

2. Sed quid si alterius ius probabilius sit, poteronè ego agere contra illum? Poteritne etiam tunc Aduocatus mihi fauere? Affirmat Vasquez suprà *cap. 1.* & pro se citat Medinam, Angelum, Armillam; Sotum, & alios; eo quod hi sine distinctione doceant, posse Aduocatum cuilibet parti patrocinari, quando res est dubia. Ergo verò hanc Auctorum inductionem non reputo bonam; quia validè diuersa ratio est, quando est æquè dubia, seu probabilis vtriusque causa; tunc enim, quia vnus præ alio ius non habet; videtur licitum esse cuicumque fauere: valdè inquam, diuersa ratio à casu, quo probabilius est ius vnius: tunc enim ille debet à Iudice præferri, vt iam dicam, & ius id exigit, ratióque naturalis ei fauet: ergo nec litiganti, nec Aduocato licitum est contra illum agere per se; quia id esset directè agere, vt iniustè ab altero res auferatur. Vnde Tabiena, Rosella, & alij statim citandi, expressè censent debere secundum probabilius ius causam decidi. Vnde ego infero eos sentire non licere mihi tunc contra alterum agere; quia id esset me conari, vt iniquè res decideretur; quod ex se intrinsecè malum.

3. Crediderim ergo in hac quæstione sic discurrendum; vt dicamus, licitum esse vtrique inchoare agere suam causam, etiamsi ab initio iudicent esse minus probabilem, quia fortè continget, vt ponderatis omnibus rationibus deprehendatur postea probabilior; vnde addendum censeo, si certo cognoscant, alienam esse probabiliorem; nec videant, vnde possit propria apparere; postea vel probabiliot, vel certè æque probabilis; debere eos desistere ab ea causa; quia tunc (iuxta paulò ante dicta) directè agerent, vt illa iniustè decideretur, quod proculdubio illicitum est; agerent enim vt eam cum minori iure obtinerent. Ita Arriaga. Imo paulò infrà, *num. 13.* sic asserit: Hinc dices: Ergo nec ipse litigans, nec Aduocatus poterunt licitè agere contra alteram partem, quando ius est æquè probabile; hoc autem videtur absurdum; ergo. Patet manifestè consequentia, quia quando mihi certò constat, alterum habere æquale ius meo, non licet mihi agere, vt ille spolietur re illa. Si v. g. cum fratre, sum relictus æqualiter hæres bonorum patris, non est mihi licitum agere ne fratri quidquam detur, sed debeo esse diuisione contentus: ergo cum paulò ante dixerimus, idem esse, quoad hoc, duos habere æquè probabile ius, ac duos certò habere æquale ius, in eandem rem, manifestè infertur non licere mihi agere contra alterum, nisi ad summum vt diuidatur ea res. Confirmatur: id quod non licet Iudici, omnibus pensatis, facere; etiam non licet mihi ab eo petere, vt faciat, quia peterem, vt faceret rem iniustã. Ergo, si Iudici in proposito casu non licet sententiam ferre pro me, nec licebit mihi petere, vt eam ferat. Suppono in eo casu, me litigantem cognoscere æquè omninò probabilem esse meam, & alterius causam; item me cognoscere, non posse tunc Iudicem ferre sententiam pro me. Respondeo, si adhibitis omnibus diligentiis iam mihi constet, ius meum esse æquè omninò probabile cum aduersò, non posse tunc amplius vrgere apud Iudicem, vt mihi soli res adscribatur. Quod persuadet manifestè obiectio facta, maximè confirmatio illius; ideo nego in illo consequenti vllum esse absurdum. Nego etiam propterea (absolutè stante cognitione de æquali probabilitate) me ab initio non potuisse intentare litem, & aduocatum eam litem susc ipere. Ratio est, quia tunc poteramus ambo prudenter iudicare: esto nunc mea causa appareat æquè probabilis nobis, fortè decursu litis, & Iudicibus, & nobis ipsis constabit esse probabiliorem; & mihi haud dubiè licet agere, sine fraude tamen, quidquid possum, vt meum ius deprehendatur probabilius: licet si post diligentias omnes adhibitas apparcat mihi; & Iudici æquè probabile; iam non possim amplius licitè vrgere, vt mihi res adscribatur integro, sed vt diuidatur. Hucusque Arriaga, cuius sententiam satis probabilem existimo, & ad eius probabilitatem constituendam, auctoritas tanti viri sufficeret; quæ quidem si obseruaretur, fora non ita frequentarentur; nec tot litibus mundus implicaretur.

4. Sed quia nec à litigantibus, neque ab eo Aduocatis talis sententia in praxi obseruanda erit; ideò affirmatiuæ sententiæ tanquam communi adhæreo, cui etiam olim adhæsi; & quam præter Doctores vbi suprà à me adductos, tenet me citato amicissimus Pater Franciscus Lugo de principiis *Theol. mor. par. 1. cap. 3. quæst. 9. n. 75.* Gaspar Hurtadus *in p. 2. tract. de bonitate, & malitia, disp. 4. diffic. 20. & in 2. 2. tr. de Iudicio Forensi, disp. 5. diffic. 3.* Baunius *in Theol. mor. to. 3. lib. 3. tr. 4. q. 8.* Præpositus *in p. 2.* D. Thomæ, *quæst. 19. art. 6. dub. 5. §. 1.* Palaus *tom. 1. tr. 1. disp. 2. punct. 11. n. 2.* Salas *in p. 2. quæst. 21. tr. 8. disp. vnica, sect. 11. n. 104.* Escobar *in Theol. mor. Exam. 3. de conscientia, cap. 6. n. 20.* idem me citato tenet alter Escobar, Ioannes videlicet *in tr. de Confess. sollicitan. part. 2. q. 2. §. 1. num. 31. & 32.* Montesinus *in p. 2. tom. 1. disput. 29. quæst. 5. numer. 208.* Perez *in Laurea Salmant. Certam. 10. dub. 2. c. 15. n. 67.* cum aliis penes ipsos. Et ratio est, quia Aduocatus prudenter agit, dum probabili sententia ducitur ad patrocinandũ, nec vlli facit iniuriam. Et iura concedunt inter dubias opiniones, vnam eligere; vt patet *in cap. Capellanus, de Feriis, cap. si virgo, cum similibus 34. quæst. 2. & in l. Rem nouam. §. Patroni, Cod. de iudiciis,* vbi lex non dubiam, sed disperditam causam dicit ab Aduocato deferendam. Deinde munus Aduocati tantum est proponere fundamenta pro parte suiclientis; dummodò verè recitet leges, & loca quæ adducit in fauorem illius. Et tandem contingere potest, quod illa opinio, quam Aduocatus iudicat minus probabilem, ex opinione Iudicis sit probabilior, & quòd tandem ferat sententiam in lite, conformando se illi: Ergo licitè potest aduocatus patrocinari, sequendo sententiam, quam ipse putat minus probabilem. Vnde ex his patet responsio ad argumentum Patris Arriaga; quod etiam prorsus infirmatur, negando illi Iudicem non posse iudicare secundum opinionem probabilem relicta probabiliori: nam contrarium tenent satis probabiliter plures magnæ notæ Doctorum, quos ego adduxi *in part. 1. tract. 13. resol. 1.* Quibus ad- de nouissimè, me citato, quinque doctos recentiores, Patrem Lugo *de Princ. Theol. mor. part. 1. c. 3. quæst. 8. n. 66.* Machadum *de perf. Confess. tom. 2. lib. 6. part. 2. tr. 1. docum. 7. n. 3.* Escobar *de Confess. solicitan. par. 2. quæst. 2. §. 1. n. 28.* Samuellium *de elect. tract. 3. disp. 4. contr. 17. conclus.*

Quæ hic est suprà res. 20. & in Res. 21. & in res. 22. cùm pluribus Doctoribus & §. Sed Hic. & seqq. & late in

tom.7.tr.6. ref.16. paulo postinitium, & in tom. 9. tr.2.Ref.17 cuiusim in §. vlt.

conclus.3.num.5.& Dicastillum *de Iust. lib.2. tract. 21. disp 5. dub.9. n.28*. Et hanc sententiam præter alios, tenet etiam Magister Texeda *in Theol. moral. tom.1. lib.1.tract.2.contr.7.num.7.& seq.* Quia eo ipso, quod opinio est probabilis, est conformis rectæ rationi: ergo tuta conscientia potest quis eam sequi etiam circa causarum ciuilium decisionem.Secundò, quia Confessor tenetur sequi opinionem probabilem pœnitentis relicta propria probabiliori; dummodò assentiatur opinioni pœnitentis, & iudicet non esse falsam: ergo eodem pacto Iudex in decidendis causis potest secundum opinionem probabilem sententiam dicere, probabiliori dimissa. Tertiò, quia multoties opinio probabilior, idest, quæ à pluribus recipitur, est minus tuta,& secura;nam teste Soto,probabilior opinio est,& à pluribus recepta illa,quæ asserit Episcopos, & Clericos esse dominos suorum redditum; & tamen opposita est securior;similiter probabilior opinio est, quæ docet licere mutuanti recipere aliquid vltra sortem ratione damni emergentis, vel lucri cessantis;at opposita securior est, & etiam communior, & probabilior opinio est,quæ docet, posse Iudicem secundum allegata, & probata condemnare innocentem probatum nocentem, & tamen securior, & tutior est oppositа, si certò sciatur eum esse innocentem: ergo opinio probabilior non ideo amplectenda est, quia tutior, & securior.

5. Obiiciunt aduersarij, quia vt habetur *cap. Ioannes de sponsa.* in dubiis tutior pars est eligenda: ergo in decidendis causis, ex duabus opinionibus probabilibus, probabilior, & tutior est eligenda. Sed respondetur hunc Textum debere intelligi, quando vtraque pars habet periculum: cæterum quando vtraque pars est secura, & tuta, vt contingit, quando vtraque pars est probabilis; benè potest sequi opinio probabilis, probabiliori, & securiori omissa, cùm tuta & secura sit, alias enim probabilis non esset: & in hoc sensu intelligendi sunt alij textus,vt constat ex *cap. Audientiam* de homicidio, vbi eadem verba apponuntur; si enim opinionem probabiliorem teneremur sequi, maximis scrupulis coarctaremur, & in indaganda & examinanda opinione probabiliori, multum consumeremus tempus; & ideò credendum non est, homines tam graui onere esse oppressos. Secundò respondetur, præfatos textus sermonem texere de dubio, quod est verè, & propriè dubium; non verò de opinione, quæ non est verè, & propriè dubium: & ideò illa potest amplecti si probabilis sit.

6. Sed contra, quia quando Iudex decidit causam iuxta opinionem probabilem, quam esse veram credit, cognoscit simul aliam opinionem esse probabiliorem: ergo contra suam conscientiam agit, iuxta probabilem sententiam iudicando, prætermittens probabiliorem. Sed respondetur, concesso antecedenti, negando consequentiam; quia Iudex; iudicando causam secundum opinionem probabilem ex parte Iuris, probabiliori omissa, non iudicat secundum quod eius ratio, seu iudicium dictat speculatiuè esse tutius, quale est opinionem probabiliorem sequi, & secundum illam, sententiam proferre; sed secundum id,quod iudicat practicè esse rationi consentaneum; & ideo, quamuis speculatiuè Iudex cognoscat, alteram partem esse probabiliorem; non tamen habet practicè conscientiam dubiam, iudicando causam iuxta opinionem probabilem, sed certam; quia iudicat licitum esse sibi hic, & nunc relicta opinione probabiliori, sequi probabilem, quam certò cognoscit veram esse; & ideo eam sequendo, non agit contra conscientiam, aut iudicium practicum, quia sequendo opinionem probabilem, & secundum illam iudicando, prudenter agit.

7. Obiiciunt secundò præfati Auctores: Iudex, cùm sit stipendiatus à Republica pro decidendis causis, & ibi agatur de iure proprio vnicuique reddendo, debet necessario secundum merita causæ iudicare; iudicando autem secundum opinionem probabilem relicta probabiliori, non iudicat secundum merita causæ: quare sic iudicando, non liberatur à vitio acceptionis personarum. Et confirmatur: quia maius iure habet pars illa, quæ opinioni probabiliori nititur, quàm pars altera, cui minus probabilis patrocinatur; hac enim ratione, personarum acceptor dicitur, qui digniori relicto, beneficium confert minus digno. Sed respondetur, argumentum tantum probare, Iudicem in decidendis ciuilibus causis, de quibus inter partes controuertitur lis, debere semper in conscientia iudicare in fauorem probabilioris opinionis ex parte facti; quod nos libenter concedimus, vt benè Sotus *lib.3. de Iust. q.6. art.5. ad 4.* Salonius 2.2. *num.63. art.4.controu.2* Aragonius 2.2. *q.63. dub.vlt. ad 3.* & re vera ita est, quia Iudex tenetur semper sententiam proferre secundum merita causæ, & ideò tenetur iudicare in fauorem illius partis, cui fauet opinio probabilior,& adsunt maiora merita, & quæ intentum suum per magis solida fundamenta probat;vnde argumentum nihil contra nos conuincit, qui solùm asserimus quoties ex iure fuerint duæ opiniones probabiles circa textus,aut legis decisionem;si vna ex illis fuerit probabilior ea relicta, tuta conscientia posse Iudicem adhærere probabili, & secundum illam iudicare. Et hæc omnia docet Texeda vbi suprà; ex quibus fundamentum argumenti Patris Arriaga satis probabiliter euanescit.

8. Adde quod etiam admissa obligatione in Iudice ferendi sententiam iuxta probabiliorem opinionem; hæc obligatio non incumbit Aduocato, cuius minus est sui clientis ius proponere, vt eo attento Iudex sententiam pronuntiet, qui forsan probabiliorem esse censebit, quam Aduocatus minus probabilem existimat. Ex quo inferes Aduocatum in causa, cuius iustitia minus probabilis est, non petere à Iudice vt sententiam ferat iuxta opinionem minus probabilem;sed tantùm proponere ea, quæ suo clienti fauent, vt ii probabiliora videantur, quam alia, quæ in alius partis fauorem adducuntur, vel ex alio capite sint sufficientia, vt si ex vi illorum possit Iudex in clientis fauorem sententiam ferre, eam pronuntiet. Vide Oviedo vbi infrà,& Serram *in part.2. tom.1. quæst.19. artic.6. dub.4.ad 3.*

9. Nota verò, quòd licet hæc omnia sint tuta in conscientia, quæ ego in gratiam Dominorum Aduocatorum adnotare volui, aduersus Patrem Arriaga; tamen ego puto, quòd per plures ex ipsis fœdè labuntur, & in mortale peccatum incidunt, etiam defendendo opinionem probabilem; quia non declarant partibus opinionem aduersariorum esse probabiliorem, sed ferè semper certè victoriam illis spondent. Dico igitur, & aures porrigant Aduocati, debere illos aequitatem, vel probabilitatem causæ sibi propositæ diligenter inspicere. Quod si reperiant illam ita parum probabilem, vt raro, vel nunquam eo loco Iudices in illam inclinent; non possunt illam suscipere defendendam, alioquin Rei erunt iniustitiæ, restituereque tenebuntur. Si verò reperiant illam minus probabilem, quam oppositam, sed quæ recepta sit interdum apud Iudices; debent Aduocati aperire clienti, quantam habeant probabilitatem, vel spem obtinendæ victoriæ, ne falsa promissione, vel spe clientem detinentes,& ad sumptus frustra faciendos inducentes, peccent contra iustitiam, & ad compensandum ei damnum teneantur. Adde etiam, quoties Aduocati causam sibi minus probabilem suscipiunt, affirmare non posse sibi videri probabiliorem,aut æquè probabilem, quia mentirentur, & interdum perniciosè cum damno clientis.

tis. Et hæc omnia docet Pater Lugo vbi suprà *q. 9. n. 76.* Et ideò Præpositus in *p. 2. q. 19. art. 6. dub. 5. §. 1.* sic ait: si consilium petatur in ordine ad forum externum, seu contentiosum, Aduocatus non potest dare consilium iuxta sententiam minus receptam; nisi saltem id ipsum declaret; quia alioquin clienti erit causa multorum damnorum, & expensarum cùm tali casu valdè imprudenter se gerat. Adde, quòd non iudicetur probabile, quòd Aduocatus in hoc casu possit dare tale consilium ex quo alteri apertè præuideantur grauia damna sequutura, cum Iudices cognoscantur communiter sequi contrarium, videturque hoc casu reticens sententias probabiliores teneri ad restitutionem damni, quòd cliens per tale consilium incurret. Interim cum præfata cautione, & monendo de dubio causæ, potest Aduocatus suscipere causam dubiam, & quamcumque probabilem; quia Aduocatus non profert sententiam, nec cogit Iudicem proferre, sed solum proponit quæ Ius clientis possunt confirmare. Ita ille.

Sup. hoc infra in res. 28. & in alia eius nor.

10. Et tandem non deseram hic apponere verba Ioann. Henriq. *in Compen. Cas. Moral. c. 1. §. 3. n. 19.* sic asserens:] Quando el Abogado sabe que la iusticia de su parte es prouable, y que la iusticia de la parte contraria es mas prouable, no puede defender su parte con buena conciencia, sino es auisando à su parte como tiene mayor probabilidad la parte contraria; y este es el punto de mayor importancia de todos los que pratican los juristas: y si Christianamente se mirasse, no abria tantos pleitos, y escandalos en la Republica, ni tanto estrago en las conciencias. Sic Henriq. cui etiam adde nouissimè doctissimum Ouiedo *in p. 2. D. Thomæ tract. 5. contr. 3. punct. 10. n. 110.*

Sup. hoc an. ex medium præmitti §. huius Resl. vers. Si verò. & in alia res. eius nor.

RESOL. XXVI.

An Aduocatus possit sequi opinionem Antonij Cujacij & similium Iurisconsultorum? Ex p. 2. tr. 13. Res. 5.

Sup. hoc supra Resl. 9. & 10. & infra num. 4 Resl. 28. § Nota vero. & in num. 4. tr. 1. Resl. 41. §. Ad primum. & locis.

§. 1. HAnc quæstionem tractauit Sancius *in suis practicis disputationibus*, & quia Codex rarus est, ponam per extensum eius verba: Animaduertendum (ait) plures Iurisperitorum non ausos in praxi sectari opiniones Duareni, Cujac. Donelli, Antonij Fabri, & aliorum, appellántque illas opiniones solùm theoricas, & non practicas, tantúmque ad scholarum ludum proficuas: nequaquam tamen ad in praxi iudicandum. In quo sanè decipiuntur. Nam imperceptibile est aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & in praxi tutò amplexari non posse, cùm probabilitas practica à speculatiua probabilitate oriatur: ab eáque solùm differat, tanquam effectus à sua causa. Id enim quod quis opere exequitur iustè, vel iniustè, ab eo nascitur, quod scilicet speculatiue iudicauit posse agi licitè, vel illicitè, cùm cognitio speculatiua dirigat voluntatem ad opus. Vnde in praxi tutò amplexari poterit Aduocatus talium Doctorum opiniones, imò fortè melius, quàm aliorum, non adeò theoricè sapientium. Nam illi, qui theoricè rem pleniùs examinant, & fundamenta discutiunt, meliùs quoque regulam ad operandum demonstrabunt. Aliàs nihil prodesset alicui, rem saniùs percipere, nisi in ordine ad operandum certiorem regulam constitueret. Nec oberit, quin horum Doctorum sententia sectari queat, quòd magis communiter Iurisperiti illorum mentem non amplexentur, nec iudices iuxta talium opinionem sententias pronuntient: id enim necessitatem non inducit aliis, quòd videlicet contra theoricorum doctrinam teneantur quoque iudicare, & quia præsumendum sit plures iudicum & Iurisperitorum contra talium theoricorum sententias iudicantium id agere, quia ex proposito eorum Doctorum doctrinam non discussere, sed vnus alterius vestigia, tanquam greges, sequitur. Hæc Sancius *disp. 64. n. 63.* quæ valdè sunt notanda; quia multum quotidiana, & in aliis libris minimè obuia.

RESLO. XXVII.

An Medicus si iuxta regulas medicinæ non haberet medicamentum certum, possit sequi opinionem minus probabilem circa aliqua medicamenta, relicta probabiliori? Sup. hoc in Resl. seq.

Et quid, si habeat medicamentum certum? Ex p. 2. tr. 13. Res. 7. Sup. hoc euasim in Resl. nor. præmitt. §. vlt. inter medium & finem, vers. peccat Medicus.

§. 1. NOn posse sine labe peccati mortalis, respondet Portel *in Addit. ad dubia Regularia, ver. opinio eligenda. n. 10.* vbi citat Sotum, & Suarez, quibus ego addo Villalobos *in sum. to. 1. tr. 1. diffic. 1. n. 6.* Vasq. *in p. 2. tom. 1. disp. 64. c. 4. in fine.* Bonac. *de legib. disp. 2. q. 4. punct. 4. n. 22.* Becan. *in sum. tom. tr. 1. c. 4. q. 9. n. 13.* & Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 41.* Ratio est, quia faceret contra debitam charitatem, proximo indigenti exhibendam; quæ petit, vt certiori modo, quo possumus, ei subueniamus.

2. Non desunt tamen DD. qui in hoc casu asserunt, posse Medicum vti opinione probabili. Et ita docet apud Sanch. *vbi sup.* Azorius *tom. 1. lib. 2. c. 17. q. 11.* Aragonius *in 2. 2. q. 62. art. 4. dub. pen.* & Salas *in p. 2. q. 21. tr. 8. disp. vnica sect. 15. nu. 158.* quibus ergo addo Montesinum *in p. 2. tom. 1. disp. 29. q. 5. num. 214.* & nouissimè Sancium *in practicis disputationibus, disp. 44. num. 36.* vbi cum citatis DD. notat, quòd si medicamentum esset certum, tunc teneretur Medicus ex charitate, & iustitia illud applicare: quia certum pro dubio relinqui non potest. Ratio verò, quare vti possit opinione probabili, est, quia iuxta suam conscientiam applicat id, quod salutiferum probabiliter arbitratur.

RESOL. XXVIII.

An Medicus possit adhibere morituro medicamentum dubium & sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori?

Et an peccet Medicus qui adhibet medicamentum probabile, cum possit certum adhibere?

Et quid si illud adhibet, de quo vtrinque sint æquè probabiles opiniones, quod multum proderit aut nocebit?

Et an, si Medicus in ea esset opinione vt existimaret medicamentum noxium fore, peccet contra iustitiam præbendo illud medicamentum, iuxta opinionem probabilem aliorum? Ex p. 5. tr. 3. Res. 132.

1 §. REspondent aliqui, quòd Medicus in casu dubio, an medicamentum salutare sit, vel noxium, non existente alio certiori, & aliunde æger desperetur de vita, licitè potest dictum medicamentum præbere. Sufficit etiam vt medicamentum æquè probabiliter sit profuturum, & hæc ex multis tenet Alphonsus de Leone *de offic. Confess. select. 2. n. 193. & 194.* qui subdit quòd si circa medicamenta adhibenda adsint opiniones Doctorum, quarum vna sit probabilior, alia minùs probabilis, tenetur Medicus sub peccato mortali sequi probabiliorem, & hoc vltimum differt à primo, quia ibi agitur de ægro desperato, pro cuius remedio offertur vnum tantùm medicamentum dubium, an profuturum, vel nociturum. Hîc agitur de omnibus ægris, pro quorum remedio offeruntur plura medicamenta, quorum aliud secundùm probabilem opinionem tantùm est profuturum, aliud secun-

dùm magis probabilem. Vnde non solùm Medicus tenetur sequi probabiliorem, & tutiorem opinionem, vbi contraria opinio probabilis est, quòd medicamentum sit noxium, sed etiam vbi certum sit non nocere, sed sit de eo opinio, quòd magis prosit. & ita etiam docent Doctores, quos citaui *in part. 1. tract. 13. resol. 7.*

Quæ hic est Resl. antecedens.

2. Sed ibi pro affirmatiua sententia non paucos adduxi, asserentes, quando nullum medicamentum est certum, sed variæ inter Medicos intersunt opiniones circa medicamenta illi morbo applicanda, & aliunde salus ægroti non est desperata, licere Medico sequi opinionem minùs probabilem, relicta probabiliori, quia quod ex probabili ratione efficitur, temeritate, ac imprudentiâ vacat, ergo & culpa.

Sup hoc etiã certum in Resl præceti. ta, lin. 6. ante finem.

3. Nota etiam quòd stando in opinione contraria docet Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 41.* non esse contra obligationem iustitiæ ex Medici officio debitam, vti opinione illa minùs probabili, sed contra debitam charitatem proximo indigenti exhibendam, quę petit, vt certiori medio, quo possumus, ei subueniamus. Sicut idem author dicit de Ministro Sacramentorum eligente opinionem minùs probabilem. Sed hoc vltimum non admittit Merolla absolutè *tom. 1. disput. 3. cap. 4. coroll. 5. num. 198.* & existimat tunc esse tantùm verum, quando Medicus non habet propriam opinionem circa medicamentum morbo applicandum, an sit salutiferum, vel noxium, ita vt neutri parti contradictionis simpliciter adhæreat, sed solùm iudicet vtramque partem esse probabilem ob diuersas aliorum Medicorum opiniones. Nam si ipse in ea esset opinione, vt existimaret medicamentum noxium fore, peccaret contra iustitiam, præbendo id medicamentum, iuxta opinionem probabilem aliorum, sicut dixi *num. 162.* de iudice, qui fert sententiam secundùm aliorum opinionem, relicta propria. Ratio est, quia eo ipso quòd infirmus vocat ad se potiùs hunc Medicum, quàm alium, tacitè vult ab eo curari secundùm propriam opinionem, quia de illius scientia confidit. ergo iniuriam facit Medicus infirmo si det illi medicamentum, quod existimat fore noxium, quamuis opinionem aliorum Medicorum dicentium esse salutiferum, probabilem iudicet. Probatur consequentia, nam si iuxta aliorum Medicorum opinionem medicamentum præberet, non tam ipse, quàm alij dicerentur infirmum curare, sicut diximus suprà de iudice, qui ferret sententiam secundùm opininem aliorum. Et post hæc scripta inueni circa dubium præsentis resolutionis sic asserere Malderum *in part. 2 q. 19. art. 3. disput. 86. §. 7.* Peccat Medicus qui adhibet medicamentum probabile cùm possit certum adhibere: item si illud adhibeat, de quo vtrinque sunt æquè probabiles opiniones, quòd multùm proderit, aut nocebit, etiamsi nullum certius adhibere possit, nisi fortè in certissimo alioquin æger versetur periculo, cui expediat vel hoc periculoso remedio succurri. Rectè tamen monent DD. potiùs standum esse experientiæ, quàm opinionibus. Sequitur hæc assertio satis ex præcedenti; vna enim ratio; quæ vbi vrgebatur in medecina spirituali Sacramentorum etiam hic locum habet. Sicuti enim ibi Sacerdotis officium postulat, vt certam relicta incerta adhibeat spirituale medicinam, ità Medicus certissimum remedium adhibere debet: quare si secundùm probabiliorem opinionem medicamentum sit lethale, peccat mortaliter id applicans Medicus. Item si dubitet an ne profuturum sit, vel nociturum, etiamsi intendat eius virtutem experiri. Neque enim Medicus, vt benè Plinius, potest discere periculis ægrorum, & experimenta per mortes agere. Imò etiamsi probabilius sit non nociturum, sed profuturum, modò verè periculum probabile sit quòd nocebit, non licebit eo vti, etiamsi certum non suppetat, nisi in casu, quo certissima mors impenderet ægro, quo casu existimant etiam illud licere adhibere, quod probabilius est nociturum, modò verè probabile sit profuturum. Ita Malderus.

RESOL. XXIX.

An qui probabiliter putat rem esse suam, etiam si probabiliter teneatur ab altero, possit de illa facere occultam recompensationem, si ius suum non possit defendere, coram iudice?

Quæst. prima.

Et quid, si probabilius est rem esse illius, qui illam possidet? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Resl. 45. alias 44.

Quæst. secunda.

§. 1. QVæstio est curiosa, & ad illam affirmatiuè respondet nouissimè Pater D. Stephanus Spinula Congregationis Somaschæ in suo erudito Opusculo *de Electi. opin. disp. vlt. sect. 7.* vbi si ait: Hinc probabiliter etiam dici potest, eum, qui ius probabile habet ad aliquam rem, quæ ab alio detinetur, quòd ius in iudicium deferre non potest, posse licitè occultè compensationem facere; quia suo iuri adeò bene fundato, quomodo potest alia via satisfacere? Debetne ergo illud ius haberi pro nullo? In dubio quidem posset, quia in dubiis melior est conditio possidentis; sed in casu opinionis probabilis nonne debet quid plus posse facere? semper tamen intelligo, supposito, quòd ex opinione probabili facti, nempè quòd res sit sua, possit habere opinionem probabilem, quòd sibi illa sit adiudicanda, adeò vt verè sibi deberi, probabiliter opinetur, & licèt communis sententia Doctorum videatur esse in contrarium, tamen Cardinalis de Lugo minimum propendet in hanc sententiam, *de iust. & iure, disp. 16. sect. 5.* vbi etiam notat Doctores contrarium asserentes inconsequentiæ, quia id negant in vniuersali, & in genere: concedunt autem compensationem occultam cum opinione probabili in particularibus materiis. Videatur dictus Cardinalis loc. cit. vbi soluit omnia argumenta in contrarium.

2. Vrgeo, si probabilius est rem esse illius, qui non possidet, re delata ad iudicem poterit iudex, quin debebit à possessore ereptam, illi adiudicare; dictum est enim *disput. præced. sect. 6. concl. 2.* teneri iudicem sententiare pro parte probabiliori; ergo si non possit lis ad iudicem deduci, ne, qui non possidet, priuetur suo iure, poterit occultè compensationem facere. Instat: Potest iudex, vel debet pro illo sententiare. Quare? quia illi debetur res ab alio possessa; aliàs si non deberetur, non posset iudex rem illi adiudicare. Neque verò solùm debetur post sententiam; sententia enim non facit quòd res alteri debeatur, sed rem adiudicat alteri. Supponit rem deberi, & ex hoc supposito; tanquam ex motiuo iustificante rem adiudicat. Si ergo res mihi debetur, iam habeo opinionem iuris pro me: ergo potero hac opinione iuris vti, & occultam facere compensationem. Claudo: Res mihi debetur & quare non potero, ea via, quæ sola superest, citra scandalum iuri meo satisfacere?

3. Dices. Est veluti axioma in materia iustitiæ, quòd à non liquido ad liquidum non datur compensatio; sed ius probabile ad rem non est ius liquidum: ergo non potest fieri compensatio accipiendo rem liquidam. Respondetur: Illud axioma absolutè prælatum, si comprehendat etiam iura probabilia, nec in sententia Aduersariorum esse verum: nam concedunt Aduersarij, quòd si alicui legatum relinquatur in testamento non solemni, licèt non possit in foro fori legatum repetere, posse tamen occultam facere compensationem; quia probabile est, quòd tale legatum de iure naturæ sit validum, ac proinde probabile est, quòd sibi debeatur. Neque enim certum est tale legatum sibi deberi, quia probabilis est aliorum sententia negantium in hoc casu vllam obligationem oriri ex iure naturæ, ac proinde

Tertio qui. & confirm & aliis vers. earum annotationum.

proinde asserentium non deberi. Igitur ius ad hoc legatum est tantùm probabile, ac proinde non liquidum; & tamen potest occulta fieri compensatio: ergo, &c. Dicendum igitur est, illud axioma valere in dubiis propriè dictis: sicut in iisdem tantùm valet, quod melior sit conditio possidentis; est enim moraliter sufficienter liquidum ius, quod probabile est. Hucusque Pater Spinula.

4. Et ego in fauorem suæ opinionis adducam etiam doctissimum, & amicissimum Patrem Franciscum de Lugo *in principiis Theologiæ Moral. par. 1. cap. 3. qu. 13. n. 100.* vbi hæc asserit: Secundus casus est de possidente rem, quam probabiliter opinaris esse tuam. Aliqui dicunt te non posse possidentem spoliare re possessa, quamuis probabile tibi sit, & forsan probabilius, rem esse tuam. Quoniam etsi proprietas possidentis sit solùm probabilis, possessio tamen certa est, & ideò præponderat tuæ probabili proprietati. Ioan. Sanch. *disp. 33. num. 42. & disp. 42. num. 53. & seqq.* distinguit. Si probabilitas sit circa factum orta, scilicet ex probationibus, & testimoniis, dicit non posse possidentem spoliari, nisi per iudicem iudicantem. At verò si probabilitas sit circa ius, v. g. quia tibi per testamentum minus solemne res legata fuit, vel alio titulo probabili competit, dicit, secluso scandalo, posse te possessorem spoliare, clam auferendo rem: quia possessio præualet contra dubium negatiuum, non verò contra probabilem opinionem circa ius. Imò n. 56. subdit, aliquos viros doctos à se consultos voluisse, probabilem etiam opinionem circa factum ex probabilibus testimoniis ortam sufficere, vt possis authoritate priuata, cessante prorsus scandalo, nondumque re deducta ad forum contentiosum, accipere rem, quam probabiliter opinaris esse tuam, & illa possidentem spoliare. Quod etiam mihi probabile videtur. Quia possessio nititur proprietate, quæ solùm est probabilis. Ergo non impedit vsum opinionis contrariæ probabilis. In praxi tamen non crederem, rem esse priuatim accipiendam, si iuridicè peti possit, & expectari iudicis sententia. Ita Lugo. Sed contrariam sententiam tenent Sanchez *in summa tom. 2. lib. 6. c. 3. n. 7.* Suarez, *de legibus lib. 5. cap. 17. n. 20.* Palaus *tom. 1. tract. 1 disp. 2. punct. 6.* & Layman *lib. 1. tr. 1. c. 5. n. 21.* Quibus ego addo Giuniparum *de Iure Pontif. disp. 6. q. 6. c. 3. num. 51.* & huic negatiuæ sententiæ ego adhæreo.

Sup hoc in 3 præcitro huius Resl. à lin. 4. & in aliis eius annot.

RESOL. XXX.

Remissiuæ aliquæ opiones Authoris confirmantur. Ex p. 3. tr. 1. & Misc. 1. Resl. 25.

Sup hoc late in tom. 1. tr. 3. in Resl. 13. & latissime in aliis eius primæ not.

§. 1. QVæro primò; An peccata dubia sint necessario in confessione aperienda. Nominatim contra me negatiuam sententiam docet Ioannes Camruel *in Theologia fundamentali fundam. 77. n. 1321. à fol. 673. vsque ad fol. 700.*

2. Sed hanc opinionem ego sæpius reprobaui, & nunc iterum reprobo, ac nouissimè Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tractat. 12. cap. 1. §. 2. dub. 8. numer. 206.* putat talem opinionem neque speculatiuè esse probabilem, & practicè esse temerariam; Vide rationes apud ipsum, & penes me in hac. *part. 10.* alibi adductas.

Sup. hoc late infra in tr 3. à Resl. 17. vsque ad 21. inclusiue & præsertim in tr. 6. Resl. 9. per totam, & signanter §. Vlt. & in t. 5.

3. Quæro secundo; an in rebus venereis detur parvitas materiæ. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me latè defendit Caramuel *in Theologia fundamentali fundam. 58. num. 1208. à fol. 592. vsque ad fol. 616.* Sed ego negatiuam sententiam iterum doceo, & contrariam opinionem nouissimè Angelus Maria Vericelli *in quæst. moral. & legal. tractat. 4. quæst. 17. n. 3.* vocat per principia intrinseca, siuè extrinseca omnino improbabilem, falsam erroneam, temerariam, periculosam, ac scandalosam, & forte grauiori censura dignam. At ego libenter abstineo à censuris opinionum, præsertim in sapientissimi, & amicissimi Viri, sufficit mihi tantum meas confirmare; Vide rationes, quas adducit Verricelli, & de hoc ego alibi in pluribus locis; Vide etiam sapientissimum, & amicissimum Antonium Escobar, & Mendoza *in 2. editione Lugdunensi suæ Theol. Mor. tract. 1. Exam. 8. c. 3. num. 75.* qui testatur nostram sententiam esse communem in Schola Societatis, & tandem asserit, Res venerea est? nunquam est parua, & in *Theol. Morali magna t. 1. l. 1. sect. 2. Prx. 2. n. 67.* contrariam sententiam vocat falsam, improbabilem ac temerariam.

tr. 9 Resl. 28. in fine.

4. Quæro tertiò: An professi nondum in sacris ordinibus constituti teneantur sub culpa lethali persoluere horas Canonicas? Idem quæritur de monialibus. Negatiuam sententiam docuisse Caramuelem *in Theologia regul. disp. 102. art. 2. n. 1343. cum seq.* ego dixi, sed ipse modò *in Theol. fundam. fundam. 53. §. 8. n. 1095.* dicit nominatim contra se loquutum fuisse de Benedictinis iunioribus ante præceptum Abbatis. Sed absolutè loquentem Caramuelem impugnat latè, & doctè, vt semper solet Pater Bardi *in selectis lib. 8. q. 1. §. cum sequen.* respondens ad omnia eius argumenta, cuius sententiam tanquam improbabilem fusè refellit ex ordine Prædicatorum Magister Ferdinandus de la Naue *tract. 1 cap. 9 per totum de obligat. Monialium recitandi officium diuinum*, quia tractatus omnino videndus est, impressus fuit Cordubæ anno 1621. & lingua Hispanica est conscriptus, & penes me habeo. Vide etiam me citato Bertrandum Loth *in Resolut. Theolog. tract. 23. q. 1. art. 8.* qui opinionem contrariam temerariam appellat, militat enim contra torrentem Theologorum; sed nouissimè abstinet ab his censuris Tamburinus *in Decalogum part. 2. lib. 2. c. 5. §. 1. n. 13.* licet me citato Moniales supradictas ad horas Canonicas obliget.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 6. à Resl. 12. vsque ad 17. inclusiue, & in resl. 18. §. vlt. & in Resl. 56. §. Secundo, & §. Ad id & in to. 2. tr. 1. Resl 87. §. 2. à lin. 5. à vers. Constanter, & in tom. 4. tr. 3 Resl. 20. §. penult. post medium, cursim, ad vers. & ideo.

5. Et quidem dato quod Caramuel loquutus fuisset de Benedictinis iuniotibus, nego id quod ipse asserit, nempè ante præceptum Abbatis supradictos non esse astrictos ad pensum diuini officij: Nam ratione consuetudinis tenerentur vt cæteri Religiosi; quod euidenter probatur contra Caramuelem ex priuilegio concesso dictis Patribus ab Eugenio Quarto, quod Clerici Professi in sacris non constituti ad horas canonicas recitandas non teneantur, vt obseruat Antonius Hinoiosa *directorio decisionum Regularium verbo hora Canonicæ fol. 283.*

Sup hoc priuilegio & aliis in Resl. 6. not. præteritæ §. Sed ego, signanter propè finem, &c.

6. Ergo secluso priuilegio iuniores Benedictini ad dicendum officium astricti erant; An verò dictum priuilegium sit apud illos in vsu, me remitto; Compertum habeo, quod aliis Regularibus, vt alibi probaui, per communicationem non erit licitum illo vti. Vide omnino Bardi *vbi supra*, qui nominatim Caramuelem impugnat, & nostram sententiam solidè firmat.

Alibi in Resl. 7. not. 1. post præteritam, à principio, signanter ab eius §. 2. &c.

7. Quæro quartò. An ex eo precisè, quod mutuator priuat se potestate repetendi suam pecuniam intra certum aliquod tempus, licite possit aliquid vltra sortem exigere?

Sup. hoc in tom. 6. tr. 3. Resl. 44. 45. & 46. & 1. Resl. 109. §. Ponit. ad medium, à vers. Sed, &.

8. Affirmatiuè respondet Caramuel *fundam. 60. §. 1. per totum*, & contendit me non docuisse contrariam sententiam, quoad hoc remitto me ad ea quæ, alibi dixi improbando talem sententiam, & benè dixit Cardinalis Lugo, me illam non docuisse, & patet etiam in mea *part. 1. tr. 8. resol. 48* in vltimis verbis resolutionis; Nunc autem illam iterum refello, & vide præter Doctores à me alibi adductos, me citato Roccaful. *in praxi Theol. moralis tom. 2 lib. 3. de 7. pr. Decalogi cap. 8. num 799.* & Amicum *in cursu Theologiæ tom. 5. disp. 20. sect. 8. n. 133.* vbi appellat sententiam contrariam nouam, periculosam, & expositam palliatis vsuris. Et licet

licet illam etiam docuerit Philippus de la Cruz *in tr. vnico de interess. fol.7. impresso Matriti anno* 1637. & lingua Hispanica conscripto;tamen scias dictum libellum fuisse ex ordine supremi Consilij sanctæ Inquisitionis ne venale haberetur prohibitum.Ita hic Romæ testatus est missi Illustrissimus, & nunquam satis laudatus Dominus meus D.Franciscus Antonius Diez, & Cabrera nunc merito inter Consiliarios supremæ Inquisitionis Castellæ annumeratus,maiorum honorum dignissimus.Vnde non approbo ea, quæ me citato nouissimè tenet doctissimus Magister Ludouicus Bertrandus Loth *in resp. Theol. tract.9. q.1. art.4.tit.2.* qui sententiam Caramuelis probabilem vocat.

Sup. hoc in tom.3. tr.6. Res.76.77.& 78. & si placet lege alias Res. positas in ann.1.res. 3.huius not.

9. Quæro quinto An omissio vnius horæ ex paucis constituat peccatum mortale?Negatiuè respondet Caramuel *Ibid.*§.4. nominatim contra me.

10. Sed hanc sententiam falsam, & improbabilem putat esse Magister Pater Lezana *consult. 48. nu.*8. & obseruat à sacra Congregatione Indicis fuisse deletam ab opere Marchini *de Sacramento Ordinis* & me citato,nouissimè insurgit nominatim contra Caramuelem noster doctus Pater Verricelli *in quæst. moral. lib. 8. q.58. per totam*, in qua hanc sententiam acriter & solidè impugnat,& recedit à sententia Caramuelis,quam antea docuerat.

Sup. hoc infra in tr. 6. Res.20.§.1. à lin. 3. & in tom.1. tr.7. lege doctrinam Res.131. & Res.& §§. eius annot. vt melius ab illis possis distinguere hanc quæst. Sup hoc late infra in tr.6. Res.1.

11. Verùm circa ea, quæ etiam nominatim contra me adducit doctus Caramuel *vbi supr. in Theol. fundam.* circa bestialitatem, sodomiam, & mollitiem, an differant specie,& de prohibitione mollitiei,& fornicationis,remitto Lectorem ad Epistolam Patris Angeli Bossij impressam nouissimè Lugduni 1653. & directam ad Caramuelem post editam suam Theologiam fundamentalem,in qua Epistola Bossius seipsum defendit, & consequenter etiam me, qui suam sententiam contra Caramuelem iam docueram, vide etiam Bertrandum Loth *in resolut.Theol.tr.16.q.4. art.2.per tot.* in quo nominatim contra Caramuelem late probat cum communi,& certa sententia fornicationem esse intrinsece malam, ita vt attento solo iure naturæ, sit peccatum mortale. Idem docet nouissimè Pater *Tamburinus in Decalogum part.2.lib.7.cap.1.§.2.n.1.* etiam nominatim contra Caramuelem insurgens.

Sup. hoc in tom.3. tr.6.

12. Circà verò ea,quæ asserit contra me *fundam.*53. §.1.& 3. de non assumenda occupatione incompossibili cum recitatione Officij, vide Bonacinam *de horis Rel.* 4. *Canonis disp.*1. *q.*6. *punct.*2. *n.*3. qui citat Suarez, & 33. Filliucium, quibus adde Martinum de San Ioseph in *Mon.Confes.to.*1.*lib.*2. *tr.*11.*de orat. n.*13. vbi sic ait; El que tiene obligacion de rezar por orden sacro, ò renta Eclesiastica no puede ocuparse voluntariamente en officio, que impida el rezo, porque haziendo lo contrario, sera querer no rezar; pero si ay necessidad graue y necessaria para el bien Proprio,ò del proximo, podrà admitir semeiante ocupacion quando pareza que es mas agradable à Dios,que la del rezo;que todos los preceptos humanos no obligan con tales circunstancias.] Ita ille,qui etiam cum Suarez,& aliis vbi supra asserentibus de ieiunio admittunt cum Diana exepla in contrarium adducta à Caramuele. Ergo signum est adesse disparem rationem inter illa, & calum de admittente occupationem incompossibilem cum officio diuino;illa enim videntur impedimenta remota,& per accidens;istud verò proximum,& per se. Et quando ponuntur illa impedimenta in allatis exemplis à Caramuele, præceptum ieiunij non adest: ergo.

13. Et hæc dicta sufficiant in superioribus resolutionibus defensionis causa circa ea, quæ in sua Theologia fundamentali obseruauit contra me Ioannes Caramuel.Dixi defensionis causa,nam aliàs nunquam ausus fuissem Calamum exacuere contra sapientissimum Virum indissolubili amicitiæ vinculo mihi coniunctum. Diana enim Caramuelem tanquam Magistrum veneratur, & vt Amicum carissimum ex totis præcordiis diligit,scitque vicissim ab ipso non minus redamari,acore,& calamo plusquam meretur passim laudibus extolli, vnde licet inter ipsos aliquando dissideant intellectus,obstrictæ tamen,ac deuictæ semper remanent voluntates; Semperque Diana Caramuelem,& Caramuel Dianam peramabit.

14. Nota hic tamen Caramuelem in Theologia Fundamentali plura non definire, sed illa dubitatiue & interrogatoriè tantum proponere, & post hæc scripta edidit alteram partem Theologiæ Fundamentalis in qua facit, quod ego optaueram in *resolut.*1. huius tractatus, dissoluendo, & dissecando, vt ipse asserit Nodos Gordios primæ Partis, & mutando sententiam, & in multis aliis spero quod in posterum faciat.

In indice primo huius Tom.8. lege Apendicem ad hunc Tract.1 Vbi inuenies alias plures difficultates, & dissensiones per alios Tom. Tract.& Resol.quæ simul pertinent ad hunc Tract. 1. de Opinione probabili.

TRACTATVS SECVNDVS
DE CONSCIENTIA DVBIA
ET ALIQVID DE ERRANTE.

RESOLVTIO PRIMA.

An sit licitum operari cum conscientia dubia speculatiuè, & non practice?

Et notatur, quod licet ad rectè operandum requiratur iudicium practicum moraliter certum, non tamen ita,vt excludatur omnis formido oppositi. Ex p.4.tr.3.Res.1.

PETRVS Lorca *in* 1. 2. *D. Thom.* agens de actibus humanis, *disp.*37.*mem.*1. ineptam esse putat distinctionem inter dubium speculatiuum, & practicum; verùm quia omnes DD. illam admittunt; ideo respondeo ad quæsitum affirmatiuè, quando sufficiens diligentia adhibita fuit ad vincendum dubium speculatiuum, & quando subest rationabilis causa, suadens variare practicè,seu hîc,& nunc iudicium speculatiuum. Exempli gratia, si bona fide res possidens incipiat dubitare, an res illa sit aliena,quod est dubium speculatiuum,tenetur diligentiam adhibere, vt veritatem assequatur,eaque præmissa,nec veritate detecta,potest licitè eam retinere,& practicè hîc, & nunc non dubitare, non obstante dubio speculatiuo, quia melior in pari causa est conditio possidentis, vt patet ex *reg.* 61. *de reg. iur. in* 6.

2. Notandum est hîc obiter contra Paulum Layman *lib.*1.*tr.*1.*c.*5.§.1.*n.*3. quòd licèt ad rectè operandum requiratur iudicium practicum moraliter certum, non tamen ita, quo excludatur omnis formido oppositi, vt

vt rectè docet Vasq. *in* 1.2. *disp.* 62. *c.*5. & Sanchez *in summa tom.*1. *lib.*1. *c.*10.*n.*19. sufficit enim assensus probabiliter dictans, quamuis non sine formidine oppositi, hoc, vel illud honestè agi.

RESOL. II.

An hæc regula, scilicet: In dubio melior est conditio possidentis, *non solum sit vera in materia iustitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum?* Ex p.4. tract.3. Res.2.

Sup. hoc infin tr. 4. Res.19.§.2. ad medium, & in tom. 1. tr.1. Res.56. §. Nota Icardo, & in tom.6. tr.5. de doctrina Res.4. in fine à vers. Quæ quidem regula.

§.1. CElebris,& difficilis est ista quæstio, & negatiuam sententiam docet Vasq. *in* 1.2. *disp.*65. *c.*3. *& disp.* 66. *c.*1. Ant. Perez *in laurea Salmantina, certam.* 10. *scholast.n.* 132. Salas ex parte *tr.* 5. *disp. vnica sect.*17.*n.*162. Turrianus *in opusc. Theolog. opusc. de conscientia dubia, disp.*1. *dub.*1. *& seq.* Azorius *to.*1. *lib.*2. *c.*18. *q.*4. *& lib.*11. *c.*15. *q.*2. Comitolus *in resp. moral. lib.*2 *q.*18. Sayrius *in claui regia lib.*1. *c.*13. *n.*9. *&* 36. & alij penes ipsos, quorum sententia satis probabilis est, vnde mihi displicet Suar. *in* 3. *part. to.*5. *dispu.*40. *sect.*5. *num.*8. asserens esse falsum, & sine fundamento, possessionem in sola iustitiæ materia suffragari.

2. Sed non minus probabilem, affirmatiuam sententiam esse existimo, quam tuentur ipse Suarez etiam *de Relig. to.*2. *lib.*4. *de voto, c.*5. *n.*7. Sanch. *in sum. tom.*1. *lib.*1. *c.*10.*n.*11. Coninch *de Sacram. disp.*34. *dub.*10. *n.*86. Henriq. *lib.*8. *c.*3. *in glossa lit. P.* Filliucius *to.*2. *tract.*21. *c.*4. *n.*159 Sancius *in selectis disp.*42. *num.*7. Villalobos *in summa tom.*1. *tract.*1. *diffic.*21. *nu.*1. vbi sic ait. [En caso de duda tambien en las de mas materias, fuera de la iusticia, es mejor la condicion del que possee. El fundamento desto es porque la possession es titulo vniuersal para todas las virtudes, a la manera que la obediencia de la ley es vniuersal à todas las virtudes, y assi el que esta en tal duda puede deponerla, y obrar practicamente contra ella.] Sic ille, vnde ex hac opinione benignè in hoc tractatu resoluendi sunt multi casus ad alleuiandas animas; & præter Doctores citatos tenent etiam hanc opinionem Sanctarellus *var. resol. tom.*1. *q.*44. *n.*9. Tannerus *tom.*2. *disp.*2. *q.*6. *dub.*4. *n.*47. Malderus *in* 1.2. *D. Thomæ q.*19. *art.*5. *disp.* 87. Merolla *tom.* 1. *disp.*3. *c.*3. *dub.*2. *n.* 60. Castrus Palaus *tom.*1. *disp.*3. *punct.*6. *n.*1 & alij penes ipsos.

RESOL. III.

An in dubio tutior pars est eligenda?
Et an pradicta regula non præceptum, sed consilium contineat? Ex part. 4. tr.3. Res.3.

Sup. hoc infin tr. 4. lege doctrinã §.1. & 2. Res.18. fin. numer in fine dicti §.1.

§.1. HÆc regula habetur *in cap. iuuenis, de sponsal.* & *in c. si quis autem dist.*7. *de pœnit.* habetur, Tene certum, & dimitte incertum. Sed Malderus *in* 1. 2. *D. Thomæ q.*19. *art.*5. *disp.*87. Castrus Palaus *tom.*1. *disp.*3 *punct.*6. *n.*4. Suar. *de censur. disp.*40. *sect.*6. *n.*9. Merolla *tom.*1. *disp.*3. *c.*3. *dub.*2. *n.*67 Emanuel Moura *opusc.*1. *de incant. sect.*1. *c.*5. *n.*2. & alij, asserunt supradictam regulam non præceptum, sed consilium continere. Vvigers. *in* 2.2. *D. Thomæ q.*19. *art.*6. *dub.*6. *n.*55. Naldus *in summa ver. dubium n.*39. ex Nauarro tenent dictam regulam procedere, quando in iure exprimitur de casu aliquo speciali. Alij verò asserunt, distinguendum esse inter incertitudinem, seu dubium proprie, & simpliciter practicum, & dubium abstractum, quod etiam speculatiuum appellatur; nam in illo quisque obligatus est sequi partem tutiorem, veluti si dubito vtrùm mihi hîc, & nunc licitum sit instituere contractum cambij, v.g. *cor la ricorsa*, peccabo nisi abstineam, quia committerem me peccandi periculo. In dubio autem abstracto, & speculatiuo, v.g. vtrùm contractus cambij *cor la ricorsa* secundùm se & suapte natura sit iustus, necesse non est sequi partem tutiorem, quia sequendo partem minus tutam, tamen probabilem, formare possum conscientiam, siue iudicium moraliter certum licitum esse mihi hîc, & nunc operari secundùm scientiam speculatiuam probabilem, & hæc omnia docet Paulus Layman *in Theolog. mor. lib.*1. *tr.*1. *c.*5. §. 2. *n* 8. Tannerus *to.*2. *disp.*1. *q.*6. *dub.*4. *n.*46 Becanus *in* 1.2. *tr.*1. *c.*4. *q.*9. *n.*4. & alij communiter, vnde deueniendum est ad decisiones particulares casuum.

RESOL. IV.

Occurrentibus duobus præceptis, si quis dubitaret, vtrum illorum obligaret, eo quod simul impleri non possint, quid facere debeat? Ex p.4. tr.3. Res.70.

Sup. hoc infra lege doctrinam. Res.20.

§.1. REspondeo, considerandam esse vtriusque præcepti grauitatem & naturam, & si attentis omnibus circunstantiis non constiterit magis de obligatione vnius, quàm alterius, posse liberè eligi impletionem cuiuslibet illorum, quia cùm homo teneatur vnum illorum implere, & nullo modo constet, quod illorum magis obliget, prudentia dictat, honestè posse eligi vnum, vel alterum pro libito. Si verò attentis omnibus circunstantiis vnum credatur aliquo modo magis obligare, quàm alterum illud implendum est, de cuius obligatione magis constiterit. Vbi obiter aduerte primò, licèt materia vnius præcepti ex se sit magis grauis, adhuc posse esse obligationem implendi præceptum magis leue, eo quòd illud sit de re, quæ non potest non esse prohibita; ac proinde alterum præceptum de se magis graue tunc non erit præceptum, nec obligabit, v.g. magis graue præceptum est succurrendi proximo in extrema necessitate, quàm non dicendi leue mendacium; & tamen si hæc duo simul concurrerent, potiùs non esset mentiendum, licèt proximum propterea periret, quia mentiri semper est intrinsecè malum. Secundò aduerto interdum posse contingere, reperiri tam exiguum excessum inter cognitionem obligationis vnius præcepti, & cognitionem obligationis alterius, vt non sit mortale implere illud, de cuius obligatione magis constat, quia in his est etiam paruitas materiæ, atque adeò præceptum leue. Nam sicut non seruare ordinem charitatis inter eos, inter quos est leuis excessus, non est mortale, ita in præsenti. Et omnia docet doctus Granado *in* 1. 2. *D. Thoma, controuers.*2. *tract.*12. *disp.*6. *n.*8.

RESOL. V.

An si quis dubitet in die Iouis cœnans, si sit transacta media nox, possit adhuc edere carnes?
Et quid è contrario, si hodie sit dies Veneris, aut ieiunij, & dubitetur, an hora duodecima noctis sonuerit, an possit quis comedere carnes? Ex p.4. tr.3. Res.18.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Villalobos *in sum. tom.*1 *tract.*1. *diffic.*21. *n.*7. vbi sic ait. [El que duda si son las doze de la noche, del dia siquiente es dia de ayuno este tal puede comer carne porque duda del precepto, y esta aun en possessionem de su libertad, mas si al contrario es oy dia de ayuno, y se duda se son las doze de la noche ono, no puede cenar, porque esta la possession por el precepto que consta que es oy dia de ayuno, y no se sabe si ha passado ò no.]

Ita

Ita ille,& post illum Ioannes Sancius *in selectis disp. 43. n. 5.* idem etiam docet alter Sancius *de matrim. tom.1.lib.2.disp.41.n.40.* & Layman. *lib.1. tr.1.cap.5. §.4.n.36.* & Salas *in 1.2. tom.1. tr.8. disp. vnica,sect. 25.n.264.* Naldus *in summa,ver.dubium n.25.* Castrus Palaus *tom. 2.disp.3.punct.8.n.6.* Fagundez *part.4.lib.1. c.10. n. 2.* Igitur si quis die Iouis cœnans dubitet, an hora duodecima noctis sonuerit, potest edere carnes, nam ius & possessio stat pro libertate edendi, certúmque horas antecedentes esse diei Iouis, & dubium sit pro die Veneris; dubium autem ius prævalere non debet contra ius certum. E contrario infertur, quòd si hodie sit dies Veneris,aut ieiunij, & dubitetur,an hora duodecima noctis sonuerit, non potest quis edere carnes,quia possessio est pro præcepto,cùm constet hodiernum diem esse ieiunij,& dubitetur an transacta sit hora,ergo,&c.

2. Sed posse ne dubitantem, an sit transacta hora mediæ noctis, & tunc edentem,vel bibentem,sumere Eucharistiam in die sequenti, diximus *in tract.de Euchariſt.resol.1.*

Quæ nunc est in tom.2. tract. 1. res. 123. à lin.5. & in aliis eius primæ not:.

RESOL. VI.

In dubio,an effectus sit à causa naturali, vel à dæmone, quid faciendum,etiam si verba addita sint sacra?

Et an concurrentibus talibus indiciis, quibus intellectus dubitet, an ensalmus operetur virtute diuina, naturali,vel diabolica, fas sit eo vti?

Et an sit licitum, vti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, an contineat tacitam Dæmonis inuocationem?

Pari modo fas non est à Mago petere, vt maledictum dissoluat,si dubitat, an absque nouo maleficio id possit? Ex p.4. tr.3. Res.43.

Quo ad hoc in tom 3 tr. 10. lege doctrinam res. 109.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Sanchez *in summa tom.1. lib.2. c.40 n.44.* Si dubium sit an effectus à causa naturali proueniat, eo quòd non constet, an vires causæ naturalis excedat nécne, censendum est potiùs eum à causa naturali prouenire,quia cùm innumeræ agentium naturalium vires nos latitent, non est cur,eo quòd virtus illa nobis dubia sit, effectum illum causæ naturali negemus, nec absque necessitate confugiendum est ad occultam mali Angeli operationem.Si autem constet effectum illum vires causæ naturalis excedere, existimo, nisi maxima operantis sanctitas, vel alia vrgentissima indicia suadeant,effectum eum à Deo prouenire, censendum esse in dubio superstitiosum,& à dæmone prouenire,etiamsi verba adhibita sint sacra; quia quotiescumque causa adhibita nequit effectum naturaliter producere, est superstitio, & ad tacitum cum dæmone pactum pertinet. Ita Sanchez.

Sup hoc in res. seq. Sed cum eodem Moura hic citato.

2. Sed in hac materia videndus est omnino doctus Emanuel de Moura *opusc. 1. de ensal. & incant.sect. 2. c.16. 17. & 18.* vbi quærit primò, an concurrentibus talibus indiciis,quibus intellectus prudenter dubitet,an ensalmus operetur virtute diuina, naturali, vel diabolica,fas sit eo vti?Secundò, vtrùm fas sit vti ensalmo dubio, saltem ad medendum,vel succurrendum graui necessitati?Tertiò,vtrùm in dubio,an dæmon sit auctor ensalmi,fas sit eo vti,saltem sub conditione, & protestatione,si dæmon non subest? & ad omnia hæc tria dubia post eorum latam discussionem negatiuè respondet.

Sup.hoc lege doctrinam res.not.1 huius res.

3. Non desinam tamen hîc apponere opinionem Lessij *lib.2.cap.44.dub.6.n.46.* vbi sic asserit. Non est licitum vti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, an contineat tacitam dæmonis inuocationem, hoc enim est se exponere manifesto periculo superstitionis,nisi fortè id faciat cum expressa voluntatis contrariæ protestatione. Pari modo fas non est à Mago petere,vt maleficium dissoluat,si dubitas an absque nouo maleficio id possit,quia id de quo dubium est,an sine peccato fieri possit, sicut absolutè non est faciendum,ita nec absolutè ab alio petendum vt faciat,cum quando constat sine peccato fieri posse, & causa iuste petendi subest. Ita Lessius.

RESOL. VII.

An dubius,ensalmus operetur nè virtute diuina,vel diabolica,fas sit eo vti?

Et de quodam ensalmo particulari ad præseruandum à peste agitur.

Et an liceat petere à malefico, vt maleficium dissoluat, si quis dubitat, an absque nouo maleficio id possit? Ex p.4.tr.3. Res.62.

§.1. NEgatiuam sententiam docet, & validissimis rationibus firmat Emanuel Moura *opusc. de incant.sect.2.c.16. per totum,* vbi etiam notat dubitantem,an maleficus norit medium licitum, non posse illum adiri pro maleficio soluendo. Ex his non desinam hic obiter adnotare cum dicto Moura *vbi supra, c.14. num.25.* suspectum esse illum ensalmum,quem vt præsentissimum remedium contra pestem ferunt,DD.Cardinalibus pro Concilio Tridentino Congregatis *anno* 1546. tradidisse quendam sanctæ vitæ Græcum Archiepiscopum ad idem Concilium concurrentem; & ita ego in facti contingentia consului annis præteritis, quando pestis miserrimè hanc ciuitatem affligebat, nullius tamen Doctoris authoritate fretus;verum postea inueni, vt dictum est, Mouram, virum doctissimum, dubitasse de dicto ensalmo qui incipit, *Crux Christi saluame*, &c. & nouissimè tanquam superstitiosum,ac minimè tolerandum damnat, & docet Philibertus Marchinus *tract.Theologico de peste, in problematibus, probl.33. fol.* 44. vbi asserit ita declarasse literam Cardinalium Congregationem, vt patet ex literis Cardinalis sancti Honofrij ad Clementem Ægidium Inquisitorem in Etruria sub die 18. Septembris 1630. vnde apparet me rectè hîc Panormi, vt dixi supra, dictum ensalmum tanquam superstitiosum damnasse,licèt aliqui tunc,sed immeritò, contrarium senserint; sed de hoc modo non est dubitandum;& ratio est clara, quia quorsum in dicto ensalmo citra superstitionem ponitur illa litera marginalis, quandoquidem quicquid illa implicitè importat, vel innuit, totum id exprimitur in versu illi respondente: Quid in membrana exaratio? quid ad brachium potius, quàm ad collum,quàm ad caput,quàm ad pectus circumportatio?quid orationis,finita potius Missa, quàm ante inchoatam recitatio? cæteras rationes videbis apud supradictum Marchinum *loco citato*, qui respondet ad aliqua argumenta,quæ, licèt parum solidè, pro defensione dicti ensalmi adduci possunt.

RESOL. VIII.

An subditus dubitans de iustitia tributi, teneatur illud soluere,maxime si sint gabella, & tributa nona? Ex p.4. tr.3. Res.39.

§.1. AFfirmatiuè respondet Lessius *lib.2. cap.33. dub.8. num.64.* Malderus *in 2.2.tract.5.cap. 6.dub.4.§.dico quintò*, vbi sic ait: Quando subditus dubitat solùm negatiuè,non habens pro iniustitia tributi vllam probabilem rationem, credo præsumi posse pro Principe,& in conscientia ipsum subditũ teneri. Ita ille.

Contrariam

2. Contrariam tamen sententiam docet doctus Villalobos *in summa tom 1. tract. 1. diffi. 26. num. .* vbi sic asserit. [Quando se duda si el tributo ex justo, no ay obligacion a obedecer y pagarle porque se duda de la iusta possession, y es interessado el Principe.] Sic ille. qui hanc sententiam *in tom. 2. tract. 8. diffi. 13. num. 11.* intelligit quo ad tributa noua, & citat *ib.* pro hac opinione Castrum & Aragon, quibus ego addo Ludouicum Carbonem *in tract. de restit. quæst. 13.* vbi sic ait, Antiqua tributa, seu gabellæ veteres putari debent iustæ, & ita in dubio eas defraudare non licet, cùm saltim adsit præscriptio; nouæ verò gabellæ, vt sunt pedagia & guidagia, præsertim in rebus ad vsum quotidianum impositæ, si manifestam non habeant causam, fraudari possunt. Sic ille. Et hanc sententiam præter DD. citatos tenet etiam Molina *de iustit. to. 3. tr. 2. disp. 274. n. 7* sic asserens. Quando tributa sunt noua, & non constat de illorum iustitia, sed dubitatur an desit aliquid ex requisitis, vt sint iusta, affirmant Doctores non deberi in conscientia, sed posse defraudari modò periuria & mendacia non interueniant, imò denegari posse cessante scandalo. Ratio autem est, quoniam in dubio melior est conditio populi possidentis; & quoniam eiusmodi noua tributa præsumuntur iniusta, quando de contrario non constat; vnde *in c. quamquam, de cens. in 6.* dicitur, tributa regulariter esse contra iura tum canonica, tum ciuilia; & *in cap. peruenit, de cens.* ait Summus Pontifex, necesse esse scire prius causam, propter quam census sit soluendus, quàm soluatur. Quòd si subditis causa tributi alicuius reddatur, & de iustitia illius dubitent, necesse est vt consulent peritos, debitâmque adhibeant diligentiam ad iustitiam, vel iniustitiam illius indagandam, ne fortè Principem priuent debito tributo; interim tamen dum de iustitia causæ illius non constat, non tenentur in conscientia soluere id tributum. Hæc omnia Molina, qui citat Caietanum. Angelum, Syluestrum, Gabrielem, & Medinam, & tandem hanc sententiam tenent etiam nouissimè Filliucius *tom. 2. tract. 28. part. 2. c. 7. n. 117.* & doctus P. Ioan. de la Cruz *in direct. conscientiæ part. 1. q. 7. art. 3. dub. 1. concl. 2.* vbi respondet ad argumentum, quòd in dubio præsumendum est pro Rege, dicit enim hoc debere intelligi, quando non agitur de interesse ipsius Regis, vt est in casu de quo loquimur.

RESOL. IX.

An in dubio priuilegium censendum sit reale, vel personale?

Et notatur, quod si tibi possidenti priuilegium vt reale suboriatur dubium, an sit personale, & diligenter re examinata dubium vincere non possit, reale esse poteris reputare?

Etiamque quæritur, an in dubio si priuilegium est reuocatum, præsumatur reuocatum? Ex p. 4. tr. 3. Res. 51.

§. 1. ALiqui censent reputandum esse priuilegium personale, sic relato Decio tenet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 4.* & alij, quia duplici præsumptione concurrente, alia speciali, alia generali, præualet specialis, vt ex multis docet Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 472. n. 14.* Sed personalis præsumptio magis specialis est, quàm realis. Ergo pro personali in casu dubio standum est.

2. Alij verò, quod mihi probabilius videtur, distinguunt. Si priuilegium est omnino fauorabile, quia nec iuri communi, nec iuri tertio contrarium est, reputari debet reale in casu dubio, & extendendum est. Ita Basilius Pontius *de matrim lib. 8. c. 18. §. 1. n. 7.* Suarez *de legibus lib. 8. c. 3. n. 18.* & alij, quia beneficium Principis latè est interpretandum, ex *l. vlt. ff. de constit. Principum.* Verùm si priuilegium iuri communi deroget tantùm, etsi plures Doctores sentiant latè interpretandum esse, ac proinde vt reale iudicandum: at meritò Pontius, & Suarez *locis citatis*, sentiunt limitandum esse, & personale iudicandum. Ratio desumitur ex *c. 1. §. ille verò, de filiis presbyter in 6.* vbi ea de causa restringitur dispensatio, quia à iure communi exorbitat. Si autem priuilegium præter ius commune sit, vergit tamen in præiudicium alterius, ea parte qua in præiudicium vergit strictè est interpretandum, ac reputandum personale, & non reale, si præiudicium tamen sit graue.

3. Nota etiam hîc, quòd si tibi possidenti priuilegium vt reale, suboriatur dubium an fuerit personale, & re diligenter examinata dubium vincere non potes, reale esse poteris reputare, quia in dubiis melior est conditio possidentis. Et omnia supradicta, ne in aliena vitula arare videar, docet Castrus Palaùs *tom. 1. tr. 3. disp. 4. punct. 2. §. 1. num. 6. & 8.* cui ego addo Georgium Cabedum *part. 2. decis. 93. n. 4.* vbi tamen tenet sine vlla distinctione quòd priuilegium in dubio præsumitur personale, licet absolutè contrarium doceat Tapia *de constit. Principum, c. 3. part. 3. n. 31.* vbi asserit in dubio priuilegium potius præsumendum esse reale, quàm personale.

4. Notandum est etiam hîc obiter, quòd in dubio priuilegium non præsumitur reuocatum, & ita docet Parisius *lib. 2 cons. 61. n. vlt.* Alciatus *resp. 19. n. 4.* & alij, quos citat, & sequitur Antonius Sanctarellus *in var. resol. to. 1. q. 16. n. 11.*

RESOL. X.

Iudex quid facere debeat in pari dubio? Ex p. 4. tract. 3. Res. 20.

§. 1. DIco primò existente pari dubio iuris vtriusque partis, ita vt iudex omnino sit pendulus, teneri possidenti fauere, nec ipsum posse cogere, vt partem restituat, quia ius retinendi habet possidens in hoc dubio.

2. Dicò secundò in eodem dubio, si neuter possidet teneri iudicem inter vtrumque diuidere, quia æquum est vtriusque ius. Sed Petrus Ledesma *de matrim. quæst. 45. art. 1. dub. 2. ad 3. primæ sent.* docet rem indiuiduam posse iudicem applicare cui voluerit, vt duobus æquè dignis petentibus beneficium, potest Episcopus eligere quem maluerit, quia indiuiduum est. Sed hoc impugnat ex Sanchez Ioannes Salas *in 1. 2. tract. 8. disp. 2. nica, sect. 23. n. 240.* quia lex iustitiæ petit, vt in hoc dubio res illa sorte distribuatur, vel vni res, alteri verò dimidium æstimationis conferatur; ergo iudex, qui est iustitia animata, eiúsque minister, sic tenetur facere; nec est simile de beneficio, quia nullus illorum, cùm neutrius sit, habet ius aliquod iustitiæ etiam distributiuæ vt sibi conferatur; sed hæc iustitia dictat vt alteri illorum detur: in nostro autem casu vterque habet ius commutatiuæ iustitiæ, vt inter eos diuidatur. Ita Salas; & de hac quæstione vide Io. Valerum *in different. vtriusque fori, ver. opinio, differ. 3.* Tuschum *ver. medium concl. 170.* Homobonum *in consult. cas. cons. pa. 7. respons. 26. vol. 2.*

Sup. hoc supra in tr. 1. Res. 21. §. Nota, & lege eam per totam, & si vacas otio etiá res. eius annotationum; & doctrina repleueris pro aliis cõtingentibus circa hoc. & infra in tr. 7. lege doctrinam §. vlt. res. 24. quamuis in aliquo distat ab hac quæst.

RESOL. XI.

An aduocatus non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia possit patrocinari? Ex p. 2. tr. 13. Res. 6.

§. 1. MVlti negatiuam sequuntur sententiam. Sed ego posse affirmo cum Maldero *in p. 2. q. 19. art. 5. disp. 86. asser 8. in fin.* & Lorca *in p. 2. to. . . disp. 39.* ta vero, in fi. *memb. 2.* vbi ita asserit. Non solum quando sunt proba-

Sup. hoc supra in tr. 2. cõ res. 25. §. None, &c.

biles sententiæ, sed & si res sit dubia, omnino Aduocatus non peccat patrocinando. Et probatur, quia Aduocatus nec sententiam profert, nec iudicem cogit proferre: solùm proponit, quæ sui clientis ius confirmare possunt. quæ proponere iudici, in causa dubia non est iniustum, sed iuuat, vt à iudice causa melius expendatur. Ita Lorca, quod est valde notandum. Vide pro hac sententia D. Antoninum *p.2.tit.1.c.19.§.8.* Angelum *ver. Aduocatus, n.17.* Armill. *n.20.* Syluestrum *q.10* & Nauarrum *in summa, c.25.n.28.*

RESOL. XII.

An aduocatus, si causa sit criminalis, possit in dubio facti patrocinari contra reum? Ex p.4,tr.3,Resol.47.

Sup. hoc in resp. præcedenti & in alio §. eius annot.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Ioannes Salas *in 1.2.tract.8.disp.vnica, sect.11.n.108.* quia in dubio non potest reum iudex licitè condemnare, sed debet illum absoluere. Ergo non potest Aduocatus id à iudice petere.

2. Sed hanc opinionem refellit Merolla *in disp. Theo. tom.1.disp.3.c.4.corollar 6.n.56.* quia sequeretur neque in causa ciuili quando est dubia, posse Aduocatum contra reum patrocinari, quia etiam in tali casu iudex debet reum absoluere. Nam quando iura partium sunt obscura, reo fauendum esse tradit *leg. cùm sint de regulis iuris in 6.* Sed consequens est falsum; ergo, &c. Addè quòd munus Aduocati non est rem definire, sed illius munus tantùm est proponere sincerè factum, & merita causæ, vt iudex postea illa expendendo iustè sententiam ferat. Et ideo hanc sententiam, nempe non solùm in causa probabili, sed etiam in causa dubia posse Aduocatum contra reum patrocinari, tenui etiam ego ipse *in part.2.mearum resolutionum, tract.de opin.probabili, resol.6.* vbi pro hac sententia citaui Lorcam & Malderum.

Quæ hic est Resp. antecedens.

RESOL. XIII.

An in dubio quis censendus sit illegitimus?
Ex quo sequitur expositum, de cuius parentibus dubium est, habendum esse legitimum.
Etiamque infertur, quod si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis, vel spurius debet præsumi, quod potius sit naturalis, quam spurius. Ex p.4.tr.3.Resol.6.

§.1. REspondeo negatiuè cum Maldero *in 1.2. D. Thomæ quæst.19. art.5. disp.87.* vbi sic ait. Qui dubitat an sit legitimi tori, non tenetur sequi partem tutiorem, sed potest sequi mitiorem, etiam contra possidentem, saltem in materia iustitiæ, v. g. quando adeunda est hæreditas; probatur ex *l.filium ff.de his quæ sui, vel alieni iuris sunt*, & est Syluestri *ver. filius q.12* & communis aliorum, extendit id Salas etiam ad illum de cuius natalibus ab initio dubitatum fuit, & cuius fratres iam sunt in possessione hæreditatis. Hinc sequitur expositum de cuius parentibus dubium est, habendum esse legitimum. Ita Malderus; vide etiam Martinez *in 1.10.1.q.19.art.6.dub.5.concl.2.* Turrianum *in opusc. Theologicis opusc.10.disp.4.dub.1* Castrum Palaum *to.1. to.1.disp.3.punct.5.per totum* Villalobos *in summa to.1. tr.1.difficul.20.n.10.* & Sanctarellum *var.resolut.tom.1. q.24. 2.10. & seq.* vbi etiam probat quòd si dubitetur an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debet præsumi quòd potius sit naturalis quàm spurius.

Sup. hoc in tom.5.tr.5. Resp. 41. 42. & 43. cum multis aliis Doctores in to.6.tr.1.Resp. 32. & Resta. paulo post initium, & in alios §. eius annot.

RESOL XIV.

Quis teneatur alere illegitimum, quando duo dubitant, vter ipsorum sit eius pater?
Et quid quando vnus ex his est nobilior, & ditior? Ex p.4.tr.3.Resp.31.

§.1. AB vtroque soluenda esse alimenta, docet Turrianus *in opusculis theologicis tom.1. opusc.12. disp.5. dub.3.* Martinez *in 1.2. tom.1. quæst.19. art.6. dub.5. concl.2.* Vasquez *in 1.2. disp.66.c.8.n.7.* & Villalobos *in summ. tom.1. tr.1. difficult.20.n.12.* vbi sic ait. [Si Pedro, y Iuan dudan qual dellos es padre de Francisco, porque ambos tratauan con su madre, ambos deuen alimentarle pro medietate, y si el vno no puede, o no quiere, lo deue el otro hazer.] Ita ille, & Azorius *to.2.lib.2 c.19.quæs.8.* asserens vt Villalobos, quoliber patre deficiente, vel nolente filium alere, alium esse obligatum in integrum.

2. Sed hoc non approbat Salas *in 1.2.tr.8.disp. vnica, sect.24.n.248.* & Castrus Palaus *to.1.disp.3.punct.4. n.15.* quia aduersùs quemlibet non habet filius integrum ius; & hanc opinionem ego teneo. Quòd verò alter ex iis de quibus dubitatur, vter sit pater ditior, aut nobilior, parum refert, vt ei potius quàm alteri filius tribuatur, ac proinde obligatio alimentorum ipsum potius, quàm alterum constringat. Ita Vasquez *in 1.2.disp.66.c.8.n.48.* licèt etiam probabiliter asserant Salas & Palaus *vbi suprà*, si patres inæquales in diuitiis, & nobilitate sint posse matrem à ditiori & nobiliori plus alimentorum exigere, quia ditior & nobilior meliora alimenta tenebatur filio ministrare.

RESOL. XV.

Quando duo cognouerunt fœminam & dubium est magis prolem vnius esse, quam alterius, an vterque teneatur ad alimenta pro æqualitate dubij?
Et quid est dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter maritum & adulteros.
Et infertur non solum adulterum non teneri ad restitutionem marito, si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiamsi simul credat probabiliter esse suam.
Et in exemplum prædictarum quæstionum alij diuersi casus adducuntur valde notandi. Ex p.7.tr.11.& Misc.2. Resp.35.

§.1. HAnc quæstionem me citato nouissimè pertractat Eminentiss. Lugo *de iust.to.1. disp.10. sect.1.dub.inciden.n.20. & seq.* & negatiuam sententiæ tenet, nam quotiescumque non constat saltem per præsumptiones, vel iudicia probabilia hunc esse tuum filium, videtur te non teneri eius alimenta præstare. Probant hanc sententiam, quia si aliquis inueniatur occisus, & dubitetur, an occisus sit à Petro, vel à Paulo, nec possit dubium illud separari, iniquum erit punire vtrúque, cùm certum sit alterum ex illis esse innocentem; atque adeò, si vterque puniatur, certum erit innocentem puniri. Vnde barbarum omnino, & crudele fuit; quod Princeps quidam fecisse narratur, qui cùm nesciret, quis ex tribus famulis certos suos fructus pretiosissimos comedisset, iussit singulos secari, vt appareret, in cuius stomacho reperirentur, provt in secundo apparuerunt, primus autem innocens sectus fuit. Non enim sunt puniendi innocentes, vt inter eos delinquens puniatur, sed potius dimittendus est delinquens, ne innocentes puniantur. Ex quo argui potest ad casum nostrum; quia licet restitutio, vel solutio non sit propriè pœna, est tamen quasi pœna: nam sicut ex furto, v. g. oritur debitum pœnæ, sic etiam oritur debitum reparandi damnum totum, quod ex furto consequitur. Vnde sicut ob delictum incertum, non

non est aliquis afficiendus pœna certa; sic nes obligandus est ad certam solutionem & restitutionem, quamdiu non constat de debito.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 3. Resol. 149. in principio, & n. 5. Ex his. & seqq.

2. Confirmatur ex alia doctrina communi Theologorum, qui dicunt, non posse aliquem occultè sibi compensare ex bonis debitoris, nisi debitum ipsum certum sit: quia in dubio non est spoliandus debitor re sua quam possidet, vt cum communi docet Molina *tom. 3. disp. 69.* & Lessius *lib. 2. c. 12. dub. 10. n. 58.* Non posset ergo filius incertus, an Petrus sit pater accipere ab ipso occultè partem suorum alimentorum, cùm non sit debitum certum, & exponeret se periculo spoliandi Petrum rebus, quas possidet, & non debet: ergo neque ipse Petrus ex se debet partem illam dare, alioquin posset filius eam sibi occultè accipere, quando aliter non posset eam obtinere. Hucvsque Cardinalis Lugo, cuius sententia maximè roboratur ex doctrina Lessij *lib. 2. c. 10. dub. 6. n. 39* vbi sic ait: Adulter non tenetur ad vllam damni compensationem, nisi ei moraliter certum sit esse suam prolem. Vbi aduerte, non videri certum, quandiu habet probabilem rationem dubitandi de contrario. Id enim moraliter certum censetur, quod prudenter ita creditur, vt contrarium nullo modo videatur probabile: talia enim passim humano more certa dicuntur. Nunc probatur, quia in dubio melior est conditio possidentis, nemo enim tenetur aliquid soluere, & re sua se spoliare, nisi ei constet se debere. Consentiunt fere in hoc Doctores. Quamuis enim quidam dicant, illum teneri, quando probabile credit esse suam prolem: hoc tamen non est ita generatim intelligendum, sed quando ita credit, vt non habeat probabilem rationem dubitandi de contrario: fieri enim potest, vt quis probabiliter credat esse suam prolem, & etiam probabilitatem habeat non esse: quo casu certum est non teneri. Ita Lessius.

Que hic est Resolutio contra ea, & in aliis casibus.

3. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam præter Doctores à me *in part. 4. tr. 3. resol. 31.* citatos, docet nouissimè P. Dicastillo *de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 7. dub. 11. num. 161.* vbi ita asserit. Quando autem dubium est inter duos concubinarios, & æqua conditio dubij, tunc certum est alterutrum illorum esse patrem. Et cùm dubium sit vter duorum pater sit illius, iniquum est vt à neutro accipiat alimenta, & præterea æquitas non patitur vt vnus soluet, & alter sit immunis, cùm æqua sit vtriusque ratio. Sic ille. Vide etiam Hurtad. *de iust. & iure disp. 11. diffic. 20* Non audeo tamen sententiam Cardinalis de Lugo damnare; imo probabilem esse existimo.

Hoc hoc in tom. 6. tr. 3. Resol. 5. & quæ.

4. Sed quid dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros absente marito; sed inter maritum & adulterum, & tunc Molina *de iust. to. 4. tr. 3. disp. 103. n. 3.* Rebellius *lib. 3. q. 10. n. 11* & Layman *lib. 4. tr. 3. part. 3. c. 14. n. 3* putant restarciendum esse damnum pro dubij quantitate. Imo addit Layman, etiam in extremo foro, id iudicari debet, quod locum habet non tantùm circa expensas in educatione; sed etiam circa damna hæreditatis, quæ aliis hæredibus sequuntur, & eodem modo obligantur concubinarij circa educationem prolis natæ ex soluta, quando dubium est, cuius sit proles, (quidquid dicat Azor suprà.) Probat Rebell. quia vt manifestum est, illa regula, in dubiis melior est conditio possidentis, solùm est vera in pollidente bona fide. At verò adulter, seu concubinarius, non reputatur possessor bonæ fidei; sed malæ tanquam ille qui rem occupat dubitans, sit ne sua vel aliena; est enim certus de peccato & maleficio, ex quo dubitatur, an secutus fuerit fœtus?

5. Hæc sententia est probabilis, sed mihi contraria sententia magis placet, nempe in tali casu adulterum ad nihil teneri, quia ipsemet Rebellius fatetur alibi, quod si dubius sis, an tua actio concurrerit ad damnum, non obligaris ad illud. Deinde quando dubium est inter maritum & adulterum præualet fauor matrimonij. Cæteras rationes pro hac firmanda sententia videbis apud doctum Dicastillum *vbi suprà, num. 162. & sequent.* vbi respondet ad omnia argumenta P. Layman, *loco citato, numero 17.* & 18. cum aliis penes ipsos. Ex his à fortiori infertur cum Dicastillo *n. 157.* non solùm adulterum non teneri ad restitutionem marito si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiam si simul credat probabiliter esse suam.

Sup. hoc in tom 2. tr. 8. ex doctrina res 235. §. 2. à lin. 3.

RESOL. XVI.

An in dubio, si fidei commissum expiret, possit vltimus vocatus de bonis disponere? Ex p. 4. tr. 3. Res. 73.

§. 1. Hic casus potest frequenter accidere, & euenit in quodam fideicommisso instituto à Gaspare Diana, in quo præter multas alias rationes Antonius Diana senior tanquam vltimus vocatus de illo disposuit, licet dubium adesset, an in verbis fidei commissi deficientibus masculis vocarentur fœminæ. Et ita hanc sententiam quoad forum exterius, & interius docet Homobonus de bonis *in consultationib. moral. volum. 2. part 7 respons. 20.* vbi sic ait. Quidam testamentum condidit in quo filium suum hæredem instituit, sed verba testamento apposuit quibus videtur eum fideicommisso grauasse, quo minus bona alienare posset, sed ad proximiorem agnatum transmitterentur. At verò quia verba ambigua iunt, ita vt Iurisconsulti existimauerint si ad forum externum res deferretur, non compellendum ad fideicommissum seruandum hac ille spe fretus bona immobilia vendidit; nunc verò scrupulo vrgetur, quia ob quasdam coniecturas putat patrem voluisse bonorum alienationem prohibere & verborum obscuritatem Notarij culpa irrepsisse; quæsitum est quid iuris in foro conscientiæ: & respondet Homobonus quòd si filius certus non sit, sed de patris testantis mente dubitet, & re diligenter examinata certam cognitionem haurire nequeat tam in foro externo, quàm in interno, liber pronuntiari debet, quia cùm sit illorum bonorũ possessor, in dubio melior est conditio possidentis. Ita ille.

RESOL. XVII.

An in dubio beneficium censendum sit simplex, an Curatum? Ex p. 4. tr. 3. Res. 74.

§. 1. Respondeo, quod quoties de beneficio dubium est, an sit curatum vel simplex, simplex est reputandum, quia tot sunt qualitates ad beneficium curatum requisitæ, vt meritò præsumi non debeant, nisi probentur. Et ita docet Guttierrez *alleg. 8. n. 5.* Hoje da *de incompatibil. benefic. part. 1. q. 13. n. 2.* Gonzalez *in reg. 8. Cancell. glos. 6. n. 91.* & alij.

RESOL. XVIII.

An dubius suum nè suffragium concluserit rem iniustam, teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccauerit? Ex p. 4. tr. 3. Res. 63.

§. 1. VT, v. g. si per secreta suffragia agatur, vbi dubium habes an tuum suffragium sit ex posterioribus post damnum suffragiis sufficientibus concl usum, an verò ex efficacibus, an, inquam, tènearis ad restitutionem? Affirmatiuè respondet Petrus Nauarra *lib. 3. cap. 4. num. 35.* Sed mihi negatiua sententia magis placet, quam tuetur Iacobus Gordonus *in Theolog. moral tom. 1. libro 5. quæstion. 6. capit. 2. §. 4. numer. 13.*

qui citat Rebellium, docentes in hoc dubio (quia est vtrimque æquale) meliorem esse conditionem possidentis, eximique proinde ab onere restitutionis, licèt alioquin peccauerit.

RESOL. XIX.

An sit peccatum mortale agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, v.g. errasti vincibiliter putans in hac hebdomada, nullum esse diem festum, vel ieiunij, cum tamen sit: adueniente die Festo vel ieiunij, Missam vel ieiunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festium, vel ieiunij; peccas ne, omittens Missam, vel ieiunium, & sic de similibus? Ex p.9. tr.8. & Misc.3.ex Res.48.§.Sed hic tantum.

§. 1. AN sit peccatum mortale agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, v.g. errasti existimans esse peccatum ius Canonicum, vel physicam audire; ex huiusmodi errore physicam audis, immemor conscientiæ errantis, & dictantis esse peccatum. Item errasti, vincibiliter putans in hac hebdomada nullum esse diem festiuum, vel ieiunij, cùm tamen sit; adueniente die festo, vel ieiunij, Missam, vel ieiunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festiuum vel ieiunij, peccas ne omittens Missam, vel ieiunium? Et quidem affirmatiuè respondet Medina *in p.2. quæst.19. art.* & Villalobos *in summa.to.1.tr.1.difficul.1.n.2.* vbi sic ait: [Para que se diga, que vno haze contra conciencia, no es necessario que el dictamen le tenga actualmente, mas basta que aya passado, y que de virtualmente: como si vno huuiesse tenido error, de que nos es licito oyr Theologia, y la oyesse sin reuocarle; haria contra conciencia.] Sic ille.

2. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, nempè te in physica audienda, vel in omissione Sacri, aut ieiunij non peccaturũ actu, nisi actu sit conscientia dictans esse peccatum, vel actu dubites de eius obligatione. Probatur: Opera illa externa nequaquam possunt oriri à voluntate, & iudicio præterito, cùm neque illa voluntas, neque iudicium præteritum adsint, neque aliquis effectus ab illis prædictus, qui opera externa causet. Ergo non possunt in illis operibus malitiam aliquam deriuare. Confirmo: ideo, cùm venenum tribuis alicui, quo vita illum priuas, censeris homicidium committere, etiamsi dolcas, antequam venenatus è vita discedat; quia illo voluntas antiqua occidendi in aliquo effectu manet. Ac in præsenti illa intentio præcedens non audiendi Missam, & iudicium errans de obligatione, non manent in se, neque in aliquo effectu: Ergo. Secundò: si actus censetur manere moraliter, & denominare opera subsequentia, dum non retractatur; ergo infidelis, semel existimans ad operis bonitatem opus esse, vt id ad idolum referatur, peccabit in omnibus operibus, & obiecto bonis, quæ illius iudicij immemor efficit, quod videtur absurdissimum. Et ita hanc sententiam contra Medinam rectè tenet Sanchez *in Sum.to 1.lib.11.c.11.n.7* Azorius *to.1.lib.2.c.8.quæs.12.* Vasquez *in p.2.disp.60.c.3.* quibus adde Ioannem Præpositum *in p.2. D.Th.q.19. a.6. dub.2.* & Rocafull. *in prax.Theo.mor.p.3.lib.2.c.3.n.63.*

RESOL. XX.

An peccet sequens conscientiam errantem, si dictat vtramque partem malam?

Et in exemplum huius quæstionis adducuntur diuersi casus in textu huius Resolutionis, & tandem quæritur, an supra dicta procedant circa eum, qui sine culpa sua in eum statum venit, vt vtraque pars contradictionis videatur sibi peccatum: an vero verificentur tantum de eo, qui ob suam culpam in eas angustias redactus est? Et infertur à fortiori hominem in carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare, quia illa omissio Sacri non est liberanda illo modo. Ex p.9. tr.8. & Misc.3. Res.47.

§.1. CAsus erit. Putat rusticus Pastor peccare lethaliter die festo, si Missam non audiat; quia præceptum est Missam audire; putat etiam peccare lethaliter, si gregem deserat causa audiendi Missam, quia deuorabit eum lupus, aut fur rapiet. Similiter mulier assistens infirmo, putat peccare lethaliter, si infirmum deserat causa audiendi Missam. Inquiritur, an rusticus ille & hæc fœmina ignara, lethaliter peccent dum ad alterum ex his extremis se determinant, quam determinationem fieri necesse est, cùm inter vtrumque non detur medium. Et quidem Pater Granadus *in part.2. D.Th. Contr.2.tr.12.disp.7.sect.2* putat quamlibet ex his electionibus, seu quamlibet determinationem inter hæc extrema, fore peccaminosam: quia tamen durum visum fuit illi posse hominem inter duo peccata perplexum constitui, ita vt non possit vtrumque effugere sed alterum eorum necessariò sit efficiendum; tutius illi fuit visum casum negare; cumque difficile sit defendere, non posse contingere ex natura rei sub iudicio melius sententium se dicturum ait, pertinere ad prouidentiam Dei hominem illuminare, vt possit hanc perplexitatem effugere, reddendo vincibilem illius ignorantiam.

2. Probat suam sententiam Granadus. Quando rusticus se determinat ad Missam non audiendam, illa determinatio, seu electio poterat non esse, seu non fieri ab illo: ergo est libera respectu illius: ergo liberè se determinat ad id, quod peccatum esse iudicat: ergo liberè peccat. Deinde, ait Granadus, similis libertas inter opera ex se bona sufficit ad meritum: ergo sufficiet ad demeritum. A contradictorio antecedenti contradictorium infero consequentis. Si enim quis esset prædeterminatus ad dandum mihi centum aureos, vel equum eiusdem valoris, nullo modo de me benemeritus censeretur, si equum mihi daret.

3. His suppositis, idem Granadus sic ait, *num.14.* Decerem sub iudicio melius sentientium, pertinere ad diuinam prouidentiam non permittere hunc perplexitatis modum, atque adeò casum esse ex prouidentia impossibilem; licet attenta rusticitate aliquorum hominum, & secluſa speciali Dei gubernatione fortasse contingere posset. Inducor ad ita sentiendum, tum propter auctoritatem Doctorum quos retulimus; tum etiam quia quando inferuntur incommoda non leuis momenti ex aliqua hypothesi, dicere sæpè solemus in Philosophia, & Theologia, illam esse impossibilem; hîc autem profectò videntur inferri: nam ex vna parte videtur ille homo habere libertatem sufficientem ad peccatum; ex altera verò esset rigidissima prouidentia damnare hominem propter peccatum, quod sine sua culpa vitare non potest, nisi aliud æquè graue committat; licet enim ibi sit libertas in reddendo æquè, vel minùs determinatè, & ille modus libertatis sufficiat etiam ad meritum; cæterum inter homines, qui hæc minùs exactè perpendunt, non solet reputari magni momenti quod vnum vel alterum æquale fiat, quando vtrumque vitari non potest. Facilius ergo dicitur, Deum in prædicto casu illuminaturum hominem, vt prudenter iudicet sibi licere sine peccato facere quod maluerit ex illis duobus, & ita deponat conscientiam errantem, vel sinat deponere, fiat iam error vincibilis. Contenunt autem Argentinas, Vasquez, Medina, Corduba, & Angestus, posse dari perplexitatem, quando error vincibilis est, quia tunc potest, & tenetur deponere conscientiam, & id Deus illi præcipit: ex hypothesi autem quòd ipse pro sua culpa nolit deponere, mirum non est, si peccet audiendo Sacrum, vel non audiendo. Sicut ex hypothesi, quòd quis velit inanem gloriam in omnibus operibus

bus huius dici,non est mirum si peccet elargiendo eleemosynam pauperi extremè indigenti,quia id facit propter malum finem,& peccet etiam non elargiendo,quia violat præceptum charitatis.Hucvsque Granadus.

4. Sed ego puto in tali casu nullum peccatum committi, quia non adest libertas sufficiens ad peccatum: cùm enim vna ex illis contradictoriis sit tibi necessatiò eligenda, & in illa representetur peccatum, iam peccatum erit necessariò eligendum, quod est absurdum. Deinde non potest quis peccare in aliquo faciendo cuius contradictorie oppositum indicat esse prohibitum, sed in hoc casu pastor,qui Missam non audit,putat eam audire illi esse prohibitum,ne gregem deserat:ergo non peccabit, si cum prædicta conscientia Missam omittat. Rursus peccatum essentialiter includit dissonantiam ad rationem.Nullius autem prudentis viri rationi dissonauit,miserum illum rusticum non potentem indeterminatum permanere, se determinare ad extremum, quod ex nullo capite peius alios iudicat. Deinde, quo modo posset ob hanc determinationem reprehendi homo,qui posset respondere, eodem modo me reprehenderes, si hanc determinationem non habuissem. Vnde ex his infertur à fortiori,hominem carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare;quia illa omissio Sacri non est libera vllo modo.Neque illud iudicium causa est illius omissionis,cùm omissio à causis aliis extrinsecis procedit; solùm enim est iudicium speculatiuum falsum, quo iudicas in tali omissione esse peccatum. cùm tamen non sit. Et hæc omnia docet Castrus Palaus *to.1.tr.1.disp.1.punct.5.* Rocasul.*in praxi Theol.mor.par.3.lib.2.c.3.n.66.* Sanc.*in selectis disp.41.n.27.* Sàch.*in sum.to 1 lib.2.c.11.n.14.* Hurtadus *disp.26.de Deo homine.n.89 & 93.* Eminentissimus Lugo *de Incar.disp.26 sect.10.n.137.* & alij penes ipsos.

5. Sed an supradicta procedant solùm circa eum, qui sine sua culpa in eum statum venit,vt vtraque pars contradictionis videatur sibi peccatum;an etiam verificetur de eo,qui ob suam culpam in eas angustias redactus est:Respondeo cum Becano,*tr.1.c.4.* quòd licet quis sua culpa & negligentia,etiam mortali,in eas angustias deuenerit;si tamen in eo statu iam constitutus de præterita negligentia doleat,& faciat,quod in se est,non committet nouam culpam.Primò,quia nulla culpa,aut negligentia præterita potest hominem ad nouum peccatũ necessitare.Secundò quia in quocũque statu,& quacũque posita conditione,potest homo prudenter operari; voluntas autẽ,quę sequitur regulã prudenter nõ peccat.

6. Rogabis iterum,quid in tali casu agendum sit homini,vt prudenter se gerat?Respondeo hoc non potest in particulari,sed tantum in genere præscribi:nam si in tali casu potest homo vti alterius consilio, optimè fecerit. Si verò per seipsum debet rem expedire,attendat vim,& naturam præceptorum, quæ illi videntur tunc concurrere, & simul expendat commoda, quæ sequi possunt;& tunc pensatis omnibus id eligat, quod videtur habere pauciora incommoda, vel esse contra præceptum minus obligans,& sine scrupulo procedat:nam si verè habet voluntatem non peccandi; & sufficientem adhibet diligentiam,nunquam peccabit, saltem grauiter, etiamsi fortè eligeret id, quod maius malum est,modo ipse nesciret esse maius malum. Quòd si omnibus perpensis vtrumque æquale malum apparet,absolutè poterit,quod voluerit, facere:tamen iuxta Corduham *lib.3.q.5.* tutius consilium est,vt si homo censet se ad alterum magis affici, eligat oppositum,ad quod minus inclinatur;quia affectio facit vtplurimum apparere plus ea, quæ ei conueniunt; & inde rationis iudicium impedit,vel ad se curuum trahitur.

RESOL. XXI.

Quo pacto deponenda sit conscientia errans? Ex p.9.tr.8. & Misc.3.Res.49.

§. 1. PVtauit Caietanus *in part.2. Diui Thomæ,q.19. art.5.* conscientiam errantem deponi posse, etiam sine vlla ratione,eo solùm, quòd homo nolit admittere erroneum dictamen.Exemplum adhibet,dicens Si mulier à concionatore audisset esse mortale vti alienis capillis, eo quòd sit simulatio; licet sine solutione huius argumenti pro libito deponat talem conscientiam & credat sibi esse licitum talem vsum:non peccabit vtens prædictis capillis.Probat,quia conscientia errans non habet ex se vim obligandi, nisi quatenus acceptatur: ergo quandocumque non acceptetur, non obligabit.Caietano subscribit Valentia *q.14.punct.4.* & *Atque ex eodem fundamento* Medina etiam *ad art.6. dub.3. versicul. Vltimo notandum est*, affert prædictam Caietani doctrinam,& exemplum, licet addat hæc verba:vtrum vero peccet(scilicet illa mulier) quia non adhibet fidem Concionatori,alia quæstio est.

2. Sed hanc sententiam puto reiiciendam esse cum Salas *vbi supra*, in Diuum Thomam, *tr.8. disp.vnica, sectio.3.n.30* & aliis,quos citat, & sequitur Sanchez *in Summa to.1.lib.1.c.11.n.10.* Quibus ego addo Præpositum *in part.2.Diui Thomæ,q.19.art.7. dub.3.* § 1. Rocasull *in praxi Theol.moral.part.3.lib.2.* Castrum Palaũ *to.1.disp.1.punct.6.n.5.* & Granadum *in part.2.Contr.2. tract.12.sect.5.n.27.* Dico igitur:te non posse pro libito conscientiam errantem deponere:cùm manifesto periculo te exponas veram conscientiam deponendi: illa enim falsa conscientia tibi apparet vt vera.Si ergo veram pro libito deponere non potes,quia non potes pro libito te legibus diuinis exuere: neque potes conscientiam errantem pro libito depellere. Secundò, vel illa conscientia ex rationibus probabilibus errat,vel ex rationibus moraliter certis secundùm tuam æstimationem:quocumque modo sit, vt prudenter deponatur, debent adesse rationes saltem probabiles in contrarium, aliàs temerè procedes, neque poteris honestare actionem, cùm oriatur ex iudicio absque vlla ratione efformato.Itaque dicendum est semper ita se debere gerere eum, qui habet conscientiam errantem,vt permaneat in eo saltem virtuale iudicium,quod probabiliter, atque adeo prudenter dictet,sibi licere oppositum eius, quod dictat conscientia errans. Probatur manifestè; nam non potest quis licitè operari sine dictamine prudentiæ,hoc autem esse non potest sine opinione probabili de honestate obiecti; vnde quod sit sine prædicto dictamine,est contra rectam rationem. Ex quo principio infertur directa solutio propositæ difficultatis;duplex enim esse potest conscientia errans, vna, quæ ita dictet aliquid esse peccatum,vt nullo modo etiam probabiliter credatur esse licitum id, quod re vera licitum erat secundum se;& hæc conscientia deponi debet medio aliquo iudicio probabiliter saltem dictante id non esse peccatum;alioqui imprudenter,& male faciet, qui tale obiectum fuerit amplexatus, cùm non habeat cognitionem, quam vidimus requiri ad honestam operationem, & quò ad hoc omninò vera videtur sententia, quæ Caietanum refellit. Altera conscientia errans est, ratione cuius videtur homini probabile esse peccatum aliquid,quod certum est non esse peccatum: ita tamen vt simul habeat idem homo fundamentum, quo verisimiliter sibi persuadeat oppositum; & tunc licitum est deponere illam conscientiam sine vlla alia ratione denuò inuenta;imò licitè operabitur quispiam,quantumuis illam conscientiam non deponat. Et si id fortasse voluerunt Caietanus & Valentia, rectè sentiunt: nam ad honestè operandum non aliud requiritur, quàm iudicium practicè probabile de honestate obiecti.sed siue illa conscientia errans siue nouo aliquo fundamento deponatur,siue non deponatur; permanet iudicium probabile de honestate obiecti, ergo.Exemplum verò adductum à Caietano rectè obseruant Corduba *lib.3. quæst.12.post.2.propositio.§. Ex quibus patet*, & alij,posse

piè explicari,si nimirum illa mulier prudenter sibi persuadeat. Concionatorem esse scrupulosum,aut id dixisse potius ad terrorem;atque adeo eius dictum non obstare,quo minùs oppositum sit probabile;tunc enim licitè poterit vti illis capillis. Quam doctrinam veram esse existimat Vasquez, sed alienam à mente Caietani.

RESOL. XXII.

An qui occidit Petrum putans, & intendens occidere Paulum,si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri,dum deprehendit esse Petrum?

Et an qui violauit ieiunium, quod putabat esse sub obligatione,cum tamen re vera non esset,teneatur fateri se ita peccasse,vel satis sit si dicat,violaui ieiunium?

Et hæc sunt generalia pro conscientia erronea, & pro aliis casibus,quando quis tenetur explicare,fuisse errorem;siue propter aliam obligationem, siue propter censuram,quæ non incurritur, nisi quando non erratur. Ex p.11.tr.8.& Misc.3.Res.60.

§ 1. AFfirmatiuè videtur respondendum, nam videtur confiteri illud quod fecit: Significat enim aliam actionem distinctam ab ea,quam exercuit. Nihilominus in genere moris non est alia actio;semper enim in confessione censetur confiteri actionem quam putabat esse occisionem Pauli; ideo si confiteatur dicens occidi hominem,& nihil aliud,quando ex alio capite non consurgit alia obligatio (quod per accidens est)satisfacit;vel si dicat,occidi quem putabã esse Paulum,etiamsi postea deprehendet esse Petrum,verè confessus est quod fecit:confessus est enim homicidiũ,quod putabat esse Pauli,quod verificatur etiam in homicidio Petri:de illo enim homicidio Petri putabat esse Pauli, & tale homicidium confessus est.Quod si fortè quando confitebatur dixit occidi Paulum;adhuc existimo sufficere eam confessionem,nec postea deprehendens fuisse Petrum,debere iterùm confiteri, quia reuera confessus est peccatum mortale quod fecit: quotiescumque enim quis confitetur peccatum confitetur illud prout erat in conscientia sua probabili; tunc autem quando occidit erat in sua conscientia probabili vt supponimus, quod ea actio esset occisio Pauli,& non Petri, & in morali æstimatione idem est dicere occidi Paulam,atque dicere occidi quem putabam esse Paulum,seu eum,qui meo iudicio tunc erat Paulus:siue enim reuera fuisset, siue non fuisset Paulus,pro malitia morali,& materia confessionis(etiam comparatione actionis externæ,vt prouenientis à voluntate interna)nihil refert. Et hæc omnia docet Dicastillus *de Sacramentis to.2. tr.8. disp.9. dub.8.n.71.5.*

Sup. hoc in tom.1.tr.7. Res.5.8 vlr. per totum.

2. Sed hic quæri potest, an qui violauit ieiunium, quod putabat esse sub obligatione, cùm tamen reuera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit, si dicat,*violaui ieiunium?*

3. Negat Sanchez *l.1.in decalog.cap.11.n.5*,cum Salas, Valentia & Sayro à se relatis contra Adrianum *in 4.q.4.de confessione* qui dixit,peccatum contra conscientiam erroneam esse speciale,& explicandum in confessione,cuius contrarium ab inconuenienti probant:quia sequeretur peccata, etiam quando conscientia non erat,duas semper malitias habere,alteram quidem contra eam virtutem, cui actus opponitur, alteram contra conscientiam.Vnde infertur potius esse dicendum peccatum contra conscientiam habere idem obiectum in specie,quod haberet,si vera esset obligatio;ideoque putant eum, qui non haberet ætatem requisitam,vt obligetur lege ieiunij, si ex errore putat se teneri, peccare peccato eiusdem speciei cum eo, quo peccaret si vere teneretur: quæ doctrina mihi etiam placet, approbare videtur Cardinal. Lugo, dum à se relatum non reprobat *disp.illa 16.n.498.*

4. Addo tamen (id quod generale est pro aliis casibus) aliquando debere explicari fuisse errorem, siue propter censuram, siue propter aliam obligationem, quæ non incurritur, nisi quando non erratur:sic si esset peccatum ab aliquo contra iustitiam ex conscientia erronea,accipiendo furtiuè rem, quam putabat esse alienam, v.g. Ecclesiæ, & reuera esset accipientis, etiamsi esset lata censura pro furto facto ex Ecclesia; & item censura pro non restituente, aut pro non reuelante, etiamsi ea peccata coram Deo essent eiusdem speciei cum iis,quæ fierent ex conscientia vera; tamen nequit incurrit censuram,nec obligationem restituendi,aut reuelandi; ideoque nec confessarius debet ab ea censura absoluere,nec cogere ad restituendum, vel negare absolutionem,nisi restituat,aut paratus sit restituere, cùm prædicta requirant peccatum verè ex vera conscientia commissum.Item;debet explicari,quando, si non explicet pœnitens, existimauit confessarius illud non fuisse peccatum, vt, si quis confiteatur se non audiuisse Sacrum in die Iouis maioris hebdomadæ, quod cùm non sit peccatum, secluſa conscientia erronea, putabit confessarius non dici vt peccatum mortale; sed vt aliquale imperfectionem. Item de ieiunio in vigilia Epiphaniæ,& similibus. Item si puer minoris ætatis se accuset quòd in Parasceue non ieiunauerit.Ita Dicastillus *supra n.705.*

5. Sed circa præsentem difficultatem vide meipsum alibi. & me citato Leandrum *de Sacram.tom.1.tr.1. disp.8.§.7.q.17.* vbi firmat sufficere in casu proposito, si pœnitens in confessione se accuset, & dicat; *violaui ieiunium*, quia idemmet in specie peccatum commisit, ac si vera esset obligatio ieiunandi. Vnde puer qui falsò putat se teneri ad ieiunium,& non ieiunat,committit peccatum eiusdem speciei cum eo, quod committit adolescens obligatus ad ieiunandum.

6. Vnde mihi non placent ea quæ asserit Salas *1.2. to.1.tr.8.disp.vnica sect.3.n.28. in fin.* vbi ait;Cùm quis rem licitam egit, putans esse illicitam, vt, si occidit feram, putans esse hominem, debet errorem exprimere; alioqui non intelligeretur malitia actus externi, quia occisio feræ mala non est.

7. Verùm,vt dixi, ego absolutè sentio, quando peccatur cum conscientia erronea,non esse speciale peccatum, & ideo satis esse fateri præcepti violationem, quam conscientia errans dictabat, non declarando fuisse contra conscientiam erroneam. Ideo Docet Cardin. Lugo *de pœnit.disp.16.n.503.cum sequentibus*,& Fagundez *de præceptis Ecclesiæ l.2.c.5.n.14* qui,sicut,& Henriquez supra ait in prædicto casu furti, v.g. sufficienter explicari peccatum,si quis dicat;*furtum, dum rapui id quod putabam esse alienum*, quibus verbis explicat se habuisse conscientiam peccati non tamen significat,an illa conscientia fuerit vera, vel erronea. Atque hunc modum explicandi meritò approbat idem Cardinalis *supr. n.500.* imò addit non esse dubium quin sufficiat similem modum confitendi,addit ipse postea *nu.501.* si dicat; *Feci hoc vel illud putans me facere contra præceptum, vel contra obligationem grauem.* Qua ratione verè explicat, quod fecit, nec se exponit periculo dicendi peccatum quod non fecit, quod totum mihi placet, vt placuit etiam Dicastillo *loc.cit.*

In indice primo huius Tom.8.vide Apendicem ad hunc Tract.2. Vbi reperies alias plures quæst. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract.2. de Conscientia dubia,&c.

TRACTATVS TERTIVS
DE PARVITATE MATERIÆ.

RESOLVTIO PRIMA.

Quomodo sit cognoscendum, quod in aliquo præcepto detur, vel non detur paruitas materiæ? Ex part. 5. tr. 5. Resol. 1.

§. 1. LIBET huic dubitationi respondere cum verbis Nicolai Baldelli *in disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp. 14. num. 13.* vbi sic ait. Ad dignoscendum vtrùm detur in aliquo præcepto, aut eius transgressione, materiæ paruitas & culpæ leuitas, an verò omnis materia sit censenda notabilis, & omnis transgressio grauis, optimum videtur, si in obiecto formali non confundatur ratio, quæ dicitur pro se prima, quia scilicet & ipsa per se, & ratione sui per actum attingitur, non autem ratione alicuius alterius, quæ intelligatur attingi priùs, & ratio, quæ dicitur per se secunda, quia attingitur ita per se, vt tamen attingatur ratione alicuius alterius, quæ intelligitur attingi priùs, vt fusiùs explicatur ex physicis, quando agitur ad *text. 33. lib. 2. de Anima*, de specificatione potentiarum per actus, & actuum per obiecta: si enim ex ratione ipsa obiecti per se prima oriatur notabilis oppositio ad virtutem, & malitiæ grauitas, non poterit in illo obiecto dari paruitas materiæ, & leuitas culpæ: si verò oppositio notabilis, & grauitas culpæ solùm oriatur ex ratione obiecti per se secunda, non autem ex ratione per se prima, omnino dabitur materiæ paruitas, & culpæ leuitas, & hoc modo, quia ratio obiecti per se prima in actu furti, v.g. est, quòd res, quæ accipitur, sit aliena, & ex hac ratione per se accepta, & præcisè considerata, non oritur oppositio notabilis ad iustitiam, & culpæ grauitas, sed hæc solùm oritur ex eo, quòd res aliena sit notabilis, & notabiliter faciat ad vsus vitæ, quæ potest dici ratio obiecti per se secunda, rectè dicitur, quòd in furto detur materiæ paruitas, & culpæ leuitas, & contrà, quia ratio obiecti per se prima in actu in fidelitatis est, vt fides negetur ipsi Deo aliquid reuelanti, & ex hac sola præcisè considerata fundatur oppositio grauis ad virtutem fidei; & malitia grauis: non dicitur quòd in actu infidelitatis possit dari materiæ paruitas, & culpæ leuitas, sed omnis materia in ordine ad illam sit notabilis, & omnis culpa sit grauis, etiamsi alioqui in se ipsa sit res minima. Vide etiam Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 2. & 3.* Suarez *de legibus, lib. 2. c. 28. n. 68.*

2. Sed circa supradicta habet aliquam difficultatem Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 7. n. 2.* quam videre potes penes ipsum. Vnde existimat ex communi sensu Ecclesiæ & fidelium desumendam esse grauitatem aliquarum rerum, & aliarum leuitatem, quæ autem hæc sint, suis locis examinandum est; fundatur autem hic sensus Ecclesiæ in naturis ipsarum rerum, aliqua enim ita de se inordinata sunt, vt in qualibet materia reputentur grauissima, quælibet enim idolatria, simonia, iuramentum falsum, infidelitas, desperatio, odium, & contemptus Dei, irritatio Sacramentorum, homicidium, pollutio, fornicatio, & similia de se grauem inordinationem habent, & in quacumque materia constituantur, non variant iudicium; alia verò ita leuia sunt, vt nisi ex aliquo accidenti extrinseco grauia esse non possint, vt verbum otiosum, scurrilitas, & alia huiusmodi. Alia verò, quæ ex se de se grauia sint, non semper æqualem deordinationem habent; vt furtum si fiat in magna, vel parua quantitate, variat enim multum iudicium. Ita Palaus. Verùm pro nostro instituto his suppositis, ad casus particulares deueniendum est, quos non sine maximo labore in gratiam Studiosorum collegi; ideo quæro:

RESOL. II.

An paruæ materiæ diuersorum præceptorum, coalescant in vnum, & efficiant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam?

Et quid, si ad omnia hæc obligetur ex diuersis votis, & pro eodem die?

At an, quando quis vouit indeterminatè pro aliquo die audire, v.g. tres Missas, & ex qualibet earum omittat partem non notabilem, an inquam, peccet mortaliter? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 42.

§. 1. VT si in die festo incidat ieiunium, & consequenter quis teneatur eo die ad ieiunandum, ad audiendam Missam, ad non laborandum, & si est Clericus in sacris, ad recitandas Horas Canonicas; an, inquam, si ex singulis his obligationibus modicum quid omittat, ita vt omnia illa modica quantitatem notabilem efficiant, peccet mortaliter? Respondeo negatiuè, quia nullum præceptum in materia graui transgreditur, sed multa, singula tamen in leui materia. Et ita docet Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 16.* qui tamen limitat hanc sententiam, & putat secus dicendum esse, si quis ad omnia hæc obligatus sit ex diuersis votis, & pro eadem die. Super hoc infra in tr. 4. resol. 11.

2. Sed hæc limitatio mihi non placet, quia non est differentia inter transgressionem voti, & præcepti Ecclesiastici, cùm votum obliget eo pacto, quo obligat præceptum Ecclesiasticum de eadem re, vt docet Caietan. *in 2. 2. q. 88. a. 12.* Sotus *lib. 7. q. 2. art. 1.* Corduba *in sum. q. 188.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 4.* Aragon. *in 2. 2. q. 88. art. 3. concl. 2.* Nauar. *in sum. c. 12. n. 65.* & alij. Ergo si non est mortale, secundùm Sanchez, transgredi multa præcepta Ecclesiastica in re leui, neque erit mortale transgredi plura vota.

3. Sed quid dicendum, quando quis vouit indeterminatè pro aliquo die audire, v. g. tres Missas, & ex qualibet illarum omittat partem non notabilem, an, inquam, peccet mortaliter? aliqui affirmatiuè respondent, quia sunt partes materiæ eiusdem rationis; ergo possunt continuari ad constituendam quantitatem notabilem. Sup. hoc in resol. nor. præteritæ, ex doctrina §. vlt.

At his non obstantibus, puto probabilem esse contrariam sententiam, quam apertè videtur tenere Suarez *de Relig. to. 2. lib. 5. cap. 5. n. 12. & seq.* lege illum, & non pigebit.

RESOL. III.

An plures paruæ materiæ coalescant in vnum, vt materia grauis ad mortale sufficiens euadat?

Et in textu huius Resolutionis quinque casus inferuntur pro praxi supradicta quæstionis. Ex part. 5. tract. 5. Resol. 52.

§. 1. REspondeo quòd quoties parua postremi venialis materia nequit cum præcedentium materia moraliter continuari, ita vt pro vna reputetur, nec effectus relicti continuari moraliter possint, multiplicatio transgressionis præcepti in materia parua non constituit materiam grauem, ac culpam lethalem, secus quando materiæ paruæ, aut effectus ab eis relicti moraliter continuantur. Ratio est, quia cùm in priori euentu omnes eæ materiæ diuersæ sint, nec in vnam coalescant, nec effectus ab eis producti, nequit ex illis grauis materia conflari, sed singulæ diuisæ manebunt, & ita paruæ. At cùm in posteriori casu materiæ, vel effectus vniantur, notabilis materia euadet, & ita docet Molfesius *in sum. tom. 2. tract. 3. c. 8. num. 70.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 9. § 4. nu. 4.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 9.* Suarez *de legib. lib. 2. c. 28. n. 11.* Reginaldus *tom. 1. lib. 15. cap. vlt. n. 67.* & alij. Vnde cum supracitatis Doctoribus pro praxi infertur primò, te comedentem sæpiùs die ieiunij violare ieiunium vltima illa comestione, quæ ad notabilem quantitatem peruenit, quia illa vltima comestio etsi per se sumpta leuiter temperantiam læderet, at vt coniuncta aliis, & illas supponens grauiter lædit, moraliter enim illis coniungitur, & quasi esset simul cum aliis facta reputari debet. Secus dicendum si diuersis ieiunij diebus parum aliquid comedas, vel propositum habeas, parum aliquid singulis diebus comedendi, quia vnum ieiunium cum alio non continuatur, neque comestio vno die facta cum alterius diei comestione. Sic supradicti Doctores. Neque propositum fertur in omnes illas comestiones coniunctim sumptas, sed in omnes separatas, & singulis diebus debitas, & provt debitæ sunt quæ cùm solùm sint debitæ sub peccato veniali, nunquam est propositum de mortali. Infertur secundò, si intemperantem cibum sumas, & vltima comestione agnoscas tibi notabile damnum inferri, peccas mortaliter, quia iam amplecteris obiectum grauiter dissonum rationi, quod etsi secundùm se graue non esset, at graue est redditum ob multiplicem præcedentem comestionem. Infertur tertiò, te laborantem similiter die festo aliquoties, etsi singulis vicibus paruum tempus consumas, peccas mortaliter, quando peruenis ad quantitatem notabilem, v.g. duarum horarum, quia omnes ibi labores moraliter vniuntur, & quasi in vno tempore facti reputantur. Siquidem verum est dicere, te laborasse illo die festo vltra duas horas; secus verò si per quadrantem singulis festis laborares, quia tunc sicut festa diuersa sunt, ita & labores sunt diuersi, neque vnum cum alio continuatur. Infertur quartò, non peccaturum moraliter qui eodem die ieiunij in causa est vt plures modicum quid accipiant, & in die festo per breue spatium similiter laborent, quia actiones cuiuslibet personæ cum actionibus alterius nullo modo continuantur. Et tandem quintò deducitur semper in materia iniustitiæ ex paruæ materiæ multiplicatione magnam consurgere, ac sufficientem ad mortale: vt in furtis minimis accidit, quando enim per ea ad notabilem quantitatem furto arreptam peruenitur, vltimum rei paruæ furtum est mortale.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. Res. 89.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Res. 15. § 2. ad lin. 3.

Sup. hoc in Res. not. præteritæ, § 1. & 2.

Sup. hoc ibi dem §. 3.

Sup. hoc in tom 7. tr. 5. Res. 41. in principio, & in §. Sed ità do. & infra tr. 7. lege doctrinam in res. 7.

RESOL. IV.

An in subreptione gratiæ detur paruitas materiæ? Ex part. 5. tr. 5. Res. 33.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Riccio *p. 2. dec. 208. n. 5.* vbi docet gratiam non dici subreptitiam non expresso vero beneficij valore in modico, nam modicus defectus non vitiat actum, nec leuis solemnitatis omissio obest.

RESOL. V.

An mutare circunstantiam leuem in Historia sacræ Scripturæ, sit peccatum mortale?

Et obiter quæritur, an examinatores Episcoporum non possint aliquid Episcopis examinandis manifestare, etiam si sint doctissimi, & præ verecundia timeatur non bene responsuros, & hoc ratione iuramenti, quod supradicti Examinatores faciunt?

Et quid, quando aliqui examinantur in concursu propter damnum tertij?

Et etiam cursim, & obiter quæritur, an habens priuilegium comedendi lacticinia in diebus ieiuniorum possit comedere saginam? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6 Resol. 38. alias 37.

§. 1. NEgatiuam sententiam nouissimè docet Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 5. disput. 21. sect. 5. num. 35.* vbi sic ait: tertiò dico, etiam non obstante hoc periculo, licet res dicta sit falsa, non videri per se peccatum mortale immutare aliquam circumstantiam falsam, dicendo illam esse à Deo reuelatam; esto homo expresse interius contrarium noscat. Hæc pars videtur defendi à Patre Salas *tom. 5. in 1. 2. disp. 4. n. 5.* vbi licet loquatur ex presse de eo qui non scienter hoc facit, sed ex ignorantia crassa, videtur tamen inde inferri, etiamsi fiat scienter, non esse mortale; nam si res hæc esset grauis, certe ignorantia crassa tunc esset grauis. Expresse vero eundem tradidisse hanc conclusionem in manuscriptis testantur nonnulli recentiores.

2. Probatur autem ratione, Primò; nam videtur communis praxis etiam eorum, qui in hac materia delicatæ conscientiæ sunt idipsum probare. Constat enim, Religiosissimos Viros, & Concionatores, sine peccati mortalis scrupulo narrare historias Sacras, licet aliquando se in vno, aut altero verbo, aut circumstantia parui momenti errare putent; neque vllus coëgit sub mortali non affirmare, vt dicta vllo modo in scriptura, nisi ea præcisè, quorum certissimè quis recordatur: teneretur autem id facere, si ea mutatio esset grauis.

3. Secundò ratione à priori idem ostenditur, quia iuxta communem acceptionem audientium, talis narrans eam historiam non intendit vllo modo Deum facere auctorem mendacij, sed supponitur narrans ea tamquam dicta à Deo: quia ita ipse putat: vnde si deprehendatur non contineri res illa in scriptura, non Deo iniuriam facit, sed se ostendit non valdè in scriptura versatum, aut male illam legisse, aut denique debilis memoriæ: indirectè autem ideò videtur aliquam in Deum iniuriam committere: quod Dei scripta petant, vt homo diligentius ea legat, nec ita stantim proferat vt dictum à Deo id quod reuera dictum non est: hæc autem negligentia non videtur in circumstantia aliqua leui esse materia mortalis: vt patet in humanis: quod enim quis in littera Imperatoris vnicum, vel alterum verbum muter, non censetur grauis Imperatoris iniuria. Hæc Arriaga.

Sed scio ab hac opinione viros doctos dissentire, & de hac quæstione alibi à nobis actum est.

4. Notandum est tamen hìc obiter, me olim docuisse, posse aliquem interrogatoria examinandis manifestare, stare, si certo sciret, illos esse sufficientes, & doctos, sed præ timore, & verecundia, non bene responsuros; & dixi hæc etiam procedere quoad Episcopos examinandos, ex rationibus ibi adductis, sed quando hæc scirem, ipsi nesciebam examinatores Episcoporum præbere iuramentum

ramentum non manifestandi examinandis neque in genere, neque in specie ea de quibus interrogari debent; Ideò nunc ratione dicti iuramenti illam opinionem prorsus refello, & assero examinatores Episcoporum non posse aliquid Episcopis examinandis manifestare, etiam si sint doctissimi; & præ verecundia timeatur, non bene responsuros; Et ego factus examinator Episcoporum à fel. mem. Vrbani. VIII, ratione dicti iuramenti hoc semper in praxi rigidissimè obseruaui, nec aliter obseruandum esse puto; & sicut alibi dixi, doctrinam à me superius positam non esse intelligendam, quando aliqui examinarentur in concursu, propter damnum tertij: sic etiam tunc assero, non procedere in examine Episcoporum, ratione præstiti iuramenti.

Alibi in Ref. præteritis.

5. Nota etiam, me olim cum multis Doctoribus docuisse, habentem priuilegium comedendi lacticinia in diebus ieiuniorum, posse comedere saginam: Sed modo, re melius considerata, prorsus negatiuam sententiam sustinendam esse puto.

Sup. hoc in tom. 4 tr. 3. Ref. 166. §. vlt. & vbi in tr. 4. Ref. 70. §. in fine.

RESOL. VI.

An in conscientia erronea detur paruitas materiæ? Sed difficultas est, quando conscientia erronea non distinguit, an mortale sit, vel veniale, sed solum confusè proponitur actio mala, an tunc peccatum mortale sit? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 31.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Azorio *tom. 1. lib. 2. c. 8. q. 5.* vbi sic ait: Quæritur an sit lethale, an veniale peccatum contra conscientiam errantem agere; Respondeo interdum esse lethale, interdum veniale peccatum, pro varietate materiæ grauis, vel magnæ, vel leuis & paruæ, in qua conscientia errat, & pro varietate iudicij quo aliquid suadendo, vel monendo aberrat à lege. Potest enim accidere, vt conscientia existimet aliquid esse veniale peccatum, & quatenus tale vitandum, licèt alioqui sit materia grauis. Item potest existimare aliquid esse crimen lethale, & quatenus tale cauendum & fugiendum, cùm tamen res sit alioqui leuis, vel media, & indifferens. Ita ille, quem sequitur Alphonsus de Leone *de offic. Confess. p. 1. recollect. 7. mem. 21.*

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. lege doctrinam Ref. 5. §. 1.

2. Sed difficultas est, quando conscientia erronea non distinguit, an mortale sit, vel veniale? sed solùm confusè proponitur actio mala, & tunc peccatum mortale adesse docet vterque Sanchez, Thomas, & Ioannes, hic *in select. disp 18. num. 1.* ille *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 1. n. 9.* quibus adde Castrum Palaum *tom. 1. disp. 1. punct. 3. n. 6.* quia cùm amplecteris obiectum venialiter malum, dubitans an sit mortale, peccas mortaliter secundùm omnium sententiam, quia te exponis periculo mortale committendi. Sed quando tibi repræsentatur obiectum malum, prohibitum, neque distinguens an sit mortale, vel veniale, illud amplecteris, iam quantum est ex tua voluntate periculo committendi mortale te exponis, ergo.

3. Verùm Perez *certam. 10. scholast. num. 29.* Salas *in p. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 3. num. 33.* Valentia *tom. 1. disp. 2. q. 14. punct. 4.* & alij asserunt in tali casu committi solum peccatum veniale, quia voluntas appetens malitiam in communi, non appetit malitiam excedentem culpam venialem, aliàs si excederet, non esset veniali, & mortali communis. Vnde vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. VII.

An in prohibitione alienationis rerum Ecclesiasticarum detur paruitas materiæ?

Idem est dicendum de locatione.

Sed difficultas est in supradicta quæstione, quæ dicantur terrulæ, & quæ res exigui valoris? Ex part. 5. tract. 5. Ref. 57.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenendam esse patet *cap. terrulas 12. q. 2.* & ita docent DD. quos citat & sequitur Riccius *in praxi tom. 1. resolut. 36.* quia in generali prohibitione alienationis modica non veniunt, vt notat Bald. *vol. 1. cons. 91.* & ideò restitutio in integrum pro modica læsione non datur, vt docet Bursatus *cons. 27. n. 17.* & Sfortia *de restit. in integr. quæst. 4. art. 12. n. 103.* & pro modica sterilitate non fit remissio mercedis, vt vult Valascus *decis. 30.* vide etiam Guttierr. *cons. 15. num. 7. & sequ.* Carder. Pereira *in l. si curatorem, ver. contractum. num. 15. C. de integr. rest. minor.* & Quarantam *in summ. Bull. ver. alienatio, n. 41.* vbi notat per sacram Congregationem decisum fuisse, neque constitutionem Pauli II. neque Concilij Tridentini Decretum derogasse dispositioni supradicti textus *c. terrulas* qui quidem textus procedere non solùm in alienatione, sed in locatione etiam, tenet Thomingus *decis. 23.* Crotus *volum. 1. cons. 96. n. 14.* & alij.

Quoad hoc lege doctrinam Ref. not. seq.

2. Sed difficultas est quæ dicantur terrulæ, & quæ res exigui valoris? Glossa ait quòd fortè hic textus exiguas vocat non valentes vltra viginti solidos, refert & sequitur Archidiac. *in cap. si quos, hac eadem causa & quæst.* Alciat. *cons. 21. num. 6. & sequ.* Sed probabilius est Iudicis arbitrio hoc esse remittendum, qui consuetudinem terræ & temporum locorúmque qualitatem attendere debet, & inspicere conditionem Ecclesiæ, si sit pauper, vel multùm abundans. Ita Quaranta *dicto n. 41.* Aloysius Riccius *dicta resolut. 36. in fine.*

Sup. hoc pro mobilibus pretiosis in tom. 7. tr. 1. Ref. 221. lege doctrinam eius §. 1.

RESOL. VIII.

An præceptum sub mortali impositum, sub materia leui obliget saltem sub veniali? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 48.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Suarez *de legibus, lib. 3. cap. 26. num. 6.* duo enim sunt in dicto præcepto distinguenda, vnum est, talem rem præcipi, aliud est præcipi sub tali obligatione, vel pœna. Primum, vt supponimus, non est iniustum, quia ponimus materiam præcepti simpliciter honestam esse, & in suo gradu iustam, & capacem præcepti. Secundum autem iniustum est. At verò non obstante iniustitia & nullitate quoad secundum potest præceptum valere, quoad primum quod iustum est, tum quia illud est prius natura, vt sic dicam, & ex se separabile à secundo; tum etiam, quia in his, quæ huiusmodi sunt, vtile per inutile non vitiatur. Neque intentio præcipientis intelligitur esse conditionata, itaut nolit præcipere quod potest, si non potest obligare quantum appetit; sed potiùs absolutè intendit præcipere, & volendo obligare plus, quàm potest, consequenter etiam vult obligare quantum potest, & ita censeo tale præceptum esse validum quoad obligationem commensuratam, & proportionatam materiæ eius, quia quoad illam non deest intentio præcipientis, & nihil aliud est quod ibi desideretur. Et ita etiam hanc sententiam docet Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. c. 4. num. 46.* & Baldellus *in disput. Theologicis tom. 1. lib. 5. disp. 20. n. 9.*

RESOL. IX.

An contemptus formalis in re leui, v. g. legislatoris humani,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mani, legis, præcepti, consilij, &c. sit solum peccatum veniale?

Et quid, si sit de legislatore, & præcepto diuino? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 72.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. ex doctrina Resol. 56. § 1. ad medium, versf. Similiter.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *de legib. lib. 3. cap. 28. n. 24.* & alij, quia esse rem leuem, quæ tibi imperata est, non obstat quo minus tibi imperetur ex eadem potestate, qua imperatur res grauis; ergo si ex contemptu huius potestatis præceptum leue violas, ita grauiter peccas, ac si violares, præceptum graue. Dicendum est igitur quòd contemptus legislatoris humani, quatenus legislator est, seu violatio cuiuscumque legis, præcepti, & consilij ipsius, ex tali contemptu semper reputato peccatum mortale est, non solum in graui materia, sed etiam in leui.

2. At his non obstantibus ego contrariam sententiam teneo, quam etiam tenet Caietanus *in summa, ver. contemptus, ver. aduerte hunc.* Armilla *eodem verb. n. 3.* Medina *in p. 2. q. 88. art. 4. in fine.* Valentia *tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. in 1. casu, & to. 3. disp. 7. q. 3. punct. 3.* consentit Leonardus Lessius *lib. 2. c. 46. dub. 6. nu. 45. & 46.* loquens expressè non solùm de legislatore humano, sed etiam diuino, & affirmans, si nolis illis parere in rebus minimis, vt ostendas eorum minima præcepta te parui facere, non esse mortale, quod de legislatore diuino negat, & optimè Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 5. c. 5. n. 11. & 13. in fine.* Ratio verò nostræ opinionis est, quia potes contemnere legislatorem, eiusque præcepta non absolutè, sed quatenus sunt in materia leui, v.g. in silentio seruando; ergo tunc contemptus non videtur grauis, sed leuis. Dicendum est igitur dari posse peccatum veniale contemptus, sicut & inobedientiæ formalis, si præceptum superioris contemnas non absolutè, sed quatenus est in materia leui.

3. Hinc à fortiori colligitur, si superior contemnatur, non quatenus superior est, sed quatenus est infirmæ sortis, indoctus, imprudens, & ex huiusmodi contemptu nolis ei obedire in re leui, non erit peccatum mortale, quia tunc non contemnitur formaliter eius potestas, sed eius persona ob defectus, quos habet. Item si ex indignatione leui, & prauo aliquo affectu erga superiorem, nolis ei obedire in re leui, non est mortalis inobedientia. Ita Lessius *num. 46.* Sanchez *n. 13.* vide etiam Sancium *in selectis disp. 7. n. 13.*

RESOL. X.

An in acceptatione personarum quoad beneficia conferenda, detur paruitas materiæ?

Ex quo infertur, an sit leue peccatum prætermittere ordinem misericordiæ, quando leuis est excessus, v.g. si duo aliqui sunt in extrema necessitate, & secundum ordinem misericordiæ teneatur aliquis potius vni, quam alteri succurrere propter titulum, v.g. consanguinitatis? Ex part. 5. tr. 5. Resol. 13.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Resol. 101. §. 2. ad medium, versf. si vero. & in aliis eius annot.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Rodriquez *in summa tom. 1. cap. 16. ante num. 1.* vbi sic ait. De aquí se sigue que la aception de las personas segun su naturaleza es pecado mortal, pues es opuesta à la justicia, dixe de su naturaleza, porque por la poquedad de la materia puede acontecer algunas vezes que sea pecado venial, como si vno eligiesse à vn amigo menos digno de vn oficio de poco momento en la Republica dexando à otro que mejor lo merece, como se dirà en el Capitulo de los beneficios.] Ita ille. & Sotus *de iust. lib. 3. q. vlt. art. 2.* cum Bañes, Salonio, & Valentia penes Turrianum *vbi infrà*, docent non fore peccatum mortiferum, quando munus, ad quod quis eligendus est, non est magni momenti, & prætermisso digniori eligitur dignus. Secundò docent non esse mortale, quando licet materia, aut munus electionis magni momenti sit, excessus tamen dignitatis paruus, & modicus est, tunc enim non videtur grauis violatio iustitiæ distributiuæ.

2. Sed Aloysius Turrianus *in 2. 2. D. Thom. de iustit. tom. 2. disp. 22. dub. 1. n. 6.* existimat priorem partem huius sententiæ veram esse, si contingat materiam electionis esse leuem quod non facile euenit in electione beneficij & cathedræ, Secundam verò partem existimat omnino falsam, neque admittendam. nam materia præcepti non est excessus dignitatis, sed electio dignioris, cui conferendum est beneficium, aut præbenda: talis autem actus grauis materia est, & propter eandem rationem mihi numquam placuit, quod docent recentiores aliqui in materia de charitate esse leue peccatum prætermittere ordinem misericordiæ positum in præcepto, quando leuis est excessus, v. g. si duo aliqui sint in extrema necessitate, & secundum ordinem misericordiæ teneatur aliquis potius vni, quàm alteri succurrere, propter titulum, v. g. consanguinitatis, docent prædicti recentiores non esse peccatum mortiferum violare talem obligationem, quando excessus consanguinitatis paruus est. Sed hæc doctrina admittenda non est, quia in materia præcepti misericordiæ, non est maior, aut minor consanguinitas in eo euentu, sed largitio eleemosynæ faciendæ propinquiori secundùm debitum ordinem: talis autem actus magni momenti est, ex quo pendet vita eius cui debetur eleemosyna ex obligatione ordinis misericordiæ, qui est in præcepto, & oppositum non existimo tutum in praxi, propter manifestam rationem assignatam; & licèt Bañez *vbi supra* ita explicet suam opinionem de dignioris electione minùs digni, quando paruus est excessus, vt velit paruum excessum pro nihilo reputari, & vtrumque candidatum esse, quasi æquè dignum; hanc tamen doctrinam non admittit idem Turrianus, quia Banez docet esse peccatum veniale in hoc euentu non eligere digniorem, admittit ergo excessum dignitatis in vno, hoc autem admisso contendit esse obligationem grauem eligendi digniorem. Vnde ex his ego puto vtramque sententiam esse probabilem.

RESOL. XI.

An in vsura detur paruitas materiæ? Ex part. 3. tract. 5. Resol. 30.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Alphonsus de Leone *de offic. confess. part. 1. recollect. 7. num. 37.* vbi sic ait. Limitatur sextò, vt non detur paruitas materiæ in vsura. Ratio est, quia quicquid sorti accidit, vsura est, verbum enim *quicquid* in modica & leui materia etiam verificatur. Ita ille, cuius opinio confirmari potest ex his, quæ adducit Barbosa *dict. 315. n. 4.* vbi ex multis probat hanc dictionem etiam minutissima comprehendere, quod etiam docet Vulpellius *in dictione quicquid, n. 4.* Cenedo *singul. 89. n. 4.* & alij. Sed ego diligenter multos auctores recognoui, non inueni hanc quæstionem neque vnum tangentem. Neque videtur vt vsura in quacumque materia constituatur non variare iudicium, vt diximus de magia, hæretica, periurio, &c. etsi in simonia secundùm probabilem Doctorum opinionem, vt suprà visum est, detur etiam paruitas materiæ; quare non erit danda in vsura ideò facilis cogita.

RESOL.

RESOL. XII.

An peccatum inuidiæ ratione paruitatis materiæ sit aliquando tantum veniale? Ex part. 5. tract. 5. Resol. 67.

§. 1. REspondeo affirmatiuè nam licèt inuidia ex genere suo peccatum sit mortale, tamen ratione leuitatis materiæ potest per accidens esse veniale; si enim quis doleret de aliqua re leui, in qua non posset proximum æquare, & quæ si ab eo auferretur, non esset illi magnum detrimentum, non diceretur peccare mortaliter. & ita docet Duuallius in 2. 2. *D. Thomæ tractat. de charitate quæst.* 12. *circa finem* & alij.

RESOL. XIII.

An quando ex leuibus indiciis quis temerè, & voluntariè de proximo suspicatur, peccet mortaliter?
Et in textu huius Resolutionis adducuntur conditiones, quas habere debet iudicium temerarium, vt sit peccatum mortale. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 31.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Angelici Doctoris doctissimus interpres Franciscus Syluius *in* 2. 2. *D. Thom. qu.* 60. *art.* 3. qui citat Bannez, Aragon. & Salonium, & hanc sententiam sequuntur Sotus *de iust. lib.* 3. *q.* 4. *art.* 3. Molina *de iust. tract.* 4. *disput.* 17. *num.* 10. Medina *de instruct. confess. lib.* 1. *cap.* 14. §. 37. Villalobos *in sum. to.* 2. *tract.* 14. *diffic.* 19. *n.* 3. Turrianus *in* 2. 2. *D. Thomæ, tom.* 2. *disp.* 4. *dub.* 3. *n.* 7. & alij quando suspicio esset de graui scelere circa personam honestam, vt de hæresi, de incestu cum matre, de proditione ciuitatis, &c.

Sup. hoc lege doctrinam Resol. seq. à fi.

2. At contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docet Ioannes de la Cruz *in direct. pr.* 8. *qu.* 1. *dub.* 2. *concl.* 2. qui citat Caietanum, Rosellam, Armillam, & Lopez. Idem tenent Faber *de restit. in* 4. *sent. dist.* 15. *q.* 3. *disp.* 54. *c.* 1. *n.* 10. Layman *in Theol. mor. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 1. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 6. Nauarra *de restit. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 454. Caietanus *in* 2. 2. *q.* 60. *art.* 3. *& in sum. ver. iudicium*, cum aliis. Et ratio est, quia nullum iudicium citra certitudinem, est peccatum mortale, vt ait D. Thomas, sed ista certitudo tollitur non solùm per dubitationem, quæ in neutram partem declinat, sed etiam per suspicionem, & opinionem, quia etsi suspicio, & opinio vni parti magis adhæreant, non tamen id fit sine formidine alterius: ergo, &c. Igitur suspicio de re graui si non habet assensum firmum, nunquam erit peccatum mortale. Vnde ex his ego puto multos pœnitentes falsò, sed ignoranter se accusare de iudiciis temerariis; nam vt iudicium temerarium sit peccatum mortale, opus est vt efficiatur sine iudiciis sufficientibus. Secundò, ex plena deliberatione. Tertiò, certò, & sine vlla formidine, quæ omnia rarò simul concurrunt in homine malè de proximo iudicante, & præsertim tertium requisitum, nam multi iudicant cum formidine alterius partis, & tunc non est iudicium temerarium mortale. Sed circa præsentem quæstionem vide præter DD. citatos Tannerum *in* 2. 2. *D. Thomæ disp.* 4. *q.* 3. *dub.* 2. *n.* 39. Filliucium *to.* 2. *tract.* 40. *c.* 1. *n.* 12. *& seq.* Lessium *lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 3. *n.* 16. Valentiam *to.* 3. *disp.* 5. *q.* 4. *punct.* 3. Reginaldum *in praxi tom.* 2. *lib* 24. *c.* 2. *n.* 26. *& seq.* & Ledesmam *in summa tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 2. *concl.* 5.

RESOL. XIV.

An in iudicio temerario detur paruitas materiæ?
Et an sit peccatum mortale temerè iudicare alterum esse spurium, vel filium Iudæi, aut illegitimum, &c? Ex part. 5. tr. 5. Resol. 68.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, vt quando quis temerè iudicat de altero in re leuis momenti, non enim erit peccatum mortale, & ita docet Lessius *lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 2. *n.* 14. vbi etiam docet non esse peccatum mortale temerè iudicare alterum esse spurium, vel filium Dei illegitimum, quod etiam tenet Petrus Nauarra *de restit. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 450. Azorius *part.* 3. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 4. & alij. Sed nouissimè hanc sententiam refellit noster doctus Fidei quæsitor Ioannes Escobar *tract. de puritate & Nobilitate probanda part.* 1. *q.* 8. §. 2. *n.* 33. cum multis aliis, quia etsi prædictæ qualitates, postquam homini in natiuitate cohærent, naturales sint, nec possint ei imputari, tamen cùm valde inter nos existimationem lædant, & infamiæ notam inurant, iudicium temerarium circa eas, non in re leui, sed in re grauissima proximum lædit, & apud omnes opinionem eius minuit. Verùm ego puto vtramque sententiam probabilem esse, nisi forte per tale iudicium temerarium, proximum contemnas, aut infames, vt ab aliquo officio, alióve bono consequendo iniquè impedias, nam in hoc casu peccatum lethale adesset.

Sup. hoc lege doctrinam præcedentis. Resol.

RESOL. XV.

An in detractione detur paruitas materiæ?
Et inter alia, quæ pro praxi prædictæ difficultatis adducuntur, tandem quæritur, an sit mortale dicere in faciem, præsertim viro honorato conuiciandi causa esse filium Clerici, natum ex adulterio, & similia? Ex part. 5. tr. 5. Resol. 69.

§. 1. LIcet ex genere suo detractio sit mortalis, tamen ratione leuitatis materiæ, in qua quis intendit famam alterius lædere, potest esse veniale, vt si ex industria aliquam paruam imperfectionem de aliquo narres, & ita tenet Lessius *lib.* 2. *cap.* 11. *disp.* 3. *num.* 11. Hinc narrare defectus veniales proximorum, non erit nisi veniale; nisi fortè conditio personæ talis esset, vt in ea huiusmodi defectus censeatur non leuis, sed magni momenti; vt si v. g. secundùm aliquos diceret de viro graui, & religioso esse mendacem, & sæpiùs mentiri; nam dicere illum semel, vel bis mentitum, clarum est non esse mortale. Idem dicendum est ordinariè non esse lethale, reuelare defectus naturales (nisi inde aliquod notabile damnum sequatur) siue illi defectus sint animi, siue corporis; vt si dicas quempiam esse ignatum, parui iudicij & ingenij, siue esse cœcum, gibbosum, &c. Et Petrus Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 307. cum aliis idem censet dicendum esse in defectibus natalium; vt si quis dicat aliquem esse filium Clerici, natum ex adulterio, & similia; nisi fortè propterea putaretur valde in animo eorum, quibus dicitur, contemnendus. Si tamen in faciem hæc & similia, præsertim viro honorato, dicantur conuiciandi causa, erit peccatum mortale, quia censetur tunc non leuis, sed grauis contumelia; secus si vilis sit conditio, nisi fortè grauem mœrorem putetur concepturus. Et tandem dicendum est non esse peccatum mortale, si in genere dicas aliquem esse superbum, auarum, iracundum, &c. quia hæc nomina ordinariè non ita accipiuntur, vt sonent peccata mortalia, sed vt naturalem inclinationem,

clinationem, vel veniales defectus denotent; fieri tamen potest, vt ratione dignitatis personæ, de qua dicuntur, vel quia putantur accipienda pro grauibus vitiis, si in tali casu peccatum mortale.

RESOL. XVI.

An detractiones leues de aliquo possint peruenire ad damnum graue, sicut furta?

Et quid, quando aliquis per plures detractiones leues detrahit pluribus personis?

Et quid est dicendum, quando detrahitur leuiter fama Petri, qui plures detractiones etiam leues ab aliis passus est, circa eamdem materiam leuem; & quid, si circa diuersas materias leues apud eosdem auditores?

Et quid est sentiendum, si in prædictis casibus detractio Petri sit apud Prælatum?

Et quid vero, si omnes detractiones leues sint circa diuersas personas & quid apud eosdem auditores? Ex part. 10. tr. 15. & Misc. 5. Res. 17.

§. 1. AD hanc difficultatem morosam, & practicabilem sic Respondet Emin. Cardinalis Lugo *de iust. tom. 1. disp. 16. sect. 3. numer. 46.* Dubitari potest: An quod dictum est de furante parua sæpius eidem, habeant etiam locum in eo, qui sæpius detrahit eidem famam in rebus leuibus posse etiam per frequentationem, & repetitionem detractionum circa leuia peruenire ad peccatum mortale cum obligatione graui restituendi. De hoc nihil apud auctores inuenio. Sed consequenter idem cum proportione videtur mihi dicendum: Nam re vera per plures eiusmodi detractiones potest tandem proximus detrimentum graue in fama pati. Finge enim simul ea omnia de proximo dici quo casu certum videtur, quod possit aliquando grauiter lædi proximi fama apud auditores, si de eo plures defectus vel falsos, vel occultos dicas, quorum singuli leuiter famam læderent, plures tamen non leuiter lædunt.

2. Si ergo apud eosdem auditores non simul; sed cum interpolatione eadem dicas, facilè vnientur in eorum mente ea omnia, vt non aliter opinentur de proximo, cui detrahitur, quàm si simul eadem audiissent, dixi si apud eosdem auditores dicas, si enim apud diuersos auditores, qui non ea facilè communicabunt sibi inuicem dixisse, non videtur esse eadem ratio. Tunc enim apud singulos auditores proximus famam retineret vel integram, vel ferè integram, atque adeò non vnirentur leues illæ detractiones ad conflandum aliquod graue detrimentum in famam. Vnde à fortiori nec esse graue nocumentum, si leues illæ detractiones apud diuersos de eodem defectu leui multiplicarentur, quia semper apud singulos, & apud omnes fama leuiter solùm maculata retineretur. Ita Lugo, qui ibidem postea §. 1. *n.* 52. rectè obseruat quid dicendum in materia famæ, quando aliquid per plures detractiones leues detrahit pluribus personis, sed singulis leuiter constat ex supradictis. Nam quoad hoc videtur esse differentia inter detractiones, & furta, quia licet quoad furta sint aliquando domini grauiter, & rationabiliter inuiti propter periculum, quod imminet, ne multi ditari velint illo modo furandi leuia à singulis, & hoc modo singulis grauiter lædi possint, si ea furta absque graui peccato semper repeti possint, in detractionibus tamen non videtur subesse illud periculum moraliter loquendo. Cùm enim ex iis detractionibus non capiatur lucrum quod alliciat homines ad eas procurandas; non timetur moraliter loquendo tale periculum ex eo quod illæ non prohibeantur sub peccato graui. Vnde quando pœnitens eiusmodi detractiones leues confitetur, nunquam Confessarius interrogat de frequentia detractionum ad iudicandum an peruenerint ad materiam grauem propter coniunctionem detrimenti pluribus illati, & inter illos diuisi.

2. Et tandem §. 2. *num.* 52. optimè obseruat quid dicendum sit quando detrahitur leuiter famæ Petri, qui plures etiam leues detractiones ab aliis passus est. Si enim omnes illæ detractiones sint circa eandem materiam leuem, certum est, te non peccare grauiter, cùm per omnes illas non patiatur Petrus detrimentum famæ nisi in materia leui. Si verò sint circa diuersas materias leues, sed apud diuersos auctores, qui eos defectus ad inuicem non communicabunt vt possit ex illis resultare tandem vna grauior existimatio contra Petri probitatem, non peccas etiam grauiter, quia adhuc Petrus apud omnes retinet suam famam ferè integram, & solum leuiter læsam. Denique si sint circa diuersas materias, apud eosdem auditores, aliquando poterit mortaliter peccare in illa detractione, v. g. si de eodem Petro apud Prælatum varij dixerunt varios defectus leues, poterit tandem multiplicatis delationibus circa res singulas leues Prælatus concipere aliquid graue de Petro, nempe esse negligentem, relaxatum, parum obseruantem, & curantem de disciplina regulari, quæ si falsa sint, grauiter læditur eius fama iniustè apud Prælatum.

3. Quare vltimus detractor in hoc casu non est similis ei, qui ponit vltimum furtum leue, sed potius ei qui ponit vltimum vulnus leue, quod propter alia leuia vulnera præcedentia affert mortem Petro, alioquin sine illo vltimo vulnere non morituro. Nam sicut excessus damni, quod vulneratus patitur accepto illo vltimo vulnere supra id, quod eo non accepto pateretur, est grauis, nempe ipsa mors; sic excessus damni in fama, quod patitur Petrus posita tua vltima detractione supra id, quod ea non posita non pateretur, est grauis, nempe existimatio Prælati de eius negligentia, & inobseruantia habituali, & frequenti, quam existimationem adhuc non habebat, quare in his circumstantiis detractio tua non est censenda leuis, sed grauis, quia ob debilitatem contractam ex aliis læsionibus præcedentibus fama Petri lethaliter vulneratur tali detractione, sicut ob alia priora vulnera leuia accepta homo lethaliter vulneratur vulnere vltimo, [illegible] quin leui, vt suprà explicuimus, in graui tamen raro [illegible] continget. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo *vbi sup.* quæ passim inuenies apud alios Auctores; sed quia in praxi quotidiana sunt, illa in vtilitatem lectorum hîc adnotare volui.

RESOL. XVII.

Quid sit sentiendum de tactibus, & osculis inter sponsos, an semper sint mortalia, vel in eis detur parui materia?

Et an confricatio leuiter partium obscenarum brutorum, & similium sit peccatum mortale? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 90. alias 89.

§. 1. COmmunis sententia Doctorum affirmat esse peccatum mortale, tangere immediate alterius viri, aut fœminæ verenda, quia id de se valde prouocat luxuriam, & commouet sensualitatem; & idem de tactibus, quibus quis immediatè tangeret verenda propria; excusabuntur autem omnes prædicti tactus à mortali, si fiant ex aliqua necessitate, aut ex leuitate animi, ita breuiter, vt non habeant periculum magnæ commotionis, & eodem modo excusatur à mortali qui tangeret verenda super vestem, non intenta vlla mediato. Alij verò tactus ex se notabiliter commouentes sensualitatem, videntur etiam mortale, sicut osculo,

oscula, & amplexus, eiusmodi autem sunt, si vir tangat crura, vel vbera fœminæ: alij verò tactus leuiter commouent sensualitatem, & hi excusantur à mortali, vt si vir tangat digitum, vel manum fœminæ; similiter, & confricare partes obscœnas brutorum, non videtur communiter mortale, Et hæc omnia docet Iacobus Granado Societatis Iesu *in* 1.2. *D. Thomæ contr.* 6. *tr.* 4. *disp.* 7. *n.* 5. *&* 6. & alij penes ipsum.

2. Vnde ex his secundùm aliquos excusantur à mortali, qui ioci causa inter natandum arripiunt inter se pudenda, vel leuiter tangunt nates, quia ait Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 9. *disp.* 46. *num.* 12. in tali casu deficit animus libidinosus, nec tanta versatur indecentia, & inhonestas, ac inter personas diuersi sexus & secundùm Granado *vbi supra*, hæc omnia efficiuntur breuiter ex leuitate animi; vnde Filliucius *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 9. *num.* 200. sic asserit. Non facilè damnarem eum, qui simpliciter tantùm tactu secretiores alterius partes in transitu tangeret.

3. Sed aliquibus magis placet sententia Francisci Syluij *in* 2.2. *D. Thom. quæst.* 154. *art.* 4. *concl.* 3. vbi ita ait Quamuis si vir viri, aut fœminæ partes inhonestas tangat ob delectationem, mortale peccatum sit, si tamen ex leuitate facerent, vel ioco, absque vllo periculo delectationis, aut motus carnalis, verisimile esse quòd solùm peccarent venialiter opinatur Sanchez. Quod putamus admitti posse, si valde breuiter, & quasi per transennam hoc fierent; non autem si omnino deliberatè, quia talis leuitas, & iocus deliberatus est nimis turpis, & periculosus Ita Syluius Sed in his materiis cautè procedendum est, & ideo omnia supradicta fuge, & denota; nec in his materiis, vt supra probatum est, admittenda est paruitas materiæ.

Supra in resol. 8. & in aliis eius nn.

RESOL. XVIII.

An in rebus venereis detur paruitas materiæ? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 1.

Sup. hoc in 2. pro verit. in 6. in 10. sepp. & supra in tr. 1. Resol. 30. §. Quinto se- Quinto, & in 6. in tr. 6. n. 6. Madrigal. n. 5. f. vlt. Salas in tr. 5. tract. 18. in fine.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 46. *n.* 9. 27. *&* 40. Zanardus *in direct. Confess. part.* 2. *de sacram. matrim. cap.* 41. *n.* 28. & Salas *in part.* 2. *disp.* 6. *sect.* 21. *n.* 149. quia, ait ille, cur cæteris præceptis detur paruitas materiæ, & non in hoc; Hanc etiam sententiam docet Villalobos *in summa, to.* 2. *tr.* 40. *dub.* 9. *n.* 3. vbi sic asserit. [Tambien se ha de aduertir que se puede hallar en este pecado paruidad de materia como en otros, quales son los tocamientos leues, como de la mano de vna mulger; y del pie, con torcerle los dedos, o pisarle el pie, como dizen Nauarro, y Cayetano, no obstante que algunos no admiten à qui paruidad de materia.] ita ille Vide etiam Seraphinum Freitam *in addit. ad tract. de Confess. sol. icit.* 9. 7. *n.* 33. & Sancium *in selectis, disp* 11 *n.* 22 & hanc sententiam speculatiuè esse probabilem, docuit Malderus *in part.* 2. *q.* 74. *art.* 10.

2. Verùm his non obstantibus prorsus negatiuam sententiam sustinendam esse puto, quam tuetur Tanerus *in part* 2. *disp.* 4. *q.* 8. *dub.* 6. *n.* 109. Castrus Palaus *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 2. *punct.* 19. §. 2. *n.* 4. Basilius Pontius *de matrim lib.* 10. *cap.* 16. §. 2. *num.* 8. Lessius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 15 *num.* 109. Rebellius *part.* 2. *lib.* 3. *q.* 19. *sect.* 3. & hanc sententiam docendam à Theologis Societatis Iesv, decreuit Claudius Aquauiua die 24. Aprilis 1612. Probat hanc sententiam Rebellius, quia cùm nulla sit tam exigua fornicatio, quin sit peccatum mortale, & delectatio sortiatur morem actus, videtur omnis delectatio morosa in ista materia esse mortalis. Deinde omnis delectatio venerea, secundùm Galenum, est inchoatio quædam pollutionis, itaque sicuti inchoatus actus pollutionis est mortalis, ita etiam quæcumque eiusmodi delectatio. Et ideo Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. de contraria sententia se retractauit. Non datur igitur in rebus venereis paruitas materiæ, & contrarium asserere puto periculosum esse.

RESOL. XIX.

An in rebus venereis detur paruitas materiæ? Ex part. 3. tr. 5. Resol. 5.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet nouissimè Iacobus Marchantius *in* 99. *pastoral. ad Decal, c.* 6. *q.* 2. vbi sic ait. Oscula etiam iudicantur mortalia, licèt quis non intendat copulam, nec in ea delectetur, sed solùm illam voluptatem carnalem, & sensibilè, quæ ex osculo oritur, quærat, non intendendo vlteriorem. Hæc est communior, & tutior sententia. Altera tamen, quæ dicit solùm esse venialia, si absit periculum consensus vlterioris, & periculum pollutionis, non videtur improbabilis: hanc tenet Martinus de Magistris, & aliqui recentiores, in eamque inclinat Nauarr. *de pœnit. d.* 1. *cap. si cui in fine*, atque rationes huius sententiæ prosequitur fusè Lessius *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 8. Certè difficile planè est Confessariis peccati mortalis mox condemnare iuuenes nubiles, & procos, quos passim reperies aliquibus osculis vti erga procas, aut puellas, quas visitant, nec sibi hi, vel hæ formant conscientiam grauis peccati, licèt aliquam inde voluptatem perceperint, vel quæsierint, modò si nulla interuenerit voluntas alicuius attactus impudici, vel periculum actus, aut consensus vlterioris. Difficile etiam est denegare eis absolutionem sacramentalem, si à similibus osculis abstinere noluerint, cùm asserant impossibile moraliter esse, vt non intercurrant quandoque oscula cum aliqua voluptate, eo quòd deceat ipsos cóuersari inter puellas ad ambienda matrimonia, & honestas recreationes, & familiaria colloquia eis exhibere. Ratio igitur, cur non videantur statim peccati mortalis condemnandi, est, quia voluptas illa ex osculo captata videtur spectare ad paruitatem materiæ in hoc genere peccati, & solùm remotè disponere ad voluptatem mortalem, quæ in concubitu carnali est; sic ergo voluptas illa venialis censeri potest, sicut quæ remotè disponunt ad alia peccata mortalia, solùm in genere peccati venialis censentur, v. g. litigium disponit ad homicidium, haustus immoderatus ad ebrietatem, non tamen mox sunt peccata mortalia. Quapropter etiam voluptas illa inter sponsos & sponsas non censetur peccatum, si sint sine periculo pollutionis, quia nimirum remotè solùm disponit ad actum principalem coniugij: ratione verò sponsalium ius eis ad illa competit, quæ sunt solùm dispositio, & præparatio ad matrimonium. Itaque in aliis, quàm sponsis, iudicabitur voluptas illa exigua, sicque venialis, nisi cum magno libidinis ardore sit coniuncta. Vnde aduerto multos, qui peccati mortalis condemnantur sic loqui qui osculis vacant libidinosè. Ita loquitur Caietanus, Armilla, & alij: ideóque videntur loqui de replicatis osculis, & cum mora & ardore libidinis datis. Hucvsque Marchantius, qui etiam infrà *in Corollar. c.* 8. sic asserit. Octauus casus est de osculis inter iuuenculos, & inuẽculas, ex quibus aliqua sensualis delectatio impura oritur. Atque de his iam dictum est; si fiant cum ardore, & mora, puta replicatis diu in ore osculis ob periculum morale, mortalem ordinariè culpam afferre. Si verò in transitu fiat osculum, cui vix inhæret, licèt voluptas, seu delectatio aliqua capteturposse secundùm opinionem multorum veniale id iudicari ob paruitatem materiæ. Immò quidam hæc negant vocari libidinosa oscula quæ passim à Summistis condemnantur peccati mortalis, illa enim solùm inter libidinosa

Sup. hoc in duabus præcedentibus resol. & in aliis earum primarum annotationum.

bidinosa recensent, quæ fiunt ex intentione delectationis concubitus, siue pollutionis, aut similis actus luxuriosi. Ita ille.

2. Probari potest hæc opinio ex D. Augustino *lib. 2, in Iulian. cap. 10.* vbi dicit in hunc modum. Quantum enim ad nos attinet sine peccato semper essemus, donec sanaretur hoc malum, si ei nunquam consentiremus ad malum, sed quibus ab illo rebellante, etsi non lethaliter, sed venialiter, tamen vincimur, in his contrahimus, vnde quotidie dicamus. *Dimitte nobis debita nostra.* Sicut coniuges quando modum generationis necessarium causa solius voluptatis excedunt, sicut continentes, quando in talibus cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decernentes flagitium, sed intentionem mentis, non sicut oportet, ne illo incidat, inde auertentes, aut si inciderit, inde rapientes. Ita Augustinus. Ex quibus verbis videtur dari veniale in materia luxuriæ propter parnitatem delectationis. Secundò facit quòd alioqui delectatio quæcumque venerea etiam ex solo visu capta, esset mortalis, quod negat Caietanus & plures alij docti viri, & tamen aspectus isti, quando libidinosi sunt, vt tradunt multi, quodammodo ex fornicatione speciem sortiuntur. Tertiò non apparet ratio, quare hîc non possit excusari leuitas materiæ à mortali, sicut in aliis peccatis, quorum materiæ admittunt diminutionem. Nec valet dicere ex Galeno & aliis Medicis cum Rebellio *lib. 2. q. 15. sect. 3.* & Merolla *tom. 1. disp. 2. c. 4. dific. 2. num. 120.* quòd omnis delectatio venerea sit inchoatio quædam pollutionis, atque adeò pertineat ad mollitiem. Itaque sicut inchoatus actus occisionis est mortalis, ita etiam quæcumque eiusmodi delectatio, nam respondetur, quòd quando inchoatio tam exigua est, vt actus moralis non censeatur physicè secundùm substantiam, aut virtute, moraliter loquendo, iam esse, sed solùm in dispositione remotiori, aut imperfectiori, non erit talis inchoatio mortalis, etsi actus fuerit mortalis. Et tandem non valet dicere quod inter solutos hæc delectatio semper habet finem operis mortiferum, scilicet copulam carnalem, nam respondetur, quòd quicquid sit de intentione naturæ, morali intentione, non satis perfectè habet ista delectatio finem morralem, quando dispositio est tam remota.

3. Sed his minimè suffragantibus Baldellus *tom. 1. lib. 3. disp. 14 num. 4.* & Lopez de Texeda *tom. 1. lib. 2. tract. 3. controu. 15. numer. 73.* testantur, Clem. VIII. definiuisse in officio Sanctæ Inquisitionis non dari in rebus venereis paruitatem materiæ; & sententiam Marchantij *vbi suprà* ego reprobaui *in 4. part. tractat. 4. resol. 136. & tractat. 5. resol. 5.* Vide etiam meipsum *in 3. part. tractat. 5. resolut. 1.* in quibus locis adduxi Doctores asserentes in rebus venereis non esse dandam paruitatem materiæ, quibus, me citato; nunc adde Cælestinum *in compend. Theol. moral. tract. 1. cap 4. quæst. 9.* Leonem *de offic. confess. part. 1. recollect. 7, num. 32.* Possevinum *de officio Curati, cap. 15. num. 26.* Gordonum *tom. 1. lib. 1. quæst. 11. cap. 3. numer. 23.* neque enim in his materiis laxandæ sunt habenæ. Vnde hîc non grauabor apponere decretum factum à magno illo viro Claudio Aquauiua pro Societate, quod est tenoris sequentis. Quia nonnullorum opinio, qui docent etiam in re venerea exiguam aliquam delectationem deliberatè quæsitam, propter leuitatem materiæ excusare à peccato mortali, plurimum obesse posset non solùm bonæ Societatis existimationi, sed etiam puritati morum, quam tum in nostris, tum in externis tanti semper facit Societas, & quia propter periculum in quod inducit, ac moralem impossibilitatem distinguendi practice in re tam lubrica materiam leuem à graui, à doctis admodum, grauibusque Societatis Patribus, cum quibus negotium hoc communicauimus, in praxi omnino falsi maximè periculosa, ac puritati valde contraria iudicatur, re maturè considerata, statuendum in Domino duximus, ne quis in Societate in posterum vel publicè, vel priuatim, non modò vt veram, vel probabilem, sed ne vt tolerabilem quidem vlla ratione eam doceat, aut placere sibi significet, aut secundùm illam consilium cuiquam det, quod omnibus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus, & sub pœna excommunicationis ac priuationis lecturæ, vocis actiuæ, & passiuæ, nec non etiam inhabilitatis ad quælibet Officia, ac aliis pœnis arbitrio nostro infligendis, & ad professionem tales intelligant se minimè esse admittendos, & vbi de re satis constiterit, Prouinciales statim exequi debebunt, vtque primo quoque tempore monere, vt re examinata statuere possimus, an qui rem tanti momenti, atqui à nobis tam seriò commendatam neglexerit, retineri in Societate expediat, atque hæc interim, dum (quod futurum speramus) grauius aliquid in hanc doctrinam à suprema Romana Sede statuatur, volumus etiam vt posit manifestationem huius decreti, si quis in posterum aliquem ex nostris contra suprædicta deliquisse nouerit, teneatur in virtute sanctæ Obedientiæ Superiori aperire, Romæ 24. Aprilis 1612. *Claudius Aquauiua.* Et hoc decretum affert Pater Trimarchi *in tr. de Confess. sollicit. disp. 2. sect. 7. n. 46.* & Tanerus *in part. 2. disp. 4. q. 8. dub. 6.*

4. Resol. V. *p. 119. in fin. resol.* adde. Et tandem hanc sententiam nouissimè validissimis firmat rationibus Nicol. Baldelli *lib. 1. disp. 14 n. 3. & seq.* vbi etiam notat Clem. VIII. in officio sanctæ Inquisitionis contrarian opinionem damnasse, vnde puto illam neque speculatiuè, neque in praxi sustinendam esse.

5. Notandum est etiam hîc obiter, Lessium *lib. 4. c. 3. dub. 8. n. 62.* docere contrectationem partium verendarum, non ex delectatione, sed ex motiuo curiositatis, non esse peccatum mortale. Sed hæc opinio si tactus efficeretur cum alia persona, mihi non placet. Et ita etiam tenet Sanch. *de matr. to. 3. lib. 9 disp. 46. n. 11.*

6. Nota etiam ex dictis me rectè his diebus constituisse contra Caiet. *in 2. 2. q. 154 art. 4. ad 2, & in sum. verb. chorea, in fine* & contra Tabien. *in sum. verb. osculum*, tangere manum, vel intorquere digitos, vel brachium vellere, aut premere fœminæ pedem, ex delectatione quæ in hoc faciendo sentitur, esse peccatum mortale, si delectatio quæ ex dictis capitur, & propter quam fiunt, sit venerea: nam, vt dictum est, in tali delectatione non potest dari paruitas materiæ, quod etiam nouissimè docuit Iac. Gordonus *in Theol. mor. lib. 1. q. 12. n. 21. & lib. 6. q. 11. c. 7. §. 2. n. 27.*

Prima res. citata in hoc textu hîc est inſra in tr. 6, res. 9. Secunda inuenietur in to 5. tr. 9. Res. 28. Tercia vero hîc est res. antecedens, & in aliis eius primæ not.

RESOL. XX.

An in rebus venereis detur paruitas materiæ? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 28.

§. 1 TErtiò calamum sumo circa præsentem quæstionem, & contra me nominatim insurgens affirmatiuam sententiam tenet Ioannes Caramuel *in reg. D. Cened. disp. 69. num. 1052. & seq.* vbi vires suæ acutissimi ingenij argumentando pro hac firmanda sententia sic demonstrat, & asserit. In cæteris præceptis datur materia parua: ergo etiam in præcepto continentiæ.

2. Das disparitatis rationem, quod fragilitas humana sit maxima, & periculum videatur cuidens. Sed hæc ratio nec est vera, nec sufficiens. Sanè non vera: quoniam non video, cur non possit Petrus leuiter fœminæ pedem pede comprimere, quin se exponat euidenti periculo consensus in vlteriorem actum. Quis credat non esse possibile quòd Paulus ex leui & sensuali curiositate adspiciat transeuntem fœminam, quin

quin velit vlterius progredi, & liberiùs peccare; Præterea esto, detur tale periculum concomitans, quod re vera non detur. Esto non possis digitum mulieris stringere vel leuiter, sine periculo euidenti consensus; an ideo neganda esset materia parua; minimè, Sane dicendum esset leuem tactum habere duas malitias distinctas, alteram intrinsecam, alteram extrinsecam. Intrinseca esset malitia leuis, vtpote quæ sumeretur ab actus quantitate, quæ reuera est leuis; extrinseca esset grauis, quoniam sumeretur à periculo, quod supponitur euidens & graue. Euidens dixi, non enim est proximum si sit probabile; quoniam si illud probabiliter subsit, probabiliter etiam non subest. Nec valet dicere, quòd nulla est tam parua fornicatio, quæ non sit peccatum mortale; ergo nulla est tam parua delectatio lasciua, quæ non sit culpa grauis. Probat Filliucius consequentiam: Quia delectatio sortitur morem actus, atqui actus est mortiferè peccaminosus: ergo & quæcumque delectatio.

3. Negata prima consequentia, ad Filliucij probationem respondeo distinguendo maiorem, Delectatio leuis sortitur morem actus, nego; grauis, concedo. Concedo subsumptam minorem: & eodem prorsus modo distinguo consequens. Si Filliucius agat de delectatione graui, concedo, si de leui, nego.

4. Argùis iterum. Omnis delectatio venerea secundum Galenum est inchoatio quædam pollutionis; atqui omnis actus inchoatus pollutionis est mortalis: ergo quæcumque delectatio.

5. Respondeo distinguendo. Omnis delectatio venerea est pollutionis inchoatio remota vel proxima, leuis vel grauis, parua vel magna, concedo: est semper inchoatio proxima grauis, & magna, nego. Similiter omnis actus pollutionis, qui grauiter est inchoatus, erit peccatùm mortale; non autem qui fuerit inchoatus leuiter. Vnde sequitur quamcumque delectationem grauem, esse mortaliter peccaminosam; non quamcumque leuem. Huevsque Caramuel, qui postea quærit, quænam sint actiones lasciuæ, quæ censeantur leues, & sic respondet. Aliqui asserunt manuum leuem contactum, pedis impulsum, osculum, & similia, sublato vlteriori periculo, non esse grauia. Ego à delectationis quantitate culpæ magnitudinem metior, & ex meis principiis sic philosophor. Illa delectatio, qua octies maior sufficeret semen decidere, est grauis, & mortaliter peccaminosa; quæcumque ea minor, est leuis. Patet; quia ex meis principiis, quæ superiùs efficacissimè probaui; completi operis octaua pars est materia minima peccati grauis. Ergo delectatio quæ est minor octaua parte delectationis completæ (ni aliud periculum subsit) erit culpa venialis. Delectationem completam eam dico, quæ semen decideret, si remaneret, ita Caramuel.

6. Hanc etiam sententiam, quòd videlicet in rebus venereis detur paruitas materiæ præter Authores à me alibi citatos, quos postea refert etiam Carumuel, tenet nouissimè contra me nominatim insurgens Sapientissimus Magister Franciscus Arauio Dominicanus S. Theolog. Professor in Academia Salmaticensi, *in suis eruditis Comment. in 2.2. Thom.* & Laurentius Laudmeter *in Reg. D. Bened.*

7. Verùm ego his Doctoribus non possum adhærere, quia non desunt qui censeant dictam doctrinam esse censura dignam, vnde Ioann. Ant. Saura *in voto Platonis de examine Propositionum cap.* 13. sic ait: Propositio periculosa in moribus, illa est, quæ speculatiuè considerata aliquam habet verisimilitudinem, & apparentem colorem probabilitatis; verùm in praxi moraliter loquendo sine grauis culpæ reatu non potest executioni mandari. Hoc periculum in causa est vt similes propositiones iustissimè possint condemnari, quales sunt nonnullæ opiniones circa materiam leuem in rebus venereis. Ita Saura, qui etiam antea *in cap.* 11. idem asseuerat, & nouissime asserit doctissimus, & amicissimus Dominus meus Transmiera *tractat. de obligat. reuel. quæst. 4. cap. 4. num. 4.* Et ita me cito nouissimè nostram sententiam tenet Ioann. Machadus *de perf. Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 19. docum. 1. numero 4.* Et ne deseras omnino videre Magistrum Texedam Dominicanum *in Compen. Theolog. moral. tom. 1. lib. 2. tract. 3. contr. 3. numer.* 11. qui inuehitur contra Sanchez, & per consequens contra Magistrum Arauio.

RESOL. XXI.

De censuris, quibus aliqui authores inurunt opinionem asserentem in rebus venereis dari paruitatem materiæ.

Et concluditur ad denuntiandum Confessarium solicitantem in confessione, excusare paruitatem materiæ, vt premere manum, brachium, vel pedem, pœnitentis vellicare, vel digitos intorquere, &c. Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Res. 53.

§. 1. DOctissimi Viri Araujo, Caram. Bossius, Laudmeter, Zanardus, Salas, & olim Sanchez, cum aliis à me alibi citatis docuerunt, quod in rebus venereis detur paruitas matereriæ, & hanc opinionem nouissimè tanquam probabilem admitti Thomas Hurtadus *tom. 1. tr. 4. cap. 8. res. 65. §. 2. num. 927. & §. 3. num. 932. 934. & 935.* vbi sic ait: Vt autem id quod sentio dicam, supposita sententia probabili quod detur paruitas materiæ, tum in materia luxuriæ, tum in materia solicitationis in confessione vera, vel simulata suppono primò, quòd verba possunt dicit inhonesta aut turpia, aut ex parte rei significatæ, quæ turpis, & inhonesta est, aut ex parte ipsius loquentis, & proferentis. Primo modo non sunt mala moraliter, aut peccata, sed sunt indifferentia: sicut, & cogitatio de re turpi, & inhonesta indifferens est, & potest ordinari ad bonum, & malum finem, vt notauit optimè Thomas Sanchez, *vbi supra num. 34.* Quare si ordinatur ad bonum finem declarandi doctrinaliter conceptum rei turpis, bona est: si vero ad malum finem, mala; vnde Doctores, Medici, & Theologi, qui causa medicinæ, aut pacificandi conscientias, verba significantia res inhonestas dicant, non peccant, quia omnia munda mundis: idem dico de verbis amatoriis, vulgò Requiebros. Sup. hoc latissimè in quatuor præcedentibus res. & in aliis earum annotationum.

2. Suppono secundò, quòd inter ea, quæ in materia luxuriæ ex paruitate possunt esse peccata venialia, est notanda proximitas ad copulam, ad quam ordinantur, tactus enim secundùm partem, quæ tangitur, magis, aut minus prouocat ad luxuriam. Idem dico de osculis. Quis dubitat magis incitare tactus in mammillis, quàm in facie, & magis in cruribus quàm in mammellis. Rursus osculum in proprio ore, quàm in fronte. Idem de nutibus, magis mouent, quæ fiunt toto corpore, quàm qui fit capite, aut ore. Amplius verba, quæ clarè, & distinctè significant partes verendas, quam alia, quæ alias partes significant. Similiter verba amatoria alia sunt magis incitatiua, quia viuacius significant amorem mundanum, alia, quæ minus.

3. Dico primò, osculari fœminam in confessione antè, vel post, in facie, vel in ore, absque dubio est solicitatio, similiter tangere crura, attrectare mammillas. Secus vero osculare manus, vellicare brachium, premere pedem. Ita ille. Sup. hoc secus in §. vlt. huius Res. & in aliis eius annot.

4. Verùm communiter DD. contrariam sententiam tenent, asserentes in rebus venereis non esse materiæ paruitatem concedendam, quos ego alibi ad satietatem Res. Alibi in Resolutionibus not. 1. huius

tem adduxi, quibus nunc addo Remigium Noyden *in tract. confess. tract. 2. cap. 6. §. 2. num. 3.* vbi sic ait [En la materia de la sensualidad no se da pariuidad de materia, y assi es pecado mortal qual quiera accion libidinosa; pongo por exemplo la de los besos y osculos, que aunque de su naturalezza no sean deshonestos, moralmente lo son, y se ordenan à torpeza, aunque falte la intencion ne passar adelante, como dotamente lo enseñan Cast. 2. 2. *quæst.* 154. *artic.* 5. y es lastima que aya auido Autores, que han enseñado la contraria; porque muchos vsando mal della, suelen cometer muchos y graues pecados: y aunque segun su opinion perece dan modo como vn pecado mortal venga à ser venial con sus metafisicas, las quales quando bien sean assi especulatiuamente, todas son vnos imposibiles morales, y es poca cordura, escriuando moralmente para casos morales, y que succeden praticamente, poner los metafisicos; y quando estos se pusiessen para monstrar el ingenio, ò otra razon, siempre à la postre se auian de dar por imposibles moralmente. Y o se de vna grauissima, y doctissima persona, que despues de auer seguido cinco, ò seis años estas opiniones, vino à confessar que eran tantos los zumbidos de la conciencia, que le obligaron à abrazar, y seguir la otra: y que todo àquel tiempo auia fido tanto la fuerza de la tentacion, y la bateria, de queno era pecado dar vn osculo à vna muger, que era casi imposible poderlo resister.] Ita Remigius, ex quibus patet quantùm in praxi sit detestanda opinio affirmatiua.

5. Sed quid sentiant aliqui Auctores de dicta opinione nunc videndum est; Castrus Palaus *tom. 1. tract. 12. disput. secunda, punct. 10. numero quarto*, asserit, nullam habere probabilitatem. Ioannes Henriquez *in qq. select. sect. 8. quæstione octaua, numero 21.* ait, esse falsam, At plus addit Magister Texeda Dominicanus *in Controuer. Theolog. moral. tomo 1. lib. 2. tractat. 3. controu. 13. numero 66. fol. 163.* & dicit hanc opinionem esse omninò relegandam à sana doctrina, *& controu. 1. numero 11.* hæc scribit; Quare doctrinam nostram, ita veram iudico, vt oppositum iam sustineri non possit: quia Clemens Octauus fœlicis recordationis, & Paulus V. condemnarunt illam, & decreuerunt sententiam asserentem dari paruitatem materiæ in rebus venereis, actumque venereum (si sit sufficienter deliberatus) posse vacare mortali culpa debere denuntiari Inquisitoribus fidei, & ideo omnino dicendum est contra præfatos Auctores, delectationem veneream, seu libidinosam captam ex osculis, aut amplexibus, seu impudicis tactibus etiam secluso ordine ad copulam, & pollutionis periculo, quamuis parua sit, esse mortalem culpam.

6. Vnde præfatus Sancius *in summa 2. to. lib. 5. cap. 6. numer. 12.* retractauit sententiam, & nunc conformis prædicto motui proprio (asserit ipse) & veritati, iudicat non reperiri paruitatem materiæ in delectationibus venereis, quæ deliberatè capiuntur ex obiecto graui etiam secluso periculo pollutionis, & consensus in delectationem, & ideo quamtumcumque modica fuerit delectatio, si ex obiecto mortali fuerit delectatio, si ex obiecto mortali fuerit capta, erit semper mortalis. Ita Texeda quem forsitam postea pœnituit hæc scripsisse, nam omnia supradicta iacula contra Sanchez ab ipso emissa, vulnerant etiam Arauyum sui ordinis ornamentum. Et tandem Pater Verricelli *in qq. moral. tr. 4. quæst. 17. numer. 3.* exardescit contra dictam sententiam, ait enim esse per principia intrinseca, quàm extrinseca omnino improbabilem, falsam, temerariam, erroneam, periculosam, ac scandalosam, & fortè grauiori censura dignam, & postea per partes conatur probare omnes supradictas censuras; vnde *in fine num. 12.* sic ait; Itaque opinionem asserentem dari paruitatem materiæ in rebus venereis, tanquam temerariam, erroneam, periculosam, scandalosam, ac in fide suspectam à quorumdam neotericorum libris expungendam censerem. Imò in publicè eam docentes, posse procedere fidei Inquisitores puto; nam Paulus III. in sua constitut. incip. *In Apostolicis culminis specula*, quæ habetur post Directorium Inquisitorum, facultatem dedit inquisitoribus procedendi contra quoscumque asserentes propositiones, periculosas, scandalosas, errores continentes, & alias Catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati, ac bonis moribus minimè conformes. Huiusmodi autem propositionum assertores, non sunt cogendi ad abiurationem, sed ad reuocandum publicè illas, & ad errorem suum detestandum, iuxta *extrauag. Vas electionis, de hæreticis*, & aduertit Carena *tract. de Sancto Officio part. 2. tit. 16. n. 22.* Hucvsque Verricelli.

7. Verùm ego tum ex molestia, quam profiteor in scribendo, tum etiam simul propter reuerentiam, quam debeo viris doctis, libenter me abstineo à censura opinionum, vt facio circa præsentem sententiam, ac illam remittendo ad quos spectat; solùm assero me olim docuisse, & tunc iterum docere, non esse in rebus venereis prorsus concedendam paruitatem materiæ; vnde præter Doctores, quos etiam me citato adduxit Verricelli, *vbi supra* hanc sententiam etiam me citato tenet Doctus Ioseph Ianuarius *de casibus reseruatis resolut. 56. numer. 5.* vbi sic ait: Tactus verò leuiores, vt tangere manus fœminæ, vel vellicare ipsam, vel digitum intorquere, vel pedem premere, vel brachium restringere, &c. habiti etiam ad captandam delectationem veneream inde surgentem, non esse materiam peccati mortalis putat Sanchez *l. cit. numer. 16.* ob leuitatem materiæ; At oppositum sentio, cùm talis delectatio, si etiam ordinata à natura ad coitum; & consequenter, etsi delectatio parua, tamen continet totam malitiam, quæ secundùm eumdem Sanchez est coordinatio à natura ad coitum & consequenter mortalis, & talis delectatio etsi parua, tamen spiritus ad coitum deseruientes commouet, cùm delectatio cum tali commotione sit venerea. Vnde quamuis mihi placeat, quod osculà, & tactus non libidinosi sint ad summum peccata venialia, tamen omninò displicet opinio dicentium in osculis, & tactibus libidinosis dari paruitatem materiæ; hoc enim fateor, me non intelligere, quomodo materia cum adæquata malitia peccati mortalis possit dici venialis, commotio enim spirituum deseruientium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas spirituum; & etiam ordinatio delectationis ad generationem, & non ordinatio quantitatis delectationis: Si enim quantitas spirituum constitueret peccatum mortale, quanta quantitas horum spirituum esset necessaria ad peccatum constituendum? quis enim vidit hanc determinationem à natura stabilitam? Tanto magis, quia videmus nonnullos cum parua commotione spirituum ad pollutionem transcurrere, & è conuerso alios cum maxima delectatione non pollui. Dicendum igitur est, quòd delectatio commotionis spirituum deseruientium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas commotionis. Et ideo omnino negamus paruitatem materiæ in delectatione venerea. Ita Ianuarius.

8. Vide etiam me citato Franciscum Bricchium *in Promptuario Confessariorum part. 2. cap. 16.* & ne deferas omninò recognoscere sapientissimum, & amicissimum Patrem Rodericum Arriaga *in cur. Theolog. tom. 5. disp. 58. sect. 3. num. 43. cum seq.* vbi notat, quod in

dupliciter potest concipi hæc paruitas materiæ. Primò

in delectatione morosa, & motibus carnis à se insurgentibus non procuratis à voluntate: ita tamen, vt eis sic insurgentibus liberè voluntas consentiat. Alio modo vt ipsa voluntas procuret deliberatè eos motus, aut delectationem, de qua disputamus, vtrùm includat paruitatem materiæ, & in hoc vltimo casu tenet firmiter non dari paruitatem materiæ, quæ excuset à mortali, in primo verò casu sic ait Arriaga *num.* 46. Alio modo potest ea paruitas materiæ accipi, vt scilicet appetitus ipse per se ex aliquo casu excitet motus aliquos carnis leues, & tunc voluntas liberè eis delectetur, in hoc autem casu non desunt aliqui Auctores, qui iudicent tales consensus non esse mortale, eo quod in primis motus illi, non dicunt in se aliquam indecentiam grauem, neque inferunt damnum graue naturæ rationali; periculum autem illius vlterioris consensus, aut grauiorum motuum excitandorum nullum videtur esse: Cùm enim supponamus ipsum appetitum non esse tunc magis motum, nec habere alias cogitationes naturales, per quas fortius excitetur, saltem ex eo quod voluntas liberè gaudeat de ea excitatione, non videtur se inducere in nouum periculum grauioris consensus; ideoque non videtur tunc vllo modo peccare mortaliter. Et ita ego docui *tomo tertio*. Nihilominus tamen re melius considerata, accedente maximè admodum Reuerendiss. Patris nostri Generalis Vincentij Carafæ mandato, ne vllus eam sententiam doceat, omninò dicendum est etiam tunc esse mortale eis consentire: quia si appetitus agnoscit voluntatem sibi positiuè consentire, sumere inde vires potest, vt fortius insurgat: licet enim appetitus non tam insurgat, ex eo quod voluntas delectetur in ipsis moribus, quàm ex cogitationibus, & propositionibus obiecti, aliisque naturalibus occurrentibus dispositionibus, & supponamus in eo casu non esse tales cogitationes hîc & tunc potentes, nisi ad leues motus excitandos; nihilominus eo quod voluntas eis delectetur, nouum ignem videtur applicare, quo facit illos maiores. Ita Arriaga. Exterminetur igitur paruitas materiæ in rebus venereis.

9. Et his prorsus reiiciendam esse puto sententiam P. Hurtadi, *vbi supra*, est enim contra praxim sacri Tribunalis, & aperit viam fraudibus, ac præbet ansam malis confessariis solicitandi impunè, nam si fœmina illis leuibus tactibus consentiret sollicitationi, haberet quidem intentum; si autem non consentiret subterfugeret denuntiationem propter excusationem paruitatis materiæ, quæ datur in rebus venereis. Et ideo me citato refellit hanc sententiam Carena *tract. de offic. Inquis. par. 2. tract. 6. §. 6. n. 37.* & Bordon. *in sacro Tribunali c. 23. q. 2. n. 14.* tradit tactus manuum pœnitentis sine vlla causa allicere ad sollicitationem, & ideo nouissimè Philippus de Bictis Cappuccinus *in praxi causarum iudiciarium Regularium c. 3. tract 11. q. 122. num. 37.* probat, ad denunciandum confessarium non excusare paruitatem materiæ, vt premere manum, brachium, vel pedem pœnitentis vellicare, vel digitos intorquere.

Sup. hoc suprà ex doctrina §. 1. & duabus Resol. §. Dico primo, & in Resol. 27. 28. vbi late in duabus Resol. ea. dem prima. rum annotationum.

RESOL. XXII.

An Aduocatus teneatur de culpa leui? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Resol. 59.

§. 1. Affirmatiuè respondet Villalobos *in sum. to. 2. tract. 10. diffi. 1. numer.* 10. Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. damnum, differ. 1. num 7.* Ledesma *in sum. part. 2. tract. 8. c. 36. concl. 1.* Salon *in 2. 2. tom. 1. q. 71. a. 1. controu. vnica concl. 2.* Rebell. *part. 2. lib. 1. q. 10. num. 7.* Molina. *tom. 3. tract. 2. disp. 730. num. 2.* Sayrus *in Claui Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 8. num. 11.* Reginald. *in praxi, tom. 1. lib. 10. cap. 9. sect. 3. n. 90.* Nauar. *de restit. lib. 3. cap. 3. num. 3.* Bannez *in 2. 2. q. 71. art. 4. dub. 2. concl. 2.* & Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part. 1. prac. 8. a. 5. dub. 19. concl. 3.* vbi sic asserit. Ex dictis patet, peccare mortaliter Aduocatum paratum admittere plures causas, etiam iustas, cùm exponat se periculo morali, committendi culpas leues; ob plura negotia. Ita ille.

2. Sed si hæc sententia esset tenenda, væ, væ Aduocatis, & ideo contrariam opinionem non minus probabilem esse existimo, tuentur, Lessius *lib. 2. cap. 7. dub. 7. num. 31. & 32.* Azor. *part. 3. lib. 13. cap. 29. dub. 5.* Malder. *in 2. 2. tract. 6. cap. 3. dub. 10.* Fernandez *in exam. Theol. mor. lib. 4. q. 44. num. 3.* Graffius *dec. part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 4.* Nauarr. *in man. cap. 25. num. 28.* Rodriquez *in sum. tom. 1. cap. 6. num 6.* Ortiz *in sum. cap. 8. numer. 3.* Turrianus *tom. 2. in 2. 2. disput. 11. dub. 4. num. 4. & 5.* & alij. Dico igitur, neminem teneri in foro conscientiæ ex culpa leui, vel leuissima in officio, sed solùm ex graui; quia nemo tenetur in officio, vel altificio esse prudentior, & diligentior, quàm passim homines eiusdem conditionis esse solent, & ideo Aduocatus non tenetur esse diligentior, aut prudentior, quàm passim boni Aduocati esse solent. Vnde si contingat causam amittere, eo quòd non præstitit, quod doctissimus, & diligentissimus præstitisset, tamen si bona fide præstitit, quod solent diligentes, & docti in similibus causis; non tenetur ad restitutionem. Ita Lessius *vbi supr.*

RESOL. XXIII.

An mandatarius non dolum tantum, & culpam latam, sed etiam leuem, & leuissimam præstare teneatur? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Resol. 34.

§. 1. AD dolum, & latam culpam teneri existimat Duaren. *ad tit. ff. mandati, cap. 2.* Schikard *disp. 15. ad Instit. thes. 4. q. 1.* Meier. *in disp. ad lib. 17. Pandectar. tit. 1. thes. 23. num. 2.* & alij. Sed alij existimant ad leuem, & leuissimam teneri, id est, summam, & exactissimam diligentiam in mandato præstandam esse, indicat perspicue *l. à procuratore 13. C. mandati.* Vbi Imperatores Diocletianus, & Maximianus rescribunt, à procuratore dolum & omnem culpam, non etiam improuisum casum præstandum esse. Quòd si igitur omnem culpam procurator, seu mandatarius præstare cogitur, sequitur vtique, quòd non solùm latam, sed & leuem, leuissimamque culpam præstare teneatur. Omne enim qui dicit, nihil excludit, arg. *l. omnia 7. ff. de rebus credit. si cert. pet. cap. solita 6. circa finem.* ibi, *nihil excipient*, &c. *de maioritate, & obedient. can. si Romanorum 1. §. dicendo verò omnia, distinct. 19.* Deinde eo ipso, quòd Imperatores solùm casum fortuitum, à mandatario non præstandum, excipiunt, satis apertè culpam leuissimam includere videntur, cùm vnius exclusio, siue exceptio, sit alterius inclusio, & exceptio regulam confirmet in casibus non exceptis, argum. *l. his verbis 120. ff. de legat. 3. l. quæsitum 12. §. denique Neratius 43.* ibique Bartol. *ff. de instruct. & instrum. legat. l. 1.* & *ibidem* Decius *num. 21. ff. de regul. iuris.* Accedit textus *in l. in re mandata 21. C. mandati.* Vbi Constantinus Imperator ait, aliena negotia exacto officio geri debere, nec quicquam in eorum administratione neglectum; ac declinatum, culpa vacuum esse. Si itaque nihil in administratione negotiorum, à mandatario neglectum, culpa vacuum est, certè nec id, quod leuissima culpa neglectum, aut declinatum est, culpa vacuum erit. Idque præterea euidenti ratione confirmatur; ideò enim procurator, siue mandatarius

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & in tom. 6. tr. 3. ne deseras legere ex Resol. 140 §. 2. ad medium à vers. asserentes, & videctiam resol. 141. & 142. & etiam 143. & ex Resol. 119. §. Nec obstat. & sic placet perlege alias Resol. earum annotationum, & hic infra etiam doctrinam resol. 26. & 27. & quamuis sint ex aliis diuersis quæstionibus, tamen doctrina repleueris, & facilius ex doctrina illa. rum dissoluere omnes earum difficultates.

datarius omnem culpam, adeóque leuissimam quoque in re mandata præstare debet; quia mandatum recipiendo intelligitur pollicieri, ac profiteri de industria sua, quæ rei gerendæ conueniat. Res siquidem, quam Procurator gerendam suscipit, non geritur sine industria, ac diligentia isti rei conueniente. Hoc igitur cùm dixerit mandatarius, & promiserit, omnino præstare debet. Nihil enim magis congruit bonæ fidei, quàm quod inter contrahentes conuenit, dictúmve est præstari. *l. 1. ff. de pact. l. ex empto 11. §. 1. ff. de action. empt. l. si quid venditor 18. in fine principij, ff. de adilit. edict.* Ergo, &c. Et hanc sententiam tenet Donell. *lib. 12. c. 11. & ibi* Hilligerus *in Annotat. litera D. & E.* Hunnius *lib. 3. var. resol. tr. 7. p. 4. q. 3.* & alij.

2. Nec obstat *l. si procuratorem 8. §. vltim. ff. mandati.* Vbi is, cui mandaui, vt hominem emeret, dicitur mihi teneri, si emere neglexerit, vel dolo pecunia corruptus, vel lata culpa, si fortè gratia ductus passus est alium emere. Ex quo colligitur, si nec dolus, nec lata culpa interuenerit, mandatarium non teneri. Nihil inquam, lex ista stringit, siquidem non solùm in ea affirmatur; procuratorem teneri, si quid dolo, & lata culpa fecerit: sed etiam statim adiicitur, si procurator seruum, siue rem ex mandato receptam non restituit, non teneri, si eius dolus, vel culpa non interueniat. Vnde intellectu facile est, eum teneri, si vel dolus interuenerit, vel culpa: quo verbo culpam etiam leuem intelligi oportet, vbi dolo opponitur, quinimò verbum, *culpa*, generale est, sub se leuissimam quoque culpam comprehendens. Quicquid autem de genere prædicatur, id de singulis eius generis speciebus enuntiari dicitur, argum. *l. 1. §. quòd autem 3. ff. de aleatorib. l. fin. in princ. C. de vsur. rei iudicat.*

3. Similiter non obsistit *d. l. idemque 10. in princ. ff. mandat.* vbi diserte scribitur, nihil amplius, quàm bonam fidem, præstare eum oportere, qui procurat. Atqui præstare bonam fidem veteribus est, aut præstare, quod dictum promissúmque fuerit. *d. l. 1. ff. de pact.* aut extra conuentionem facere pro captu & diligentia sua, quantum quis possit, & soleat: vltrà non teneri, quamuis alias diligentior, & intelligentior meliùs rem gesturus fuisset. *l. quod Nerua 32. ff. depositi.* Non inquam, ille textus obsistit, quia eo maximè confirmatur, procuratorem in re mandata omnem culpam præstare debere, & non dolum tantùm. Quandoquidem iam suprà dictum est, quòd is, qui rem gerendam suscipit, intelligatur verbo *gerendi*, spondere, & fidem dare, se adhibiturum industriam, & diligentiam rei gerendæ conuenientem. Nihil siquidem, vt antè *n 24.* monitum, magis bonæ fidei conuenit, quàm præstare ea in contractibus bonæ fidei, quæ quis dixerit. *d. l. si quid venditor. 18. circa princ. ff. de ædilit. edict.*

Sup. hoc in Resol. 3. & 5. annot. præteritæ, & in aliis earum annot.

4. Non item aduersatur regula iuris certissima, quæ tradit, in contractibus, qui ad vtilitatem suscipientis non spectant, dolum tantùm, & latam culpam præstari, leuem, & leuissimam culpam non item, vt in deposito. *l. si vt certo 5. §. 2. ff. commodati, dict. l. quod Nerua 32. ff. depositi.* Ast in hoc mandati contractu nulla vtilitas mandatarij suscipientis mandatum versatur. Quare dicendum videtur, mandatarium doli tantùm, non etiam culpæ leuis, aut leuissimæ nomine obligatum esse. Non aduersatur, inquam. Quamuis enim nulla hic vtilitas mandatarij versetur, nihilominus tamen is negligentiæ, & culpæ nomine tenetur: quoniam is, qui negotium alterius gerendum suscipit, diligentiam, & industriam suam profiteri, ac promittere censetur, cùm in negotio gerendo industria, & diligentia rei gerendæ conueniente, opus sit. At verò in deposito diuersa est ratio, in eo quippe nulla industria, aut diligenti opera opus est: sed sufficit, si depositarius depositum recondat, atque custodiat.

5. Præterea non refragatur, quod nemini officium suum, quod eius, cum quo contraxit, non sui commodi causa susceperit, damnosum esse debeat. *l. si seruus 61. §. quod verò 5. ff. de furt. l. sed quis 7. ff. de test. quemad. aperiant.* Sed in nostro casu mandatarius solius mandantis gratia, & non proprij commodi causa, officium in se recepit. Ergo hoc ei damnosum esse non debet. Respondetur enim, cùm mandatarius leuissimæ culpæ nomine conuenitur, non ipsi officium, sed negligentiam suam, & culpam damnosam esse. Nam si rectè, & provt pollicitus erat, suo officio perfunctus esset, non posset vllius culpæ, aut damni, in re mandata dati nomine conueniri. Quia verò damnum culpa, & negligentia eius datum est, æquissimum putatur, hoc non domino, sed ipsi mandatario nocere, argum. *l. quod quis 203. ff. de reg. iur.*

6. Insuper non resistit *l. si fideiussor 29. §. hoc idem tractari 3. ff. mandati*, vbi dicitur, fideiussorem, eumdémque mandatarium, qui postquam soluit creditori, non id significauit reo principali, siue debitori, si debitor postea soluat, detrimentum istud sustinere debere, quia hoc factum sit dolo proximum. Etenim ex eo non rectè colligitur, si quid culpa leui, vel leuissima à mandatario peccatum sit, id ab eo non esse præstandum. Est enim ibi argumentum à maiori; quasi dictum esset, non mirum, si hîc fideiussoris damnum esse asserimus. Nam etsi culpa ab eo hîc peccatum esset, teneretur tamen. Quanto igitur magis tenebitur ob hoc factum, quod est dolo proximum. Donel. *d. lib. 13. comment. c. 11. pag. 171. ad fin.*

7. Ad hæc, nihil obest, quòd cùm tutor de dolo, culpa lata, & leui tantùm teneatur. *l. à tutoribus 33. in princip. ff. de administrat. & pericul. tutor. l. 1. in princip. ff. de tutela, & rationibus distrahend. l. quicquid 7. C. arbitrium tutel.* de eadem culpa tantùm mandatarius teneri debeat. Namque euidens inter tutelam, & mandatum ratio differentiæ est; hoc quippe est liberum; illa verò voluntaria non est, cùm tutor tutelæ munus suscipere cogatur. § *sed ex his 3. supr. de Atiliano tutore. l. 1. in princip. & l. ita autem 5. §. 1. in fin. ff. de administrat. & peric. tutor. l. si quis 9. ff. de muneribus, & honorib. l. post 3. C. de suspectis tutorib.*

8. Sed licet hæc omnia satis vrgeant; tamen in foro conscientiæ culpam leuem, & leuissimam non obligare in hoc casu, & similibus, tenet Cardin. de Lugo *de iust. & iure. tom. 1 disp. 8 sect. 8. n. 106. & seq.* licèt contrarium probabile etiam putet, quod videtur docere P. Valquez *opuscul. de restit. c. 2. §. 2. dub. 6. n. 41. & 42.* sed nimis durum apparet; vide me ipsum in fortuitibus terminis *part. 3. tr. 6. resol. 49.*

RESOL. XXIV.

An mandatarius, vel Procurator teneatur de culpa leuissima?

Et quid, si mandatarius non sit mercede conductus? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 32.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Hunnius *in variis resolutionibus iuris ciuilis, lib. 3. tract. 7. quæst. part. 4. quæst. 3.* Probat hanc suam sententiam ex textu in leg. *A procuratore 13. C. de mandato*: in qua Diocletianus, & Maximianus Imperatores referunt: *A procuratore dolum, & omnem culpam, non eiusmodi casum præstandum esse, iuris auctoritate manifestè declaratur.* Cùm itaque omnem culpam procurator, seu mandatarius, præstare compellatur, sequitur, quòd non solùm latam, & leuem; sed & leuissimam culpam præstare cogatur: nam, qui omnia dicit, nihil excludit. Accedit ad hoc, quòd, dum solùm excipit Imperator casum, fortuitum, vt à mandatario non præstetur, inclu-

dere

dere videatur culpam leuissimam; cùm exceptio vnius sit alterius inclusio; & exceptio regulam confirmare soleat in casibus non exceptis. Quin & l. 21. *C. mandati.* idipsum clarè, & perspicuè exprimitur, dum Imperator ibi scribit: *Aliena negotia exacto officio geri: nec quicquam in eorum administratione neglectum, aut declinatum, culpa vacuum esse.* Quòd si igitur nihil in administratione negotiorum à mandatario neglectum est, culpa vacuum est; nec id, quod leuissima culpa neglectum, aut declinatum est. Et sanè ratio huius obscura non est. Idcircò enim procurator, omnisque mandatarius omnem culpam, adeóque leuissimam quoque, in re mandata præstare debet: quia mandatum recipiendo, intelligitur polliceri de industria sua, quæ rei gerendæ conueniat. Et enim res, quam procurator recipit gerendum, non geritur sine industria, & diligentia rei conueniente. Hoc igitur, cum mandatarius pollicitus fuerit, præstare debet. Est enim ex bona fide, vt præstetur in omni contractu bonæ fidei, quod quis dixerit, & affirmauerit, *Si quid creditor. ff. de reb. cred.*

2. Nec obstat dicere, regulam iuris certissimam esse, quòd cùm in negotio aliquo vtilitas debitoris non agitur; sed omne commodum, vel ad creditorem, vel ad alium spectet, in eo dolum tantùm, & latam culpam præstari; leuem, & leuissimam non præstari, vt in deposito, l. 5. §. 2. *ff commod.* l. 1. §. *vlt.* l. *Quod Nerua ff. depositi.* Atqui tale est mandatum, quod vel solius mandantis, vel etiam extranei causa contrahitur. Igitur ex tali mandato mandatarius non tenetur de leuissima, sed de lata duntaxat culpa. Non, inquam, hæc obstant, nam respondetur, regulam in dicta leg. 5. § 2. *ff. commodati* propositam non procedere, quoties quis suam profitetur, ac pollicetur industriam: nam tunc ad eam præstandam, quam pollicitus est, obstrictus tenetur.

3. Secundò non obstat, quòd in leg. 21. *C. de mandato.* desiderat Imperator, vt mandatarius mandatum exacto officio exequatur. At exacta diligentia, à quo requiritur, is de leui solùm culpa conuenitur, nec ad exactissimam diligentiam obstrictus est. Nam respondetur, in d. leg. 21. *C. de mandato*, positiuum esse pro superlatiuo positum, & exactum pro exactissimo dictum: id, quod ex sequentibus satis colligitur, dum subiicit Imperator: *Nil quicquam in administratione negotiorum neglectum, aut declinatum culpa vacuum esse*, vult enim Imperator, quòd, quicquid neglectum fuerit, aut declinatum; culpa vacuum non sit: ita, nimirum, vt si neglectum, aut declinatum quid fuerit, quomodocumque etiam id fiat, id præstandum sit; id autem fit culpa non minùs leuissima, quàm leui, vt ita textus iste d. l. 21. non tam infringat, quam confirmet sententiam nostram.

4. Sed, his non obstantibus ab Hunnio adductis, puto, contra ipsum, non esse recedendum à negatiua sententia. Dicendum est igitur, quòd mandatarius, si res mandantis apud eum pereat culpa sua lata, tenetur restituere mandanti: si verò culpa tantùm leui, vel leuissima, non tenetur mandatarius; sed domino suo, id est, mandanti res illa perit. Hæc conclusio probatur primò ex regula generali æquissima, quam ius statuit, l. *In contractibus. 20. ff. de reg. iur.* vbi etiam tenent omnes Doctores, quæ distinguit contractus in tres classes. Nam alij celebrantur in vtilitatem solius custodientis rem, vt contractus custodiæ, & contractus cõmodati: alij, in vtilitatem vtriusque contrahentis, vt emptio, & locatio: alij denique in vtilitatem solius domini rei, non verò eam custodientis, vt depositum commodatum. Sancit ergo regula illa, quam omnes Doctores, & iura comprobant; in contractibus, qui celebrantur in vtilitatem solam rei custodientis, teneri de culpa lata, leui, & leuissima; vt in commodato, & precario: in iis, qui celebrantur in vtilitatem vtriusque contrahentis, teneri de culpa lata, & leui, non de leuissima: in iis verò, qui celebrantur in vtilitatem solius domini, & non rei tenentis, teneri de culpa duntaxat lata, non verò de leui, aut leuissima, vt contingit in contractu custodiæ, & depositi, qui in vtilitatem solius domini sit; ex eo autem custodiens nullam vtilitatem penitùs consequitur. Cùm ergo in hoc contractu mãdatarius nullam vtilitatem penitùs consequatur, l. *Ex mandato.* 20. vbi textus: *Ex mandato apud eum, qui mandatum suscepit, nihil remanere oportet.* sequitur euidenter, mandatarium ex rebus mandantis, quas apud se habet, teneri si pereant, vel deteriorentur de culpa lata duntaxat, non de leui, aut leuissima.

5. Secundò probatur iure; l. *Si procurator. 8. ff. mand.* § *Dolo autem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit.* Et infrà: *Aut si lata culpa.* Vbi Bart. *Tenetur de dolo, & lata culpa.* Et glos. *ibi*, & Doctores. Et l. *A procuratore. C. eod.* vbi textus: *A procuratore dolum, & omnem culpam, non etiam improuisum casum præstandum esse, iuris authoritate declaratur.* Nec te moueat verbum hoc, *omnem culpam*, vt credas teneri de culpa etiam leui, & leuissima, quod ad culpam leuem attinet, intelligi debet de accipiente mercedem ob mandatum, vt frequentissimè contingit in procuratore, de quo lex loquitur, & de Medico, Aduocato, & aliis; de leuissima etiam intelligi debet post moram in re restituenda, de quo nemo dubitat. Et hic intellectus harum legum necessarius omninò est, vt antinomia earum tollatur, & iura Iuribus concordent; & vt prædicta regula generalis, quæ optima est, & probatissima, inuiolata semper custodiatur.

6. Probatur etiam prædicta conclusio l. *Idémque. 10. ff. eod.* ibi: *Nihil enim amplius quàm bonam fidem præstare eum oportet, qui procurat.* Sed, qui dolo caret, & lata culpa, licèt leuissimam, aut leuem committat, bona fide agit rem alienam: quia plerunque, & communiter homines suis rebus maiorem diligentiam non adhibent. Ergo non tenetur mandatarius ex leui, & leuissima culpa; sed solùm ex dolo, & lata culpa. Et l. *Procuratorem. C. eod* ibi: *Procuratorem tam dolum quàm latam culpam sumptuum, ratione bonæ fidei habita, præstare necesse est.* Vbi Salyc. [Procurator tenetur de gestis, & gerendis per eum susceptis, & de dolo, & lata culpa.] Et l. *Si fideiussor 29. ff. eod.* ibi: *Si fideiussor omiserit exceptionem, videtur dolo versari: dissoluta enim negligentia propè dolum est.* Vbi vides, fideiussori, qui mandatarius est, dolum, & latam culpam, quæ propè dolum est, imputari, & alias minores culpas, leuem, scilicet, & leuissimam excludi. Clariùs, & formaliter l. *Si vt certo 5. ff. commodati*, ibi: *Dolum in deposito.* nam, quia nulla vtilitas versatur eius, apud quem deponitur, meritò dolus versatur solus; nisi forte, & merces accessit: & certè eadem est omninò ratio de alio quocunque mandato. Et hæc omnia docet Oñate *de contract. tom. 2. tr. 13. disp 44 n. 78.* Reginaldus *tom. 2. lib. 25. tract. 8. cap. 50. n. 60.* Molina *disp. 549* Layman *sect. 5. tr. 4. c. 25. n. 1.* & alij.

7. Nota tamen, supradicta procedere in mandatario, qui non sit mercede conductus: nam, qui mercede conductus est ad mandatum de rebus, quas penes se seruat, mandantis, tenetur de culpa lata, & leui, non de leuissima, secundùm prædictam regulam: quia contractus cedit in vtilitatem vtriusque.

RESOL. XXV.

An Procurator, seu negotiorum gestor teneatur de leuissima culpa? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Res. 35.

§. 1. Affirmatiuè videtur respondendum; quia quicunque sese sua sponte alicui negotio offert, is in plus tenetur quàm alias natura contractus patitur

Sup hoc in duabus præcedentibus Res. & lege

Sup. sequẽtibus in hoc §. in tom. 6. tr. 3. Res. 119. 140. 141. 142. & 143. & lege ea per totas & hic infra in Res. 27. vide §. Nota quod. & quam §. eius ait.

doctrinam duarum resequentium, & vide alias Resol. positas in annot. 1. Resol. huius annot. & etiã alias earum notationum.

tur. *l.* 1 §. *sæpe euenit* 35. *ff. depositi.* vbi depositarius, qui se depositò obtulit, tenetur etiam ad leuem culpam: cùm tamen aliàs solùm dolum, & latam culpam præstet. *l. quod Nerua* 32. *ff. de tit. d. l. contractus* 23. *ff. de reg. iur.* & explicatum latiùs *in* §. *præterea* 3. *num.* 22. & *seqq. supr. quib. mod. re contrahit. obligat.* Atqui verò negotiorum gestor administrationi negotiorum semper se offert, quoniam certissima est huius contractus natura, quod negotia aliena gerens, sponte non rogatus ad ea gerenda accedat, atque adeò semper sese offerat. In arbitrio enim ipsius est ab initio, negotiorum administrationem suscipere: susceptam autem pro arbitrio suo negligenter administrare, liberum ipsi non est. Cùm igitur etiam mandatarius, qui tamen se non obtulit, de omni culpa teneatur. *l. à procuratore* 13. *C. mandati.* & pluribus demonstratum *in* §. *is, qui exequitur* 8. *n.* 21. & *seqq. supr. de mandato.* idem & quidem multò meliori iure de negotiorum gestore statuendum fuerit.

2. Accedit præterea textus expressus *in l. si mater* 24. *C. de vsur.* vbi ab Imperatore Philippo rescriptum est matrem, quæ negotia filij gessisset, omnem diligentiam præstare debere. Quòd si igitur, omnem diligentiam præstare mater, in gerendis & administrandis liberorum negotiis, compellitur: sequitur, quòd & exactissimam diligentiam, quam culpæ leui opponi certum est, præstare teneatur. Et si à matre omnis diligentia exigitur, multò certè magis ab extraneo exigetur. Neque enim tam stricta inter necessarios, maximè verò inter parentes, & liberos esse solet obseruatio, quanta est inter extraneos, argument. *l.* 3. §. *interdum* 9 *ff. de negot. gest.* Et quamquam dissentientes regerant, omnem diligentiam, *in d. l.* 24. *C. de vsur.* non absolutè de omni diligentia, quam etiam diligentissimus paterfalias adhiberet, sed de omni diligentia matris, quam suis propriis rebus adhibere consueuit, intelligendam esse, quæ diligentia apponi soleat non leuissimæ, sed leui culpæ: isthæc tamen interpretatio meritò repudiatur. Tum quia nimis diuinatoria est, nec vllo firmo fundamento suffulta, cùm Imperator non dicat, omnem diligentiam matris, vel omnem diligentiam, quam mater suis rebus adhiberet, sed absolutè & simpliciter, omnem diligentiam. Cùm igitur Imperator non distinguat, nec nos distinguere debemus, vulgata *l. de pretio* 8. *ff. de Public. in rem action. l.* 1. §. *generaliter, ff. de legat. præstand.* Tum, quia diligentia, quam quis suis adhibet rebus, opponitur culpæ latæ: ita vt si eam in alienis rebus non præstiterit, latam culpam, seu culpam eam, quæ dolo proxima est, commisisse putetur. *d. l. quod Neruа* 32. *ff. depositi.*

3. Et tandem huic sententiæ non suffragatur textus *in l. in re mandata* 22 *in fine. C. mandat.* vbi Constantinus Imperator rescribit, in administratione alienorum negotiorum nil quidquam neglectum, ac declinatum culpa vacuum esse. Atqui negotiorum gestorem aliena negotia gerere, in confesso est. Sequitur ergo, quòd si quidquam in eorum administratione neglexerit ac declinauerit, culpa haud vacuus sit: ac ea propter de culpa lenissima conueniri possit. Idque maxime vox, *quidquam*, arguit. Quidquid etenim neglectum fuerit, aut declinatum, culpa vacuum non est: ita nimirum, vt si neglectum, aut declinatum quid fuerit, quandocumque eam illud fiat, id præstandum sit. Id autem sit culpa non minus leuissima, quàm leui. Et verò est ratio illa non propria mandatarij, sed omni alieni negotij gestori communis, siue mandato illud gerat, siue sine mandato. Quin imò, si locum illa habet, vt habet in mandatario, qui ad gestionem accedit, præcedente negotij domini rogatione atque mandato: multò magis locum habebit in negotiorum gestore, qui sponte sua, non etiam rogatus, ad negotia gerenda accessit, & se illis obtulit, atque offerendo industriam suam in gerendo siue administrando professus est.

4. Nec obstat aduersùs supradicta *l. tutori. C. de negot. gest.* cùm ibi Imperatores Diocletianus, & Maximianus doli tantùm, culpæ latæ & leuis mentionem faciant: inde dicendum videtur, leuissimam culpam præstandam non esse. Etsi enim in ista lege culpæ leuissimæ nulla mentio fiat: non tamen protinus consequens est, hanc culpam leuissimam non esse à negotiorum gestore præstandam; vnius quippe inclusio, non est alterius exclusio, in constitutionibus Imperatorum, in Codicem relatis: quæ sunt vtplurimum restrictæ, accommodatæ ad consultationem & facti speciem Imperatoribus propositam. Igitur de leuissima culpa *in d. l.* 20. nihil respondent Imperatores, quia de ea non fuerant consulti, aut requisiti: sed huiusmodi facti species ipsis proposita & oblata fuit, qua is, qui consulebat Octauianæ negotia gesserat, dolum, latam, & leuem culpam, non etiam leuissimam, commiserat. Quòd si in genere an ne de omni culpa, aut in specie, an de leuissima culpa teneretur negotiorum gestor, Imperatores fuissent consulti, dubium non est vllum, quin idem de leuissima culpa responsuri fuissent. Neque sanè interpretatio nuda coniectura, aut diuinatione nititur: sed ex oppositione ista, quæ fit *in d. l.* 20. manifestè colligitur. Namque opponuntur ibi tutor, atque curator negotiorum gestori ratione culpæ, de qua tenentur. Atqui clarissimi iuris est, tutorem & curatorem de leui teneri culpa *l. à tutorib.* 33. *in princ. ff. de administrat. & peric. & tutor. l.* 1. *in princ. ff. de tutela, & rationib. distrahend. l. quicquid* 7. *C. arbitrum tutelæ.* & dictum suprà ad §. *is, qui exequitur* 8. *numer.* 32. *tit. de mandato.* Quapropter vt oppositio ista consistat, necessario admittendum est, negotiorum gestorem non solùm de leui, sed de leuissima quoque culpa teneri. Hunn. *de resol. ad disp.* 10. *Treutler. thes.* 5. *littera C. & vol.* 1. *pag* 725.

5. *Secundò* non obstat *l. sideiussor* 32. *vers. negotiorum autem. ff. de negot. gest.* vbi Papinianus ait, in negotiorum gestorum actione culpam æstimari satis esse, non etiam casum. Nam si ibi culpæ appellatione culpa leuissima contineri non debuit, cur Iure-consultus non æquè culpam leuissimam, atque casum excepit, cùm de illa magis, de hoc minus dubitari potuisset? Verum equidem est, culpam absolutè positam significare culpam leuem, argument. *d. l. contractus* 23 *ff. de reg. iur.* §. 3. *supr. quib. mod. re contrah. obligat.* & iurium similium allegatorum suprà *n.* 49. sed id non esse perpetuum, dicto modò loco ostensum est. Suadet enim interdum oppositio, quæ fit inter culpam, & casum fortuitum, vt culpam interpretemur culpam omnem, quæ & dolus sit, & culpa lata, & culpa leuis, & culpa leuissima, vt *in d. l. sideiussor* 32. *ff. de negot. gest. & l. si procuratorem* 8. § *proinde* 10. *ff. mandati.* interdum etiam idem dictat suadétque subiecta materia, de qua agitur, mentione culpæ in illa facta: quemadmodum circa contractus mandati, causam notauimus *supra, in d.* §. *is, qui exequitur* 8. *tit. de mandato n.* 25. quòd nimirum in illo appellatione culpæ non leuis tantùm, quæ propria culpa dicitur, sed leuissima etiam comprehendatur, vbicunque absolutè culpæ mentio fiat, vt *in d. l. si procuratorem* 8. § *proinde* 10. *l. si eámque* 10. §. 1. *l. inter causas* 26. §. *sed cum seruius* 7. *ff. mandati. l. etiamsi* 4. *Cod.* D. Vult. *d. c.* 15. *pag.* 172.

6. *Tertiò* non obstat *l. si pupilli* 6. §. *vltim. ff. de negot. gest.* vbi à negotiorum gestore exigitur, vt diligens sit, non etiam, vt sit diligentissimus. Cui simile est, quod in recept. sent. Pauli *lib.* 1. *tit.* 4. *in princip.* dicitur, eum, qui negotia aliena gerit, exactam diligentiã præstare debere. Vnde colligitur, in negotiorum gestore culpam leuem, & non leuissimam, vindicari: siquidem exacta diligentia culpæ leui, exactissima verò culpæ leuissimæ opponatur. Istud, inquam, non obstat. Respondetur enim, exactissimam diligentiam rectè quoque appellari diligentiam exactam: quoniam superlatiuo

tiuo positiuum inesse constat. Nam qui doctissimus est, rectè dicitur doctus: qui sapientissimus, rectè dicitur sapiens. Itaque non sequitur, negotiorum gestor tenetur præstare exactam diligentiam; ergo non exactissimam. Item negotiorum gestor debet esse diligens: ergo non diligentissimus. Sic etenim à mandatario requiritur, vt aliena negotia, exacto officio, gerat. *d. l. in re mandata 21. C. mandati.* & tamen, nihil quidquam, ab eo neglectum culpa vacuum esse, ibidem pronunciatur. Sic & commodatarius rebus commodatis exactam diligentiam adhibere dicitur. *§. item is 1. verific. at is, &c. supr. quib. mod. re contrahit. obligat.* & tamen ipsum de culpa leuissima conueniri, traditur *in l. sicut certo 5. §. nunc videndum 2. in fine*, ibi, *diligentiam. l. in rebus 18. in princ.* ibi, *diligentissimus. ff. commodati. l. 1. § & ille quidem 4.* ibi, *exactissimam ff. de obligationibus, & actionib.* & exposuimus accuratius *in d. §. 2. supr. quib. mod. re contrah. oblig. n. 23. & seqq.*

Sup. hoc aliquid in Resolutionibus not. 1. huius ref. & signanter in tom. 6. tr. 3. Ref. 140. & 141. §. Nota per totum & in aliis eorum notationum.

7. *Quartò* non obstat, quòd ex huiusmodi quasi contractu negotiorum gestorum nihil planè commodi ad gestorem perueniat: sed solius domini, cuius negotia gesta sunt, vtilitas vertatur. Iuris autem non incogniti, quòd cùm contractus ad solius creditoris pertinet commodum, debitor de leuissima culpa conueniri non debeat. *d. l. si, vt certo 5. §. nunc videndum 2. ff. commodati* Hoc, aio, non obstat; quod enim dicitur, leuissimam culpam non præstari, cùm contractus non concernit vtilitatem debitoris, id hanc recipit limitationem, nisi debitor se se contractui obtulerit, suamque diligentiam, & industriam professus fuerit. Iam verò negotiorum gestor nulla planè necessitate coactus, sed sua sponte aliena negotia administranda suscipit. Igitur meritò de leuissima culpa tenetur. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet Donellus *lib. 15. comment. iur. ciuil. c. 15. & ibi* Hilligerus *in notis litter. F.* Vusteius *lib. 1. disceptat. scholast. c. 15.* Besoldus *in delib. iuris*, ex *li. 11. Pandect. tit. 1. n. 30.* & alij.

Supra in re hac hic est etiam supra 25.

8. Sed ego contrariam sententiam tanquam probabilem admitto, vt *supra* diximus de mandatario, & nobiscum docet Cardin. de Lug. *de iustit. tom. 1. disp. 8. sect. 8. n. 106. & 108.* nam leges citatæ non videntur obligare, maximè pro foro conscientiæ; & hanc negatiuam sententiam absolutè docent Angelus, Mynsingerus, Balduinus, Heigius, Giphanius, Ritteshusius, Schneidewinus, & præsertim Henricus Bocerus *n. 43. & seq.* Petr. Greg. *in Syntag. iur. vniuer. lib. 20. c. 2. n. 4.* Hunnius *disp. 17. ad Instit. thes. 17.* & alij.

RESOL. XXVI.

An negotiorum gestor teneatur de culpa leuissima?
Et an hæredes tutoris, si negotia à tutore defuncto capta perferunt, habeant actionem negotiorum gestorum, & cui?
Et deducitur tutelæ non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui culpa competere?
Et de qua culpa hæredes Magistratuum teneantur? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 18.

Hyp. hoc in Reip. præsertim & ne præmittas legere omnes alias eius pri. huc annot.

§. 1. CAsus erit quotidianus, & affirmatiuam sententiam tenet Hermanus Vulterius *l. 1. disp. 11.* Iacobus Cuiacius *in leg. 23. ff. depositi*, Donellus *lib. 25. commen. 25.* & ibi Osualdus Helligerus. Probatur primò hæc opinio, nam *in leg. 24 C. de iuris* Philippus Imperator haud obscurè significat, à negotiorum gestore exigi diligentiam exactissimam, non solùm exactam, dum de matre liberorum suorum negotia gerente ita rescribit, si mater tua minor annis constituta negotiaque quæ ad te pertinent gesserit, cùm omnem diligentiam præstare debeat, vluras pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata præstare compelli.

2. Ecce hic mater omnem diligentiam in gerendis, & administrandis liberorum negotiis præstare compellitur, quòd si igitur omnem diligentiam quàm culpæ leuissimæ apponi dictum est; Et si à matre omnis exigitur diligentia, multò magis exigetur ab extraneo.

3. Non equidem me latet, vulgo interpretes dissentientes respondere, omnem diligentiam *d. l. 24.* non absolutè de omni diligentia, quam etiam diligentissimus Paterfamilias adhiberet, sed de omni diligentia matris, quam suis propriis rebus adhibere solet, intelligendum esse; quæ diligentia opponi soleat non leuissimæ, sed leui culpæ.

4. Verùm hæc interpretatio admittenda non videtur; Primò, Quia est planè diuinatoria, nec vllo fundamento suffulta, cum Imperator non dicat omnem diligentiam matris; vel omnem diligentiam, quam mater suis rebus adhiberet, sed absolutè & simpliciter omnem diligentiam; cum igitur imperator non distinguat, nec nos distinguere debemus.

5. Secundò. Quia diligentia, quam quis suis rebus adhibet, opponitur culpæ latæ, ita vt si eam in alienis rebus non præstiterit, latam culpam, seu culpam eam, quæ dolo proxima est, commiserit; pro quo Textus *est in l. 12. ff. depositi.* vbi ita scribitur; Quòd Nerua diceret latiorem culpam dolum esse Proculo displicebat, mihi verissima videtur. Nam si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in depósito præstet, fraude non caret, nec enim salua fide minorem iis, quam suis rebus, diligentiam præstabit.

Facit etiam pro hac sententia *lex 11. ff. de negot. gest. leg. 21. C. mandati. & §. 1. instit. de oblig. quæ quasi ex contract. nasc.*

6. Verùm communis opinio, cui ego adhæreo, tenet, quòd non de leuissima, sed de lata solùm, & leui culpa negotiorum gestor conueniri possit, & ita quoque Anton. Faber *in l. 11. ff. de negot. gest.* Petr. Faber *ad l. 23. de reg. iur.* Et ratio est, quia *leg. in 20. C. de negot. gestis.* Imperatores Diocletianus, & Maximilianus hoc clarè significant, dum ita scribunt, Tutori, vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit, quippe superioribus quidem necessitas muneris, administrationis finem, huic autem propria voluntas facit, ac satis abundeque sufficit, si cui, vel in paucis amici labore consulatur, secundum quæ super his quidem quæ nec tutor, nec curator constitutus vltro quis administrauit, cum non tantùm dolum, & latam culpam, sed & leuem præstare necesse habeat, à te conueniri potest.

Sup. his magis late in Resol. seq §. 2. Hoc suppositi & seqq & in aliis eius not.

7. Hic latæ dumtaxat & leuis culpæ, non etiam leuissimæ fit mentio, at hanc silentio Imperatores præterituri non fuissent, si & ipsa præstanda esset.

8. Secundò. Confirmat insuper hanc sententiam non parum, quod ex huiusmodi quasi contractu negotiorum gestorum, nihil planè commodi ad gestorem perueniat; sed totus contractus ad solius Domini, cuius negotia gesta sunt, vtilitatem spectet, atqui certi, & expediti iuris est, quòd cum contractus ad solius creditoris, & agentis pertinet commodum, debitor de leuissima culpa conueniri non debeat, *lib. 5. ff. commodat.*

9. Tertiò. Præterea, si ad exactissimam, & summam diligentiam negotiorum gestor obligatus esset, atque de leuissima culpa teneretur, nemo facile alterius negotia curaturus, & suscepturus esset, cum præsertim mero amore Domini, nec vllo lucro adductus, negotia aliena quisque suscipiat: hinc sæpè maximo cum detrimento absentium, indefensa relinquerentur ipsorum negotia, ad quæ tamen gerenda amici inuitanda potius videntur *d. §. fin. instit. 10. de oblig. quæ quasi ex contract.*

10. Quartò, accedit his Textus *in recept. sent. Pauli l. 1. titul. 4. pr.* vbi dicitur, qui negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam rebus eius, pro quo interuenit, præstare debet; exactam, ait Imperator,

rator,non exactissimam,atqui exacta diligentia opponitur culpæ leui, exactissima verò culpæ leuissimæ, proinde cum à negotiorum gestore exigitur dumtaxat exacta diligentia,significatur,ipsum de leui saltem culpa teneri.

11. Quintò,cui simile est quod in *l.si pupilli 6.§.vlt. ff.de negot.gest.* à negotiorum gestore exigitur,vt diligens sit, non etiam vt sit diligentissimus, cui consequens est in negotiorum gestore culpam leuem, & non leuissimam vindicari.

Sup hoc in Resp. not. præteritæ à principio

12. Sed hîc etiam intrat alia curiosa quæstio, nam hæredes tutorum si negotia à tutore defuncto cæpta perfecerint, habent actionem negotiorum gestorum, & aduersus ipsos actio negotiorum gestorum tenetur de eo sanè,quòd dolo, aut culpa tutoris perperam gestum est,datur in hæredes actio *l.1.C.de hæred. tut.* sed vtrum de dolo saltem, & lata culpa,an verò etiam de leui culpa defuncti tutoris conueniri possint, controuersum est.

Sunt enim,qui hoc affirmandum existiment,è quorum numero sunt Cuiac. 13.*obseru.* 30.& 21.*obseruat.* 2. Notam 1.*amicab.respons.* 23. Mercerius 2 *opin.* 24.

13. Primò. Etenim constat inter omnes actionem tutelæ non solùm de dolo, & lata culpa, sed de leui etiam culpa competere *l.* 23. *ff. de reg. Iur.* atqui hæc actio tutelæ in hæredes est transitoria,vt quæ ex quasi contractu descendat,& rei sit persecutoria §.1.*de perpet.& temp. act.* Hinc itaque dicendum videtur hæredes quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

14. Secundò. Accedit,quòd cum hæredes tutoris de dolo defuncti, adeóque de eius delicto conueniantur, multo facilius de leui culpa conueniri possint.

15. Tertiò. Idem confirmat *l.*4.§.1.*ff.de fideiuss.* vbi Vulpianus *Negligentia ait planè propria hæredi non imputabitur*; ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligentia hæredi imputari colligit.

16. His tamen non obstantibus mihi magis placet opinio Antonij Fabri *l.* 1. *coniect.* 12. qui contendit hæredes tutoris de lata solùm culpa, non etiam de leui teneri.

17. Primò. Hoc siquidem expresè Vlp. confirmat *in l.*4.*ff.de magistr.conueniend.*In qua non similiter ait, hæredes magistratuum vt ipsi tenentur; nam nec hæres tutoris negligentiæ nomine tenetur; nam magistratus quidem in omne periculum succedit: Hæres ipsius dolo culpæ proximæ *succedaneus est.* His verbis diserte asserit Vlpi. hæredem tutoris negligentiæ nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quàm culpam leuem intelligit.

18. Respondet Cuiacius, quod Vlp. dicit, hæredem tutoris non teneri negligentiæ nomine, id non de negligentia tutoris, sed de propria ipsius hæredis negligentia exaudiendum; Verùm præterquam quòd hoc diuinatorium sit, refellitur etiam eò, quod hæredem tutoris similem dicit Vlp. hæredi Magistratus, atqui Magistratus hæredis nulla potest esse propria culpa in eo, quòd non idoneè satis datum sit, relinquitur itaque quod hæres negligentiæ tutoris nomine non conueniatur: accedit, quod longè facilius quis de propria culpa, quàm aliena teneatur? Si itaque, vt Cuiacius concedit,hæres tutoris non tenetur de culpa propria, multo minùs conueniri poterit de culpa aliena, tutoris videlicet. His adde,quòd I. C. subiiciat hæredem culpæ dolo proximæ succedaneum esse: quibus verbis luculenter Vlp.significat,sibi de culpa ipsius tutoris, ac Magistratus, in quam hæredes illorum succedant sermonem esse.

Sup. hoc ad literam ibi §. Secundo de qua. Resp. & q. Sed in fine aliquib' additis.

19. Secundò. De qua culpa hæredes magistratuum tenentur, de eadem, & hæredes tutorum conueniri queunt. Siquidem ad hæredes tutorum, ad hæredem Magistratuum, & vice versa quoad propositum thema bonum,ac validum argumentum duci,probat *l.*4. & *l.* 6.*ff.de magistrat. conuenien.* Atqui hæres magistratus de culpa solùm lata conueniri potest *l.* 2. *C. de magistrat.conuen.* In qua Alexander Imperator in hæredes magistratus cuius non lata culpa pupillo non sit idoneè cautum,ait non solere actionem dari;Et *in l.* 4.*ff. eodem*, dicitur hæredem magistratus in culpam dolo proximam, hoc est in latam culpam succedere; & in *l.*6.*ff.eod.tit.* Hæredem magistratus teneri si tanta fuerit magistratus culpa,vt omnem cautionem omitteret: Item non aliàs in hæredes actionem dandam, quàm si euidenter magistratus cum minus idoneis fideiussoribus contrahat: Quocirca,& tutorum hæredes non de alia,quàm de lata culpa conueniri poterunt.

20. Respondet hic quoque Mercerius adductam *l.*4. *magistrat. conueniend.* intelligendam de culpa ipsius hæredis propria, quam contraxerit in perficiendis illis,quæ per tutorem defunctum inchoata, non verò absoluta fuerunt,& perfecta *l.*1. & *l. ostendimus ff. de fideiuss.& nominat.*

Sunt Cuiacij,hanc, & Mercerij responsionem ad Vlpiani responsum non quadrare dicendum est.

RESOL. XXVII.

An hæredes tutoris de leui culpa teneantur?
Et supponitur tutorem,vel curatorem teneri de dolo,lata, & leui culpa.
Et notatur,quod in contractibus, aliisque negotiis interdum,(sub quo & lata culpa continetur,)interdum leuis interdum leuissima culpa præstanda venit.
Dolus,& lata culpa præstantur in deposito.
Culpa leuis præstatur in empto,locato, in dote,in pignore,& in societate.
Diligentia,siue leuissima culpa, (qua duo, sibi inuicem opponuntur,) est præstanda incommodato. Ex p.11. tr.7. & Misc.7. Res.49.

§.1. AFfirmatiuè respondet Cujacius *lib.*13.*obseru.* 13.& *lib.*21. *obseru* 2. Hotomanus *lib.*1. *amicab. resp.*2. Mercerus *lib.*2. *opin.* 24. asserunt enim, actionem tutelæ non solum de dolo,& lata culpa, sed de leui etiam culpa competere, *l.* 23. *ff. de regul. iur.* Atqui hæc actio tutelæ in hæredes est transitoria, vt quæ ex quasi contractu descendat, & rei sit persecutoria §.1.*de perpet. & temp. act.* Hinc itaque dicendum videtur, hæredes quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

2. Accedit, quod cum hæredes tutoris de dolo defuncti, adeoque de eius delicto conueniantur, multa facilius de leui culpa conueniri possint.

3. Idem confirmat *l.*4 §.1. *ff de fideiuss.* vbi Vlpian. *negligentia*,ait,*planè propria hæredi non imputabitur*, ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligentiam hæredi imputari colligit.

4. Verùm negatiuam sententiam sustinet Ant. Fabr. *lib.*1 *coniect.* 12. asserens, hæredis tutoris de lata solum culpa,non etiam de leui teneri.

5. Primò, hoc si quidem expresè Vlp. confirmat *in l.*4.*ff.de magistr. conuen.* vbi asserit, Hæredem tutoris negligentiæ nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quàm culpam leuem intelligit.

6. Respondet Cuiacius, quod Vlpianus dicit hæredem tutoris non teneri negligentiæ nomine, id non de negligentia tutoris, sed de propria ipsius hæredis negligentia exaudiendum. Verùm præterquam quod hoc diuinatorium sit, refellitur etiam eo quod hæredem tutoris similem dicit Vlp.hæredi Magistratus,atqui Magistratus hæredi nulla potest esse propria culpa in eo quod non idoneè satisfactum sit; relinquitur itaque,quod hæres negligentiæ tutoris nomine non conueniatur: Accedit,quod longè facilius quis de propria culpa

culpa,quàm de aliena teneatur:Si itaque , vt Cuiacius concedit, hæres tutoris non tenetur de culpa propria, multò minus conueniri potest de culpa aliena, tutoris videlicet.

7. His adde,quod Iurisconsultus subiiciat hæredem culpæ dolo proximæ succedaneum non esse , quibus verbis luculenter Vlp.significat sibi de culpa ipsius tutoris,ac magistratus, in quam hæredes illorum succedant,sermonem esse.

Sup. hoc in Resol. præcedenti §. Secundo. de quo ad literam.

8. Secundò , de qua culpa hæredes Magistratuum tenentur , de eadem , & hæredes tutorum conueniri queunt ; Si quidem ab hærede tutorum ad hæredem Magistratuum,& vice versa quoad propositum bonum, ac validum argumentum duci probat *l. 4. & l. ult. ff. de magistr. Conuenien.* Atqui hæres Magistratus de culpa solum lata conueniri potest *l. 2. C. de magistratibus conuenien.* in qua Alexander Imperator in hæredes magistratus,cuius non lata culpa pupillo non sit idoneè cautum,ait non solere actionem dari,& *in l. 4. ff. eod.* dicitur hæredem Magistratus in culpa dolo proxima, hoc est in latam culpam succedere.

9. Et *in l. 6. ff. eod. tit.* hæredem Magistratus teneri, si tanta fuerit Magistratus culpa , vt omnem cautionem omitteret:Item non aliàs in hæredem actionem dandam,quam si euidenter Magistratus cum minus idoneis fideiussoribus contrahant : Quocirca, & tutorem hæredes non de alia , quàm de lata culpa conueniri poterunt.

10. Et ego quidem huic sententiæ adhæreo , & ad primum respondeo,actionem tutelæ directam quidem dari in hæredes,sed aliter atque in ipsos tutores , id quod expressè probat *l. 4 ff. de magistr. conuenien.* vbi Iurisconsultus hæredes Magistratus aliter teneri ait,quàm ipsos Magistratus:Hos teneri etiam negligentiæ nomine:illos verò non item: At hęredibus Magistratus comparari hæredes tutoris docet in eadem *l. Vlpianus* ; & nos idem ostendimus supra ; Quare , & hæredes tutorum aliter tenebuntur , atque ipsi tutores : Hi qui dem etiam de leui culpa;illi verò de dolo solum,& lata culpa.

11. Ad secundum respondeo,non sequitur teneri de dolo,& lata culpa,& teneri de leui,quia longè plus,est de leui culpa teneri,quàm de dolo,& lata culpa;Sic depositarius de dolo,& lata culpa tenetur, non tamen tenetur de leui culpa *l. 5. ff. commod. l. 1. ff. depositi.*

12. Ad postremum respondeo , quando *in d. l. 4. §. 1.* scribit Vlp.negligentiam propriam hæredi tutoris non imputari,exinde non rectè inferri, ergo negligentiam tutoris imputari hæredi.

Et ideò nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Vrumserus *in nucleo iuris controuers. lib. 1. tit. 26. contr. 5.*

Sup. hoc supra in Resol. 22. lege §. Sed hîc si. granter à fin. & vers. Hæc conclusio. & alias Resolution. not. Signanter ex Resol. 23. §. Non item obseruantur à aliam eius.

13. Nota , quod in contractibus , aliisque negotiis interdum dolus(sub quo,& lata culpa continetur) interdum leuis,interdum vero leuissima culpa præstanda venit,nimirum quatenus vnius,vel alterius,vel vtriusque vtilitas versatur.Dolus,& lata culpa præstantur in deposito , quoniam sola deponentis non depositarij in eo vertitur vtilitas.Culpa leuis præstatur in empto, in locato,in dote,in pignore , & in societate , cum in iis vtriusque versetur vtilitas diligentia siue leuissima culpa(quæ duo sibi inuicem opponuntur)est præstanda in commodato,quippè solius commodantis hic vtilitas versatur , veluti differentiam hanc ponit Caius I. C. *in l. si vt certo 5. §. nunc videndum est 2. ff. commodat.* & Vlp. I. C. *in l. contract. 23. ff. de regn. iuris.*

14. Hoc supposito, tutorem teneri de dolo , lata, & leui culpa , & ideo Villalob. *to. 2. tr. 29. diffic. 7. n. 10.* sic ait , [Ete officio de tutor,y curator no se haze debal.de,que lleeuan suprecio por ello,y es cierto que le pueden lleuar,y assi como este quasi contracto viene à ser en fauor de ambos,quando las cosas del menor perecierem por culpa del tutor ò curador lata , ò leue, estarà obligado à restituyr; mas no si fuesse por culpa leuissima,conforme alo que se dixo arriba, donde queda esto declarado. Ita Villalob. cui adde Machadum *tom. 2. part. 7. tr. 8. document. 3. n. 4.* Fagundez *de contract. lib. 1. c. 13. n. 28. & 29.* Rebellium *part. 2. lib. 17. quæst. vnica num. 17.* Vallosium *in praxi partit. cap. 8. num. 18.*

Sup. hoc supra in Resol. 21. § At hæc & in Resol. 25. §. Nec obstat. propefinem,à vers. Atque. & ex Resol. 26. vide §. verum communis. ad lin. 5.

15. Itaque tutor , seu curator post rationes officij redditas si fidelis deprehensus fuerit , debetur ei præmium,quod in quibusdam locis est vigesima pars reddituum bonorum omnium minoris,in aliis autem decima pars.

16. Si autem tutor , & curator , cùm tenerentur negotiari omiserunt , possunt pupilli ab eis accipere 5. pro 100. Ita Hermanus Busembaum *in medulla Theol. moral. lib. 2. tr. 5. & 7. pr. c. 4. dub. 1. n. 11.* & Emanuel Sà *verb. curator. n. 1.*

RESOL. XXVIII.

An in præcepto gestandi Tonsuram Clericalem detur paruitas materiæ ?

Et quid , si in Sacris ordinibus initiatus Tonsuram non deferat,an peccet,& quid autem si sit tantum in minoribus ordinibus ? Ex p. 5. tr. 5. Resol. 60.

§. 1. ALiqui, vt Panormitanus *c. 4. de vita & honestate Clericor.* indistinctè affirmant peccare mortaliter Clericos Tonsuram non gestantes;cui sententiæ videtur fauere Richardus *in 4. dist. 24. art. 1. q. 1.* docens grauiter peccare eum , qui scienter ordinatur sine corona, quia *in cap. si quis, dist. 23.* præcipitur sub pœna excommunicationis.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Resol. 117.

2. Sed Henriquez *lib. de Ordin. c. 11. §. 1.* tenet absolutè negatiuam sententiam;& Caiet. *in sum. ver. peccata Clericorum*,tenet id non esse mortale,secluso contemptu, & contumacia , quia in iure Canonico hæc obligatio, vt patet,non præcipitur sub verbis indicantibus grauem obligationem.

3. Verùm mihi placet media sententia. Dico igitur peccare mortaliter sacris Ordinibus initiatum,si Tonsuram non deferat;secus autem si sit in minoribus Ordinibus. Ita Sotus *in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. concl. 2.* Sylvester *ver. Clericus 2. §. 2.* Armillia *eodem ver. n. 11.* Angelus *eodem ver. 4. n. 1.* & alij.

4. His suppositis respondeo ad quæsitum præsentis resolutionis affirmatiuè , cum Iacobo Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 9. tract. 4. disp. 3. n. 8.* vbi si ait. Vsus coronæ tanquam rei magni momenti est antiquissimus , & in iis qui Ordinem sacrum receperunt, vsu receptissimum gestare Tonsuram, adeò vt vix sine graui scandalo omitti possit , quæ sanè indicant rem hanc non esse leuis momenti , nec solùm obligare sub veniali , non tamen iudicari debet lethale peccatum, si per vnum,aut paucos dies non gestaretur corona.Ita ille,& ego.

In indice primo huius Tom. 8. Lege Apendicem ad hunc Tract. 3. Vbi inuenies alias plures Diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 3. de paruitate Materia.

TRACT.

TRACTATVS QVARTVS DE IVRAMENTO SIMPLICITER ET DE VOTO, ET IVRAMENTO VT EST promissio Deo facta, &c. atque de eorum Absolutione, Relaxatione, Commutatione & Dispensatione.

RESOLVTIO PRIMA.

An Reges teneantur in conscientia non reuocare concessionem factam futuræ successionis in dignitate, v.g. Proregis, &c?

Et quid est dicendum si etiam esset promissio & etiam acceptata? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 74.

DE tota hac materia doctè & latè disputat Turrian. *in selectis disp. part. 1. disput. 29.* vbi *dub. 7.* ad quæsitum huius resolutionis respondet. In hac quæstione ponendum est, promissionem factam, & acceptatam a promissario obligare promittentem ex iustitia, & non solùm ex fidelitate, & propter hanc doctrinam aliqui putant non posse Principem concessionem de futura successione acceptatam reuocare. Alij verò docent posse Principem talem concessionem reuocare, & etiam promissionem. Meum hac in re iudicium est Principem absque graui causa non posse reuocare concessionem semel factam & acceptatam, vt probat ratio primæ opinionis. Secundò existimo ex graui causa ob commune bonum posse Principem reuocare prædictam concessionem, & semper consideranda est intentio Principis concedentis, ex circumstantiis enim facile erit iudicare, an voluerit se obligari in conscientia, vel non. Ita Turrianus.

2. Et certè hæc sententia semper Regibus erit consulenda, nam per se videtur contra Principis dignitatem promissionem suam non adimplere. Sed, vt verum fatear, ego difficulter credo quòd Reges in talibus concessionibus volunt in conscientia se obligare; vnde si non constaret de hoc, illos ego non damnarem de mortali, si reuocarent aliquam concessionem de futura successione Proregis, aut alterius dignitatis, quia ratio pro sententia Turriani non est adeò certa, vt contraria opinio non sit probabilis, asserens promissionem etiam acceptatam non obligare in conscientia sub p. m. vt ego ipse satis firmaui cum multis Doctoribus *in 4. part. tr. 4. resol. 122. & part. 2. tr. 3. Miscellan. resol. 9.*

Quæ nunc hanc sequêtur.

RESOL. II.

An sit peccatum mortale non adimplere promissionem graruitam acceptatam in re graui? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 122.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Suarez *relect. de libert. diuina, disp. 2. sect. 2. nu. 22.* Lessius *lib. 2. c. 18. dub. 8.* & alij, quos alibi ego ad satietatem adduxi, & probabiliter reprobaui. Verùm quidam Iurisconsultus cum quodam Theologastro, nostram sententiam in facti contingentia tanquam improbabilem damnarunt. Immeritò quidem, nam est probabilissima, & tuta in praxi, & præter Caietanum, Molinam, Rebellium & alios alibi à me citatos, nouissimè docet hanc sententiam tanquam probabiliorem Ludouicus Meratius Societ. IESV *in D. Thom. tom. 2. tract. de iust. & iure, disput. 19. sect. 10. per totam.* Dico igitur non adimplere promissionem ex fidelitate, & non ex iustitia, esse tantùm peccatum veniale ex genere suo, ac proinde nulla in materia, quamuis graui, vnquam esse mortale, & rationes huius sententiæ videbis apud dictum Meratium, qui fusè respondit ad omnia argumenta contraria, & ad multa quæ opponit Lessius: vnde, vt dixi, solùm ignari vel pertinaces negabunt hanc sententiam esse probabilem, & ideo liberari à peccato mortali & ab onere restitutionis quemdam Dynastam, qui per multos annos non adimpleuerat promissionem centum vnciarum, ad quas dandas ex sola fidelitate se obstrinxerat; nec tunc me ab hac sententia remouebat argumentum quòd carentia rei promissæ, quia erat notabilis, magnum damnum inferebat ei cui promissa fuerat; nam respondeo carentiam hanc non debere appellari damnum à promittente illatum, alioquin etiam qui simpliciter proposuisset dare centum aureos alicui, declarànsque ei suum hoc propositum, dixisset se daturum, si postea mutaret animum, nec daret, magnum ei damnum inferret. Quando ergo per promissionis violationem, aut propositi mutationem, damnum inferri dicitur, damni nomine intelligenda non est ipsa præcipuè carentia rei, quæ danda dicebatur, sed detrimentum aliquod aliud ex hac carentia consequens, quod in suis bonis propriis patiatur ille, qui decipitur, & cuius causa fit ille, qui non implendo propositum, vel promissum decipit, quod quidem detrimentum dum graue est, graue quoque peccatum committitur, at non contra fidelitatem, sed contra iustitiam, aut charitatem; sed hoc in causa de quo interrogatus fui, non aderat. ergo, &c.

Alibi in Res. seq. & in fine Res. præcedentis.

RESOL. III.

Proposita mihi sæpius fuit hæc quæstio, An promissa externa legitime ab alio acceptata obliget in conscientia?

Et notatur, quod per accidens aliquando qui non præstat promissionem, potest peccare mortaliter, vt quando sequitur notabile detrimentum propter promissionem non præstitam.

Et an si Sacerdos non ratione stipendij, sed liberaliter promisit alteri vnum Sacrum animo se obligandi peccet mortaliter omittendo? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 9.

§. 1. DOctores, qui affirmatiuam tenent sententiam hi sunt, Sanchez *de matr. lib. 1. disp. 5. num. 20.* Lessius *lib. 2. cap. 18. dub. 8. num. 55.* Nauarr. *cap. 18. num. 6.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disp. 64. dub. 16. num. 5.* Vasquez *in 1. p. disp. 85. cap. 6. num. 42.* Filliuc.

in quæst. mor. tom. 2. tract. 33. cap. 2. num. 28. Malder. *in 2. 2. tr. 1. c. 9. dub.* 8. Beja *in resp. p. 4. cas.* 25. Salonius *in 2. 2. q. 5. de dominio art. 3. dub. 2.* D. Antoninus *p. 2. tit. 10. c. 1. §. 4.* & alij.

2. Probatur hæc opinio. Nam promissio acceptata est verè pactum, vt patet ex ipsius pacti definitione *in l. 1. ff. de pactis, & in l. 3. ff. de pollic.* Sed pactum non seruans, potest excommunicari, ex *c. 1. de pactis.*

3. Ergo peccat mortaliter, qui promissionem non seruat. Deinde qui non stat promissis, contrariatur iustitiæ legali, quæ respicit conuictum, & societatem humanam in promissis seruandis. Ergo, &c. Alias etiam rationes adducunt DD. citati pro hac firmanda opinione.

4. Sed contrariam sententiam probabilem vocat Lessius *vbi suprà, num.* 54 & expressè sequuntur illam Fumus *ver. perfidia.* Caiet. *in 2. 2. quæst.* 113. *art.* 1. *dub.* 4. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 17. *num.* 6. & nouissimè Petrus de Ledesma *in sum. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 3. *fol. mihi* 544. *col.* 2. & Fernandez *in suo examin. Theol. part.* 1. *ca.* 15. §. 8. *n.* 11. Nam frangere fidem in promissis non opponitur iustitiæ, sed fidelitati; veracitas enim, vt ait Cicero *lib.* 1. *de offic.* est dictorum, conuentorúmque constantia. Igitur frangere hanc fidem, non est nisi mendacium, quod cùm non sit perniciosum, non potest esse mortale, sed tantùm veniale. Ergo, &c. Nota quòd aliquando per accidens, qui non præstat promissum, potest peccare mortaliter, vt quando sequitur notabile detrimentum propter promissionem non præstitam; & sic, ait Rebellius *p. 2. lib. 18. qu. 4. n. 5.* & Maior *in 4. dist. 18. q. 2.* peccat medicus, si operam promissam periclitanti non præstat, eáque de causa ægrotus graue damnum passus est; & sic in similibus.

Sup. hoc in præcedenti. in post medium vers. quod carentia.

5. Hinc etiam nota, quòd si aliquis Sacerdos, non ratione stipendij, sed liberaliter promisit alteri vnum sacrum animo se obligandi, non peccat mortaliter omittendo. Ratio est, quia illa omissio sacri ex liberalitate promissi in genere damnorum spiritualium non est tanti momenti, vt sit peccatum mortale. Sic tenet Sanchez *de matrim tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 5. *n.* 25. & nouissimè Rodriquez *in sum. tom.* 4. *c.* 107. *n.* 4 cum Maldero *vbi suprà*, quidquid in contrarium dicat Pet. à Nauar. *de rest. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 7. *n.* 329. & Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 11. *punct.* 1. *n.* 8. Ex his omnibus probabiliter respondendum est ad propositam quæstionem, non præstare promissionem externam etiam acceptatam, non esse mortale.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Res. 53. §. Sua vero.

RESOL. IV.

An promissio interna obliget in conscientia?
Et an ille, cui facta est promissio interna, possit facere sibi occultam compensationem?
Et an donatio seu promissio facta Petro præsenti, etiam si non acceptet, sed taceat, obliget in conscientia? Ex P. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 117. alias 116.

§. 1. DE hoc casu interrogatus fui his diebus, nam Paulus actu interiori donauit, & promisit Petro certam pecuniarium summam, quæ postea promissio dicto Petro constitit: quæritur à me fuit, an Paulus teneatur adimplere promissionem, & an Petrus possit occulta compensatione sibi satisfacere, non restituendo quasdam pecunias Pauli, quas apud se habebat?

Quæ hic est Res. antecedens, & in his primæ part.

2. Respondeo, quod *in tract. 3. miscellan. resol. 9.* asserui probabiliter, promissionem externam etiam acceptatam non obligare in conscientia, sed nunc etiam probabiliter assero, promissionem internam in conscientia obligare. Igitur tenetur, qui mente aliquid promisit alteri, aut donauit, patefacere hominibus, quæ illis pollicitus est; nam, vt dixi, probabile est in donationibus, & promissionibus posse transferri dominium per actum interiorem. Et ita docent Sotus *de iustitia lib. 4. qu. 5. art. 1. ad 1. & lib. 7. qu. 2. art. 1. in solutione ad 1.* Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 3. n. 4.* Aragon. *in 2. 2. qu. 88. art. 3.* Angles *in floribus part. 2. quæst. 1. de voto, art. 2. diffic. 4.* & Ledesma *2. 2. qu. 18. art. 1 dub. 13.* quidquid etiam probabiliter in contrarium asserant Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ, disp. 4. qu. 1. dub. 5. n. 59.* & Basilius Pontius *de matr. lib. 2. c. 6. n. 9.* vide etiam Lessium *lib. 2. c. 18. dub. 5. n. 29.*

huius §. & vers. Igitur teneatur in tr. 6. tr. 7. Res. 127. signanter §. Sed hæc. & in alio §. eius not.

3. Cùm igitur supradictus Petrus, à quo consultus fui, esset nimis pauper, & propter aliquas iustas rationes, non posset dictam summam integrè à Paulo promissam in iudicio petere, respondi de supradicta pecunia posse occultam compensationem sibi facere. Et ita in terminis docet Mendoza *lib. 1. de pactis c. 4. n. 8. & vlt.* Palacius *de contract. lib. 5. c. 12.* & nouissimè amicissimus, & doctissimus pater Antonius Sanctarellus *var. res. part. 1. q. 66. n. 49. & seq.* adi illum, & non pigebit, nam ego more meo, breuitati studeo; vide etiam Molinam *de iust. t. 2. tr. 2. disp. 266. n. 17.*

Sup. hoc in Res. not. præteritæ.

4. Notandum est tamen hîc obiter, quòd donatio, seu promissio facta Petro præsenti, etiamsi non acceptet, sed taceat, obligat in conscientia, & transfert dominium, vt probabiliter ex Iulio Claro contra Angles docet Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. pr. 7. art. 1. dub. 1. concl. 1.* quia, iuxta regulam iuris, qui tacet consentire videtur.

Sup. hoc in tom 6. tr. 7. Res. 119. §. penult. & in aliis eius not.

RESOL. V.

An iuramentum additum fictæ promissioni verâ inducat obligationem? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 34.

Sup. hoc infra lege doctrinam §. 1. & 2. Res. 22. & Res. 53. & breuem doctrinam alterius vers. earum annotationum.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Lessius *lib. 2. c. 42. dub. 8. n. 38.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 2. c. 7. n. 11.* Caiet. & Sotus *vbi suprà* cum multis aliis, quia obligatio est omnino inseparabilis à iuramento promissorio, nec est in potestate hominis efficere vt tale sit iuramentum, & ex eo non nascatur obligatio. Secundò quicumque iurat aliquid, tenetur efficere, vt verum sit quod iurat, nec vlla arte potest hanc obligationem euadere, quia cauendum ei quàm maximè, vt non adducat, vel adduxerit Deum in testem falsi. ergo tenetur exequi quod iurauit se facturum, volente eo, in cuius fauorem iurauit. Et tandem Tertiò ex iuramento nascitur obligatio, non ratione intentionis obligandi vt in contractibus, sed ex natura operis, sicut ex damno illato nascitur obligatio restitutionis, & ex facto vnde damnum metuitur, nascitur obligatio impediendi; ergo etiam si intentio obligandi absit, nihilominus orietur obligatio vi iuramenti. Ita Lessius *vbi suprà*, & hæc opinio magna fulcitur probabilitate.

2. Sed sententia negatiua tutò amplecti potest, quam tuetur inter alios recentiores Petrus Ochagauia *de Sacr. tr. 1. de matr. q. 6. n. 3.* quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret, seu promissionis, cui annectitur; sed promissio in casu huius quæstionis non obligat, vt suppono. ergo neque etiam iuramentum ei annexum obligabit. Secundò probatur, quia qui vult non se obligare, & tamen iurat, aut cùm iurat desistit à voluntate non se obligandi, & tunc sine dubio manet obligatus, quia est vera promissio, & de hoc casu non procedit quæstio: aut non desistit à prædicta voluntate, & tunc in rei veritate non habet voluntatem iurandi, sicut neque promittendi, sed illud iuramentum tantùm habet similitudinem iuramenti exteriorem, reuera tamen iuramentum non est. Et ita, vt dixi, hæc sententia est satis probabilis, & ferè communis, vt ipsemet Lessius *loco citato* fatetur.

RESOL. VI.

An iuramentum promissorium de faciendo peccato veniali, sit tantum veniale?
Idem est de voto: quia votum de peccato veniali est tantum peccatum veniale, quia paruitas materia excusat. Ex p.4. tr. 4. & Misc. Res. 160.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Turrianus *in select. disp. cent. 3. censura Theolog. dub. 3.* Affirmatiuam sententiam aliqui putant improbabilem, quia si adducitur Deus vt fideiussor peccati faciendi, grauis iniuria illi infertur, contra summam bonitatem illius, quæ ratio efficacissima est contra illam opinionem, neque video pro illa opinione aliquod idoneum fundamentum, vnde mihi non est probabilis. Ita ille.

2. Verùm ego puto affirmatiuam sententiam esse probabilissimam, quam tuetur Valentia & Azorius, quos citat & sequitur Adamus Tannerus *in 2. 2. D. Thom. disp. 5. qu. 5. dub. 1. num. 14.* vbi sic ait, Certum est iurantem se aliquid facturum quod est mortale, peccare mortaliter, etiam contra Religionem, per abusum iuramenti; venialiter autem si fuit veniale quod cum proposito implendi iurauit, vt habet communis opinio: Ita ille, & ante illum Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 28.* qui citat Suarez, Syluestrum, Caietanum, Nauarrum, Sayrum & alios, quibus ego addo Villalobos *in summa tom. 2. tract. 46. difficult. 4. num. 4.* & Sotum *de iust. lib. 7. qu. 1. art. 3.* vnde miror communem hanc opinionem Turrianum vocare improbabilem, & ad suum argumentum respondet Sotus & alij *vbi supra*; hinc cùm Lessio *lib. 2. cap. 40. dub. 7. numer. 39.* & aliis dicendum est votum de peccato veniale esse tantùm peccatum veniale, quia paruitas materiæ excusat.

RESOL. VII.

An detur paruitas materiæ in iuramento promissorio, ita vt aliquando sit tantum peccatum veniale illius transgressio? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 70.

Sup. hoc in res. seq. ante medium, vers. Imo, & infra in res. 12 versùm ad medium §. 1.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Armilla *ver. iurare, num. 12.* Medina *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 14. §. 4* Lessius *lib. 2. cap. 42. dub. 5. n. 23.* Valentia *tom. 3. disp. 6. qu. 7. n. 3. concl. 3.* & alij asserentes omne periurium promissorium esse peccatum mortale, neque ob materiæ leuitatem fieri posse venialę, quia qui rei paruæ promissionem quam iuramento confirmauit non implet, is quantum in se est facit Deum testem falsi: hoc autem est peccatum mortale, cùm sit magna in Deum irreuerentia; ergo, &c.

2. Alij verò, vt Caietanus *in 2. 2. qu. 89. art. 7.* & Couarr. *lib 1. variar. cap. 1 num. 2.* distinguunt, asserunt enim quòd quando res parua est tota materia promissionis, tunc violatio iuramenti est peccatum mortale; secus si solùm sit pars materiæ, nam tunc erit tantùm veniale.

3. Omnes istæ sententiæ sunt probabiles, sed non minus probabilem illam esse existimo, quæ absolutè & generatim asserit, si res promissa sit parua, siue ea sit tota materia, siue pars tantùm, non fore trangressionem, nisi venialem. Ita Sotus *de iust. lib. 8. qu. 1. art. 7. & qu. 2. art. 3.* D. Antonin. *part. 2. disp. 10. cap. 4. §. 1.* Coninch *de Sacram. disp. 22. dub. 7. num. 53.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib 3. cap. 4. num. 23.* Suarez *lib. 3. c. 16.* & alij. Et ratio est clara, quia si violatio voti circa materiam leuem non est nisi peccatum veniale, vt alibi satis probatum est; ergo etiam violatio iuramenti promissorij circa similem materiam, quia, vt alibi

Alibi in Res quæ hic est

obligatio iuramenti: cæteras rationes videbis apud citatos Doctores, & ita hanc sententiam præter illos tenet Io. de la Cruz *in direct. conscien. tom. 1. prac. 1. act. 1. dub. 3. concl. 1.* Bizzozerus *in summ. part. 3. pr. 2. c. 2. membr. 3. n. 5.* Syluius *in 2. 2. D. Th. qu. 98. art. 3. concl. 4.* Malderus *in 2. 2. tr. 10. c. 6. dub. 5.* Dauid ad Mandem. *in Decal. pr. 2. discur. 4. n. 3.* Tannerus *in 2. 2. disp. 3. q. 5. dub. 1. n. 25.* Io. Franc. Suarez *in enchirid. cas. conscien. lib. 3. ver. Iuramentum §. 8.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 36. diffic. 5. num. 9.* vbi sic infert, [De lo dicho se infiere que el que juro de rezar todo vn año vna Aue Maria y lo dexo todo el año no peco mortalmente aun en el fin del año.] Idem asserit Layman *in Theol. mor. lib. 4. tr. 3. c. 14. n. 6.* de illo, qui iurauit cum socio animi causa rus iturum, vel pater si iurauerit se puerum ita meritum castigaturum, & postea sine causa intermittat, nam putat supradictos peccare quamuis non mortaliter ob materiæ leuitatem, & ideo Villalobos *vbi supra* rectè asseruit, quòd si opinio contraria esset vera, [siguiriase que todas las madres y amos que crian los ninos cometerian muchos pecados mortales, que enojandose con ellos iuran por momentos, que los han de azorar y no lo hazen.] & sic dicendum est etiam in similibus casibus, vt si quis iurauit dare pauperi quadrantem, &c.

RESOL. VIII.

An in iuramento assertorio detur paruitas materiæ, & quid in promissorio? Ex part. 5. tr. 5. Res. 4.

§.1. NEgatiuè respondet Sanctarellus *tr. de blasphem. cap. 4. dub. 2 num. 8.* vbi sic ait. Iuramentum falsum assertorium non potest esse peccatum veniale ratione materiæ, cùm adducatur Deus in testem falsitatis. Ita ille, cui adde Merollam *tom. 1. diss. 2. can. 4. dub. 7. num. 112.* Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 14. num. 12.* Homobonum *in consult. moral. volum. 2. part. 5. cons. 139.* Faustum *de Sacrament. Pœnit. lib. 7. qu. 56.* Molderum *tract. de sigillo Confess. c. 3.* Alphonsum de Leone *de offic. Confess. part. 1. recollect. 7. num. 33.* Elcobar *de pur. & nobil. prob. part. 1. quæst. 10 §. 4. num. 44.* Molfesium *in summ. tom. 1. tract. 8. cap. 8. num 66.* Sayrum *in Claui Regia, lib. 12. c. 2. num. 16.* Graffium *part. 2. lib. 2. c. 8. num. 16.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 4.* & alios penes ipsum. Imò aliqui, quos ego citaui *in part. 4. tract. 4. resolut. 70.* hoc etiam docet in iuramento promissorio, quia si homo sub peccato mortali tenetur iurare, vt sit veritas in iuramento assertorio, idque ideo ne Deum faciat testem falsi; ergo sub eadem obligatione tenetur curare vt etiam in promissorio sit veritas; solùm est differentia, quòd veritas iuramenti assertorij debeat esse præsens, & si speculatiua, veritas promissorij sit futura pendens ab ipso iurante; sed hæc diuersitas non facit, vt ipse non teneatur pari modo procurare, esséque sollicitus, vt verum sit quod iurauit. Item iuramentum respicit materiam non quatenus est magni, vel parui momenti, multum, vel parum vtilis homini, sed quatenus vera; ergo ex magnitudine, vel paruitate materiæ non debet iudicari eius obligatio, sed ex veritate; atqui omnes veritates sunt eiusdem rationis in ordine ad testimonium diuinum, eiusdem enim rationis est in re parua, & in re magna falsum testari: ergo eiusdem rationis est in re magna, & in parua Deum testem falsi facere, ergo, &c. Sed ibi cum pluribus Doctoribus satis firmauit contrariam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi, nempe in iuramento promissorio dari paruitatem materiæ; & ratio est, quia obligatio iuramenti promissorij

promissorij æstimanda est secundùm qualitatem materiæ:ergo secundùm quòd illa magna, vel parua fuerit, talis erit & obligatio. Antecedens probatur, quando enim materia iuramenti promissorij est mala etiam venialiter,nulla est obligatio illud implendi.ergo obligatio non habet se independenter à qualitate materiæ promissæ & propterea sicut nullum est peccatum non implere iuramentum de re mala,ita solùm erit veniale, si fuerit de re quidem bona,sed leui. Confirmatur. In aliis peccatis plerumque habetur ratio leuitatis materiæ ; igitur & in hoc. Smiliter si dicas posse concludi, quòd & in assertorio periurio habenda sit ratio leuitatis materiæ, negandum est, etsi enim res quæ iuratur; fortasse parua sit , non tamen est paruum confirmare mendacium iuramento , quia sic Deus inducitur testis falsitatis, quod non potest non esse magnum. Et ideo, vt dixi,vtramque sententiam probabilem esse puto, & Doctores vtramque tuentes , inuenies apud me ipsum *loco cit.* ne deseras videre Escobar, qui doctè, vt simpliciter soler, hoc dubium pertractat *in tract.de purit. & nobil.proben da,part.1.q.6 §.5. à n.40.*

RESOL. IX.

An in Voto , & Iuramento non bibendi vinum detur paruitas materiæ ?

Et quid est dicendum, si votum fiat ieiunandi cum pane, & aqua ; an sit culpa mortalis semel bibere vinum ? Ex p.5.tr.5.Resl.37.

§.1. CAsus est practicabilis , & quibusdam visa est res leuis, & ita venialis in tali casu semel bibere. Sed contrarium alij docent , quia obligat instar præcepti Ecclesiæ de abstinendo ab aliquo esu , cuius transgressio est mortalis semel vescendo ; vt semel comedendo carnes die vetita. Id tamen fatendum est,non quamcumque vini potati quantitatem esse mortalem, sed illius paruitatem excusare à mortali. Videtur verò requiri ad mortale tantum vini potari,quantum in vno prandio sufficere posset pro potu communiter vtentibus temperatè vino. At si esset votum ieiunandi cum pane & aqua , manifestior culpa mortalis esset semel bibere,quia frangeretur id ieiunium,& hæc docet Sanchez *in sum.tom.1.lib.4.c.12.n.21.*

Ad elucidandam doctrinam huius quæstionis leges in tom.4. tr. 5 etiam breuem doctrinam tri. 65.

RESOL. X.

An in voto detur paruitas materiæ? Ex p.3. tr.5.Resl.36.

Sup. hoc in fine resl. 12. §.1. circum ad medium. Et pro contento à lin. 4 & resl. 21 huius textus infra in Resl. 13. à principio, & in aliis eius not.

§.1. DVplex est sententia, prior distinguit, si materia parua est partialis , est veniale , vt si quis vouit recitare calculos virgineos,& omittit vnam, vel alteram salutationem Angelicam. At si est totalis materia erit semper mortale , vt si quis vouit recitare semel orationem Angelicam,& non recitat.Ducitur,quia transgressio totius voti habet rationem actus perfecti. & contra excellentissimam Religionis virtutem, cùm tamen peccatum veniale sit quid imperfectum. Secunda,quia materia parua dicitur respectu totius,cuius est pars.ergo quoties fuerit totalis,est magna. Hanc sustinent Caiet. 2.2.*qu.*89. *art.*7. *dub.*1. Armilla *ver. iuramentum, n.*12. Tabiena *ver. iurare, qu.*10. Nauarr.*sum. Hispana c.*12.*n.*40. Toleto *lib.*4.*sum.c.*17. *n.*20. & appellat tutiorem Corduba *in summa qu.*188.

2. Sed ego absolutè doceo,etsi materia parua sit totalis transgressionem voti esse venialem tantùm , & probatur , quia promissio rei leuis facta homini non obligat ad sui obseruationem sub peccato mortali , quamuis ipsa res leuis sit tota materia promissionis ergo nec facta Deo. Antecedens est manifestum,& consequentia probatur;nam Deus non est regidior exactor suarum promissionum , quàm homo. Item materia illius voti quomodocumque sumatur , est res leuis ergo votum de ea omissum tantùm obligat ad veniale ; & confirmatur:grauitas peccati non est sumenda ex quantitate & necessitate obiecti,vt constat in omnibus præceptis , si loquamur de grauitate quam habet actus ex natura sua, v. g. in furto grauitas peccati non sumitur ex voluntate furantis,sed ex re ipsa, de qua furtum est. Nam si res furata est grauis, quamuis latro nolit, erit peccatum mortale , & si est leuis , erit veniale. Sed quando votum fit de re leui, ipsa ex se est parua materia fidelitatis & religionis; ergo tale votum violare ex se non erit peccatum mortale. Vltimò votum est quædam lex hominis quam quisque sibi ponit ex propria voluntate.ergo non aliter debet obligare,quàm si esset lex Ecclesiastica, vel Diuina, sed lex Diuina & Ecclesiastica , etiamsi ex genere suo obligent ad sui obseruantiam sub reatu mortalis culpæ, nihilominus frangere illas in re leui est tantùm peccatum veniale. ergo similiter & votum. Et ita hanc sententiam docet Ledesma *in sum.tom.2.tr.10. c.3 dub.*1. Henriquez *lib.*5. *c.*20.*n.*4.*in gloss.lit.M.* cum Sanchez *in summa tom.*1. *lib.*4. *c.*12.*n.*5.

RESOL. XI.

An in eodem die violare plura vota , de materia leui sit peccatum mortale ; siue materiæ sint eiusdem rationis, siue diuersæ ? Ex p.5. tr. 5. Resl.55.

Sup. hoc supra in tr. 3. Resl.2. §.1. in fine, & seq.

§.1. AFfirmat Sanchez *in summa tom.*1.*lib.* 1. *c.* 4. *num* 16. existimat enim materias leues votorum multiplicium pro eodem die obligantium continuari moraliter , & in vnam coalescere , ac proinde culpam esse lethalem omittere notabilem quantitatem illo die, siue materiæ sit eiusdem rationis, siue diuersæ, vt si alterum votum sit recitandi, alterum eleemosynæ. Ducor quòd etsi diuersa numero sint vota,at obligatio voti vnius rationis est , & eadem ratione ad Religionis virtutem spectat, eiúsque præceptum quod in re notabili tunc violatur.Sicut qui homini promitteret magnam pecuniæ quantitatem diuersis promissionibus, vel diuersa obsequia , singulis tamen vicibus quid modicum , peccaret mortaliter non implens in notabili quantitate , perinde ac si vnica promissione rem notabilem pollicitus non staret promissis. Quia omnes illæ promissiones numero diuersæ pertinent ad eandem iustitiæ obligationem, nec est simile de diuersis illis præceptis in festo concurrentibus,quia cum diuersæ omnino rationis sint, non possunt materiæ continuari , nec est idem in casu quem numero præcedenti tetigi,quando votum rei modicæ est in diei honorem, ac propositum est semper illud omittendi, quia votum numquam coniunctim obligat ad totam illam propositi materiam , eo quòd materiæ modicæ nunquam in eandem diem, idémve tempus confluant, sed transacta die quælibet cessat, & ideo cùm propositum feratur in illam, vt ex voto debitam, at ex hoc tantùm debeatur pro singulis diebus , & semper sub veniali, propositum non fertur in materiam grauem.At in nostro casu materia illa grauis ex diuersis votis consurgens eadem die obligat.ergo,&c.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam esse puto,& ita colligitur ex Suarez *de Relig.lib.*5. *de voto,cap.*5.*num.*11.*&* 12 vbi affirmat,si promisisti singulis horis eleuare mentem ad Deum , vel quoties Missam audires nihil leue ex illa omittere , etsi toto die non eleuares mentem ad Deum , & in pluribus Missis leue quid omitteres , numquam te peccaturum mortaliter,

Sup. hoc ex doctrina §. Sed quid resl. annot. præcedentis.

taliter, & reddit rationem, quia vna materia cum alia non obligatur, secus verò si promisisses recitare Officium diuinum integrè, & in prima omitteres Psalmum, in Tertia, & sic in singulis Horis, quia omnes illæ Horæ vnum Officium diuinum constituunt, & omnes illæ omissiones in vnum adunantur. An in supradicto casu illa vota non vniuntur in aliquo tertio, sed quodlibet ex illis est separatum & distinctum, ergo violatio vnius non potest augere violationem alterius. Neque obstat illa vota vniri in virtute Religionis, nam etiamsi omisisses Dominicis singulis Dominicam orationem recitare, & multis diebus omitteres, non peccares, quia esto omnes illæ recitationes aduersùs Religionis virtutem sint, quia tamen inter se non vniuntur, ideo grauiter virtus Religionis non læditur, sed omnia illa vota etsi sint vno die implenda, non tamen vniuntur inter se, sed ita distincta sunt ac si quodlibet illorum quolibet distincto die præstandum esset, quod exinde probatur, quia quodlibet votum in specialem reuerentiam & honorem alicuius Sancti, vel mysterij diuini factum est, in quo aliud votum non conuenit. ergo sunt inter se omnino disparata. ergo non peccas mortaliter, esto omnia illa omittas. & hæc omnia docet Castrus Palaus *t.1.tr.2.punct.9 § 4.n.11.* Vnde, vt dixi, vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XII.

pro prima diffic. huius tituli, & doctrina eius in res. seq. §. 2. ante medium, vers. Notandum,

An possit quis in materia leui vouere sub obligatione lethali?

Et quid est dicendum, si Confessarius pro mortalibus imponat leuem pœnitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare?

Et adducitur, quod quamtumcumque velit legislator ad mortale obligare si materia sit exigua, attentis circunstantiis, non obligabit ad mortale? Ex p.5.tr.5.Res.50.

Sup. hac diffic. & pœnitentia in to. 2.tr.6. res.6.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Fagundez *præc.2. lib.9. cap.3. num.15.* vbi sic ait. Sed quid si Confessarius pro mortalibus imponat leuem pœnitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? Respondeo in primis id nunquam esse de eo præsumendum, nisi fortè id exprimat, ac intimet pœnitenti; si tamen id intimet existimo sub mortali obligare; quia iam huiusmodi præceptum non habebit vim obligandi ex quantitate, & grauitate pœnitentiæ iniunctæ, sed ex intentione iudicis illud imponentis; sic qui vouit votum de re minima, aut iuramentum promissorium efficit de eadem re minima, non obligatur ad illius implectionem sub mortali, nisi se ex speciali intentione sub mortali voluerit obligare, totum enim id negotium pendet ex voluntate & intentione vouentis, & sicut actus humani intentionem agentium effugere non possunt, sic nec illam egredi. Ita ille.

Sup. his voto, & iuramento supra in res. 7. & 10.

2. Sed contrariam sententiam ego teneo, nam, vt docet Reginaldus *t.1 lib.15.c.6.n.42.* Sanchez *in sum. t.1. lib.1.c.4.n.4.* ex multis quantumcumque velit legislator ad mortale obligare, si materia sit exigua, attentis circunstantiis non obligabit ad mortale; & hoc est verum, siue materia leuis sit totalis materia legis, siue partialis, nam est eadem porportio, & ratio sicut in lege naturali idem reperitur, etenim lex non mentiendi, vt dixi, per se obligat tantùm sub veniali, & eodem modo obligat lex non furandi in materia leui, licèt in priori lege materia leuis totalis sit, in posteriori autè partialis, & solùm est differentia, quòd in priori lege obligatio est per se ex genere leuis, in posteriori verò solùm ex accidenti, & in tali indiuiduo; ergo idem cum proportione in lege humana obseruandum est. Et fortasse auctores relati pro prima sententia contrarium non

Sup. hoc in res. seq. § 2. ad medium, vers. sicutile-gislaror, & in tom. 6. tr.1. res.58. §. Itaque, & in to. 7. tr.1. res 131. §. Notandum est in principio. & ne deseras legere res. & §§. not. 2. dicti §.

sensserunt, cùm enim dicunt intentionem Legislatoris sufficere, intelligendi sunt de intentione rationabili & iusta, nam illa erit commensurata materiæ, & ideò si fuerit de obligatione sub mortali, supponet materiam capacem talis obligationis. Sicut communiter Doctores intelligunt dictum illud *l.1 ff. de const. Princ.* Quod Principi placuit, legis habet vigorem, vtique de placito rationabili & iusto. Hoc supposito sic argumentor. Legislator in materia leui non potest obligare ad mortale, sed votum obligat ad instar legis, vt docet Caietanus *in 2.2.q.88.art.3.* Sotus *de iust lib.7. quæst. 2.art.1.* Sanchez *in sum.tom.1.lib.4.cap.11.n.31.* Valentia *tom.2. disp.6. quæst. 6. punct.4.* & alij. Ergo neque vouens in materia leui potest se obligare ad mortale. Et ideo hanc sententiam docet in terminis Ioannes Sancius *in selectis disp.15.n.15.* Vasquez *in part.2.tom. 2.disp.158.c.4.n.34.* Sotus *de Iust.lib.7.q.2.art.1.* Ledesma *in sum. tom.2. tr.10.c.3.dub.2.* Et ego ipse cum Sanchez Societatis Iesu *in 3.part. tr.5.res.24.*

RESOL. XIII.

An si quis vouerit se quotidie recitare B. Virgini Pater noster, & Aue Maria, *vel vnum* Salue, *& per annum, v.g. non recitet, peccet mortaliter?*

Et notatur, quod in tali casu vouens istam materiam paruam, non potest se obligare sub mortali in recitatione dictæ materiæ leuis.

Etiamque aduertitur, quod doctrina præcitata quæstionis non valet in casu, quod vouisti singulis dare paruam eleemosynam, quia pluries omittendo istam paruam eleemosynam, si deueniisti ad materiam grauem, teneris ad restitutionem.

Etiamque infertur, an præceptum Prælati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem obliget sub solo peccato veniali, nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia, etiam leuissima obligare sub peccato mortali? Ex p.3. tr.5. & Misc.1. Rel.24.

§.1. AFfirmatiuè respondet Zumel *in part.2.quæst. 88. art.4. dub. penult.* Sayrus *in Claui Regia, lib.2.c.vlt.n.21.* Valentia *tom.3.disp.6.quæst.6.punct.4.* Malderus *in 2.2.tr.10.c.5.dub.4.quæst.1.in fine,* & Tannerus *in 2.2. disp.5. dub.3. num.38.* est enim hæc vna quædam vnius voti materia, eáque grandis.

2. Sed contrariam sententiam esse probabilem docet idem Tannerus, & illam tenet Sotus *de iust. lib.7. quæst.2.art.1.* Aragon. *in 2.2.quæst.88.art.3.* Ioannes de la Cruz *in direct.part.1. præc.2.art.2. dub.4.concl.1.* & notissimè Villalobos *in summa, tom.2.tract.34. disc. 3. n.3.* vbi sic ait. [Se infiere, que el que dexo de rezar todo el año vna *Aue Maria*, que hauia prometido de rezar cada dia, no llego à pecar mortalmente, porque muchos pecados veniales, no hazen vn mortal.] Igitur illæ paruæ materiæ non possunt coalescere in vnum, & efficere notabilem quantitatem materiæ magnæ. Notandum est etiam, quòd in tali casu vouens materiam istam paruam, non potest se obligare sub mortali in recitatione dictæ materiæ leuis. Sic Villalobos *vbi supra*, cui addit Sanchez *in summa, to.1 lib.4.c.12.n.6.* & alios penes ipsum, sicuti legislator non potest se obligare sub mortali in materia leui. Et ita docet Ioannez de la Cruz *vbi supra*; vnde infert præceptum Prælati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem obligare sub solo peccato veniali. nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia, etiam leuissima, obligare sub peccato mortali. Ita ille, quod tenet. Notandum est tamen doctrinam superiùs adductam non procedere in casu quo vouisti singulis dare paruam eleemosynam, nam si pluries omittendo istam paruam

paruam eleemosynam,deueniſti ad materiam grauem, teneris illam reſtituere,Sic Tannetus *in 2.2. diſp. 5. dub. 3. n. 50.* Ioan. de la Cruz, Villalobos, & omnes DD. *ſuprà* citati. Sed circa præſentem quæſtionem vide etiam Vaſquez *in p. 2. diſp. 146. c. 2.* Azorium *t. 1. lib. 11. c. 5. q. 3.* Suarez *de Relig. t. 2. lib. 5. c. 5. n. 10.* & alios penes ipſos,& nos *infrà*.

Sup. contenta in hoc & ſeq. 5. vſque ad notationem ſeq. in Reſ. præterita & in aliis eius primæ not. & pro parte eleemoſynæ in 3. eius vlt. not.

Sup. contenta in ſeptem primis lin. huius textus in Reſ. præterita lege à medio §. 2. verſ. in votis autem. & alias reſ. eius not. Et pro difficultate contenta à lin. 8 huius textus infra ex reſ. 18. lege §. Ex his. & alios §§. eius notationum & §. vlt. dictæ reſ. &c.

RESOL XIV.

An ſi per plures dies quis omittat votum leuis materiæ, v. g. Orationem Dominicam, vel dare paruam eleemoſynam peccet mortaliter?

Sed difficultas eſt in cognoſcendo, quando vouens cenſetur annectere obligationem ad diem, & quando non.

Ex quo infertur, an obligatio facta pro die vno prorogetur in ſequentem? Ex p. 5. tr. 5. Reſ. 53.

§. 1. DIſtinguit Sanchez *in ſum. to. 1. lib. 1. c. 4. n. 14.* & ait, ſi vota hæc quotidie recitandi modicum, aut modicæ eleemoſynæ erogandæ quotidie ſint in honorem diei, & temporis, tunc non eſt mortale, etiamſi vota hæc ſemper violenter. At ſi non ſint in diei honorem, ſed tantùm dies præfigatur vt terminus, ne vltra illum executio voti differatur, tunc licèt ſingulis diebus ſit omiſſio venialis tanquam rei modicæ omiſſio: at dum notabilem orationis, aut eleemoſynæ omiſſorum quãtitatem attingit, erit mortale. Ratio eſt, quia in priori caſu ſingulorum dierum lapſu extinguitur obligatio pro illis diebus, ac proinde materiæ illæ voti modicæ omiſſæ continuari nequeunt. At in poſteriori obligatio materiæ modicæ omiſſæ non extinguitur, ſed ſemper tranſit in alium, & alium diem, donec votum impleatur; quare materiæ illæ omiſſæ tanquam adhuc debitæ contineantur, ac proinde cùm materia omiſſa magna euaſerit, erit culpa lethalis.

2. Sed difficultas eſt in cognoſcendo, quando vouens cenſetur annectere obligationem ad diem, & quando non. Et Caſtrus Palaus *t. 1. tr. 2. diſp. 2. punct. 9. §. 4. n. 9.* reſpondet, quòd quoties aliquod motiuum in ſingulis diebus relucet, quale ſolet relucere in recitando quotidie Calculo virgineo, nullo modo cenſetur vouens in diem ſequentem prorogare obligationem, & in votis perſonalibus ita ſemper eſt intelligendum, dum aliud non conſtat, vt benè dixit Sotus *lib. 7. de Iuſt. q. 2. art. 1. col. 4. verſ. concluſio ergo.* Aragon. 2 2 *q.* 88. *art. 3. paulò poſt princ. concl. 3.* quapropter Suarez *lib. 5. de voto, c. 5. n. 12 & 13.* & alibi ſæpe, dicit rarò contingere in votis perſonalibus obligationem factam pro vno die in ſequentem prorogari, in votis autem realibus faciliùs poteſt præſumi intentio prorogandi obligationem, eò quòd videatur non ſolùm attendi religioſum ſeruitium, ſed etiam neceſſitatis alicuius remedium, quod ſemper habet eamdem opportunitatem. Quapropter Medina 1. 2. *qq.* 88. *art. 4. ad* 4. Ledeſma *t. 2. ſumma tr. 10. c. 3. dub. 1.* & multis relatis. Garcia *de beneficiis 3. part. c. 1. n. 171.* ſentiunt in votis realibus obligationem in ſequentem diem ſemper prorogari; credo tamen ſic præſumi, dum aliter non conſtat, conſtaret autem ſi in honorem Dei Genetricis promiſſa eſſet eleemoſyna danda ſingulis Sabbatis, vel in eius feſtiuitatibus, non enim ad ſequentes dies tranſiret, ſed eodem modo iudicandum eſſet de tali eleemoſyna, ac de ieiunio, tunc promiſſo. Huc vſque Caſtrus Palaus. Et iuxta ſuperiùs dicta interpretanda & intelligenda ſunt ea, quæ docui *in 3. part. tr. 5. reſol. 24.*

Sup. hoc refertur in ſeptem primis lin. Reſ. hu. & infra in Reſ. 35. §. Sed ad medium, verſ. Quæ, & quamuis pro penitentia à Confeſſario iniuncta 10. t. tr. 6. lege doctrinam Reſ. 40. &c. Et idem eſt de ieiunio promiſſo. Et Reſ. ſita in vlt. lin. huius Reſ. nunc eſt Reſ. antecedens.

RESOL. XV.

An vouens omnibus circunſtantiis attentis, dubius ma-

uens, an votum emiſſum ſit intuitu temporis, teneatur adimplere, v. g. vouit quis ieiunaturum, vel Miſſam auditurum certa die pro animabus Purgatorij; atque à Deo, eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare, Miſſam audire, Communionem facere, &c? Ex part. 3. tract. 5. & Miſc. 1. Reſ. 26.

§. 1. HÆc quæſtio eſt ſatis practicabilis, v. g. vouit quis certa die ieiunaturum pro animabus Purgatorij, atque eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare? Reſpondent aliqui negatiuè, ſi vouendi intentio fuit cum dependentia à tali die ob peculiarem rationem; ſecus autem, ſi fuit ſimpliciter propter ieiunium, & deinde ſpeciatim tali die. Difficultas verò eſt, quando vouens dubitat, an emiſerit votum cum hac, vel illa intentione; & in tali caſu teneri ad votum putat Azorius *tom. 1. lib. 11. c. 15. q. 21.* quem ſequitur Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 4. cap. 14. n. 31.* & rationem adducit, eo quòd obligatio voti ſit, & ſic votum eſt in poſſeſſione.

2. Sed, mihi contraria ſententia placet, quam tuentur Caietanus *in 2. 2. q. 88. art. 22. in fine,* & nouiſſimè Paulus Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. c. 2. n. 3.* nam votum in dubio ſtrictè interpretandum eſt.

3. Ad argumentum verò Sanchez reſpondetur, quòd licèt ita vouens ſit certus, ſe, v. g. ieiunium, vel Miſſam vouiſſe tali die, dubius tamen eſt, an abſolutè, ſeu independenter à tali die ieiunium, vel Miſſam vouere intendit. Ergo in tali dubio pro liberrare ipſius vouentis præſumendum eſt.

RESOL. XIV.

An qui vouit ſe aliquid facturum, ſi alius ſibi conſuluerit, teneatur ad votum ſi imprudenter is, qui conſulitur, rem promiſſam conſulat?

Sed quid eſt dicendum in ſequenti caſu; an facias contra votum de Religione ſumenda ſub conditione paterni conſenſus, ſi de facto procures precibus & rationibus, ne conſentiat?

Et quid ſi per vim & fraudem conſenſus impediretur? Idem eſt, ſi votum ſub alterius conſilio eſſet emiſſum? Ex p. 9. tr. 8. & Miſc. 3. Reſ. 4.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Sanchez *in ſumma, to. 1. lib. 4. cap. 23. num 56.* & poſt illum Fagundez *in Decal. tom. 1. Præcep. 2. lib. 2. cap. 30. num. 18.* vbi ſic ait: [Denique, ſi veritate ſyncerè narrata, ille contrarium conſuluit, ſiue prudenter, ſiue imprudenter, & ex ignorantia conſuluerit, liber manet vouens à voti obligatione, quia defecit conditio. Et è contrario, ſi imprudenter rem promiſſam conſuluerit, manet obligatus voto: quia ille non ſe obligauit ad alterius conſilium ſequendum in eo caſu, quod eſſet conforme prudentiæ; ſed ad id, quod ipſe conſuluerit, qualitercunque conſuluerit; nec ſe obligauit ad aliud, niſi ad huius conſilium petendum, & ſequendum: & quamuis ſemel præſtitum, illud poſtèa renocet, nihil proderit: quia de primo conſilio ea conditio intelligitur: ſicut conditio, ſi alter voluerit, intelligitur de prima voluntate, vt *ſuprà* diximus.] Ita ille. Sed hanc ſententiam putat Trullench *in Dec. t. 1. lib. 2. c. 2. dub. 17. n. 27.* tenendam eſſe, quando conſtat de intentione vouentis: nam, ſi non cõſtat, exiſtimat, virtualiter tantùm ſe obligare ad ſequẽdũ conſiliũ, ſi prudenter datũ ſit; ſecùs autem minimè.

Sup. hoc lege infra doctrinam reſ. 34. & 35. ſig. anter inter medium & finem, §. 2. quamuis non dicat plene ſup. hoc.

2. Sed, quid dicendum, an facias contra votum de Religione aſſumenda ſub conditione paterni conſenſus; ſi de facto procures precibus & rationibus, ne cõſentiat? Reſpondeo, contrà votum non eſſe: quia hæc conſenſum paternum abſolutè non impediunt; ſiquidem illum liberum ad conſentiendum relinquunt. Eſſet autẽ

contra votum,si per vim,aut fraudem consensus impediretur. Sic docuit Suarez *tom.2. de Relig.lib.4. de voto,cap 17.& 18.* Layman *lib.4.tr.4.cap.6.concl.2.* Sanchez verò ait,peccare te contra votum,si petas a patre ne consentiat. Sed non placet, quia hæc petitio, patris voluntatem non cogit, ac proinde non impedit eius liberum consensum,sub quo, tanquàm sub conditione,Religio promissa est.Et ita docet Castrus Palaus *tom.3. disp.1. punct.17. n.8.* qui idem putat, si votum sub alterius consilio esset emissum.

RESOL. XVII.

An in dubio, vtrum materia voti sit bona, aut mala, teneatur quis illud adimplere ?

Et quid si essent opiniones circa hanc bonitatem,vel malitiam ? Ex part.4. tr.3. Res.13.

§.1. Absolutè loquendo in tali casu votum obligare ad sui obseruationem,vel non transgressionem, ac proinde non posse vouentem contra id votum operari sine legitima dispensatione, docet Suarez *de Relig.tom.2.lib.4.cap.6.n.12.* Filliucius *t.2. tr.26.c. 3.n.90.* Faustus *in thes.Relig.lib.1.quæst.18.* quia ad valorem voti duo necessaria requiruntur, primum vt homo velit se obligare : secundum est vt Deus acceptet; quando ergo quis est dubius de honestate materiæ, non est dubius de valore voti ex parte suæ voluntatis, sed est dubius ex parte Dei acceptantis. Ergo cùm homo de voluntate sua sit certus, tenetur procurare vt de diuina acceptatione certior fiat ; tenetur ergo consulere Pontificem vt in eo dubio vel dispenset, vel interpretur.

2. His tamen non obstantibus Sanchez *in summa t.1.lib.4.c.6.n.6.* putat absolutè quòd quando dubium est,an materia voti bona sit vel mala,votum non obligat.& hanc sententiam tenet etiam Sotus *lib.7. quæst. 1.art.3.* & Castrus Palaus *t.1.disp.3.punct.12.n.2.* Bonacina *de voto q.2. punct.4. §. 2. n.5.* & quando essent opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam,fas erit quamcunque amplecti, etiam minus probabilem ; sed licèt hæc opinio affirmatiua sit probabilis, negatiuam tamen,quam docet Suarez,puto probabiliorem.

RESOL. XVIII.

An dubius de voto, & iuramento teneatur illa adimplere ?

Et an qui certus est se emisisse votum Religionis, si dubius sit an Religionis in communi, vel huius in particulari,possit quamlibet ingredi ?

Et quid dicendum est, si quis certus est, quod vouerit se non accessurum ad aliquam fœminam,& dubitat,num de accessu fornicario, vel vxorario senserit, an teneatur abstinere à nuptiis ?

Et aliqua alia in textu huius Resolutionis inferuntur,& docentur, circa votum dubium castitatis, Religionis, Rosarij recitationem, &c.

Et tandem quæritur, dubius an habuerit voluntatem se obligandi voto,quid faciendum Ex p.4.tr.3.Res.10.

Sup. hoc in Res. seq. Et aduerte quod doctrina huius & seq. potest applicari multis quæstionibus huius tract. Imo

§.1. Affirmatiuè respondet Basilius Pontius *de matr. lib.10. c.15. n.3.* Pesantius *in 1.2. D. Thomæ quæst.19.art.6.disp.3.* Vasquez *in 1.2. disp.165. cap.3. & fine.* Azorius *tom.1.lib.2.cap.19.quæst.10.* Sayrus *in claui regia lib.1. cap.13. num.36.* Antonius Perez *in Laurea Salaman.certam 10. scholast. dub.2.num. 132.*& nouissimè Turrianus *opusc.10. disp.1. dub.1.& de cens.lib. 8. disput.57. dub.5. ad 3.arg.* & hanc sententiam tenet Petrus Cornejo *in 1.2. D.Thomæ tract. 8.quæst.19.disput.4.dub.2.num.2. & dub.3. num.6.* cum Salas *in 1.2. tract.8.disput.vnica,sect.17.num.162.& sect. 25. num. 252. & 253.* cum hac tamen limitatione , quando in voti adimpletione non est magna incommoditas , seu difficultas , quia in dubiis tutior pars est eligenda , nec iuuat possessio extra materiam iustitiæ.

2. Sed contrariam sententiam absolutè tenendam esse puto,quam tenet Malderus *in 1.2.D.Thomæ quæst. 19.art.5.disput 87.* Villalobos *tom.1.tract.1. difficult. 21.num.2.* Faustus *in thes.relig. lib.1. quæst.23. num.4.* Layman *lib.1. tract.1. cap.5. §.4. num.3.* Sanchez *de matrim.tom.1.lib.1.disput.9.num.11.& in summa t.1. lib.4.cap.1.num.16.* Suarez *de censur. disput.40. sect.5. num.15.* Rebellius *t.2. lib.1. quæst.3. sect.2. num.10. & 11.* Reginald. *tom.2. lib.18.num.176.* Henriquez *lib.8. cap.45. num.3. in glossa litt. P.* Filliucius *tom.2. tract.21. cap.4.num.165.* Auila *de cens. part.7. disp.2. dub.5.concl.2* Fagundez *1.2.lib.2.cap.1. num.10.* Aluarez *in 1.2. quæst 19. art.6. disp.79. num.5.* Sotus *de iust.lib.7. quæst.3.art.2.* Medina *in summa lib.1.cap.14. §.7.* & alij penes ipsos. Ratio est , quia in nostro casu nulla est possessio pro voto , vel iramento , sed tota pro libertate voluntatis,& hanc opinionem veram esse puto contra Garziam *de benefic.tom.2.part.7.cap.2. num. 26.* non solùm quando votum est affirmatiuum de aliquo opere faciendo,sed etiam si sit negatiuum de non faciendo , tunc enim in dubio neque obligat votum,vt rectè obseruat Merolla *tom.1. disput.3.c.3.a.rollar.2.num.83.*

3. Ex his infertur primò certum se emisisse votum Religionis , & si dubium sit an Religionis in communi , vel huius in particulari , posse quamlibet ingredi, quia possessio extat pro libertate. Secundò infertur, qui certus est quòd vouerit se non accessurum ad aliquam fœminam,& dubitat num de accessu fornicario, vel vxorario senserit , non tenetur abstinere à nuptiis, quia possessio stat pro libertate. Ita Sancius *in selectis disp.43.n.3. & 4.* qui citat alterum Sancium *de matr. tom.1.lib.2. disp.41. num.33.*quibus ego addo Petrum Cornejo *in 1.2. D. Thomæ tract. 8. quæst.19. disput.4. dub. 2.* Tertiò infertur , si quis certus est se vouisse castitatem aut perpetuam , aut temporalem, & est omnino verborum voti immemor , sed tantùm certum est se alteram promisisse,ad solam temporalem,quæ minor est tenetur ; secus autem si memor sit verborum voti, vt,v.g.voueo castitatem,nam hæc verba perpetuitatem quamdam important.Ita Sanchez *in summa tom.1.lib. 4.cap.13.nu.16.& seq.* Quartò infertur contra Nauarrum *lib.3.consil. tit.de voto, in prima edit.consil.16.n. 2.& in posteriori consil.26.n.2.* eum qui vouit Religionem,dubitat autem vtrùm vouerit se professurum,non teneri ad professionem.Ita Suarez *de Relig.tom.2. lib. 4.c.8.n.7.* qui *n.5.* tenet etiam quòd si quis vouit quotidie dicere Rosarium , dubitat autem postea an per Rosarium intellexerit integrum Rosarium,vel tantum tertiam partem eius , potest eligere tertiam partem , quia etiam tertia pars Rosarium Virginis appellatur,& obligatio cùm sit dubia, stricte interpretanda est.

4. Notandum est tamen hîc obiter,quod Alphonsus de Leone *in tract.de potest. confess. part.1. recollect.17. conclus.8.n.93.* docet, quòd dubius an habuerit voluntatem se obligandi voto , etiam interpretari potest , se non habuisse talem voluntatem, quia fauendum est libertati,& citat Rebellium *part.1. lib.2. quæst.14.* Sed dictus Rebellius nec ibi,nec alio loco hanc sententiam tenet,& mihi non placet, nam quando aliquis est certus de voto , sed dubitat an habuerit animum se obligandi , tunc possessio non est pro libertate voluntatis, sed pro voto, vt post alios docet Merolla *vbi supra to. 1.disp.3.cap.3.n.83.* ergo,&c.

RESOL.

RESOL. XIX.

Fuit olim mihi magna altercatio cum quodam Confessario, qui nolebat absolutionem impendere cuidam viro nobili, qui dubitabat, vtrum emiserit votum B. Virginis Lauretanæ, & per multum tempus non adimpleuit, neque adimplere volebat. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 45.

Sup. hoc lege §. 1. & 2. præcedentis res.

§. 1. PRo dicto Confessario non desunt Authores, neque rationes. Nam Vasquez *in p. 2. q. 19. 2. 6. disp. 65. c. 3. & disp. 66. c. 1.* Azor. *p. 1. lib. 2. c. 18. q. 4. & lib. 11. c. 5. q. 2.* Ioan. Salas *in p. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 17. num. 162.* Saytus *in Claui Regia lib. 1. c. 13. n. 9. & 36.* & nouissimè Turrianus *in 2. 2. tom 2. disp. 64. dub. 11. num. 6.* asserunt in hac materia meliorem non esse conditionem possidentis: ducuntur primò, quia aliàs nullum præceptum obligaret in dubio, cùm semper possidentis libertatem conditio potior esset. Secundò, ex *cap. ad audientiam, & cap. significasti el secundo*, vbi decernitur dubitantem dubio facti, nempe an homicidium commiserit, censendum esse irregularem.

2. Sed opinio contraria, tanquam probabilior tenenda est, & illam sequuntur Coninch. *de Sacr. disp. 34. dub. 10. num. 86.* Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 2. disp. 41. n. 32. & in sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 11.* Suarez *in 3. p. tom. 5. dip. 40. sect. 5. n. 14. & sect. 6. n. 8.* Rebellius *de oblig. iust. p. 2. lib. 1. q. 2. sect. 2.* Henriq. *lib. 14. c. 4. n. 4.* & alij apud Sanchez *vbi suprà.* Ratio est, quia possessio est titulus vniuersalis omnibus virtutibus, eo modo quo aliqua pars potentialis iustitiæ, vt obedientia Dei transcendit omnes virtutes. Ergo si suffragatur in materia iustitiæ, etiam debet suffragari in materia aliarum virtutum. Et sic expresè in dubio voti sentiunt Sotus *de iust. lib. 7. quæst. 3. art. 2.* Medina *in sum. lib. 1. c. 14. §. 7.* Lop. *in instr. p. 1. c. 45. §. dubitas de voto.* Rodriqu. *in sum. tom. 2. c. 49. n. 5.* Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 11. n. 5. & lib. 8. de Eucharistia, c. 45. n. 3. in glossa littera P.*

Sup. hoc sunt in tr. 2. Res. 2. & in tom. 1. tr. 2. Res. 46. §. Vna secundo. & in to. 3. tr. 5. Res. 4. prope finem, à vers. Quæ qui. dem regula.

3. Ad argumenta contraria respondetur. Ad primum, negatur sequela, quia aliquando possessio est pro præcepto, & tunc in dubio obligat; v. g. constat de lege, vel præcepto: dubium autem est, an si in aliquo casu, ratione necessitatis, aut alterius circumstantiæ occurrentis eximatur aliquis ab obligatione, tunc tenetur ad obseruationem præcepti, quia lex tunc possidet, & ita dicendum est de voto in simili dubio. Ita Medina *in p. 2. q. 96. art. 6. ad fin. propos. 3.*

4. Ad secundum respondetur, quòd in dictis capitibus dicitur esse tutiorem partem eligendam, non quia in omni casu sit eligenda, sed solùm in his casibus, in quibus superior præceperit esse eligendam; & sic illa capitula non faciunt contra nos, quia cùm irregularitas sit ex iure humano, placuit Pontifici in ordinum reuerentiam, vt in hoc dubio, ab ipsis abstineretur, non obstante possessione.

RESOL. XX.

An qui omnino non dubitat, sed magis in eam partem inclinat, vt votum emiserit, teneatur illud adimplere? Et an in supradicto casu non integrè, sed ad partem pro ratione huius maioris propensionis teneatur? Idem est de dubitante in materia iustitiæ. Ex part. 4. tr. 3. Res. 12.

§. hoc in §. 1. seq. &

AFfirmatiuè respondet Rebellius *part. 2. lib. 1. quæst. 2. sect. 2.* & Filliucius *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 165.* & hunc teneri voto non integrè, sed ad partem, pro ratione huius maioris propensionis, docet Sanchez *de matrimon. tom. 1. lib. 2. disputat. 41. num. 24.* & ratio est, quia maior inclinatio compensat sufficientem excessum possessionis, quam alter habet.

Infrà Res. 23. §. Nota etiam, & in to. 1. tr. 3. ex doctrina ves. 118. §. 1. ad medium. vers. Confit matur.

2. Verùm ego contrariam sententiam teneo cum Garsiâ *de benefic. tom. 2. part. 7. cap. 2. num. 23.* Lorca *in 1. 2. D. Thomæ disp. 38. membr. 3.* Fernandez *in exam. Theolog. moral. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 31.* Castro Palao *tom. 3. disp. 3. punct. 9. num. 2.* asserentibus in tali casu dubitantem absolutè non teneri ad votum; & ratio est, quia licèt pro voto fortiores vrgeant rationes, ita vt homo possidens libertatem in eam partem magis inclinet; si tamen non sunt adeò efficaces, vt illius partis assensum generent, sed rem adhuc relinquant dubiam, certa alterius possessio huic inæqualitati præponderat. Et ita se retractans hanc sententiam tenet etiam Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 36.* Et idem de dubitante in materia iustitiæ docuit Vasquez *in 1. 2. disp. 66. cap. 7. n. 42.* & Salas *in 1. 2. tom. 2. tr. 8. disp. 1. sect. 23. n. 231.* vt infrà videbimus.

Infrà in Resolutionibus, quæ hic sunt infra in tr. 7. res. 40. 42. 43 & 44. & signanter in res. 2. not. præteritæ, in fine eiusdem §. & in aliis eius not. pro hac diffic.

RESOL XXI.

An aliquis, qui non æque dubitat, sed magis in eam partem inclinat, vt votum emiserit, an inquam propter istam sufficionem voti teneatur ad illud adimplendum, non integrè quidem, sed ad partem pro ratione huius maioris propensionis? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 9.

Sup. hoc in Res. præteritæ, & in aliis eius primæ not.

§. 1. PRima opinio Filliuc. *in quæst. mor. tom. 2. tr. 22. c. 4. n. 165.* & Fernandi Rebellij *de obligatione iustitiæ, p. 2. lib. 1. quæst. 2. sect. 2. n. 10.* vbi absolutè asserit, quòd si quis ita dubitet, vt tamen verisimilius sit, votum fuisse emissum, tenetur sub mortali illud seruare; & hoc, ait, à nemine negatur.

2. Secunda opinio est Sanchez *de matrim. to. 1. lib. 2. disp. 41. n. 34.* vbi ait, quòd si quis non dubitet, sed opinetur, se voluisse, ita vt magna sit determinatio iudicij ad hoc, tenetur ad votum adimplendum; si verò fuerit mediocris, diuidendam esse rem promissam, sicut de possidente rem opinatur, aut magis propendet esse alienam, diximus teneri diuidere, pro dubij qualitate, quia maior iudicij determinatio etiam cum formidine, sufficienter compensat excessum possessionis, quam alter habet. Hæc ille, & alij.

3. Sed re meliùs considerata (& hæc si tertia opinio, cui tanquam probabiliori adhæreo) postea *in Decal. t. 1. lib. 1. c. 10. n. 36.* mutauit sententiam, & simpliciter docuit sic dubitantem ad nullam voti partem teneri, & absolutè non esse obligatum ad illud votum; & vltra Sanch. ex parte, & Salas, quem ipse citat *in p. 2. q. 21. tr. 4. disp. vnic. sect. 25. n. 254.* tenet etiam nouissimè hanc opinionem Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 1. c. 6 §. 2. n. 4.* & Martinus Bonacina *tr. de leg. disp. 2. q. 2. punct. 2. num. 18.* vbi asserit, quòd quando dubium est inæquale, ita vt dubitans magis propendeat in hanc partem, vt credat se votum emisisse; iudicandum esse in tali euentu in fauorem dubitantis. Ratio huius sententiæ est ista, quia possessio certa prævalet rationibus inducentibus in partem oppositam, sed non generantibus assensum.

4. Quid sentiam, dicam breuiter. Omnes istæ tres opiniones sunt probabiles, & tutæ in praxi: vnde non bene asserit Rebellius, suam opinionem à nemine negari: & immeritò dixit Salas opinionem Rebellij esse falsam.

RESOL. XXII.

An qui certus est de animo, & intentione iurandi dubitat tamen de intentione se obligandi, teneatur ad iuramentum?

Et an iurans cum animo iurandi, non tamen se obligandi, teneatur ad iuramentum?

Ea pro praxi supradictæ difficultatis adducuntur in exemplum aliqua alia diuersa quæstiones circa votum, & iuramentum, & intentionem se obligandi. Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Res. 17.

Sup. hac doctrina infra in res. 53. significanter prope finem, vers. sed qui iurat, & vide alium vers. not. 1. dictæ res. & legesupradoctrinam res. 5.

§. 1. NOn desunt Doctores asserentes, iurantem cum animo iurandi, non se tamen obligandi, teneri ad iuramentum. Ita Aragon. *in 2. 2. quæst.* 89. *art.* 7. Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 2. de iur. cap. 7. num. 21. & seqq.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 42. dub. 8. num. 38.* Sayrus *in Clavi Reg. lib. 5. c. 6. num. 8.* Sotus *de iustit. lib. 8. quæst. 1. art. 7. ad 4.* Caietanus *in 2. 2. quæst.* 89. *art. 7. ad 4.* Guttierrez *in can. qq. lib. 2. c. 22. n. 31.* Valentia *tom. 3. disp. 3. quæst. 7. punct. 4.* & alij. Quia, si habens intentionem non se obligandi, non maneret obligatus, nullo modo esset mortalis periurij reus habens animum non implendi: hoc autem non est dicendum: ergo. Deinde substantia iuramenti non consistit in intentione, & voluntate se obligandi; sed in intentione, & voluntate iurandi: quare, si quis vult iurare, necessariò vult se obligare.

2. His tamen non obstantibus, alij asserunt, quòd qui iurat animo iurandi, non tamen se obligandi ad tale iuramentum; præcisè, & ex vi, ac religione iuramenti, ad illius obseruationem non obligatur. Ita Sanch. *in Summa, tom. 2. lib. 3. cap. 10. num. 8.* & alij penes ipsum, quibus adde Fagundez *in Decalog. tom. 1. præcept. 2. lib. 2. cap. 9. num. 9.* Quia qui iurat cum animo iurandi, & non se obligandi, reuerà non iurat; & licèt putet se iurare, fallitur omninò, & vulgariter tantùm id dici potest iuramentum, non verè: nam iuramentum de futuro, si quod est, obligatorium est: vnde cùm ipse expressam habeat intentionem non se obligandi, si putat se iurare, fallitur. Secundò, quia promissio, & votum factum animo vouendi, & promittendi, non tamen se obligandi, non obligat: ergo neque iuramentum eodem modo factum obligabit; quamuis enim ex promissione, & voto naturaliter, velit, nolit vouens, ac promittens, oriatur obligatio; hoc tamen est supposito valore promissionis, & voti: ille autem, qui promittit, & vouet cum animo promittendi, & vouendi; sed cum animo expresso se non obligandi reuerà non vouet, nec promittit, nec validum votum, aut promissionem facit; quia apponit conditionem contrariam essentiæ ipsius voti, & promissionis. Vnde nihil vouet, nec promittit, & si putat se vouere, decipitur: per secundam enim intentionem non se obligandi, destruit intentionem vouendi. Similiter ergo dicendum erit in iuramento promissorio, cùm fere in omnibus rebus sequatur naturam promissionis: sicut si Princeps legem faceret nolens per eam populum obligare, specie quadam, & nomine tantùm lex esset; re tamen non vera lex non esset; lex enim, si qua est, obligatoria est.

Sup. hoc supra in res. 18. §. vlt. & infra in res. seq. §. etiam vlt. & rectanter in aliis §. eius not.

3. Verùm etiam stando in hac posteriori opinione, dicendum est in casu proposito huius Resolutionis, quòd licèt qui iurat, aut vouet, animo iurandi, & vouendi, non tamen se obligandi, non teneatur ad votum, & iuramentum; tamen quando certus est, se voluisse iuramentum, & votum emittere, & dubitat, an se voluerit obligare, necessariò obligandus est ad tale votum, aut iuramentum: quia obligatio moralis prædicti voti, & iuramenti, moraliter resultat ex voto, & iuramento, hoc est, ex intentione vouendi, & iurandi, nisi aliunde per expressam voluntatem non volendi se obligare ad tale votum, aut iuramentum impediatur, vt probauit Fagundez *loco citato.* Hic autem non impeditur talis obligatio per talem voluntatem expressam: quia de illa, facta bona diligentia, dubitatur, quare necessariò dabitur moralis obligatio, nisi tamen quis aliàs solitus sit iurare, & vouere sine animo se obligandi ad tale iuramentum: quia tunc censendus est noluisse se obligare. Et hæc omnia à fortiori procedunt in sententia Doctorum, *vbi supra* asserentium, eum, qui iurauit, vel vouit cum intentione iurandi, vel vouendi, & sine intentione se obligandi, eo ipso manere obligatum ad tale votum, & iuramentum. Vnde docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. de voto, cap. 8. num. 6.* cùm quis absolutè promisit castitatem, & dubitat de intentione vouendi, standum esse verbis, & obligandum ad seruandam castitatem integram; nisi coniecturas habeat, quæ sufficiant ad ferendum probabile iudicium, quòd intentio non fuerit adæquata verbis. Et idem iuxta Sanchez *tom. 2. Decalogi, lib. 4. cap. 1. n. 16.* & *lib. 3. cap. 10. num. 10.* dicendum est etiam, quando quis certus est, se fecisse votum, & iuramentum; dubitat tamen, omnibus perpensis, an sciret inde obligationem consurgere: quia eo ipso, quòd certus est de voto, & iuramento, debet esse certus de obligatione, cùm hæc moraliter resultet ex illa, & non pendeat à scientia vouentis. Et cum Sancio consentit Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 7. n. 18.* vbi dicit, eam ignorantiam non excusare: quia, etsi ignorantia inuincibilis excuset ab obligationibus pendentibus immediatè, & directè à voluntate contrahentis; non tamen excusat à consequentibus naturaliter, aut moraliter à priori actu: quia tunc, velit, nolit agens, ea obligatio mortaliter, aut naturaliter resultat ex ipso actu, quando illam per contrarium actum non impediuit.

4. Notandum est etiam ex his primò, quòd si quis certus est, quòd verba iurandi, vel vouendi protulerit, dubitat tamen de intentione, qua illa protulerit, & an voluerit iurare, vel vouere, vel simulare; iuramentum tenet, & obligat. Ita tenet expressè Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 2. de voto, cap. 33. num. 4.* Secundò, si quis certus est, quòd aliquid se facturum, vel datum promiserit; sed per talia verba, quæ possunt habere sensum ambiguum, & de quibus dubitari potest, an contineant formam iuramenti, & dubius est de intentione, & significatione, qua illa dicere voluit, vt si dixit, per fidem suam: & dubitat de qua fide intellexerit, humanáne, an diuina, non obligatur ad tale iuramentum. Ita docet expressè Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuramento, cap. 33. num. 4.* Caietanus *1. 2. quæst.* 89. *art. 7.* Tertiò, si quis certus est de iuramento, & voto, & de intentione se obligandi; & facta diligentia dubitat, an quando illa emisit, habuerit intentionem implendi, extra controuersiam est, ad illa teneri. Ita Sanchez *tom. 2. Decalogi, lib. 3. cap. 10. num. 6.* & Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 2. de iuramento, cap. 7. num. 21.* Quartò si quis certus est de voto, & de intentione se obligandi, & adimplendi illud; dubitat tamen, an de facto iam illud adimpleuerit, tenetur, non obstante tali dubio, illud adimplere. Est communis. Ita Rebellus *de iust. part. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. numero 13.* Sanchez *tom. 1. Decalogi, lib. 1. c. 10. num. 36. fine, & num. 12.* & Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. cap. 33. num. 7.* Quintò, Gregorius de Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 6. punct. 1.* expressè asserit, non obligare iuramentum, aut votum factum cum animo iurandi, & vouendi & se obligandi, & sine animo implendi, exequendiue illud. Fundamentum illius est: quia, qui non habuit animum exequendi rem votam, promissam, aut iuramento, potest probabiliter existimare; se non habuisse verum animum promittendi, aut se obligandi: raro enim contingit dari

dari propositum se obligandi sine animo implendi, & simul cum animo, & proposito non exequendi: & ideo vbi de hoc animo, & proposito non exequendi constat,& animus promittendi est dubius, potest quis in hoc dubio conijcere defuisse quoque animum se obligandi. Tamen,his non obstantibus, dicendum est, quòd qui iuramentum, vel votum emisit cum intentione iurandi,& vouendi, & se obligandi, sed cum expressa intentione non implendi; nihilominùs ad iuramentum, & votum tenetur. Ita docet Suarez *tom. 2. de Religione,lib 1.de essentia voti,cap.4.n.2.* Guttierrez *lib.2 qq.canonic.cap 22.num 30.per multos,& lib.2. de iuramento,cap.7.num.21.* & Sanchez *tom 2 Decalogi, lib. 3. cap. 10. num. 5.* vbi dicit, hanc opinionem sibi certissimam esse. Et ratio est: quia per promissionem, & voluntatem se obligandi Deo, vel homini factam, acquirit promissarius ius ad rem, & per expletionem consequitur ius in re: ergo,quamuis promittens nolit tradere promissario rem promissam per votum; aut iuramentum, semper manet obligatus in conscientia ad illam tradendam. Deinde, quia, suscepit Ordinem sacrum, etiamsi non habeat voluntatem seruandi castitatem, imò cum expressa voluntate non seruandi illam votum emittit;nihilominùs tenetur ex voto illam seruare. Idem ergo est de promissione facta alicui cum simili proposito: nihilo enim minùs valida est. Idem etiam est de quocumque voto simplici. Quare, si quis habens intentionem verè vouendi castitatem, aut iurandi illam, & se ad eam per votum, aut iuramentum obligandi, etiamsi habeat intentionem non implendi, & non faciendi, quod promittit; illud votum; & iuramentum est validum,& obligans.

RESOL. XXIII.

An certus de voto, dubius autem de qualitate, teneatur ad strictiorem?

Et in corpore huius Resolutionis multi alij casus eursim adducuntur, in exemplum pro supra dicta difficultate, & sunt valdè notandi, quia quotidiani, sed iam ferè omnes in hoc tractatu in suis specialibus Resolutionibus magis latè sunt explanati. Ex p.3. tr. 6. & Misc. 2.Res.50.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 10.

§.1. REspondeo negatiuè; nam vbi agitur de obligatione inducenda, stricta interpretatio fieri non debet, vt habetur *in cap. 1. de iureiur. lib.6. & in l. quidquid adstringendæ, ff. de verb. obligat.* Hinc infertur primò quòd si quis vouit quotidie dicere Rosarium, dubitat tamen,an vouerit integrum,potest eligere dicere tertiam partem. Ita Suarez *de Relig. to. 2. lib.4. cap.8. n.5.* Secundò, qui vouit Religionem,dubitat tamen, an vouerit se professurum, potest non profiteri. Ita Suarez *vbi supra, n.7.* Bonacina *de voto q.2. punct. 5. n. 23.* & alij. Tertiò, si quis certus est se vouisse castitatem, aut perpetuam, aut temporalem, sed immemor est verborum, ad solam temporalem obligatur. Ita Sanch. *in sum.tom.1. lib.4. cap.13.n.16. & seq.* Quartò, si quis certus est de voto dandi Ecclesiæ aliquas tritici mensuras, dubitat tamen,an intellexerit de maioribus,vel minoribus, potest minores eligere ex consueris in eo loco. Ita Valent. *tom.2.disp.6. q.8.punct.4.* Molina *tom.1. disput.198. vers. vtrum vero.* Nauar. *comment.1.de regu.n.20.* nisi vt notat Sanch. *in sum.tom.1. lib.4. c.13. n.11.* aliqua sit ratio suadens verisimilius esse mentem vouentis præsumi fuisse obligandi se ad maiorem mensuram.

Sup. his tribus primis casibus supra Ref. 18 ex his. a medio vsque in finem supra secundo & tertio casu in Ref. 27.

Sup. hoc quarto casu in Ref. seq. §.2.

2. Vnde si quis voueret se largiturum Ecclesiæ calicem, non satisfacit si det æreum, vel stanneum, sed tenetur dare argenteum, vel aureum; nam in tali voto intelligitur calix aptus diuino cultui, & secundùm Ecclesiæ consuetudinem. Ita Azorius *tom.1. lib.11.c.20. 9.10.* Non tenetur tamen dare totum calicem argenteum, vel aureum;sed sufficit si sola superior cuppa argentea, vel aurea sit, quia talis calix est etiam aptus diuino cultui ex vsu multarum Ecclesiarum.Et tandem nota,quòd si quis voluit dare panem pauperibus, sufficit eis panem largiri pauperibus vsitatum, & non tenetur dare de puro tritico, nisi constaret de alia intentione vouentis. Et ita docet Suarez *de Relig. to.2. lib. 4.c.8.n 9.*

Sup. hoc in Ref. seq. §.2. in tom.4. Ref.6. Ref. §. vlt. ad lin.9. à vers. secundo qui vouit.

Et pro vltimo contento in hoc §. in Ref. seq. §.3.&c.

3. Notandum est tamen hîc obiter, contra Sanchez *in summa tom.1 lib.4.c.1.n.11.* quòd in dubio an expleuerit septennium, quando quis emisit votum, ad illud minimè tenetur, & ita docet Malderus *in 2.2. tr.10.c. 5.dub.1.*

Sup. contento in hoc § infra in Ref. 40.signanter in fine §.2.

4. Nota etiam contra Filliucium *tom.2. tr. 21. c.4. num.165* Rebellium *part.2. lib 1. q.2. sect.2 n.10. & 11.*& Sanchez *de matrim.lib 2.disp.41.n.34.* quòd qui omninò dubitat, sed magis in eam partem inclinat, vt votum emiserit, & sic suspicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius maioris propensionis. Et ita docent Sanchez se retractans *in summa tom. 1. lib. 1. cap.10. n.36.* Garsias *de benef.tom.2.part.7.cap.2. num.23* Fernandez *in exam. Theol.mor. part.1.c.2. § 2. n.4.* & alij,& ita alibi diximus de dubitante in materia iustitiæ cum Vasquez *in p.1. disp.66.c.7.n.42.* & Salas *in p.2 tom.1. tr.8. disp.1. sect 23. n. 231.* quæ omnia sunt valdè notanda, quia quotidiana.

Et pro contento in hoc §.Nota etiã, supra in ref. 20.& 21.&c.

Alibi infra in tr.7. Ref. 40. §. 2. ad lin. 5.& c. & supra in fine Ref. 20.

5. Et tandem nota, quòd si quis certus est se votum emisisse,v.g. castitatis, dubitat tamen an habuerit animum se obligandi, tenetur quidem seruare castitatem, cùm possessio stet pro voto: attamen quod est pro praxi notandum, tale votum non erit Pontifici reseruatum, quia cùm reseruatio sit odiosa, ad casus certos est restringenda. Et ita docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib.6.c.26.n.6.* cum Sanchez *in summa t.1. lib.4. c.40. n.26. & c.41. n.1.* Et hoc etiam dicendum est, si quis votum emisit post septennium, dubitat verò, an tunc vsu rationis præditus fuerit.

Sup. hoc supra in ref. 18 §.vlt.& in ref. 22. à §. Verum, & infra in ref. 40. recitatiuè § vlt.&c. Et pro vlt. diffic. huius ref. in dicto §. vlt. post medium.

RESOL. XXVI.

Dubius de quibus nummis,seu mensuris vouerit seu legauerit,ad quid teneatur?

Et ex doctrina prædictæ quæstionis in textu huius Resolutionis aliqui alij diuersi casus circa hoc explanantur,sæpius contingentes in praxi. Ex part. 4. tract. 3. Resol. 48.

§.1. SI quis certus est se vouisse, vel legasse Ecclesiæ,v.g.aliquas mensuras tritici, sed dubitat an intellexerit de maioribus, vel de minoribus mensuris, potest eligere minores ex vsitatis in eo loco, & ita dicendum est de nummis; & ita docet Rebellius *part. 1. lib. 2. quæst. 14. sect. 2. numero 10.* vbi sic ait. Si constet aliquem vouisse, vel legasse nummos, aut triticum, dubium verò sit, an id de maioribus nummis, vel mensuris intelligi debeat, ad minores dumtaxat debitor obligandus erit, quia de eis est certitudo, de maioribus verò est æquale dubium, provt de nummis decernit *l.nummis,ff.de legatis 3.* de mensuris verò *cap. ex parte, de censur.* & hic est sensus regulæ iuris; In obscuris minimum est sequendum, *de reg. iuris in 6.* Ita Rebellius. Et hanc sententiam tenet etiam Valentia *tom.3. disp.6. quæst.8.punct. 4. qu.3.* Azorius *tom.1. lib.11.c.20.qu.2.* & 10.Sanchez *in summa, tom.1.lib.4. cap.13.n.8.*& alij penes ipsos, nisi aliqua sit ratio suadens verisimilius esse mentem vouentis præsumi fuisse obligandi se ad maiorem mensuram. Vide etiam Layman *sect.5.tr.9.c.11.n.9.* Hinc.

Sup. hoc in Ref. præterita,§.1. prope finem, vers. Quarto, & quamuisnon plene sup. hoc lege tamen in t. 6. tr.8. ex ref. 41.§.Tertio.

2.Infer

Sup. hoc in Resol præterita §. Vnde, & in tom. 4 tr. 6 Resol 55. § 3. ad lin. 9.

2. Infertur primò, absolutè loquendo promittentem calicem Ecclesiæ satisfacere non dando aureum, sed argenteum; imò ego puto non esse necessarium, vt totus calix sit argenteus, sed satis est si sola superior cuppa sit argentea; quia talis calix est etiam diuino cultui aptus. Ita Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 3. n. 109.*

Sup. his duobus primis in Resol. præterita in tribus eius lin. primis & in 2. not. præteritæ.

3. Infertur secundò vouentem dare vinum ad vsum sacrificij Missæ, satisfacere non dando optimum, sed decentem pro tali vsu. Item si quis vouit dare triticum, non determinans, an optimum, vel malum; in hoc, & similibus euentibus satis est quæcumque qualitas, quæ censeatur sufficere ad veram operis promissi executionem, etiamsi infima sit. Vnde si quis vouit dare panem pauperibus, sufficit non dare ex puro tritico, vbi alius fuerit in vsu & pauperibus vsitatus. Ita & hoc vltimum exemplum dictum esse volo de mente Merollæ *n. 100.*

Sup. hoc in Resol. præterita, §. Vnde in fine, & in tom. 4. tr. 6. Resol. 55. §. 3. ad lin. 9.

RESOL. XXV.

Quando quis vouit virginitatem, dubitat vero, quid intenderit, perpetuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu venereo, ad quid teneatur? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Resol. 47.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Resol. 103. §. vlt.

§. 1. NOn obligari ad perpetuam castitatem, sed tantùm à primo coitu docet Portel *in dubiis Reg. verb. de voto simplici, in Addit. n. 50.* Et hanc sententiam tenet etiam Pater Vidal *in Arca Theol. mor. tit. de Voto Inquis. 5. n. 31.* qui probat hanc sententiam. Primò; quia in dubio voti eligendum est quod est minus, non quod est tutius: Secundò, in dubio censendum est votum non esse reseruatum, vt docet etiam Sanchez *in Sum. c. 44. n. 3. in fine.* ergo à pari in casu nostro potest cogitari, quod votum sit emissum pro prima tantùm vice: ideò, &c. Tertiò, ex eodem Sanchez, quando non meminit vouens verborum, intelligitur voluntas ligata ad id quod minus est: Ideò, &c. Quartò: quia verba accipienda sunt in proptia significatione, propriè vero significatur Virgo illa, quæ in primo coitu integritatem carnis non amisit. ergo, &c. Quintò; quia ex cap. *Ex parte, de Censib.* æquitas postulat, vt voluntariè oblata benigniùs exigantur.

2. Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ. Dico igitur vouentem virginitatem perpetuò seruare obligatum esse à qualibet venerea delectatione abstinere, etiam si semel, vel iterum deliquerit, quia sub nomine virginitatis censendus est castitatem promisisse. Qui enim virginitatem vouet, promittit nullam admissurum delectationem, qua integritatem sui corporis, & animæ amittere possit. Quod verò illam amiserit, per accidens est, & obligationem voti non minuit. Secus verò dicendum esset si expresè intenderet solùm se obligare ad vitandum primum actum venereum, & alios ex consequenti: Sed in casu dubio hæc intentio non est præsumenda: Sic multis relatis docuit Sanchez, *lib. 9. de Mat. disp. 33. n. 7. & lib. 4. de Voto, c. 21. n. 22.* Suar. *lib. 4. de Voto, c. 7. n 5. & 7.* Valent. *2. 2. disp. 6. q. 6 punct. 4. post medium, vers. Secundum quod notari debet.* quibus adde Cast. Palaum, *t. 3. disp. 1. de Voto, punct. 12. n. 7.*

RESOL. XXVI.

An dubius, vtrum vouerit castitatem independenter à Religione, teneatur illam obseruare? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 42.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Nauarrus *lib. 3. consil. tit. de voto, consil. 13. num. 2.* quia in dubio tenetur quis eligere partem tutiorem, & reputare se obligatum.

2. Verùm circa præsens dubium mihi placet opinio Sanchez *in summa tom. 1. lib. 4. c. 16. n. 114* sic distinguentis. Si ita vouens recordetur verborum, siue interiùs, siue exteriùs prolatorum, iudicandum est in dubio iuxta communem illorum intellectum; quare si in eis expressa sint castitas & religio, absolutè censebitur castitas promissa principaliter, & per se, ac independenter à Religione, quia cùm in dubio intentionis sint vota diiudicanda iuxta communem verborum sensum, hæc pars possidebit in hoc dubio; si verò sola Religio expressa sit, & dubitat vouens an se quoque voluerit ad castitatem obligare, tunc tenetur ad id quod minus est, & censendus omnino non obligatus ad castitatem, quia nulla est possessio pro illa, sed tota pro voluntatis libertate. Si verò quamuis sola Religio expressa sit, meminit suæ intentionis fuisse se obligare quoque ad castitatem, dubitat tamen an dependenter, vel independenter à Religione, existimo iudicandam obligationem dependenter à Religione; quia non tenetur vouens sequi semper quod tutius est, & in hoc dubio non video possessionem pro voto castitatis independenter à Religione, imò potiùs cum hac dependentia, cùm sola Religio expressa sit, & quando quispiam intendere se ad vtrumque velle principaliter obligæ, solet vtrumque exprimere. Ita Sanchez, & ego.

RESOL. XXVII.

Dubius, an promiserit solum ingredi Religionem, aut profiteri, an teneatur ad profitendum?
Et in corpore huius Resolutionis alij tres diuersi casus circa hoc decidũtur, & explanantur. Ex p. 4. tr. 3. Resol. 36.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nauarrus, Rodriquez, & Doctores asserentes absolutè in dubio vouenti amplectendam esse partem tutiorem, ne se infinitis gendi voti periculo exponat.

2. Verùm mihi contraria sententia placet. Dico igitur supradictum non teneri perseuerare in Religione, quia in dubio obligat votum ad id quod minus est, & ita in terminis docet Sanchez *in summa tom. 1. lib. 4. cap. 16. n. 86.* qui etiam *c. 13. n. 17.* optimè docet quod quando possessio non stat pro verbis voti, tenetur vouens in dubio ad id quod minus est: vt, *v. g.* si quis certus est se promisisse castitatem aut temporalem, aut perpetuam, & est omnino verborum immemor, sed tantùm certus est se alteram promisse, ad solam temporalem, quæ minus est, tenetur. Similiter si quis immemor omnino verborum voti dubitat an promiserit omnimodam castitatem, an coniugalem solam, tenetur ad hanc quæ minor est. Similiter si quis est certus se vouisse castitatem, aut Religionem, vel inter duas Religiones, an restrictiorem, aut minus strictam, dubitat autem vtram harum partium vouerit, tenetur ad minorem; quicquid asserat Azorius *tom. 1. lib. 11. c. 13. q. 9.* & Rodriquez cum Nauarro.

RESOL. XXVIII.

An qui emisit votum Religionis, satisfaciat, si habitum D. Ioannis assumat?
Et an satisfaciat si ordinem D. Iacobi, suscipiat?
Et an dicti Milites D. Ioannis sint verè Religiosi? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Resol. 36. alias 38.

§. 1. PRima facie videtur respondendum negatiuè non quia dicti milites non sint verè Religiosi

huius Resol. vide tr. 1. Resol. 11. & in num. 7. tt. 1. num. 99. §. 2. ante medium, à versic. verò, & in aliis multis earum annotat.

vbi falsò docuerunt Iacobus de Grassis *tom. 1. lib. 3. consil. 11. num. 14. de regular.* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. lar. gloss. 8. n. 57. & 65.* Mandosius *etiam in reg. 3. Canc. q. 11. n. 3.* Sarmiento *de redd. Eccl. lib. 4. q. 1. num. 13.* Cabedo *de patr. reg. Cor. cap. 15. n. 16. & 18.* Tallada *de visit. carcer. cap. 11. §. 4. num. 13.* & facit Abbas *in rubr. de reg. 6. num. 4.* Sylvest. *verb. Relig. 1. quæst. 1. verb. tertium Hospitalarij*, cum Soto *de iust. lib. 7. quæst. 5. art. 3.* Sed quia regulariter ille, qui vouit Religionem, intendit statum viuentium in communi, & alienum à tumultu, pompis, ac viris sæcularibus. Et ita docent Portel *in addit. ad dubia regul. ver. Religiosus, num. 4.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 16. n. 12.* Corduba *in summa quæst. 148.* Barth. à S. Fausto *in thes. relig. lib. 1. quæst. 187. num. 3.* Zecchius *vbi infrà*, cum aliis. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contrariam non minus probabilem esse puto, quam tuentur Aragon. *in 2. 2. quæst 88. art. 11.* Rodriquez *part. 2. cap. 97. num. 8.* & ex Societate Iesu Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 4. qu. 4.* & post illos Fernandez *in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. sect. 11. §. 18. num. 10.* Regius *in resol. casuum conscientiæ, cas. 53. num. 15.* & ex Dominicanorum familia Hieronymus Cenedo *de paupertate Religiosa, dub. 10. num. 6.* qui omnes asserunt, quòd si quis faciat votum Religionis, optimè satisfaciat voto, si Religionem Equitum D. Ioannis ingrediatur, nisi aliud cùm vouerit expresserit; quia dicti Equites sunt verè, absolutè, & simpliciter Religiosi, & more aliorum Religiosorum tria solemnia vota emittunt, sub regula ab Gelasio II. & Honorio IX. approbata, & in ipsis Bullis Pontificiis absolutè Religiosi appellantur. Et ideo hanc sententiam probabilem etiam vocauit Vecchius *in praxi Nouitiorum disp. 10. dub. 2. num 4.* & Barthol. à Fausto *vbi supra.* Nam contrariam, quam ipsi tuentur, vocant tantùm probabiliorem, & à fortiori, docet etiam nostram sententiam Basil. Pontius *tract. de impedim. matrim. causa 27. q. 2. §. 4.* vbi existimat votum de suscipienda Religione satis aliquem adimplere, si ordinem D. Iacobi suscipiat, & profiteatur in illo, ex confirmatione Alexandri III. quæ in stabilimentis eiusdem ordinis præmittitur, & non ex aliis litteris Pontificiis, quibus ea votorum professio, sub qua eum ordinem confirmauerat Alexander III. immutata aliqua ex parte sit. Et hæc opinio est valde notanda, quia est noua, & à viro sapientissimo emanata.

hoc supra in tr. 1. Resol. 11. §. pen. in fine, & in tom. 2. tr. 8. resol. 221. circa finem etiã in fine, sed vide eam Pereiram, & aliam eius Fernandez not.

hoc etiã in seminis mat. not. puncti, propè fi.

RESOL. XXIX.

An vouens Religionem absolutè, nil de exeundi libertate determinando, satisfaciat ingrediens, & postea exiens?

Et docetur, quæ causa sit legitima egrediendi à Religione; an sit sufficiens sola Religionis displicentia, & inuenire eam non gratam, & commodam sibi?

Et an satisfaciat voto, si ingrediatur Religionem, si postea culpa sua expellatur? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 25.

hoc in §. 1. tom. 4. tr. 3. de doctrina Resol. 101. §. 1. & lin. 5. & in principio §. & in to. 1. 2. resol. §. vlt. ante medium, à versic. Verum haec.

NEgatiuè respondet Caietanus *in 2. 2. quæst. vlt. art. 4. dub. 3.* Aragonius *in 2. 2. quæst. 88. art. 3. circa solutionem ad 2.* Valent. *tom. 3. disp. 6. qu. 6. punct. 4. quæstiunc. 4. ver. vnde rectè* Ledesma *in summa tom. 2. tract. 10. cap. 3. dub. 7. cas. 4.* Sotus *de iustit. lib. 7. qu. 1. art. 1. ad 3.* & alij asserentes talem non satisfacere voto retrocedendo ex sola libertate Nouitiis iure concessa, sed exigi iustam recedendi causam; & ideo si omnia in Religione grata inueniat, teneri sub mortali perseuerare, & si exeat teneri iterum ingredi. Vnde hoc est discrimen inter ingredientem Religionem cum voto, & absque illo, quòd ille mortaliter peccet, exeundo absque legitima causa; hic autem peccat venialiter. Et ratio huius opinionis est, quia materia huius voti est id, quod communiter intendunt Religionem ingredientes: at hi intendunt perseuerare inueniendo omnia grata; ergo materia huius voti est ingrediendi & perseuerandi in eo casu: ergo tunc non perseuerando minimè impletur.

2. Non desunt tamen, his non obstantibus affirmatiuam sententiam docentes, & ita ex veteribus docet Henricus de Gandauo *quodlib. 1. quæst. 19. & quodlib. 13. qu. 15.* & ex recentioribus alter Ledesma *in 4. distinct. 38. disp. 1. post 12. conclus.* & sapientissimus senex Nauarrus *lib. 3. consil. tit. de voto, in 1. edit consil. 19. & in 2. edit. consil. 25. per totum*, mordicus sustinet hanc sententiam, quia votum ingressus Religionis intelligitur ad experiendum eo modo, quo in iure statutum est, sed annus probationis iure conceditur, vt Nouitius Religionem experiatur cum omnimoda exeundi libertate, *cap. 1. & 2. de Regular. in 6.* ergo cum eadem libertate id votum intelligitur. Confirmatur hæc sententia ex alia doctrina Caietani *in 2. 2. qu. vlt. art. 4. dub 3.* Armillæ *ver. Nouitius, n. 10.* Couarruuiæ *de pactis 1. part §. 3. ad finem.* Nauarri *in manuali cap. 10. n. 47.* & aliorum asserentium causam legitimam egrediendi è Religione esse solam Religionis displicentiam, & inuenire eam non gratam & commodam sibi; sed authores negatiuæ sententiæ sano modo intelligant hos Doctores, scilicet non de displicentia omnino libera, sed cum passione, anxietate, tristitiáque animi, siue ea oriatur ex naturali aliqua causa, siue ex dæmonis tentatione, dummodo tempore notabili duret, vt integro mense, & conans ille expellere nequeat; atque tanta posset repentè anxietas animo Nouitij superuenire, statim suscepto habitu, vt rationabiliter crederet fore vt non posset Religionem tolerare, & sic iustam exeundi causam haberet. Ita Sanchez *in summ. t. 1. lib. 4. c. 16. n. 100.*

3. Sed quærendum est hic obiter, an quis censeatur satisfeciss e voto, si ingrediatur Religionem, verùm culpa sua postea expellatur? Affirmatiuè respondet Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 22. qu. 9. in fine.* quia id votum ad solum ingressum bona fide obligat; sed hoc à vouente adimpletum fuit; ergo voto satisfecit. Sed contrariam sententiam tenet Toletus *in summ. lib. 4. cap. 17. num. 12. & cap. 18. num. 2.* quia ille cuius culpa conditio non impletur, tenetur perinde ac si conditio impleta esset; sed in voto Religionis intelligitur conditio, si hic in Religione retineatur: ergo sua culpa non retentus manet perinde obligatus, ac si ingressus non fuisset, & ac si dimissus non esset, & ideo hæc opinio est probabilior.

4. Nota verò quòd in vno casu opinio affirmatiua Azorij apud me certa esset, scilicet quando talis mediocrem diligentiam adhibuit ad culpas suas corrigendas, & ad se Religionis instituto accommodandum, & ex infirmitate, prauisque habitibus, aut ex praua indole, qua præditus erat, non se ad Religionis instituta accommodauit, aut in eas culpas lapsus est; in tali, inquam, casu certum est etiamsi talis expellatur à Religione propter suos defectus, & ex sua culpa, voto satisfeciss e, nec ad aliquid ampliùs faciendum astrictum esse.

RESOL. XXX.

Quidam adolescens fecit votum non solum ingrediendi Religionem, sed etiam profitẽdi in quadam Religione, sed tempore Nouitiatus deprehendit eam sibi propter vitæ asperitatem, non esse accommodam, an stante voto profitendi, possit egredi? Ex p. 2. tt. 17. & Misc. 3. Resol. 10. §. 1. Cer

Sup. hoc cursim & recitanter in §. vlt. Resol. seq. & signanter in tom. 3. tr. 3 Resol. 100. per totam, & lege adhuc meliorem doctrinam in Resol. alia eius primæ not. & signanter in §. 1. prop. finem, vers. pero si fuzo voto. & in to. 3. tr. 2. Resol. 68. § 2.

§. 1. CErtamen hac de re mihi fuit cum homine amicissimo, & huius litteraturæ non indocto, nam ille mordicus negatiuam sententiam sustinebat, quam sequuntur hi omnes, D. Th. 2. 2. q. vlt. art. 4. & ibi Caiet. *dub.* 1 Valent. *tom.* 3. *disp.* 6 *q.* 6. *punct.* 4. Azor. *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 2. *q.* 8. Philiarch. *de offic. Sacr. tom.* 1. *p.* 3. *lib.* 5. *c.* 20. Nau. *c.* 12. *n.* 47. D. Anton. *p.* 3. *tit.* 16. *c.* 2. §. 5. Sanchez *in opere moral to.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 81. Bonac. *tr. de legib. disp.* 4. *q.* 2. *punct.* 5. §. 6. *n.* 22. & alij. Rationes quibus fulcitur hæc opinio, hæ sunt: nam qui vouet ingressum, & perseuerantiam in Religione, duo promittit: igitur non satisfacit solo ingressu, sed opus est, vt perseueret, & profiteatur, hæc enim est differentia inter votum ingrediendi, & profitendi in Religione. Nam qui vouit se ingressurum religionem, solùm videtur promittere, si in probatione deprehenderit eam sibi conuenientem, profiteri; vnde si bona fide iudicet propter ingenium suum inconstans, vel propter illius asperitatem, eam sibi minimè conuenientem, non tenetur profiteri. Sed qui vouit non solùm ingressum, sed etiam professionem, videtur se ita voluisse obligare, vt non possit egredi vllo modo, nisi tanta sit difficultas, vt censeatur intolerabilis, vnde votum cessaret ratione impossibilitatis.

2. At his minimè suffragantibus contrariam sententiam probabilem, & tutam in praxi esse iudico, quam sustinent ex Societate Iesu, Valer. Reginald. *in praxi, tom.* 2. *lib.* 18. *c.* 25. *n.* 383. Sotus *de iust. lib.* 3. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 5. Aragonius *in* 2. 2. *q.* 88. *a.* 1. 3. *verb. Est & aliud debitum.* Petrus de Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract.* 10. *c.* 3. *dub.* 7. *cas.* 4. & Lessius *lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 5. *n.* 48. vt eam quis sine scrupulo amplecti possit, probabilem vocat. Nec destituta hæc opinio videtur ratione. Nam asserunt vtrumque votum ingrediendi, & profitendi in Religione, intelligendum esse secundum canones annum nouitiatus concedentes, vt si intra hoc tempus Religio minimè placeat, integrum sit egredi, & sic in ipso voto perseuerantiæ, hæc tacita conditio ex dispositione iuris inest, Deinde Concilium Tridentinum *sess.* 25. *c.* 15. irritam facit professionem ante annum Nouitiatus impletum, ne tollatur Nouitio potestas exeundi, si intra illud tempus deprehendit illam Religionem sibi non congruere. Et *in c.* 16. omnes renunciationes suspendit in tempus professionis; vnde apparet mentem Concilij illam esse, vt hoc votum intelligendum sit conditionaliter, nempe, si bona fide deprehendero Religionem mihi conuenire. Ex his apparet hanc opinionem, ex authoritate Doctorum, & rationibus, non falsam, vt vir amicissimus asserebat, sed probabilissimam esse.

RESOL. XXX-I.

An qui vouit perseuerantiam in Religione, si ex iusta causa exeat, vel ex, ellatur, ea cessante, teneatur iterum ingredi? Ex p. 6. tract. 7. & Misc. Res. 53.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 82. Layman *lib.* 4 *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 13. & alij: quia non solùm vouisti ingressum, sed perseuerantiam; à cuius executione temporale impedimentum te liberare non potest, nisi dum ipsum durat: ergo eo cessante adstringi debes.

2. Sed mihi sententia negatiua placet, quam tuetur Suarez *de Religione, tom.* 3, *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 15. Quia vouens profiteri, non debet præsumi se voluisse obligare ad profitendum omnibus modis, & vitiis quibus possibilis est professio: sed solùm præsumi debet se voluisse obligare ad profitendum, si receptus semel in probatione per ipsum non steterit: quia hic modus obligationis benignior est, & Ecclesiæ stylo conformis: ergo assumpta probatione, si iustè egrediatur, vel à Prælato expellatur, voto sufficienter satisfecit. Deinde votum Religionis, & votum perseuerandi in religione, vota sunt de professione facienda, & licet votum perseuerandi ampliùs obliget, quàm votum religionis, quia obligat ad grauiores difficultates superandas: at non video qua ratione obliget ad illas superandas non solùm in vna probatione, sed in omnibus possibilibus.

3. Adde quòd probabilis est illa opinio, quam ego alibi docui, votum perseuerandi strictiùs non obligare, quàm votum simplex religionis: ergo in casu, de quo loquimur, vouens remansit liber ab obligatione voti; modo impedimentum, ob quod quis deserit religionem, vel expellitur, non annullet ingressum: quia eo casu reputandum est, ac si nunquam fuisset ingressus.

RESOL. XXXII.

Quis emiserat votum certa Religionis, à qua absolutè repulsus fuit, sed postea inuitatus à Superiore, quæsiit à me, an teneatur ingredi? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 52.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum: & ita docet Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 71. & Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 4. asserentes ita vouentem obligatum esse ingredi religionem, quoties religio voluerit illum admittere, licet priùs repulerit. Quia votum religionis non emittitur in fauorem religionis, vt ipsa religio cedere possit iuri suo; sed emittitur in Dei honorem, & vouentis vtilitatem. Sed quia hic honor, & hæc vtilitas obtineri non potest conuenienter absque Religionis consensu, ea de causa religionis consensus expostulatur. Ergo quandocumque hic consensus apponatur, votum obligat, eo tamen cessante suspenditur eius obligatio.

2. Verùm ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Aragon. *in* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 3. *circa solutionem ad* 2. Azorius *part.* 1. *lib.* 11. *c.* 22. *qu.* 5. Suarez *de Religion. to.* 3. *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 7. & 10. cum Lessio *lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 5. *n.* 44. quando repulsa fuit absoluta; quia ex vi voti solùm videris obligatus eam facere diligentiam pro illius executione, quæ in re magni momenti præstari solet: at ponimus te eam diligentiam præstitisse; non igitur ampliùs teneris, Neque enim ad repetendam diligentiam, & multiplicandam petitionem videris obligatus: aliàs repetere deberes sine termino. Adde te vouere religionem sub conditione, si facta petitione admittaris: ergo si non admittaris, votum non suspenditur, sed omnino extinguitur.

3. Dices verum id esse, si nunquam admittaris; secus si aliquando, etsi casus contigerit. Sed contrà quia cùm votum religionis emittis, intendis illud exequi breui tempore, v. g. hoc anno; non tamen intendis eius obligationem toto vitæ curriculo prorogare: ergo religionis admissio, quæ fuit conditio, sub qua religionem suscepisti, eo anno possibilis esse debet: ergo alia admissio casu contingens nec fuit conditio spectata à voto, nec alicuius est effectus.

4. Verùm his non obstantibus in isto casu de quo interrogatus fui, postquam mecum loquuti sunt Superiores illius religionis, obligaui consultentem ad ingrediendum religionem: quia fuerat repulsus à religione ob falsam informationem: qua cognita cùm Superiores illum admittere velint, ingredi tenetur: & ita docet Lessius *vbi suprà*, & alij.

RESOL.

RESOL. XXXIII.

Quidam erat obstrictus vinculo voti Religionis, sed cùm haberet sororem in graui necessitate constitutam, quasiuit, an ex hac causa potuerit differre Religionis ingressum absque alia dispensatione?

Et an in supradicto casu possit Episcopus dispensare, quia non in substantia voti, sed in sola dilatione dispensat? Ex part.6.tr.7.& Misc.2.Res.54.

§. 1. SAnchez *in summa, tom.* 1. *lib.*4. *c.*20. *num.*31. & 32. distinguit inter votum Religionis factum pro determinato tempore, vel absque vlla temporis determinatione: & affirmat votum absque vlla determinatione temporis emissum differri posse: quia illud non est censendum obligare, nisi pro eo tempore, quo commodè impleri potest. At si pro determinato tempore factum sit, dicit differri non posse ob fratrum necessitatem: benè tamen ob necessitatem sororum in periculo impudicitiæ existentium. Quia prouidere tali necessitati opus est tantæ charitatis, vt prudentis arbitrio videatur maioris obsequij diuini, quàm præsentaneus religionis ingressus.

2. Sed cùm Suarez *de Religione, tom.*3. *lib.*5. *cap.*6. *num.*5. absolutè neget tale votum differri posse, mediam viam ingreditur Castrus Palaus *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.*1. *punct.*7. §. 5. *numer.* 13. & verius existimat ob nullam fratrum, vel sororum grauem necessitatem differri posse propria authoritate votum pro determinato tempore factum: nam stante illa necessitate licitus est religionis ingressus (vt ipsemet Sanchez concedit) & capax voti obligationis: ergo ex hac parte non est obligatio voti suspensa, neque etiam est suspensa ob nouam difficultatem quæ adest in exequendo illo ingressu: quia difficultas ex necessitate fratrum vel sororum proueniens est nimis ei extrinseca. Non igitur suspendere obligationem voti potest. Adde difficultatem superuenientem excusantem obligatione voti debere esse ita grauem, vt prudentis arbitrio censeatur nouam rem promissam constituere; quod in præsenti non videtur esse: sæpè enim vouenti difficilius erit fratres, immò amicos agentes deserere, quàm sorores periculo impudicitiæ expositas, quibus subueniendis affectus non est. Neque placet quod dicit Sanchez excusari ab obligatione voti in casu sororum ob præstantius obsequium diuinum, quod videtur esse in subueniendis sororibus, & ab eis periculum impudicitiæ præcauendo, quàm in religionis ingressu. Nam si id verum esset, licitè religionis votum in tale subsidium commutari propria auctoritate posset, quod non est dicendum. Si autem votum absque vlla temporis determinatione emissum est; cùm tunc obligatio eius latitudinem habeat, ex circumstantiis extrinsecis restringi, vel ampliari tempus executionis potest: ac proinde ex necessitate fratrum, & à fortiori sororum extendi tempus obligationis potest pro prudentis arbitrio. Hucvsque Palaus *loc.cit.*

3. Verùm his non obstantibus sententiam Sanchez nouissimè amplectitur Ægidius Trullench *in Decalog. tom.*1. *lib.*2. *c.*2. *dub.*23. *num.*10. Et quia in casu contingenti de quo interrogatus fui in sorore vouentis propter paupertatem magnum periculum pudicitiæ adest: ideò illi consului vt votum religionis differret per aliquod tempus, vel ad maiorem cautelam peteret ab Episcopo dispensationem: quam quidem concedere posse, docet Trullench *loco citato*, quia non in substantia voti, sed in sola dilatione exequendi dispensat.

Sup. hoc ma- ri late in tom.4.tr.3. n.97. à fin.

RESOL. XXXIV

An qui vouit ingredi Religionem, si per annum in fornicationem non inciderit, si in dicto anno culpa sua fornicetur, teneatur adimplere votum?

Idem est dicendum de illo, qui vouit sub conditione, si impetret sanitatem, intra mensem, & ob intemperantiam illam non obtineat. Ex p.4.tr.4.& Misc.Res.101.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Sanchez *in sum. tom.*1. *lib.*4. *c.*23. *n.*47. & 49. Azor. *part.* 1. *lib.*11. *c.*20. *q.vlt.* Riccardus *in* 4. *dist.*38. *art.*2. Angelus *ver. votum* 1. §. 10. Nauarrus *in manual. c.*12. *n.*42. & Naldus *in sum. ver. votum n.*33. quia in dicto vouendi modo tacitè quis promisisse censetur, quòd saltem aliquem declinandi peccatum conatum adhiberet, vel saltem dolo non vti: hæc opinio est probabilis. Sup. hoc in res. seq. per totam, & lege suprà §. vlt. res.16.

2. Sed non minus probabilem negatiuam opinionem esse puto per ea, quæ adducit Suarez *de Relig. tom.*2. *lib.*4. *de voto, c.*17. *num.*21. vbi *num.*24. sic ait. Si quis vouit ingredi Religionem si per annum integrum à fornicatione abstineat, quacumque ratione, malitia, vel praua intentione non abstineat, licèt fortè peccet contra votum, postea non teneri ingredi, quia conditio non fuit impleta, nec impleri potest, nec ex peccato orta est obligatio, quam votum ipsum per se non induxit, nec sequitur tale votum esse frustrà, nam satis est, quòd obliger tum ad gratitudinem, si beneficium illud vouenti conferatur, tum ad procedendum sine fraude & dolo, & consequenter ad peccandum, si aliter vouens se gerat, etiamsi ad recompensationem non obliget. Ita Suarez. Igitur, regulariter loquendo, vouens non videtur obligandus ad voti adimpletionem non adimpleta conditione, quia vouens non censetur se voluisse obligare, nisi posita tali conditione; quamuis ergo ex causa, vel culpa vouentis conditio non ponatur in esse, votum non obligat, & ita etiam præter Suarez docet Bonacina in editione nouissima *in Decalog. præc.*2. *disput.* 4. *q.*2. *punct.*2. & alij penes ipsum. Vnde apparet his diebus probabiliter in facti contingentia docuisse non teneri ad votum adimplendum, si quis vouerat sub conditione, si impetret sanitatem intra mensem, & ob intemperantiam non obtineat, licèt contrarium etiam probabiliter doceat Sanchez *vbi suprà num.*46. Sup. hoc lege doctrinam Resolutionum not præteritæ, & ex illis infere quid sup. hoc.

RESOL. XXXV.

An, qui vouit, vel iurauit sub conditione, & consulto conditionem impedit, teneatur ad votum, & iuramentum?

Et an, qui vouit Religionem ingredi, si Deus illum conseruet ab aliquo peccato, non teneatur, si ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat, sed solum, quando data opera, vt voti obligationem effugiat? Ex part.9.tr.8.& Misc.3.Res.3.

§.1. DIfficilis quæstio, & de qua mihi olim magna altercatio fuit cum quodam viro docto Societatis Iesu, & mihi amicissimo Patre Iosepho de Augustino, vt scripsi *in part.*4. *tr.*4. *resol.*101. Ponamus exēplum: aliquis, v.g. vouit, se Religionem ingressurum, si spatio anni peccatum fornicationis cum Dei gratia vitauerit, vel si morbo liberatus fuerit: postea verò fornicetur, vel intemperatè viuat ob eam maximè causam, ne voto teneatur. Prima opinio affirmat: & ita docent duodecim Doctores, quos citat, & sequitur Fagundez *in Decal tom.*1. *Præcept.*2. *lib.*2. *cap.*30. *n.*7. Quibus adde Trullench *in Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.*27. Quæ hic est res. antecedens, & lege suprà §. vlt. res.16.

dub. 27. n. 14. Et ratio est: quia, quoties apponitur conditio dependens ab aliis causis, siue naturalibus, siue liberis, quæ licitè impediri nequeunt; verus sensus conditionis est: Voueo talem rem, si per alias causas mihi inuoluntarias non steterit, quò minùs hoc fiat. Deinde, quia is, qui conditione aliquid voto, aut iuramento promittit, censetur duplex votum, & iuramentum emittere: primum est expressum rei sub conditione promissa: secundum est virtuale, non impediendi consulto conditionem, ne tali vinculo teneatur. Tertiò, quia quoties de alia peculiari vouentis, aut iurantis intentione non constat, verba sunt accipienda iuxta modum, ac sensum, quo ea Ius intelligit: & standum est in vtroque foro præsumptioni Iuris: at Ius in hoc euentu præsumit hanc intentionem in huiusmodi obligationibus, & verè reputari conditionem impletam, quoties malitiosè impeditur, ne obligatio sequatur: ergo, dum non constat de alia voluntate vouentis, vel iurantis, ita in vtroque foro sentiendum est. Tandem, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent, cap. *Aduersùs, de immunit. Eccles.* patrocinaretur autem sine dubio, si in hoc casu vouentes, & iurantes voti, aut iuramenti vinculis non obligarentur: alioqui, si quis voto promittat Titio decem aureos, si domũ promittentis ingrediatur, & volenti Titio ingredi ostium occludat; eximetur ab ea obligatione: quod, quàm absurdum sit nemo non videt. Et idem dicendum est de promissionibus humanis, quæ nec voto, nec iuramento confirmantur, ob easdem rationes tactas, vt docent Glossa *in l. Si rem tibi. 19. §. finali. verbo, Victor. ff. de præscriptis verbis.* & ita Bart. *fine*, & idẽ Bart. *in l. in exequutione finali. in fine.* & *ibi* Paul. *n. 2.* Imol. *in fine* Alciatus *n. 3.* Decius *ea regula, in iure ciuili. n. 6.* vbi asserunt, promittentem alicui, si ipsum vicerit in ludo: quamuis non teneatur, procurando se non vinci, eò quod conditio hæc sit talis naturæ, vt licitè impediri valeat; teneri tamen, si ob id ludere nolit, eò quòd per illum stet, quò minùs conditio impleatur.

2. Sed, licet hæc sententia sit probabilior & communior, vt ego concedebam Patri Augustino: tamen opinionem negatiuam puto esse satis probabilem, & illam sustinet Maior *in 4. dist. 38. quæst. 1. corol. 2.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 17. n. 20.* & nouissimè Castrus Palaus *tom. 3. disp. 1. punct. 17. n. 12.* Et ratio est: nam vel talis vouens, qui fraude posteà vsus est, ad voti exequutionem obligatur ratione conditionis impletæ, vel ratione peccati commissi. Neutrum dici potest: non primum, quia reuerà conditio impleta non est: siquidem intra annum valetudinem ille consecutus non fuit, neque à fornicatione præseruatus est. Adde, incertum etiam esse, etiamsi is fraude vsus non esset, vtrum conditio, quippe suapte natura contingens, impleta fuisset, nécne. Neque secundum dici potest: nam hoc discrimen est inter violationem promissionis Deo factæ, & violationem promissionis homini factæ; quòd illa obliget ad pœnitentiam, & satisfactionem pro peccato, & iniuria Deo illata; hæc verò ad compensationem, siue restitutionem damni homini illati: quia homini violatione iuris sui damnum infertur in bonis ei vtilibus quod compensari potest, ac debet. Deo autem, transgressione voti, nulla vtilitas decedit, quæ restitui possit, ac debet: sed tantùm honor, & cultus debitus aufertur, qui per pœnitentiæ satisfactionem eidem restituitur. Quare generalis regula tradi potest quòd transgressio voti non obligat ad compensationem: v. g. si vouisti certo die, ob specialem deuotionem te ieiunaturum, atque eo die non ieiunas culpatè, vel inculpatè; non teneris alio die compensare, sicuti ex communi docet, Suarez *lib. 4. cap. 15.* Sanchez *lib. 4. cap. 14. numer. 25.* Atque exinde patet responsio ad prioris sententiæ fundamenta. Itaque, ait Palaus, cùm tota obligatio voti pendeat ex intentione vouentis, & in voto conditionali non fit nisi sub impleta conditione, efficitur conditionem impleri debere ad obligationem absolutè contrahendam: at eo ipso, quòd conditio impeditur, non impletur: ergo votum illud conditionatum obligare non potest. Quòd si dicas, verum esse, conditionem non impleri secundùm sensum materialem, & expressum; impleri tamen secundùm sensum formalem à vouente intentum, quoties non stat per eum, ad quem pertinet, conditio impleri; non obstat: nam esto, hæc regula locum habeat in promissionibus humanis, quarum obligatio multum ex dispositione Iuris pendet: at in promissionibus diuinis locum habere non potest, quarum obligatio tota ex intentione vouentis pendet: intentio autem vouentis, & se obligantis, v. g. ad Religionem sub hac conditione, si eius pater expresè consenserit, non est, si per patrem consensus non steterit: quia hæc est conditio negatiua, illa positiua. Hæc latiùs patens, quàm illa, quæ fuit in voto apposita. Et idem argumentum fieri potest de illa conditione: Si Deus mihi salutem dederit, si à peccatis præseruauerit, quæ non censentur impletæ, quando non obtinetur salus, neque à peccatis præseruatio; sed, per Deum non steterit quominùs implerentur. Explicatur ampliùs: si voueres Religionem sub aliqua ex prædictis conditionibus, ea expressa intentione; vt de facto, & formaliter, vt sonat, impleretur; clarum videtur esse, te non manere obligatum ea sic non impleta: tametsi per eum, ad quem pertinet, non steterit: at hæc intentio semper est præsumenda; tum, quia verbis expressis magis conuenit; tum, quia voti obligatio non latè, sed strictè interpretanda est. Ei ideò hanc posteriorem sententiam probabilem esse fatetur Layman *lib. 4. tr. 4. c. 6. q. 3. n. 4.*

4. Non verò, quòd si aliquis vellet stare in prima opinione affirmatiua, limitanda erit, vt intelligatur, quando conditio pendet ex vnico actu, seu impeditur vnico actu: nam si non ex vnico, sed ex pluribus actibus pendeat, quamuis semel in voti fraudem impediatur, non illico nbligat votum: v. g. promisit quis Religionem, si Deus illum à tali peccato præseruaret; non illicò ac tentationis fuit victor, tenetur voto; sed quando ita vicit, vt quasi dominium illius tentationis in se experiatur: tunc autem deficiet conditio, quando ille vel semel lapsus est; quia tunc verum est dicere, non esse præseruatum. Si verò data opera labatur, non ex primo lapsu censebitur impleta conditio; sed quando toties in fraudem labitur, vt iam omninò succubuerit tentationi, ita vt illa quasi dominium illius habeat: sicut è contra censetur præseruatus, quando ita vicisset, vt quasi dominium illius tentationis haberet.

4. Ex dictis colligitur, vouentem ingredi, v. g. Religionem, si Deus illum conseruet ab aliquo peccato, non teneri voto, si ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat; sed solùm quando data opera, vt voti obligationem effugiat: quia, vt benè Syluester, *votum. 2. quæst. 2. d. 2.* communiter in eo intendunt vouentes, vt Deus speciales vires ipsis addat: vnde, cùm non constat de alia vouentis intentione, hæc in dubio à communiter accidentibus præsumenda est. Vide Sanchez *in summa. tom. 1. lib. 4. c. 23. n. 49. & 53.* cum aliis, *vbi supra.*

Sup. hoc supra in Res. 14. §. Sed à medio, & in res. 15. §. 1. in principio.

RESOL. XXXVI.

An senex sexagenarius sit solutus à voto Religionis quod antea promiserat?

Et quid, si post sexagesimum annum emiserit votum Religionis ieiunij, &c. an teneatur illud adimplere?

Et an habens impedimentum perpetuum post votum superueniens, teneatur ad votum Religionis?

Et infertur senem sexagenarium non esse ad triremes damnandum.

Et

Et tandem quæritur, quot annorum senex intelligatur, vt pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit à suo Episcopo rationabiliter impetrare? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 2.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Fagundez *in Decal. tom. 1. præcept. 2. lib. 2. capit. 29. numer 9.* vbi sic ait: [is, qui habet votum Religionis, si senex factus fuerit sexagenarius, non tenetur ad votum, vt est communis sententia: cùm enim senectus ipsa per se sit morbus, sicut habens impedimentum morbi perpetuum post votum superueniens, non tenetur ad votum Religionis, sed liber ab illo manet, vt docet Sanchez *tom. 1. Decalogi, lib. 4 quæst. 16. n. 30.* & Sotus *lib. 7. de iust. quæst 2. art. 1. ad 3.* & Aragonius *2. 2. quæst. 88. art. 3. ad 3* ita qui in senectutem incidit, liber erit à voti obligatione de ingredienda Religione. Ac proinde si quis vouerit, vel iurauerit, se ingressurum Religionem, si castitatem non seruauerit, non obligabitur ad ingrediendam Religionem, si in senectute contra castitatem peccet; cùm tamen conditio posita fuerit: si quidem, cùm sit negatiua, vsque ad mortem poni possit, ac proinde votum confirmari videatur. Respondetur primò, per accidens istum tunc non teneri ad ingressum Religionis, cùm, moraliter loquendo, in ea ætate non soleant homines ad illam esse habiles, nisi tanta esset viri authoritas, vt non obstante ea senectute indicaretur valdè Religioni vtilis. Respondetur secundò, illud tempus futurum vsque ad mortem in eo casu intelligendum esse moraliter, idest, vsque ad tempus habile ingressus Religionis. Cùm igitur sexagenarius non sit in tempore ad Religionis ingressum requisito, pro mortuo reputatur respectu talis voti.] Ita Fagundez.

2. Nota verò, quòd si post sexagesimum annum emiserit votum, teneretur adimplere: nam, cum eo impedimento se obligauit: quapropter nisi superueniat maior, & notabilis debilitas; ratione ætatis, quàm illa, quæ tempore voti aderat; minimè à voto excusabitur, vt in casu simili de voto ieiunandi dixit Narbona *in Annalibus iuris, an. 60. quæst. 2. n. 9.* qui etiam ex hac doctrina, me citato, colligit *quæst. 8. n. 2.* senem sexagenarium non esse ad triremes damnandum. Et meritò quidem: nam, vt author est Ioannes de Platea *in l. Cum in num. 1. versic. Vltimò nota. C. de his, qui non impletis stipendiis, lib. 10.* quoad arma, & militiam ideò sexagenarij senes dicuntur, quia hac ætate iam vires non suppetunt: ergo eadem ratione, etiam quoad triremium pœnam, qui in prædicta ætate existunt, senes diiudicari debent.

3. Ex his etiam colligitur decisio alterius quæstionis: nam, *vt suprà* satis firmauimus, certum est, Episcopum posse à quocumque excommunicationis vinculo, quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini, Papæ reseruata, absoluere, quoties excommunicatus iustas habet excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur; ita quòd, sine periculo, Apostolico se nequeat conspectui præsentare, vt in Pontificali reseripto continetur. *in cap. De catero 11. & in cap. Quòd de his 26. cap. Ea noscitur. 14. cap. Quamuis. 58. de sententia excommunicat.* Et inter reliquas excusationis causas, quibus excommunicatione innodatus ab obligatione Pontificem adeundi iuris constitutione eximitur, ætatis fragilitatem, aut impuberum, aut seniorum recensent: habetur enim in iure ratio ætatis quoad iter faciendum, *l. Continuus. 137. §. Cùm ita stipulatus sum. de verbor. obligat.*

4. Hoc supposito, quæritur, quot annorum senex, quoad huiusmodi excusationem, intelligatur? Quidam iudicio Episcopi relinquendum affirmant, vt ipse personæ qualitate inspecta arbitretur, an tale iter periculosè aggredi possit, vel non. Huius sententiæ fuit Barbosa *in collectanea ad cap. Si quis suadente, quæst. 4.* Alij verò maiorem septuagenario hoc beneficio vti debere ideò existimarunt, quia hæc sola ætas excusationem parit numerum personalium, *l. fin. C. Qui ætate, lib. 10.* quare & ab itinere excusari debere scribunt, cùm recta ratione personale munus dici queat. In quam sententiam inclinare videtur Stephan. Gratianus *discept. forens. tom. 5. c. 805. n. 10.* & antè à Tiraquellus *de iure primogenit. in præfatione, n. 211.* vbi & illam rationem affert: quia senes excusantur à longis itineribus. Verumtamen hæc Interpretatio traditio minimè defendi potest, cùm eximius itineris labor, qui frangatur, qui tam immensum iter aggreditur, meritò in causa esse debeat, vt sexagenario tantundem hoc priuilegium impartiatur: nam, licèt in huiusmodi ætate nonnullis robur & optima membrorum expeditio contingat; hæc adeò lassitudini, & infirmitati existit obnoxia, vt vix sine labore, & periculo, nedum viâ perfici, verùm neque proficisci valeant: idè secundùm Innocentium, Syluestrum & alios optimè resoluit Sayrus *in Thesauro casuum conscient. lib. 3. cap. 28. n. 25.* sexaginta annos habentem senem reputari, vt pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit à suo Episcopo rationabiliter impetrare. Et ita etiam docet Narbona *loco citato, q. 12. n. 5.*

RESOL. XXXVII.

An votum castitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat?

Et in tali casu an possit Episcopus dispensare, quia tale votum alternatiuum est?

Et quid, si votum non obliget præcisè ad materiam reseruatam & vouentis electione, sed quia pars disiunctionis non reseruatæ est impossibilis, potestne in tali casu Episcopus dispensare? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 102.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & Homobonus de Bonis *in consultat. moral. vol. 1. part. 2. respons. 28.* putat probabilem esse sententiam tale votum inualidum esse, cùm ab eo sit factum cui ob inconuenientiam, & in carnis peccatum lapsum matrimonium salubrius sit; sed tu cogita. Ego puto debere illum petere dispensationem ab Episcopo, quam concedere potest; quia hoc votum alternatiuum est, scil. vel castitatis seruandæ, vel non nubendi, super quod Episcopus dispensare potest, vt ex Suarez, Azorio, Leslio, & aliis docet idem Homobonus *vbi supra.*

Sup. hoc in Res. seq. in principio, sed lege eam per totam.

Sup. hoc in tom 4. tr. 3. Ref 114. signanter §. vlt.

2. Sed quid, si votum non obliget præcisè ad materiam reseruatam ex vouentis electione, sed quia pars disiunctionis non reseruatæ est reddita impossibilis, potestne Episcopus in casu dispensare? Respondeo affirmatiuè, quia id votum per se & natura sua nunquam obligauit ad partem reseruatam, sed præcisa obligatio ad illam consurgit per accidens ex solo facto, ratione impossibilitatis materiæ. Ita Suarez *de Relig. to. 2. lib. 6. de voto. c. 24. n. 4. & 5.* & Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4. c. 40. n. 44.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. res. 118. & in aliis lin: eius not. 2.

RESOL. XXXVIII.

An votum Castitatis, vel Religionis factum ab eo, cui salubrius est, matrimonium ob suam incontinentiam sit validum?

Idem est de vouente non nubendi.

Et an talis absque vlla Pontificis dispensatione possit matrimonium inire?

Et infertur opinionem speculatiuè probabilem, esse probabilem etiam practicè.

Et an in casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare in voto Religionis, aut castitatis perpetuæ?

Et in textu huius Religionis aliqui casus adducuntur pro praxi prædictæ difficultatis.

Et notatur, quod doctrina huius quæstionis non extenditur ad Regulares, qui non possunt vi suorum priuilegiorum in tali casu magna necessitatis dispensare. Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 47.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. in principio.

§. 1. CAsus frequenter potest accidere: & ad illum sic respondet Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 18.* Inualidum videtur votum Castitatis, vel Religionis, vel non nubendi factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob incontinentiam, & lapsum in res venereas. Ita Petrus Ledesma, *tract. 10. cap. 2. dub. 5. tom. 2.* & Bonacina *tom. 2. disp. 4. quæst. 2. punct. 1. n. 26.* quia hoc votum non censetur de meliori bono. Oppositum tamen, tenet Sanchez, *lib. 4. c. 8. num. 9.* Et fortè veriùs; ob idque talia vota emittentes, si contrahere velint, solent, & tenentur petere dispensationem à Pontifice; vt etiam primæ sententiæ Authores concedunt: signum est ergo, talia vota fuisse valida. Hucvsque Trullench, qui, vt vidisti affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit; sicut etiam nouissimè illam admittit Martinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 41. de matrim. num. 6.* sic asserens, [El que hizo voto de Castidad, ò de Religion, siendo cosa cierta, que le està mejor casarse por la experiencia, que tiene de sus caidas, y flaqueza en pecado de carne; ò presumiendo de si con consulta de hombre prudente, y docto, à qui en comunicò sus, caidas: que la Religion le ha de ser demas daño que prouecho, es muy probable, que no le obligan estos votos, porque no son de meliori bono, para el que votò, y contrà el consejo de S. Pablo, Corinth. 7. *Quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere quam vri:* Y siendo assi, no parece necessario pedir dispensacion à su Santidad; pues donde no ay voto, no ay dispensacion del.] Ita Martinus, qui tamen sententiam negatiuam Sanchez dicit esse communem; & illam etiam tenet Pontius *de matrim. lib. 6. cap. 12. num. 2.* & Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. num. 9.* quibus ego adhæreo, stante praxi petendi in his casibus semper dispensationem à Summo Pontifice; licet Martinus, vbi suprà asserat, que esto procede de no acabar de ajustar, si el casarse con las malas inclinationes, y caidas dichas, es mas vtil: que ajustado bien esto, las razones en que se funda la primera sentencia parece, que no admiten solucion. Ideò tu cogita.

2. Nota verò, quòd post hæc scripta inuenio Leandrum sententiam Martini non solùm probabilem speculatiuè, sed etiam practicè existimare; sic enim asserit, *de Sacrament. tom. 2. tract. 9. disp. 23. q. 3.* Quia probabile est, quòd hîc, & nunc est speculatiuè probabile, sit etiam practicè. At sic est, quòd prædicta opinio asserens, vota Religionis, Castitatis, &c. facta ab eo, cui melius, & salubrius est matrimonium, esse irrita, & inualida, est hîc & nunc speculatiuè probabilis, & satis: (vt ingenuè fatetur Thomas Sanchez) ergo hîc & nunc talis opinio, etiam practicè erit probabilis: ergo tutò amplecti potest ab eo, cui salubrius est matrimonium, quàm ob suam incontinentiam sunt vota Religionis, vel Castitatis, &c. ergo absque dispensatione poterit ille Matrimonium inire. Sic expresse tenuit Ioan. Sancius de hac re ab Amico, in casu occurrenti, consultus. Nec ex hac opinione sequi possunt inconuenientia aliqua, malave, aut scandala, quæ ex his aliis opinionibus, circa materiam grauissimam versantibus sequi non possunt. Possunt enim ab omnibus, & tam ab aliis, quàm ab illa colligi, si circumstantiæ requisitæ non obseruentur; minimè verò, si tales seruentur circumstantiæ. Quarum vna in præsentiarum erit, si non cuiuscumque iudicio, quantumuis moraliter certo relinquatur; an vouenti omnibus consideratis, hîc & nunc sit expedientius, & salubrius Matrimonium; sed maturo iudicio pij, & prudentis Confessarij. Ita Leandrus, qui præter Sancium tantùm ab ipso adductum, poterat in sui fauorem alios plures adducere, asserentes, opinionem speculatiuè probabilem, esse practicè probabilem; & hi sunt, me citato, amicissimus Pater Franciscus Lugo *de Principiis Theologiæ moralis, par. 1. cap. 3. q. 4. num. 42.* Quintanaduenas *in Theolog. mor. tom. 1. in Append. ad Iubilæum, tract. 1. dub. vlt. n. 5.* Magister Serra *in par. 2. D. Thomæ, quæst. 19. artic. 6. dub. 4. fol. 360.* Spinola, *Opusc. de Elect. opinion. disput. 3. sect. 3. concl. 4.* & me citato Ioannes Henriquez *in QQ. Practicis, sect. 1. q. 4.* & me citato Narbona, *in Annal. Iuris, an. &c. quæst. 2. numer. 14.* Vide etiam, me citato, Escobar, *de Confessar. Sollicitan. par. 2. q. 2. §. 2. num. 41.* & me citato Auersam, *de Sacram. quæst. 64. sect. 3.* & me citato, doctissimum Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 5, numer. 46. & 58.* & me citato Machadum, *tom. 2. in Discur. de Probabil. opin. art. 4. §. 2.* contrà quos tamen ego *in part. 9.* multa adduxi, & nouissimè illos impugnat sapientissimus Pater Bardi, *de Conscient. disc. ep. 4. capit. 8. numer. 7. & seqq.*

3. Nota etiam hîc obiter dictum Leandrum vbi *supra, tract. 9. q. 2.* docere, me citato, in casu magnæ necessitatis posse Episcopum dispensare in Voto Religionis, aut Castitatis perpetuæ. Et hanc sententiam nouissimè tenet etiam Garcias *in Politica Regularis, tract. 4. part. 2. difficult. 1. dub. 6. num. 10.* vbi sic ait: [Puede el Obispo dispensar, quando ai necessidad vrgente, y peligro en la tardança, y no se puede recurrir à el: lo vno, porque no es de creer quiera el Pontifice en estos casos, que estè reseruado el tal voto: y lo otro, que no es su intencion poner laço à las almas, ni dexar de acudir à suas necessitades, ni desamparlas sin remedio: y sino pudiessen los Obispos hazer esto, todo lo dicho faltaria. Los exemplares, que pone Suarez son estos; tiene vno que ha hecho Voto hijos ilegitimos, quieterlos legitimar in articulo mortis, en tal caso puede el Obis po dispensar en el voto para que se case. Tiene vna donzella hecho voto de castidad; quiere casarse, porque le aprietan las tentaciones, y teme que caerà muchas vezes, que se infamarà, y perderà la occasion de casarse, en tal caso bien puede el Obispo dispensar en que se case. Finalmente, vno que hizo voto de castidad, y despues atropellando por el se caso, y despues se halla en gran peligro de pecar, porque no puede pedir el debito; en tal caso podrà dispensar el Obispo parà que pueda pedir, pero no podrà absolutamente dispensar en el voto de castidad. En todos estos casos, porque ai periculum in mora, & non patet aditus ad Papam, puede el Obispo. Deste caso vltimo trata Fagundez, el qual añade con muchos, que no solo quando ai peligro de incontinencia, & non patet aditus; sino tambien quando concurre otro graue peligro de escandalo, honra, vida, & como quando vno que tiene hecho voto, desflora à vna donzella, y sino se casa luego padecerà en la honra, ò vida.] Ita ille: Addit verò & benè Leandrus, *vbi suprà quæst. 12.* Me etiam citato, hanc doctrinam non esse extendendam ad Regulares, qui non possunt vi suorum Priuilegiorum in tali casu dispensare: quia Episcopi in præfato necessitatis casu non habent facultatem dispensandi in voto absoluto Castitatis, per se aut iure ordinario; sed ex benigna solùm

Sup. hoc infrà ad medium huius §. & in aliis eius annot.

solùm voluntatis Pontificis reseruantis interpretatione ; ergo & multò longè probabilius erit , quòd in præfatis casibus nequeant Religiosi in dicto voto absoluto castitatis dispensare. Patet consequentia , quia Religiosi solùm possunt dispensare cum Sæcularibus in votis omnibus , in quibus iure ordinario potest Episcopus. Ergo , &c. quicquid contrà me dixit Pasqualigus. Sed opinio , quam ego docui , est communis.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Et ideò cum Castro Palao *vbi supra* admitto desiderare Episcopatum esse opus bonum ab eo,qui irreprehensibilis est , & qualitates habet ab Apostolo *ad Timotheum 3. & ad Titum 1.* requisitas:quas de se nemo debet præsumere : sed esto sit opus bonum, & perfectum, est tamen periculosum , ac proinde consultius est cuilibet particulari illum ex parte sua respuere,quàm appetere. Ad confirmationem dico Episcopatum statum esse perfectionis non quia ad perfectionem promouet; sed quia perfectionem in assumente supponit. Cùm autem nullus de se debeat præsumere eam perfectionem habere,quæ tanto statui conueniat,optimè facit,si eum statum perfectissimum respuat,vtpote illo indignus. Ad textum in cap.vnico,dico Gregorium inquisitionem fecisse , an ille Archidiaconus iurauerit ad Episcopatum non ascendere , non quia in tali iuramento peccatum commiserit ; sed vt rideret,an fuerit conueniens sic iuramento obstrictum ad Episcopatum promouere : an potiùs eum in sua humilitate relinquere.

4. Vnde ex his omnibus apparet in nostro Capitulo generali anno 1612. rectè fuisse à Patribus decretum tenoris sequentis firmatum. Qui Præpositus Generalis fuerit creatus,illicò antequam ei obedientia præstetur,iureiurando se obstringat non ambiendi Ecclesiasticas dignitates extra Congregationem , nec per se, nec per alios, nec directè, nec indirectè, nec clam, nec palam : verùm etiam illas ne vltrò quidem oblatas nisi præcepto Sanctissimi se recepturum ; idque nedum toto,sui Generalatus tempore, sed etiam non nisi anno elapso à sui muneris abdicatione.Sic ibi.

RESOL. XXXIX.

An votum , seu iuramentum de non procurando , seu acceptando Episcopatum, vel non esse Senatorem , Iudicem,Præsidem,&c.sit validum ?

Idem dicendum est de aliis Prælaturis,& Officiis siue sæcularibus , siue regularibus. Ex part.6. tractat. 7. & Misc.2.Res.27.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Azorius *tom.1. lib.11.cap.5.quæs.1.*Gloss.*in cap.vnic. verb. sacrosanctis, dist.85.*Roman. *singul. 507.* Angel. *verb. iuramentum 5.n.3.*Nauarr. *in Manual.cap 12.num.16.* Barbos.*in l.alia §. eleganter, n. 28. ff. solut. matrim.* & Sylvest. *verb.iuramentum 4. n.1.* Probatur hæc opinio, quia , qui Episcopatum desiderat , bonum opus desiderat. Ergo illius susceptio bona est ; ergo illius priuatio bona esse non potest. Et confirmo. Episcopatus status est perfectionis:ergo nequis te obligare ad illum non assumendum:quia esset obligatus viam perfectioni præcludere , & statum Ecclesiæ perfectissimum fugere:& fortè ea de causa Gregorius magnus *cap. vnic. 85.dist.* mandat inquiri de quodam Archidiacono Florentino , qui ad Episcopatum fuerat electus , an iusiurandum præbuerit nunquam se ad Episcopatum accedere. Non autem eam inquisitionem facere præciperet: si tale iuramentum , seu votum honestum esset. Ergo dicendum est tale votum non valere.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ omninò adhærendum esse puto quam tenet Suarez de Religione *tom.2. lib.2.de iurament.cap.13.n.13. & lib.2.de voto,cap.11. num.10.& 11.*Layman *lib.4.tract.4.de voto,cap.2.n.14. in fine,* Trullench *in Decalogum,tom.1.lib.2.c.2.dub.5. num.19.* Castrus Palaus *tom.3.tract.15.disp.1. punct.8. §.5 num.7.* Sanchez *in summa tom.1.lib.4. cap.8.n.37.* Molfesius *in summa tom.1. tract. 11. c.15. n.38.* & alij communiter. Et ratio est, quia non procurare , nec acceptare Episcopatum, quantum est ex parte sua spectat ad humilitatem , qua se tanto munere indignum quispiam putat , ac honores , diuitiásque refugit. Atque ita videmus multos sanctos , vt Diuum Augustinum. Diuum Ambrosium , Diuum Gregorium (vt ex eorum vita constat) totis viribus restitisse , ne Episcopi crearentur. Quod minimè efficerentur , nisi id humilitatis opus Deo grauissimum esset. Ergo est materia voti. Insuper quia professi Societatis IESV id votum emittunt iuxta eorum constitutiones,quas varij Pontifices approbarunt. Item quia illicitum est procurare Episcopatum,(vt defendit Diuus Thomas communiter receptus *2.2. quæst. 185. art. 1.*) ergo non procurare, quantum est ex parte sua, & obligatum respuere est licitum,ac materia voti. Atque ita D. Thom. *ea q. 185. art. 2.* ait licitum esse secundùm propriam voluntatem recusare Episcopatum. Et quod dictum est de voto, vel iuramento non procurandi, vel acceptandi Episcopatum, dicendum est etiam de aliis Prælaturis, & officiis siue sæcularibus,siue regularibus.Et ideò ego olim consului validum fuisse votum cuiusdam de non acceptando Iudicatum magnæ Curiæ Regni Siciliæ : licèt postea ex rationibus , & causis mihi benè visis illud in alia pia opera commutauerim.

RESOL. XL.

An qui dubius est , an emiserit votum habens vsum rationis,teneatur adimplere ?

Idem est de iuramento.

Et an, quando quis certus est se emisisse votum,v.g.castitatis,sed dubitat,an habuerit animum se obligandi, teneatur seruare castitatem ?

Et an dictum votum censeatur reseruatum Pontifici ? Ex part.4.tr.3.Res.11.

§.1. HAnc quæstionem pertractat Turrianus *in opusculis theologicis, opuscul.10.disp.1. dub.2.* & affirmatiuam sententiam tenet , quia , ait ipse , in dubiis tutior pars est eligenda , & hanc sententiam etiam docet Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 6. num.10.*& Sanchez *in summa tom.1. lib. 4. cap. 1. numer.13.* quando dubium oritur ex liberationis defectu , vt , v.g. quia factum fuit ex aliqua animi perturbatione, ob aliquem metum mortis ex morbo , aut ob iracundiæ calorem , quia in his casibus rarò contingit defectus deliberationis requisitæ,& ideo ex communiter accidentibus præsumitur debitam deliberationem adfuisse. Sup. hoc su. pra in Res. 23.§.Notandum est.

2. Sed difficultas est quando defectus deliberationis oritur ex tenera vouentis ætate ? Turrianus *vbi suprà* absolutè affirmat pro obligatione voti. Villalobos *in summa tom 2. tract.34. difficult.7. numer.3.* Faustus *in tract.Relig.lib.1. quæst.26.* Malderus *in 2.2. tract. 10. cap.1. dub 5.* Sanchez *n.14.* distinguit ; si vouens septennium expleuerat tempore voti emissi , præsumendus est in eo dubio vsus rationis, ac proinde obligabit votum , seu iuramentum ; si autem non expleuerat, præsumitur defectus vsus rationis, nisi de illo constet, ac proinde non obligabunt. Quòd si dubium sit,an expleuerat , vel ne,credo in voti fauorem præsumendum. Ita Sanchez. Sup.hoc signanter in §. not.præteritæ.

3. Verùm contrariam sententiam tenet Sotus *de inst.lib.6.quæst.3.art.2 docum.1. ver. sed est hic.* Ludo-

tiens Beia *in summ. part.1. cas.49.* & alij, quos affert Sanchez *de matrim. tom.1. lib.1. disp.9. num.11. in 4. argum.* asserentes dubitantem puerum de rationis vsu dum vouit, minimè teneri; & hanc opinionem probabilem esse docet nouissimè Castrus Palaus *tom.1. disput. 3. punct. 11. num.4.* & ego etiam probabilem esse iudico. Sed si quis stare vellet in prima sententia, aduertat cum Suarez *de Relig. tom.2. lib.4. cap.6. n.7.* quamuis ex vi circumstantiæ ætatis votum factum post septennium præsumatur validum, quia in ea ætate ius præsumit vsum rationis; nihilominus tot possunt esse in contrarium coniecturæ, vt præualeant contra præsumptionem ætatis. Imò licet aliquando coniecturæ non sufficiant ad formandum iudicium probabile defectu vsus rationis, possunt tamen efficere rem dubiam, ita ut saltem æquiualeant præsumptioni ætatis, & tunc votum non obligabit.

Sup. hoc supra in Res. 23 § vlr. & in aliis eius annot. Sup. hac reseruatione, & diffic. seq. in hoc 4 in §. not. præteritæ cum eodem Suario, & Sanchez tantum, & in to.4. tr.2. Res. 78. §.1. post medium vers. Deinde. Et pro vlt. diffic. huius Res. cursim supra in fine res.13.

4. Notandum est etiam hîc obiter, quòd quando quis est certus se emisisse votum, v. g. castitatis, sed dubitat an habuerit animum se obligandi, tenetur seruare castitatem, quia possessio stat pro voto; nihilominus tale votum non censetur reseruatum Pontifici, quoniam cùm reseruatio sit odiosa, est restringenda ad casus certos. Et idem dicendum est in casu nostro, quando scilicet quis vouit expleto septennio, sed dubitatur, an tunc habuerit vsum rationis. Ita Suarez *de Relig. tom.2. lib.6. cap.26. num.6.* Sanchez *in summa tom.1.lib.4. cap.40. numer.26. & cap.44. numer.3.* & alij.

RESOL. XLI.

An in dubio, vtrum votum sit emissum ante pubertatem, aut post minorem ætatem, possit Pater illud iterare?

Idem dicendum est de tutoribus, & curatoribus etiam in casu, quod dubium sit circa tempus subiectionis; v.g. si vxor dubitat, an ante matrimonium emiserit votum; aut seruus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis, &c. & pupillus aliquando caruit tutore; & minor, qui aliquando caruit curatore, an tempore sui iuris, an post subiectionem illi votum fecerint.

Et quid, si dubium est, an votum sit confirmatum ab impubere, transacto subiectionis tempore? Ex part.4. tr.3.Res.37.

§.1 NEgatiuam sententiam docet Ioannes Salas *in 1.2.quæst.21. tract.8. disp. vni. a, sect. 25. num.201. & 202.* vbi sic asserit. Quando dubia est potestas irritandi, vel dispensandi votum aliquod, vel relaxandi iuramentum, etiamsi quis quantum in se est dispenset, commutet, vel irritet, votum tamen, aut iuramentum implendum est, quia obligatio certa non tollitur dispensatione, commutatione, vel irritatione dubia & incerta: vt si dubium sit, an votum personale emissum sit ante annos pubertatis, & votum reale ante annum 25. non potest ita irritare pater tale votum, vt filius illud non seruans, sit tutus in conscientia. Confirmatur primò, nam filius non est in possessione certa suæ libertatis, quin imò votum ipsum quodammodo est in possessione certa, quia certò obligat; ergo in dubio de irritatione non est melior filij conditio, sed adhuc tenetur implere votum. Confirmatur secundò, quia dubitans ad tempore contractus minor fuerit, ius non habet rescindendi contractum nisi probet se fuisse minorem. Ergo, &c. Ita Salas *vbi suprà.*

2. Verùm tu ne discedas ab affirmatiua sententia, quam tuetur Sancius *in selectis, disp.43. num.9.* Suarez *de Relig. tom.2.lib.4. cap.6. num.1.* & Sanchez *in summa, tom.1. lib. 4. cap.32. num.2.* quia licet vouens possessione sua careat, & sic votum respectu eius possideat, at pater possessionem suæ potestatis dominatiuæ habet ad irritanda vota, & ne independenter ab ipso ea vota emittantur. Ergo dum non constat de exemptione ab hoc dominio per lapsum ætatis, qua hoc durat, non est priuandus hac possessione, & ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos *in summa tom.1. tract.1. difficult.22. num.5.* vbi sic ait. [El que duda si quando hizo el voto tenia catorze años para la irritacion de los votos, se ha de Iuzgar que no los tenia, y puede irritarselos el que podia no los teniendo porque el Padre esta en possession de derecho sobre la voluntad del hijo, y mientras ay duda non sele deue quitar.]

3. Notandum est etiam hîc, supradictam doctrinam esse veram quoad tutores, & curatores, etiam in casu quo dubium sit circa tempus subiectionis; vt, v.g. si vxor dubitet an ante matrimonium votum emiserit an seruus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis; & pupillus, qui aliquando caruit tutore, & minor, qui caruit aliquando curatore, an tempore sui iuris, an post subiectionem illi votum fecerint. Puto enim in his casibus posse supradictos irritare vota, & vouentes non teneri illa post dictam irritationem adimplere, durante subiectione.

4. Sed quid si dubium sit, an votum sit confirmatum ab impubere transacto subiectionis tempore, relicto nempe si votum sit personale, & dubitet an pubes fuerit confirmauerit? Respondeo quòd tunc potest esse dubium de ipsa confirmatione, quia de nullo constat, aut potest de solo eius tempore dubitari, vt si constat confirmatum esse, at dubitatur an tempore impubertatis, vel potiùs tempore pubertatis: in vtroque casu dico Superiorem posse votum irritare; & rationes horum omnium videbis apud Sanchez *vbi suprà, numer.7. & 8.* ex quo hæc omnia desumpta sunt.

RESOL. XLII.

Impubes ante 14. annum nondum completum vouit religionem ingredi, facto pubere moritur pater, & legitimus curator ei constituitur, quæritur, vtrum possit curator votum illud irritare?

Et an hoc idem dicendum sit de matre, ac de aliis curatoribus.

Et ex doctrina supradicta quæstionis infertur, an Pater possit irritare vota filiorum ante pubertatem emissa, modo pubes post acquisitam pubertatem, non ratificauerit vota tempore impubertatis facta?

Et in dubio an ratificatio facta fuerit post pubertatem, præsumendum sit votum non fuisse ratificatum? Ex part.6.tract.7.& Misc.2.Res.22.

§.1. NEgatiuè respondet Suarez *de religione tom.2. lib.6.cap.6.num.25.* Quia Curator datus est tantum ad gubernationem minoris in bonorum administratione, non in persona, *leg. in copulandis 9.Cod.de nupt.* ibi Nec Curatoris: qui solùm rei familiaris sustinet administrationem, cuius officium durat vsque ad vigesimum quintum annum completum, quo tempore finitur pubertas: sed irritare vota personalia est actio spectans personam minoris, non eius bona. Ergo Curator hac potestate non gaudet. Item illa vota fuerunt emissa sub conditione, si Patri placuerint, & illo defuncto si placuerint Tutori: non autem emissa fuerunt sub conditione, si Curatori placuerint: quia tempore quo fuerint emissa non erat dabilis Curator: at tutoris officium cessat obtenta pubertate. *Instit. Quib. mod.tutel. finit. in princip.* Ibi, *Pupilli, pupillæque cum puberes esse cœperint, a tutela liberantur.* Ergo cessat in Tutore potestas ea vota irritandi: neque transit in Curato

Curatorem : tum quia sub beneplacito Curatoris non fuerunt emissa. Tum quia Curator non succedit Patri in gubernatione filij tempore impubertatis,sed pubertatis. Confirmatur hæc opinio:nam Sotus *de iustit. lib. 7.q.3. art.2. dub. vlt.* Aragon. *in 2.2.q.88.art.9.* Alcocer *in summa c.16. concl. 5.* & alij docent nec ipsum Patrem posse irritare vota filiorum impuberum post eorum pubertatem. Ergo à fortiori neque Curator talem habebit potestatem.

2. Verùm his non obstantibus in facti contingentia affirmatiuam sententiam consului , quam tuetur Sanch. *in summa tom.1. lib.4.c.30.nu.5.* & post illum nouissimè Fagundez *in Decalogum tom.1.lib.2.cap.33. num.22.* Fragoso *in Regimin. Reipubl. Christian.tom.1. lib.6.disp.16.n.76.* & Trullench. *in Decalog.tom.1.lib. 2.c.2 dub.35.n.7.* Et ratio est, quia Pater potest irritare hæc vota, & iuramenta respectu filij post pubertatem, ergo & curator, dum eius officium durat,id est , vsque ad vigesimum quintum annum minoris completum : nam vsque ad hoc tantummodò tempus durat officium curatoris;quia vt omnes Authores fatentur , curator respectu sui Minoris,vicem gerit Patris,& Patri succedit, illique æquiparatur in omnibus. Vnde si Pater potest, potest etiam ipse curator,dum curator est:nam ea vota semper manent imperfecta, vt prius erant ratione imperfecti iudicij, & pendentia à conditione : nisi Pater aut succedens Patri in potestate irritauerit. Nec refert, quòd curator detur primariò ad rem familiarem minoris administrandam;non enim datur solummodò ad solas res minoris administrandas,sed datur primariò & principaliter ipsis rebus sustinendis, & administrandis: secundariò verò datur personæ Minoris,vt illam etiam dirigat,& gubernet, vt latè probauimus *n.* 20. & hoc sufficit , vt prædicta illius vota , & iuramenta irritare valeat , vt patet. Vnde patet responsio ad argumenta adducta in fauorem Patris Suarez.

3.Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos, tenet etiam Castrus Palaus *to.3. tr.15. disp.2.punct.3. §.3.n.6.* qui optimè notat *n.7.* idem dicendum esse de Matre,ac de aliis Cutatoribus. At si hoc officium non exercet , tametsi nullus curator , vota impuberis post pubertatem non poterit irritare,quia Matri,quà Mater est,nulla filij puberis gubernatio conceditur , neque in ordine ad personam,neque in ordine ad bona.

Sup.hoc etiã pro Matre in Resl.nor. præterite,ad fin.§ 2.

4. Ex his infertur à fortiori contra Sotum , Aragonium, & alios suprà citatos , posse Patrem irritare vota filiorum ante pubertatem emissa , & ita tenet Cassianus *in 2.2. q.89. art,5.* Cœlestinus *in compend. Theolog. Moral.tr.5. c.5. n.6.* Lessius *lib.2 cap.40.dub.14. part.1. lib.11. c.17.q.7.* & alij penes ipsos. Quod tamen intelligendum est , modò pubes post acquisitam pubertatem non ratificauerit vota tempore impubertatis facta. Et in dubio an ratificatio facta fuerit post pubertatem , vel an filius ratificauerit votum , præsumendum est votum non fuisse ratificatum,vel ratificationem non fuisse factam post pubertatem , & consequenter Patrem posse huiusmodi vota irritare : quia confirmatio est quid facti,factum autem non præsumitur nisi probetur.

Sup.hoc in Resl. seq. §.3 à lin.7. usq; finem, & citatur in alio §. eius not.

Sup.hoc in Resl.præteriti in §. vlt.

RESOL. XLIII.

An tutores,& curatores,& etiam mater,possint vota , & iuramenta pupillorum in ætate impuberi emissa , post pubertatem postea irritare , dummodo post pubertatem non fuerint confirmata ?

Et quæritur , quomodo,& quando dicantur confirmata ?

Ex p.9. tr.8. & Misc.3. Resl.14.

Sup.conten. in hoc §.

§.1. SVppono discrimen inter tutorem , & curatorem:nam tutor datur principaliter personæ,secundariò verò datur rebus : at è contra curator datur principaliter rebus,& secundariò personæ. Deinde,tutor datur in ætate pupillari, id est , vsque ad pubertatem,qua completa cessat statim:at curator datur puberibus , durátque toto minoris ætatis tempore, nempe vsque ad vigesimumquintum annum completum, iuxta ius commune;& iuxta nostrum,vsque ad vigesimum completum,quo tempore finito cessat curator.

1 in Resl.not. seq.

2. Hoc supposito , asserunt multi , quoad tutorem, posse supradicta vota pupillorum irritare. Ita expressè Angelus *verb.Votum,2.n.10.* Emanuel Sà *verb.Votum,* vbi de voti irritatione, *num.5.* & Trullench *in Decal. tom.1.lib.2.c.2.dub.35.n.2.* vbi sic ait:[Tutor vtriusque sexus,etiam mater,potest omnia vota realia,& personalia,& mixta impuberum irritare,eodem modo,quo pater. Ita communiter DD. qui quoad hoc eodem modo loquuntur de patre, ac de tutore : militat enim eadem ratio in patre, & tutore. Nam tutor gerit vices patris, ad consulendum imbecillitati intellectus impuberum, ne imprudenter votis se adstringant. Poterit etiam tutor vota impuberis irritare, sicut pater , transacta impubertate,si postea non ea confirmauit pubes.] Itaille. Et ratio est : quia quoad omnia vota impuberum,illorúmve personas, gerunt tutor,& curator vicem patris, & rerum gubernationem in omnibus respectu pupillorum : ergo , quod de patre respectu filij impuberis dictum manet, dicendum quoque est de tutore , & curatore respectu suorum minorum , & pupillorum. Et hanc sententiam docet etiam Lessius *lib.2. q.40.dub. 14.n.82.*

Sup. hoc & prima diffic. tituli huius resl.in præterita resl.

3. Contrariam tamen sententiam tenet Sanchez *in Summa,tom.1.lib.4.c.30. n.15* Suarez *de Relig. tom.2. lib.6. c.6. n.24.* & *25.* & alij. Et ratio est:quia eo ipso, quòd pupillus fit pubes,desinit tutor esse tutor , & incipit esse tantùm curator , cui non persona , sed bona tantùm pupilli subiiciuntur:amisso autem tutoris officio amittitur potestas irritandi vota , & iuramenta facta,etiam in impubertate , seu ante quartumdecimum annum in masculis , in fœminis verò ante duodecimum:pater autem,etiam post pubertatem , non desinit esse pater.Nec refert,quòd amisso tutoris officio adhuc maneat illius persona ; quia vota , & iuramenta non pendent à tutoris persona,sed ab officio, aliàs irritandi potestas non transiret ad tutorem sequentem , si intra impubertatis annos alter tutor daretur pupillo, remoto priori tutore ab officio tutoris. Cùm ergo statim adepta pubertate à pupillo expiret prorsus officium tutoris,& maneat ipse tutor persona priuata,expirabit quoque conditio ab eo officio pendens,& potestas irritandi.

4. Si verò loquamur de curatore dato minori post pubertatem,siue idem sit,qui priùs erat tutor,siue alius; quidam existimant,non posse huiusmodi curatorem irritare vota, & iuramenta personalia,vt castitatis,Religionis,peregrinationis, &c.facta ab impubere,tẽpore, quo ipse erat subiectus patri,vel tutori,quamuis nec ab ipso essent post pubertatem ratificata , neque à patre, vel tutore, vel ante , vel post pubertatem confirmata: quia ad curatorem tantum pertinet administratio , & gubernatio rei familiaris pupilli, non gubernatio personæ:curator enim non personæ,sed rebus datur, l. *In copulandis.9.C.de nuptiis* Et ita curator vota personalia sui minoris irritare nequibit;poterit tamen irritare vota illius realia. Et ita docet Suar. *tom. 2. de Relig. lib.6.cap.6.num.24.& 25.* quem citat,sed non sequitur Sanch. *tom 2.Decalogi lib.4.c.30. n.15.*

5. Alij,& meliùs,existimant,posse ipsum curatorem, non solùm huiusmodi vota , & iuramenta realia , sed etiam personalia suorum minorum irritare : & ita docet expressè Sanch.*modò* allegatus,& docet etiam Sylvester *verb.Votum,4.quæst.2. dicto 6.* Et ratio est : quia pater potest irritare hæc vota , & iuramenta respectu

filij post pubertatem, ergo & curator, dum eius officium durat, id est, vsque ad vigesimum quintum annum minoris completum: nam vsque ad hoc tantummodo tempus durat officium curatoris: quia, vt omnes Authores fatentur, curator respectu sui minoris vicem gerit patris, & patri succedit, illique æquiparatur in omnibus. Vnde, si pater potest, potest etiam ipse curator, dum curator est: nam ea vota semper manent imperfecta, vt prius erant ratione imperfecti iudicij, & pendentia à conditione; nisi pater, aut succedens patri in potestate, irritauerit. Nec refert quòd curator detur primario ad rem familiarem minoris administrandam; non enim datur solummodo ad solas res minoris administrandas; sed datur primariò, & principaliter ipsis rebus sustinendis, & administrandis; secundariò verò datur personæ minoris, vt illam etiam dirigat, & gubernet; vt *supra* probauimus: & hoc sufficit, vt prædicta illius vota, & iuramenta irritare valeat, vt patet: ergo, &c. Et ita docet Castrus Palaus *tom. 3. disp 3. punct. 3. §. 3. n. 5. & 6.* ex Sanchez, Suarez, Azorio, Valentia, & aliis. Et ratio horum omnium est: quia hæc vota, & iuramenta verè ab impubere fuerunt emissa, & habent illius ætatis imperfectionem. Cùm ergo tractu temporis nulla mutatio in illis facta sit aduentu ipsius pubertatis; potest, pater, & qui loco parentum sunt, illa irritare post pubertatem, sicut de reliquis impuberum votis diximus; dummodo ea in ipsa pubertate non ratificauerint, aut pater illa confirmauerit. Vnde si extra impubertatem à patre non irritantur, & ipsi impuberes ea tunc ratificent, obligabunt. Solus tamen Viualdus *in Candelabro aur 3 par. c. 4. n. 99.* ausus est dicere, non posse patrem irritare vota personalia de ingrediendo Religione, aut seruanda castitate, & similia personalia filiorum impuberum dilata in tempus pubertatis: sed nullam rationem, nec fundamentum pro se affert, vt inquit Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 6.* Itaque, si quæras, quid de votis, & iuramentis filiorum impuberum implendis in tempus pubertatis, siue realia, seu personalia sint; vt si voueant aliquid exequendum, cùm adoleuerint, & ad pubertatem peruenerint, v. g. castitatem, Religionem, aut eleemosynam? Respondeo, hæc eodem modo irritari posse à parentibus, tutoribus, & curatoribus, quo hactenus diximus. Quia, vt dictum est, curator succedit in gubernatione filij ex potestate, quæ patri conuenire debebat eo tempore, si viueret: sed *alibi* probaui patrem irritare posse vota filij puberis ante pubertatem emissa, nec post pubertatem confirmata. Ergo idem poterit curator, quidquid dixerit Suarez *vbi supra n. 24* alibi à nobis impugnatus; cui adde Sotum *de iust. lib. 7 q. 3 art. 2. dub. vlt.* Aragonium *in 2 2. q. 88. art. 9. in fine.* Sed opinio affirmatiua, cui ego adhæreo, est satis probabilis, & tuta in praxi.

Alibi in Res. præterita § vlt. in principio & infra in Res. 45 recitanter §. vlt.

6. Sed, quia à nobis *paulò supra* dictum est, posse patrem, curatorem, & alios Superiores, vota filiorum irritare, dummodo non fuerint post pubertatem confirmata; quæritur, quando, & quomodo dicantur confirmata: Respondeo, non censeri confirmata per approbationem parentis; (tametsi contrarium sentiant Suarez *lib. 6. c. 6. n. 15. & 16.* & Sayrus *lib. 6. in Clau. Regia, c. 10. num. 28.* Quia hæc approbatio, nec supplet perfectè imbecillitatem iudicij impuberis, nec priuat parentem potestate gubernatiua filij; sed solùm præstat, ne pro libito, & absque causa licitè irritare possit filij vota. Sanchez *c. 30. num. 36.* Deinde non censentur confirmata ex eo, quòd vouens voluerit illa exequi. Quia hæc voluntas non immutat obligationem antecà contractam; sed illi, quantumuis infirmæ, annexa est. Sic Nauarrus *c. 12. num. 71.* Azorius *1. part. lib. 11. cap. 17. quæst. 7.* Valentia *2. 2. disp. 6. quæst. 6. punct. 6. quæst. vltima* Suarez *cap. 6. num. 12. & 13.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 13. nu. 83.* Sanchez *lib. 4. Sum. cap. 30. n. 38.* Neque item censentur confirmata, tametsi sæpè renouentur, seu repetantur vt firma, credendo firma, & inirritabilia esse: quia huiusmodi repetitio est approbatio prioris vinculi, non alicuius noui constitutio; & ignorantia, seu error tollit voluntarium, ac proinde impedit, ne fementur ampliùs, quàm sint. Nauarrus, & Lessius *supra*, & Sanchez *30. n. 43.* Quapropter tunc vota confirmata censebuntur, quando vouens conscius infirmitatis priorum votorum, se obligare vult firmiter, & irreuocabiliter; vel vult se obligare, ac si nunquam obligatus esset. Quia hæc voluntas æquiualet nouæ voti emissioni. Et ita in specie docet Palaus *tom. 3. disp. 2. punct. 3. nu. 10.* quod est valdè notandum.

RESOL. XLIV.

Si filius, seruus, vel vxor voueat v. g. singulis sextis Feriis sua vita ieiunare vel quotidie Litanias recitare, & similia, an talia vota possint à Patre, marito, aut Domino irritari? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Res. 15.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 4. c. 29. num. 7.* [Quia sicut votum absolutè emissum recitandi quotidie Officij diuini, aut quotidie dandæ eleemosynæ posset prorsus irritari, cùm tamen toto vitæ tempore obligeret: ita potest, quando totum vitæ tempus exprimitur; quia in neutro casu censetur partim relatum ad subiectionis, partim autem ad libertatis tempus. Quare iure optimo Azorius *tom. 1. Instit. moral. lib. 11. c. 17. quæst. 11. ad finem* & Sayrus *in Clau. regia, lib. 6. c. 10. n. 18.* dixère, posse id votum omninò irritari quando ad nullum tempus est expressè relatum, sed absolutè emissum. Et Azorius expressè dicit, tunc non posse, nisi quoad partem, quando expressa fuit vtriusque temporis mentio.] Ita Sanc. Itaque, secundùm illum, hæc vota æquè libertatis, ac subiectionis tempus afficiunt; ac proinde irritationis perfectæ capacia sunt.

2. Verùm contrariam sententiam nominatim contra Sanchez tenet Castr. Palaus *tom. 3. disp. 2. punct. 3. §. 4. num. 2.* Quia supradicti domini solùm irritare vota subditorum possunt, quatenus sibi præiudicant: sed illa vota solùm dominis præiudicare possunt, quoad materiam contingentem tempore subiectionis, non autem postea. Neque obstat, hæc vota æquè libertatis, ac subiectionis tempus efficere. Quia afficiunt illud diuisibiliter; est enim materia illis promissa diuidua, singulis diebus correspondens: ac proinde secundùm partem implendam tempore subiectionis suspendi possunt, manentibus firmis quoad partem tempore libertatis implendam. Alias votum castitatis emissum ab vxore irritari posset à viro, ita vt soluto matrimonio nulla illius esset obligatio. Quod est omninò falsum, vt satis colligitur ex cap. *Quidam* & cap. *Placet, de conuersatione coniugatorum.*

3. Sed opinio Sanchez non habet difficultatem in sententia Doctorum asserentium absolutè potestatem mariti, domini, parentis irritatiuam, extendi ad vota emissa tempore subiectionis, etiamsi sint adimplenda subiectione dissoluta. Quia tempore, quo votum illud emittitur, voluntas illa subditur Superiori, siue absolutè, siue quoad materiam promissam, quantumcumque exequutio in aliud tempus differatur. Et confirmatur: quia quamuis exequutio pendeat in futurum; ar talis voti grauamen, & obligatio sunt præsentia. Secundò, quia sequitur ex tali voto præiudicium Superioritatis tempore, quo est verè Superior, & alter subditus, cum non recognoscit vouens sine eius consensu. Et hanc opinionem probabilem putat etiam ipsemet Sanchez *vbi supra, n. 3.* Sed de hac quæstione *alibi* à nobis etiam actum est.

RESOL.

RESOL. XLV.

An superiores possint irritare vota emissa tempore subiectionis implenda tempore eius solutionis, vt siv. g. vxor aliquid promittat in tempore viduitatis, impubes tempore pubertatis, pubes in tempore, quo liberam habuerit bonorum dispensationem, seruus dum fuerit liber?

Et nota, quod Pater possit irritare votum Religionis à filio emisso, post annos pubertatis exequendum. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 29.

Sup. contentis in hoc & seq. 88. vsque ad vlt. huius Resol. in Resp. & in aliis eius annotationum late etiam pro parte voti nostri.

§. 1. VT si, v. g. vxor aliquid promittat in tempus viduitatis, impubes in tempus pubertatis, pubes in tempus quo liberam bonorum dispensationem habuerit seruus dum fuerit liber, &c.

2. Prima opinio vtitur distinctione, nam aliqui ex supradictis sunt plenè subditi Superiori quoad voluntatem cui ad plenum eius regimen traditi sunt, quales sunt Religiosi respectu suorum Prælatorum, & filij impuberes respectu patris, & tutoris; alij verò sunt tantùm subditi quoad aliqua obsequia, & aliquod voluntatis regimen, quales sunt seruus domino, vxor viro, filij puberes patri, & curatori. Priorum ergo vota facta ad tempus solutæ potestatis, possunt Superiores irritare, non autem posteriorum, & ita docet Sanchez mutans sententiam *in summ. tom. 1. lib. 4. c. 29. n. 31.*

3. Secunda sententia absolutè facultatem supradictam cuicumque Superiori denegat, quia votum refertur in tempus solutæ subiectionis, & ita tenet Caietanus *in 2. 2. q. 88. art. 8. dub. penult. in solut. ad 5.* Nauarrus *in summ. c. 12. num. 66.* Aragon *in 2. 2. qu. 88. art. 8.* & alij.

4. Tertia sententia eam facultatem omnibus Superioribus habentibus facultatem dominatiuam concedit, quia tempore, quo votum emittitur volûtas subditi subditur Superiori siue absolutè, siue quo ad materiam promissam, quarumcumque executio in aliud tempus differatur. Deinde sequitur ex tali voto præiudicium Superiori, nam tempore, quo est Superior, & alter subditus, eum non recognoscit vouens sine eius consensu. Et hanc sententiam probabiliorem vocauit Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 39. n. 16.* licèt postea *loco citat. in summ.* tantùm probabilem vocet; secluso tamen voto serui emisso in tempus quo libertate donatus fuerit; & illam absolutè tenet Petrus de Ledesma *in summa tom. 2. tract. 10. c. 7. dub. vlt. dict. 10.* Vega *in summa tom. 2. c. 12. 1. cas. 20.* & alij.

Sup. hoc cum Authoribus dicta in Resol. 42. vlt. in principio, & in Resol. 43. §. Alij propè finem.

5. Sed stando in prima opinione, ego olim putaui aliquos probabiliter consuluisse, patrem potuisse votum irritare Religionis, à filio emissum, post annos pubertatis exequendum, & hanc sententiam summopere notent Confessarij, & casuum conscientiæ responsores quia in casibus contingentibus plurimum deseruire poterit.

RESOL. XLVI.

Quidam vouerat singulis Festiuitatibus Annunciationis B. Mariæ Communionem, sed Festum illud accidit in Feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, quæritur an teneatur in illa die sacram Synaxim sumere?

Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an Feria sexta parasceues licitum sit sumere Communionem?

Et quæritur obiter, an in Feria quinta Cœnæ Domini sit vna tantum celebranda Missa? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Resol. 19.

§. 1. RESolutio huius casus pendet ex illa quæstione; An feria sexta Parasceues licitum sit sumere sacram Communionem: & negatiuam sententiam tenet Francolinus *de horis Canonicis, cap. 30. n. 12.* Marchinus *de Sacrament. Ordinis, tract. 3. part. 3. c. 8. num. 3.* Megalius *in Promptuar. tom. 2. ver. Eucharistia Sacramenti Minister, num. 19.* & ita determinasse Sacram Congregationem Rituum die 19. Februarij 1622. testatur Gauantus *in Rubricis Missalis tit. 9. §. 4. n. 24.* Barbosa *de offic. Parochi. c. 20. n. 16.* & Leon. *de offi. Capell. q. 8. sect. 17. num. 170.* Et ratio est, quia *in cap. Sabbato de Consecrat. distinct. 3.* Innocentius asserit Sacramenta eo die penitus non celebrari. Item quia in officio illius diei solùm propter infirmos præcipitur seruari Sacramentum.

Sup. quæst. contenta in hoc textu, in tom. 2. tr. 2. Resol. 45. & 46. & cursim in alio §. earum primarum annotationum.

2. Sed his non obstantibus non desunt Doctores contrarium sentientes, nempè licitum esse per se loquendo secluso omni scandalo eo die communicare. Primò, quia cùm hoc sit per se bonum, & prohibitio in contrarium non extet, non est cur tanquam malum, & peccatum damnetur. Et Innocentius in eo cap. manifestè de solo Missæ sacrificio loquitur: nam celebrare Sacramenta non est propriè præbere Eucharistiam populo, sed conficere & consecrare illam; inde enim celebrare pro Missam dicere, & Sacrificium facere vsurpatur. Secundò quia parum obstat, quòd in officio Parasceues Sacramentum solùm propter infirmos custodiri iubeatur: nam id non ideò fit, quòd illis solùm licitum sit dispensare; sed quia illa fuit causa maximè necessaria seruandi Sacramentum. Et ita hanc sententiam docet Fagundez *part. 1. lib. 3. c. 15. n. 16.* Suarez *in 3. part. Sacram. disp. 8 sect. 2.* Layman *in Theolog. Morali, lib. 5. tr. 5. c. 4. n. 7.* Molfesius *in summa tom. 1. tract. 3. c. 14. num. ...* Filiucius *tom. 1. tr. 5. cap. ... n. 105.* Emanuel Sà *ver. Eucharistia, n. 19.* & qui apud me instar multorum est Pater Vasquez *tom. 3. disp. 232. c. 2. n. 22.* dicit posse quemlibet ex causa, vel deuotione eo die communicare & sacram Synaxim sumere.

3. Nec valet dicere, quòd hodie in Ecclesia Latina solus Sacerdos dicta feria sexta communiter ex præsanctificatis die præcedenti: nam asserunt Doctores citati hanc consuetudinem non esse ita introductam & receptam, vt vim præcepti habeat, sed potiùs deuotionis gratia, & vt magis congruenter: nam cùm omnes ferè communicent feria quinta, ideò nullus communicat feria sexta: præsertim cùm ea die non possit commodè fieri. Non ergo dici potest per non vsum introductam esse prohibitionem: quia sola negatio actus non sufficit ad introducendam legem. Verum his non obstantibus ego consului in casu præsentis dubij vouentem potuisse abstinere à sacra communione in illo die Annunciationis sine fractione voti, quia incidit in feriam sextam Parasceues.

4. Non desinam hic etiam adnotare sacram Congregationem rituum, vt patet apud Decreta Diœcesanæ Synodi Neapoli celebratæ anno 1627. & apud Persicum *de offic. Sacerd. lib. 1. dub. 6. n. 40.* decreuisse in Feria quinta in Cœna Domini celebrandam esse vnam Missam tantùm. Et Marullus Francolinus *de horis Canonicis c. 30. n. 18.* testatur suo tempore Cardinalem Sauellium Pontificis Vicarium Romæ quibusdam Sacerdotibus celebrare volentibus præcepisse, ne eo die celebrarent. Tamen hoc decretum non videtur in Sicilia, & in multis locis vsu receptum: nam passim in illa die Sacerdotes celebrant; & hoc fieri posse etiam publicè secluso scandalo tenent Doctores, quos ego citaui *in tract. de celebrat. Missar.* & citat & sequitur Marchinus *de Sacrament. Ordinis, tract. 3. part. 3. c. 8. n. 1.* Et Pater Vasquez *tom. 3. disp. 232. c. 2. n. 15.* docet neque iure scripto, neque consuetudine vetitum esse feria Quinta in Cœna Domini Missam celebrare, neque

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Resol. 73. à lin. 2. & ibi in tr. 2. Resol. 46. § Notandum in fine.

Nihil sup. hac quæstione Author dixit in dicto tract. hic citato.

Prælati

Prælati licentiam esse necessariam,& testatur se plures Romæ vidisse eo die celebrare.

RESOL. XLVII.

An qui ex voto, vel pœnitentia tenetur recitare aliquo die tantum partem Rosarij, si illam cum notabili incorruptione recitet, dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem mane, & aliam vespere reciter? Ex p.4. tr.4. & Misc.Resol.17.

Quæ nunc est in tom.3. tr.6.Resol.67. & in aliis eius not. Et pro diffic. huius Resol. in tom.1.tr. 6. Resol. 9. §. vlt.in principio, & in to. 4. tr.6. Resol. 55.§.Sed qu a recitanter ad lin.8.

§.1. AFfirmatiuè respondeo, quia, vt probaui *in* 2. *part.tract.*12.*resol.*4. recitans Officium diuinum cum magna interruptione, satisfacit præcepto; ergo idem dicendum erit in recitatione Rosarij ex voto & pœnitentia,& hanc sententiam quoad vtramque partem tenet Sanchez *in opusc.tom.*2.*lib.*7.*c.*2.*dub.*19. *n.*5. vbi sic ait. Secunda sententia docet, quòd licèt sine causa iusta interrumpat recitans Horam, & per magnum tempus, non peccat mortaliter, nec tenetur sub mortali ad repetendum,quia licet,physicè loquendo,quando est magna interruptio, non sit eadem hora continua: at loquendo moraliter propter intentionem, quam hic habet supplendi quod deest intra eundem diem,censetur integratio & continuatio eiusdem horæ, atque adeò impletio præcepti Horarum quoad substantiam. Item, quia qui tenetur ad Rosarium, vel Psalmum ex voto,vel pœnitentia,satisfaciet recitando dimidiam partem manè,& aliam vesperè; ergo similiter in Hora canonica. Ita Sanchez, qui optimè notat hanc sententiam veram esse,licèt quis faciat illam interruptionem cum proposito formali reincipiendi postea illud, quod fuerat recitatum, hoc enim non obstante poterit postea non reincipere,sed prosequi quod cœperat,quicquid asserant aliqui, quos alibi impugnauimus.

Alibi in tom. 3. tr. 6. Resol. 46. §. primo & in alius eius not.

RESOL. XLVIII.

An qui vouit,vel iurauit, aut habuit pro pœnitentia iuncta audire Missam,vel dicere officium B.Virginis, si Missam audiat,vel recitet sine interna attentione, adimpleat votum, & pœnitentiam?

Et dicetur præceptum audiendi Missam, & recitandi Horas Canonicas adimpleri sine interna attentione, dummodo interius recitans, vel audiens Missam non se gerat distractus. Ex p.10. tr. 13. & Misc.3.Resol.35.

Alibi in to.1. tr 6. Resol.47. & 48. & in tom.2. tr.3. Resol.2. & in quinque primis lin.Resol. 4.

§.1. VIdetur probabiliter affirmatiuè posse responderi, sicut probabiliter dicitur, præceptum audiendi Missam,& recitandi Horas Canonicas adimpleri sine interna attentione,dummodò interiùs recitans, vel audiens Missam, non se gerat distractus. Et pro hac sententia ego alibi citaui Hurtadum, Lugo, & alios, & me citato, illam tenet nouissimè Dicastillus, *de Sacram.tom.*1.*tract.*5.*disp.*5.*dub.*8. *num.*95. & *dub.*9. *n.*117. vbi sic infert. Eadem ratione colligitur posse implere præceptum audiendi duas, vel plures Missas,si præceptum præcisè sit ex præcipiente, vel legislatore humano,humanáque auctoritate, etiamsi vni tantùm, vel etiam nulli interiùs attendat: dummodò exteriùs sit in eo loco,&situ, quo censeatur omnibus Missis præsens, nullo dato signo exteriori, quo ostendatur non omnibus, aut nulli Missæ attendere; nam cùm iuxta nostra principia non sit necessaria vlla attentio interna ad implendum Ecclesiæ præceptum, dummodò ita assistatur, vt nulla distractionis significatio detur; attentio verò ad tres, vel plures Missas simul non sit impossibilis, profectò ex eo quòd quis assistat pluribus, non colligitur quod illis non attendat, neque enim assistentia & attentio ad vnam pugnat cum assistentia & attentione ad reliquas. Ita ille, cui adde Pellizzarium, *in Manual. Regular. tom.*1.*tract.*1. *c.*4.*sect.*1.*n.*48. etiam me citato. Vide mirorquomodo Reuerendissimus Magister Candidus. *tom.*1. *disput.* 25.*dub.*14. vocauerit hanc sententiam improbabilem, cùm illam ex Dominica Familia doceat Syluester,Dirandus,Paludanus,& D.Antoninus;& ex Societate Iesu Cardinalis Lugo,Coninch,Dicastillus,& plures alij viri doctissimi.

2. Sed quo ad Casus propositos de Voto, Iuramento, & Pœnitentia, negatiuam sententiam docet idem Dicastillus,*vbi suprà dub.*7. *n.*90. vbi sic ait: Verùm autem hoc ipsum sufficiat ad impletionem Voti, aut Iuramenti, non est huius loci disputare; sicut nec de impletione Pœnitentiæ iniunctæ in Confessione. Sufficiat dicere non esse eandem rationem, atque de præceptis Ecclesiæ,nam cùm obligatio Voti, & Iuramenti sit de re,quæ quantumuis interna sit,sufficienter innotescit Deo ipsi cui promissio Voti facta est, aut quem in testem adduximus rei faciendæ, & qui est propriè iudex,& cognitor impletionis rei promissæ,vel,vt aliis verbis rem explicem, cùm materia promissa comparatione promittentis, & eius, cui promittur, sit æquè nota, etiamsi materia sit actus internus,& æquè subiecta voluntati promittentis, aut iurantis, sibique quasi imponentis priuatam legem,potest potestas obligandi ad eam materiam se extendere, quæ promitti pariter homini, & accepranti Deo æquè subiecta est,& nota atque si esset materia externa. Ecclesia verò, aut Princeps aliquis suam quasi sphæram non extendit,nec extendere potest nisi tantùm ad externos actus,qui natura sua subsunt externo illius iudicio,& cognitioni, vt explicatum est. Quod verò attinet ad Pœnitentiam iniunctam in Sacramento Confessionis, quia ea Pœnitentia iniungitur à Sacerdote gerente vices Christi,& iudicante nomine ipsius,atque efficiente,vt illud opus satisfactorium sit pars integralis Sacramenti: ex his omnibus capitibus potest resultare obligatio Iuris naturalis diuini, quæ potest transcendere ad actus etiam internos, ad quos Christus ipse instituens Sacramentum, potest virtute sua obligandi pertingere, qui externorum pariter actuum atque internorum nostrum Iudex est, Princeps, ac Dominus, de illisque iudicat: quod tamen non habet Ecclesia, vnde illud axioma ortum habuit: Ecclesia non iudicat de occultis. Ita Dicastillus.

3. Verùm aliquis posset dicere, quod obligatio Voti,& satisfactionis impositæ à Confessario,regulantur, & obligant instar præceptorum Ecclesiæ, vt tradunt communiter Doctores, nisi aliter constet de intentione vouentis, & Confessarij: sed secundùm opinionem probabilem præceptum Ecclesiæ non obligat ad attentionem internam, sed tantùm externam: ergo neque obligat Votum, aut Pœnitentia imposita à Confessario. Cogita, nam ipsemet Dicastillus postea *dub.*9. *n.*119.suam sententiam vocat tantùm probabiliorem.

RESOL. XLIX.

An qui audit Missam animo non satisfaciendi voto, vel iuramento, satisfaciat voto?

Vbi plura de intentione satisfaciendi præcepto.

Et an doctrina huius Resolutionis non procedat in obligationibus iustitiæ?

Et notatur necessarium non esse habere voluntatem expressam satisfaciendi præcepto: nã si ex ignorãtia præcepti rem præceptã exequaris, præcepto satisfacis tã-

ter

ter,quod deobligatus remanens ad alterum faciendum. Imo, si ex animo expresso non satisfaciendi præcepto per talem rem, illam exequaris, adhuc tamen satisfaceres præcepto. Ex p.3.tr.6.& Misc.2.Res.77.

Sup. hoc in tom.2.tr.3. Res.5. §.Verum ad me dium, à versi. cum tamen, & si placet. lege doctri nam aliorum ff. nor. pe nult. dictæ Res.

§.1. NEgatiuè respondet Suarez *de Relig. tom.2. lib.4.de horis Canonicis,c.26.num.8.* vbi probat,quòd, si audias Missam voluntate non satisfaciendi voto,ad quod teneris,sed intendas aliam Missam audire vt voto satisfacias , tacitè te prorogare votum , vel nouum votum facere , quia cùm obligatio voti à te dependeat , potes pro libito illam tibi de nouo imponere.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Sanchez *in summa tom.1.lib.1.c.13.n.18.* Dico igitur te integre satisfacere voto , licet habeas intentionem alia Missa satisfaciendi,quia verè præstas illud, quod vouisti;neque cum illam voluntatem habeas minimè satisfaciendi voto per illam Missam, intendis de nouo vouere,etsi possis,sed solum intendis priori voto per aliam Missam à te audiendam satisfacere.Ergo si iam satisfecisti,nihil restat tibi satisfaciendum.

Sup. hoc in tom.2.tr.1. ex lata doctrina Res. 14.§.Ad secundum si punctor pro bitum, à vers. Addo, & ex doctrina Res.nor. præcedentis infra in n.7. Res. allegatâter in fine.

3. Notandum est tamen hîc obiter , necessarium non esse habere voluntatem expressam satisfaciendi præcepto,nam si ex ignorantia præcepti rem præceptam exequaris,præcepto satisfacis,taliter quòd deobligatus remaneas ad aliud faciendum. Ita Vasquez *in part.2. q.* 100.*art.9.n.5.* Valentia *tom.3.disp.6.q.2.punct.vlt* Henriquez *lib.9.c.25.n.6.* Suarez *in 3.p.tom.1.disp.88 sect.* 3. Azorius *tom.1.lib.7.c.2.q.6.* & alij. Imò aliqui plus addunt,non solùm si ignarus præcepti,rem præceptam exequaris,sed animo expresso non satisfaciendi præcepto per talem rem,adhuc tamen satisfaceres præcepto. Ita ego alibi,& Lessius *lib.2.c.37.dub.10.n.59.* Valentia,Vasquez,& alij *vbi suprà.*

4. Hinc infertur contra Sanchez *in summa, tom.1. lib.1.cap.13.num.3.*& Bonacinam *disp.1.quæst.1. punct.* 10.*num.4.* accedentem ad Ecclesiam animo meditandi res diuinas:si sacerdos interim adeat ad altare ad celebrandam Missam , satisfacere præcepto audiendi Missam , licet cùm primùm accessit ad Ecclesiam,non habuerit animum audiendi sacrum. Ita Castrus Palaus *tom.1.tract.3.disp.1.punct.17.n.7.*

Sup. hoc in Res.tr.7. Res.46. & in multis aliis citis primæ tom.

5. Verùm supradicta non procedunt in obligationibus iustitiæ, in quibus sine cognitione obligationis exequi rem præceptam non potest , quia res præcepta est solutio , non donatio;solutio autem necessariò inueluit cognitionem obligationis , & voluntatem satisfaciendi,quibus deficientibus erit donatio liberalis, ac proinde debitum non extinguit;quæ sententia limitatur , quando in genere voluisti , vt si casu aliquam obligationem habeas restituendi, eleemosynæ à te faciendæ loco illius subrogentur nam tunc illæ eleemosynæ non propriè eleemosynæ , & donationes liberales sunt,sed solutiones debiti , cùm ex voluntate satisfaciendi debito procedant , quod est valde notandum. Vide Sanchez *in summa , tom.1. lib.1.c.15.nu.11.* & alios.

Sup hoc limitatione in Res.tr.6. lege doctrinam Res.16. & illarum Res. & §§. eius 1.& 2. nor. & videtiam doctrinam Res. præteritæ huius §.

RESOL. L.

An si quis intuitu pietatis, & solum propter Deum iuraret dare dotem mulieri , possit fœmina illius obligationem remittere ?

Idem est,si certo pauperi iures eleemosynam largiturus.

Et quid, si ea dos , eave eleemosyna nulli esset determinato pauperi,aut personæ promissa?

Et infertur , quod si quis filiæ intuitu Patris dotem sub iuramento promittat,tunc non ad filiam , sed ad Patrem remissio iuramenti pertinet. Ex p.9. tract. 8. & Misc.3.Res.13.

§.1. NEgatiuè respondet ex Soto Azorius *tom.1. lib.11.cap.3.q.11.* vbi sic ait:[Quid dicendum, cùm Titius iurauit,se certæ Caij filiæ dotem daturum,vt possit commodè nubere,an Caius , aut eius filia eiusmodi iusiurandum possit remittere ? Sotus *lib. 8.de iust.q.1.art.9.* distinguit : Aut Titius iureiurando se deuinxit pietatis, ac Religionis causa , eò quòd filia Caij inopia premeretur : aut promisit gratia puellæ, vel patris. Si primo,inquit,modo iurauerit,non potest Caius, & filia iusiurandum dirimere : est enim votum Deo factum.Si secundo,potest Caius iusiurandum soluere, quoniam sibi , aut filiæ est facta promissio. Idem est,si iures, te certo pauperi eleemosynam largiturum: aut enim promittis,vt profis homini, & proinde causa ipsius ; aut promittis Deo,videlicet, studio pietatis in Deum. Si primo modo, pauper potest iusiurandum remittere;si secundo modo,non item.] Ita ille. Probatur hæc opinio ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *qu.89. art.9. ad 2.* vbi asserit , eum , cui aliquid promittitur intuitu pietatis, id non posse remittere : nam iuramentum factum Deo intuitu pietatis, rationem voti habet, votóque æquiualet,vt Doctores omnes tradunt:in voto autem nihil potest persona priuata,cùm soli Deo ius acquiratur.Secundò,quia tale iuramentum soli Deo præstatur ; cuius iuri alter renuntiare non potest , non tamen intelligas,velle hanc opinionem,vt sic iurans teneatur puellam nolentem dotare, aut ducere;hoc enim absurdissimum esset:sed sensus huius opinionis est:per remissionem promissionis alterius non manere liberum iurantem si adhuc,remittens velit matrimonium, dotem,aut rem sibi promissam.

Sup. hoc in Res. seq & in tom.2.tr.6. lege doctrinam Res. signanter à §. His suppositis.

2. At ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo : quia, quamuis iuramentum Deo præstetur, & intuitu pietatis fiat ; tamen ipse Deus gratũ illud in partis vtilitatem habet & quatenus parti est commodum , & fauorabile , & solùm affertur Deus in testem talis promissionis : ergo pars , cui debetur , remittere illius obligationem potest , sicut & alia sibi debita condonare. Secundò , quia ideo potest pater aliqua filiorum vota irritare,quia potest tollere materiam , qua sublata votum cessat:ergo similiter pars potest tollere, & remittere materiã Deo in sui fauorem promissam:ergo consequenter tollet obligationem iuramenti. Hanc opinionem tenet Sanchez *lib 1 de matrim.disp.52.num.7. & 8.& 9.& tom.1. Decalog. lib.3. c.20. num.7.* Henriq. *lib. 11. de matrim. cap.14. num.6.* Ludouicus Lopez *2.par.Instruct.de matrim.c.38.fol.mihi.1048. col.2.* Nauarrus *in Summa Latina , cap. 22. num.25. casu 1. Hisp.n.23.* Vinaldus *in Candelabro,1.part.de sponsal.5. num. 31.* Brunellus *de sponsal. conclus.9. num. 2.* Anthon.Cuccus *lib.5.Instit.maior. tit.10. num.61.* & alij. Addit tamen Anthonius Cuccus teneri hunc aliam pauperem ducere,aut dotare:quia promissio illa iurata duo continebat:primum,pauperem ducere,vel dotare; aut eleemosynam pauperi dare:secundum hanc pauperem ducere,dotareve,aut illi eleemosynam dare. Quare,si iurans nequit vtrumque implere , tenebitur alterum,l.*Celsus. §.1.ff.de recept.arbitr.* Sed oppositum dicendum est:quia huic pauperi præcisè promisit,& non alteri.

3. Nota tamen , quòd in vno casu, opinio negatiua Azorij,& Soti esset admittẽda,quando, scilicet,ea dos, eáve eleemosyna,nulli esset determinato pauperi , aut personæ promissa:& similiter,quando quis promisisset Deo,votóque,aut iuramento id firmasset , se ducturum in vxorem quandam pauperem fœminam absolutè , & nulli in particulari id promisisset:quia tũc nullus pauper obligationem talis iuramenti , & promissionis potest remittere,quia id iuramentum Deo soli est præstitum,nec res promissa credit in fauorem certi pauperis, qui possit huic fauori cedere ;sed cedit vagè in fauorẽ huius,vel illius, ac proinde nullus particularis poterit eam

Sup. hoc in Res. 1. nor. præteritæ, §. 1.prope finẽ, & §.Sed ad lin.8.

eam obligationem remittere. Solùm ergo talia iuramenta,quæ rationem voti induunt , & soli Deo præstantur manebunt subiecta irritationi, relaxationi, dispensationique, ac commutationi , quemadmodum , & vota manent,& ad quos pertinet vota irritare, relaxare,cõmutare,& dispensare,illa quoque pertinebunt, vt benè notat Sanchez *tom.2. Decalogi,lib.3.cap.20.n.9.* Vnde ex his infertur, quòd si quis filiæ,intuitu patris, dotem sub iuramento promittat ; tunc non ad filiam, sed ad patrem remissio iuramenti pertineret.

RESOL. LI.

An iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei possit quis remittere,si cedat in eius vtilitatem ?

Et quid est faciendum , quando prædictum iuramentum præstitum fuit dare eleemosynam pauperi , aut hospitali non determinando personam ; an tunc huiusmodi iuramentum relaxari debeat per Prælatum Ecclesiasticum? Ex p.10. tr. 14. & Misc.4.Res.17.alias 15.

Sup. hoc in Re præterita , & vide etiam doctrinam alterius §. eius primæ not.

§.1. NEgatiuè respondet Texeda, *tom.2.lib.2.tr.2. contr.6.n.744.* vbi sic ait : Maior difficultas est, an quandò iuramentum est specialiter Deo præstitum,aut ex affectu ad Religionem , si tamen res promissa tota cedit in fauorem proximi , possit proximus illud relaxare. In qua disputatione Sanchez *lib.1. de Matr.d.25. n.7.* affirmat posse partem cui fuit præstitum iuramentum illud relaxare ; nihilominus oppositum est verum,quia vt asserit Petrus de Ledesma *Sum. tract.11.de Iur.c.1.* quoties iuramentum est specialiter Deo factum,& in eius honorem,aut Religionis,quamuis sit præstitum in vtilitatem proximi , non potest illud remittere , sicut contingit in Casibus adductis, quod tamen ego limito , nisi huiusmodi iuramentum taliter sit in Dei honorem specialiter factum,quod iurans omne ius, obligationem,& impletionem remiserit ad voluntatem eius cui fuit præstitum ; nàm tunc non dubito posse illum relaxare,quia principaliter censetur illi fuisse præstitum. Hinc fit,constare manifestè quid dicendum est ; quandò quis iurauit se daturum certam eleemosynam cuidam pauperi , aut hospitali, non determinando personam,tunc enim huiusmodi iuramentum relaxari debet per Prælatum Ecclesiasticum, quia huiusmodi iuramentum est Deo principaliter præstitum,& non in vtilitatem alicuius certæ personæ,cui remitti poterat relaxatio. Ita Texeda.

Sup.hoc in resi.prærerita §.vlt.& hic insta ad lin. 8.§. Sed ego.

2. Videtur hanc sententiam etiam tenere Rocafull *in Praxi Theol.Mor.tom.2.lib.1. præcept.2. Decal. c.4. n.326.* docet enim, iuramentum factum homini , non solùm in vtilitatem eius, sed etiam in Dei obsequium, quod appellatur iuramentum intuitu pietatis non posse remitti ab homine,cui factum est,vt si quis promisit pauperi animo insistendi Deo eleemosynam,non potest pauper remittere;ratio est, quia licèt pauper possit remittere ius,quod acquisiuit per iuramentum,non tamen potest remittere quod Deo promissum est,Et confirmatur , quia per hoc iuramentum contracta est duplex obligatio,& ei cui factum est iuramentum solùm debetur vna;alter ergo debet remittere aliam:Poterit autem dispensare Papa si is , cui iuramentum factum est,remittit iuramentum.

3. Sed ego non discedo à sententia Castri Palai,*tom. 3.tract.14 disp.3.punct.2.n.3.* vbi sic asserit:Difficultas est an possit creditor iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei remittere, eò quod tota obligatio in sui gratiam,& fauorem cedat,v.g.intuitu pietatis promisisti sub iuramento alicui pauperi eleemosynam, poteritne pauper obligationem remittere ? Et quidem si pauperem non determinasti, clarum est nullum esse qui possit obligationem remittere;Quia illud

Sup hoc in §.not.prætetita.

iuramentum Deo est factum, & inducit rationem Voti,neque res promissa cedit in gratiam huius pauperis determinati:sed huius,vel illius:ergo nullus est in particulari,qui possit remittere.Sic Sanch. *lib.3. Summ.c. 20.n.8.* Verùm si pauperem determinasti ; probabilius est,& mihi certum remittere posse obligationem, nolendo promissum acceptare ; quia illud iuramentum censetur tacitam conditionem habere;dummodò velit promissum acceptare is,de cuius commodo agitur.Non enim(vt bene ait Lessius) intendis inuitum ad Beneficium acceptandum cogere,vel nolenti obtrudere.Ergo si ille nolit, vel condonet, non obligaris ; cessat enim conditio , sub qua obligatio inducta est. Quod verò Thomas Sanchez *lib.1.de sponsalibus,disp.52.n.7 fine 8.& 9.* & Suarez *lib.2. de Iuram.c.39.n.8.11.& 12.* insinuant posse pauperem remittere obligationem iustitiæ remanente obligatione iuramenti , si velit promissum impleri , mihi non probatur. Nulla enim ex supradictis iuramentis obligatio iustitiæ , aut fidelitatis in promittente oritur comparatione pauperis , sed tota obligatio est comparatione Dei , esto in pauperis vtilitatem cedat.Quapropter nulla alia via potest pauper obligationem remittere nisi vel condonando promissum,vel nolendo illud acceptare.

RESOL. LII.

An iuramentum præstitum redeundi ad carcerem iniustum obliget ?

Et quid de carcere iusto?

Et deducitur condemnatum ad mortem famis teneri sub mortali culpa comedere , non obstante Superioris præcepto de non comedendo , etiam si iurasset se cibos oblatos non manducaturum. Ex p.9.tract.8.& Misc.3. Res.57.

§.1. QVò ad primum affirmat Toletus,*lib.4. Sum. c.22.num.2. vers. Alterum est.* Lessius *lib.2. cap.42.dub.6. n.28.* Sanchez aliis relatis, *lib.3.Summ. c.11. nu. 31.* Suarez *lib.2. c.10. n.14.& 16.* Bonacina *tom.2.disp.4. q.1. punct.9. n.2.* Ratio est ,quia reditus ad carcerem factus est fine obseruandi fidem Iuramento stabilitam,actus est veracitatis, fortitudinis ,& patientiæ,neque obinde censeri debes te occidere,& vitam tuam prodigere,sed solùm cẽseri debes te periculo vitæ exponere. Quod ex iusta & rationabili causa sæpè decet, vt benè probat Lessius *lib. 2. c.9. dub.6.* Adde ex obseruatione Iuramenti non te propriè conflci in vitæ periculum , quod antea habebas , quodque dato Iuramento suspensum fuit. Non igitur excusari potes à iuramenti obseruatione.

2. His tamen non obstantibus,non desunt Doctores negatiuæ sententiæ adhærentes. Ità Couar. *lib.1. variar.c.2. n.7.* Plaza de delictis *lib.1.c.8.n.20.*Guttierrez *1.par. de Iuram.c.57.n.24. & seqq.* optimè Vasq. *1.2. disput. 174.c.5.n.35.* Nauarr. *c.12.n.18.* Reginaldus *lib.18. praxis,n.62.* Ratio est,quia secluso iuramento iure charitatis propriæ tenebaris periculum iræ fugere. Ergo Iuramentum de non fugiendo,sed potiùs de redeundo, illicitum est;quia est de re charitati propriæ contraria. Item talis reditus subministrat tyranno occasionem iniquæ vexationis : Ergo non est licitus, & honestus; Ergo iurari non potuit. Item non est actus fidelitatis, quia non debetur fides illam iniquè exposulanti , nequè fortitudinis,vitam sic irrationabili exponere:Ergo nullam habet honestatem.

3. Nec obstat argumentum in contrarium;quia, etsi se occidere sit intrinsecè malum, & subinde nunquàm liceat:at non fugere periculum mortis, & illiise exponere

nere interdum licet ex causa iusta: ergo ratione seruandi iuramenti potest se illi periculo exponere,& seruare iuramentum. Sed respondetur, antecedens esse verum, quando talis expositio periculi est actus virtutis: exponere se autem periculo mortis, redeundo in carcerem, quando absolutus ab illo, iurauit se in illum redituru, non est actus virtutis; nec iusta adest causa reditus: sed potius est actus vitij, & temeritatis, cùm sit actio repugnans naturali inclinationi, quia homo tenetur vitam propriam tueri,& conseruare; & ideò reditus ille non est promissionis exequutio, sed occasio propriæ vitæ. Non negamus tamen id, quod Aduersarij petunt in argumento; sed dicimus nullo modo licere iuramenti reditum ad carcerem, nec teneri redire, quando instat periculum vitæ iniustè à se auferendæ: quia reditus ille est actus temeritatis, & vitij; de quo iuramenta facta sunt irrita. Vnde ex his omnibus apparet, vtramque sententiam esse probabilem; vnde Villalobos *in summa tom.2 tra.36.difficul.5.num.16.* sic ait: [De lo dicho se infiere que el que esta preso en la carcel, y jura de boluer à ella, donde injuriosamente essaua preso, aunque sepa que le han de castigar, està obligado à boluer a ella, como tienen Cayetano, Soto, Siluestro, y Toledo, y se colige de S. Thomas. Pero en esto caso vna glosa, Nauarro, Panormitano, Iuan Andres, Couarruuias, y Iuan Mayor dizen, que no està obligado a boluer, porque tiene obligación a conseruar su vida, y estaua obligado a huyr, si pudiera; yansi parece que hara mal en boluer, y que no està obligado a ello, ni puede hazerlo con buena conciencia. Esta sentencia dize lesio que es probabile, y segura en practica, y es llano que se puede seguir, aunque no fuera tan probable como la contraria, por lo queda dicho arriba, quanto mas que es muy probable, aunque tambien los es la contraria. Ita ille.

Sup. hoc in nm.6.tr.1. Res.116.& nu.1.vlt. ad fin.& infra in tr.5. Res. 9.paulo post initium,vers. Tertio.& in fine Res.51. Lege earum doctrinam pro doctrina contenta in hoc & seq.§ huius Res.

4. Sed maior difficultas est de Iuramento redeundi ad carcerem, quando carcer est iustus, & pœna mortis inferenda sit iusta; an inquam in tali casu obliget. Et negatiuè respondet Lopez de Texeda *in Theol. mor. tom.2.lib.3.punct.2.n.131.* vbi sic ait: Maior difficultas de soluto è carcere iuramento prædito de redeundo in illum, an teneatur redire; quando carcer est iustus, & pœna mortis inferenda iusta; & affirmat Sanchez *summ.tom.1.lib.3.de iuram.cap.11 num.25.* ad id teneri; etiam cum periculo vitæ: & reddit rationem, quia eo casu iuramentum est de re iusta, & nihil causari potest iurans, quòd hac obligatione liberetur, cùm ad fortitudinem spectet id iuramentum cum vitæ periculo obseruare, nec aliqua iniuria iuranti irrogetur. Cæterùm nec etiam eo casu iurantem reditum è carcere liberatum, ad illum redire teneri omninò asserendum est; quod ostendo primò rationibus immediatè à nobis adductis, quæ euidenter probant; etiam de soluto è carcere medio iuramento præstito de redeundo in ipsum, quando carcer est iustus, & pœna mortis est iusta, & debita; & præterea quia quod immediatè, & per se tendit ad tollendam vitam, non est implendum; & etiam quia teste D. Thoma *2.2.quæst. 69. art.4.* ideò ad mortem famis condemnatus; tenetur sub mortali culpa comedere, non obstante superioris præcepto de non comedendo; quia non comedere non tantùm est non se conseruare vt malè asserit Valentia *tom.3.de reo.disp.5. q.13.* sed est formaliter & immediatè se occidere: sed is, qui iurauit ad carcerem se rediturum, si ad illum rediret, ex eo reditu infallibiliter sequitur eius mors, imò reditus ipse est immediata causa amittendi vitam; ergo tenetur non redire Iure naturali, contra quod Iuramentum præstitum non est validum.

Sup. hoc ibi dem.

5. Ad rationem autem pro aduersariis constat ex dictis eo casu iuramentum non esse de re iusta, nec esse validum, nec ad fortitudinem spectare, sed ad temeritatem: nam sicut, si quis ad famis mortem condemnatus iuraret se cibos oblatos non manducaturum, eo tamen iuramento non obstante tenetur sub mortali comedere, propter rationem à D. Thoma assignatam, quæ deducta est ex ipso naturali Iure; ita qui iurauit se in carcerem rediturum, si capite plectendus est, quamuis talis pœna sit iusta, nec potest, nec tenetur redire, nec iuramentum est validum. Hucusque Texada. Sed sententia Sanchez magis mihi placet, & est communis; quia talis reditus & honestus est, & fidelitati, religioni, & iustitiæ debitus: non nego tamen sententiam Texedæ suam habere probabilitatem.

RESOL. LIII.

An qui vi, vel metu iurat coactus si habeat animum non implendi iuramentum, petendo prius relaxationem eius, non obstante hoc, peccet mortaliter? Ex p.9.tr.8. & Misc.3.Res.6.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *de Relig. tom.2.lib.2.cap.7. numer.20.* & Sanchez in Summa *tom.1.lib.2.cap.11.num.17.* vbi sic ait: Non credo peccaturum sic iurantem, si habeat animum non implendi iuramenti, obtenta tamen prius illius relaxatione; secus si absolutum non implendi animum haberet; quia in priori euentu nulla irrogatur iniuria extorquenti iniquè promissionem; nec est mendacium eò quòd iurans habeat firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat; & quamuis habeat animum petendæ prius relaxationis, & ea obtenta non implendi; animus hic est conformis conditioni inhibitæ in eo iuramento, quæ est, nisi eius relaxatio prius obtineatur; & ideò nec mendacium, nec culpam aliam continet. Sicut iurans fœminæ matrimonium, cum intentione implendi, nisi illa fornicata fuerit, verum iurat, nec peccat; quòd ea conditio includatur tacitè in ea promissione.

Lege supra doctrinam § 1.& 2.Res. 22.& alteram§ res. eius primæ not.& infra ex res. 64.§ Nono post medium v. ex ira iurans.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ adhæret Lopez de Texeda in *Theol.mor.to.2.lib.2.tract.2.n.118.* Primò, quia qui sic iurat, quamuis vi,& metu coactus, absolutè vult non implere iuramentum factum: ergo peccat mortaliter. Probatur antecedens, quia ideò simul cum iuramento habet intentionem petendi relaxationem, quia simul iurando habet intentionem non implendi: ergo absolutè vult iurare, & iuramentum non implere. Sed qui iurat cum intentione iurandi, & animo non implendi, peccat mortaliter in sententia omnium Doctorum,& est periurij reus: ergo, &c. Hucusque Texeda. Ego vtramque sententiam probabilem esse puto; sed negatiuam existimo probabiliorem.

Sup. hoc signanter in Res 1.nor. præteritæ. §. 1 & 2. & in alia Res. eius primę anno.

RESOL. LIV.

An captus à latronibus, si cogitur iurare se non denunciaturum illos iudici, teneatur ad obseruationem talis iuramenti?

Et quid, si à iudice talis interrogaretur?

Et quid, si iuramentum interponatur, de non petenda huius iuramenti relaxatione?

Et quid est dicendum, si captus iurasset infidelibus, apud quos iniustè detinebatur se in suæ libertatis pretium daturum mille aureos, an tale iuramentum non sit relaxandum, sed adimplendum?

Idem est, si captus iurasset se illuc rediturum. Ex p.11. tr.2.& Misc.2.Res.35.

§.1. REspondent aliqui cum distinctione, si aliàs posset non denuntiare, iuramentum obseruandum, si teneretur, non esse: quia in primo casu posset sine peccato obseruare iuramentum, in secundo non posset, iuramentum autem de re illicita non valeret, sed Ioannes Pontius in *cursu Theologico disputat. 53.*

Sup. contẽto in hoc §. in Res. seq.§. penult.& vlt

q.3.concl.2.n,13. existimat secundum casum supponere aliquid, quod non est verum, nimirū quòd posset teneri saltē regulariter loquendo; quia non teneretur quis, Iudice interrogante, denuntiare quando ex denuntiatione immineret periculum mortis: sed si non obstante iuramento teneretur denuntiare, homines capti à latronibus semper essent in periculo mortis: quia latrones, nisi scirent sibi caueri per iuramentum, verisimiliter aut semper, aut communius interficerent captos, ne denuntiarentur, quod cederet magis in præiudicium Reipub. quam si quis iuratus non denuntiare, adhuc denunciaret. Itaque putat Pontius esse obligatum qui sic iuraret semper, ad non denuntiandum, nisi casus extraordinarius esset, in quo denuntiatio aliquorum particularium, ex conditione particulari eorum cederet in magnum bonum & reipubl. præponendum malo, quod ex morte, quam inferrent tot, quot ab ipsis caperentur, ingrueret. Ita Pontius. Sed cogita an ex eius doctrina tribuatur delinquentibus occasio liberiùs peccandi, scientibus non esse accusandos vel denuntiandos in damnum publici boni. Itaque asserto cum Valboa Magrouejo in *Lectionib. Salmanticenſib. tom.2.c.1. de iureiurando, num.82.* Si casus occurreret obligans sub præcepto promittentem ad denuntiandum, verbi gratia, Si latro adeò nefarius esset, vt eius denuntiatio Reipub. expediret, tunc non obligaret iuramentum, quasi contra bonum publicum præstitum; sic etiam neque obligat si à Iudice interrogatus sit, & in hoc sensu puto intelligendum esse D. Thom. 2.2. *quæſt.89. art.7. ad tertium*, Sylvestrum *verbo iuramentum 4. quæſt. 12.* & relati à Barbosa *in leg. alia 15. § eleganter num.23. ff.ſoluto matrim.* Si verò casus sit, in quo non teneatur denuntiare, & iurauit se non denuntiaturum, quantum in se est & spontè, iuramentum obligat, dum iuridicè interrogatus non fuerit, nam tale iuramentum homini præstitum est, & quod absque peccato impleri potest, vt in specie resoluit Soto de *Iuſtitia & Iure libr. 8.quæſt.1.art.7.ad 3* Manuel Rodriquez *1. tomo. ſummæ c.192.n.2.*

2. Quod si iuramentum interponatur de non petenda huius iuramenti relaxatione, receptum est non esse validum, eo quòd sit contra bonos mores, vt testatur Couarruuias in *dicto cap. quamuis pactum ſecunda parte §.3 numer 2.* Azor. *l.11. inſtitutionum moralium capit.7. quæſt.6.* Cauendum tamen est nè istorum iuramentorum relaxatio in religionis catholicæ damnum cedat, vt verbi gratia: si captiuus iurasset infidelibus apud quos iniustè detinebatur, se in suæ libertatis pretium daturum eis mille aureos, tale iuramentum non esset relaxandum propter scandalum, & nè nomen Dei apud illos blasphemetur, vt resoluit Caietanus 2.2. *quæſt.88.art.7.dub.1.* & ibidem Aragon. *concluſ.vltima*, Soto *dicto lib.8.q.1.art.7.ad 3.* Qui docet idem esse dicendum si captiuus iurasset se illuc esse rediturum, nam proculdubio teneretur redire etiam cum mortis periculo propter eandem rationem, Idem Valentia 2.2. *diſ.6. q.7.puncto 4.*

3 Nota hîc verò cum Lessio *lib.2.cap.42.dub 4 n 19.* & Castro Palao *tom. 3. tract. 14. d 5p.2. punct 7. §.5. numer.3.* Si iuramentum de non accusando, vel denuntiando criminaliter, esset metu extortum, probabile esse non valere.

RESOL. LV.

An iuramentum præſtitum raptori, vel latroni sit seruandum vel indigeat relaxatione?

Et an si à latronibus captus cogatur iurare se non denunciaturum illos iudici, vel Eccleſiæ, an iuramentum illud valeat?

Et additur, si metu mortis cogeretur iurare se illos non denunciaturum etiam iuridice interrogatum non peccare id iurando.

Ex quo etiam infertur, an qui ob metum mortis iurauerit alicui comedere carnes toto anno diebus prohibitis, non debeat, vel possit prædictum iuramentum seruare, conſiante metu? Ex p.8. tr.7.& Mis.Res.57.

§.1. NEgatiuè videtur respondendum, idque per textum *in Authent. ſacramenta puberum. Cod. si aduersus vendit.* vbi clarima hæc habentur verba: *Sacramenta per vim, vel per iuſtum metum extorta, etiam à maioribus, nullius esse momenti iubemus* quibus verbis Augustissimus Imperator Fredericus diserte indicat, se iubere, vt sacramenta metu extorta ipso iure non valeant, nec iurantem, quasi minimè interpositum teneant. Id enim significatur, cùm dicitur aliquid nullius esse momenti. *l. non dubium 5. in fine. C. de legibus.* Nec mouerit si obiiciator, de his quæ per vim, aut iustum metum gesta sunt, ita ius esse, vt gesta ipso iure valeant, & actionem pariant, ei, qui metum intulit. Iustum autem passo solùm ita succurri, vt aut actionem habeat ad illa rescindenda, aut exceptionem aduersus improbam aduersarij actionem. *l. metum 9. §. ſed quod Prætor 3 ff. quod metus cauſ. geſt. erit. l. dolo 5. Cod. de iuritilibus ſtipulation.* etenim isthæc contraria non sunt. Quamuis enim contractus ipse, metu extortus, ipso iure sustineatur, attamen iusiurandum ei adiunctum, si metu extortum est, semper nullius esse momenti necesse est. Nam siue spectemus actionem eius, qui metum intulit, siue exceptionem, qua ille submouetur repetimus, in vtraque re iusiurandum pariter illi esse inutile. Si agit, habet ille quidem iure ipso actionem; sed habet ex contractu, non ex iureiurando, vtpote habiturus ex contractu, tametsi nullum omnino iusurandum interpositum esset. Quatenus autem agens exceptione submouetur, ipse ita submouetur, vt ad eam exceptionem infirmandam nihil momenti iusurandum, turpiter scilicet, & improbè extortum, illi adferat. Deinde huc confert textus *in cap. cùm contingat 18. extr. de iureiurand.* in cuius fine dicitur, huiusmodi iuramenta sine vi & dolo præstita, seruari debere. Ergo à contrario sensu, quæ vi doloue non erant, seruari non debent. Præterea ad hoc pertinent illa: Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iusurandum, *cap. non est obligatorium 59. de reg. iur. in 6.* & iusiurandum non est vinculum iniquitatis, *c.quanto 18. circa medium, extr. de iureiurand. can. inter cetera 22. cauſ.22.quæſt.4.* Accedit, quòd omne iuramentum, quod est contra bonas leges politicas (quas condit legitimus Magistratus) repugnet ordinationi diuinæ, quandoquidem Magistratus & bonæ leges dicuntur ordinatio diuina, teste D. Paulo *ad Roman. cap 13. vers.1.* Atqui iusiurandum, & per vim & metum à latrone extortum, esse contra leges ciuiles, clucet ex *l. iuriſgenium 7. §. & generaliter 16 ff. de pact. l. ſi qui inuillinos 11. §. fin. ff. de leg. 1. dict. l. non dubium 5. C. de legibus.* Idèoque iuramentum istud, siue iuratum pactum, quo latroni, seu prædoni pro capite pretium promittitur, vtpote ordinationi diuinæ repugnans & contrarium, seruari non debet. Denique hisce suffragatur auctoritas Ciceronis, qui *lib.3. de offic. ante finem*, sic diserte scribit: Est etiam ius bellicum fidésque iurisiurandi sæpè hosti seruanda. Quod enim ita iuratum est, vt mens deferentis conciperet fieri oportere, id seruandum est; quod aliter, id si non feceris, nullum periurium est: vt si prædonibus pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, nec si iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus: sed communis hostis omnium, cùm hoc nec fides esse debet, nec iusiurandū commune. Non etenim falsum iurare, peierare est: sed, quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipit ir more nostro, id non facere, periurio est. Sicut enim Eucipedes,

Iurauit

Iurauí lingua: mentem iuratam gero.

2. Nec huic sententiæ videntur obstare, quæ à dictis sententiibus ex verbo Dei afferuntur, videlicet, nomen Domini Dei non esse temerè vsurpandum, *Exaudi cap. 20. vers. 7. Deuteron. 5. vers. 11.* Domino vota nostra & iuramenta esse reddenda, *Psalm. 50 vers. 14 Matth c. 5. vers. 33.* Virum bonum, quod iurauerit, etiam cum damno suo non mutare. *Psalm. 15. vers 5.* Item omne iusiurandum, quod sine dispendio salutis æternæ seruari potest, esse seruandum, *dict. c. cùm contingat 28 in fin. extr. de iureiurand.* Hæc, inquam, & similia non obstant. Nam omnia cum hac limitatione accipienda sunt, dummodò licitum sit iusiurandum, aut modò non permittatur id, quod sit turpe factu, & contra bonos mores: quo scilicet præstando magis Deum offendas, & nomen eius violes. Iam verò præstare raptori, siue latroni, tanquam raptori, siue latroni, quod illi propter vim & metum illatum, sine quo iuramentum interpositum non esset, promissum est, id sanè turpe factu & contra bonos mores esse constat: vt proinde nec iusiurandum in eo iurantem obliget, aut seruandum veniat. Tum, quia latroni, siue prædoni dare ob promissum, per vim extortum, est facto suo vim & metum illatum comprobare. Hoc autem facere, est contra bonos mores, vt diserte scriptum est *in l. nihil consensui 116. ff. de regulis iuris.* Tum, quia hoc ipsum turpe & aduersùs vtilitatem publicam censetur, prædoni, seu latroni, tanquam prædoni, seu latroni, dare. Prædo namque, propter vim publicè malè meritus, dignus est, non qui maleficij præmium accipiat, aut lucro augeatur; sed potiùs, qui egestate publicè laboret. *l. bona fides 31. in fine principij ff. depositi.* Et ita hanc sententiam præter Doctores, quos citat Sanch. *de Matrimon. lib. 4. disp. 20. n. 3.* tenet Donellus *lib 21. comment. de iure ciuili, c. 13* Hunnius *lib. 1. var. resolut. iur. ciuilis. tr. 1. q. 5.* Setserus *lib. 1. de iuram. c. 20.* Bodinus *lib. 1. de Repub. c. 1.* Arumæus *disp. 2. Collegij criminalis, assert. 6. in fine*, & alij.

Sed hanc sententiam negatiuam aliqui asserunt esse intelligendam quoad forum exterius, ita Valentia *to. 3. disp. 6. q. 6. punct. 4.* & Fachinæus *lib. 8. contr. c. 102.*

3. Verùm hoc mihi non placet, quia obligatio iuramenti non solùm est in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo, & iudiciali. Tum quia textus *in cap. debitores, cap. si verò, de iureiurando. cap. Abbas, cap. ad audientiam, de iis quæ vi.* de foro externo loquuntur, tum quia ratio decidendi, ob quam iuramentum obligat, nempè obseruari posse absque dispendio salutis æternæ, æquè in foro externo, ac interno procedit; & ita docet Pontius *de matrimonio, lib. 12. c. 8. n. 17.* Dicendum est igitur absolutè tale iuramentum præstitum raptori; vel latroni valere & indigere relaxatione. Probatur ex *cap. si verò, de iureiurando*: vbi coactum grauissimo metu iurare iuris sui renunciationem, (inquit Pontifex) non esse tutum contra iuramentum suum venire; nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ. Idem habetur *cap. verum, eodem tit. cap. ad audientiam, de iis quæ vi.* Seruanda ergo sunt hæc iuramenta. Quòd si in Authentica, *Sacramenta puberum*, dicantur iuramenta metu extorta nullius esse momenti, intelligi debet, quoad contractus firmitatem, non quoad obligationem iuramenti. Et eadem ratione explicari potest textus *in cap. quamuis pactum, & cap. cùm contingat*, præterquàm quòd communis sententia affirmat; illud Authent. correctum esse per ius canonicum. *cap. si verò, cap. verum. de iureiurando.* Et ita hanc sententiam docet vterque Molina, Theologus & Iurisperitus, ille *de Iustitia, to. 1. tr. 2. disp. 149.* hic *de Hispan. Primog. lib. 2 c. 3 n. 12. & 13.* Suar. *de Relig. tom 2. lib. 3. c. 16. n. 18.* Lessius *lib. 2. c. 42. dub. 6.* Guttierrez *de iuram. part. 2. c. 17. n. 18.* & alij penes ipsos.

4. Nec valet dicere quod *in cap. peruenit, de iureiurando*, deciditur, Episcopum in rebus suis spoliatum & iurare compulsum quòd non repeteret sic ablata, nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi. Nam respondeo cum glossa Felino, Abbate & aliis, ibi Episcopum illum fuisse spoliatum rebus Ecclesiæ, quæ quia sub eius iure & administratione sunt, vocantur eius; cùm autem reneatur ex proprio officio res Ecclesiæ obseruare, nullo modo potuit iurare; non repetiturum, quia est iuramentum de re iniqua, & sic nullius iuramenti vinculis potuit super hoc constringi. Et cùm Pontifex subdit, illum absoluimus, quia nefandissima coactione iurauit, intelligendum est de absolutione, quoad declarationem, seu quoad factum, id est, absolutum declarauimus; vel illum ad cautelam, seu de facto absoluimus, non quia necessarium sit, sed ob maiorem securitatem. *Secundò* respondeo cum Suarez *lib. 2. de iuramento, cap. 10. n. 7.* & Sanchez *lib. 3. summ. c. 11. n. 37.* admittendo Episcopum fuisse spoliatum rebus suis, non Ecclesiæ; (hæ enim impropriè dicuntur Episcopi (fuisséque compulsum iurare, non repetere, fuisséque propriè absolutum: quia Pontifex nullam aliam causam absoluendi à iuramento assignat præter metum, tacite innuens solam illam esse causam relaxationis. Si autem spoliatio facta esset de rebus Ecclesiæ, etiam secluſa coactione iuramentum de illis non repetendis esset nullum, vtpote de re iniqua. Ergo Episcopus non rebus Ecclesiæ, sed suis spoliatus fuit. Hoc supposito respondeo nullius iuramenti vinculis posse constringi firmiter, & irreuocabiliter, quæque relaxari non possint.

Non deseram tamen adnotare Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 20. q. 1. n. 3.* sententiam negatiuam probabilem reputare; sed, vt dixi, mihi non placet.

5. Sed ex his oritur alia quæstio. An si à latronibus captus cogatur iurare, se non denunciaturum illos iudici, vel Ecclesiæ, aut iuramentum illud valeat? Plures negant, quia est contra bonos mores, & contra bonum publicum, Ita S. Thomas 2. 2. *q. 89. art. 7 ad 3. & in 3. dist. 39. q. 1. art. 1. quæstiunc. 2 in corpore* Caiet. *d. art. 7.* Abulensis, Angelus, Syluester, Armilla & alij, quos affert Sanchez *lib. 3 in Decalog. c. 21 n. 2.* ipse tamen cum Soto & aliis meritò distinguit: nam si esset obligatio sub præcepto denunciandi latrones illos, iuramentum non valeret, quia esset de re illicita: si tamen, secluſo eo iuramento, non esset obligatio illos denunciandi, iuramentum valeret cùm esset de re, quæ sine peccato impleri potest. Sup. hoc in ref. præterita §. 1. per totum.

6. Addit tamen Sanchez *num. 13.* si metu mortis cogeretur iurare, se illos non denunciaturum, etiam iuridicè interrogatum, non peccare id iurando, quia cum vitæ periculo nemo tenetur iudici iuridicè aliàs interroganti respondere, quod quidem difficile est; quia in hoc etiam casu promittunt cum iuramento aliquid, quod sine peccato fieri potest. Quamuis enim metus, & periculum mortis excuset regulariter à respondendo iudici, in hoc casu tamen quando iudex postea interrogat, nullum mortis periculum est, cùm iam sit in tuto, qui interrogatur: ergo secluſo iuramento, tenebatur hic & nunc respondere: metus autem mortis præcedens non excusat à respondendo postea, cùm iam omnino cessarit illud periculum quod excusare poterat. Sicut si ob metum mortis iurasses alicui comedere carnes toto hoc anno diebus prohibitis, certum est, quòd postea, cessante metu, non deberes, nec posses illud iuramentum seruare, quia licèt durante metu possis id facere, si non inferretur metus, & exigeretur in odium, & contemptum religionis: cessante tamen metu, eo ipso cessabat ratio excusans ab obseruatione præcepti Ecclesiastici, quare promissio talis eius ponendi post allatum metum esset promissio rei illicitæ. Melius ergo Sotus *lib. 8. de Iust. q. 1. art 7. ad 3. in 2. membro.* Manuel *punct. 1. tom. summæ in 2. editione, cap. 192. numer. 2.* & Aragon. *2. 2 quæst. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. in fine*, dixerunt id iuramentum illicitum esse. Posset itaque ille iurare Sup. hoc in ref. not. præteritæ, & in eodem §.

cum æquiuocatione ad decipiendos eos, non tamen posset permittere in sensu latronum, & multò minùs deberet, aut posset postea illud implere, etiamsi licitè, vel illicitè ex animo iurasset Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo *de Iustit. to. 2. disp. 22. sect. 8. n. 235.*

RESOL. LVI.

Quidam iurauit dare meretrici pro actu fornicario centum aureos, quæsiuit postea, an ratione præstiti iuramenti teneatur eos soluere?

Et promissio facta meretrici pro actu turpi, etiam secluso iuramento, an absolutè non obliget in conscientia? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 27.

Sup. contẽcto in hac Res. infra in tr. 7. Res. 59. & in tom. 6. tr. 7. res. 140. per totam, & si quanterin fine §. 1. & quãuis nõ plene sup. hoc sed vt ita melius pateat solutio huius quæst. vide ibi ex res. 143. §. penult. & vlt.

§. 1. Respondi negatiué, quia promissio prodiga etiam iureiurando firmata obligat solùm ad quantitatem, in qua nulla est prodigalitas, non verò quoad incrementum, vt tradit Sotus *lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 2.* Martinus Ledesma *in 2. part. quarti, q. 18. art. 5. §. circa 2. membrum.* Mercatus *de contract. lib. 6. c. 16.* Palacius *de contract. lib. 5. cap. 11.* Aragon *in 2. 2. q. 89. art. 7.* Salonius *in 2. 2. quæst. 62. art. 5. controuers. 4. post 3. conclus.* & *ibi* Bannez *dub. 5. conclus. 3.* & alij; licèt probabiliter Molina *de iustit. tom. 2. disp. 271.* & alij contrarium sentiant. Itaque obligaui dictum consulentem per manus alterius personæ soluere tantùm illam pecuniarum summam, quam huiusmodi meretricibus dare consueuerunt viri eius conditionis æquales: nam cùm talis promissio fuerit prodiga, etiamsi iuramento fuerit vallata, obligabat tantùm ad illam summam, in qua nulla aderat prodigalitas.

2. Nec valet dicere cum Caietano *in 2. 2. quæst. 32. art. 7.* & Valentia *tom. 3. disput. 5. q. 6. punct. 5.* quòd in promissione meretrici facta, licèt adsit culpa, quòd sit approbatio actus turpis, & ad eum inductio, at in solutione post actum turpem, vt erat in casu nostro, nulla adest culpa ergo, &c. Nam respondeo, quòd hoc argumentum vim haberet, si promissio illa non fuisset prodiga. & ideo ego iuuenem illum obligaui ad illam mediocrem summam, sed non procedit in tota summa promissionis prodigæ, vt est in casu de quo loquimur.

Alibi id Resolutionibus not præteritæ signanter in prima.

3. Nota etiam quòd multi probabiliter sentiunt, vt ego ipse alibi notaui, promissionem factam meretrici pro actu turpi absolutè non obligare in conscientia, etiam post actum turpem, secluso tamen iuramento.

RESOL. LVII.

An si amasius, & meretrix iurent fidelitatem, nempe, vt nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Res. 9.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *to. 1. lib. 3. cap. 15 num. 17.* vbi sic ait: [Hinc deducitur, quid dicendum sit de promissione iurata, vel non iurata, qua duo concubinarij promittunt sibi fidelitatem vel solùm alter alteri; id est, fore vt promittens nullam aliam personam carnaliter cognoscat. Videtur enim ea promissio minimè obligare: quia finis est malus nempe, amicitiam eam turpem conseruare. Sed existimo, hoc iuramentum, vel promissionem obligare: quia, vt iuramentum homini præstitum in eius fauorem obliget, nihil refert, an iurans id promittendo peccarit, sed tantùm spectandum est, an possit impleri absque culpa. Et eadem prorsùs ratio est de promissione humana. At obiectum huius promissionis, nempe, ad nullam aliam personam fornicando accedere, potest impleri absque peccato; cùm non sit necesse, vt id ob finem turpem exequutioni mandetur: & quamuis is ad quem promittendum induxerit; at re vera promissio illa est, vt merces, & stipendium vsus præteriti corporis. Sicut, si ob eum finem promisisset illi nuptias, aut pecuniam aliquam, teneretur implere.] Ita ille.

2. Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuetur Fagundez *in Decalog. tom. 1. Præcept. 2. lib. 2. c. 4. num. 19.* Dico igitur, talem promissionem, siue iuramento confirmata sit, siue non, minimè obligare. Probatur primò: quia finis huius promissionis, nempe, turpem amicitiam cum concubina seruare, malus est, & de se peccatum mortale: iuramentum autem ad peccatum obligare non potest, cùm non sit vinculum iniquitatis. Secundò, quia ea promissio non fit, nisi vt magis, magisque in sua turpi amicitia conseruentur, in peccatoque concubinatus diutiùs, remotis occasionibus, quæ à tali peccato illos amouere possint, durent, ac perseurent: promissio autem, ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non potest; tale autem esset, si ad hoc obligaret. Quemadmodum enim si quis iuraret ac promitteret se non remoturum occasiones peccandi, talis promissio, & iuramentum non obligaret: ita nec hoc iuramentum, aut promissio obligat, cùm perinde sit iurare hoc, ac illud, vt patet. Nec obstat, quòd obiectum talis promissionis, nempe, non accedere ad aliam, impleri possit absque peccato, imò quòd non possit non impleri sine peccato: quia, quando dicimus, in promissionibus, & iuramentis solùm esse attendendum, an exequutio illorum sit licita, vt obligare censeantur; id intelligendum est, modò inde nullum peccati inconueniens sequatur: hìc autem sequitur, vt manifestum, & probatum est. Et quamuis peccatum committi debeat, si non impleatur promissio, satis est, vt ea non valeat, quòd firmitas illius habita ex iuramento sit occasio permanendi in peccato, & vt dicamus non debere dari, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis.

RESOL. LVIII.

An prorogato tempore, v. g. ad proferendam sententiam, censeatur etiam prorogata obligatio parendi tali sententiæ ex vi iuramenti prius præstiti? Ex p. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 7.

§. 1 Negatiuè respondet Azor. *tom. 1. lib. 11. c. 8. quæst. 12. ex cap. Clericus. de iureiurand.* vbi decernit Pontifex Clericum, qui iurauit, se statuta edita in Ecclesia sua seruaturum, promittens per idem iusiurandum statutum posteà editum fideliter obseruaturum, licet præstare debuerat promissum, non tamen vi præstiti iurisiurandi ad id fuisse obligatum. Et Abbas, Antonius Butrius, & alij ibi annotarunt iusiurandum ad noua, aut futura non protendi. Vnde, si famulus cum domino conuenerit, & conuentionem primò iurauerit, & posteà, id domino exigente, iusiurandum primum ad alia extenderit, non extenditur, vt ait Abbas *in cap. Clericus. de iureiur.* Archidiaconum secutus. Item, si quippiam aliquis domino iurando dixerit, & deinde aliud per iusiurandum antiquum mendaciter affirmauerit, mendax est, periurus non item, vt idem Abbas ait. Præterea, si Notario, vel Iudici detur facultas, vt instrumentum, vel syngraphum, aut chirographum extendat ad alia; non eo ipso iusiurandum ad alia protenditur; licèt instrumentum vnà cum iureiurando ad alia trahatur, vt docent Antonius, & Abbas *cap. Clericus de iureiuran.* nisi in his omnibus denuò iurauerit, aut nisi ei expressim dicatur: Iura per primum iusiurandum, hoc est, per formulam in primo iureiurando conceptam; aut, Iura per primum iusiurandum, sicut per sacram rem, vt ait Abbas *loco citato.*

2. Ac

2. At his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Suarez *de relig. tom. 2. lib. 2. de iur. promiss. cap. 36. num. 7. iuncto num. 8 & num 14.* Quia, cùm de consensu partium fit prorogatio temporis compromissi, non fit nouum pactum in substantia, vt volunt Authores contrarij: sed illud idem differtur, prorogatur, & commutatur in maius tempus : & ideò totum ipsum pactum, provt anteà erat iuramento affectum, prorogatur; quia nulla est ratio separandi pactum à iuramento; nec est incompossibilitas in continuatione eiusdem pacti, & iuramenti: cùm ibi non fiat extensio iuramenti ad nouam materiam: sed continuatio eiusdem iuramenti circa eandem materiam continuatam : maximè quia cum iuramentum adhæreat promissioni, tanquàm accessorium principali; prorogato principali, censetur prorogari accessorium. Secundò probatur, & declaratur magis : quia, quoties prorogatur, seu commutatur iuramentum, siue ex consensu partium, siue authoritate Iudicis, id, in quod fit commutatio, cadit sub eadem obligatione iuramenti; alias non esset commutatio, nec prorogatio; sed noua promissio, nouum pactum & extinctio prioris pacti. Consequens est falsum: ergo.

3. Et quidem hæc opinio videtur probabilior : sententiam tamen Azorij puto etiam probabilem esse, quam posteà secutus est Sanchez *in Summa tom. 1. lib. 3. c. 17. num. 23.* & de hac quæstione latè, & doctè scribit Couarruuias *de pactis, part. 1. n. 6.*

RESOL. LIX.

De iuramento seruandi statuta, seu capitula ciuitatum, collegiorum, &c.

Et pro praxi huius quæstionis aliqui casus adducuntur & notantur in textu huius Resolutionis. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 39.

Sup. hoc in Reso. 9. tr. 7. Res. 108 §. Et quia.

§. 1. SI supradicta statuta sunt in vsu, nulla indigent probatione, non obseruantes illa esse periuros, vt patet ex *cap. querelam, & toto tit. de iureiur.* Si verò aliqua statuta in dissuetudinem abierunt, vel vsu recepta non fuerunt, tunc illa non obseruantes periuri non sunt. Nam, vt rectè notant Megala *consil. 81. n. 1.* Gutierrez *de iuram. confirmat. part. 1. can. 18. n. 14.* Gomez *in leg. Thauri, num. 365. & 366* Sanchez *in summa, to. 1. lib. 1. cap. 14. num 9.* Portel *in addit. ad dubia Regul. ver. iuramentum. numer. 22.* Malderus *in 22. D. Thomæ, tract. 10. cap. 6. dub. 9.* Homobonus *in exam. Eccles. part. 1. tractat. 7. can. 9. quæst. 46.* & alij penes ipsos, iuramentum de seruandis statutis non extendi ad statuta moribus vtentium non recepta, vel quæ per contrariam consuetudinem abrogata sunt. Hinc infertur Gubernatores Tabulæ huius vrbis non esse periuros mutuando pecuniam Ciuitati, nam Capitulum id prohibens non fuit vsu receptum, & in dissuetudinem abiit: & sic etiam dicendum est de Prætoribus huius vrbis, qui aliqua capitula Ciuitatis non obseruant, quæ in dissuetudinem abierunt.

2. Notandum est etiam hîc obiter contra Megalam vbi *vbi suprà n. 4.* tunc materiam statuti iurati esse grauem, vt constituat periurium mortale, quando tanti momenti est, vt iuramento secluso statutum suæ materiæ ratione sufficiens esset ad obligationem sub mortali. Et ita docet Sanchez *loc. cit. n. 3* hinc transgredientes statuta iurata decernentia faciendum aut omittendum aliquid sub aliqua pœna, non peccare dicendum est.

3. Nota etiam, quòd quando statutum iuratum reuocetur per potentem reuocare, tunc illud non seruans non esse periurum, dicendum est : quia non amplius obligat, & ideo cessabit iuramentum. Ita Sanchez *vbi supra n. 10.* cum Caietano *2. 2. q. 89. art. 9.* Soto *lib. 8. de iust. q. 1. art. 9.* & aliis,

4. Vnde infertur, in rigore loquendo, Prætores huius vrbis non peccare, neque esse periuros, quando Dominus Prorex cum aliquo actu viceregio dispensat pro illa vice, vt aliquid efficiatur, non obstante aliquo Capitulo ciuitatis in contrarium; vt v. g. fiat electio ad aliquod officium sine *vos. inuito*, vt vulgò dicitur, &c. licèt hoc Domini Proreges efficere minimè deberent, & ideo Prætores in tali casu exponant Proregibus inconuenientia, quæ sequuntur ex supradictis dispensationibus, vt nihil timeant.

RESOL. LX.

In multis religionibus extant pendentiæ, & statuta, in quibus Notariis, Commissariis, & cæteris iustitiæ administris taxa a sunt stipendia; quæritur, an modo obligent, in conscientia, virtute iuramenti stante varietate temporum & circumstantiarum: Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 5. Res. 60.

Sup. hoc in Res. seq. & in tom 6. tr. 7. Res. 117. §. 1. cursim in fine, sed vide eam per totam, & in to. 2. tr. 1. ex res. 22. vide obiectionem quam adducit Caramuel in §. Sunt, & §. vlt. aduersum. doctrinam huius Res.

§. 1. RESpondeo negatiuè. Ita Molina *de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 83.* & Basil, Pontius *p. 1 var. di p q. 2. scholastica, c. 7.* qui citat D. Antonin. *parte 2. tit. 7. c. 5. §. 1. & p. 3. tit. 3. c. vlt. §. 11.* & Sylueſtrum *ver. restit. 3. q. 5. pronunt. 10.* Nam nisi illæ leges iustum pretium contineant pro varietate temporum, & iuxta illam mutentur, iniustæ sunt, & iustè poterit tabellio accipere sibi incrementum, vsque ad limites iusti pretij. Sciendum est enim, crescente pecunia decrescere valorem illius ad cæteras res pecunia comparandas, atque adeò crescere valorem cæterarum rerum compensatione pecuniæ. Vndè cùm his temporibus, quod non erat antiquitus, excreuit pecunia, decreuit ex hoc valor illius, & creuit valor aliarum rerum, & ita nisi mutatio legum facilè fieri posset, vt pretium olim iustum, nunc sit infra iustum infimum : hanc etiam opinionem tenet Tolet. *in sum. lib. 5. c. 62. n. 7.* vbi asserit: Notarium non debere excedere pretium iustum instrumenti, hoc autem est frequenter lege taxatum. In qua taxatione, notandum est apud aliquas regiones exigi taxationes has secundùm pretia viliſſima, quia sunt antiquissima. quando res minimo pretio emebantur, & tunc ipsa officia minus multo valebant, modò autem multum valent. Et quamuis iustè possit Notarius excedere illa taxata pretia, tamen vnum obstat, nimirum iuramentum; quod singulis annis, aut in principio officij facit, puta obseruandi illam taxationem, ob id peccat transgrediendo. Vnde sanctissimè facerent Principes si pretium conueniens habita temporum, & regionum ratione imponerent, aut tale iuramentum, quo multi illaqueantur, auferrent. Hæc Tolet, quem sequitur Reginald. *in praxi, tom. 1. lib. 25. c. 57. sect. 2. n. 993.*

2. Verùm ego puto, contra Toletum, neque Notarium, neque alios ministros virtute iuramenti teneri ad obseruanda ea statuta, & illas Pandectas; & ideo non peccare, quia in dissuetudinem abierunt, vt iniusta, & illud iuramentum est de solis statutis seruandis, quatenus ea obligant. Ergo, si ex aliqua causa obligare desinunt, cessabit iuramenti obligatio, eo quòd iam illa non sunt statuta, & iuramentum fuit illis accessorium, quatenus statuta erant. Igitur iuramentum aliquod seruandi statutum intelligitur, quatenus illud iustum est, & obligatorium, non ergo obligauit illud iuramentum ad eam taxam, quatenus iniusta est: & ita hanc opinionem in terminis tenet Sanchez *in opere morali tom. 1. lib. 3. c. 14 n. 14.* & Molfes. *in summ. to. 2. tr. 12. c. 5. n. 67.*

RESOL. LXI.

An Tabelliones, & alij iustitiæ ministri iurando non

accipere aliquid præter ſtipendium taxatum, ſi ſucceſſu temporis tale ſtipendium iniuſtum cenſeatur, teneatur ad iuramentum? Ex p.9. tr. 8. & Miſc.3.Reſ.8.

Sup. hoc in Reſ. præterita, & in aliis §§. eius nor.

§. 1. REſpondeo, quòd iuramentum, quod Miniſtri publici, Iudicéſque, & Tabelliones accipiunt, nihil ampliùs accipiendi pro actione aliqua ſui muneris vltra ſtipendium ſibi à lege, vel à Rege taxatum, non obligat, quando à viris doctis probabiliter iudicatur, tale ſtipendium ſucceſſu temporis minùs ſufficiens, & iniuſtum eſſe. Ratio eſt: quia iuramentum non poteſt obligare ad id, quod iniuſtum eſt: non enim eſt vinculum iniuſtitiæ. Deinde, quia iuramentum ſeruandi aliquod ſtatutum, ſemper intelligitur, quatenus illud iuſtum eſt, & obligatorium: non ergo obligabit iuramentum ad eam taxam, quando iudicio prudentum iniuſta cenſetur. Et ita docet Sanchez *tom. 1. Decalogi, lib. 3. c. 14. n. 14.* Molina *tom. 1. de iuſtit. diſput. 83. verſu, Vt ad rem redeamus. fol. mihi 598. colum. 2.* Syluester *verbo, Reſtitutio, 3. q. 5. pronunciato 10.* D. Antoninus *2. par. tit. 2. c. 5. §, 1. & 3. c. vlt. §. 11.*

Sup. hoc in Reſolutionibus nor. ſeq.

2. Nec obſtat dicere, quòd iurans, latrone cogente, ſe ei daturum pecuniam, tenetur ſoluere, etiamſi iniuſtè latro id exigat, non aliam ob cauſam, niſi quia iurans, tale iuramentum licitè exequi poteſt: ergo, cùm ſimiliter iuramentum ſeruandi legem taxantem publicis Miniſtris ſtipendium iniuſtum, poſſit ab illis iuſtè exequutioni mandari; tenebuntur illi eam legem ſeruare, & non poterunt licitè iuſtum ſtipendium, extra legem accipere. Reſpondeo, eſſe diuerſam rationem: quia latro, petens pecuniam, intendit obligare promittentem ad illam ei reddendam; & promittens licitè iurauit, & promiſit latroni eam pecuniam ad redimendam ſuam vexationem, imò potiùs ad vitam emendam; & ideò cùm promiſſio, & iuramentum ex parte illius ſint iuſta, licèt ex parte latronis ſit iniuſta petitio; tenetur in conſcientia Deum teſtem efficere rei veræ, & veræ promiſſionis, quam latroni fecit. At authoritas, & poteſtas publica, quando prædictum iuramentum à publicis Miniſtris petiit, non intendit eos obligare ad ſeruandum iuramentum iniuſtum. Vnde, quoties conſtat, ſtipendium illud eſſe iniuſtum, & inſufficiens, vt quando ratione temporis iniuſtum factum eſt; tale iuramentum, nec ex parte iurantis, nec ex parte poteſtatis publicæ illud petentis, obligat. Vnde eſt diuerſa omninò ratio, vt patet. Et de hac quæſtione *alibi* etiam dictum eſt.

Sup. hoc late ſupra in reſ. 56. 5 in tom. 4. tr. 3 Reſ. 84. § penult. & vlt. & in tom. 2. tr 6. Reſ 6. § vlt. & in al is ea. rum annotationum.

RESOL. LXII.

An ſi aliquis audiuit à viro optimæ famæ aliquam rem, poſſit cum iuramento deponere in iudicio ſe illam certo ſcire? Ex p.4. tr.4. & Miſc.Reſ.77.

Sup. hoc in tom 6. tr 1. reſ. 101. cur ſim in §. vlt. & ibi in tr. 8. reſ. 113 a l. n 3. & in §. Et ad primum.

§. 1. AFfirmatiuè videtur reſpondendum ex mente ſapientiſſimi Ludouici Mexia *in legem Regiam Toleti 23. part. 2. fund. num. 32. & 33.* vbi ſic ait. Petrus ab Ancharano *conſ. 24.* conſuluit teſtes de falſo non puniendos, qui depoſuerunt ſe id ſcire, quod à viro optimæ famæ & opinionis audiuerant, quod dictum, vt ſingulare & valde cordi tenendum, citat & ſequitur Iaſon *in l. 1. col. vlt. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. de pupillos §. ſi quis ipſi prætori, col. 8. verſ. ſecundò in quantum; ff. de nou. oper. nuncia.* Cui accedit quod Dominicus ſcribit quòd quis certò dicitur pro certo ſcire quando eſt certificatus ab vno notabili viro & fide digno, ad quod etiam citat *cap. ſicut pro certo, de ſimonia,* & ſequitur Iaſon *in d. l. 1. & in dicta §. ſi quis ipſi Prætori, & in l. properandum. §. ſin autem alterutra, col. 4. in 6. concl. C. de iudiciis* & Franc. Curtius ſenior *conſ. 72.* & idem voluit Romanus, loquens tamen pluraliter de fide dignis *conſ. 403. col. pen. verſ. ſecundò, quia ad hoc.* Ita Mexia *vbi ſuprà*, qui alia multa adducit, pro hac ſua firmanda ſententia, & Didacus Perez *in addit. ad Villadiego de irregul. c. 3. §. Idem dicerem, fol. mihi 46.* ex Dominico, notat etiam quòd certificatus à notabili, ſeu fide digno viro, dicitur ſcire pro certo. Sed hæc opinio aliquibus non placet, quia ſi eſſet vera, omnes teſtes de auditu efficerentur teſtes de cauſa ſcientiæ, adde quòd in foro externo teſtis tenetur reddere rationem ſui dicti, in foro tamen interiori extra iudicium probabiliter poteſt ſuſtineri; vnde ſi aliquis iuraret rem aliquam ita eſſe, & hoc quia illam ita eſſe intellexit à fide digno, non eſſe periurum dicendum eſt. Et ita poſt hæc ſcripta imuenti hanc ſententiam docere Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 13.* vbi ſic ait. Ad veritatem iuramenti ſatis eſt, iurantem audiuiſſe rem illam à perſona ita fide digna, vt ſit moraliter certus ita rem ſe habere; at in iudicialibus id non ſatis erit ad rem tanquam certam iurandam, niſi adiungatur cauſa illius notitiæ. Ita ille.

RESOL. LXIII.

Vtrum ſit peccatum mortale iurare, amphibologiis vtendo abſque neceſſitate: vt ſi videlicet iures ioci cauſa Principem eſſe in aula, intelligendo pictum?

Vel an poſſit vti amphibologiis, quoties id ſit neceſſarium, an vtile ad ſalutem corporis, honoris, vel ad res familiares tuendas, & ad alia?

Et an in dictis caſibus iurans non ſolum excuſetur à periurio, ſed etiam à peccato mortali, dummodo non iuret in iudicio, dum iudex iuridicè illum interrogat? Et p.2, tr.15. & Miſc.1.Reſ.25.

§. 1. PRo explicatione huius caſus notandum eſt, tunc cauſam iuſtam vtendi his amphibologiis adeſſe, quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis, honoris, vel ad res familiares tuendas, vel ad quodlibet aliud virtutis votum; itavt veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens ac ſtudioſa. Ita Nauarr. *c. humanæ aures. 22. q. 5. ad finem, & in q. 2. n. 10.*

2. His poſitis, communiter Doctores ad caſum ſuprà poſitum affirmatiuè reſpondent. Ita Angelus, Tabiena, Armilla, Nauarrus, Toletus, Sayrus, Philiarchus, & Lopez *vbi infrà.* Et ratio eſt, quia ſic iurans agit contra præcipuum iuramenti finem, qui eſt determinatam veritatem teſtificari. Ergo, &c.

3. At mitiùs loquitur Leſſius *lib. 2. c. 42. dub. 9. n. 98. in fin.* vbi ait. Quòd ſi tali orationi, cùm iuſta cauſa non ſubeſt, addatur iuſiurandum, vt ſi iures Principem eſſe in oppido, intelligendo pictum, ioci cauſa erit grane peccatum, quia eſt magna irreuerentia, ſuis iocis Deum teſtem adhibere. Forte tamen, ſi ſcandalum abſit, non erit mortiferum. Hæc Leſſius.

4. Sed ſine *forte*, abſolutè, & ſimpliciter aſſerunt aliqui non eſſe peccatum mortale. Ita Sanchez *in ſumma. tom. 1. lib. 3. c. 6. nu. 22.* Bonacina *tract. de leg. diſp. 4. quæſt. 1. punct. 12. num. 5.* & nouiſſimè Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 2. tract. 25. cap. 13. num. 131.* Dicendum eſt igitur in tali caſu iurantem excuſandum eſſe, non ſolùm à periurio, ſed etiam à peccato mortali, modò non iuret in iudicio, dum iudex iuridicè illum interrogat, vel non iuret in materia præiudiciali. Et ratio eſt, quia in tali iuramento deficit ſola diſcretio, ſeu iudicium, eo quòd diuinum teſtimonium non debet abſque neceſſitate his amphibologiis miſceri. Sed iuramentum cui ſola diſcretio, ſeu iudicium deficit, non eſt mortaliter peccaminoſum. Ergo.

5. Ad argentum contrariæ ſententiæ nempe id obſtare fini iuriſiurandi, reſpondetur id contingere in materia leui, ac proinde non eſſe mortale: ſicuti promittere rem venialiter malam cum iuramento adiuſtatur

satur finì iuramenti , quod ad rem iustam confirmandam institutum est ; sed quia materia est leuis , est veniale. Ita erit etiam in nostro casu. Et hæc sententia non solùm erit vera cum Caietan. 2.2. *q.*89. *art.*7. *col. pen.ver. ad hoc igitur* ; quando verba iurantis erunt ex sua significatione ambigua , sed etiam quando de solo addito in mente iurantis retento efficiunt sensum verum ; vt si videlicet , iuret se non feciſſe aliquid quod reuera fecit , intelligendo intra se aliquid aliud , quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum : nam his amphibologiis vti in iuramento,quando adest iusta causa iurandi, licitum esse docuerunt Valent. *tom.*3.*disp.*5. *q.*13. *punct.* 2. *&* *tom.*4.*disp.*7.*q.*13.*punct.vlt.*Suarez,Lessius,Toletus,Salonius , & alij apud Sanchez *vbi suprà.n.*15. aduersùs Azorium,Aragon. Lopez, Ledesmam, Sotum, & alios apud eundem Sanchez *n.* 12. asserentes ex causa licitum esse iurare cum aliqua amphibologia , quando verba quæ vsurpantur sunt ex significatione sua , & communi audientium vsu ambigua:& proinde vtrumque sensum , tam iurantis quàm interrogantis recipientia : secùs quando talia non sunt , sed in sensum verum detorquentur , ex solo aliquo addito mente iurantis concepto. Sed hoc etiam licere cum prima opinione dicendum est , vt optimè notat Filliucius *vbi suprà,n.*236.& Sanchez *locis cit.*

RESOL. LXIV.

An ex iusta causa licitum sit etiam iurando vti amphibologia , quando verba non sunt ambigua , sed in sensum verum detorquentur ex solo aliquo addito mente iurantis concepto ?

Et in textu huius Resolutionis 17. casus explanatos inuenies pro praxi dicta quæstionis. Ex part.3. tract.6.& Misc.2.Resl.30.

§. 1. HIc casus solet frequenter in praxi accidere, & negatiuam sententiam docent Malderus *opusc.de restrict.mentalibus c.*4.& 10.Syluius *in* 2.2.*D. Thom.q.*89. *art.*7.*quæritur* 3. *concl.*5. Rebellius *part.* 1. *lib.*4. *q.* 10. *num.*2. Layman *in Theol. moral. lib.* 4. *tract.*3.*c.*13.*num.*7.*&c.* 14. *num.*8. Coninch *de actibus supernat.disp.*10.*dub.*3. *concl.*3. *n.*49. Cydonius *contra Epistolam Isaaci Casauboni cap.*5.*&* 6. & in Apologia *pro Henrico Garnero c.*2. præter Doctores , quos citat Sanch. *in sum.tom.*1 *lib.*2.*cap.*6. *n.*12. qui omnes asserunt,nunquam aliquid affirmando, aut negando, licere vti ratione, quæ spectatis omnibus circumstantiis provt exteriùs profertur, est absolutè falsa, nec potest habere verum sensum ; quamuis iuncta verbis , quæ à dicente tacitè subintelliguntur, sit vera, nisi illa ea ratione iisque circumstantiis proferatur , vt prudens auditor ex his meritò colligat , verbis exteriùs prolatis aliqua alia subintelligi.

Quæ hic est Resl. antecedens , & in aliis §§. eius primo annot.

2. Sed ego contrariam sententiam , quam cursim tenui *in* 2.*p.tract.*1. *miscellan. resol.*25. nunc etiam teneo,& illam docent Sanch. *vbi supr. nu.*15 Reginald: *in praxi tom.*2.*lib.*24.*cap.*1.*n.*10.Pesantius *in* 2.2.*q.*70. *art.*4. *disp.*1. & nouissimè mordicus illam sustinet Stephanus Emonerius *disp.de veritate cap.*9. *& seq.* Vnde stante hac opinione , multos casus particulares decidendos.

3. Et ideo dico primò, si quis Clericus interrogatus in porta ciuitatis , vtrùm habeat aliquid de quo debet solui gabella , & ille habens , respondet quòd non, intendens quòd non obligatur ipse ad gabellam soluendam,non dicit mendacium,quamuis alter aliter intelligat verbum , quàm proferens. Ita D. Antonin. *in sum.*p 2.*tit.*10 *c.*1 §. 1. Et sic etiam dicendum est de illis,qui asportant res ad vsus proprios , de quibus cùm non teneantur soluere gabellam , secundùm probabilem opinionem , possunt eodem pacto respondere. Ita Suarez *de Relig.tom.*2.*lib.*3.*c* 9.*n.*3.

4. Secundò,interrogatus in iudicio , an debeat centum sibi mutuata , quæ verè secretò restituit , potest respondere se nihil debere causa mutati , intelligendo intra se , quòd verè non soluerit. Et interrogatus; an debeat centum , cùm verè debeat tantùm quinquaginta , potest negare petita , prout petuntur. Ita Naldus *in sum.ver.interrogatus.n.*1.*&* 2. Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resl. 102.§.1. in fine.

5. Tertiò , si quis à te petat , vt illi commodes librum, vel mutues pecuniam , aut aliquid aliud , negare potes te pecuniam habere, si tu illa indigeas , aut timeas fore , vt mutuatarius serò , vel difficulter restituat , aut periculum sit , vt commodando patiaris aliquod incommodum ; modò restrictionem aliquam in mente addas,negando scilicet te id habere,vt illi commodes , vel mutues. Ita Claudius Michardus *in sum. Parochorum tom.*2.*c.*80.*n.*2.

6. Quartò , si aliqua persona priuata, aut metu, aut importunis precibus compellit aliquem iurare , tunc qui iurat potest iurare ad mentem sui, non verò illius, quamuis secundùm mentem interrogantis non sit verum.Ita Rodriquez *in sum.to.*1.*c.*190.*n.*7.

7. Quintò , quia sæpe interrogamur , quid comedimus, quot habemus nummos, quid dixit nobis N. &c. possumus respondere , intelligendo, nonnulla , quibus dicamus veritatem , & negemus quod petitur à nobis; sicut si dicat quis , vt dicamus ei aliquid noui, possumus dicere nihil scire noui,intelligentes interiùs quòd conueniat dicere aliis. Idem Rodriquez *in sum. tom.*1. *c.*247.*n.*4.

8. Sextò , Sacerdos inquisitus de culpa in confessione percepta , respondere verè potest se nescire, & iurare , subintelligendo , quòd nesciat tanquam homini subiectus. Quòd si compellatur , vt respondeat , non per verbum *scio* , sed per verbum *audio*, potest respondere se nihil tale in confessione audisse , subintelligendo tanquam purum hominem. Quòd si impius quæsitor vrgeat , vt respondeat, an audierit vt Deus ; respondere potest se non audiuisse , subintelligendo ad modum causæ principalis. Ita Graffius *in decis.p.*1. *lib.*1. *c.*23. *n.*3. idem repetit *n.* 24. agens de eo , cui ex simplicitate sit confessio in necessitate tanquam Sacerdoti , cùm tamen sit Laicus , & vt talis agnoscatur. Sup. hoc in tom. 1. tr. 8. Resl.66. & in tom. 5. tr.7. Resl.14. §. Et quidem. post medium, vers. Quod manifestè.

9. Septimò , infamator veri criminis , sed occulti, simpliciter dicere potest , se falsum dixisse, & mendacio infamasse , subintelligendo crimen publicum , ita vt sensus sit falsum ei crimen affingi prout publicum; item negare potest quis peccatum suum occultum, negando illud vt publicum , idque subintelligendo. Ita Petrus Nauarra *de rest.lib.*4.*c.*2.*n.*379.

10. Octauò, cui licitum est aliqua bona abscondere, eo quòd illis ad vitam sustentandam egeat, ne à creditoribus capiantur, & sic cogatur mendicare;potest rogatus à iudice iurare se nulla bona abscondita habere, atque idem possunt iurare id scientes , dummodo ipsis constet licitè eum abscondere ad hunc finem , intelligendo secum,non habere bona abscondita, quæ iudici manifestare teneatur.Ita Sanchez *in summ.tom.*1.*lib.*3. *c.*6.*n.*31. Sup. hoc in tom.6.tr.3. Resl.158. legè eam per totam, & signanter ad lin.7.vers. Imo.

11. Nonò , potest Confessarius proferre verba absolutionis absque intentione , ad effugiendam mortem sibi minatam à pœnitente , si non absoluat. Item si minaretur mortem , nisi consecraret panem in foro existentem , poterit proferre verba consecrationis , absque intentione consecrandi , sine vlla labe mendacij vtendo aliqua æquiuocatione ; nisi hæc omnia efficerentur in contemptum fidei , & religionis; nam in tali casu teneretur subire mortem. Et ita iurans latroni se illi daturum pecunias,sine intentione dandi, Sup.hoc in tom 2. tr. 6. Resl. 136. §. Notandum est , & pro contento à lin.3.huius §. Ibidem. Sup.hoc legè supra doctri-

nam Reſ. 51 & aliarum eius annot

non peccat ſi mente concipiat æquiuocationem, videlicet, dabo, ſi ad id tenear, nec poſtea tenetur ad reſtitutionem. Sic Ioann. Sancius *in ſelectis diſp.* 31. *num.* 6. & 7.

12. Decimò, pœnitens interrogatus temerè, an hoc, vel illud peccatum faſſus ſit, poteſt iurare ſe non confeſſum, intelligendo ita vt teneatur illi explicare. Sic Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. c.* 19 *n.* 7.

13. Vndecimò, adultera rogata à marito an adulterium admiſerit, non ſolùm poteſt iurare ſe non fregiſſe matrimonium, ſed contra Sotum *de iuſt. lib.* 6. *q.* 6. *art.* 2. poteſt negare adulterium, concipiendo intra ſe aliam diem ab ea, in qua illud admiſit; imò poteſt iurare ſe non feciſſe vllum adulterium, intelligendo intra ſe, vt tibi reuelem. Ita Nauarrus *cap. humanæ aures* 22. *q.* 5. *in q.* 1. *n.* 9. & Sayrus *in Claui Regia lib.* 5. *c.* 4. *num.* 24.

14. Duodecimò, veniens ex loco, qui falsò putatur peſte infectus, rogatus poteſt iurare ſe ex eo non venire, intelligendo tanquam ex loco peſtilenti; atque idem puto, quando veniens ex loco peſtilenti certò credit, nec ſe, nec aliquid ſuum peſte infectum eſſe, poteſt iurare inde non venire, intelligendo ita, vt aliquid mali ex loco peſtilenti contraxerit. Ita Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 7. & Leſſius *lib.* 2. *c.* 42. *dub.* 9. *num.* 47.

15. Decimotertiò, ſi debitor pauper pro ea paupertate excuſatur à debito tunc ſoluendo, & exactor iniquus illum premat, poteſt à iudice interrogatus iurare ſe illas pecunias non accepiſſe; quia iudex ad eum effectum rogat, vt cogat ſtatim ſoluere, quarè, negans ſe accepiſſe, intelligendo vt ſtatim debeat ſoluere, verè ad debitam iudicis mentem reſpondet. Ita Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 3 *c.* 6. *n.* 32.

16. Decimoquartò, ſi reperto cadauere quis interrogetur an gladius, vel ſcalpellum ibi repertum ſit ſuum, vel tali hora illic tranſierit, quæ vera ſunt, & petuntur ab eo tanquam illius homicidij indicia, quod verè non commiſit, poteſt negare; quia ad debitam iudicis mentem verè reſpondet. Ita Leſſius *lib* 2. *c.* 31. *dub.* 3. *n.* 14.

Sup contento in hoc § in to. 6. tr. 1. Reſ. 101. § 1.

17. Decimoquintò, vbi factum exterius ob aliquam cauſam excuſatur à peccato, poteſt interrogatus à iudice de illo facto id negare, intelligendo de facto criminoſo, vt ſi in propriam defenſionem hominem quis occidit, vel rem alienam in veri debiti compenſationem vſurpauit. Ita Leſſius *vbi ſuprà*, & Sanch. *nu.* 29. qui optimè addit, quòd quando taxa alicuius rei probabiliter eſt iniuſta, venditor ſi pluris vendat, defraudat in pondere, & menſura; ita vt ſibi ſatisfaciat, vel pro pretij iniuſtitia, poteſt à iudice interrogatus an pluris vendiderit, vel cum falſa menſura, poteſt, inquam, totum negare, & aſſerere ſe pretio taxato vendidiſſe, & cum iuſtis ponderibus, intelligendo hæc, ita vt pluris vendens, aut deficiens in pondere deliquerit. Et hoc procedit, vt diximus, quando adeſt tantùm opinio probabilis, vt taxa ſit iniuſta.

18. Decimoſextò, qui intra quinquennium non reclamauit, & ſciebat ſuam profeſſionem eſſe inualidam, nec vnquam illam ratificauit, & ſciebat etiam elapſo quinquennio ſe non poſſe amplius reclamare; ſi velit poſtea reclamare in iudicio, petens reſtitutionem in integrum, affirmans ſe non reclamaſſe ob ignorantiam, ſi iudex eum de hoc interroget, poteſt ſine peccato iurare, ſe non habuiſſe ſcientiam, quòd potuiſſet reclamare, vtendo verbis æquiuocis, ſeu amphibologicis, nam talis profeſſus non eſt verè Religioſus, quia profeſſionem inualidam, nunquam fecit validam ob ratificationem. Quare poteſt dicere ſe non habuiſſe ſcientiam, ſubintelligendo in mente ſua, qua ratam habuerit profeſſionem, cùm Concilium Tridentinum præſumat huiuſmodi profeſſum ratificaſſe profeſſionem inualidam, ſi intra quinquennium non reclamauit; ſicut ſi iudice interrogaretur, an promiſerit matrimonium, quod fictè promiſit, poteſt iurare ſe non promiſiſſe, ne cogatur matrimonium contrahere, cùm non poſſit probare, ſe fictè promiſiſſe. Ita doctus, & amiciſſimus Sanctarellus *part.* 1. *var. reſol. q.* 48. *n.* 15. & 16.

19. Decimoſeptimò, is qui ex neceſſitate, vel aliqua vtilitate offert ſe ad iurandum nemine petente, poteſt vti amphibologiis, nam habet iuſtam cauſam iis vtendi. Sic contra Leſſium, Nauarrum, Sayrum, & alios tenet Sanchez *vbi ſuprà nu.* 21. & Bonacina *vbi infrà num.* 4.

20. Ex his omnibus apparet ex iuſta cauſa, nempè quando id neceſſarium eſt, vel vtile ad ſalutem corporis, honoris, aut rerum familiarium, vel etiam quando iniuſta interrogatio proponitur, poſſe aliquem abſque mendacio aliqua verba vſurpare, etiamſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua, nec eum ſenſum verum admittant ex ſe, nec circumſtantiis occurrentibus, ſed tantùm verum ſenſum reddant ex aliquo addito mente proferentis retento, quodcumque illud ſit. Verùm in tali caſu animus ita reſpondentis non debet eſſe ad fallendum proximum, ſed ad occultandam veritatem, quam tunc non expedit manifeſtare.

21. An verò ſupradicto modo iurare abſque iuſta cauſa, ſit peccatum mortale, diximus *in part.* 1. *tract.* 1. *Miſcellan. reſol.* 25. vbi adduximus Sanchez, Bonacinam, & Filliucium negatiuam ſententiam probabiliter aſſerentes, modò non iuret aliquis in iudicio, dum iudex iuridicè interrogat; aut non iuret in materia præiudiciali. Et ratio eſt, quia non facit contra ſinem iuramenti in materia graui, tum quia in huiſmodi iuramento deficit ſola diſcretio, ſeu iudicium; iuramentum autem cui ſola diſcretio, ſeu iudicium deficit, non eſt mortaliter peccaminoſum. Ergo, &c. Non nego autem contrariam ſententiam eſſe communiorem, & probabiliorem, quam tuentur Leſſius *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 9. *num.* 46. Toletus *lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 9. *notab.* 1. Sayrus *in Clau Regia lib.* 5. *c.* 4. *n.* 21. Philiarchus *de offic. Sacr. tom.* 1. *part* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. & alij.

RESOL. LXV.

An blaſphemia, & iuramenta falſa inaduertenter prolata, orta tamen ex praua conſuetudine blaſphemandi ſint peccata mortalia?

Et an neganda ſit abſolutio habenti conſuetudinem iurandi inaduertenter, vel tantum habenti conſuetudinem iurandi ex aduertentia? Ex part. 3. tract. 5. & Miſc. 1. Reſ. 62.

§. 1. HIc caſus paſſim Confeſſariis in praxi ſolet occurrere? affirmatiuam ſententiam docet Raphaël de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ, qu.* 98. *art.* 3. *diſputat.* 3. Tannerus *in* 2. 2. *D. Thom. d.* 3. *q.* 8. *dub.* 7. *n.* 141. Azorius *tom.* 1. *lib.* 11. *c.* 3. *q.* 3 Sayrus *in claui Regia, lib.* 5. *c.* 5. *n.* 10. Ledeſma *in ſum. tom.* 2. *tr.* 11. *c.* 5. *dub.* 4. & 5. cum aliis penes ipſos. Et ratio eſt, quia talia iuramenta ſunt voluntaria in cauſa propter prauam conſuetudinem iurandi ex graui negligentia non correctam.

Sup. co to in h dub. 6 in præce n. 2.

2. Sed ſi hæc opinio eſſet vera, magnum omus pœnitentes, & Confeſſarij haberent, cùm talia iuramenta maximè frequentia ſint; & ideo contrariam ſententiam in praxi amplectendam eſſe puto. Sed quamuis aliquis habeat prauam conſuetudinem peccandi, ſi tamen hîc, & nunc ex inaduertentia naturali, & indeliberatè peccaret, non committeret nouum peccatum mortale. Ita docent Reginald. *in praxi, tom.* 2. *lib.* 18. *c.* 6. *ſect.* 3. *num.* 85. Pitigianus *in* 3. *part. ſen-*

tem.

tent. tom. 2. dist. 39. qu. vnica, art. 7. Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 28.* & Suarez *de Relig. tom. 1. tr. 3. lib. 2. de irrelig. c. 6. nu. 2. & tom. 2. de iuramento, lib. 3. c. 7. à n. 3. vsque ad 8.* cum aliis penes ipsos, & nouissimè Ioannes Sancius *in selectis, disp. 20. n. 5.* qui docet blasphemias, & iuramenta indeliberata orta ex praua conditione iurandi, nec in seipsis esse peccata, nec in sua causa; sicut contumelia præuisa ab ebrio in ebrietate, nec in se, nec in sua causa peccatum contumeliæ est, vtpote ex sui natura requirens, quòd à ratione vtente proferatur: vide etiam Filliucium *tom. 1. tr. 25. c. 10. num. 316.* & hanc sententiam docet Layman *in Theol. moral. lib. 1. tr. 2. c. 3. n. 6. in fine,* post prauam consuetudinem retractatam: sic enim ait. Postquam verò pœnitens prauam consuetudinem efficaci proposito retractauit, tunc consequentia falsa iuramenta, & verba blasphemiæ eadem consuetudinæ quasi naturali, & necessario impetu prouenientia, non imputabuntur ad peccatum, cùm neque sint voluntaria in se, vt suppono, neque in sua causa, puta consuetudine, quippe quæ ab ipso per propositum retractata, non amplius voluntaria censeri debeant. Ita Layman.

3. Ex his deduxit Sancius *vbi suprà, n. 7.* quòd DD. asserentes negandam esse absolutionem habendi consuetudinem iurandi, intelligendi sunt de habente consuetudinem iurandi ex aduertentia: non autem quando proferuntur iuramenta inaduertenter, cùm tunc, vt diximus, non sint peccata, quantumcumque ex pessima consuetudine nascantur. Et hæc omnia prouidus Confessor in mente habeat, nam per illa ex multis interrogationibus, & scrupulis immunis erit: faciant tamen Confessarij in tali casu accusare pœnitentem de negligentia in extirpanda praua consuetudine iurandi, & de reliquo aliud non curent.

RESOL. LXVI.

An iuramentum falsum inaduertenter dictum ab eo, qui prauam consuetudinem iurandi habet, sit peccatum mortale, etiam si fiat ex motu iræ repentino, aut ex affectione nimiæ ad rem aliquam?

Et an hoc etiam procedat, quoad blasphemias?

Et an iuramentum profectum non ex praua consuetudine, sed repentino iræ impetu, aut ex nimia ad rem affectione, non imputetur ad culpam mortalem?

Sed superest adhuc curiosa quæstio: An Procurator, qui nomine principalis iuramentum præstitit, iurauit falsum, sit periurus Dominus principalis, an verò Procurator? Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. Res. 15. aliàs 13.

Sup. contenta in hoc & log. 6 in Resol. præcedenti §. 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Texeda, *tom. 2 lib. 3. tract. 2. controuers. 5. num. 215.* vbi sic ait: Si roges an iuramentum absque aduertentia præstitum ab habente iurandi prauam consuetudinem: si non ex illa proficiscatur, sed aut repentino iræ impetu, aut ex nimia ad rem affectione, vt contingere solet in non assueto iuramentis; imputetur ad culpam. Circa quam difficultatem asserunt Valentia *2. 2. disp. 6. quæst. 7. punct. 3.* Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 7. numer. 5.* iuramentum profectum non ex praua consuetudine, sed ex repentino impetu, non imputari ad culpam, & in propriis terminis idem asserit Sanchez *1. tom. Sum. lib. 3. cap. 5. n. 22. & 23.* qui adducit pro sua sententia Petrum de Ledesma *in sum. 2. tom. tract. 11. c. 5. dub. 5. dicto 2.* qui oppositum expressè asserit: [Todas las vezes que la inaduertencia acerca de lo que se jura nace de la mala costumbre da iurar como de causa, el juramento falso echò con la dicha inaduertencia es pecado mortal, y no se excusa por ella; porque el acto, que procede de inaduertencia culpable se reduce à la naturaleça de su forma, como el que procede de ignorancia culpable como lo fuera si aduertiera]: vbi Ledesma expressè asserit, iuramentum falsum inaduertenter dictum, in habente prauam consuetudinem iurandi esse peccatum mortale. Et ideò dicendum est cum Caietano *2. 2. q. 98. art. 3.* Nauarro, *Sum. c. 12. n. 6.* Ledesma, *suprà citat.* iuramentum falsum inaduertenter dictum ab habente prauam iurandi consuetudinem, esse mortale, etiam si fiat ex motu repentino, aut ex affectione nimia ad rem aliquam, quia inaduertentia illa cum qui assuetus est iurare falsum, non excusat illum à periurio, cùm etiam si aduerteret similiter peierare. Secundò probatur; nam qui praua ea consuetudine affectus frangit præceptum aliquod diuinum, peccat mortaliter, quamuis illud infringat inaduertenter, ex affectu nimio ad rem aliquam, aut ex repentino impetu, vt constat in peccato blasphemiæ, quæ inaduertenter dicta ab eo, qui est assuefactus blasphemare, est mortalis, quandocumque dicatur; vt bene Caietanus, Nauarrus, & communiter omnes (& constat etiam inductiuè in omnibus aliis peccatis perpetratis ab eo, qui prauè dispositus, & mala consuetudine affectus circa transgressionem alicuius legis, aut præcepti) sed non iurare falsum cadit sub præcepto diuino, quo vnusquisque tenetur id non facere: ergo quamuis falsum iuretur absque aduertentia, si is qui falsum iurat est prauè affectus; & assuetus ad iurandum falsum, quomodocumque falsum iuret, peccat mortaliter. Hucusque Texeda.

2. Sed sententiam Sanchez, & Suarez, quam ipse tam acriter impugnat nouissimè tenet Castrus Palaus, *tom. 3. tract. 14. disp. 1. punct. 2. n. 1.* & ratio est, quia illud iuramentum, vt in se esset peccatum mortale, debebat esse voluntarium directè, vel indirectè. At neque directè, neque indirectè est voluntarium. Non directè, vt supponitur; neque indirectè, quia ad indirectè voluntarium debebas habere potestatem illud vitandi, cùm de facto non vitas. Ergo non est tibi voluntarium neque directè, neque indirectè. Quapropter solum in causa, nempè in consuetudine censebuntur illa iuramenta voluntaria. Sicut censetur voluntaria pollutio in somnis cui causam dedisti in vigilia, aut homicidium in ebrietate factum, quod antea potuisti præcauere. Quorum tota culpa & detrimentum apud Deum fuit in appositione causæ. Nam siue sequatur pollutio siue non, eandem pœnam, & demeritum habes apud Deum. Quia tota malitia in appositione causæ sita fuit. Sic in præsenti de iuramento facto sine libertate philosophandum est. Hanc etiam sententiam Sanchez contra Texedam tenet Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 2. capit. 1. dub. 20. num. 11.* vbi probat iuramenta inaduertenter prolata, ab habente consuetudinem iurandi non retractatam, non esse speciale peccatum, nec habere distinctam malitiam à sua causa; si autem sit retractata, idem iudicandum de hoc, ac de non assueto ad iurandum. Itaque sententiam Sanchez, & aliorum contra Texedam satis probabilem esse existimo, quam præter Doctores citatos tenet etiam Mazuchel. *de Casib. reseru. disp. 2. cap. 16. difficult. 4. num. 74. cum seqq.* qui etiam rectè obseruat hanc doctrinam procedere etiam quoad blasphemias.

3. Verùm curiosa est illa quæstio: An si procurator, qui nomine principalis iuramentum præstitit, iurauit falsum, sit periurus Dominus principalis, an verò Procurator, & affirmat Syluester *verb. periurium q. 3.* quem sequitur Sanchius vtrumque periurij vitio innodari, si Procurator, dùm iurauit virtute specialis commissionis ad iuramentum præstandum, sciebat falsum esse quod iurauit, aut de illo dubitabat, pœnas autem periurij, subdit Syluester non incurrere Procuratorem, sed

sed solùm principalem dominum. Cæterum ego dico saluo meliori iudicio eo casu principalem ex vi illius iuramenti falsi à Procuratore præstiti, nec esse periurum, nec pœnas prædictas incurrere, quia principalis non dedit Procuratori suo facultatem ad falsum iurandum, sed solùm, vt cùm veritate præstaret iuramentum: & ideò periurij malitia solùm in Procuratore manere debet. Et ità docet Texeda *vbi suprà. contron.* 4. *q.* 2. *n.* 194.

RESOL. LXVII.

An peccet venialiter, si quis ad vitanda grauia tormenta sibi falsum crimen imponit etiam cum iuramento æquiuocatione vtens?

Et an in tali casu peccet mortaliter?

Et an delinquens occultus possit se prodere iudici, vt in eo debitam sequatur punitionem, cum id fiat ob virtutem iustitiæ, volendo potius in hoc mundo peccati pœnam sustinere, quàm in alio luendam seruare?

Et quid, si esset persona maximæ authoritatis, & Reipublicæ vtilis? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Res. 7.

Sup. hoc in Resl. seq.

§. 1. NOn peccare mortaliter in tali casu docent communiter. Ita Nauarra *de restit. lib.* 2. *cap.* 4 *n.* 21. & alij.

2. Difficultas consistit, an peccet venialiter; affirmatiuè respondet Lessius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 7. *n.* 4. & alij. Sed mihi placet opinio Ioannis Sanchez *in selectis, disp.* 46. *n.* 16. vbi sic asserit. Ad vitanda grauia tormenta excusatur quispiam etiam à veniali labe, falsum sibi imponendo, licèt ob illius confessionem esset morte plectendus; quia vita non est digna tanto dolore, & mendacium excusatur, æquiuocatione in mente retenta scilicet crimen commisisse, non re, sed solùm vt fateatur iudici ad euitanda tormenta. Quod verum etiam iudico, licet falsam sibi impositionem iurent, nam eadem causa quæ adest ad excusandum mendacium æquiuocatione retenta, sufficit etiam ad excusandum iuramentum. Ita ille, quidquid in contrarium asserant Vega *in sum. p.* 2. *c.* 8. *cas.* 1. Raguccius *in Lucerna Parochorum, de restit. q.* 167. & alij. Quando adest iuramentum; sed tu tene cum Sancio, & vide Azorium *tom.* 1. *lib.* 11. *c.* 4. *q.* 5. *reg.* 3. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *punct.* 4. & *tom* 4. *disput.* 7. *q.* 11. *punct. vlt.* Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 15. Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3 *c.* 10 *n.* 5. Delrium *in disquis. mag. lib.* 6. *c.* 1. *sect.* 2. & alios penes ipsos.

Sup. hoc ibidem. & §. Sed difficultas, & seqq.

Sup. hoc infra in tr. 5. resl. 51. cursim ad lin. 9. & prope finē §. 2. vers. Nam licet.

3. Notandum est etiam hîc obiter, posse delinquentem occultum, prodere se iudici, vt in eo debitam exequatur punitionem, cùm id efficiat ob virtutem iustitiæ volendo potius in hoc mundo peccati pœnam sustinere, quàm in alio luendam seruare. Ita Sanctius *vbi suprà n.* 19. cui adde Nauarrum *de restit. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 20. Sanchez *in sum tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18 *num.* 43. & Sà *verb. infamare, n.* 1. nisi esset persona maximæ auctoritatis, & Reipublicæ vtilis, quæ se prodens, & tradens puniendam, maximum pateret scandalum, occasionem aliis ad delinquendum offerens.

RESOL. LXVIII.

An reus possit sibi graue crimen imponere, vt euitet grauia tormenta?

Et difficultas est, quando aliquis sibi imponit falsum crimen cum iuramento.

Et deducitur eum, qui conuictus plenè est de Apostasia, aut de hæresi, quam non commisit, ita vt si neget, tradendus sit Curiæ sæculari, à confiscatione bonorum, extremoque supplicio afficiendus; si verò fatetur crimen, leuiori pœna puniendus sit, posse ipsum absque mortali culpa imponere sibi crimen, quod non admisit, nec obligari sub mortali ad retractandam confessionem, post sententiam prolatam, & reconciliationem sequentem? Ex part. 11. tr. 1. & Misc. 1. Res. 14.

§. 1. MOuet hanc difficultatem nimis practicabilem Caramuel *fundam.* 61. §. 1. *n.* 1278. vbi sic ait: Quæris an innocens ad vitandos cruciatus possit sibi imponere falsum crimen, etsi ob illud sit posteà vltima sententia condemnandus?

2. Ausonius Noctinot in summa Dianæ verbo *Reus num.* 13. Sic inquit: Reus ad vitanda grauia tormenta, potest sine mortali crimen etiam capitale sibi imponere, quia vita non est digna, quæ tanto dolore seruari debeat, & posse etiam iurare æquiuocando, docent Doctores communiter cum Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 21. immò nec peccare venialiter ait Sancius *disput.* 46. *n.* 16. & Diana *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 7. & *n.* 11. ait: Non teneri se retractare, nisi ex hoc damnum tertio sequuturum foret; ita Diana *part.* 3. *tract.* 5. *resolu.* 103. sub fine, sic ille,

3. At ego puto esse mortale peccatum mentiri Reipublicæ legitimè & iustè roganti, & quod mendacium est non posse iuramento firmari. Si sit mendacium illud leue, & tamen iuramento firmetur, periurium erit graue peccatum. Si darentur restrictiones mentales, & æquiuocatio prodesset, simplex criminis impositio non esset mendacium, & iuramentum, quo illa firmaretur, non esset periurium. At illas nos, & multi nobiscum detestantur. Husvsque Caramuel.

4. Sed satis probabiliter loquutus est doctus, & eruditus noster Compendiator Pater Noctinot, videlicet Pater Antonius Cottonus, & simul ego, & ideò iterum assero, quod imponere sibi falsum crimen ad euitanda grauia tormenta, etiamsi mors inde timeatur, non est peccatum mortale, secluso periurio. Nemo enim tenetur cum tanto dolore, & labore vitam tueri.

5. Licèt probabile etiam sit mortaliter peccare, fundamentum est, quoniam quamuis homo non teneatur cum tanto dolore conseruare propriam vitam, adhibendo remedia, quæ tantos cruciatus afferant, & potius mortem permittere, quàm ea adhibere; aliud nihilominus est non conseruare vitam eis remediis adhibitis, aliud verò præbere causam obiectiuam, & meritoriam mortis, illam confingendo, cum non sit reuera id, vnde potestas publica moueatur ad condignam mortis pœnam executioni mandandam, quod non est præcisè non conseruare, vitam; sed causam destructionis illius adhibere, quòd non licèt etiam propter tormenta, non solum quia mendacium est, sed quia est oppositio causæ obiectiuæ meritoriæ mortis propriæ, & cooperatio ad illam: nulla autem cooperatio ad propriam mortem cohonestari potest ex fuga tormentorum.

6. Licet hanc posteriorem sententiam magis placeat Dicastillo *de iust. lib.* 2. *tr.* 2. *disp.* 12. *Appen.* 1. *dubitat.* 4. *n.* 514. Tamen hoc non obstante priorem putat satis piam, & in praxi sequendam, ne miseri tam vehementi causæ, & periculo peccandi exponantur; sed præmonendi sunt, vt sciant, si fortè in tortura vincantur dolore, non peccaturos mortaliter.

7. Et ita hanc sententiam tenet eriam præter Doctores à me alibi adductos Hermanus Busembaum, *in medulla Theol. moralis lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 7. & probabilem putat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de iust. tom.* 1. *disp.* 14. *sect.* 10. *n.* 174. vbi sic ait; Quando ex confessione falsi criminis incurritur pœna mortis, vel mutilationis membri, alioquin non inferenda; quo casu aliqui dicunt non peccare mortaliter

liter confitentem falsum crimen ad vitanda grauissima tormenta; quibus meritò possit celerem mortem præoptare; Ita Angelus, Sylvester, Toletus, & Sotus, quos refert & sequitur Lessius *vbi supra num.* 41. quia non tenetur homo cum tanto cruciatu, & dolore vitam tueri, sicut nec tenetur ad vitam conseruandam, tibiam cum ingenti dolore secare, non est enim digna tanto dolore salus.

8. Hæc sententia probabilis quidem est, & propter Authores quos habet, potest eam practicè amplecti qui velit: quia sententia admissa, consequenter videtur concedendum, quod liceret etiam alterius crimen falsum confiteri ad vitanda tormenta, quando scires illi non displicere tale periculum subire, vt te à tormentis, vel imminente morte liberet; Ita Lugo.

sup. hoc in Resl. præterita. §. Difficultas. ad medium, vers. Quod verum, & legerest. annot.

9. Sed difficultas est, quando aliquis sibi imponit falsum crimen cum iuramento, & adhuc puto contra Caramuelem, probabiliter posse à peccato mortali excusari, vtendo æquiuocatione, & ita hanc sententiam tenet Gaspar Hurtadus *de Iudicio forensi disp. 4. disc.* 20. vbi ita asserit: Supponimus, quod ea falsa impositio ad minus sit venialis contra veracitatem, & etiam quod sit mortalis sacrilegij, si fiat cum iuramento, nisi reus (vt potest ad euitanda grauia tormenta) se vendicet à mendacio restrictione aliqua mentali, aut æquiuocatione exteriori, quia tunc nec erit peccatum mendacij, nec sacrilegij quamuis fiat cum iuramento; Ita ille.

Cui adde, me citato, Ægidium Trullench *Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 10. dub. 7. n. 3.* Cuius hæc sunt verba.

10. Non peccat mortaliter qui ad vitanda tormenta valdè grauia, quibus meritò posset celerem mortem præoptare, crimen falsum sibi imponit, quamuis certò ob id sit morte plectendus.

11. Et ratio est, quia cum tanto damno non tenetur vitam custodire, sicut non tenetur sibi tibiam abscindere cum tanto dolore; non enim tanto dolore digna est salus; nec hoc mendacium est perniciosum, quia alteri damnum non infert, nec sibi infert malum, quod notabiliter præponderet ipsis tormentis; Nam crimen fatendo breui morte longam redimit, vel potius multas mortes vnica morte commutat. Nec se interficit, moraliter loquendo quia habet iustam causam, ob quam se interficiendum exponit: sicut si quis se exponeret hostium telis, vt grauissima tormenta ab illis inferenda euaderet, non se occideret; Immò si honesta persona rogaret eum, qui illa nefando modo vellet abuti, vt ipsam potiùs interficeret, non esset sui homicida; ergo neque hic est sui homicida, fatendo tale crimen. Et confirmatur, quia si rogaret iudicem, vt ipsum interficiat potiùs; quam ita torqueat, non censetur homicida sui; quia ex confessione in tormentis facta non imminet mors; quia nisi deinde extra tormenta liberè delictum fateatur, non potest condemnari, vt habetur *c. si quis à Sacerdotibus 15. q. 6.* Nec videtur peccare venialiter, licet falsam sibi impositionem iuret, modò vsus fuerit æquiuocatione; Nam æquiuocatio sufficiens est ad excusandum iuramentum. Ita Trullench.

12. Nota hic obiter pro nostro sacro Tribunali Sanctæ Inquisitionis, quod ex his aliqui inferunt eum, qui conuictus planè est de Apostasia, aut hæresi, quam non commisit; Ita vt si neget tradendus sit curiæ sæculari, ac confiscatione bonorum, extremoque supplicio afficiendus; si verò fateatur crimen, leuiori pœna puniendus sit, posse ipsum absque mortali culpa imponere sibi crimen, quod non admisit. Quia tunc nec sibi, nec aliis nocet: Immo prodest; maiorem enim infamiam, & ipsi, & posteri patienter, etiam bonorum confiscationem, quæ omnia effugient, si fateatur. Ita Molina *disp. 37. n. 15.* cui consentit Lessius *c. 12. dubitat. 7. nu. 4.* & alij, qui generaliter dicunt ad vitanda grauia tormenta posse absque peccato mortali imponere sibi aliquod delictum falsum, licet propter illud sit morte plectendus: quantò magis licebit ad vitandam mortem, & maiorem infamiam?

13. Sed Pater Molina *disput. 37. num. 17.* hanc doctrinam limitat, dicit enim, hoc non licere absque mortali peccato quando is, qui falsò conuictus est de hæresi, & ea de causa tradendus est curiæ sæculari, & morte plectendus, eius esset conditionis, de quo alioquin præsumptio non esset commisisse id crimen, eo quod non sit de eorum progenie, de quibus ea est suspicio: præsertim si vir esset authoritatis, quia tunc per spontaneam confessionem criminis derogaret authoritati fidei Catholicæ, fatendo se ab illa defecisse, quare deberet potius fortiter mori, quam eo modo Religioni Christianæ derogare, & dare tale scandalum. Nam si eum viderint piè & fortiter morientem, Christianæ Religionis signa ostendendo, semper manet opinio, quod innocens obierit, & minus scandalum sequitur, quam si se hæreticum fuisse confiteatur.

14. Sed Cardinalis Lugo *vbi suprà num.* 170. existimat casum illum posse aliquando contingere, quo propter maximam personæ dignitatem & probitatem maximum scandalum generaretur, si ex propria confessione omnis dubitandi ratio de crimine commisso tolleretur. Puto tamen rarissimum esse casum, quia præsumptio illa ex dignitate, & probitate personæ superatur frequenter præsumptione contraria orta ex sententia illius Tribunalis; in quo Iudices non nisi cum maximo fundamento, & deliberatione matura solent ad huiusmodi condemnationem, & sententiam venire, & quia confessio criminis cum detestatione illius non est in rigore negatio fidei; alioquin nullo casu liceret absque grauissimo peccato mortali contra fidem Christianam: Nam dicere se fuisse hæreticum cum retractatione illius delicti, non est negare fidem, sed fateri se erasse; & deceptum fuisse: Scandalum autem non tenemur semper vitare cum tanto nostro detrimento. Addit autem Molin. illo *n.* 17. si iam semel crimen eiusmodi falsum confessus est, non obligari sub mortali ad retractandum confessionem post sententiam prolatam, & reconciliationem sequutam. Nam retractatio illa parum reparet scandalum datum, & notam Christianæ Religionis, essetque ex lege causa dare occasionem suæ morti sine suo, & suorum emolumento, de quo tamen ego dubito, quia licet non totaliter, magna tamen ex parte eneruaretur confessio præterita: credibile enim fit, quod mortis metu fuerit extorta. Quare si circumstantiæ personæ tales essent, ego non liberarem ipsum ab obligatione retractandi; vt magna saltem ex parte minueretur damnum per falsam confessionem illatum. Hæc Lugo, quæ apponere hic volui, cum in sacro Tribunali possit aliquando in praxi accidere.

Sup. hoc in tom 6. tr. 1. Resl. 103. in fine §. 2. huius Resl. recitatiuè, & cursim.

RESOL. LXIX.

An omnia vota in votum solemne Religionis commutentur?

Et an hoc procedat etiam in iuramentis soli Deo præstitis?

Et quid, si iuramentum esset homini præstitum, & ab eo acceptatum? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resl. 65.

§. 1 EX neotericis, noster P. Naldus, vir quidem doctus *in sum. ver. votum, n. 50.* docet quod votum solemne Religionis non commutetur in votum dandi aliquid Terræ Sanctæ, & hanc sententiam docet etiam Sylvester *ver. votum 4. q. 7. dicto 3.* & Angelus *ver. votum 4. n. 2.*

2. Verum

2. Verùm ego absolutè existimo, omnia vota personalia, realia, & mixta tam in sæculo, quàm in nouitiatu emissa extingui per solemne Religionis votum; & ideo existimo non solùm peregrinationis Terræ Sanctæ commutari in professionis votum quoad peregrinationem, sed etiam contra Naldum, quoad id quod profitens vouit dare in subsidium dictæ Terræ Sanctæ, & ita docent Suar. *de Relig. tom.* 3. *l.* 6. *c.* 14. *n.* 5. Miranda *in man. Prælat. tom.* 5. *q.* 25. *art.* 7. & Sanchez *in sum. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 50. Et ratio est, quia tale votum licet quoad expensas sit votum reale, per professionem vniuersa vota realia commutantur, vt tenent communiter Doctores, quos citat Sanchez *loc. cit. n.* 43. quidquid in contrarium asserant Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *q.* 4. *art.* 1. *concl.* 5. *& art.* 2. *n.* 33. *concl.* 3. D. Antoninus *part.* 2. *tit* 11. *c.* 2. §. 8. *not.* 2. & Tabiena *ver. votum* 4. *in fine*. Ergo, &c. Nec valet dicere, quod illud votum est Pontifici reseruatum, nam similiter est reseruatum votum peregrinationis Hierosolymitanæ, & tamen commutatur, & extinguitur in professione, vt patet ex *cap. scripturæ, de voto*, & asserunt communiter Doctores. Ergo, &c.

3. Notandum est etiam hîc obiter, omnia supradicta procedere etiam in iuramentis siue personalibus, siue realibus soli Deo emissis, quia votis æquiparantur, & per ea ius tertij non acquiritur. Secus verò si iuramentum esset homini præstitum, & ab eo acceptatum, quia ratione iuris tertij acquisiti, in melius commutari non potest, ac proinde neque in Religionis professionem. Ita Sanchez *vbi supra nu.* 44. *& tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 21. *n.* 3. & alij.

RESOL. LXX.

An votum, vel iuramentum factum alicui Ecclesiæ, vel pauperi, post eorum acceptationem possint authoritate Episcopi, vel propria in melius commutari?

Et quid ante acceptationem in prædictis casibus? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Resol. 61.

Sup hoc lege doctrinã Resol. annot. seq.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 41. *n.* 13. firmans post acceptationem Rectoris Ecclesiæ, aut pauperis, cui verba voti & iuramenti diriguntur, non posse huiusmodi vota & iuramenta in melius commutari: quia tunc votum transit in contractum, & acquiritur ius illi tertio acceptanti, quod ipso inuito remitti nequit. Et hanc opinionem ego etiam teneo.

2. Non desinam tamen adnotare affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittere Fagundez *in Præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 49. *n.* 11. quia vota & iuramenta promissoria propter Deum facta, etsi dirigantur ad peculiarem Ecclesiam, & pauperem; & à Rectore Ecclesiæ, vel ab ipso paupere acceptentur, vltimatè in Deum, propter quem fiunt, diriguntur. In quolibet enim iuramento & voto huius qualitatis duplex finis inuenitur: alter est finis cuius, id est, cuius gratia fiunt; alter finis cui; id est, cui aliquid consequitur. Cùm autem finis cuius, semper sit in omnibus promissionibus principalis finis, & finis cui sit minùs principalis: & sequitur vt in commutationibus ratio præcipuè illius, & non istius habeatur; nam accessorium sequitur principale: & finis cuius, est principalis, finis cui, accessorius. Secundò, quia quando vouentes, aut iuramento promittentes aliquid Ecclesiæ, vel pauperi particulari, propter Deum voto, vel iuramento promittunt, dirigunt suam specialem intentionem ad hunc determinatum pauperem, & ad hanc specialẽ Ecclesiam; dirigunt illum propter Deum: & sic tota ratio ipsius promissionis & directionis est Deus, vel Sanctus, propter quem promissio fit; & per accidens est, quòd Prælatus, vel Curatus loci pij, vel hic numero pauper, scilicet Antonius, ad quem promissio fit, & vtilitas promissionis spectat, ius aliquod post acceptationem acquirant: quia acquisitio huius iuris semper fit dependenter à beneplacito Dei, propter quem, tanquam propter finem principalem promissio voti & iuramenti fit. Vnde cùm Deus suum maius obsequium semper habeat gratius, clarum manet posse vouentes & iurantes hæc vota & iuramenta etiam post acceptationem sua propria auctoritate in melius commutare: & facta hac commutatione non poterunt illi; ad quos vtilitas voti, & iuramenti spectabat, officium iudicis implorare, vt vouentes & iurantes ad exonerandam conscientiam suam cogat; & si implorent, & constet iudici vota & iuramenta in melius reuera fuisse commutata, ad nihilum poterit iudex ipsos vouentes & iurantes obligare; quia iam obligationi suæ satisfecerunt.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Azorium *tom.* 1. *lib.* 11. *c.* 19. *q.* 12. & alios penes ipsum; non solùm Episcopum, sed etiam vouentem ac iurantem sua propria auctoritate sua vota & iuramenta non solùm incertæ Ecclesiæ, & indeterminato pauperi facta; sed etiam certæ aut determinatæ, in melius commutare, & rem promissam dare alteri Ecclesiæ pauperiori, aut pauperi egentiori ante acceptionem Rectoris Ecclesiæ, aut ipsius pauperis absentis. Ita Ioannes Viggers *de iustit. & iur. tract.* 8. *c.* 4. *dub.* 20. *n.* 122. & alij penes ipsum. Et ratio est, quia multò probabilius est non acquiri ius pauperibus Ecclesiis, & locis piis ad promissiones & donationes ipsis factas, donec acceptèt, latissimè & doctissimè probat Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disput.* 6. *n.* 16. debet enim hæc acceptatio fieri modo humano, vt fiat accommodatè ad vsum hominum. Deinde; quia cum huiusmodi vota fiant principaliter Deo, & in eius honorem, obligatio ipsi acquiritur; & ipse est propriè loquendo creditor; & Ecclesia, pauperve tantùm designantur, vt materia, & obiectum, circa quam Religionis cultus est Deo exhibendus: Deus autem semper gratius habet id, quod euidenter est melius; & ex his responsum manet ad fundamenta contrariæ opinionis. Vide Doctores, quos ego ipse citaui *in part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 47.

RESOL. LXXI.

Quis emisit votum mittendi ad domum Lauretanam Calicem aureum, quem postea misit cum persona fideli; sed per viam à latronibus furatus est; quæritur, an vouens teneatur adhuc adimplere votum?

Ex quo infertur, quod fur, & debitor satisfacit tradendo solutionem personæ fideli, vt Confessario, vel alteri, ve eam Domino restituat, qui tamen de facto non restituit, vel quia eam consumpsit, vel quia casu perijt, apud ipsum.

Et alij diuersi casus adducuntur pro firmanda doctrina harum difficultatum. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 97.

§. 1. ET affirmatiuè responderunt aliqui; quia Calix aureus cum furatus fuit, erat sub dominio vouentis: Et ideò ad confirmationem huius sententiæ adducam doctrinam, quam tenent Doctores, quando debitor mittit per nuncium pecuniam, v. g. aliquam debitam: Sic itaque asserit Gasparus Hurtadus *in tract. & iure, disp.* 7. *diffic.* 8. Si verò res debita non sit sub dominio creditoris, sed debitoris, qualiter est res debita ex mutuo, aut ratione damnificationis, tunc debitor non manet liber ab obligatione restitutionis, si res illa per tertiam personam missa (quamuis per Confessarium) non electam à creditore non perueniat ad ipsum creditorem, siue quia tertia illa persona

na nam sibi retinet, siue quia ipsi surripitur, siue quia aliter perit; quia ex vna parte res domino perit, & ex altera perit absque culpa creditoris, vt supponimus. Et idem est, quando res quæ mittitur creditori est sub dominio ipsius creditoris, si fuit iniustè ablata, vel retenta (nisi aliàs res illa erat absque iniustitia alterius apud dominum peritura) quia tunc debitor non satisfacit, nisi res illa perueniat ad dominum, quia aliter inæqualitatem iniusta oblatione, vel retentione factam non reducit ad æqualitatem nisi aliàs res illa erat absque iniustitia alterius apud dominum peritura. Ex his posset quis dicere, quod vouens in casu nostro extarct debitor Calicis aurei domui Lauretanæ; ergo cum dum furatus fuit erat in suo dominio, tenetur adhuc adimplere dictum debitum ex superiùs dictis.

2. Sed his non obstantibus tunc ego probabiliter negatiuæ sententiæ adhæsi, nec vllum pro me habebam Auctorem, nunc verò inuenio Patrem Tancredi qui in simili casu, *de Religione, tract.3. lib.2. d.13. quæst.1 numero 32.* asserit: Denique placet hic obiter notare casum curiosum, de quo interrogatus fui à viro docto, & amicissimo nostræ Societ. nimirum, an Caius qui accipit quandam pecuniæ summam à Titio, vt satisfaceret eius obligationi iuratæ de facienda eleemosyna cuidam Ecclesiæ, teneatur vi iuramenti pecuniam illam dare, si inculpabiliter amisit, v. g. deeidit e crumena. Respondi negat. quia oblatio iuramenti est personalis, vt dictum est, nec Caius tenetur alia ratione ad satisfaciendum Ecclesiæ de propria pecunia, cùm non teneatur nec ratione rei acceptæ, vt patet; nec iniustitiæ acceptionis (suppono enim hunc Caium non habere ex officio pretio accepto hanc pecuniam transferendi:) Nec etiam Titius tenetur iterum dare aliam summam pecuniæ, Ecclesiæ, quia per primam solutionem iam satisfecit suæ obligationi, non enim censendus est (nisi expressè constet de eius voluntate) quod voluerit omninò vt illa Ecclesia talem pecuniam haberet, quod verum puto, quamuis Titius iurans aliquam commiserit negligentiam in tradendo pecuniam Caio, quem sciebat non esse adeò cautum, quia hæc non sunt amarè tractanda, cum à libera voluntate pendeant, *arg. de cap. licet deuoto.* Hæc Tancredi; quæ omnia procedunt in casu nostro; nam eadem obligatio oritur ex iuramento, & ex voto.

Sup. hoc sub §. fin. n. 5. huius Resol. & infra in rr. 32. & 45.

3. Ad doctrinam superiùs allatam ex Hurtado, & aliis. Respondeo, Primò, non posse applicari in casu nostro, est enim dispar ratio inter obligationem voti, & obligationem debitoris ex iustitia. Respondeo secundò contra Hurtadum, & alios, non esse improbabile, vt tenet Lessius *de Iust. lib.2. c.16. dub 6. in fin.* Trullench *in Decal. tom.2. lib.7. c.14 d 11. n.11.* & alij, quòd debitor satisfaciat tradendo solutionem personæ fideli, vt Confessario; vel alteri, vt eam domino restituat; qui tamen de facto non restituit, vel quia eam consumpsit, vel quia casu periit apud ipsum. Et ita tenet Scotus *in 4. dist.15. qu.2. art.4.* Gabriel *ibid. qu.1. art.4.* cum aliis.

4. Probatur primò, quia nec fur, nec debitor per se ipsos immediatè tenentur restitutionem facere, sed sufficit, quòd faciant per alios prudentes, & fideles viros, sed in hoc casu fecit quantum potuit, & prudenter egit, eam personæ fideli tradendo; ergo deobligatus manet. Secundò, quia is, qui illam tradendam, & restituendam accipit: implicitè se obligauit ad aliam domino tradendam, & consequenter alterum deobligauit; & si non restituit, manet obligatus ad restitutionem; quare, si fur, aut debitor, qui illam restituendam tradidit, non deobligaretur, & ad restitutionem tenerentur, sequeretur, quod dominus redderetur melioris conditionis propter furtum, cum in hoc casu duæ restitutiones eis essent faciendæ: at hoc nemo dicet; ergo intentum. Tertiò, quia si debitor, & fur ex consensu domini, creditoris expressò rem alicui dandam traderent, satisfacerent, quamuis internuntius ille non restituat, sed in nostro casu interuenit consensus tacitus; ergo id sufficit ad illos deobligandos. Maior est certa. Minor probatur ex duplici fundamento. Primò, quia taciti; & expressi eadem est vis, eadem potestas. Secundò, quia quando fur non potest restituere sine propria infamia rem furtiuam, eandem numero, satisfacit restituendo pretium, & dominus rationabiliter tenetur consentire; sed in præsenti casu supponimus, non posse sine periculo infamiæ, vel alterius similis restituere per se immediatè; ergo tenebatur creditor consentire, vt per alium restitueret. Et pro hac opinione facit etiam, quod in Iubilæis præcipitur certa eleemosyna ad comparandas indulgentias, & si quis illam mittat per famulum, & hic eam furetur, quin det pauperibus, lucratur Iubilæum, positis aliis requisitis, & non videtur obligandus ad nouam aliam eleemosynam faciendam, maximè si putabat, seruum esse fidelissimum, & experientia id compertum habebat: ergo similiter non erit obligandus ad nouam restitutionem ille, qui restitutionem tradidit Confessario, aut viro pio, & fideli tradendam creditori, si ipse postea malitia sua eam illi non tradat, sed furetur. Antecedens patet, quia persona, quæ ratione necessitatis grauis, vel extremæ proximi tenetur dare eleemosynam, satisfacit præcepto Charitatis, mittendo illam pauperi per internuntium fidelem, quamuis ex malitia, & iniquitate internuntij illi non detur; de consequentia nemo dubitabit; nam malitia internuntij, non debet nocere domino innocenti, qui facit quantum potuit, & debuit, vt præcepto Charitatis satisfaceret, & indulgentiam lucraretur. Adde, quod ipse internuntius tenetur eam postea pauperi restituere, & idem dicendum videtur quando aliquis tulit excommunicationem pro furto, aut retentione debiti, & latro, vel debitor furtum, & debitum tradidit fideli internuntio, & res non peruenit ad creditorem, fecit enim vnusquisque quantum potuit, & sua diligentia, & voluntas bona exonerandi se ea obligatione, non debet ei nocere; nocet autem profecto, si ad nouam restitutionem obligandus esset.

Sup. hoc in tom.4. tr.4. res.32. & 33. §.1. & in res. 54. §. Notandum est.

5. Sed omnia superiùs dicta à fortiori procedunt in casu nostro, de vouente, qui misit aureum Calicem debitum ex voto Domui Lauretanæ cum persona fideli, qui postea casu furatus est à latronibus: ergo dicendum est ad nihil amplius teneri; Quæ omnia etiam confirmant resolutionem datam ab amicissimo Patre Tanctedi in casu ab ipso superiùs posito.

RESOL. LXXII.

An qui vouit aliquo die non comedere carnes, toties peccet, quoties illas comedit?

Et an qui ex voto tenetur certa die ieiunare, non toties peccet quoties in illa die comedit carnes?

Et an in comestione carnium in die ieiunij detur parui tas materiæ?

Et quænam sit ista materia parua?

Et quid, quando coqui multa fercula carnis debent prægustare in die ieiunij? Ex p.10. tract.14. & Misc.4. Res.34. aliàs 32.

Pro prima diffic. huius tituli in tom. 4 tr. 6. res. 70. §. Obseruandum, & ibi lege etiá doctrinam res. 65. per totam, & signanter à fin.3. & vers. Attamen.

§ 1. NEgatiuam sententiam docet Pater Pasqualigus *in praxi de Ieiunio, decis.66. num.3. & seqq.* & pro hac sententia meritat *in 3. part. tract.5. res.* 61. sed, vt bene obseruat Leandrus, *de Præcept. Eccl. tract.5. disp.2. qu.* 39. Ego in dicto loco hanc sententiam

Quæ hic est in tom.4. tr. 6. res.66. Sed non ad rem, sed melius ibi ad rem in

tiam non doceo, sed de casu diuerso ibi tracto; vndè ad propositam quæstionem affirmatiuè respondeo cum Leandro *vbi suprà*, Sanchez *in summa. tom. 1. lib. 4. cap. 11. n. 41.* Azorio *tom. 2. lib. 11. c. 20. quæst. 8.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. de Voto, c. 7. n. 12.* & aliis: quia Votum abstinendi à carnibus, etiam pro aliqua die, est negatiuum; & est ad instar præcepti Ecclesiastici dati de abstinentia à carnibus: at sic est, quod hoc præceptum obligat pro semper, nec finitur per vnum actum; ergo & Votum prædictum. Vnde constat falsum esse Antecedens argumenti sententiæ contrariæ, & ideò negandum.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. ref. 84. & in alijs eius primæ not.

2. Assentior tamen Patri Pasqualigo *dec. 65.* dum me citato firmat, quod qui ex Voto tenetur certa die ieiunare, non toties peccat, quoties in illa die comedit carnes: Et ita me etiam citato tenet Leandrus, *vbi suprà, qu. 40.* Quia in hoc Voto non clauditur directè abstinentia à carnibus, sed indirectè; quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessoriè ipsi ieiunio. Quare cum semel violato ieiunio cessèt obligatio circa principale, cessare videtur circa accessorium abstinentia à carnibus.

Alibi in tom. 4 tr. 6. ref. 80. &c.

3. Sed quia hîc sermo incidit de comestione carnium in die Ieiunij: Ego alibi firmaui, quod in dicta comestione datur paruitas materiæ; & est communis inter Doctores. Sed difficultas est, quænam quantitas sit materia parua? Respondet Pater Pasqualigus, *decis. 42. n. 5. & seqq.* esse circiter dimidiam Vnciam: Sed rectè hanc opinionem tanquam nimis laxam existimat Leandrus *loco citato qu. 11.* sustineri non posse. Et quidem in die Ieiunij vnusquisque libenter in Collatione serotina sumeret vnciam mediam carnis, cum duabus, vel tribus vnciis panis, & sic non parum, sed multum corpus reficeret. Rectè itaque Hurtadus de Mendoza, *de fide, tom. 1. disp. 2 c. 4. dub. 7. n. 111.* Trullench, *in Decal. tom. 1. lib. 3. p. 2. dub 2. n. 5.* asserunt, materiam paruam in hoc casu esse frustulum exiguum, vel particulam minimam carnis: licèt Leandrus *vbi suprà q. 13.* putet, quod quantitas carnis, quæ non excedit octauam partem vnius vnciæ, censenda, & reputanda sit parua materia, quæcumque verò hanc excedit, magna & grauis. Quia octaua pars vnciæ carnis, verè est quantitas minima, & valdè exigua, & quam sumere solent Coqui (imò, & necessariò, si necessarium sit multa fercula carnis prægustare) quando prægustant cibos: ergo censeri debet parua.

Ex sup. hac quæstione in tom. 4. tr. 6. ref. 81. §. Post hæc, à lin. 7. & in ref. 96. §. vlt. lin. 8. ante finem. vers. Et tandem.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. ref. 81. §. Post hæc, ad medium.

Ref. 95. à lin. 5. & vers. Attamen.

RESOL. LXXIII.

An votum ingrediendi Religionem possit quis propria authoritate commutare in susceptionem Episcopatus?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an Episcopus possit sine licentia Papæ transire ad Religionem?

Et an qui ante Episcopatum fecit Votum Religionis, teneatur prius ingredi? Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 62.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum Lessio *lib. 2. c. 40. dub 7. n. 0,.* & Fagundez *de præceptis Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 49. num. 21.* Et ratio est, quia status Episcopalis dicitur perfectus, non quia hominem perfectiorem, Deóque gratiorem efficiat, quàm status religionis; sed quia secundùm rectum ordinem perfectionem supponit: est enim status postulans perfectam charitatem, qua Episcopi, vt veri Pastores ad imitationem Christi Domini veri animarum nostrarum Episcopi ac Pastoris, animam suam ponere debent pro ouibus suis. Vnde licet absolutè loquendo status Episcopalis sit melior & perfectior, quàm status Religionis, quia supponit perfectionem acquisitam: tamen hîc & nunc, & in hac suppositione potest hæc perfectio deficere in persona Episcopi. Vnde hîc & nunc est Deo gratius, vt illum amplectaris; immò gratius Deo, si religiosus fias, quàm si fias Episcopus: quia, vt dixi, status Religionis est via ad perfectionem. Et hanc sententiam tenendam esse videtur ex determinatione *c. penul. de voto.*

2. Sed Alphonsus Viualdus *in Candelabro aureo, part. 1. de matrimonio, tit. de impedimento voti, n. 85. & seq.* affirmatiuam sententiam tenet; quia Episcopalis status secundùm omnes religione perfectior est, vnde Episcopus non potest sine licentia Papæ transire ad Religionem, vt patet *ex cap. licet. de Regular. & c. sicut 7. qu. 1.* Et ad textum superiùs adductum *c. penul. de voto*, respondet Viualdus, illum esse casum particularem dicti Capituli: nec mirum, quia ille Episcopus se Deo vouerat solemniter, id est, publicè, in fauorem illius Religionis, cuius votum Superior acceptauerat stipulando. Et ideò cùm ab illis Religiosis fuisset requisitus de primo voto, quod coram eis emiserat: potest secundum emisit votum intra duos menses ingrediendi. Quod probatur ex eo quòd suprà diximus de voto facto in fauorem alicuius pij loci. Secundò probatur clarè ex ratione, quam adducit Glossa *ibi* scilicet, quòd ideò illi Religiosi tenebantur illum recipere, quia ille tenebatur ingredi, &c. hic mihi videtur vetus sensus. Hucvsque Viuald. cui adde Emmanuelem Sà *ver. Episcopus, n. 2.* vbi ita ait. Qui ante Episcopatum fecit votum Religionis, teneri prius ingredi indicatur *c. 10. de voto.* Quidam tamen dicunt casum illius cap. fuisse particularem, nec cæteros obligari, quod mihi probatur. Ita ille, & Rodriquez *in summa tom. 2. c. 6. n. 6.* & hanc sententiam probabilem censet Henriquez *lib. 10. cap. 321. in fine.* Verùm post hæc scripta inueni primum sententiam mordicus sustinere Castrum Palaum *tom. 3. tr. 16. disp. 1. punct. 6. n. 2.*

RESOL. LXXIV.

Vtrum commutatio voti in bonum æquale possit fieri propria authoritate vouentis?

Et notatur, quod materiam subrogatam euidenter constare debet esse æqualem, nam si sit dubia non erit licita talis commutatio. Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 7. aliàs 9.

§. 1. NOn posse respondent communiter, & vltra 15. DD. quos citat, & sequitur Sanchez *in summa tom. 1. lib. 4. capit. 49. numero 12.* docet etiam sententiam Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 6. cap. 19. num. 3. & seq.* Filliuc. *in quæst. mo. tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 285.* Reginald. *in sua praxi tom. 1. lib. 10. c. 2. num. 249.* Molfes. *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 197.* Malder, *in 2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11.* & Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 1. quæst. 88. art. 12. disp. 5. n. 12.*

2. Sed contrariam sententiam probabiliter sustineri posse, docent etiam aduersarij, vt Suarez *vbi suprà n. 4. in initio*, docuit etiam Aragon. *in 2. 2. qu. 88. art. 12. dub. 1. dict. 3.* & illam tenet nouissimè Bonac. *tract. de legib. disp. 4. qu. 2. punct. 763. n. 8.* & præter DD. quos ipse citat, tenet etiam Fernandez *in suo exam. Theol. mor. part. 1. cap. 6 §. 11. n. 2.* vbi ait. Tota controuersia est de commutatione in euidenter æquale, qua authoritate fieri possit. Dico igitur, si euidens sit, arbitrio prudentis huiusmodi æqualitas, posse fieri hanc commutationem à vouente. Ratio est, quia solùm hac in re retinet ius quæritur iudicium superioris, vt decernat quid Deo acceptum sit, euidens autem est acceptum esse Deo æquale. Ergo. Sic ille.

3. Idque dicendum est, cùm vtraque materia est æquè grata Deo, nil refert vtra illarum eligatur.

Sup. hoc in §.1.not. præcitatæ, in eius fine, & in alio eius annot.

4. Sed notandum est, quòd materiam subrogatam euidenter constare debet esse æqualem, nam si sit dubia, non erit licita talis commutatio, quia in dubio melior est conditio possidentis, sed in tali casu votum possidet. Ergo illud adimplendum est. Ita Arag. & alij. *vbi suprà.*

5. Notandum est etiam, ex mente aduersariorum, quicquid asserat Suar. *vbi supra c.10.num.9.& cap.19. num.14.* quòd quamuis commutatio voti sit facta propria authoritate in bonum æquale, aut minus; non est omnino irrita, sed tenetur vouens vel prius votum implere, vel supplere quod commutationi defuit, vt esset in bonum euidenter melius; quare sufficit tunc propria authoritate supplere, quod ad euidenter melius sufficiebat. Ita Sanch. *in summ. tom.1.lib.4.c.51.n. 11.& 12.*

6. Sed secundùm aliam opinionem probabilem non tenebit aliquid aliud supplere, quia sufficit, vt diximus, quòd votum commutetur in æquale, etiam authoritate solùm ipsius vouentis.

RESOL. LXXV.

An post commutationem voti licitum sit vouenti redire ad prius votum, etiamsi commutatio facta sit in melius? Et quid, si vouens acceptaret commutationem in melius? Ex part.2. tract.16.& Misc.2.Resl.6.

Sup. hoc tactè infrà Resl. 76. §. Sexto, & in tom. 4. Resl.121. §. vlt. & in tom.1.tr. 6. cap.31. lege doctrinam §.1.& 2. in fine.

§. 1. NEgatiuè respondet Filliuc. *in suis qu. moral. tom.2. tract.26. c.10.n.288.* Suarez *de Relig.tom.2.lib.6. cap.20 n.1. & 4.* Regin. *in sua praxi tom.2.lib.10.c.1.n.362* & Raphaël de la Torre *in 2.2. tom.1.q.88.a.12.disp.5.n.12* nam, ait ipse, & Filliucius, illa commutatio habet vim voti, quare non poterit ex se commutare; quia virtute commutaret in minus, cùm supponamus, commutationem factam fuisse in melius. Ergo, &c.

2. Sed contraria sententia semper mihi visa est probabilior, quam ex neotericis amplexi sunt Sanchez *de matrim.tom.2.lib.8.disp.9. num.21.* & præter Doctores quos citat, & sequitur Bonac. *tr. de legib. disp.4. qu.2. punct.7. §.3. num.10.* tenet etiam hanc opinionem Io. Malderus *in 2.2. tr.10. C.5. dub.11 qu.9.* vbi quærit, an is, cuius votum ex causa semel commutatum est, satisfaciat, si relicto opere substituto, impleat primum votum? Et respondit omninò satisfacere, quia potest quisque ei renuntiare, quod pro se noscitur introductum, *c. statuimus, de Regularibus*; certum autem est commutationem fieri in fauorem eius, qui vouit: immò commutatio sub ea tacitè fit conditione, vt vouens impleat rem substitutam nisi malit votum implere, ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur, quo modo & appellationem interpositam licet reuocare, *l. si quis libellos, C. de appellat.* Vnde colligitur, hoc locum habere etiam, quando commutatio facta est in melius. Sic Malderus.

Sup. hoc in Resl. seq. & lege doctrinam Resl. 1. tom. præterea à princip. Quæst.

3. Hinc refert Lessius *lib.2.cap.40.dub.11 num.97.* quòd si sæpiùs facta sit commutatio, posse seruari quidnis illorum, in quod facta fuit, v. g. votum peregrinationis annuæ, commutatum est in menstruam confessionem, menstrua confessio in ieiunium hebdomadarium, ieiunium hebdomadarium in certas preces quotidianas; potest vouens satisfacere voto, vel recitando illas preces, vel ieiunando singulis hebdomadis, vel confitendo singulis mensibus, vel annuam peregrinationem suscipiendo. Sic ille.

4. Limitanda tamen hæc est sententia, cum Sanchez *vbi suprà, num.27.* & Molfes. *in summ. tom.1. tract.11. cap.15. numero 223.* nisi vouens acceptaret commutationem in melius bonum, & id consultè faceret ad maiorem Dei cultum augendum, tunc non potest ad priorem materiam redire, quia illa commutatio facta est, non in sui, sed in Dei fauorem. Secus autem crederem, si in hoc euentu commutatio facta esset in bonum æquale; imò si res sit dubia, an commutatio in melius facta, sit in Dei fauorem, puto licitum esse vouenti redire ad priorem materiam, & primum votum.

5. Restat modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur illam commutationem non habere vim noui voti independenter à priori, sed prius votum in materiam commutatum extinguitur ad eum effectum, vt acceptans illam commutationem, nullo euentu teneatur ad ptius votum, & priorem materiam, sed totum hoc cum conditione, ad eum effectum, vt qualiscumque sit materia subrogata, liberum sit vouenti, redire ad prioris voti materiam.

RESOL. LXXVI.

An qui elegit aliquam ex commutationibus, & in aliis renunciauit, possit redire ad prius votum, vel ad aliam commutationem? Ex p.3.tr.addit.Resl.18.

Quæ hîc est Resl. antecedens, & §. Hinc. & seq. & lege etiam aliam Resl. eius annoc.

§.1. DE hac quæstione egimus *in part. 2. tr.16. resol. 6.* & pro parte negatiua nouissimè stat Ægidius Trullench *in expos. Bull. Cruc. lib.1 §.7. c.3. dub.14. num.10.* qui citat Sanchez, quia per nouam electionem censetur de nouo vouisse, & ideo vt ad prius votum, vel ad aliam materiam subrogatam possit redire, requiritur noua commutatio. Verùm contrariam sententiam probabilem esse existimo, quam tenet Villalobos *in summ. tom.1. tr.27. claus.10. num.34.* vbi sic ait, [Aunque se aya comutado el voto, y dexar la comutacion. Mas dize Sanchez que si renuncio la comutacion y se boluio al primero voto, no puede vsar ya de la comutacion, porque ya de nueuo se obligo à Dios, por aquel acto. Mas a mi pareceme esta opinion dura pues no haze nueuo voto, y ansi que podra cumplir lo vno, y lo otro] Ita ille. Est igitur vtraque sententia satis probabilis.

RESOL. LXXVII.

Olim quidam Confessarius scrupulis cruciabatur ad cognoscendam iustam causam pro commutatione votorum.

Et docetur, quod quando commutantur vota, etiam in bonum æquale, opus est aliqua causa vltra Prælati authoritatem.

Et an Sacerdos commutans votum in æquale sine iusta, & legitima causa peccet mortaliter, vel saltem venialiter?

Et quid, si virtute Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi faciat Confessarius commutationem, an possit commutare vota in aliquid minus? Ex p.2.tr.16. & Misc.2. Resl.8. aliàs 10.

Sup. hoc in Resl. seq. §. Tertiò, ad lin.4.

§.1. RESpondi, verum esse, ex communi DD. sententia, quòd quando commutantur vota, etiam in bonum æquale, est opus aliqua causa, vltra Prælati authoritatem. Ita Clauis Regia *lib.6. cap.12. num.8.& 25.* Filliuc. *in quæst. moral. tom.2. tract.26. cap.10. num.285.* Azorius *tom.1. lib.11. cap.18. qu.32.* Graffius *in dec. part.1. lib.2. cap.30. num.6.* Malder. *in 2.2. tract.10 cap.5. dub.11. quæst.5.* & alij. Tamen sufficit, vt ista causa sit leuis, & parua. Et sic ait Fernandez *in exam. Theolog. mor. part.1. cap.6.§ 11.n.4.*

& Lessius *lib.2.c.40.dub.11.n.96* quòd causa sufficiens ad commutandum votum in æquale, satis erit si suauius hilariúsque vouens adimpleuit materiam voti subrogati.

2. Imò putat Sanchez *in summ. tom.1. lib4. c.50. n.23.* solam petitionem vouentis, vt votum commutetur, esse causam sufficientem ad commutandum. Ideo rectè asserit Caietanus, tunc Prælatum sine causa commutaturum, quando pro libito, ante subditi petitionem, nec intuitu illius gratificationis commutat. Ita ille *in 2.2.qu 88.art.12.col.2.ver. in commutatione autem votorum, & in summa, ver. votum, c.vlt. ver. rationabilis autem causa.*

Quoad hoc nō deseras legere in to. 4. tr.3. Res. 78.

3. Plus addam, cum Sanchez *vbi suprà c.51. n.15.* Sacerdotem commutantem votum inæquale, sine iusta, & legitima causa, peccare tantùm venialiter, licet peccare mortaliter asserat Raphaël de la Torre *in 2.2. to. 1.q.88.art.12. disp.5.n.7.* Ratio est, nam commutatio illa, vt probat Sanchez *n.8.* valet, & abusus potestatis est in re leuissima, neque magnum detrimentum ex ea cultui diuino infertur, & talis commutatio in rigore leuissimam causam requirit, ita vt Suarez *de Relig t.2. lib. 6. c. 20. n.7.* dixerit moraliter in commutatione votorum nunquam deesse causam.

Sup. hoc in tom. 4. tr 3. Res. 75.

4. Nota verò, quòd supradicta intelliguntur virtute priuilegiorum regularium, vel quando delegatur hæc potestas in fauorem priuatæ personæ, vel quando Prælatus ex potestate ordinaria, talia vota commutat. Nam quando commutantur virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi, nulla alia est opus causa, quàm conferre eleemosynam præscriptam in Bulla, propter belli subsidium, & exequi opera in Iubilæo præscripta. Ita Suarez *vbi supra lib.6. c.19. n.5.* & Sanchez *c.50. n.19.*

5. Dicendum est etiam, aduersùs Reginald. *in praxi tom 2.lib.18.n.348* Azor. *part 1. lib.11. c.18. quæst.6.* Raphaël de la Torre *in 2.2. tom 1. qu.88. art.12. disp. vlt.n.1.* Suarez, Sanchez & alios DD. quos ipse citat,

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. res. 77.

per Bullam Cruciatæ, & per Iubilæum, posse Confessarios commutare vota in aliquid minus. Ita nouissimè tenet Bonacina *tr. de legib disp.4. qu.2. punct.6. §.3. n.11.* & alij, quorum opinionem probabilem vocat Lessius *lib.2.c.40 dub.11.n.95. vel n.109.* His cognitis, nescio quomodo Confessarij amplius habebunt scrupulos, circa iustam causam, quæ necessaria est in commutationem votorum.

RESOL. LXXVIII.

Aliqua practicabilia circa votorum dispensationem, & commutationem.

Et in textu huius Resolutionis octo casus adducuntur pro praxi prædictæ quæstionis. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 25.

Sup. contento in hoc §. supra in Res. 74. §.1. & 2. & in alio eius primæ not. & lege hic infra §. *lectis, disp.14.n.3.* Tertio huius rei.

§.1. PRimò puto contra Tannerum *in 2.2. D. Thomæ, disp.3. qu.4 dub.3. n.81.* Layman *in Theol. moral. lib.4. tr.3. c.8 n.9.* Filliucium *tom.2. tr.26.c.10. n.285.* Azorium *tom.1.lib.11.c.18. qu.2.* & alios, posse vouentem sine Confessario commutare suum votum in materiam æqualem. Ita probabiliter Sancius *in sel.*

Sup. hoc in tom 3. tr. 2. Res 73. §.2. & in tom. 4.

2. Secundò, qui potest commutare, seu dispensare in votis, potest etiam in iuramentis; quia arctius est vinculum voti, quàm iuramenti; & priuilegia, quæ cedunt in fauorem animarum, non restringenda, sed ampliada sunt. Ita contra Nauarrum *cap.27. n.275.* & Azorium *tom.1.lib.11.cap.10. quæst.2.* & alios docet Aragonius, & Sà, & probabilem vocat hanc sententiam Tannerus *in 2.2.D. Thoma, disp. 3.qu.3. dub.1.n. 36. & 37.* qui *in qu.4. dub.5. n.95.* docet etiam probabiliter, quòd qui habet potestatem delegatam dispensandi vota, potest etiam illa commutare, quia multo minùs est commutare, quàm dispensare, & ita etiam tenent Sotus *de iust.lib.7.q.4.art.3.* Syluester *ver. votum, 4.qu.3.* Villalobos *in summa tom.2.tr.34 diffic.31. num. 2.* licet contrarium etiam probabiliter multi Doctores asserat, quos citat & sequitur Sanchez *tom.1. lib.8.disp.2. n.15.* sed nostram sententiam præter DD. citatos, tenet etiam Layman *in Theol. mor. lib.4. tr.4. c.8.n 20.*

3. Tertiò, quando quis commutat votum suum propria authoritate in melius, non eget iusta causa; & ita etiam puto quando commutatio efficitur in materiam æqualem, etiam propria authoritate, quod est valde notandum, quia nouum, & illud docet Villalobos *in summa, tom.2. tract.34. diffic.31. n.8.* quidquid asserat Layman *de Theolog moral lib.4 tract 4. cap.8. num.22.* in contrarium; vnde quidam vir nobilis astrictus voto audiendi Missam, detentus in colloquiis amicorum, ne frangeret votum, rectè illud commutauit in opus melius, vel saltem æquale sine iusta causa, vt suppono, & ego illum non peccasse de hac re interrogatus his diebus consului. Et quidem si hanc doctrinam multi scirent, haberent quidem remedium satis promptum pro liberatione fractionis voti & peccati mortalis, sine consultatione Confessariorum, nam propria auctoritate, vt dictum est, commutare possent votum, quod pro illa vice nollent adimplere, in opera æqualia, vel vt docet etiam Portel *in dubiis Reg. ver. dispensatio, num. 58.* securiùs in meliora.

4. Quartò, Regulares Confessarij possunt dispensare in omnibus votis, in quibus potest Episcopus, excepto voto peregrinationis vltra duas dietas. Ita communi Tannerus *in 2.2. disp.5. qu.4. num.92.* quæ quidem dispensatio votorum potest fieri extra sacramentum Confessionis, vt alibi contra Peregrinum, satis firmatum est, & idem dicendum est de absolutione censurarum, & de dispensationibus super irregularitate, iuramento, petitione debiti, &c. Item contra Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc. §.9. n.120.* dicta dispensatio est applicanda cum omnibus ad ipsos confluentibus, & non ad subditos tantùm illius diœcesis in qua manent. Ita Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. cap.44. n.15. & de matr. lib 8. disp.16. n.10.* cum Villalobos *vbi supra.* Et quando supradicti Regulares commutant vota, ex priuilegiis quæ habent, possunt illa commutare in opus minus; ita probabiliter Medina *in summa, lib. 1.c.14 §.7 req.3.* Lessius *lib 2.c.40. dub.16. n.109.* & alij contra Azorium *tom.1.lib.11.c.18.qu.6.* Sanchez *in summ tom.1.lib.4.c.50 n.4.* Suarez *de Relig.tom.2. lib.6. c.19.n.7* Toletum *lib 4. c.18.* & alios asserentes, vota commutanda esse in opus æquale. Sed stando in hac opinione non oportet Confessarios scrupulis agitari, num opus in quod votum commutatur, sit omnino æquale, hæc enim æqualitas non debet esse mathematica: & moraliter loquendo, omnimodà æqualitas non est cognoscibilis. Sufficit ergo æqualitas ad arbitrium boni viri, secluſa fraude, & ignorantia; maximè si commutatio fiat virtute priuilegij. Ita Portel *in dubiis reg. ver. voti dispensario, n.42.* qui citat Syluestrum, & Rodriquez. Imò ait Suarez *de Relig tom 2.lib 6. cap.12. n. 6.* quòd quando conceditur commutatio in æquale, extenditur ad commutandum in dubio, an sit melius id, in quod fit mutatio; imò, & etiam quamuis dubium sit, an sit minus, dummodo non sit certum sit. Incredibile enim est Papam delegantem aliquam iuris-

luisse concedere benignitatem. Et hæc omnia docet etiam Portel *vbi supra*.

Sup. hoc in tom.4.tr.4. Resol. 69. & in aliis eius not.

5. Quintò, commutatio, aut dispensatio votorum, facta bona fide, tempore Iubilæi valet, & est tuta, etiamsi postea non impleantur requisita pro obtinendo Iubilæo. Ita contra Ioan. de la Cruz *in direct. confes. p.1.pr.2.art.2.dub.11.concl.7.* Raphaël de la Torre *in 2.2.tom.2.qu.88.art.12.disp.5.* & alios, docet Portel *in dubiis Regularium,ver. voti dispens.n.52.* Henriquez *lib. 7.de indulgent.c.11.n.4.* Sanchez *in summa,t.1.lib.4.c.*

Sup. hoc in tom.4.tr.4. Resol.64.& in aliis eius primæ not.

54.n.53. Suarez *de Relig.t.2.lib.6.c.16.n.10.* Prost *de Iubilæo,c.12.dub.3.* & alij. Sed an postea pœnitens, qui bona fide obtinuit dispensationem votorum, si voluntariè omittat opera præscripta in Iubilæo, peccet mortaliter? Affirmatiuè respondet Portel *vbi suprà*, & Suarez *n.11.* Sed mihi placet opinio Sanchez negatiua, quam probabilem putat Filliucius *tom.2.tr.26. c.10.n.301.*

Sup. hoc supra in Resol.& in aliis eius primæ not.

6. Sextò, si commutatio fuerit facta in melius, negant aliqui posse vouentem redire ad prius votum. Ita Suarez *de Relig.t.2.lib.6.c.20.n.1.* & alij. Sed contrariam sententiam Sanchez probabilem esse putat Filliucius *tom.2.tr.26.c.10.n.289.* & ego tutam in praxi esse existimo, quia talis commutatio efficitur in fauorem uouentis. Ergo, &c.

7. Septimò, si vnus Confessor inueniat pœnitentem, cui alius Cõfessor commutauit votum in rem minus æqualem, & ambo Confessores sint viri docti, poterit vltimus Confessor, quiescere & stare opinioni Confessoris prioris, qui forte aliquam circumstantiam meliùs considerauit. Ita Portel *in addit. ad dubia Reg. ver. voti commutationem, n.92.* quòd si Confessarius sit idiota, pœnitentem moneat, si spes sit vt acquiescat, sin, illum relinquat in bona fide.

Sup. hoc in tom.4.tr.3. Resol.90. & in tom.4.tr.1. Resol.97.& in aliis vers. tus annot.

8. Octauò, puto quoad vota conditionalia castitatis, Religionis, &c. etiam post adimpletam conditionem, posse illa Episcopum, & Confessarium Regularem, & priuilegiatum commutare; quidquid in contrarium asserant Lessius *lib.2.c.40.dub.18.n.131.* Sotus *de iust.lib.7.q.2.art.1.ad 4.* Nauar. *c.12.n.43.* Azor. *tom.1. lib.11.c.19.q.3.* Valentia *tom.3.disp.6.q.6.punct.7.* & alij. Sed tu tene nostram sententiam, quam tuentur Sanch. *in summa,tom.1.lib.4.cap.40.n.99. & de matr. tom.2.lib.8.disp.11.n.14.* & alij, quos nouissimè citat, & sequitur Layman *in Theol.mor.lib.4.tr.4.c.8.n.10.* quia supradicta vota non emittuntur ex directo effectu ad rem votam, sed ad beneficium, quod à Deo expectamus, vnde etiam post adimpletam conditionem non videntur vota absoluta, & perfecta: quia eorum radix est imperfecta, quæ in illis intrinsecè semper imbibitur, quæ est affectus ille indirectè, ex quo votum processit. Et hæc magis practicabilia deceripsi in materia commutationis votorum, nunc ad alia transeamus.

RESOL. LXXIX.

An iuramenta castitatis, Religionis, peregrinationis Ierosolymitanæ, &c. possint ab Episcopo dispensari?

Et distinguitur, quod natura iuramenti omnino est distincta à natura voti; & quod votum, & iuramentum habent distinctas essentias, &c. Ex p.10. tract.14. & Misc.4.Resol.19. aliàs 17.

§.1. NEgatiuam sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Quintanaduenas *de Iubileo duarum hebdomadarum, c.12.n.18.* vbi sic ait: [Los iuramentos hechos à Dios de Castidad, y Religion es lo mas cierto no se pueden commutar por este iubileo, ni Bula, ni dispensar el Obispo, que son obligaciones de la mesma calidad, que los votos. Afirmanlo Cayetano, Soto, Rodriquez, Toledo, Azor, y otros que traen, y siguen Sanchez.] Ita ille; cui etiam adde Valentiam, *t.3.disp.6.qu.6.punct.4.* & ego alibi hanc sententiam probabiliorem existimaui.

Alibi in to. 4. tr. 3. Resol. 92 & ibi in tr.4. Resol.48.

2. Verùm denuo illam tractare coactus sum ex pertinacia cuiusdam Parochi Theologastri, qui mordicus his diebus contendebat sententiam affirmatiuam non esse probabilem, vt ego olim dixeram: Assero igitur iterum, esse satis probabilem, & tutam in praxi; & illam nouissimè tenet Magister Texeda *in Theol. Mor. t.2.lib.3.tr.2.contr.6.n.249.* Et ratio est, quia Episcopi possunt relaxare omnia iuramenta suorum subditorum nullo excepto, dummodò non cedant in præiudicium tertiæ personæ: Quæ propositio D. Thomæ est apud omnes certa: at huiusmodi potestas, non est ablata eis iure aliquo: ergo attento iure manet apud illos; & hæc videtur demonstratio. Secundò, quia attento iure positiuo, solùm est Pontifici reseruatum Votum peregrinationis Hierosolymitanæ: ergo vltrà illud huiusmodi restrictio extendi non debet, exceptio enim firmat regulam in contrarium, *de regul. Iur.in 6.* Confirmatur hoc: quia vota illa quinque absoluta non sunt Pontifici reseruata iure aliquo positiuo, nisi solùm ex consuetudine: ergo cùm huiusmodi consuetudo sit odiosa, & cedat in præiudicium potestatis Episcoporum, ipso diuino iure debet restringi, ita vt illis non præiudicet. Itaque vis, & efficacia argumenti nostri consistit in eo quod si in toto iure non reperitur aliqua prædictorum Iuramentorum reseruatio, quare nos illam inducere debemus? præcipuè, quia prædicta Iuramenta non sunt vota, nec habent rationem Votorum, vt non benè sentit Sanchez *de Matr. lib.8. disp.13.& in Summa lib.3.cap.19.n.6.* quia distincta est omninò natura Iuramenti à natura Voti, & Votum, & Iuramentum habent distinctas essentias, quod manifestum est, ex eo quod Pontifex non habet æqualem potestatem dispensandi in Iuramentis, ac habet in Votis, quia Iuramenta aliqua non potest relaxare qualia sunt illa, quæ cadunt in damnum tertij: Vota autem cùm semper fiant Deo, omnia potest relaxare, & in omnibus dispensare; & ideò non sequitur, vt si illa quinque Vota absoluta sint reseruata, & in illis Episcopi dispensare; non possint, quod in similibus Iuramentis idem debeat fieri. Et hæc omnia docet Texeda *vbi suprà*; cuius sententiam sequitur etiam nouissimè Rocafull. *in Praxi Theol. Mor.t.2.lib.2. præcept.2. Decalogi sect.5.c.1.n.289.*

3. Et si dicas Iuramentum de his rebus, quæ in materia Voti essent reseruatæ Papæ, non esse Iuramentum assertorium, ergo promissorium: ergo includit promissionem, & ex consequenti Votum. Respondeo, nomine Iuramenti promissarij non intelligi rigorosam promissionem, quæ requiritur ad votum; quia aliàs omne Iuramentum promissorium esset Votum: sed dicitur promissorium largè, & quia vt plurimum includit promissorium: vel dico Iuramenta ista esse promissoria, non tamen esse vota, quia votum debet esse promissio facta Deo; qui iurat autem Religionem ingredi, promittit quidem, non tamen Deo; sed solùm Deum adducit in testem promissionis. Si autem quis voluerit defendere primam sententiam, respondebit Iuramenta quinque, (quæ si essent Vota, essent reseruata Papæ) non esse reseruata, quatenus reseruato maiori vinculo Voti ipsa reseruata sunt, sed quia vsu reseruata sunt.

RESOL. LXXX.

Qui nam Prælatus possit relaxare iuramentum, quando contrahentes sunt diuersæ Diœcesis?

Et an iudex secularis possit cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti, ab Ecclesiastico iudice concessæ. Ex part.11.tract.2. & Misc.2.Resol.36.

§. 1. PAter Molina *de Iustit. tom. 1. disp. 111. & disp.* 149. & alij existimant talem relaxationem pertinere ad Prælatum eius, cui iuramentum est, & reddit rationem Molina: Nam Iudex relaxat iuramentum condonando illius obligationem loco sui subditi: ergo debet necessariò habere iurisdictionem in eum, qui iuramentum præstitum est, Panormitanus verò in *c. si quis contra Clericum n. 3. de foro competenti*, quem sequuntur Socinus, Aretinus, & Capycius relati à Mendosio in *additionibus ad Lapum alleg. 10. n. 5.* neruose probat hanc relaxationem à Prælato iurantis fieri debere, ea ratione; nam is, cui relaxatur hoc iuramentum subditur suo Prælato.

2. Hanc verò quæstionem rectè sub distinctione explicat Felinus in *cap. final. n. 24. de foro competenti*: nam aut ad relaxationem partis citatio non desideratur, & tunc vera est posterior opinio Panormitani, & aliorum: Si vero citatio desideretur, tunc aut extraneus est in loco iurantis, & tunc Episcopus iurantis poterit relaxare; si verò absens sit, necesse est recurrere ad Episcopum eius cui iuratum est, quia subditus citari nequit extra territorium, *l. extra territorium, ff. de Iurisdictione omnium iudicum*, atque ideo quoties relaxatio pro solo foro conscientiæ petitur, semper fieri debet ab Episcopo iurantis, eo enim casu nulla desideratur citatio, & idem eadem ratione dicendum est, quando solùm petitur ad effectum agendi. Et hæc omnia docet Valboa *in lectionibus Salmantic. tom. 2. c. 1. de iureiurando, n. 84.* cui adde ex Theologis Castrum Palaum *tom. 3. tract. 14. disp. 3. punct. 6. n. 2.* Et ideò cum ipso assero primò: Si relaxatio petatur pro foro externo, Iudex Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, poterit relaxationem concedere. Quia ratione contractus sortiuntur contrahentes eo in loco fœrum, *c. fin. de foro competenti*, & Iudex contractus est Iudex distractus.

3. Assero secundò: Solùm Prælatus iurantis potest concedere relaxationem iuramenti pro conscientiæ foro, vel ad effectum agendi. Quia hæc relaxatio est dispensatio nomine ipsius Dei. Debet ergo dispensans superior esse eius, quo cum dispensat, & eius obligationem remittit: cùm in illum iurisdictionem exerceat.

4. At si relaxatio non pro conscientiæ foro tantùm nec ad effectum agendi; Sed absolutè concedatur ad rescindendum contractum, & eximendum iurantem ab omnimoda obligatione; solùm Iudex, qui rem citare potest, poterit relaxare. Quia ad hanc relaxationem citatio partis necessaria est, vt diximus. Vnde Episcopus iurantis iuramentum relaxare poterit omninò; si pars, cui facienda est citatio, sit eius subditus, aut sit in eius territorio; secùs verò si absens sit. Quia extra territorium nequit fieri citatio, nisi de consensu Superioris illius loci.

5. Sed an Iudex sæcularis cognoscere possit de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico Iudice concessæ? Felinus *c. de Iureiurando n. 22. & c. 1. n. 1. de sponsalibus*, Paz *in sua pract. 2. p. prælud. 2. n. 38.* Sanchez *lib. 3. Sum. c. 22. n. 4.* affirmant id fieri posse, si relaxatio ab Ecclesiastico iudice concessa, sit euidenter nulla vel iniqua. Sed hoc cautè intelligendum est. Si enim nullitas, vel iniquitas relaxationis non appareat, sed probatione, & examinatione indiget, admittendum non videtur, posse sæcularem de tali relaxatione cognoscere, ne Iudex sæcularis superior fiat Ecclesiasticæ potestati. Ita Palaus *vbi supra n. 9.*

In indice primo huius Tom. 8. vide Apendicem ad hunc Tract. 4. vbi reperies alias quamplurimas quæst. missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 4. de Voto, & Iuramento, &c.

TRACTATVS QVINTVS,

DE HOMICIDIO ET MVTILATIONE,

Atque de Restitutione pro ipsis.

RESOLVTIO PRIMA.

An licitum sit occidere inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ?

Et si quis Sacerdotem inuadat stantem in Altari, & diuina celebrantem, an Sacerdos possit intermittere Sacrum, & defendere se, & si cum moderamine iusto talem offendentem occidat, an Missam perficere licitum sit ei?

Et quæritur, quando vero aggressus dicatur occidisse cum moderamine inculpatæ tutelæ?

Et an inuasus possit licitè occidere inuadentem se, etiam cum liberum sit illi fuga euadere, si fuga esset illi dedecorosa, quod non esset in Religioso Clerico, & homine inferioris notæ? Ex part. 5. tract. 4. Ref. 1.

OVICQVID in contrarium asserat Accursius & glossa *in l. vim vi ff. de iust. & iure*, Richardus de S. Victore *opusc. de Charitate* Ioan Gerson. *in tract. de Euchar.* Augustin. de Ancona *lib. de potest. Ecclesiæ, q. 2. art. 5.* Hugo *dist. 50. cap. de his Clericis.* Abulen. *in c. 5. Matth. q. 109.* dicendum est firmiter licitum esse occidere inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ita omnes Doctores *vbi infrà.* & probatur ex *Exodo cap. 22.* ex iure Canonico *in cap. significasti 2. de homicidio, in cap. si verò, de sent. excom. in Clem. si furiosus, de homicidio*, & ex iure ciuili *in l. 1. C. de vi, & vi armata, in l. scienziam, §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquiliam, & in l. vim vi, ff. de iust. & iure*, & docet ipsa natura, teste Tellio *in orat. pro Milone*, & docet ipsa natura, teste Tellio *in orat. pro Milone*, qui omnino videndus est. Vnde ex D. Antonino, Angelo, Syluestro, Panormitano, Sancino, Manilio, & aliis docet Petrus Binsfeldius *de iniuriis & damnio dato. c. 1. q. 5. concl. 3.* quòd si quis Sacerdotem inuadat stantem in Altari, & diuina celebrantem, Sacerdos potest intermittere officium, & se defendere, & si cum moderamine iusto talem offendentem occidat, Missam perficere licitum erit ei, quoniam talis Sacerdos sic occidens non peccat. Quando verò aggressus dicatur occidisse cum moderamine inculpatæ tutelæ? Respondeo cum Molina *tom. 4. tract. 5. disp. 11. n. 5.* quando aggressus videt, aut rationabiliter timet sibi inferri posse mortem, nisi aggressorem interficiat, nihilque tunc ei occurrerat, neque facilè, si voluisset, potuit occurrere, attenta perturbatione illius conflictus, circunstantiisque concurrentibus, quod (saluo suo honore, quem decens erat ipsum tunc seruare)

re) efficeret, vt se ipsum tutò à periculo sine aggressoris morte liberaret, in tali dicendum est cum moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe. Et non desinam hîc apponere verba Alphonsi de Vega *in summ.* vbi *tom. 1. cap. 127. casi. 12.* sic ait. [Para que vno se defienda con la moderacion deuida son necessarias dos cosas, la primera que no se pueda defender el acometido de otra manera; para conocimiento de lo qual basta vna probable coniectura, y no es necessario examinar si de otra manera podra huyr el peligro, porque en semejantes encuentros falta la consideracion para examinar esto. La segunda, que no ponga mayor diligencia de la que probabilmente es necessaria para defendere.] Sic ille. Et hæc omnia vera sunt, non solùm vt quis se defendat à morte, sed etiam à vulnere, & à quacumque alia graui iniuria, vt infrà videbimus. Et tandem pro fundamento infrà dicendorum notandum est, quòd quilibet inuasus potest licitè occidere inuadentem se, etiam cùm liberum sit illi, fuga euadere, si tamen fuga esset illi dedecorosa, quod non esset in Religioso Clerico, & homine inferioris notæ. Ita Hurtado de Mendoza *in 2.2. disput. 170. §. 135.* & communiter Doctores, & nos *infrà*.

Infra in Resq. nunc hanc sequetur, & in aliis eius notationum.

RESOL. II.

An liceat in foro conscientiæ occidere aliquem pro defensione honoris?

Et quid, si persona sit Ecclesiastica, aut Religiosus, an teneatur fugere, vt filij teneantur fugere Patrem, & auum, & frater minor natu fratrem maiorem, aut si inuasus sit persona de infima plebe?

Et quid, si aggressor sit ebrius aut furiosus?

Et quid est sentiendum si inuasus sit miles? Ex p. 5. tr. 4. Resq. 9.

Sup. hoc infra in Resq. 5. lege eius doctrinam, & aliarum eius primæ ante.

§. 1. NEgatiuam sententiam mordicus defendit Sylu. *in 2.2. D. Th. q. 64. a. 7. quæritur 9. concl.* 2. Binsfeld. *in comm. de iniuriis & damno dato c. 1. qu. 5. concl. 8* Bald. *lib. 4. consi. 312.* & alij. Et ratio est, quia defensio honoris cum occisione in nostro casu non est iuris naturalis, nec ex eo iure descendit. Et pro eodem titulo quo defensio vitæ confirmatur, non potest hæc defensio honoris stabiliri. Antecedens probatur ad hominem. Si esset iuris naturalis, aut ab eo iure descenderet, æquè Clericis & laicis cõpeteret, quia ea, quæ sunt iuris naturalis, conueniunt toti speciei hominis, vt patet. & ea est ratio quare vnicuique competat contra quemcumque defensio vitæ cum occisione, quia est iuris naturalis vim vi in tali casu repellere, quæ defensio nec ab imperatore, nec à Papa tolli potest. ergo, &c. Cæteras rationes videbis apud Syluium. Vnde Andreas Gail. *observ. 100. n. 8.* dixit contrarium sentientes magis politicè, quàm Christianè scribere & disputare.

Sup. hoc in fine præcedentis Resq. & in Resq. 1. & 5. & in alia Resq. & §. huius primæ partis.

2. Sed parum modestè hæc dicit, nam affirmatiuam sententiam modo quo infrà explicandam puto Christianam & probabilissimam esse, quam tuentur Sotus, Nauarrus, Nauarra, Valentia, Bannez, Salonius, & Aragonius, quos citat & sequitur Zannerus *tom. 3. disp. 4. quæst. 8. dub. 4. num. 73.* quibus ego addo Turrianum *in 2.2. tom. 2. disp. 28. dub. 3. num. 1.* & me citato Escobar *p. 1. de puritate & nobilitate probanda, quæst. 1. §. 8. nu. 13.* Azorium *tom. 3. lib. 2. cap. 1. quæst. 14.* & Molinam *tom. 4. tr. 3. disp. 17.* Dico igitur pro defensione honoris qui alicuius sit momenti, ratione habita personarũ ac circunstantiarum concurrentium licitum esse interficere aggressorem, quando aliter honor conseruari non potest, vt si sit homo ingenuus, cui dedecori sit fugere, quando alius eum aggrediturtunc esto fugiendo & vitam propriam & aggressoris posset conseruare, non tenetur, fugere, sed defendendo propriam personam, & proprium honorem, interficere potest iniustum aggressorem, quando aliter non potest simul vtrumque conseruare. Ita Sotus *de iust. quæst. 1. art. 8.* Nauar. *in man. cap. 15. num. 3.* Ant. Gom. *3. var. resol. cap. 3. num. 23.* & Doctores communiter, Conarruuias autem *Clement. si furiosus p. 3. §. vn. num. 4.* anceps est, tametsi in eandem partem inclinare videatur. Probatur hæc sententia, quoniam pro defensione bonorum externorum licitum est occidere inuasorem; sed honor pretiosior est bonis externis. ergo pro defensione honoris, quando alicuius est momenti, neque aliter defendi potest, sed amitteretur, licitum est interficere iniustum aggressorem. Dictum est quando alicuius est momenti, habita ratione personarum ac circumstantiarum concurrentium. Quoniam si personæ non sit dedecori fugere, vt quia est persona Ecclesiastica, aut religiosa, cui dedecus est arma sumere, tenetur fugiendo conseruare vitam propriam ac proximi. Item quoniam si inuasus persona sit de infima plebe ac talis, cui dedecus non sit fugere, aut parum admodum, tenetur etiam fugere. Ingenuus etiam si sine vllo dedecore potest se recipere antequam aduersarius adueniat, tenetur etiam id efficere. Ratio autem horum omnium est, quoniam si cum modico suo detrimento possit mortem proximi vitare, tenetur id efficere. Inter milites autem, esto inuasus humili loco sit natus, & aggrediens sit ingenuus, regulariter non tenetur inuasus fugere, quoniam id magno illi est dedecori, habita ratione status, militaris disciplinæ, quam sequitur. Quando ex fuga magis periclitaretur inuasus, quàm si non fugeret, quia aggressor maiores vires assumeret aut à tergo ita fugiens faciliùs interficeretur, vel incideret in incidias, ei paratas, non teneretur fugere, esto esset persona Ecclesiastica, aut alia, cui fugere non esset dedecus, & hæc omnia docet Molina *loco cit.* Notandum est tamen hîc obiter nunquam licere ebrium, aut furiosum inuasorem interficere, quando potes fugere; quia talem fugere non probrosum, sed potiùs non fugere. Ita ex Baiardo recte docet Malderus *in 2.2. D. Th. tr. 1. cap. 1. dub. 12.* Item tenentur fugere filij patrem & auum, frater minor natu fratrem maiorem, fuga enim istorum non timidati, sed pietati abscribitur. Ita Hurtado de Mendoza *in 2.2. disp. 170. sect. 16. §. 136.*

Pro militibus in Resq. 3. not. præteritæ, §. Neque. ad medium, verſ. vt sunt Milites.

Sup. hoc infra in Resq. 47. §. 1. & 2.

Quamuis nõ plene sup. hoc lege tamen pro filiis erga Patrem infra resq. 40. & 41

RESOL. III.

An Clericus nobilis iniuste aggressus teneatur fugere, si dedecus ei è fuga eueniat?

Et an Clericus, & Religiosus non possint occidere sine peccato iniustitiæ, & Religionis, inuasorem minantem alapam, vel fustis ictum, nisi timeatur iam ex tali percussione vulnus vel aliud damnum corporale? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Resq. 46.

§. 1. DOctores absolutè asserunt Clericos non posse occidere inuasorem si fugiendo possunt mortem euadere, vt de viris infimæ conditionis in superiori resolutione probauimus. Ita Dicastillus *de Iust. lib. 2. tr. 1. disput. 10. dub. 5. num. 67.* & alij communiter.

Quæ nunc hanc sequetur. §. Sed. Alibi in to. 5. tr. 5. resq. 2. alibi & 127. §. Nota tamen. curſim in fine, & ibi in tr. 2. resq. 11. §. Sed ego. breuiter prope finem, verſ. licet de Clerico Nobili.

2. Verùm ergo alibi adduxi Filliucium hanc doctrinam limitantem in Clero nobili, & ita nouissimè etiam docet amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de Iust. tom. 1. disput. 10. sect. 8. num. 167.* vbi sic ait. Limitatur hæc doctrina, vt non procedat vniuersaliter quoad Ecclesiasticos, & similes personas, sed regulariter, quia communiter non tribuitur eis magno dedecori fuga; si tamen in aliquo casu ij etiam magnũ dedecus ex fuga incurrerent, non tenerentur fugere, quia regula proposita formaliter est vera, neminem,

quicunque ille sit, teneri fugere, quando absque graui damno fugere non potest, vndecumque illud proueniat. Ita Cardin. de Lugo. Imò P. Gaspar. Hurtado *de iust. & iure disp.* 11. *diffic.* 11. de omnibus Clericis sæcularibus loquens, asserit, rem esse dubiam, si teneantur fugere ab iniusto aggressore, & ante illum ita etiam sensit P. Vasquez *opusc. de restit. cap.* 2. §. 1. *dub.* 9. *n.* 35. vbi sic ait: Clerici, & Religiosi, quibus hoc non est dedecus, non possent defendere se, si fugere possint, quia illis non esset dedecus, cùm in populo non sint habendi vt homines bellatores, sed humilitatem profiteantur; vnde in eo casu non posset dici, quòd tuerentur honorem suum, quia reuera non est honor suus, & ita contra iustitiam, & religionem peccarent, & restituere tenerentur. Imò adderem quòd non possunt occidere sine peccato, & iniustitiæ, & irreligionis, inuasorem minantem alapam, vel fustis ictum, quia inde timeri non potest dedecus, aut amissio veri honoris, sed potiùs maximum humilitatis nomen, & gloria, nisi timeretur iam ex tali percussione vulnus, vel aliud damnum corporale: tunc enim liceret inuasorem occidere si aliud non esset reliquum remedium. Quamuis autem hæc limitatio in iis casibus videatur vera de Religiosis, quia illis non sequitur dedecus, de Clericis tamen aliquantulum dubia est. Ita Vasquez.

Sup. hoc infra in Resol. 64. §. vlt. ad lin. 7.

3. Et hanc sententiam in fauorem omnium Clericorum absolutè tenet Georg. Obrechtus *tract. de defens. necessaria, c.* 10. *n.* 16. vbi sic asserit: Et propterea nec Abbatis opinio, *in cap. significasti* 18. *extr. de homicid.* probanda est, dicentis de rigore iuris verius esse, vt nemo, cuiuscumque sit conditionis, teneatur fugere: at in foro conscientiæ habendam esse rationem personarum, vt si quis sit Clericus, quòd teneatur fugere, *cap. suscepimus* 10. vbi, & gloss. *in verb. interimeretur, extr. d. tit.* Cùm enim omni iure permissum sit vim vi repellere, de quo suprà *c.* 1. & 4. & cùm non rigor iuris, sed ipsa natura, & æquitas, cuicumque contra quoscumque defensionem concedant, de quo suprà *c.* 1. 3. 4. 5. & 6. sanè non est quòd Clerico defensionem adimamus, quæ illi omni iure tributa est. Hæc Obrechtus. Sed sententiam Abbatis communiter tenent Doctores. At nouissimè Emanuel Themudo *in decis. Archiepisc. Olyssiponens. dec.* 83. *n.* 16. docet negatiuam sententiam, asserentem Clericum nobilem aggressum, non teneri fugam arripere. Ideo tu cogita.

Sup. hoc in Resol. seq. §. Non desinã, & lege etiam ibi à medio §. Sed omnino. vers. Addunt tamen. & Resol. eius annot.

RESOL. IV.

An non solum vir infimæ conditionis, sed etiam vir Nobilis aggressus, si ex fuga possit euadere mortem, teneatur fugere, & non interimere aggressorem, vim vi repellendo? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Resol. 45.

Pro doctrina, & personis contentis in hac Resol. supra in fine Resol. 1. per totam.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Henricus Bocerus *tract. de duello, cap.* 10. *n.* 46. vbi sic ait. Et hîc non distinguimus inter Nobiles & plebeios insultatos. *Primò*, enim, eædem illæ rationes iam adductæ etiam in plebeis procedunt, si & illi in dubio vitæ discrimine constituti fuerint. *Secundò*, leges de legitima violentiæ propulsatione latæ, generaliter, indefinitè, & sine vlla distinctione loquuntur; vbi autem lex non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus. Erubescimus enim sine lege loqui, *Nouell.* 18. *de triente & semisse, c.* 5. *consideremus autem. Tertiò*, necessaria & legitima hæc defensio origine iuris naturalis, & iuris gentium est. *d. l. vt vim. ff. de iustitia, & iure, d. l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter. ff. de iustitia, & iure. d. cap. significasti* 18. *in fin. extr. de homicid. & d. l.* 1. §. *vt vim vi. ff. de vi & vi armat.* At ius naturale, & gentium cum omnibus hominibus, Nobilibus, & ignobilibus, commune est. *l. ius ciuile* 6. *& l. omnes populi* 9. *ff. de iustitia, & iure*, §. 1. §. *ius autem ciuile, & §. ius autem gentium. Instit. de iure naturali, gent. & ciuil.* Atqui semper & vbique æquum, & bonum est vtrumque illud ius naturale & gentium. *l. ius pluribus* 11. *ff. de iustitia, & iure.* Vnde hæc legitima defensio, quæ non in fuga consistit, sed in repercussione, tam in plebeis, quàm Nobilibus procedit. Ita Bocerus; cui etiam adde Ioannem Harprecht. *in comment. ad Instit. Iustin. tom.* 4. *tit. de publicis iudiciis*, §. *item legem Corneliam, n.* 121. vbi ita asserit: Si insultato verisimiliter fuga periculosa non sit futura: tunc certe is, remota omnis inter plebeios & nobiles, honoratos & infames differentia (cùm enim leges, de defensione legitima latæ, generatim, indefinitè, & indistinctè loquantur, adeóque inter nobiles, & ignobiles non distinguant, nec nos distinguere debemus, argum. *l. de prætio* 8. *ff. de Publ. in rem act.* Erubescimus quippe sine lege loqui, *Nouel.* 18. *c.* 5.) fugere tenetur, si omninò innoxius esse velit. Quanquam ergo fugam arripere non sit fortitudinis, non sit nobile, non sit honestum, sed timiditatis signum, vitiúque vexillum: tamen cùm ea demum vera sit virtus, quæ cum pietate, cum Christiana proximi dilectione, cũ religionis candore non pugnat, argumento eorum, quæ D. Paulus ad Romanos, 12. & 13 item 1. *ad Corinth. c.* 13. & passim scribit: optimè profectò hominibus ratione præditis, & Christiana Religione institutis conuenit, vt non vsque adeò stricte isti humanæ Philosophiæ inhæreant, sed eam diuinis ex litteris reforment, & in Philosophiam Christianam commutare ac conformare non erubescant; adeóque sibi quàm diligentissimè caueant, ne pto tantillo proprij honoris, vitam alicui adimant, hócque peccato suam conscientiam miserè saucient, quæ tamen debet esse veluti speculum, sine macula: nihilque nos ita exhilarare solet, sicuti conscientia bona, vt ex Nazianzeno refert Beusthius *ad l. admonendi* 31. *n.* 826. *ff. de iurisiur.* Sed & nusquam in iure nostro scriptum legitur, quòd ille dedecus committat, & dignitatem suam deformet, qui fuga non tam propriæ, quàm ipsius aduersarij, cum ferro contra se venientis, saluti consulit: quique cedere mauult, quàm lædere aggressorem iratum. Nec officiet, si dixeris; leuis tamen notæ macula aspergi fugientem, præsertim hoc nostro corrupto sæculo, quo fugere, suámque salutem pedibus committere, non viri fortis, sed leporis, ac mulierculæ timidæ esse, ab omnibus propè creditur, argument. *l. omne delictum* 6. §. *qui in acie fugam* 3. *ff. de re militari, l.* 1. §. *cum dominus* 21. *ff. ad SC. Syllan.* Cùm enim is leuis notæ macula aspergi dicatur, cuius opinio ac verecundia oneratur apud bonos tantùm, & graues viros. *l. fratres* 37. *C. de inoffic. testament. l. ea, quæ* 13. *& l. verbum* 17. *Cod. ex quibus caus. infam. irrogat*, & explicatum in § 1. *supr. de iniur. n.* 122. non apud plebem, seu vulgus imperitum, quod etiam bonorum virorum facta, quantumuis iusta, plerumque reprehendere solet: nihil est, quo in sententiam contrariam perrahi se quilpiam patiatur. Mala quippe potius pati quis debet, quàm peccatum facere: nec quis debet pro meru leuioris infamiæ, peccatú mortale incurrere, *c. sacris* 5. *de his, quæ vi, metúsve causa fiunt*, cùm duobus ex malis sit eligendum minus. *can. quod Dauid* 3. *& can. sequent. caus.* 22. *q.* 4.

2. Neque verò, dum statuimus nobiles æquè ac cæteros inferioris conditionis viros, fugæ astrictos esse, si per eam impendens periculum commodè vitare queãt, reum impietatis facimus Imper. Carolum V. qui *in ordinatione iudicij criminalis, art.* 140. & 141. inter viles personas, & honoratas distinguere videtur, illisque aggressori resistere non permittit, his permittit. Nam Carolus eo in loco moderamẽ pietatis minimè excludit, sed potiùs vitæ & honoris tiue existimationis periculum coniungit: ac proinde constitutio isthæc Caroli culum coniungit: ac proinde constitutio isthæc Caroli-
na non disiunctiuè, sed coniunctiuè accipienda est, sel-
licet, si cum honore vita quoque ipsa in periculum in-
cidat,

cidat,vt cum illa procedat : secus, si honor tantùm argument.*c. interfecisti* 2. ibi, *eo tuaque liberando, extr. de homicid.* quæ verba, *te tuaque liberando*, licèt in altero tantùm membro, defensionis scilicet personæ, vera sint: non tamen etiam in altero nisi copulatiuè accipias, vti notant ibi Canonistæ, & Krembergk *d. tr. de necessar. defens. qu.* 8. *num.* 46. Bernhardus Zieritzius *in Notis ad dictam constitut. criminal. Carol. V. art.* 140 *pag.* 146. Deinde respondetur, quòd Imp. Carolus *dicto loco*, de certis solummodo personis aliis, quæ saluo honore & fama sua, fugere aduersarium non possunt, loqui videatur : vt sunt milites, quibus ignominiosum est contra disciplinam militarem, & sacramentum militiæ in acie fugere hostem, & commilitones suos in summo vitæ periculo deserere, *l. 3. l. omne delictum* 6. §. *qui in acie* 3. *ff. de re militari, l.* 1 *in princ. & l.* 2. *ff. de his qui not. infam.* item vassallis, quibus probrosum est, si dominos suos, in prælio pereclitantes, nec lethaliter vulneratos, dimittant. *tit.* 5. *in princ. tit.* 21 §. *vlt. lib.* 1. *feud. & tit.* 6. 7. *&* 24. §. *item qui dominum. lib.* 2. *feud.* Sic turpe & probrosum marito fuerit, si adulterum vilem cum vxore sua domi deprehen sum, armisque resistentem fugiat, eúmque cum vxore relinquat, arg. *l.* 2. §. 2. *& seqq. l. miles* 11. §. *socer* 3. *& l. marito* 2 *ff. ad leg. Iul. de adulter.* quæ iura omnia cùm sint singularia, non temerè ad consequentias produci debent. *l. quod verè contra* 14 *ff. de legib. l.* 1. §. *plane* 2. ibi, *nec ad exemplum trahuntur de constitutionib. Princ.* Ac sanè vel ideò distinctionem inter Nobiles, & ignobiles hac in parte admittere non debemus, quòd ea quæ ex iure gentium primæuo, & charitate Christiana descendunt, non ex vlla personarum qualitate æstimentur. Nec enim ius gentium, vt & charitas Christiana, vllum agnoscit tale personarum discrimen, cùm de priuilegiis quæstio est, quæ ipsa natura humano generi largitur. Hucusque Harprechtus, & alij penes ipsum, quibus addè Vlricum Hunnium *in Collegio criminali, disp.* 8. *n.* 74.

Sup. hoc etiã cumsum supra in Resol. 2. §. vlt. inter medium & finẽ, vers. Inter Milites.

3. Sed omnino negatiuam sententiam tenendam esse puto tanquam communem inter Theologos, & ideo Eminentissimus Lugo *de Iustit. tom.* 1. *disput.* 10. *sect.* 8. *num.* 166. sic ait. Doctores communiter dicunt: quando inuasus non potest sine detrimento magno fugere, vel quia dum fugit, facilius ab inuasore offendetur, vel occidetur, quàm si ei resistat, vel quia ex fuga incurret dedecus magnum & ignominiam hominis ignaui, & timidi, posse persistere, etiamsi necesse sit inuasorem occidere ad sui defensionem; quia ille solùm excedit moderationem defensionis iustæ, qui cùm aliter commodè posset vitare illud periculum, occidit, vel percussit aggressorem; in iis autem casibus non potuisti aliter euadere sine maximo tuo detrimento, sicut nec teneris, vt iniustum aggressorem effugias, patriâ exulare cum iactura tuarum fortunarum. Addunt tamen, non excusari personas viles, in quibus fuga nihil, vel parum dedecoris generat; neque etiam personas Ecclesiasticas, vel Religiosas, quibus ad laudem potius, quàm ad dedecus dabitur, quòd armis non vtantur ad defendendum, quorum vsum non profitentur, sed potiùs vitam togatam, & inermem: quare idem dicendum videretur regulariter de aliis etiam sæcularibus, & laicis litterarum Professoribus, vt Aduocatis, Medicis, Regiis Consiliariis, & similibus, quibus armorum vsus, aut professio non est. Ita Cardinalis de Lugo; cui etiam adde P. Dicastillum *de Iust. lib.* 2. *tr.* 1. *disp.* 10 *dub.* 5. *n.* 66. & alios per ipsum.

Sup. hoc in-ra in Resol. 2. §. vlt. Et pro contento in hoc vers. Addunt tamen, in Resolutionibus nor. primæ huius ref. & in ref. præcerita §. 2. & vlt. & in 6. 2. 1. Ref. 2. 3. 1. signãter paulo posteà citatum, a vers. Sed hanc distinctionem, & vers. & ibi in 3. 6. Ref. 2. 6.

4. Non desinam tamen hîc adnotare, aliquos non approbare hanc distinctionem inter Nobiles, & plebeios, sed absolutè omnibus tribuere facultatem sine fuga vim vi repellere. Et ita tenet Ioan. Choppen *in obseruationibus practicabilibus, lib.* 1 *obseru.* 9. *n.* 22. Georgius Obrechtus *tract. de necessaria defensione, cap.* 10. *n.* 10 *& seq.* Quia, ait ille, *in l.* 3 *ff. de iust. & iur* generaliter dicitur vim propulsandam: item quia *ibi d. l.* 1. §. *vim vi. ff. de vi & vi armat.* dicitur vim vi, arma armis repellenda, & *in d. l. scientiam.* §. *qui cùm aliter ff. ad leg. Aquil* dicitur, vim vi depellere omnes leges omniaque iura permittunt. Hoc autem non fit pedum celeritate, aut fuga, sed robore corporis, & contrariâ vi oppositâ. Et certe Vlpian. *in d. l.* 1. §. *vim*, dicit Cassium scribere, vim vi repellere licere: id quod non fuga, sed alia vi obiecta fieri solet. Et posteà hoc ipsum magis explicat, & natura comparatum esse, ait, arma armis repellere licere. His enim verbis apertè innuit, lege naturæ vim non fugiendam, sed repellendam esse.

3. Imò omisso iure, vt fuga te defendas, non solùm ignominiosum, sed etiam periculosum est. Nam ignominiosum est & turpe, fugæ se dare, & se ad quamlibet vim in pedes coniicere, suâmque salutem, instar leporis, pedibus committere: id quod Demosthenis Oratori, & Antilocho Poëtæ obiicitur; vterque enim conspecto hoste, abiectis clypeis aufugit. At quæ sunt ignominiosa, & quæ existimationem, & verecundiam nostram lædunt, à nobis fieri non posse credendum est. *l. filius* 15. *ff. de condition. inst.* & facit *l. nepos Proculo* 125. *in fin. in verb. Cum salua dignitate mea, potero, ff. de verb. sign.*

6. Periculosum verò est, fuga aduersarium incitare, & audaciorem reddere; iuxta illud: Qui priori iniuriæ non resistit, nouam accersit; præsertim cùm aduersarius iam ante ad vim faciendam sit paratus, & fortè viribus, & pedum celeritate, alterum longè superet; vt ita certum ei periculum immineat, si aduersario nudum & & inerme tergum relinquat.

7. Nec distinctio Cyni, Bartoli, & aliorum, inter personas & nationes honoratas & infames ac fugaces placet: quia defensio cunctis hominibus iure nostro indistinctè concessa est, & quia nemo cuiuscunque conditionis, seu nationis sit, se in vitæ periculum coniicere cogitur. Vnde malè Damhouderius, Si tu es Perusinus, ait famam ad dedecus metuens, ad actum occasionis vsque procedere potes: quòd summum sit dedecus Perusino magnanimo & generoso, turpiter aduersario inuadenti cedere. Sed ille cui nulla est gloriæ, nominis, ac honoris ratio (qualis est Florentinus,) & commodè fugere potest, neglecta nominis gloria, certè modis omnibus fugere tenetur, & si non fugit, punitionis crimen incurrit, vt ipse loquitur *in praxi rer. crimin. c.* 76. *n.* 9. ex mente Cyni *in l.* 1. *C. vnde vi*, & Bartoli *in d. l.* 3 *n.* 10 *ff. de iust. & iur.* Hæc enim opinio nec iure, nec ratione probatur: sed potiùs expresso iure & multis rationibus refellitur, vt iam ostensum est.

8. Nec quoque illa distinctio Petri de Anchar. & Zenzelini *in Clem. vnic. de homicid.* & aliorum placet, nempe videndum, An quis sine periculo & dedecore fugere possit, vel non possit, concord. *in tr. de nobili, c.* 10. *n.* 64. & Bertrand. *consil.* 290. *n.* 10. *volum.* 3. quia simpliciter & indistinctè iure concessum est, vt qui vim vi propulsare & repellere possit, & quia is qui aduersario inuaditur, in illa animi perturbatione non habet plenius deliberandi consilium, quid sine periculo & dedecore suo facere possit, vel non possit; quia denique fugiens semper metuere cogitur, ne aduersarius insequatur, & se quasi inermem inuadat, cùm ei tergum inerme relinquat: vt meritò ei sit ignoscendum, si vim non fugiat sed propulset, argum. *l. hac consultissima* 8 §. *at cum humana. C. qui testam. fac. poss. & l.* 1. *in princ.* ibi, *Nam interdum, ff. de exercitor. act.* Et hæc omnia docet Obrechtus *vbi supra*; sed tu ne deseras nostram sententiam tenere quando sine discrimine vitæ vir ignobilis potest fugere.

RESOL. V.

An liceat viro honorato occidere inuasorem qui fustem, vel

vel alapam nititur impingere, si aliter hæc ignominia vitari nequit ?

Et an liceat præuenire aggressorem, & eum prius quam inuadat, occidere ? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 91. aliàs 90.

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 9. §. vlt. & lege supra doctrinam res. 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 12. n. 77.* Sotus, Sylvester, Lopez Nauarrus, & alij penes ipsum; quia hic conatur auferre honorem, qui meritò pluris apud homines æstimatur, quàm damnum multarum pecuniarum; sed si potest occidere, ne damnum pecuniarum accipiat, potest etiam, ne hanc ignominiam cogatur sustinere.

2. Sed aduersùs Lessium insurgit nouissimè Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ, disp. 4. qu. 8. dub. 4. num. 74.* vbi sic ait, Non etiam placet, quod absolutè dicit Lessius, fas esse viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam nititur impingere, vt ignominiam inferat, si aliter vitari hæc iniuria nequit, tum quia fieri potest, vt si res in occulto agatur, ea re parum honor lædatur, tum quia etiam læsus ita honor via iuris, aut aliis modis recuperari potest.

Sup. hoc infra in res. 12. & leg. etiam doctrinam Res. eius annot.

3. An liceat verò præuenire aggressorem, & eum priusquam inuadat occidere, negatiuè respondet Sylvius *in 2. 2. D. Thomæ, qu. 64. art. 7. quæritur 6.* vbi sic ait. Probabilior est non licere præuenire inimicum, quantumuis paratum, donec actu inuadat, & aggrediatur: præuenire namque inimicum non te inuadentem, non est se defendere, nemini autem priuato licet alium occidere, nisi in necessariam defensionem; ergò non licet inimicum præueniendo ipsum occidere. Ita Sylvius, qui tamen contrariam sententiam, tanquam probabilem videtur admittere; nam suam tantùm probabiliorem vocat, & illam docet Bannes *in 2. 2. qu. 64. art. 7. dub. 4. conclus. 2.* vbi sic asserit. Postquam iam aggressor fecit aliquam actionem, parando mihi insidias, quas ego aliter effugere non possum, nisi occidendo illum; tunc licitum est mihi medio tempore, antequam instet meum damnum, occidere insidiantem, etiam si pro tunc quietus sit. Ratio est, quia tunc, propriè loquendo, est defensio vitæ meæ; nam profectò moraliter loquendo, ille est actualis aggressor. Ita Bannes. Sed hæc sententia aliquibus, & mihi etiam displicet, vnde tene sententiam Sylvij negatiuam.

RESOL. VI.

An licitum sit viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam nititur ei inferre ?

Et an hoc etiam admittendum sit in hominibus infimæ conditionis ? Ex p. 5. tr. 4. Res. 4.

Sup. hoc in Res. præterita, & infra in res. 9. §. vlt. & vide supra doctrinam res. 2.

§. 1. NEgatiuè respondet Sylvius *in 2. 2. D. Th. q. 64. art. 7. quæritur 9.* Tannerus *tom. 3. disp. 4. qu. 8. dub. 4. num. 74.* vbi sic ait. Non etiam placet fas esse viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam nititur impingere, vt ignominiam inferat, si aliter vitari hæc iniuria nequit. Tum, quia fieri potest quòd si res in occulto agatur, ea re parum honor lædatur. Tum, quia etiam læsus honor aut via iuris, aut aliis modis recuperari potest. Ita ille, & hanc sententiam docet etiam Malderus *in 2. 2. tr. 3. cap. 1. dub. 7. assert. 1.* vbi sic asserit. Rectè illud notandum, moderamen tutelæ non seruari quando iniuria tanta non est in se considerata, & ratione materiæ, vt cum tanto nocumento proximi iustè potuerit propulsari, non enim vtcumque baculo inuasus, mox poteris inuasorem gladio confodere. Hæc ille, & ante omnes Ioannes Maior *in 4. sent. dist. 15. q. 20.*

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Sotus, Nauarrus, Sylvester, Lopez, & alij, quos citat & sequitur Lessius *de iust. lib. 2. c. 9. dub. 12. n. 77.* quibus ego addo Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 12. difficult. 10. n. 5.* Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 170. sect. 16. §. 137.* Marchantius *in summar. ad qq. passim sparsa per Decal. c. 5. qu. 1. cas. 2.* Philipum Fabro *de restit. in 4. sent. dist. 15. qu. 3. disp. 52. c. 1. n. 30.* Filliucium *tom. 2. tr. 29. c. 3. n. 50.* Strouersdorff *in 2. 2. D. Thom. de iust. & iur. qu. 64. art. 7. concl. 5.* Azorium *tom. 3. lib. 2. c. 1. qu. 16.* Becanum *in 2. 2. D. Th. de homicidio, qu. 8. concl. 2.* Molfesium *in sum. tom. 1. tr. 11. c. 19. n. 73.* Angelum Vantium *in disciplina Clericorum, lib. 4. de homicidio, fol. 363. §. Nota præterea.* vbi sic ait. Si aggressor noluisset aliquem occidere, neque mutilare, sed tantùm verberare baculo, vel alapis, posset aggressus hostem interimendo repellere, cùm præsertim in aliquibus regionibus maximum sit dedecus alapam, vel verbera absque vulneribus, aut mortis vindicta relinquere. Sic ille. Et ratio huius sententiæ est, quia talis conatur auferre honorem, qui pluris merito apud homines æstimatur, quàm damnum multarum pecuniarum. Ergo si potest occidere, vt infrà dicemus, ne damnum pecuniarum accipiat, potest etiam, ne hanc ignominiam cogatur sustinere. Sed hanc opinionem non admitterem in hominibus infimæ conditionis, qui ex alapis & verberibus non magnam sustinerent ignominiam.

RESOL. VII.

Virum liceat ad honorem tuendum inuasorem post impactam alapam, fustem, vel vulnus fugientem insequi, & occidere ?

Et ita aggressorem occidens, an teneatur ad aliquam restitutionem ?

Et in dicto casu declaratur, quid sit vindicta, & quid defensio ? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 15.

§. 1. NEgatiuè respondet Ioan. de la Cruz *in direct. confes. p. 1. præc. 5. dub. 6. concl. 1.* Toletus *lib. 5. c. 1. cap. 6. num. 16.* Rodriquez non bene à Bonacina *tom. 1. de contr. disp. 2. qu. 4. punct. 11.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 27. dub. 3. num. 9.* qui contraria sententia citatus *in sum. tom. 1. cap. 135. num. 10.* citat Sotum & Bannez, Salon. *in 2. 2. qu. 64. art. 7. contr. 2. concl. 1.* & nouissimè Malderus *in 2. 2. D. Thom. tract. 3. c. 1. dub. 14.* vbi asserit, si postquam alapam impegit, quæ tibi ignominiosa est, sese in fugam conuertat offensor, non licebit eum persequi, & tantum referire, quantum postulare videtur honoris reparatio, habet enim potiùs speciem vindictæ, quàm defensionis. Hæc ille.

2. Et ita in praxi contrariam sententiam non esse consulendam docent, licèt speculatiuè probabilem esse asserant, Lessius *de iust. lib. 2. cap. 9. dub. 12. num. 80.* Reginaldus *in praxi, tom. 2. tr. 21. cap. 5. num. 63.* Filliucius *in suis qu. mor. tom. 2. tract. 29. cap. 3. num. 51.* Bonacina *de contract. disp. 2. qu. vltim. sect. 1. punct. 10. num. 8.* & alij. Et ratio est, primò ob periculum odij, vindictæ, & excessus. Secundò, ob periculum pugnarum, & cædium in Reipublicæ perniciem. Deinde, qui iniuriam intulit, eo ipso quòd ab iniuria cessat, siue per fugam, siue quouis modo cesset, vim non infert; ac ideo repersiue quouis modo cesset, vim non infert; ac ideo repersiue cutiens, vim vi non repellit, sed potiùs punit, & vindictam sumit, nec honorem defendit, cùm iam per iniuriam amissus sit, & quamuis illum recuperaret, hæc honoris recuperatio ad vindictam potius, quàm ad defensionem pertinet. Hæc noster Megala *vbi infrà.*

3. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam pij, & doctissimi viri docuerunt. Nauarr. *in manual. cap. 15. num. 4 ad fin* Petr. à Nauar. *de rest. lib. 2. cap. 3. num. 385.* qui citat Mercatum, Victoria *de iure belli, quæst. 2. num. 5.* & ex Societate Iesu P. Henriquez *in sum. lib. 14. cap.*

c.10.n.2.in gloss.litt.T. vbi citat Cordubam,Mantium, Pegnam,& alios, & tandem tenet etiam hanc sententiam Fernandez *in exam.mor.p.1.c.9.§.1.n.16.* vbi ait, referens opinionem Nauarri *vbi supra*, qui affectus iniuria, magnam honoris iacturam faceret, si fugientem non persequeretur, inuasorem persequi posset, & percutere tantum, quantum ad sui honoris defensionem opus esset:etiam occidendo,si id opus esset.Ratio est,quia ego possum persequi furem, & illata vi etiam mortis illius damno,rapta recuperare:ergo maiori cum ratione infamatorem,& ab eo raptum honorem extorquere.Hæc Fernandez.

4. Sed ad hoc argumentum respondet Megala, & alij,esse disparem rationem: nam res illa futura adhuc extat apud furem, & manet tua;sed contumelia illata, & honor iam periit: ergo illa non erit defensio, sed aggressio, & vindicta. Respondet Lessius, in eo esse paritatem rationis,quòd sicut res potest recuperari;ita etiam honor, qui in signis excellentiæ, & hominum existimatione consistit.Deinde,si res non extarent apud furem,qui illas abiecisset in flumen,posset tamen,damnum passus,talem furem,non minus quàm de facto asportantem,insequi, vt tantumdem restituere cogat, de qua re Nauar.*vbi supra,n.*384.Ergo,&c.

5. Sed magis clarebit hæc sententia, si notemus rationem, qua vindicta, & defensio inter se differunt. Nam, vindicta propriè est velle reddere malum pro malo,quod non licet priuatæ personæ.Defensio autem est aggressorem compescere, & impedire damnum quod iam imminet, vel si illatum est, (sicuti in nostro casu) vt adhuc maneat in suspenso. Istas enim esse defensionis partes,manifestum est,vt diximus ex facto illius, qui furantem res suas, vel auferre molientem impedit,vel iam auferentem insequitur: vt enim illa impeditione, sic ista insecutione censetur res suas defendere,si quidem recuperari valeant: & vt insequat eum qui damnum intulit, non possum ob aliam causam id facere, quàm vt reddam malum pro malo, & esset vindicta.Cùm verò damnum illatum resarciri potest,eum qui intulit, licitè insequi possum, non quidem vt malum,referam pro malo, sed vt mihi illatum malum resarcire curem,cùm mihi ad id nulla alia ratio suppetat, quia si suppeteret, non daretur propositæ insecutioni locus tanquam vindicatiuæ. At cùm hæc ita sint,patet illud non habere rationem vindictæ, sed defensionis, quando aliquis vir nobilis eum à quo vulneratus est insequitur: non quidem vt malum pro malo reddat, sed vt conseruet honorem sibi ablatum, dummodo tamen id fiat incontinenti, cùm res adhuc est in suspenso,non autem postquam inimicus domum se iam recepit, vel alia negotia gerit.

6. His ita positis, censeo etiam ante factum, si non adsit periculum odij, appetitus vindictæ & excessus, hanc secundam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi;quia dum aduersarius fugit, & percussus insequitur, moraliter adhuc durat congressus. Ergo, &c. Dixi ante factum, nam post factum etiam aliqui Doctores ex contrariis illam admittunt,neque ita aggressorem occidentem obligant ad vllam restitutionem. Ita Megala *in p.2.lib.3.c.1.n.12.* & Lopez *in suo instr. p.1.c.62.*

7. Nota verò,quod Azorius *p.3.lib.1.c.1. quæst.13.* contrariam sententiam vocat tantum probabiliorem. Ergo secundùm Azorium, nostra opinio est probabilis: & dum ipse non distinguit,neque nos distinguere debemus, asserendo illum intellexisse de probabilitate speculatiua,& non practica: nam ipse absolutè loquutus est, dicens suam sententiam esse probabiliorem. Ergo sicut eius opinio erit secundùm ipsum probabilior speculatiuè, & practicè, ita & nostra practicè, & speculatiuè erit etiam probabilis.

RESOL. VIII.

An licitum sit ad honorem tuendum inuasorem post impactam alapam, vel fustem fugientem insequi, & percutere, & occidere, si hoc opus est ad honorem recuperandum? Ex p.5.tr.4.Ref.11.

§.1. PRo affirmatiua sententia plures Doctores adduxi *in 2.p.tr.1.Miscell.cas.13.* quam probabilem esse concedunt etiam ipsimet aduersarij,& idèo Villalobos *n.sum.t.2.tr.12.diff.12.n.3.*sic ait. [Quando el aggressor cessa ya de la iniuria,o se fue huyendo, no sera licito seguirle segun la opinion mas probable que diximos arriba, aunque tambien tiene probablidad el dezir,que alli luego incontinente,o immediatamente yendo huyendo le puede seguir y herirle, o iniuriarle; quando es necessario para recuperar la honra, como el que segue al ladron para recuperar la hazienda, porque el que le quitò la honra en su manera se la tiene iniustamente, y moralmente hablando todo aquello es vn mismo acto. Deste parecer ex Nauarro, Enriquez, y Pedro de Nauarra, Victoria, y otros que citan. Mas ha se de entender que no sea con animo de vengarse,sino de cobrarjo defender la honra, que aun entonces no parece que està acabada de perder, y que sea en caso que el otró no le ofrece la satisfacion deuida,como suele acontecer. Y tambien que como dize Pedro de Nauarra con S.Antonino, no se estienda esto al tiempo, quando el aggressor esta quieto en su casa o se diuirtiò à otro negocios, porque de otra manera se abritia camino para muchas perturbaciones, escandalos,assechanzas,enemistades,y venganzas.] Ita ille.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in Ref.seq & in tom. 5. tr. 2. Ref. 20. in principio.

2. Et ita hanc sententiam absolutè tanquam probabiliorem amplectitur nouissimè Marchantius *in summar.resol.past.ad Decal.c.5.qu.3.cas.3.*& Philip. Fabro *de rest.in 4.sent.dist.15.q.3.disp.52.c.1.n.29.* vbi ita asserit. An liceat solùm occidere,quando durat congressus,vt cùm fur accipit rem alienam,vel aliquis afficitur iniuria,aut alapa,vel fuste cæditur, an etiam postquam re ablata & inflicta iniuria fugit, est dubium. Soto & Molina *disp.17. n.8.* tenent licere quidem insequi furem,,quando res esset magni valoris,& exigua spes esset recuperandi, inpunè posse occidere; quoad honorem verò nequaquam. Quia, inquiunt, qui alapa, vel fuste percussus est, iam amisit honorem, ideo si persequendo occidat,est vindicare honorem. At vindicatio non pertinet ad personam priuatã,sed ad Principem, Nauar.verò *in man.c.15.n.4.* asserit posse insequi, & occidere licitè. Et hæc opinio mihi probabilior videtur intelligendo hoc de continenti persecutione, vt si quis infligat vulnus, vel alapam, aut fuste quem percutiat, & statim fugiat, nam in hoc casu si offensus insequatur, & occidat, censetur occidere in actu ipsius congressus; neque enim iudicandum est hoc esse duos congressus,alterum quo quis iniuriam intulit,alterum, quo statim eum insequens interficit,sed est vnus,& idẽ, ideo licitè occidit. Secus si persecutio non statim & continuato tempore insequatur, sed qui percussit, iam abiit,& qui vulneratus est, vel affectus iniuria, non est insecutus continuatè, sed interposito tempore: tunc enim videntur diuersi congressus, & secundus videtur ordinatus ad vindictam.Accedit quòd persequendo fugientem defendit honorem suum, cuius magnam iacturam faceret,si fugientem non persequeretur,& hæc omnia docet Faber *loc.cit.*vide me ipsum *vbi supra.*

RESOL. IX.

An licitum sit fugientem insequi ad recuperandum honorem

rem propter acceptam alapam, vel fustem, & illum vulnerare, & repercutere?

Et notatur licitum esse viro honorato occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam ut iuxta ei impingere, quo ei ignominiam inferat, & inuasus non potest aliter defendi? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Res. 48.

Sup. hoc in duabus præcedentis res. & in alia earum annotationum.

§. 1. NEgatiuè nominatim contra me respondet Eminentissimus Lugo *de Iust. tom. 1. disput. 10. sect. 10. num. 189. & 190.* Quia occisio, vel percussio priuata non licet, nisi ob defensionem rei, quam aliter amittes, & eo modo conseruabis, alioquin erit non defensio, sed vindicta, quæ auctoritate priuata semper est illicita, vt aduersarij fatentur: in casu autem præsenti occisio illa non conducit ad conseruandum honorem, honor enim iam destructus est per iniuriam illatam, sed deseruit ad acquirendum alium honorem, quem apud homines acquiris ob fortitudinem, qua te vindicasti; quare non potest præscindere à ratione vindictæ, quia non aliter conducit ad honorem acquirendum, nisi quatenus honorificum est apud homines te vindicare: nec conseruat, aut recuperat honorem ablatum, quia ille erat existimationis, quàm offensor debebat exhibere, quam quidem non exhibet offensor percussus; imò nec amplius exhibere poterit, si occidatur, nec tu illum percutis, vel occidis, vt reddat honorem, & notam bonæ existimationis de te, quam debebat dare, & iniustè abstulit, sed vt acquiras alium honorem apud cæteros, quo compenses iacturam illius honoris, quem ab offensore non habuisti; ergo illa occisio non est propriè defensio, nec eo titulo licita reddi potest, sed semper remanet sub ratione vindictæ, sub qua sola vtilis est ad acquirendum honorem æquiualentem, quo videaris retinere tantundem honoris, quantum antea habebas, dum pro honore amisso alium honorem apud alios homines de nouo acquiris. Hæc sententia est satis probabilis, & ego semper illam in praxi consulerem, quam etiam videtur sequi Georgius Obrechtus *tr. de necessaria defensione, cap. 11. num. 26. & cap. 13. num. 21.*

3. Sed affirmatiuam sententiam speculatiuè probabilem esse existimat ex Societate Pater Dicastillus *de iustit. & iure, lib. 2. tract. 1. disput 10. dub. 6. num. 74.* Imò ex eadem Societate absolutè sententiam affirmatiuam mordicus tuetur doctus P. Gaspard Hurtado *tract. de iustit. & iure, disput. 11. difficult. 11.* vbi sic ait. Punctum difficultatis est, an statim ac inuasor percussit, sit licitum percusso eum repercutere, vel fugientem insequi, & repercutere.

3. Sot. *lib. 5. qu. 1. art. 8.* Vasquez *vbi supra.* Molin. *dist. 17.* Turrian. *disp. 27. dub. 3.* & alij docent id non esse licitum, quia iam potest percussionem factam, quamuis statim non est honorem tueri, & defendere, sed vindictam sumere, quia iam honor est amissus, quia percussione iam facta fuit amissus.

4. Vict. verò *relectione de iure belli, num. 5.* Nauarr. *c. 15. n. 4.* Rodriquez *cap. 1. 6. num. 11.* Mercado *lib. 6. summ.* Lopez *1 part. cap. 62.* Henriquez *de irregularibus cap. 10.* & Petrus Nauarr: *lib. 2. cap. 5. num. 80.* docent, id esse licitum percusso, quantum sit necessarium, vt percussus non maneat ignominia affectus, quod etiam sentit. Bonacin. *de restitut. disputat. 2. quæst. vltim. sect. 1. punct. 10.* & meritò, quia statim repercutere, vel insequi percussorem fugientem, & eum repercutere fit in actuali ipsa congressione antequam inuasor ad alia diuertatur, aut iam alibi quietus existat, quia adhuc saltem moraliter finita, & honor nondum est saltem si moraliter durat, & nondum est saltem moraliter in facto esse amissus, sed tantùm est amissio illius in fieri, & inchoatio amissionis, & repercussione amissio honoris non perficitur, quia ea repercussione impeditur, ne sit in facto esse; ergo id est licitum percusso. Patet consequentia, quia ea repercussio non tam habet vim vindictæ, quàm defendendi honorem impediendo, ne amissio honoris maneat perfecta, & consummata, & in facto esse. Ex quo constat ad rationem aduersariorum. Cauendum tamen est, ne in dicta repercussione adsit periculum odij, vindictæ, & excessus. Et hæc omnia docet P. Hurtadus *vbi supra*, vnde patet responsio ad argumenta contraria.

5. Qui etiam notat, licitum esse viro honorato inuasoro, occidere inuasorem, qui fustem, vel alapam mittitur ei impingere, quo ei ignominiam inferret, & inuasus non potest aliter defendi. Et me citato tres docti recentiores hanc etiam sententiam tenent, & hi sunt P. Dicastillus *vbi supra, n. 73.* Cardinalis de Lugo *num. 186. & 187.* & Ægidius Trullench *in Decalogum tom. 2. lib. 5. cap. 4. dub. 5. num. 2* quicquid in contrarium afferant aliqui, & inter illos Ioannes Harprechtus *in Instit. Iustin. t. 4. tit. de publicis iudiciis, §. Item lex Cornelia, num. 171.*

RESOL. X.

An si quis dicat vi honorato Mentiris, *liceat eum occidere?*

Et quando vero licitum sit contumelioso dicere Mentiris? Ex p. 5. tr. 4. Res. 13.

§. 1. SI hoc in aliqua regione esset valde probrosum, affirmatiuè respondet Henricus Strouersdorf *de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 64. art. 7. conclus. 5.* vbi sic ait. Potest etiam interfici qui virum honoratum baculo, vel pugno conatur percutere, nec possit aliter impediri imò dicere, Tu mentiris, vbi hoc valde probrosum est. Ita ille.

2. Sed meritò hæc sententia impugnatur ex dictis in superiori resolutione, & in specie illam improbat Azorius *tom. 3. lib. 2. c. 1. qu. 17.* vbi sic asserit. Quæritur an si inuasor solùm lædat verbis contumeliosis, v. g. dicens, Tu mentiris, licitum sit occidere, vbi hoc verbum, *mentiris*, est vade ignominiosum. Dico non esse licitum, quoniam huiusmodi contumeliæ aliter repelli possunt & solent apud homines. Ita Azorius. Quando verò licitum sit contumelioso dicere, mentiris, vide Hurtado de Mendoza *in 2. 2. tom. 2. disp. 170. sect. 14. §. 116.* & Crispotium *in casibus militaribus, cas. 12. per totum.*

RESOL. XI.

An liceat occidere contumeliosum, quando aliter ea iniuria arceri nequit; quia talis inuasor est honoris? Ex p. 5. tr. 4. Res. 12.

§. 1. AFfirmatiuè respondet nouissimè eruditus & doctus Ioan. de Escobar *p. 1. de puritate & nobilitate probanda, quæst. 1. gl. 4. num. 14.* Petr. Nauarra *de rest. lib. 2. cap. 3. num. 36* & Henriq. Strouersdorf *de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. quæst. 64. art. 7. conclus. 5.* vbi sic ait. Potest etiam interfici, qui virum aliquem honoratum conuiciis, & maledictis afficit, nec potest aliter cogi vt taceat, talis enim est inuasor honoris. Ita ille, quod intelligunt hi auctores, quando contumeliæ sunt atroces, &, vt dictum est, alia ratione vitari nequeunt. Ratio enim naturalis dictat licitè esse eam depellere defensionem, quæ necessaria sit ad contumeliam depellendam, & comprimendam, alioqui daretur licentia improbitati optimos viros contumeliis vexandi, quæ tamen multo, quàm dãna rei familiaris sunt acerbiora, & magis affligunt animum. & ita hanc sententiam docet etiã nouissimè Baldell. *in Theol. mor. lib. 3. disp. 24. n. 24.*

2. Verùm

2 Verùm his non obstantibus hanc sententiam non approbat,& meritò,Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp.170.sect.15.§.123. & seq.* Petr.Binsfeldius *de iniuriis & damno dato,c.1.q.9. concl.4.* Mofelsius *in sum.tom.1. tr.1.cap.19.n.74.* Lessius *lib.2. cap.9.dub.12. num.78.* Filliucius *tom.2.tract.29.cap.3.num.49.* Azorius *tom.3. lib.2.cap.1.qu.17.* & alij; quia verbales iniuriæ verbis repelli possunt, quæ est legitima vindicta, tum quia sic repelli solent etiam apud viros honoratos;quare si factis repellerentur,iam fieret excessus in defensione,cùm aliter & possint & soleant repelli.Sed vt verum fatear, Baldellus & alij primam sententiam docent in casu quo aliter contumelia tolli non possit,nisi interficiendo calumniantem, quia id solum est vim vi repellere,& honorem tueri contra iniustum,& violentum dehonorantem,vide Baldellum *vbi suprà*. Ego verò non recedo à secunda sententia, ex qua oritur de particulari contumelia quæstiuncula quædam.Quæro igitur.

RESOL. XII.

An liceat occidere contumeliosum, quando aliter ea iniuria arceri nequeat? Ex p.8.tr.7 & Misc.Res.51.

Quæ hic est Ref. annexa.

§.1. NEgatiuæ sententiæ adhæsi *in part. 5. tract.4. resolut.12.* quam præter Doctores *ibi* citatos mordicus tenet Ioannes Harprechtus *in comment. ad Institut. Iustin.tom.4. tit.de publicis iudiciis,§. Item lex Cornelia,num.163. & seq.* Tum, quia omnes leges, quæ de defensione necessaria proferuntur, eo tantùm de casu loquuntur, quo vis ipsi corpori, vel vitæ adhibetur. Nulla autem infertur vel vitæ, vel corpori vis, quando iniuria verbalis non infertur.Tum,quia passim in iure nostro defensio tantùm, eaque moderata, non etiam vindicatio permissa legitur, *l.5. l.scientiam 45.§. qui cum aliter 4.ff.ad l. Aquil.l.furem 9.ff.ad legem Cornel.de sicar.l.2.* ibi, *in dubio vitæ discrimine constitutus. C.vnde vi.* cum similibus. At verò, qui iniuria verbali prouocatus vulnerat, vel prorsus iugulat iniuriatorem, honorem suum haud defendit,sed potiùs propriam vindictam,omni iure prohibitam, exercet. *Deuteron. c.32. vers.35. ad Roman.12. vers.20.* & iuribus modò allegatis. Præterea quod reuera mihi auferri nequit, eius retinendi gratia hominem me occidere posse, prorsus irrationabile est. Atqui per iniurias alterius,fama mihi auferri non potest.Nimis etenim malè ageretur cum hominibus,& loco nimis lubrico eorum fama & honor positus esset,si ab alterius arbitrio penderet.Sed indulgeamus etiam vulgato errori, quòd per iniurias illatas alterius famæ detrahatur, & quædam infamia irrogetur: iste tamen, vt propterea homicidium iustificetur, sufficere nunquam potuit, contra leges diuinas & humanas.Et hinc est quòd *in l.nec timorem 7. in princip. ff.de eo,quod met.caus.gest.erit* timor infamiæ eo edicto contineri,& iusta causa restitutionis esse negatur:quia scilicet iste metus iustus non est,neque infamia quis ob iniurias priuatur; sed lege, vel sententia ob delictum suum notatur.

2. Nec obstat quòd crudelis sit,qui famam suam negligit,*cap.nolo 10. caus.12. quæst.3.* Ludouic. Carbo *in tract.de omnium rer.repetit.quæst.23* imò sceleratè agat, ac pro fure,pro latrone, & proditore computetur, per notata Petri Ancharani *consil.325.* Ioannis de Anan. *consil.46.n.4.& 7.* Iasonis *in §.fin.supr.de action.* hósque referentis Georgij Barschamp.*in radice clausular.dict. cap.31. n.53.pag.661.* Nam ei,qui iniuria affectus est, legitima actionis iniuriarum via, quæ iniuriam sibi illatam vindicare, famámque suam saluam, & integram conseruare potest, abundè prospectum est,*tot.titul.Institut.ff.& C.de iniur.* Nihil item stringit *l. vt vim 3. ff. de iustit.& iure*, vbi Florentinus respondit, vim atque iniuriam propulsare licitum esse. Tum quia propulsare quidem iniuriam licet, verùm non occidendo, sed verbis retorquendo, vt dictum *supra in d.§. vlt. num.108. titul.de iniur.* Tum,quia illic(iuxta quorundam traditionem) intelligitur iniuria,per vim corpori illata:quod arguunt verba illa sequentia,*quod quisquis ob tutelam corporis sui fecerit*, &c. Minimè quoque refragatur, quòd fama siue honor, &,vita puribus ambulent passibus,& æquiparentur.*d.l.iusta 9.ff.de manumiss. vind.l. isti quidem 8.§ penultim.ff.quod met.caus.infamia 8. C. de decurionibus*,& similibus copiosè Schrader. *in tract.feud. part.9.cap.4.num.105.* nec non Georgius Mundius,Gener meus,*vol.1.consil.23. num.219. & seqq.* Etenim latissima hac in re vitæ & famæ est differentia.Illa ablata nunquam reparatur: hæc verò nec auferri reuera, vt suprà monitum,& læsa restitui, & reparari potest: iuréque legitima remedia sunt prodita, quibus famæ nostræ consulamus,iudicia videlicet ciuilia,& criminalia, & insuper hodie actio ad recantationem. Itaque vita & fama in eo duntaxat comparantur, quòd vtriusque accurata,& diligens habenda est ratio,& quòd vtriusque iactura grauis, proindéque vtrique periculum imminens auertendum,sed diuersimodè: vitæ quidem, si iudicis copia haberi nequeat,vim vi repellendo:famæ verò,litem,siue actionem intendendo. *tot.titul.ff.C.& Institut.de iniur.* Neque enim quisquam sibi ipsi ius dicere,sed legitimis remediis ius suum persequi debet,*l.extat 13.ff.quod met.caus.l.creditores.7.ff.ad leg. Iul.de vi priuat.l.non est singulis 176.ff.de reg.iur.l.nullus 4.Cod. de Iudæis.* Hucusque Harprechtus, cui adde Henricum Bocerum *tractat.de Duello lib.2. cap.8. num.10.* Christianum Krembergk *tract.de necess.defens.qu.8 n.17.& seq.* Obrechtum *tr.de eadem materiæ c.9.n.7.& c.11.n. 34.* Voltzium *comm.ad leg.Cornel.de sicar.c.7.n.127.* & alios penes ipsos.

3. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam etiam probabilem esse putat nouissimè Gaspar Hurtado *de Institt.& iur. disputat.11.* vbi sic ait:Constat licitum esse læso occidere eum,qui contumeliis grauibus illum afficit, siue verbis, siue signis, quando nec verbis,nec alia ratione potest honor defendi,vt contra Azorium,& Lessium,& Filliucium, & contra alios aduertunt Antonius Gomez, Iulius Clarus, Lopez, Petrus Nauarra,Bonacin.*vbi supra*,& alij,quia aliter graui ignominia afficeretur.Quod iuxta prædicta verum est, non solùm quando dicta ignominia imminet,sed etiam quando actu infertur: imò & postquam verba contumeliæ physicè prolata sunt, si statim moraliter occisio fiat in congressione ipsa, antequam inuasor ad alia diuertatur,aut iam alibi quietus existat,quia quandiu durat saltem moraliter congressio,etiam durat inuasio,& illatio ignominiæ nondum est moraliter in facto esse, sed tantùm in fieri.Ita Hurtadus, cui adde Layman *lib. 3.tract.3.part.3.cap.3 n.3.ver.idque sentiendum*,& hanc sententiam affirmatiuam speculatiuè probabiliorem esse docet Ioan.Dicastillus *de Iust. lib.2.tr.1. disp.10.dub. 7.n.79.* licèt in praxi negatiuam consulendam esse putet,cui ego libenter adhæreo.

RESOL. XIII.

An liceat Religiosis aliquando occidere calumniatorem crimina grauia de sua Religione spargentem?

Idem dicendum est de Clerico & Religioso in singulari, quando aliquis de illo grauia crimina spargit. Ex p.7. tr.10.& Misc.1.Res.28.

§ 1. TRactat hoc dubium nouissimè Amicus *tom.5. de iust. disp.36. sect.7. num.118.* vbi sic ait. Et si verum sit nullum dedecus esse Religioso, aut Clerico, si non armis, sed fuga propriam vitam contra in-

Sup. doctrina huius ref. lege oppositam in Res: seq.& infra

quod hoc ex Pes. 28. lege doctrinam § Hæ autem cursim post medium, vers. Imo ab eandem.

uasorem tueatur ; cùm prohibitum sit Religiosis , & Clericis arma tractare, *can. de his Clericis, distinct.* 50. & *alibi*; ac proinde ipsorum honor, etiam apud mundanos, non consistat in valore, & dexteritate, armis se contra hostem tuendi , sed potius in cultu Religionis reliquarumque Christianarum virtutum exercitio : negari tamen potest, quin saltem honorem, famámque illam, quę ex virtute & sapientia nascitur, quique verus honos est, iustè defendere Clerici ac Religiosi valeant , ac sæpiùs debeant : cum hic sit proprius professionis ipsorum, quem si amittant, maximum bonum ac decus amittunt. Nam per hunc redduntur summopere æstimabiles , & conspicui sæcularibus, quos sua virtute & sapientia dirigere, ac iuuare possunt; quo sublato, nec illos dirigere, nec iuuare poterunt. Ergo saltem hunc honorem poterunt Clerici, ac Religiosi cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam cum morte inuasoris defendere: qui interdum lege saltem charitatis videntur ad illum defendendum teneri, si ex violatione propriæ famæ integra Religio infametur. Vnde licebit Clerico, vel Religioso calumniatorem grauia crimina de se , vel de sua Religione spargere minantem occidere , quando alius defendendi modus non suppetat , vti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, ea vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicè , ac coram grauissimis viris impingere , nisi occidatur. Nam si in tali casu licitum est religioso, ne ipse occidatur, inuasorem prius occidere, si fuga non possit , quia nimirum ante se hostem habet, mortem euadere: licitum quoque eidem erit , ad vitandam grauissimam sui , suæque Religionis infamiam , si alius modus non suppetat , calumniatorem occidere. Nam quo iure licitum est sæculari, in tali casu calumniatorem occidere , eodem iure licitum videtur Clerico, ac Religioso, cùm in hoc Religiosus, & sæcularis sint omnino pares ; cùm non minus ius in talem honorem habeat Clericus, & Religiosus, quàm sæcularis in suũ; imò maius, quantò maior est professio, sapientia, & virtus, ex qua hic honor Clerico , & Religioso progignitur, quàm sit valor , & dexteritas armorum ex qua honor sæculari nascitur. Adde, quod vt *seq. sect.* probabitur, licitum est Clericis , ac Religiosis in tutelam suarum facultatum, furem occidere , si alius modus eas defendédi non superfit: ergo multò magis id licitum videtur in tutelam famæ & honoris ex virtute & sapientia consurgentis. Verum quoniam hæc apud alios scripta non legimus , nolumus ita à nobis sint dicta , vt communi sententiæ aduersentur, sed solùm disputandi gratia proposita maturo iudicio relicto penes prudentem lectorem. Huc vsque Amicus.

1. Sed vt verum fatear, quomodo potest admitti Religiosum posse cum morte alterius defendere non solùm honorem , & famam quæ ex virtute nascitur , sed etiam quæ ex sapientia ? & tamen hoc vltimum etiam Amicus admittit; non est igitur talis opinio admittẽda.

RESOL. XIV.

An Religiosi possint defendere suum honorem occidendo inuasorem ?

Ex quo aliæ difficultates deducuntur , pro firmanda doctrina dictæ quæstionis , sed iam omnes appositæ sunt in hoc ipsomet tractatu in suis specialibus. & latis Resolutionibus. Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. Res. 20.

Sup. hoc & hæc doctrina P. Amici in Res. præterita , & vide vers. eius annot.

§. 1. HAnc quæstionem , dubitatione tamen agitauit pro affirmatiua sententia Pater Amicus; Ego autem ea, qua decebat modestia, agendo cum viro sapientissimo, illam olim reprobaui , nunc verò Caramuel illam acriter defendit *in Theol. fundam. & fundam.* 55. §. 4. *num.* 1141. quærit vtrum digna sit aliqua censura, atque possit merito prohiberi ne imprimatur doctrina Petri Nauarræ *lib.* 2. *de restitut. cap.* 3. *à numer.* 37. & Sayri *l.* 6. *de censuris cap.* 7. *nu.* 23. sub illis terminis, sub quibus traditur à Francisco Amico *tom.* 3. *disp.* 36. *num.* 118.

Et respondit negatiuè, & postèà *n.* 1145. nominatim contra me inuehitur.

2. Sed ego non recedo à sententia quam docui , & quam nouissime approbauit sacra congregatio indicis, in qua Eminentissimi Cardinales post multa discussa, & audita, sententiam supradictam Patris Amici à suo opere deleri censuerunt, & eius tomum quintum inter libros prohibitos apposuerunt , vnde etiam contra talem sententiam acriter insurgit doctus , & pius pater Magister Lezana in suis eruditis consultationibus *consult.* 30. per totam, post adductas multas rationes *n.* 16. sic ait , dictum huius Authoris omninò videtur reprobandum , quatenus asserit licere Clerico, vel Religioso occidere calumniatorem grauia crimina de se , vel sua Religione minantem spargere. Et multò magis dum dicit tunc non videre suppetere alium modum defendendi honorem , quando calumniator est paratus infamare publicè , ac coram grauissimis viris religiosum vel religionem.

3. Primò quidem propter dicta , quæ in hoc puncto efficacius probant, cum multo minus sit minuti, etiam inuadere. Secundò , quia non licet occidere minantem mortem, vt benè Malderus *in* 2. 2. *tract.* 3. *cap.* 1. *dub.* 7. Diana *supra res.* 10. ergo multo minus licebit occidere minantem infamare. Tertiò , quia adhuc de communibus fidelibus loquendo, probabilissima sententia est, & in praxi sequenda, non licere occidere eum, qui paratus est falsum testimonium contra aliquem dicere, aut eum falsò apud iudicem accusare; etiamsi alio modo obuiari id non possit. Prout tenent Sotus, Cord. Salon, Turrianus, Sylvest. Vasquez , Lessius , Rodriquez, Coninch, quos referunt Cardinal. Lugo *de iust. & iur. tom.* 1. *disputat.* 10. *sect.* 7. Diana 3. *part. tract.* 5. *resolut.* 97. & 3. *part. tractat.* 4. *resol.* 7. & *part.* 8. *tractat.* 7. *resol.* 52. multis ergo minus licebit Ecclesiasticis, qui mansuetudinem Christi imitari debent , propter minas solùm infamiæ inferendæ, aliquem occidere. Quartò, quia ex communi DD. tunc solùm licèt occidere aggressorem in sui defensionem , quando id fit cum moderamine inculpatæ tutelæ , & tunc obseruatur hoc moderamen, quando spectatis circumstantiis loci, temporis, & personarum, nullum aliud medium supereſt ad euitandum illud damnum, quod iniustus aggressor infligere vult , nisi illum occidere ; tunc enim iura id permittunt *l. vt vim ff. de iust. & iure l. vim vi, & l.* 3. *qui cùm aliter ff. ad l. Aquil. c. signif.* 2. §. *vlt. de homicid. c. si verò primo, de sent. excomm.* vbi Alexander Papa dicit vim vi repellere , omnes leges, omniaque iura permittunt : Sed in casu prænes senti , & de quo hîc author , plures modi suppetunt ad euitandam ignominiam , & infamiam præter occisionem ipsius ; ergo non potest occidi ; minor patet, tum quia potest minator minas non implere, & ideò minæ solùm inducunt iustum metum, si fiant à tyranno, vel homine pestilentioso , Bartol. *in l.* 3. *ff. ex quibus causis ma.* vel à persona verisimiliter timenda, Glossa & Bart. *ibidem*, vel à persona potente, & consueta male facere, non si sit solita multa dicere, & pauca facere; nec si sit eluſor, cuius minæ non sunt timendæ, Bartol. *in l. metum , quod metus causa.* Vnde si is , qui minatus est fit abiecti , & demissi animi , non præsumitur contra ipsum , vt est textus *l.* 1. *C. quis imper. mald.* & ita communiter teneri dixit Imola *in l. final. col. penult. vers. vltimo inducit ff. de hæretic. instit.* quem sequitur Antonius Blanchus *in l. final. numer.* 18. *ff. quæstio.* & Menochius *de arbitr. iudic. cas.* 361. *numer.* 39. ac Mascardus *de probat. vol.* 2. *conclus.* 98. *num.* 9. & 10.

4. Tum

4. Tum secundò, quia potuit iste minari ex iracundia, minæ autem, quibus aliquis ita feruens, & iracundia impulsus vsus est, attendendæ non sunt, *l. 1. vbi Angel. C. si quis imper. maled.* facit *l. ob hæc verba ff. de his, qui no. infam.* traditur *in l. quod calore ff. de regul. iur. in c. si quis iratus §. notandum 2. q. 3.* Paris. *cons. 54. n. 32. vol. 4.*

5. Tum tertiò, quia esto quòd adimpleat promissum, nihilominus viri graues, regulariter loquendo, non præstant fidem detractoribus, maximè de personis Ecclesiasticis detrahentibus, sed potius cordatè, & maturè animaduertunt eos sæpè decipi, & decipere, inuidia & passione agi, rem exaggerare, & ex musca elephantem fingere, ac propterea timent illud Ecclesiast. 19. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur, idest erit modicus mente; vt ait Arabicus, vel amens, vt vertit Syrus. Non ergo propter vanum istum timorem de contrahenda infamia apud graues viros licere poterit Religioso occidere sic minantem.

6. Præterea quartò, quia esto quòd illi credant detractori; adhuc supersunt multa media ad tollendam hanc ignominiam; asserendo videlicet dixisse falsum, constare oppositum, esse maledicum, &c. non ergo ad tollendam illam suppetit vnicum solùm medium, scilicet mors calumniatoris; quæ alioquin est malum irremediabile, & priuatio maioris boni, quàm ignominia ipsa. Ad quod etiam quintò deseruit doctrina Suarez *in tom. de fide, spe, & charitate disputat. 13. de bello sect. vlt. numer. 5.* vbi inquit, quòd calumnia, quæ timetur inferenda Religioso non debet propulsari tam violenta, & truculenta vi, qualis est occisio suspecti calumniatoris, sed veritatis manifestatione.

7. Et hæc omnia docet Lezana contra Amicum, & per consequens contra Caramuelem, qui etiam videat Pasqualigum *in quæst. can. cent. 1. quæst. 32. & in Decisionibus moral. decis. 441.* in quibus locis sententiam à docto Caramuele defensam, impugnat; Sed quia de tali quæstione habemus Oraculum sacræ Congregationis, non est amplius de illa dubitandum.

RESOL. XV.

An liceat priuato homini occidere gladio, veneno, proditoriè, insidiis, aliove quouis modo Regem tyrannice dominantem: Ex p. 5. tt. 4. Res. 21.

§. 1. Dicunt aliqui primò, non licere priuata auctoritate occidere tyrannum, qui est legitimus dominus, & contrarium dicere est hæreticum, vt probat Castro *lib. 4 de Hæresibus, ver. Tyrannus*, & definitum est in Concilio Constantiensi *sess. 15.* Dicunt secundò, Tyrannus qui vi, vel fraude regnum inuasit, potest priuata auctoritate occidi, seruatis tamen duabus conditionibus. Prima est, si aliter non possit Respublica liberari à tyrannide. Secunda, si non timeantur maiora damna. Ratio est, quia talis non est verus Princeps & dominus subditorum, sed hostis. At hostem licet occidere tempore belli, ergo & Tyrannum. Consequentia patet, quia talis tyrannus gerit quasi continuum bellum cum Regno, vel Republica. Ita Henricus Strouersdoff. *de Iustitia, & iur. in 2. 2. D. Thom. 9. 64. articul. 3. q. 3.* Caietanus *in 2. 2. q. 64. artic. 3.* Salonius *ibid. controu. 1.* Sotus *de Iustit. lib. 5. q. 1. artic. 3.* Malderus *2. 2. D. Thom. tr. 3. c. 1. dub. 4.* Lessius *de Iustit. lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 7.* Molina *tom. 4. tract. 3. disp. 6. num. 2.* & ante omnes D. Thom. *in 2. sent. dist. vlt. q. 2. artic. 2. in corp. & ad 3. & lib. 2. de regim. Principum, c. 6.* Couarruuias *in lib. 4. Decret. de matrim. part. 2. c. 3. §. 4. num. 6.* & alij communiter.

2. Sed his non obstantibus mihi placet sententia Filliucij *tom. 2. tract. 28. cap. 1. numer. 14.* vbi docet, quòd si prædicta sententia intelligatur pro eo tempore, quo tyrannus aliquis inuaderet alienum regnum, & in ipso actu inuasionis, sic videtur opinio satis probabilis, nec vlli Principi præiudicium asserens, supponi enim deberet contra eiusmodi tyrannum subditos regni quod inuaditur, iure posse bellum agere, & se defendere ab iniusta inuasione, & cùm expeditior via soleat esse de medio tollere ducem aduersarij exercitus, si hæc executioni demandetur, non apparet in quo redargui possit. Si verò etiam extendatur ad eundem tyrannum qui inuaserit regnum, & retineat qualemcumque possessionem Principatus & administrationem, sic dubia & suspecta mihi est, & nemini iure consulenda, tum quia nullus deiici à possessione debet, nisi priùs audiatur, & iudicetur, tum quia euidentia patrati sceleris, quamuis accusationem & probationem non requirat, exigit tamen sententiam declaratiuam, ex glos. *in c. euidentia, de accus.* Tum denique, quia priuato cuiusque iudicio tam grauis res minimè concedenda est, sed publicum iudicium postulat, & tanquam vltimum remedium adhibendum, cùm alia non profuerint. Et hæc omnia Filliucius *loco citato*, quæ ante ipsum docuerunt Azorius *tom. 2. lib. 11. c. 5. q. 10.* & videtur etiam docere Syluius *in 2. 2. D. Tho. q. 64. art. 3. concl. 2.* vbi tunc ait, licitum esse occidere tyrannum, quando nullum habens ius ad Regnum illud per vim inuadit, seu occupat, loquitur igitur in ipso actu inuasionis, in quo etiam Filliucius & Azorius concedunt licere tyrannum interficere,

RESOL. XVI.

An in aliquo casu teneatur inuasus occidere aggressorem, & sub pœna peccati mortalis se defendere? Ex p. 5. tract. 4. Res. 14.

§. 1. Svprà satis visum est inuasum posse licitè occidere aggressorem, nunc videndum est an aliquando teneatur. Et quidem Sotus *de iust. lib. 5. q. 1. art. 8.* Syluius *in 2. 2. D. Th. q. 64. a. 7. quæritur 1.* Aragon. *in 2. 2. D. Th. q. 64. a. 7.* & alij asserunt, posse contingere casum vt teneatur inuasus sub pœna peccati mortalis se defendere; vt si Princeps, aut quæuis alia persona Reipublicæ perquam commoda ab impio aliquo & sceleste impeteretur, tunc enim prodigalitas esset vitæ suæ, non se iniuria, lacessitum defendere.

2. Sed hanc opinionem nouitiatis fundatam esse docet Petr. Binsfeldius *de iniuriis & damno dato. c. 1. quæst. 5. conclus. 7.* & inuehitur contra Sotum, quia cùm Scriptura hortetur nos ad ponendam vitam etiam pro inimicis, non distinguit de persona publica & priuata.

3. Verùm Soti sententiam ego puto cum Molina *de inst. tom. 4. tr. 3. disp. 14. n. 2.* probabilissimam esse. Dico igitur quòd quando aggressus persona esset, cuius vita multum Reipublicæ vel in spiritualibus, vel in temporalibus referret, teneretur sub reatu culpæ lethalis interficere aggressorem si posset, vt vitam suam conseruaret. Probatur, quoniam igitur de communi maximo bono, in cuius præiudicium non potest sine culpa lethali non conseruare suam vitam medio illo illicito, neque ad id censenda est facta ei facultas à Deo, cuius quod dominium est vita ipsius, nihil impediente damno inuasoris in quod sua culpa incidit. Idem videtur esse si ex eius morte sequeretur maximum detrimentum familiæ, vt vxori ac filiis, quos alere teneretur, quamuis enim cedere possit iuri suo, permittendo, se ab aggressore interfici, ne aggressor damnum mortis temporalis & æternæ incurreret, non tamen posset cedere iuri suorum, quibus vita ipsius est necessaria, & quibus ali-

menta educationem ac protectionem debet, quæ à vita ipsius pendent. In his omnibus consentit Sotus, &c. Hæc Molina.

RESOL. XVII.

An licitum sit occidere inuasorem, si ex eius morte sequatur notabile damnum Reipublicæ, quia est persona valde necessaria, vt si aggressor est Rex, Dux, &c?

Et an liceat absque censura cap. si quis suadente *percutere Pontificem pro defensione necessaria?* Ex p.5. tr.4. Res.2.

Sup. hoc in tom.9. tr.11. Res.6 §.Nec obstat. à lin. 7. vel. 8. à vers. docent. enim.

§. 1. NEgatiuè respondent communiter Doctores, & ideo Bannez *de iust.q.64. art.7. concl.2.* sic ait. Quando ex morte aggressoris sequitur notabile damnum Reipublicæ, tunc tenetur homo potius pati mortem, quàm occidere inuasorem cum tanto damno boni communis, & hoc ipsa natura nos docet; experimur enim quòd grauia elementa proprios motus deorsum obliuiscuntur, & ascendunt sursum, ne detur vacuum, quod esset maximum damnum vniuersi. Sed nihilominus dicimus, quòd si occiderit inuasorem defendendo propriam vitam cum moderamine inculpatæ tutelæ, non peccat contra iustitiam commutatiuam per comparationem ad inimicum occisum; sed peccat mortaliter contra charitatem, & pietatem, contra patriam, & insuper contra iustitiam commutatiuam per comparationem ad Rempublicam, cui maximum infert detrimentum. Ita ille.

2. Sunt tamen Doctores, quibus durus videtur hic sermo, & licèt fateantur heroicum fore permittere prius te occidi quàm occidas eo casu, v.g. te inuadentem Principem, dicunt tamen non te obligari ad eiusmodi duram conditionem; & ideo non desinam hìc adnotare Petr. Binsfeldium *de iniuriis, & damno dato, c.1. quæst.5. concl.6.* hanc sententiam mordicus docere, sic enim ait. Sexta conclusio. Contra quemcumque iniustè inuadentem licet se defendere, etiam occidendo cum debito moderamine, contra Dominicum à Soto *lib.5. de iust. & iure q.1.a 8.* qui existimat, quòd si aggressor esset Rex, vel Dux, vel alia persona Reipublicæ valde necessaria, inuasus autem esset persona valde vilis, cuius vita ad bonum commune parum referret, quòd tum inuasus ille charitate cogatur mortem potius ferre, quàm alteri inferre conclusionem tradunt Angel. *in ver. defensio, in princ.* S. Anton. *in 3.p.tit.4 cap.3.§.1.* Syluester *in ver. Bellum 2 q.5.* Aurea Armilla *in ver defensio, n.4.* dum volunt talem defensionem esse licitam contra quoscumque etiam Superiores & maiores. Vasquius *lib. Illustrium contr.c.18 n.8.* Marsil. *in d.cons.4.n.6* & Cardin. Zabarella *in Clem.1. de pœnis,* dum docent quòd licet absque censura excommunicationis, *c. si quis suadente,* percutere Pontificem pro defensione necessaria, & allegat Marsil. pro hac doctrina Innocent. *in c. quanta, de sent. excom.* & hæc communis est opinio, à qua non est recedendum, cùm non solùm lex naturalis dictet, sed omnia iura vim vi repellandam permittant, nec distinguant; vbi ergo leges & iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus per *l. de pretio, ff. de publ. in rem action.* gloss. Bartol. Alber. & alios ibidem. Cùm enim talis defensio sit iuris naturalis, conuenit vnicuique, vbique, semper, & contra quamcumque personam, vnde etsi persona sit publica, & Reipublicæ necessaria, si iniustè aliquem inuadat, inuasus potest se defendere, etiam occidendo, modò moderamen iustũ non excedat, si alius modus non sit elabendi, nec in hoc læditur charitas, quæ quando est ordinata, incipit à se ipso, ita vt possim vitam meam præferre vitæ alterius cuiuscumque personæ, & hæc omnia docet Binsfeldius *vbi suprà.* Quam sententiam antea docuerat Paulus Comitolus *in resp. mor. lib.4.q.10.n.15.* & Emanuel Rodriq. *in sum. tom.1. cap.220.n.8.* vbi ita asserit. [Por defender la vida licito es mater al Principe, porque aunque los vassallos deuen anteponer la vida del Principe à la suya propria, esto se ha de entender, quando està el Principe en estrecha necessidad puesto, no pudiendo huyr el peligro en que està; empero poniendose de su voluntad à este peligro, del qual si quiere se puede librar, no estan sus vassallos obligados à poner su vida al tablero por la suya. Verdad es, que si el Principe no solamente es bueno, mas aun es muy necessario para el Reyno, tanto que de su muerte probablemente se siguirian muchos males, en este caso haria vna obra heroyca el vassallo no se defendiendo, como lo dize Cord. *lib.1.qq.q.38.* contra Soto que le obliga a no matarle por su defension, porque poner obligacion a vn hombre que viendo la muerte al ojo, no se defienda della, es negocio graue.] Ita Rodriquez, Sed horum Doctorum sententiam in vno casu tantùm admittunt aliqui, quando inuasus à Principe, probabiliter sibi metueret ex subitanea nece periculum animæ. Ita Malderus *in 2.2.D.Thom.tr.1.c.1. dub.7. assert.3.* qui citat Sotum & Toletum. Verùm ego primam sententiam omnino tenendam esse puto cum Molina *tom.4.tr.3.disp.14.concl.2.* Lessio *lib.2.c.9.dub.8.n.42.* quando ex interitu Principis sequerentur bella ciuilia ob successionem.

RESOL. XVIII.

An qui inuaditur, possit se tueri cum periculo mortis alicuius innocentis?

Et quid, si innocens sit infans, & sine Baptismo moriturus?

Et an si inuasor tibi obiiciat innocentem tanquam clypeum suum, vt post cum latitans impune te interimat, & fugere non possis, tenearis mortem subire; vel possis inuasori, & innocenti inferre, cum moderamine te defendendo?

Et quid, si quis aggrediatur aliquem iniustè & alius se interponat, vt rixam diuidat, & ille ad fugiendum ictum rixantis protegat se retro hunc mediatorem, & sic ille ictum excipiat, & moriatur, an nullam culpam committat; dummodo ille non fuerit author rixæ, sed tota culpa, & pœna est inferenda in alterum, qui inuasit, &c? Ex p.5. tr.4. Res.34.

§.1. NEgatiuè respondet Samuel de Lublino *in summula casuum, ver. Bellum, num.3.* vbi sic ait. Qui de exercitu æquo fugit inimicum, & videt puerum, aut quemuis hominem in via iacentem, quem necesse est conculcare, aut si fugiens gradum sistat in manus inimici venire, non licebit eum conculcare, & occidere, ne ipse fugiens occidatur. Ratio est, quia puer iacens in via, vel dormiens, est iustus possessor viæ, locique communis, in quo iacet, sicut ille fugiens. Ergo iniustè alius scienter & actu directo eum proterit, vel occidit.

2. Nec licet occidere innocentem in casu, quo aggressor te inuadat, & occidere minetur, quem tu volens occidere non posses, nisi simul quemdam interimas, à cuius tergo aggressor semper exiliit, vt eo veluti quodam scuto se defendat, & nihilominus te de medio tollere affectet. Ita ille, & ante illum Sayrus *in Claui Regia lib.7. c.12. num.17.* & ex parte Petrus Nauarra *de restit. lib.2.c.3.n.135.* & Turrianus *in 2.2.q.2. disp.26. dub.2.n.28.*

3. Sed ego puto in his casibus posse inuasum occidere innocentem, si aliter vitam suam defendere non possit. Et quo ad primum casum ita docet Corduba *lib. q.38. dub.2.* & Lessius *lib.2.cap.9 dub.9. num.50.* & ratio est, nam iste ius habet ad fugam via publica, quo iure non potest priuari in tanto discrimine ratione infantis,

infantis,vel claudi,ibi fortè constituti , sicut si fugienti amens quispiam , vel ebrius se obiiceret , non teneretur cum certo vitæ periculo aliò deflectere : sufficit igitur in tali casu vt eam circumspectionem adhibeat, quam pro tempore & loco potest ne noceat , quòd si læsio , vel mors sequuta fuerit, non censebitur ab ipso intenta , sed solùm permissa : nam vtitur iure suo extremè sibi necessariò ea circumspectione , qua potest. Si tamen infans sine Baptismo esset moriturus,eo euentu lege charitatis teneretur potiùs se permittere occidi.

Sup.hac in tom.9.tr.13. Ref.6 §.Nec obstat. post medium , à vers. docent etiam

4. Quoad secundum casum etiam affirmatiuam sententiam teneo cum Maldero *in* 2.2. *D.Thom.tr.*3. *c.*1. *dub.*12. vbi sic ait.Si inuasor tibi obiiciat innocentem tanquam clypeum suum , vt post eum latitans impunè te interimat,& fugere non possis, non teneris mortem subire,sed putes inuasori & innocenti inferre cum moderamine te defendendo. Ita ille Rodriquez *in summa tom.*1.*c.*220.*n.*7.& alij.

5. Non desinam etiam hîc adnotare id quod docet Molina *tract.*3.*disp.*30.*num.*9.& Baldellus *tom.*1.*lib.*3. *disput.*26. *n.*13. quòd si quis aggrediatur aliquem iniustè,& alius se interponat,vt rixam dividat,& ille ad fugiendum ictum rixantis protegat se retro hunc mediatorem, & sic ille ictum excipiat, & moriatur , nullam culpam committeret, dummodo ille non fuerit author rixæ, nec moderamen excesserit , nec mediatorem per vim opposuerit ad ictum excipiendum , sed tota culpa & pœna est referenda in alterum,qui inuasit.

RESOL. XIX.

Quando quis interficit aggressorem , an liceat intendere mortem eius , vt medium ad sui defensionem ? Ex p.5. tr.4.Ref.16.

§.1. CAietanus *in* 2.2.*q.*64 *a.*7. Victoria *in relect. de homicidio à n.*17. Bannez *de iust. q.*64. *art.*7. *dub.*5.Syluius *in* 2.2.*q.*64.*a.*7.*quæritur.*5.& alij negatiuam sententiam docent. Antonius verò Cordubensis *lib.*1.*q.*38.Aragon.*in* 2.2.*q.*64.*art.*7.asserunt licitum esse scienter occidere inuasorem,& id confusè velle quomodo,Deus,scit,sibi licitum esse, neque oportet considerare qua intentione actualiter fiat.

2. Sed deferendo has Metaphysicas , duo cum Molina *de iust.tom.*4 *tract.*3.*disput.*11.*num.*4.posse aggressum per se intendere mortem aggressoris petendo ictu cor , aut iugulum aggressoris animo eum prosternendi ac necandi , quando videt ita sibi esse necessarium ad tutè euadendum manus illius. Ratio namque quam confecimus ad probandum nostrum communéque omnium assertum , sanè probat , posse velle ac intendere etiam mortem illius in sui defensionem conseruationémque suæ propriæ vitæ , tanquam in finem vlteriorem, quando iudicat mortem ad eum finem esse necessariam. Metaphysica verò,quam impugnamus,ad aliud non deseruit,quàm ad moralem doctrinam turbandam, ad erroneas conscientias in materia satis lubrica gignendas , lethalisque peccati scrupulos minimè necessarios illi iniiciendum,qui iustè ac licitè se defendunt,& ita docent etiam Philip.Faber *de rest.in* 4.*sent. dist.*15. *q.*3.*disp.*52.*c.*1.*n.*18. Rodriquez *in sum. tom.*1. *c.*220. *n.*3. Villalobos *in sum.tom.*2.*tr.*12. *diffic.*10. *n.*9. Soto *de Iust.lib.*5.*q.*1.*art.*8. Petrus Binsfeldius *de iniuriis & damno dato,c.*1.*q.*5.*concl.*3.& alij communiter.

RESOL. XX.

An liceat pro defensione pudicitiæ occidere inuasorem ?

Et additur posse illum , qui vi opprimeretur ab alio adiuuari,& ipsius adiutorem non peccaturum, etiam si occiderit aggressorem,seruato omni moderamine.

*Et an quis possit occidere inuasorem cum peccato notando,etiamsi sit Clericus,aut Religiosus,si aliter non possit se defendere?*Ex p.5.tr.4 Ref.36.

§. 1. VIdetur dubitare D.August. *lib.*1.*de libero arbitrio,c.*. vt obseruat Tannerus *tom.*3.*disp.*4. *quæst.*8. *dub.*4. *num.*68. Sed ipse meritò cum communi DD, sententia affirmatiuè respondet , quia, vt ait præsertim Syluius *in* 2.2. *D.Thom. q.*64. *art.*7. *quæritur* 9. *concl.*1. sic occidens vim vi repellit in re magni momenti , cùm pudicitia , secundùm se magis æstimetur, quàm multæ opes , præterquam quòd in ipsius violatione magnum sit peccati periculum, ne is qui vim patitur ob delectationem maximam tali actui coniunctam ad aliquem in eam consensum pertrahatur. Addunt aliqui posse illum, qui vi opprimeretur, ab alio iuuari, & ipsius adiutorem non peccaturum , etiamsi occideret aggressorem seruato omni moderamine , quia iure naturæ licet iuuare innocentem vim & iniuriam patientem. Si tamen illa cuius pudicitia tentatur nollet iuuari , sed in violationem consentiret , priuatus quispiam non posset pro ipsius defensione occidere violatorem , cùm enim illa consentiret , non pateretur iniuriam.

2. Sed non desinam hîc etiam apponere verba Rodriquez *in sum.tom.*1.*cap.*220.*n.*14.vbi sic ait.[Por defension de la castidad licito es matar al que acomete, assi lo tienen Corduba , y Mercado , y verdad es , que la muger acometida està obligada a resistir por otra via; porque no resistiendo sino con mucha tibieza , y floxedad,illicito le es à matar al acometedor,porque aunque peque,no peca contra justicia, pues ella consiente. no resistiendo como deue. Y Pedro de Nauarra añade que si esta muger calla,y no resiste,porque teme que resistiendo,lo que es secreto, se harà publico,aborreciendo con todo esto la carnalidad,le serà licitò à matar el acometedor . Lo qual tengo por muy probable,porque aunque por conseruar su fama , consientan en lo exterior en lo acto , empero en lo interior se le haze gran violencia por ella lo aborrecer , y por causa desta violencia se puede defender. De aqui se infiere , que puede vn hombre matar a otro , aunque sea clerigo o frayle acometiendole con el peccado nefando,no se pudiendodefender de otra manera.]Sic ille.

Sup.hoc melius,& magis late in tom. 5 tr.2.ref.19. §.Verum, &c.

RESOL. XXI.

An liceat occidere inuasorem , si inuasus fuerit in culpa, vt aggrederetur ipsum;vt adulter ex iniuria,quam facit marito,&c?

*Et obseruatur, quòd si adulter, vel lacessitor præuidit pericula mortis futura ex actione propria peccat certe peccato homicidij in corde suo, quando tale periculum præuidens , nihilominus statuit se in illo instituere. At vero in ipso periculo positus non amittit ius defendendi se.*Ex p.5.tr.4.Ref.3.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Villalobos *in sum. tom.*2.*tr.*12.*diffic.*10 *n.*7.Vega *in sum.tom.*1.*c.* 127.*cas.*11.Petr.Nauarra *de rest.lib.*2.*c.*3.*n.*361. Salonio *in* 2.2.*q.*64.*art.*7.*contr.*1.*concl.*2. Molina *to.*4.*tr.*3. *disp.*15.Bannez *de iust.q.*64.*art.*7.*concl.*3.vbi sic ait.Licitum est occidere inuasorem,etiamsi ille,qui inuaditur, fuerit in culpa priùs, vt alter aggrederetur ipsum. Etenim,v.g.adulter ex iniuria quam fecit marito,non amittit ius naturale defendendi propriam vitam. Præterea ipse inuasor iniuriam & vim facit , etiamsi priùs fuerit lacessitus factis,aut verbis;ergo licitum est vim illam &

Sup. hoc infra lege doctrinam Ref. 68.& pro irregularitate in hoc casu in alia ref. eius not.

iniuriam repellere. Et confirmatur à simili. Si meus proximus sua culpa & prodigalitate deuenit in extremam necessitatem, ego teneor illi succurrere: ergo etiamsi ego mea culpa me constituerim in illo periculo, non tamen poterit alter me occidere, & ego possum licitè me defendere. Obseruandum est tamen, quòd si adulter, vel lacessitor præuidit pericula mortis futura ex actione propria, peccat certè peccato homicidij in corde suo, quando talè periculum præuidens nihilominus statuit se in illo constituere. At verò posteaquam ipso periculo positus, non amittit ius defendendi se, imò tunc illi est maior ratio se defendendi, donec doleat de peccato, quod non est ita facile in illo conflictu & perturbatione animi. Ita Bannez. Et post illum Rodriq. *in sum. tom. 1. c. 220. n. 2.* vbi sic ait. [Puede cada vno matar al que le acomete, no pudiendo de otra manera librarse, aunque le aya dado ocasion para le acometer, llamandole cobarde, o desafiandole con palabras de afrenta. Esta conclusion tiene Mercado contra Nauarr. la qual se prueua; porque aunque el acometedor tuuo ocasion para salir, empero injusticia y pecado comete en ello. Y aunque la parte acometida hizo mal en darle ocasion tan vrgente, empero justamente se defiende; y assi si el que acomete lo haze justamente, como lo hazen los ministros de justicia, acometiendo a los delinquentes que dieron ocasion con sus delitos para ello, no es licito al acometido de defenderse. Y notese esta razon, porque es eficaz, y no responde a lo que trae Nauarro, porque se funda en vna autoridad de Cayetano mal entendida del, como lo aduierte Nauarra; Ni mi intento aqui es gastar tiempo en declarar a Cayetano, sino en declarar las razones que dan luz al Confessor.] Ita Rodriquez, quicquid in contrarium asserat Nauarrus *c. 15. n. 7.*

RESOL. XXII.

An liceat præuenire aggressorem, & eum, prius quam inuadat occidere? Ex part. 5. tr. 4. Res. 5.

Sup. hoc supra in ref. 5. §. An liceat, & infra lege duas Ref. seqq. & ex ref. 45. §. Notandum est. In principio

§. 1. NEgatiuè respondet Syluius *in 2. 2. D. Th. q. 64. art. 7. quæritur 6.* Præuenire enim inimicum non te inuadentem non est te defendere, nemini autem priuato licet alium occidere, nisi in necessariam defensionem: ergo non licet inimicum præueniendo ipsum occidere. Maior patet, quia defensio fit per repulsionem violentiæ, vbi autem necdum infertur violentia, ipsa non propriè repellitur. Confirmatur, qui præuenit inimicum dumtaxat paratum, nondum patitur vim; si ergo illum occidit, non dicetur vim vi repulisse, ac per consequens non occiderit vim vi repellendo. Cæterùm hæc non ita sunt accipienda, quasi is qui iustè est se defensurus teneatur expectare vt priùs percutiatur ab inuasore, sed rātùm dicimus, quòd non possit præuenire illū, qui solùm est paratus ad inuadendum, nullo autem modo inuadit, nec inuadere incipit; si verò inuasor aliquid agat quod meritò censeri possit aggressio, vel aggressionis inchoatio; inuasus potest se tueri moderatè, & si aliter euadere nequeat, potest ipsum interficere, Quando autem hoc sit, ex rerum, temporum, personarúmque circunstantiis iudicabit prudens Confessarius, neque potest vna quadam regula doceri. Ita ille: & ante illum Nauarr. *c. 15. num. 2.* & Salonius *in 2. 2. q. 64. art. 7. contr. 1. concl. 3.*

1. Sed affirmatiuam sententiam docet Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 12. n. 2.* vbi probat quòd quando aliquis nondum aggreditur homicidium, aggredi tamen & exequi illud decreuit, fas esse illum interficere, antequam aggrediatur, quando nisi ita interficiatur, periclitetur vita eius quem aggredi decreuit, qui vel postea non effugiet eam mortem, vel maximum est periculum quòd eam non effugiet. Dicendum est igitur ad dubium propositum, fas esse interficere eum, qui non interficere decreuit, quando aliter non patet via euadendi mortem, grauéve periculum mortis, quod nequitia illius ex decreto nobis imminet, siue qui id ita decreuit, dicendus iam aggressor sit, siue non, id enim quæstio est de vocabulo. Huius sententiæ videtur esse Conar. *Clement. si furiosus. part. 3. §. vn. n. 3.* cum multis aliis, quos citat. & Tullius *in orat. pro Milone*, vbi ait. Obliuiscì non potestis iudices, insidiatorem iure interfici posse. Eam verò apertè probat ratio, quam præcedente disputatione confecimus, Vnicuique enim id licet efficere iure naturali, quod alterius nequitia medium est effectum necessarium ad suæ propriæ vitæ conseruationem, nihil impediente, quod id sit auferre ab illo alio vitam, eo quòd charitatis ordine præferre vnusquisque possit conseruationem suæ vitæ propriæ, vitæ alterius, præsertim quando nequitia illius alterius factum est id medium necessarium ad propriam vitam conseruandam, quo fit, vt quando iniusto alterius decreto, quo iniustè auferre decreuit ab illo vitam, factum est, huic medium necessarium ad suam vitam conseruandam, eámve à verisimili mortis periculo eruendam, illum anteuertere interficiendo illum priùs, licitum id huic sit, siue ille alius ob id decretum dicendus sit aggressor, siue non. Neque enim idcirò fas est interficere iniustum aggressorem, quia aggreditur, sed quia aggressione constituit iniustè in discrimine vitam aggressi, ita vt nulla alia pateat via ad eam eruendam ab eo periculo, nisi illum interficiendo: quo fit vt si solo decreto, aut quacumque alia ratione similiter ponat quis iniustè vitam alterius in discrimine, neque alia pateat huic via ad eam ab tali discrimine eruendam, quàm illum interficiendo, possit licitè eum interficere. Et hæc omnia docet Molina *vbi supra*, ex qua doctrina solues aliqua dubia in particulari. Quæro igitur.

RESOL. XXIII.

An si Petrus per famulum, vel siccarium statuit Paulum occidere, licitum sit Paulo, si non habeat vllam spem euadendi præuenire, & occidere Petrum?

Et in textu huius Resolutionis alij casus in exemplum adducuntur, in quibus quis potest præuenire, & occidere. Ex part. 5. tr. 4. Res. 6.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Malderus *in 2. 2. q. D. Th. tr. 3. c. 1. dub. 7. assert. 1.* vbi sicait. Veriùs videtur si dominus vocet famulum vt te occidat, non tibi licere dominum nece præuenire, quicquid nonnulli dixerint, famulum tamen, qui iussus iam accederet, aut in insidiis positus reperiretur, liceret præuenire, imò etiāsi solùm separaret, modò aliud nō sit effugiū. Sicille etiāsi solùm separaret, modò aliud nō sit effugiū. Sicille & post illum Syluius *in 2. 2. D. Th. q. 64. art. 7. quæritur 5.*

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Bannes *in 2. 2. q. 64. a. 7. concl. 2.* vbi sic asserit. Postquam iam aggressor fecit aliquam actionem parando mihi insidias, quas ego aliter effugere non possum, nisi occidendo illum, tunc licitum est mihi medio tempore, antequam meum instet damnum, occidere insidiantem, etiamsi pro tunc quietus sit. Ratio est, quia tunc, propriè loquendo, est defensio vitæ meæ: nam profectò, moraliter loquendo, ille est actualis aggressor, & sic, v. g. potest mulier adultera occidere maritum, de quo certa est, quòd iam habet vel venenum paratum, vel gladium, aut aliquod simile; tunc enim vim repellit, moraliter loquendo, quamuis physicè pro tunc ipse maritus nihil agat. Similiter licitum esset mihi occidere hominem qui vocat seruum vt me occidat, si non habeam aliud medium,

quo

quo vitam seruem incolumem. Item si quis vadit vt soluat, vel irritet canem contra me, licitum est mihi illum occidere antequam soluat canem. Hæc Bannes, & post illum nouissimè Iacob. Marchantius *in summar.qq.pastoralium ad Decal.c.5.q.2.casu 3.* & Io.Franc. Suarez *in Enchirid.casuum conscienc.lib.7.ver.homicidium.* §. 7. vbi sic ait. Parantem te occidere omnino, potes prius occidere, quàm inuadaris, si aliter euadere non potes. Ita ille. & Reginaldus *in praxi tom.3.lib. 21.c.5.n.57.* Si famulos voces ad me occidendum,nec aliter saluus esse possum quàm te occidendo,possum te occidere.

3. Et tandem ex schola S. Thom. hanc sententiam docet enim Ioan.de la Cruz *in direct.conf.p.1.præc.5. q.1. dub.5.* vbi sic ait. Intelligitur conclusio etiam ante actualem aggressionem,quia etsi non possimus præuenire occisionem eius, quem timemus fore inuasorem;at si iam fecit aliquam actionem in ordine ad aggressionem vt parando insidias, ensem acuendo, aut si iam sit animo paratus ad id,si aliter non possum fugere,licitè eum occido antequam instet meum damnum, quia tunc moraliter loquendo, iste est inuasor, & ego mei defensor. Ita ille.

4. Verùm Lessius *lib.2.c.9.dub.8.n.46.* & Syluius *in 2.2 D.Thom.q.64. art.7. quæritur 6.* asserunt in praxi hanc sententiam difficulter practicari posse,ob periculum abusus,& quia perrarum est vt non suppetat alia ratio mortis euadendæ.Sed ego in hoc tractatu intendo solùm proponere speculatiuè varias sententias Doctorum circa dubia occurrentia, munus postea prudentis Confessarij erit maturè consideratis omnibus circumstantiis, hanc, vel illam opinionem in praxi pœnitenti consulere.

RESOL. XXIV.

An reclusus in aliqua domo videns inimicum ad occidendum eum expectare,possit præuenire, & interimere illum,si aliter saluari non possit ?

Et in exemplum præditæ quæstionis apponitur, an vxor, quæ videt maritum qui pugionem condidit sub ceruiculo, vt eam interficiat, si aliud non supereſt remedium,an possit illum præuertere ?

Idem est dicendum de illo, qui alteri parauit venenum.

Ex part.5. tract.4 Resol.8.

Ad fiendā doctrinam huius Resol. lege duas præcedentes Resol. & supra ex Resol. §. An licet.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Salonius *in 2.2. tom.1.q.64.art.7.contr.1. concl.3.* & Syluius *in 2.2. D. Thom.q 64.art.7. quæritur 5.* quia nunquam licitum est præuenire inimicum,quantumuis paratum, donec actu inuadat,& aggrediatur.

2. Sed contrarium docent Doctores citati in superiori resolutione,& in terminis,vt dici soler,terminantibus affirmatiuè ad hunc casum respondet Azor. *to.1. lib.2.c.1.q.12.* Reginald. *tom.2.lib.21.c.5.n.57.* vbi sic ait. Si accedas catapultam displosurus ad me occidendum, nec possim aliter mortem euadere nisi præueniam occidendo te,possum præuenire, quia erit defensio vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ. Similiter si nondum accedis quidem, tamen iam es ad occidendum instructus neque sic conclusum, obsessúmque tenes,vt non possim euadere, nisi te occidendo præueniam.Ita ille. Idem etiam docet Pitigianus *in 4. sent. tom.2.dist.15.q.1.art.2* vbi ita asserit. Si quis reclusus in domo viderit inimicum insidias parantem vt eum interficiat, quando exiret, potest, si aliud remedium euadendi non habet, antequam è domo exeat, inimicum occidere.

3.Hinc Lessius *lib.2.c.9.dub.8. n.45.* ait. Si nondum accedis, tamen instructus es ad inuadendum,nec possum euadere, nisi præueniam, tunc enim possum præuenire, & ponit exemplum de marito, qui pugionem condidit sub ceruicilo vt vxorem interficiat, quem vxor, id certò sciens, si aliud non supereſt remedium, potest præuertere. Et idem docet de eo, qui alteri parauit venenum,potest enim illud ex industria conuerti in auctorem,si alia ratio euadendi non superfit;& hæc duo exempla ponuntur & admittuntur communiter à DD. licet de illis dubitet Syluius *vbi suprà.* Sup. hoc in ref.,præterita §. 2. ad medium.vers. & sic v. g.

4. Ex his infertur rectè ex Iasone & Alexandro de Næuo, Iulium Clarum *in pract. lib. 5. §. homicidium n.33* adnotasse, quòd qui præparabat offendere, iustificatum fuit impunè potuisse occidi;sed pro casibus particularibus absolutè quærendum est.

RESOL. XXV.

An qui minatur mortem verbis solis,liceat eum occidere?

Ex part.5. tract.4.Resol.10.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Ioan.Franc. Suar. *in Enchir. casuum conse.lib.7. ver.homicidium,§.7.* si talis solitus sit minas executioni mandare ; vnde ex Afflicto & aliis obseruauit Iulius Clarus *in pract.crim.lib.5.§.Homicidium, n.33.* absolutum fuisse quemdam Nobilem, qui alium sibi minantem interfecerat. Sup. hoc suprà in Resol. 14 §. Primò quidem cursim à lin.3.

2. Verùm ego contrarium teneo cum Maldero *in 2.2. tract.3. cap 1. dub.7.* vbi sic ait. Si quis tibi minetur mortem verbis solis, non licet eum occidere : igitur affirmatiua sententia procedit forsitan in foro exteriori.

RESOL. XXVI.

An liceat clam occidere eum, qui in iudicio conatur aliquem calumniis opprimere, in causa magni momenti ?

Et part.3. tr.5.& Misc.1.Resol.98.aliàs 97.

§.1. AFfirmatiuam sententiam tenet Bannez *in 2. 2.q.64. art.7. dub.4. concl.2. & in respons. ad 2.* P.Nauarra *de rest. lib. 2. n. 289. & 290.* Sanch. *in sum.tom.1. lib.2.c.39.n.7.* & alij;quia hoc non tam est occidere,quàm se defendere. Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & infra in Resol.45.§. Notandum: paulo post initium vers. Imo.& suprà ex doctrina Resol.14.§ Primò quidem à lin.6. vers. Tertio.

2. Sed,etsi spectato solo iure naturæ, non sit improbabile,quando inter duos lis agitur siue criminalis,siue ciuilis,modò hæc sit magni momenti,& vnus conetur falsis instrumentis,aut testibus subornatis innocentem opprimere, hunc, si id ipsi certò constet, posse alium secretò interficere, si id possit commodè facere, nec alia sit ratio euadendi periculum, quod ipsi ab alio iniustè imminet, quia hæc occisio habet rationem iustæ defensionis,contra iniustum inuasorem. Etsi, inquam, hoc spectato solo iure naturæ, non sit improbabile ; tamen credo iure positiuo posse id prohiberi, atque adeò de facto esse prohibitum ac legem prohibentem homicidia ad hunc casum extendi posse. Vsu enim videtur receptum, vt in quauis Republica benè constituta,talis occisor deprehensus, morte puniatur, nec credo vllibi admittendam esse excusationem, quod id ob necessariam sui defensionem fecisset,& meritò;nam si eiusmodi exceptio admitteretur,grauissimi inde sequerentur abusus. Cùm enim litigantes communiter sibi persuadeant,se habere certum ius,quoties viderent esse periculum, ne causa caderent, facilè sibi persuaderent, se aduersæ partis machinationibus iniustè oppressi, eúmque conarentur clàm occidere, & sic infinitis cædibus daretur occasio. Quare meritò ius positiuum, eiusmodi cædes, etiam in casu quo fortè iure naturæ, aliàs essent licitæ, prohibet, ac morte punit. Et ita hæc omnia docet Ægidius de Coninch *de actibus su-*

pernat. disp.32.dub.2.n.12. vide etiam Syluium *in 2.2. D.Thomæ q.64.art.7.quæritur 6.*

RESOL. XXVII.

An liceat occidere falsum testem euntem ad testificandum contra aliquem?

Et quid est dicendum de accusatore?

Notatur, quod hoc extenditur, non solum quando falsus testis, vel accusator impeteret in iudicio vitam alicuius, sed etiam bona temporalia. Ex part. 5. tr.4. Res.7.

Sup. hoc in Res. præterita, & signanter in Res. seq. & infra in Res. 45.§. Notandum. paulo post initium, vers. Imo. & supra ex doctrina Res.14.§ Primo quidem, à lin.6.vers. Tertio.

§.1. NEgatiuè respondet Turrianus *in 2.2. tom.2. disp.27. dub.2.n.10.* Salonius *in 2.2.q.64. art.7.contr.1.concl.3.* Corduba *lib.1.q.38.dub.1.* Sotus *lib.5.q.1. art.8.* Syluius *in 2.2.q.64.art.7. quæritur 5.* & Malderus *in 2.2.tract.3. c.1.dub.7.* quia talis testis non potest dici inuasor, licèt contra ius faciat falsum deponendo, sed non contra ordinem iuris, est enim de ratione aggressionis vt contra ordinem iuris iniuriam inferat, id est, propria auctoritate: iste autem non propria auctoritate, nec vt priuata persona, sed per iudicem seruato iuris ordine occidit, licèt iniquè. Ergo,&c.

2. His tamen non obstantibus non desunt Doctores affirmatiuam sententiam tenentes, vt Io. Franc. Suar. *in Enchir.cas.conse.lib.7.homicidium,* §.13. vbi sic ait. Licet occidere testem euntem ad testificandum falsum contra me, vbi agitur ad mortem, nihil enim differt armis, vel alia iniusta via me inuadat, si certò scio gladio oris eius me fore occidendum. Sic ille. Idem docet Bannez *de iust.& iur.q 64.art.7.dub.4.concl.2* his verbis. Similiter dico quod si is qui vadit ad iudicem, fuerit admonitus,& noluerit retrocedere, poterit is, qui iniuriam patitur,& occidere illum, defendendo se, vel sua, si aliter non potest: quam sententiam tenet etiam Tannerus *to.2. disp.4. q.8. dub.4. n.83.* Strouersdorf. *in 2.2. D.Th. qu.64. art. 7. concl. 5.* Reginald. *tom.2. lib.21.c.5. n. 57.* tanquam probabilem defendit Petr. Nauarra *de restit.lib.2.c.3.r.357.& seq.* vide etiam Vegam *in summa tom.1.c.127. cas.11.*

3. Quod autem dictum est de teste, Marchantius *in summar.resol pastoralium ad Decal.c.5.q.2. cas.4.* Molina *de iust.tom.4.tr.7. disp. 12.n.1.* & Bannez *vbi supra,* docet etiam de procuratore si falsis criminationibus, vel falsis testibus vitam alicuius in iudicio impeteret, nec alia sit ratio effugij, nam in tali casu licitum esset eum occidere, & idem Bannez docet *de Accusatore,* qui contra iustitiam legalem pandit crimen occultum, sic enim ait. Sed rogat quis, quid agam ego, si quis vadit ad me accusandum de crimine vero, sed occulto, ex cuius accusatione mihi certum periculum creatur mortis, vel infamiæ? Respondetur quòd si ille non habet ius ad me accusandum, neque procedit secundùm iustitiam legalem, ita me possum defendere ab illo, sicut ab imponente falsum crimen. Ita Bannez, & post illum Hurtado de Mendoza *in 2.2. disp.170. sect. 8. §. 62.* Nota etiam quòd Bannez hoc extendit non solùm quando falsus testis, vel accusator impeteret in iudicio vitam alicuius, sed etiam bona temporalia; nam, vt infrà videbimus, licitum est cum aliquibus circumstantiis pro defensione rerum temporalium inuasorem occidere.

Infra in Res. quæ hic prima post seq.

4. Aduertit tamen quod Rodriquez *in sum. tom.1. c.220.n.18.*& Lessius *lib.2.c.9. dub.8. n. 47.* putat in praxi hanc opinionem non esse admittendam, ob incommoda, quæ ex ea sequi possunt; sed Bannez respondet, hæc incommoda non prouenire ex ipsa doctrina, sed ex hominum malitia litigantium, qui non prudenter examinabunt circumstantias, in quibus licitum, est falsum accusatorem, vel falsum testem occidere. Sed vt verum fatear, circa præsentem quæstionem placet mihi opinio Coninch, quam adduxi *in p.3.tr.5. resol.97.*& quam etiam, me citato, obseruat nouissime Ioan. Escobar *p.2.de puritate & nobilitate probanda q.1.gloss.4.n.14.* quamuis ipse in rigore putet affirmatiuam sententiam esse veram, licèt non consulendam.

RESOL. XXVIII.

An liceat occidere accusatorem, vel saltem, qui falsis calumniis conatur per iudicem aliquem interficere, infamare, aut bonis priuare, si non adsit alia via euadendi?

Et an licitum sit occidere eum, qui detractionibus nititur graue damnum inferre, & infert, nisi occidatur, quamuis defectus, qui detractione publicatur, sit verus, si sit occultus; & aliqua alia circa hoc inferuntur, & explanantur?

Et quid, si falsis calumniis quis vellet te apud consanguineum infamare, ne tibi hæreditatem relinquat, &c?

Et an licitum sit præuenire, seu occidere eum, qui paratus est iniustè inuadere, etiam si esset via euadendi deserendo Patriam? Ex part.8. tr.7.& Miscel.Res.51.

§.1. PRo opinione affirmatiua adduxi aliquos Doctores *in part. 5. tr. 4. resol.7.* meam tamen sententiam non explicaui; & hoc non obstante scio quendam Iurisconsultum contra me obmurmurasse, sed immeritò: dico igitur nunc affirmatiuam sententiam esse satis probabilem, quam me citato, nouissimè tenet Eminentissimus Lugo *de iustit. disp.10. sect.7.n.165.* & P.Dicastillus *de Iustit.lib.2. tr.1. disp.10. dub.9.n.117.* vbi sic ait: Vtrùm autem liceat præuenire occidendo illum, qui falsis testibus iam subornatis in me oppugnat in iudicio, vt necesse sit me occidi, aut infamari, aut bona mea amittere, non omnino consentiunt Auctores. Negat Less. *suprà n.47.* & aliqui alij. Affirmat Bannez *suprà concl.2.* quam sententiam probabilem etiam putat Petrus Nauarra *lib.2. c.3.n.361.* & alij, qui speculatiuè quidem putant hanc sententiam esse veram, aut valdè probabilem; qui enim falsum deponens sic me oppugnat, videtur me occidere alieno gladio, vel me iniustè infamare, aut bonis priuare. In praxi tamen tutius esse putant tueri sententiam Lessij & aliorum, quia homines facilè crederent se per calumniam accusari, neque aliud esse refugium præter mortem accusatoris, indéque pateret aditus infinitis homicidiis; tum, quia qui falsum testimonium dicit in iudicio, non censetur aggressor vitæ, aut vim inferre, sed committere iniustitiam, quæ ex sua natura puniri potest à iudice.

2. Hæ tamen rationes mihi omnino displicent. *Prima,* quia non nititur in ipsa rei natura, sed in passione, aut cæcitate mentis hominum, qui si imprudenter agant, vel temerè iudicando aduersarium iniustè deponere apud iudicem, vel non esse aliud medium euadendi, non id officit veritati opinionis, quæ tantùm loquitur in casu, in quo vtrumque certò moraliter constet, & quòd iniustè oppugnetur in iudicio, & quòd non sit alius modus euadendi. In quo casu mihi videtur valdè probabilis sententia. *Secunda ratio* multò magis displicet; negandum enim est non censeri aggressorem aut vim inferre eum, qui falsum testimonium dicit in iudicio; tunc enim apertè vim infert, &c. dolum contra alterius vitam adhibendo causam sufficientem ad occisionem innocentis, cùm posito illo testimonio falso, & falsa probatione necessariò sim vel vita, vel fama, & honore, vel bonis spoliandus. Itaque placet mihi

mihi sententia Bannez. Hucvsque P. Dicastillus, cui adde Hurtadum *de Iustit. disp.*11. *diffic.*11. vbi ita asserit: Secundò constat licitum esse occidere eum, qui apud iudicem falsa accusatione, aut falso testimonio, quamuis alieno nititur, grauiter in honore lædere, & re vera lædet, nisi occidatur, in quo DD. ob rationem dictam communiter conueniunt. Imò ob eandem licitum esse occidere eum, qui detractionibus nititur graue damnum inferre, & inferet, nisi occidatur, vt aduertunt Petrus Nauarra *n.*375. & Bannez *q.*64. *art.*7. *dub.* 4. qui addit id esse verum, quamuis defectus, qui detractione publicatur, sit verus, si sit occultus; quia etiam tunc eum defectum pandendo fit grauis iniuria. Ita Hurtadus. Et *diffic.* 7. sic ait: Non solum est licitum præuenire, seu occidere eum, qui parat, vt per se ipsum occidat, sed etiam eum, qui parat, vt per alterum, vt per sicarium, occidat, quia moraliter idem est conari ad id per se, aut per alterum. Imò, vt Bannez *q.*64. *art.*7. & alij contra non paucos aduertunt, etiam esse licitum occidere eum, qui per iudicem parat mortem iniustam media accusatione, aut testimonio falso, quamuis alieno, quod nobis non displiceat, quando non potest alia via mors illa iniusta vitari, quia etiam qui sic parat, infert vim per alterum, nemper per iudicem. Ita ille.

Quoad hoc lege supra doctrinam Res.13. & alterius eius annot.

Sup. hoc supra in res.13. & vide alias eius primæ not. & infra res.45. §. Notandum.

3. Vnde ex his infert Cardinalis de Lugo *loco citat.* si falsis calumniis vellet te aliquis apud consanguineum infamare, ne tibi hæreditatem relinquat, ex qua tua vita, & totius tuæ familiæ dependet, nec aliter posses damnum illud effugere, licitum esse talem impostorem occidere: sed in praxi vix potest occurrere casus, in quo hæc omnia necessaria & licita esse possint.

Sup. hoc supra in Res.4. §. sed omnino circum ad medium, vers. sed nec.

4. Notandum est etiam hîc obiter quod Hurtadus *loco citato de Iustit. disp.*11. *diffic.*7. docet licitum esse præuenire, seu occidere eum, qui paratus est iniustè inuadere, etiamsi esset via euadendi, deferendo patriam: nam ait, hanc viam esse admodum duram ipsi inuaso, & ideo ad id non teneri: & hoc secundum mentem Hurtadi dictum sit.

RESOL. XXIX.

An licitum sit occidere inuasorem pro defendendis propriis bonis?

Et an hoc liceat Clericis, & quid de Religiosis?

Et an licitum sit occidere, v.g. sagitta, vel catapulta furem, si cum re furata fugiat, quia inuasio rei durat, donec se in tuto recipiat?

Et an ad defendendam rem propriam, vt quis interficiat, non solum sit necessarium, vt res illa aliter non possit recuperari, sed vt non possit aliter custodiri, etiamsi possit postea recuperari? Ex part.5. tr.4. Res.17.

Sup. hoc supra in Res. 17. lege vltimus lin. §. Quodautem.

§. 1. ID non licere in conscientia, sed solùm permitti impunè iure humano, tenet Accursius, & alij quos citat Nauarrus *in Man. c.* 5. sic etiam tenet Archidiac. & Panormitanus, quos citat Syluester *ver. Homicidium*, 1. *q.*4. & idem sentire videtur Tabiena *ver. Homicidium*, *q.*7. & *ver. Irregularitas* 2. *n.*25. & negant absolutè Ioan. Gerson. *in tract. de Euchar.* Augustin. de Ancona *opusc. de auctoritate Ecclesiæ*, & Abulens. *in c.*15. *Matth.* & ratio est, quia ordine & lege charitatis vita proximi corporalis præponenda est bonis nostris externis; ergo pro illorum defensione nefas erit proximum interficere. Et ideo Felinus *in c.* 2. *de Homicidio*, *post n.*4. ex communi sententia affirmat, non licere de iure Canonico occidere furem pro seruandis rebus suis.

2. Verùm contrariam sententiam tenent communiter DD. & ita docet Tannerus *tom.*3. *disp.*4. *q.*8. *dub.*2. *n.*81. qui citat Syluestrum, Nauarram, Sotum, Valentiam, Aragonium, Bannez & Lessium, quibus ego addo Turrianum *in* 2. 2. *tom.*2. *disp.*27. *dub.*2. *n.*15. Marchantium *in summar. resol. pastor. ad Decal. cap.*5. *q.*5. Baldellum *tom.*1. *lib.*3. *disp.*26. *n.*10. Laymann *lib.*3. *sect.*5. *tr.*3. *part.*3. *c.*3. *n.*4. Petrum Binsfeldium *in comment. de iniuriis, & damno dato, c.*1. *q.*5. *concl.*3. Molinam *tom.*4. *tract.*2. *disp.*16. *n.*1. Azorium *tom.*3. *lib.*2. *c.*1. *q.*19. & Filliucium *tom.*2. *tr.*10. *c.*3. *n.*36. vbi docet, absolutè loquendo, quòd etiam pro bonis suis temporalibus defendendis, si alicuius momenti sunt, & aliter recuperari non possint, licitum est inuasores fures occidere. Et ratio est, quoniam bona externa sunt media ad sustentationem vitæ, ac ad status honorisque conseruationem. Ergo sicut pro defensione vitæ licitum est occidere aggressorem, ita etiam pro defensione bonorum externorum, quæ vitæ conseruationi deseruiunt; hinc res externæ dicuntur sanguis & vita hominis, vt docet glossa iuncto textu *in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuer. iudic.* Et hæc opinio non solùm est vera quoad laicos, sed etiam quoad Clericos, contra Rosellam *ver. Homicidium*, §.3. Panormitan. *in cap. Suscepimus, de homicidio.* vt asserit Molina *vbi suprà*, & alij, & patet *in cap. olim*, 1. *de restit. spoliat.* vbi fundatur, licitum esse etiam Clericis res suas defendere, & in earum defensione occidere, si id necessarium foret. Sed difficultas est quoad Religiosos. Petrus Binsfeldius *vbi supr. concl.*4. ex D. Antonino negat id licitum esse Religiosis, quia non possunt habere proprium: ergo non possunt gaudere iure defensionis rerum externarum, vt laici & Clerici. Verùm ego affirmatiuam sententiam teneo cum Tannero *to.*3. *disp.*4. *q.*8. *dub.*4. *n.*77. Syluio *in* 2. 2. *D. Thom. q.*64. *art.*7. *quæritur* 8. Lessio *lib.*2. *c.*9. *dub.*11. *n.*72. & Maldero *in* 2. 2. *D. Th. tract.*3. *cap.*1. *dub.*13. Becano *in* 2. 2. *D. Th. tom.*2. *q.*7. *de homicidio, concl.*2. *n.*5. non enim refert quòd Religiosi non habeant proprium, vnusquisque enim habet ius defendendi non solùm ea, quæ possidet propria, sed etiam ea, quæ possidet in communi, vel quorum vsus, aut custodia ipsi est commissa. Restat modò respondere ad argumentum adductum pro contraria sententia. Dico igitur quòd etsi vita proximi præferenda sit bonis temporalibus, quando ex natura rei id contingit, tamen si id proueniat ex malitia inuasoris, non est necesse, sed in casu, de quo loquimur, ex malitia inuasoris id accidi: ergo, &c.

Sup. contenta to in hoc §. in Res. seq.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Couarruuiam *in Clement. si furiosus. part.*3. §. *vnico, n.*6. esse licitum occidere, v.g. sagitta vel catapulta furem, si cum re furata fugiat, quia inuasio rei durat donec se in tutum recipiat, vbi quietè possidere incipiat, & quia nisi id licitum esset, defensio rerum maxima ex parte esset inutilis, possent enim fures quodlibet rapere, & statim fuga se proripere, in fuga enim, secundùm opinionem Couarruuiæ, essent tuti. Ita Doctores citati.

4. Notandum secundò, quod aliqui asserunt, vt ad defendendam rem propriam quis interficiatur, non solùm esse necessarium, vt res illa non possit aliter recuperari. Verùm Henricus Strouersdorf *de iust. & iur. in* 2. 2. *D. Th. q.*64. *art.*7. *concl.* 3. probabilius putat aliquando sufficere, quòd non possit aliter custodire, etiamsi posset postea recuperari, quia nemo videtur obligatus esse pati rem sibi eripi, propter ea solùm, quòd postea recuperari poterit, quia non solùm habet ius recuperandi, sed custodiendi, & retinendi quod suum est. Ita ille. Sed tu cogita.

RESOL. XXX.

An fure equo insidente, & aufugiente cum rebus furatis possit Dominus ignito globo, vel sagitta illum interficere?

Et aduertitur etiam esse licitum eum occidere iamquietè habentem

habentem rem alienam in domo sua, si Dominum rei ingredientem ad eam recuperandam impediat, si Dominus nequeat iuridice rem suam recuperare, vel si possit, non tamen absque magnis expensis, & molestiis. Ex part.8. tract.7. & Misc. Res.47.

Sup. hoc in Res. præterita §. Notandum est etiam.

§.1. NEgatiuè respondet Ioannes Harprechtus *in comment. de instit. Iustin.tom.4.tit. de publicis iudiciis,§. Item lex Cornelia, n.*195. vbi sic ait. Est perelegans quæstio, vtrùm furem equo proprio, vel meo sibi surrepto insidentem, & cum rebus meis aufugientem, ac quodammodo auolantem,si aliter eum assequi, & apprehendere, vel res meas recuperare non possum,sagitta, & globo tormentario transuerbare,& transfigere, atque ita impunè occidere permittatur? Sed non impunè permissum illud esse,firmiter statuendum est,argum. *l.si ex plagis* 52. §. *Tabernarius* 1. *sub fine.ff.ad l. Aquil.*& similium allegatarum suprà *n.*173. Neque enim fur iste telo se defendit, nec nocturnus est, nec alium aggreditur; sed potiùs fuga sibi salutem quærit: ac proinde licitè occidi non poterit. Sed & planè impium est, bona temporalia, licèt in oculis & opinione hominum pretiosa fuerint,reuera tamen fragilia & caduca hominis ad imaginem Dei creati, occisione atque sanguine redimere & recuperare velle. Ita ille;sed nimis audacter.Et hanc sententiam tenet etiam Obrechtus *tract.de defens.necessar. cap.*8. *n.*12.*& seq.* Christianns Kremburgh *tract.de eadem materia, qu.*7. *n.*42. Volzius *in leg.Cornel. de sicar,c.*7. *nu.*104 Bullæus *de tribus generalissimis præceptis iuris, disc.urs.*2. *n.*53. Hulricus Hunnius *in collegio criminali, disp.*8. *n.*51. VVezembecius *part.*1.*consil.*19. *nu.*52. Bocerus *de duello,c.*9.*n.*2. & alij penes ipsos.

2. Sed contra Harprechtum, & alios dicendum est licere ob defensionem facultatum interficere furem. Probatur.

Primò ex *cap. olim.* 1. *de restit. spoliat.* & ex *cap.*2. *de homicidio,*in quibus id licitum esse supponitur:nam licèt *in eo cap.*2. dicatur,*occidisse te, tuaque liberando,* vnde aliqui volunt non sufficere necessitatem liberandi tua, nisi necesse etiam sit te ipsum liberare: verius tamen est, verba illa non intelligi copulatiuè, sed disiunctiuè,alioquin nec sufficeret sola necessitas liberandi te,nisi adesset necessitas etiam liberandi tua bona.Si autem sola necessitas liberandi te est,quæ attenditur,frustrà additum est, tuaque, cùm defensio bonorum nullo modo excusat.

3. *Secundò* probatur,quia plus excedit vita spiritualis aggressoris vitam temporalem tuam quàm eius vita temporalis bona externa tua: si ergo potes defendere vitam corporalem propriam cum dispendio salutis æternæ iniusti aggressoris, à fortiori poteris defendere facultates tuas cum dispendio vitæ corporalis eiusdem aggressoris. Et ideo Cardin. de Lugo *de iust. disp.*10. *sect.*4. *n.*179. ad casum præsentis resolutionis respondet affirmatiuè,sic enim ait: Difficultas in hoc puncto est, an non solùm liceat occidere inuadentem, ne auferat tua bona, sed etiam vt recuperes postquam ablata sunt. Communiter Doctores dicunt, posse quidem, vi adhibita, recuperari, si incontinenti id fiat. Vnde exemplum adhibent,si fugiat fur cum tuo equo, potes enim eum fugientem telo,vel sagitta occidere,si admonitus non desistat; quia adhuc non est in tuto positus, nec pacificè possidet, ita Molina *n* 6. contra Couarruuiam:Lessius etiam *n.* 74. & alij passim, quia inuasio rei durat,donec se in tuto receperit,& quia nisi id esset licitum, defensio rerum magna ex parte esset inutilis, cùm statim re accepta fures essent secuti, domino non potente vi impedire,ne cum ipsa abirent.Ita Cardinal. de Lugo; & præter Doctores citatos hanc etiam sententiam tenet Gaspar Hurtadus *de iust. disp.* 10. *diffic.*12. vbi sic ait: Obseruandum est non solum esse licitum occidere furem rei magni momenti,quando eam nititur furari,& etiam quando actu furatur,& etiam quando re accepta fugit, quia etiam tunc censentur durare inuasio,seu aggressio; sed, vt aduertunt Vasquez *de restitut. cap.*5. §.1. *dub.*8. Lessius *dub.*11. Bonacina,& alij, etiam esse licitum eum occidere iam quietè habentem rem illam in domo sua, si dominus rei ingredientem ad eam recuperandam impediat,si dominus nequeat iuridicè rem suam recuperare; vel si possit,non tamen absque magnis expensis, vel molestiis, quia fur etiam dum habet quietè rem in domo sua,est actu inuasor rei,& eam habendo infert actu iniustitiam.Secus est quando iam res illa non habetur à fure, quia tunc non potest dominus vi considerabili satisfactionem à fure sumere in alia re, quia iam fur non satisfaciens,etiamsi actu peccet non satisfaciendo, non est inuasor, sed fuit; ille enim, qui non satisfacit dum rem non retinet,non dicitur inuasor, seu aggressor,sed omittens satisfactionem.Ita Hurtado. Non est igitur audiendus Harprechtus, & ante illum Conarru. quem ego improbaui *in p.*5. *tr.* 4. *resol.*17. vide etiam Carpzouium *comment.in leg.Regiam,c.*4,*sect.*3.*n.*2.

RESOL. XXXI.

An si iudex desit, possit quis intrare in locum, vbi rem furatam in pacifica possessione fur constituit, & illum occidere cum moderamine, &c? Ex part. 5. tract.4. Res.37.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Tannero *tom.*3. *disp.*4.*q.*8.*dub.*4.*n.*82. vbi sic ait.Si iudex desit, potest spoliatus locum,in quo res deposita est, ingredi, eámque sibi vendicare, etsi prohibeatur vim vi repellere. Ita ille,& ante illum Lessius *lib.*2. *c.*9. *dub.* 11.*n.*75. vbi ita asserit.Si re certo loco deposita volentem ingredi in eum locum vi impedias, tunc videtur concessum vt vim vi repellam, meámque rem recuperem; si tamen desit iudex cuius ope id possim consequi. Hæc Lessius, & ita etiam hanc sententiam docet Malderus *in* 2.2.*tract.*3.*c.*1.*dub.*13.§.*dico sextò.*

RESOL. XXXII.

Quanti valoris oportet, sit res, pro cuius defensione interficere furem liceat? Ex part.5.tr.4.Rel.18.

§.1. AD hoc dubium difficile quidem sic respondet Malderus *in* 2.2. *D.Th. tract.*3, *c.*1.*dub.*13. Quando res, quæ inuaditur, parui momenti est, non licet pro eius defensione furem occidere. Ita passim Theologi. Limitandum tamen, quando qui rem parvum sustulit ne reddat,incipit ferro inuadere repetentem,qui casus est *in l.si ex plagis,*§.*tabernarius,ff. ad l. Aquiliam.* Nocturnum etiam furem quidam hic excipiunt,verùm neque his ob rem modicam,quando aliud scitur non ablaturus, occidi potest. Denique fieri potest,vt res modica magni momenti sit respectu possessoris,quòd hic considerandum monent additiones Iulij Clari,quæ fortè causa est quare non exprimant Doctores certam quantitatem,ob quam liceat inuasorem occidere. Annotationes tamen ad Aretinum *de maleficiis,* monent non debere esse minoris valoris, quàm duorum aureorum.Ita ille,& Iason etiam *in l. vim. vi, ff.de iust.& iure.n.*25.& Mathesilanus *in sing.*135. dicunt quòd res vilis ad hunc effectum est à duobus aureis.Sotus etiam *de Iust. lib.*1.*q.*1.*art.*8.Aragon.*in* 2.2. *q.*64.*art.*7.& Binsfeldius *de iniuriis & damno dato,c.*1. *qu. concl.*1. existimant pro re vili, nempe pro valore duorum,vel trium aureorum, non esse licitum hominem occidere. Vnde videtur hos DD. asserere, quòd si fur

fur iniustè aggrediatur accipere rem ascendentem ad summam quatuor, vel quinque ducatorum, resistente domino posse illum interficere.

2. Sed plus addit Molina *de Iustit. & Iure, tom. 4. tr. 3. disp. 16. n. 7.* vbi sic ait. Quando autem quis iniustè aggreditur vsurpare rem etiam valoris vnius aurei, vel minoris adhuc valoris, resistente domino, aut custode illius, certè neque ad culpam, neque ad pœnam auderem damnare, qui illam defendendo interficeret cum moderamine inculpatæ tutelæ iniustum aggressorem; quidquid in contrarium cum Baldo & Angelo dicat Carerius. Ita Molina, & post illum Bonacina *de contract. disp. 2. q. vlt sect. 1. punct. 10. n. 1.* & ratio est, quia in tali casu inuasor non solùm rem aufert, sed etiam magnam infert contumeliam, quæ potest per vim repelli.

3. Verùm has sententias ego non approbo, nimis enim laxæ videntur; quis enim concederet pro vno, vel duobus aureis vitam hominis licitè eripi posse? Nam licèt te tuáque tuendi ius habeas, conferendum tamen est damnum quod tibi caues, cum illo, quod das, quamuis innocentis conditio melior sit. Dico ergo cum Strouersdorf. *de Iust. & iure, in 2. 2. D Th. q. 64. art 7. concl. 2.* & aliis, rem propter quam alter interficiendus est, debere esse magni momenti vel ex se, vel in suo pretio, vel ex suo consequente, alioquin iniquum esset valdè pro re parua eripere vitam hominis. Si tamen, ait Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 11. n. 68.* verteretur tibi probro, nisi rem minimam fumi extorqueas; tunc posses conari, & si opus esset occidere, tunc enim non tam rei, quàm honoris esset defensio. Ita ille, qui citat Sotum.

RESOL. XXXIII.

An liceat pro defensione vitæ proximi occidere iniustum inuasorem?

Sed difficultas est, an ad id teneatur?

Et quid si vita proximi maximè sit necessaria Reipublicæ, vel sit Princeps, proprius pater, mater, frater, filius, aut vxor?

Et quid est dicendum si inuasus cedat iuri suo? Ex part. 5. tract. 4. Resol. 19.

Sup hoc lege doctrinam datam Res. sequ.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quia lege charitatis licitum est aliis facere, quod pro seipso quisque potest: at pro se potest quis occidere inuasorem, vt suprà visum est; ergo poterit & proximo & confirmatur, quia talis censetur innocens, etiamsi fortè causam dederit inuasioni, semper enim inuasio iniusta est: innocens autem licitè defendi potest: ergo, &c. Ita Filliucius *tom. 2. tract. 29. cap. 4. nu. 54.* Malderus *in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 15.* Molina *de Iustit. tom. 3. tract. 3. disp. 18.* Azorius *tom. 3. lib. 2. cap. 1. q. 21.* & alij communiter.

Sup. hoc in Res. seq. §. difficultas, & inf. à in Res. 17. §. vlt.

2. Sed difficultas est; an ad id teneatur? Molina *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp 18 n. 3. & 4.* Faber *de restitut. in 4. sentent. dist. 15. q. 3. disp. 52. cap. 1. n. 14.* affirmatiuè respondent; quod tamen intelligunt, si absque notabili damno sui ipsius id præstare possit, quia vnusquisque tenetur magis se ipsum & sua curare, quàm ea quæ sunt proximi. Verùm Filliucius *loco cit. n. 57.* & Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 13. n. 92.* docet, quòd priuatus non tenetur tueri vitam alterius, quando non potest sine occisione inuasoris, quia nemo tenetur vitam suam tueri per mortem alterius. Ergo neque alienam. Aliqui tamen limitant hanc sententiam, videlicet quando persona defendenda non esset maximè necessaria Reipublicæ, vel Princeps, vel proprius pater, mater, frater, filius, vxor: nam pro his defendendis non solùm liceret, sed etiam teneretur quis occidere inuasorem; & hoc etiam asserunt quando ex officio promisso, aut contractu obligatur quis ad custodiam proximi, & ita ex Aretino & Suarez docet Malderus *in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 15.*

3. Sed dices, quid si inuasus cedat iuri suo? Respondet Malderus *vbi suprà* posse adhuc licitè occidi inuasorem proximi, cùm enim non sit dominus vitæ suæ, possum etiam eo inuito velle custodire, tanquam mandatarius Domini, qui vnicuique mandauit de proximo suo. Idem docet Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. n. 80.* sed limitatur hæc opinio, nisi inuasus seriò dicat se nolle defendi, sed velle potius mori, quàm occidatur inuasor in peccato mortali.

RESOL. XXXIV.

An liceat occidere inuasorem pro defensione rerum externarum proximi?

Sed difficultas est, an ad id teneatur?

Et quid, si ex officio, iustitiæ lege, vt Ministri publici, &c. teneatur defendere proximum? Ex part. 5. tr. 4. Res. 20.

Sup hoc lege doctrinam Res. præcedentis, & res. seq.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, nam in omnibus euentibus, in quibus dictum est aliquem se, aut sua defendendo posse licitè interficere iniustum inuasorem, in eisdem dicendum est esse licitum cæteris suum proximum defendendo interficere eundem aggressorem, quando ita necessarium est ad talem proximi bonorúmve illius defensionem. Atque id licebit non solùm in præsentia illius, eum adiuuando, sed etiam in illius absentia ex præsumpta illius voluntate, bona illius defendendo. Ita Molina *de Iust. tom. 4. tract. 3. disp. 18. n. 1.* & alij communiter.

Sup. hoc in res. præterita §. Sed difficultas. & in alio §. eius not.

2. Difficultas est, an ad id teneatur. Molina *vbi supr. n. 4.* negatiuè respondet, quoniam lex charitatis non tam arctè obligare videtur, vt cum tanto inuasoris detrimento teneatur quis conseruare bona proximi longè inferioris ordinis, præsertim cùm si inuasor tunc interficiatur, regulariter vnà cum corporali vita amittet æternam. Adde quòd ea interfectio non fieret sine maximo horrore, ac difficultate interficientis: lex autem charitatis non est cēsenda obligare id horroris ac difficultatis subire, vt cum tanto detrimento inuasoris bona longè inferioris ordinis defendantur. Ita Molina, qui asserit suam doctrinam intelligendam esse de his, qui non tenentur ex officio, vel iustitiæ lege, vt Ministri publici, &c. defendere proximum.

3. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Philipp. Faber *de restit. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 52. c. 1. n. 3.* vbi sic ait. An verò pro conseruandis bonis externis proximi teneatur tertius occidere iniustum inuasorem, est res valdè dubia. Nam quòd teneatur denunciare Principi & Iudici, qui eum puniat vitæ ablatione, si opus sit, non est dubium propter præceptum correctionis fraternæ; sed an per se ipsum liceat eum occidere pro bonis externis, quæ sunt ordinis inferioris, quàm vita, est dubium. Vnde aliqui tenent partem negatiuam, & ratio desumpta à differentia bonorum corporis & externorum, nulla est, quia hoc casu pari pede currunt cum bonis corporis, quia iam suprà concessit etiam Molina licere vnicuique occidere inuasorem tam pro defensione suæ vitæ, quàm suorum bonorum: ergo eadem ratio militat in defensione proximi. Cùm ergo sacra Scriptura obliget vnumquemque ad defendendum proximum innocentem, iuxta illud Ezech. 17. *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.* & Prou. 24. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare non cesses.* & hæc sit lex naturæ, sequitur quòd pro liberandis bonis externis proximi innocentis, teneatur occidere iniustum aggressorem,

sorem, cùm aliter non potest innocentem liberare. Et confirmatur per rationem quam adducit Papa *in cap.* illo *Dilecto*, adducto. Qui enim non auxiliatur proximo ad repellendam iniuriam, videtur iniuriantem fauere, ac esse particeps culpæ, ideo tenetur vitare culpam, & proinde si non possit aliter iniuriam proximi propulsare, tenetur occidere aggressorem ne fiat particeps culpæ eius. Ita Faber.

RESOL. XXXV.

An liceat exponere propriam vitam pro defendenda amici vita, & bonis eius?

Et in corpore huius Resolutionis aliqui casus in exemplum supradictæ difficultatis adducuntur, & explanantur. Ex part. 5. tract. 4. Res. 28.

Sup contentis in hac Res lege doctrinam diarum præcedentium Resolutionum.

§. 1. PRima opinio negat. Ita Durandus *in 4. dist. 17. qu. 6.* Richard. *dist. 15. art. 2. q. 5.* Gabriel *distinct. 16. q. 3. art. 1. not. 4.* Paludanus *distinct. 15. q. 3. art. 12. concl. 3.* Bellarm. *de bonis operibus lib. 3. c. 8. to. 3.* asserentes de his, quæ ad vitæ sustentationem necessaria sunt, non licere eleemosynam facere extremè indigenti. Vnde D. Augustin. *lib. de Mendacio, c. 6.* sic ait. Si quis vitam corporalem pro vita corporali amici perdat, non diligit proximum sicut se ipsum, sed plusquam seipsum, quod doctrinæ regulam excedit. Et ratio est, quia, vt docet Scotus *in 3. dist. 29. in arg. ad oppositum*, Mensura est perfectior mensurato, sed dilectio sui est mensura dilectionis proximi, iuxta illud Matth. 22. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ergo nemo potest ponere vitam suam pro amico, quia poneret perfectius pro imperfectiori, quod repugnat rectæ rationi. Et ita hanc sententiam mordicus sustinet doctus Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 144. sect. 4. §. 42.* vbi statuit, peccatum esse aliquem mortem obire pro vita temporaria hominis priuati sibi æqualis.

2. Secunda sententia affirmat. Ita Azorius *tom. 3. lib. 2. c. 3. q. 2.* Sotus *de Iust. lib. 5. q. 1. art. 6.* Victoria *in relect. de Homicidio, n. 25.* Corduba *lib. 1. qu. 38. ad 4.* & alij: quia non est contra ordinem charitatis ponere vitam corporis pro amico: nam ordo charitatis exigit, vt bona gratiæ, vel virtutis priùs velimus nobis, quàm proximo; non tamen exigit, vt cætera bona, nimirum vel vitæ corporalis, vel famæ, vel honoris, vel bonorum temporalium priùs velimus nobis, quàm alteri proximo.

3. Tertia opinio distinguit. Ita Faber *de restit. in 4. sent. dist. 15. qu. 3. disp. 52. c. 1. n. 41.* vbi sic ait. Ego in hac re distinguendum puto, quòd cùm quæritur, an quis licitè possit ponere vitam pro amico & bonis suis, hoc potest contingere duobus modis. Vno modo præcisè accipiendo vitam corporalem proximi, & bona eius externa præcisè, tunc est dicendum non licere, quia sic ageretur contra ordinem charitatis, & regula eius transgrederetur, quòd nulli dubium est esse malum & illicitum, & hoc modo concludunt rationes pro secunda sententia. Alio modo potest considerari vita proximi corporalis, & alia eius bona externa simul cum aliqua virtute, pro qua seruanda simul cum corpore & bonis proximi vita corporalis exponitur, vt pro seruanda iustitia simul cum corporali vita proximi, nimirum, quia videt quis proximum iniustè interfici, & lædi in bonis, vel pro seruanda pietate: vt cùm quis videt patrem subire periculum mortis, & filius se exponit periculo mortis, vt patrem à morte tueatur. Et denique cùm quis nititur saluare vitam corporalem proximi & bonorum, est actus pietatis, vt ait Scotus *in 3. distinct. 30. §. quantum ad hoc, in fine.* Vnde pium est laborare pro vita corporali proximi saluanda, quia supponendum est, quòd si est bonus, erit melior, & valebit sibi & aliis sua bonitas, & si est malus, supponendum est quòd corrigetur, hoc enim est piè iudicare, scilicet interpretari semper melius, quando non est oppositum manifestum. Cùm ergo pietas sit virtus, qui laborat pro seruanda vita corporali proximi, laborat simul pro virtute seruanda, & sic est licitum, & hoc modo concludunt rationes pro prima opinione, quæ est Soto & aliorum, in omnibus enim illis argumentis supponitur exponi vitam pro saluanda vita proximi simul cum aliqua virtute, saltem amicitia, quæ dato quòd non sit virtus, est tamen virtuti coniuncta, vt proprietas, vel vt effectus eius, & sic conciliatur D. Augustin. qui contraria dixisse videtur, ponere enim vitam pro amici vita temporali, sine aliqua virtute, videtur demerita. Ita Faber, & ante illum Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 4. punct. 3.*

4. Quarta sententia est Petri Lorcæ *in 2. 2. qu. 26. art. 5. sect. 3. disput. 28. membr. 3. num. 55.* vbi sic asserit. Ego tamen, perspectis vtriusque sententiæ fundamentis, censeo hoc modo exponere vitam pro alio, quandoque esse opus egregiæ fortitudinis, & debitum: vt si exponatur pro Republica, quandoque esse laudabile, sed non debitum, vt si exponatur pro parte, aut pro amico, cum quo interueniat magna & honesta amicitia, sed quandoque etiam erit non laudabile, & inordinatum, vt si exponatur pro quocumque alio homine. In quo casu mihi probabilius apparet esse imprudentem vitæ effusionem & prodigalitatem, quæ à culpa excusari non possit, multò potius quàm si quis omnes facultates suas ignoto homini daret, qui manifestè esset stultus & prodigus; & hoc modo interpretor sanctum Thomam pro prima sententia allegatum, qui solùm censet illicitam esse eleemosynam de necessario vitæ, quando subtrahatur sibi, vel suis æquè indigentibus, nihil autem dixit, quando subtrahitur sibi vt detur suis. Itaque solùm comparauit se, & suos ex vna parte cum extraneis; inter se autem & suos non fecit comparationem. Permittit ergo opinari fas esse subtrahere sibi vt detur suis, non tamen sibi, vel suis vt detur extraneis: inter suos autem verus amicus computari potest. Hæc Lorca.

5. Sed quia secunda sententia affirmatiua satis est probabilis, ex illa infero licere homini constituto in naufragio dimittere tabulam in qua potest euadere, vt alter eam apprehendat & saluetur, vt infrà fusiùs dicetur.

6. Eodem modo fatentur hominem constitutum in extrema necessitate posse relinquere cibum vnicum, & necessarium, vt aliter eodem modo indigens eum sumat; & pari ratione censetur licitum occurrere hostibus, vel bestiæ furenti, vt interdum amicus euadat. Sic etiam licet non se defendere occidendo inuasorem, quamuis possit. Item dicendum est, qui in bello equum habet, posse alteri tradere ad fugam capessendam. Idem in itinere per media frigora, & niues vestem suam alteri præbere, & sic in similibus, vide Bouium *part. 1. lib. 12. cap. 4. q. 4.*

RESOL. XXXVI.

An liceat exponere propriam vitam pro alio inferiori bono, vt pro honore, & facultatibus? Ex part. 5. tr. 4. Res. 29.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Lorca *in 2. 2. D. To. sect. 3. disp. 28. memb. 3. n. 60.* Duobus modis potest exponi vita periculo certo, & absque occasionis spe. Vno modo negligendo medium quo conseruari possit: Alio modo offerendo se euidenti mortis occasioni, vt obiiciendo se hosti parato ad interficiendum. Dico primò, priori modo licet negligere vitam

vitam pro honore, vel facultatibus amici, v.g. si ego occidendus sim nisi amicus aliquid agat, quod in magnum eius dedecus vergit, vel nisi magnam partem suarum facultatum expendat, possum pati mortem ne ille hæc detrimenta incurrat.

2. Dico secundò, non licet obiicere se morti euidenti pro defensione honoris, aut facultatis alterius, v. g. si latrones diripiant alicuius domum, & si me illis obiiciam occidendum, interim impediri poterit furtum, non existimo honestam causam subeundi mortem. Et idem omnino censeo de expositione vitæ pro proprio honore, vel facultatibus. Nam quamuis fas sit non vti medio ad vitæ conseruationem, quod sine ignominia, vel magnis sumptibus exequi non possum, non tamen licebit opponere me interficiendum vt honor, vel substantia conseruetur. Differentia autem inter vtrumque casum inde constat, quia plus agit contra propriam vitam, & manifestiùs eligit mortem, & præfert bona illa, pro quibus moritur, propriæ vitæ, qui ita se obiicit morti, quàm qui non curat difficilia media, quibus eam conseruet. Et ideò primus censetur vitam pro honore commutare, & ex intentione perdere, secundus præcisè non conseruare. Et hæc omnia docet Lorca *loc. cit.*

3. Sed Sotus, ornamentum Dominicanæ familiæ, *de Iustitia, lib. 5. q. 1. art. 6.* affirmatiuam sententiam absolutè docet, quia sicut licitum est pro defensione proprij honoris, aut facultatum vitam exponere; ita licitum erit etiam pro bonis & honore amici.

RESOL. XXXVII.

An in mari tabulam à te occupatam possis alteri concedere?

Et an, qui prior tabulam occupauit in naufragio, teneatur alterum admittere in dicta tabula, vel possit illum impedire, ne ascendat, nisi vtrique sufficiat? Ex part. 5. tract. 4. Res. 42.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Sotus *lib. 5. de iust. q. 1. art. 6.* Vega *in sum. to. 1. c. 127 cas. 7.* & Rodriquez *in sum tom. 1. c. 221. n. 2.* vbi sic ait. [Si alguno está puesto en vna table en la mitad del mar, no es licito salirse della, para que otro se punga en ella, y se salue, mas sino este metido en ella, sino que la tiene para aquella necessidad, puede la dexar à otro, aunque sepa que de alli ciertamente le ha de succeder la muerte, porque en este caso solamente es vna causa negatiua respeto de su muerte. Esta sentencia es de Soto, y quiere dezir, que no es licito salir de la tabla estándo metido en ella, porque esto es matarse positiuamente; mas es licito no tomarla teniendola dolante los ojos, porque es solo auerse negatiuamente, y no cooperar de su parte para su muerte. Lo qual es licito para hazer bien à su proximo, principalmente si es persona a la qual deue mucho, y si esta razon penetrara Nauarro no se apartára de la opinion de Soto.] Sic ille.

2. Sed probabiliter dicendum est contra Rodriquez, Petrum Nauarra *de restit. lib 2. c. 3. num. 66. & 67.* à Soti sententia descessisse, & affirmatiuam sententiam in casu proposito docuisse, quam præter illum tuetur etiam Malderus *in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 19.* Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 31.* Azorius *tom. 3. lib. 2. c. 3. q. 5.* & sapientissimus Victoria *relect. de homicidio, n. 26. ad 5. arg.* vbi sic ait. Credo quòd in isto casu seruus possit relinquere tabulam certus mortis, & non solùm pro Rege hoc esset laudabile, sed pro quocumque etiam amico & proximo. Sic ille: & ratio est, quia hoc facere non est directè se occidere, sed non tueri se cùm possit, nam si esset directè se occidere, nunquam esset licitum id facere pro alio: at prima opinio fatetur id esse licitum pro Rege, Duce, aut alia persona, maximè vtili Reipublicæ. Ergo reuera non est directè se occidere, sed solùm non tueri se cùm possit: at non tueri nos cùm possumus, licitum est nobis, quando id fieret propter bonum amici: ergo, &c.

3. Notandum est tamen hîc cum Lessio pro praxi, quòd qui prior tabulam occupauit in naufragio, non tenetur alterum admittere in dicta tabula, sed posse illum impedire ne ascendat, nisi vtrique sufficiat: & si simul illam occuparunt sorte dirimendum, nisi alter alteri, vt dictum est, sponte cedere velit.

RESOL. XXXVIII.

An Miles, qui certo scit bellum esse iniustum, licitè possit ad se defendendam occidere Militem contrarij exercitus, à quo inuaditur? Ex part. 5. tractat. 4. Res. 15.

§. 1. CAsus erit frequentissimus, & hæc quæstio ita difficilis est, vt Molina *de iust. tom. 4. tr. 1. disp. 15. n. 5.* anceps remanserit in eius resolutione, quia cùm ille alius miles ius habeat ad eum interficiendum, non secus ac ministri publici ius habent ad malefactores interficiendos; sanè quemadmodum non possunt malefactores in sui defensionem percutere ministros publicos, sic miles terga vertens, de quo loquimur, interficere in sui defensionem non potest militem iustè insequentem, alioquin daretur bellum iustum ex vtraque parte, pulsa prorsus ex vtraque parte ignorantia, quod videtur omnino absurdum: ergo, &c.

2. Sed si hæc opinio esset sequenda, væ væ multis militibus; ideo mihi placet opinio affirmatiua, quam tuetur doctissimus Soto *de iust. li. 5. q. 1. a. 7.* & post illum Azor. *in 3. p. lib. 2. c. 1. q. 5.* dummodo moneat si potest & procuret, vt miles aggrediens desistat ab aggrediendo, quod si nolit, tunc inuasus ius habet tuendi se, & alterum occidendi pro sua defensione, neque ex hoc sequitur, quòd daretur bellum ex vtraque parte iustum, nam respondetur quòd Princeps non gerit iustum bellum; sed iste miles iure tuetur se, postquam alterum militem monuit, vt desistat, & noluit. Vide etiam Philippum Fab. *de rest. in 4. sent. disp. 15. q. 3. disp. 52. c. 1. n. 17.*

RESOL. XXXIX.

An liceat occidere innocentem ad postulationem inimici, qui minatur Vrbi excidium, nisi talis interimatur?

Et an possit eiusmodi innocens, imo teneatur semetipsum tradere Tyranno id postulanti pro salute Patriæ?

Et an hoc ipsum etiam ei a Republica præcipi, imo ad id cogi possit?

Et an si talis innocens contumaciter resistat, possit etiam ab ipsa Republica occidi? Ex part. 5. tract. 4. Res. 23.

§. 1. DIgladiantur Doctores in hac quæstione, vt videre est apud Turrianum *in 2. 2. tom. 2. disp. 26. dub. 2. nu. 8.* Lessium *lib. 2. c. 9. dub. 7.* Azorium *tom. 3. lib. 2. c. 1. q. 21.* Malderum *in 2. 2. tract. 3. c. 1. dub. 20.* Sotum *lib. 5. q. 6. art. 7.* Valentiam, Bannez, Aragon. & Solonium, *in 2. 2. D. Thom. q. 64. art. 6.* Lorca *in 2. 2. D. Thom. sect. 3. disp. 28. membr. 4. n. 43.* Becanum *in 2. 2. tom 2. de Iust. q. 10. de homicidio.* Ego autem paucis me expediam.

2. Dico igitur primò. Potest eiusmodi innocens, imò tenetur, semetipsum tradere tyranno id postulanti pro salute patriæ, quæ alia ratione salua esse non possit, non solùm quia tenetur quisque pro bono communi Reipublicæ etiam temporali mortem oppetere, sed

etiam, quia aliàs hoc ipso talis incipit esse pernicioſus ciuis,& cauſa moralis interius ipſius Reipublicæ.

3. Dico ſecundò. Hoc ipſum etiam ei à Republica præcipi,imò ad hoc cogi poteſt,adcóque ſi obtemperare nolit, vel inuitus tyranno tradi, quia Reſpublica ad quoduis debitum & ſibi neceſſarium virtutis officium cogere poteſt ſubditum ciuem.

4. Dico tertiò. Poteſt talis ſi contumaciter reſiſtat ; etiam ab ipſa Republica occidi. Ita Bannez *loco citat.* quia talis reuera non eſt ampliùs innocens, ſed maximè nocens. Et hæc omnia docet Tannerus *t.3.diſp.4. q.3.dub.3.n.54. & 55.* quæ licèt ab aliquibus non approbentur , & præſertim dictum tertium, tamen mihi probabiliſſimum videtur, quod etiam docet Filliucius *tom.2.tr.28.c.1.n.11. in fine.* Quicquid in contrarium aſſerat Bonacina *de Contr.diſp.2.q.vlt.ſect.1.punct.7.n.1.*& Molina *tom.4.tr.3. diſp.10.n.1.* cum aliis, quia in tali caſu ille non eſt amplius innocens, vt dictum eſt, ſed nocens : ergo,&c.

RESOL. XL.

An filius vim repellendo poſſit occidere patrem cum moderamine inculpatæ tutelæ? Ex p.8. tract.7. & Miſc. Reſ.41.

Quamuis non plenè ſup.hoc,lege tamen ſupra doctrinam reſ.2.ſignanter in fine.

§.1. NEgatiuè reſpondet Acacius Enenkelius *in tract.de priuilegiis parentum , & liberorum, priuil.2.c.2.n.15.*vbi ſic ait. His de cauſis,ſiquidem pater terminos iuſtæ caſtigationis excedens , in filium atrociùs deſæuiat,& mortis quoque periculum inferat, ne hic quidem manu illata defendere, ſed vel fuga, vel quouis modo alio ſibi conſulere filium debere cenſet rectè Volzius *in c.7.n.20.& ſeq.* Præclarè enim Bodinus *lib.1 de Rep.c.4.* nullum tantum ſcelus à patre admitti poſſe ait , quod ſit parricidio vindicandum : nec iuſtam cauſam vllam eſſe , qua parentibus vim liceat intentare. Nam ſimiles inquit , qui vitem Imperatoris ſe iure,vel iniuria verberantis confiegerit,capitale meruit ſupplicium,*l milites, §.ſi vitem,ff. de re milit.* qua pæna dignus eſt , qui patri vim intentarit ? Quod quidem ex *d.l.milites,*argumentum firmiſſimum eſt, quòd non liceat illi manu reſiſtere, qui iure offendit. Adeò nimirum hoc,vt etiam qui aliter mortem effugere non poſſit niſi cæde patris,patrem tamen ſine ſcelere interficere non poſſe,dicat idem Volzius *d.c.7.n.34* Suprà enim dixi,ſuam ſalutem filium paternæ poſtponere debere. Non autem poſtponit , qui ſuæ vitæ defendendæ cauſa patrem tollit ,licèt enim perquam durum videatur inſontem indefenſumque mori : durius eſt tamen longè patrem interimere, ſceleſto nimirum ac nefario facinore atque eiuſmodi,vti Cicero *pro Roſcio.* ait,quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Itaque idem ibi Cicero. Videtis ne, inquit, quos nobis Poëtæ tradiderunt , patris vlciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſurrepſiſſe,cùm præſertim Deorum immortalium iuſſis atque oraculis id feciſſe dicantur, tamen vt eos agitent furiæ , neque conſiſtere vſquam patiantur, quod ne pij quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt?De Oreſte loquitur quem iuſſu oraculi Delphici matris interfectorem,ſuffragiis item Areopagi,& ipſius Minervæ culpa ſolutum,mens tamen propria terroribus nunquam liberauit. Nam,vt rurſus Cicero *ibid.* Magna eſt vis humanitatis , multum valet communio ſanguinis: portentum atque monſtrum certiſſimum eſt eſſe aliquẽ humana ſpecie, & figura , qui tantum immanitate beſtias vicerit , vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit,eos indigniſſimè luce priuarit.Atque,hæc eſt Platonis etiam ſententia,qui *in lib. 9. de legibus,* Soli ait, ne pro vita quidem ſe defenſuro, quam ei parentes eripere volent, lex vlla matrem , aut patrem lucis auctores interimere concedit, ſed omnia potius perferre, & ſuſtinere iubet,quam tale quid agat.Hucvſque Enenkelius,& præter Volzium,& Bodinum ab ipſo citatos, tenent etiam hanc opinionem Georgius Obrechtus, omnino videndus *in tr.de neceſſaria defenſione, c.6.n.15. & ſeq.* Thom. Lanſius *in decade theſium per ſaram.th.7.lit.*D.Bullæus *diſcurſ.1. de tribus generaliſſimis præceptis iuris,concl.15.* & Volzius *in comment. ad leg.Corn.ff.de ſicariis,c.7.n.23.*

2. Sed affirmatiuæ ſententiæ ego adhæreo , quam tuentur Gaſpar Hurtado *du iuſt.& iure, diſp.10.diſc.6.*Dicaſtillus *de iuſt.lib.2.tr.1. diſp.10.dub.2.n.30,* & alij Theologi communiter , quibus adde ex Iuriſconſultis omnino videndum Martinum Magerum *in tract. inridico-hiſtorico politico, de Aduocatia armata, c.13. n.59.& ſeq.* Chriſtianum Krembergch *tr.de neceſſaria defenſione, q.3.n.42. & ſeq.* Farinacium *q.125.n.111.* Monochium *de abitr. indicum,lib.2.cent.4.caſ.356.n.35.*Ioan.Gœddeum *in diſcurſ.Abadem. de extraiudic. defenſ.diſp.1.concl.3.litt.G.* & alios, quos affert, & ſequitur Ioannes Harpprechtus *in Inſtituta Iuſtiniani, tom.4.tit.de publicis iudiciis,§. item lex Cornelia de ſicar.5.n.230.*& ratio eſt,quia licèt leges parentibus caſtigationem moderatam, ac limitibus ſuis, veluti deſineatam ac circumſcriptam concedant , *l.vnic. C. de emend.propinq.l.in ſuis 11.ff.de liber. & poſth.l.3.* & *l. vlt.C.de patria poteſt.* Aſcan. Clement.Amerin. *de poteſt.patr. effect.2.n.12. in fin.* Et ideo liberi parentibus ita caſtigantibus , ſalua conſcientia reſiſtere nequeant, Bart.*ad l.3. de iuſt. & iur.* Cùm parentes liberos ſuos moderatè caſtigando , iis nullam vim , nullámque faciant iniuriam,ſed iure ſuo vtantur, *l.3.C. de patr.poteſt.*Longè tamen aliud eſt ſi parentes omnem excedentes humanitatem , metam ſibi à legibus præſcriptam tranſiliant,& liberos ita tractent,vt nihil niſi mortem eis ſit expectanda , tunc enim filius mortis periculum ſibi imminens etiam cum parentis internecione iure optimo declinare,& auertere poteſt. Imò nec parentis nomine dignus eſt,qui omnem humanitatem (quæ virtus adeò hominis propria , vt ab ipſo nomen acceperit, Ioann. ab Affelen *in viro politico fol.67.*) exuit, pietatem erga liberos deponit ; proprij ſanguinis prodigus erga ſeipſum crudelis exiſtit,& in necem filiorem,contra officium pietatis nequiter conſpirat.

3. Deinde,leges defenſionem neceſſariam,& tutelam inculpatam indulgentes , nullo modo inter perſonas extraneas , & parentes diſtinguunt : ſed generaliter & indiſtinctè omnibus,& contra omnes,eam concedunt, *d.l.3.ff.de iuſt.& iur. l.ſcientiam 45 §.qui cum aliter 4.ff.ad l.Aquil. l.1.§. cum arietes 11.ff.ſi quadrup. pauper. fec.dicat.d.l.1 §.vim vi.ff.de vi & vi armat.l.1.*ibi,*vel quemcumque alium cum l. ſeq C. ad leg. Corn. de ſicar.* Hucvſque conferunt, quæ tradita ſunt ad dictum §.*hoc actio 12.ſupr.de iniur.n.183. & ſeqq.* Hoc Bodino diſſentienti,eiúſque ſectatoribus, largiendum eſt:nullum tantum ſcelus à patre admitti poſſe,quod parricidio ſit vindicandum, ſi parricidium voluntarium : non æquè, ſi neceſſariũ intelligamus. Sicuti enim,prohibito ſimplici-homicidio,neceſſarium minimè prohibitum cenſetur:ita etiam prohibito parricidio, neceſſarium veti-ſetur:ita etiam prohibito parricidio, neceſſarium vetitum minimè intelligitur.Nam,qui ſe inculpatè defendit, præcepto, *Non occides,* ſatisfacit : quòd aliàs non minus læderet , qui ſe occidendi poteſtatem ſibi tribuit, ac ſi alium interficiat , imò magis delinquit, qui ſe ipſum,quàm qui alium interficit,quoniam magis ſibi, quàm alteri, obligatus eſt. Cùm quis in caſu neceſſitatis inuitabilis patrem interficit, id pro parricidio non eſt habendum. Etenim hoc principaliter non agit , vt parricidium committat:ſed vt ſe,ſuámque vitam defendat.Vbi verò voluntas ac propoſitum delinquendi non eſt,ibi maleficiũ eſſe nequit.*l.qui iniuria 53,in princ.ff.*

de

de furt. l. furtum 37. in princ. ff. de vsurpat. & vsucap. c. cum voluntate 54. in princ. extr. de sentent. excommunic. Et nostram sententiam præter Doctores citatos tenet Vlricus Hunnius *in Collegio criminali, disp. 8. n. 41.* asserens Filium impunè posse occidere patrem cum moderamine inculpatæ tutelæ.

RESOL. XLI.

An filius impunè occidere queat patrem bannitum?
Et in tali casu, an potius filius teneatur alimenta præstare Patri?
Et infertur non licere liberto Dominum suum in adulterio vxoris deprehensum occidere. Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Res. 42.

Sup. hoc in Res. seq. fi-gnanter in §. vlt.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bartolus *in l. si adulterium 38. §. libert. 9. ff. ad leg. Iul. de adult. & in l. minimè 35. ff. de religios. & sumpt. funer.* Paulus Castr. *consil. 426. in princ. lib. 1* Panorm. *consil. 108. circa medium. lib. 1.* Decian. *in tr. crimin. lib. 7. c. 39. n. 8.* & plures alij. Sed alij negatiuam sententiam docent, propter textum *in d. l. si adulterium 38. §. liberto 9. ff. ad l. Iul. de adult.* vbi Papinianus respondet, non licere liberto dominum suum, in adulterio vxoris deprehensum, interficere: tametsi alios impunè interimere possit. Eiusque responsi hanc subiicit rationem: quoniam cuius famæ consulendum est, multò magis vitæ parcendum est. Quam rationem multò fortius in patre militare, ipsa dictat natura: quæ abhorret, & auersatur homicidia inter eos, quos sanguine coniunxit, & indissolubili mutui amoris vinculo copulauit. Quò facit etiam textus *in Nouell. 12. c. 2.* ibi: nam licèt legum contemptor & impius sit, tamen pater est. Sic ergo licèt pater bannitus sit: pater tamen filij est. Neque enim in hoc casu filius à patria potestate liberatur, vt tradunt Bald. Angel. & Alexander *in l. si cùm dotem 22. §. si patri. ff. soluto matr.* & Ripa *in l. ex facto 17. §. ex facto 5. ff. ad Senat. Trebell.* Et præterea, quamuis pater hostis sit publicus: naturaliter tamen cognatus manet, & consanguineus, cùm naturalis consanguinitatis affectio nullo pacto aboleri, nullóque iure dirimi possit, *l. ius agnationis 34. ff. de pact. l. iura sanguinis 7. ff. de reg. iur.* Ideóque vel ipsa natura monente, & veluti vrgente, filius patris banniti, saluti potius consulere, quàm eundem occidere, necesse habet. Hinc tantum abest, vt filius patrem bannitum, & proscriptum impunè interimere queat, vt etiam ei alimenta præstare teneatur, *l. minus 73. §. 1. ff. de iure dot. Auth. Incestas, C. de incestis & inutilib. nupt. d. Nou. 12. c. 2.* Menoch. *d. lib. 1. de arb. iud. d. qu. 90. n. 45.* Cephal. *consil. 498.* incipit, *Mihi quoque, n. 6. & 7.* Matthias Coser. *in tr. de alimentis, lib. 1. c. 5. n. 16. & 18.*

2. Nec obstat dicere quod scriptum est *in l. minimè 35. ff. de religios. & sumpt. funer.* filium sine vllo pœnæ metu necare posse patrem, qui patriam oppugnat; quandoquidem Marcellus IC. in eo loco non indistinctè statuit, patrem hostem patriæ, à filio sine scelere sive pœna interfici posse: sed tunc demum hoc fieri posse asserit, quando pater & patriam, & liberos oppugnas. In hoc siquidem casu filius tam ad patriam, quàm seipsum defendendum, licitè patrem occidit: nos autem hîc nequaquam ea de specie loquimur, quando videlicet pater in ipso actu oppugnationis à filio interficitur, sed quando filius post patriam iam oppugnatam, & sic post crimen læsæ maiestatis peractum, patrem occidere desiderat: id eum impunè facere non posse, rationes superiùs adductæ perspicuè conuincunt. Et hanc sententiam præter Clarum *vbi infrà* tenet Rolandus à Valle *lib. 1. cons. 45. n. 62.* Gilhausen *in arbore iudiciario, lib. 1. q. 90. n. 42.*

3. Sed hæc opinio licèt sit communiter amplectenda, tamen illam limitandam esse puto cum Gasparo Hurtad. *de iust. & iur. disp. 11. diffic. 3.* nisi pater proscriptus sit nimis nociuus Reipublicæ, & illi nocumento nequeat aliter obuiari; & ideo non deseram hîc apponere verba Ioannis Dicastilli *de iust. & iure lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 1. n. 15.* vbi sic ait: Quæri tamen potest, an liceat filio occidere patrem bannitum? multi affirmant, in quibus Barthol. Gomez, & alij apud Iulium §. *homicidium, vers. sed hic quæram.* Probabilius tamen est quod ipse Clarus docet, non licere. Nam ob eam præcisè causam non desinit esse filius, neque amittit obligationem naturalem erga patrem. Quamuis, me quidem iudice, si pater esset noxius Reipubl. & communitati, neque aliud esset remedium auertendi tale damnum, tunc approbarem sententiam prædictorum auctorum. Nam, sicut filius potest accusare patrem de crimine hæresis, aut læsæ Maiestatis, & cæteris, quæ vergunt in commune damnum, etiam si certo sciat inde patrem fore occidendum; ita, si non est aliud remedium auertendi damnum commune, nisi propria manu occidendo patrem proscriptum, videtur posse. Ita Dicastillus, vide etiam Mazuchellum *tr. de cas. reseru. disp. 2. c. 8. diffic. 3. n. 10. & 11.*

Sup. accusatione in to. 5. tr. 9. Res. 9. & ibi in tract. Res. 163. §. 1 ad medium, vers. nisi in casu hæresis.

RESOL. XLII.

An liceat occidere bannitum proditorie, & per insidias?
Et an proscripti possint seipsos inuicem etiam proditoriè, & per insidias occidere, propter præmium à Principe, vel ob promissam sibi libertatem?
Et an liceat filio occidere Patrem bannitum? Ex p. 5. tr. 4. Res. 25.

§. 1 MEnochius *de arb. lib. 9. qu. 49.* Bonacina *de contr. disp. 2. qu. vlt. sect. 1. punct. 2. n. 3.* Homobon. *in consult. cas. conscient. tom. 1. part. 2. resp. 118.* & alij in negatiuam sententiam inclinant propter periculum damnationis, cui frequenter exponitur bannitus si occidatur in eo statu proditorie: hoc etiam tenent Doctores, quos citat Iul. Clarus *in praxi crim. lib. 5. §. Homicidium, num. 61.* & eius additionator *littera M M M.*

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Molina *de Iust. tom. 4. tr. 3. disp. 7. n. 1.* Filliucio *t. 2. tr. 28. c. 2. n. 25.* Azorio *t. 3. lib. 2. c. 2. q. 3.* & aliis, quoniam sua culpa cessare à peccatis non vult, maiorque ratio habenda est boni publici, quàm particularis illius, qui sibi prospicere potest, & non vult: vide etiam Megalium *to. 1 resol. 59. n. 7.* Hinc patet præscriptos posse se ipsos inuicem etiam proditoriè & per insidias occidere, propter præmium à Principe, vel ob promissam sibi libertatem, sic enim expedit communi bono.

3. Nota tamen quòd licèt iuxta sententiam Bartoli, Gomez & aliorum, liceat filio occidere patrem bannitum; mihi verò magis placet opinio Iulij Clari & Bonacinæ *locis citatis*, asserentium non licere, non enim filius in tali casu omittit obligationem naturalem, qua tenetur erga patrem.

Sup. hoc in res. præcedenti.

RESOL. XLIII.

An liceat sine peccato occidere bannitum extra territorium proscribentis?
Et quid, si esset bannitus à Summo Pontifice?
Et an liceat proponere præmium occidenti bannitum?
Et an liceat occidere grassatorem, qui vias publicas tenet? Ex p. 5. tr. 4. Res. 24.

§. 1. NEgatiuè respondet Filliucius *to. 2. tract. 28. c. 2. n. 24.* Bonacina *vbi infr. n. 2.* Emanuel Sà

ver. Homicidium, n. 10. Layman *lib.* 3, *sect.* 5. *tr.* 3. *c.* 2. *n.* 3. Homobonus *in respons. cas. conscient. t.* 1. *part.* 2. *resp.* 118. Reginald. *t.* 2. *lib.* 21. *c.* 2. *n.* 18. Azor. *to.* 3. *lib.* 2. *c.* 2. *q.* 3. & alij, quia cùm sit extra iurisdictionem præscribentis, non extenditur ad illum eius potestas, nisi adesset licentia expressa, vel tacita, vel rationabiliter præsumpta alterius Principis, in cuius iurisdictione moratur bannitus. Et nisi reus esse bannitus à Summo Pontifice, cui cùm habeat iurisdictionem illimitatam, & per vniuersum Orbem, potest mandare occisionem hominis à se proscripti in alieno territorio.

2. Non desinam tamen hîc admonere, aliquos DD. asserere licitum esse occidere bannitum extra proscribentis territorium, & ita absolutè docet Lactantius Finellius *de cas. reser. cas.* 4. *n.* 41. & Graffius *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 62. *n.* 57. Megalius verò *var. resol. tom.* 1. *resol.* 60. *n.* 5. aliquos etiam enumerat casus, in quibus extra territorium bannitos licet occidere.

3. Sed an liceat proponere præmium occidenti bannitum? Sotus *de Iust. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 3. & Bonacina *de contr. disp.* 2. *q. vlt. sect.* 1. *punct.* 2. *n.* 3. non admodum probant hunc morem, sed quicquid ipsi dubitant, alij omnes approbant: vide Filliucium, Homobonum, Azorium *vbi suprà n.* 25. Megalium *resol.* 59. *per totam.* & alios; non est tamen facile hæc facultas concedenda.

4. Et tandem pro coronide huius resolutionis illud cum Molina *de Iust. t.* 4. *tr.* 3. *disp.* 7. *n.* 1. admonuerim *in l.* 1. *C. quando liceat vnicuique sine iudice*, &c. videri concedi interficere grassatorem, qui vias publicas tenet, quoniam id in defensionem suam & aliorum, quibus ille mortem & alia damna parat, licere cuique videtur, & in iustam vindictam videtur ibi publica auctoritate concedi.

RESOL. XLIV.

An liceat sagam, seu maleficam occidere, si tollere maleficium nolit, quando alia via non suppetit?
Et an saltem vi, verborum, & tormentis cogi posset, vt maleficium tollat? Ex p. 8. tr. 6. & Misc Res. 53.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Dicastillo *de Iustit. & iure lib.* 2. *tr.* 1 *disp.* 10. *dub.* 9. *n.* 114. Quia cùm occisio permissa sit ad auertendum malum, quod ab altero iniustè infertur, aliterque auerti non potest, tunc tantùm licebit occidere, quando per occisionem auertitur. Sed per occisionem sagæ, vel maleficæ non auertitur malum, quod illa conseruat, non tollendo, aut destruendo prius maleficium; pari enim ratione non tolletur ab illa post mortem: ergo mors non est medium ad illud maleficium tollendum; tantùm ergo licebit tunc verberibus illam, & metu mortis afficere, vt tollat maleficium; quo semel sublato, cessat causa illam occidendi priuata auctoritate.

2. *Notandum* est tamen, quòd Dicastillus *loc. cit.* asserit, P. Les. docere opinionem affirmatiuam, sed Lessius, vt legentibus pater, non ait sagam in tali casu interfici posse, sed posse cogi verberibus, vt maleficium tollat, quæ doctrina est communis, &, Lessio citato, tenet notissimè Cardinalis de Lugo *de Iustit. tom.* 1. *disp.* 10. *sect.* 7. *n.* 162. vbi sic ait: Infertur secundò si malefica, positis certis signis magicis, per dæmones noceat, nec aliud remedium sit, posse iure defensionis vi cogi verberibus, aut tormentis, vt ab iniuria cesset, si putatur posse maleficium soluere sine nouo maleficio. Et quidem cogi posse maleficum, & debere à iudice, docet Thom. Sanchez *lib.* 2. *in Decal. c.* 41. *n.* 24. & Suar. *to.* 1. *de relig. lib.* 2. *de superst. c.* 18. *n.* 7. & 8. Ex quo sequitur, posse etiam cogi vi, & tormentis ab ipso læso, quando non peteret recursus ad aliud remedium, & maleficus assiduè persequeretur in damno inferendo, vt docet Lessius *dicta dub.* 8. *n.* 48. Hucvsque Lugo: malè igitur P. Dicastillus Lessium pro contraria sententia citauit.

RESOL. XLV.

An iniustè detentus carcere, & iam mane damnandus ad mortem, si alia via non potest euadere, possit fugiat, carceris custodem occidere?
Et an possint occidi satellites, seu publici Ministri cum moderamine inculpatæ tutelæ, si iniustè conentur innocentem capere, vt iniustè occidatur?
Et an non solum sit licitum præuenire, seu occidere eum, qui parat, vt per se ipsum, seu per sicarium occidat?
Et an sit licitum occidere eum, qui per iudicem parat mortem iniustam, media accusatione, aut testimonio falso, quamuis alieno?
Et vtrum liceat præuenire occidendo illum qui falsis testibus iam subornatis ita me oppugnat in iudicio, vt necesse sit occidi, aut infamari, aut bonamea amittere? Ex p. 8. tract. 7. & Misc. Res. 43.

§. 1. SI carceris custos bona fide munus suum obeat, videtur non posse occidi, bonum enim commune postulat, vt non inferatur damnum ministris bona fide publicum officium exercentibus; ita Doctores, quos adducit & sequitur Dicastillus *de Iust. lib.* 2. *tr.* 1. *disp.* 10. *dub.* 2. *n.* 1. & Trullench *in Decal. t.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *dub.* 4. *n.* 1. & alij penes ipsum. Sed ego suppono in casu nostro, de quo indiuidualiter his diebus interrogatus fui, carceris custodem scire euidenter in carcere illum iniustè à Principe detineri, & ad mortem damnari; & in hoc casu puto esse in carceribus detentum non habentem aliam viam euadendi mortem, quàm certò scit iniustè à Principe inferendum, posse inquam, carcerarium occidere, quia cùm non bona fide munus suum obeat, sed certè sciat carceratum esse innocentem, & iniustè detineri, & ad mortem damnari; ergo, &c.

2. Et ita Dicastillus *vbi supr.* & alij asserunt posse occidi satellites, seu publicos ministros cum moderamine inculpatæ tutelæ, si iniustè conentur innocentem capere vt iniustè occidatur. Et Cardinalis de Lugo *de Iust. to.* 1. *disp.* 10 *sect.* 7. *n.* 164. cum aliis docet, quòd si satellites scirent innocentiam rei, & vellent adhuc sententiam iudicis & capitalem pœnam exequi, posset captus illis resistere, etiam eos occidendo; sed in nostro casu carcerarius iniustè detinet innocentem, vt iniustè morti tradatur. Ergo, & ita in terminis hanc sententiam docet ex Couarruu. Boërio, Neuizano, & Grammatico, Menoch. *de arbitr. iudicum, cas.* 301. *n.* 16. Mascardus *de probat. vol.* 1. *consil.* 266. *n.* 27. Hunnius *de Collegio crimen. disp.* 8. *n.* 39. Ioan. Harprechtus *in comment. ad Instituta Iustiniani, tom.* 4. *tit. de publicis iudiciis* §. *item lex Cornel. n.* 230. *fol.* 1019. & Christianus Krembergh *tr. de necessaria defensione, qu.* 5. vbi multis rationibus & auctoritatibus ostendunt, quòd ei qui sine iusta causa in carcerem est coniectus, & præsentissimum vitæ periculum euadere nequit, custodes licitè occidere possit, quidquid in contrarium videatur asserere Obrechtus *de defens. necessar. c.* 6. *n.* 39.

3. Sed hæc omnia dicta esse volo, speculatiuè loquendo, ne in carcere detenti sibi fingant iniustè ad mortem damnari, & ideo iudices in causa propria homicidia in custodes perperrent, ideo tu cogita.

4. *Notandum* est hîc obiter, nouissimè Gasparum Hurtado *de iust. & iure, disp.* 11. *disc.* 7. docere non solùm pri esse licitũ prævenire, seu occidere eum, qui parat vt per seipsum occidat, sed etiam eum qui parat vt per alterũ, vt per sicarium, occidat, quia moraliter idẽ est conari ad id per se, aut per alterum. Imò, vt Bannez *q.* 64. *art.* 7. & Non alij contra non paucos aduertunt, etiam esse licitũ occidere eum, qui per iudicem parat morte iniustã media accusatione,

Sup. hoc & sequentibus vsque in finē huius Resol. Supra in resol. 26. §. Primò eodem. à nu. 6. vers. Tertiò. & late in Resol. 26. nu. 28.

accusatione,aut testimonio falso,quamuis alieno,quod nobis non displicet, quando non potest alia via mors illa iniusta vitari, quia etiam qui sic parat, infert vim per accidens,nempe per iudicem.Ita Hurtado,cuius sententiam sequitur etiam nouissimè,me citato,Cardinalis de Lugo *vbi supra*, omnino videndus;vnde nec desinā etiam hîc apponere verba Ioann.Dicastilli *de Iust. loco citato lib.2. tr.1.disp.10.dub.9.n.117.*vbi sic ait.Vtrùm autem liceat præuenire occidendo illum, qui falsis testibus iam subordinatis ita me oppugnat in iudicio,vt necesse sit me occidi,aut infamari,aut bona mea amittere,non omnino consentiunt Auctores. Negat Less. *supra n.47.* & aliqui alij. affirmat Bannez *supr.concl.2.* quam sententiam probabilem etiam putat Petrus Nauarra *lib.2.c.3. n.361.* & alij, qui speculatiuè quidem putant hanc sententiam esse veram,aut valdè probabilem;qui enim falsum deponens sic me oppugnat, videtur me occidere alieno gladio, vel me iniustè infamare,aut bonis priuare. In praxi tamen tutius esse putant tueri sententiam Lessij,& aliorum; tum,quia homines facilè crederent se per calumniam accusari, neque aliud esse refugium præter mortem accusatoris,indéque pateret aditus infinitis homicidiis;tum,quia,qui falsum testimonium dicit in iudicio, non censetur aggressor vitæ,aut vim inferre, sed committere iniustitiam,quæ ex sua natura puniri potest à iudice.

5. Hæ tamen rationes mihi omnino displicent. *Prima*, quia non nititur ipsi rei naturæ, sed passioni, aut cæcitati mentis hominum, qui si imprùdenter agant, vel temerè iudicando aduersariū iniustè deponere apud iudicem, vel non esse aliud medium euadendi, non id officit veritati opinionis, quæ tantùm loquitur in casu in quo vtrumque certò moraliter constet,& quod iniustè oppugnetur in iudicio,& quòd non sit alius modus euadendi: in quo casu mihi videtur valdè probabilis sententia. *Secunda ratio* multò magis displicet.Negandum enim est non censeri aggressorem,aut vim inferre eum,qui falsum testimonium dicit in iudicio;tunc enim apertè vim infert, & dolum contra alterius vim adhibendo causam sufficientem ad occisionem innocentis, cùm posito illo testimonio falso, & falsa probatione necessariò sim vel vita,vel fama, & honore, vel bonis spoliandus. Itaque placet mihi sententia Bannez.Hucvsque Dicastillus. Vnde apparet qnàm probabilia sint, ea,quæ ego olim docui *in tract.de Homicidio*,cùm cautiùs loquutus sim, quàm citati DD. & tamen non defuere aliqui scioli obmurmurantes contra me.

RESOL. XLVI.

An lictores, qui ex mandato iudicis reum capiunt eundem armis resistentem,impunè occidere possint?

Et explanantur sex limitationes, & circunstantiæ, sine quibus hoc minimè lictores possunt facere;& si Magistratus extra easdem circunstantias capi, aut necari reum iubeat,ne ipse à culpa immunis erit. Ex part. 8. tract.7.& Misc. Resol.44.

§.1. ILlorum sententia videtur approbanda, qui id non aliter admitti posse statuunt,nisi sub limitationibus sequentibus. *Prima*,si lictores certum, & speciale de capiendo reo à Magistratu habeant mãdatum. *Secunda*, si capiendus armata manu resistat, & vim lictoribus paret,quò referri poterit.*l.si seruus 4.C.de his qui ad Eccles.confug.* quo loquitur de seruo, qui armis hostiliter domino resistit. Sed quia in dubio credi potest reus capiendus armis resistere,non vt aliis noceat, sed vt se eripiat,facilè arma depositurus,si euadere possit,adeóque pro aggressore haberi nequeat, ideo opus erit. *Tertia*,vt sit crimen atrox,& ad minimum capitale.Cæteroquin contemptus Magistratus,qui hic interuenit, non erit adæquatum delictum ad occisionem. *Quarta*,vt nulla alia ratione reus capi possit,sed omnimodo sit euasurus: idque maximè. *Quinta*, si ab euadente grauiora mala sint metuenda. *Sexta* denique, vt capiendus de crimine sufficienter sit diffamatus. Extra hasce circumstantias si capiendum occidant officiales, extraordinaria pœna erunt coërcendi: sed officij ipsorum erit,rem referre ad magistratum. Qui si extra easdem circumstantias capi, aut necari reum iubeat, nec ipse à culpa & pœna immunis erit. Vide Iulium Clarum *lib.5.q.29.* Fachinæum *controu.iur.lib.9. c.73.* Farinacium *q.32. n. 40. & seq.* cum aliis penes ipsos.

RESOL. XLVII.

An inuasus ab ebrio,furioso,amente, vel dormiente possit illum occidere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, si sciat incidisse in amentiam,ebrietatem, & dormitionem in peccato mortali?

Et quid,si inuasus probabiliter credat,se esse in statu gratiæ?

Et quid est agendum,si multum dubitet de suo statu?

Et colligitur posse satellites, seu publicos ministros cum moderamine inculpatæ tutelæ occidi,si fortè, vel iniustè conentur interficere innocentem, vel illum capere, vt iniustè occidatur.

Et quid, si satellites ignorent innocentiam eius, & bona fide munus obeant?

Et docetur iniustè carceratum posse iustè à carceribus fugere,tam adhibita conspiratione frangendo carcerem, quam dirumpendo vincula,& si opus fuerit etiam carceris custodem occidendo.

Et notatur, quod licet possit quis etiam interficere inuasorem iniustum vitæ,bonorum, & honoris proximi, vt impediatur, si non possit alio impediri, difficultas est, an teneatur quis id facere? Ex part.11. tr.6.& Misc.6. Resol.52.

§.1. POtest quis magis generaliter quærere,an possit occidere furiosum, vel amentem, ebrium, vel dormientem, qui eum inuadit, si non possit aliter se defendere?Ratio dubitandi,quia si iniustus aggressor propter iniustam aggressionem amittit ius, quod aliàs habebat seruandi propriam vitam, isti non sunt iniusti aggressores,vt supponimus,ergo non amittunt ius seruandi propriam.

Sup.hac doctrina contenta in hoc & seq.§. supra in Resol.2. prope finem, vers. Notandum est.

2.Nihilominus respondeo cum Lessio *lib.2. c.9.dub. 8.n.42.* & aliis licitum esse: Ratio est, quia aggressus tunc habet ius seruandi suam vitam, & amens, ebrius, &c.non censetur habere ius retinendi vitam suam cum damno alterius innocentis. Et ita etiam docet Dicastillus *de iust.lib.2.tract.1.disp.10.dub.1.n.26.*

3. Sed difficultas est in casu proposito in titulo præsentis resolutionis, & ad illum sic respondet Ioannes Pontius *in curs.theol.disp.5 2 q.5. concl.5. n.27.* vbi sic ait:Licet in conscientia interficere aggressorem iniustũ ad tuendam vitam,quando aliàs eam tueri non potest.

Sup. hoc infra in resol. 52. §.Quarto licitum est non occidere.

Obiicies,si talis aggressor interficeretur perderet vitam æternam, sed aggressus deberet exponere vitam temporalem pro vita spirituali proximi:ergo non licet ipsi interficere ipsum.

4. Respondeo distinguendo minorem:quando iactura illa vitæ spiritualis non dependet à voluntate ipsiusmet proximi,concedo;aliàs,transeat; & nego consequentiam:quia posset aggressor non aggrediendo,aut desistendo ab iniusta inuasione cauere illud damnum; vnde sibi illud imputandum, non aggresso,qui se tantum defendit.

5. Quod si tamen inuasor esset ebrius, aut insanus, & constaret ipsum esse in statu peccati mortalis: inuasus autem credere probabiliter se esse in statu gratiæ,

teneretur ex charitate potius permittere se interfici; quàm occidere inuasorem: quia in tali casu mors æterna inuasoris non dependeret à voluntate libera ipsius; vnde ex præcepto charitatis obligantis ad exponendam vitam temporalem pro vita spirituali proximi, quando iactura ipsius non dependet à voluntate ipsiusmet, teneretur inuasus permittere se interfici potius, quàm occidere talem inuasorem.

Sup. contento in hoc §. supra in res. 45. §. 1 & 2. & in t. 6. tr. 1 Res. 97. §. Sed ii vsque ad finem res.

6. Sed si dubitaret multum de suo statu, potius deberet cauere vitæ spirituali propriæ, quàm alienæ; Existimarem tamen, quod si quis ex charitate quamuis antecedenter esset in malo statu, permitteret se interfici, quod iustificaretur mediante actu tam heroïco charitatis, & voto Sacramenti illo incluso. Hæc Pontius, multùm quidem notanda.

7. Colligitur ex dictis, posse occidi satellites, seu publicos ministros cum moderatione inculpatæ tutelæ, si fortè, vel iniustè conentur interficere innocentem, vel illum capere, vt iniustè occidatur, dummodo ipsi sciant eum esse innocentem. Quod ignorent, & bona fide munus suum obeant, plerique Auctores docent non posse occidi; bonum enim commune postulat, vt non inferatur damnum ministris bona fide publicum officium exercentibus. Ita Dicastillus *loco citato, n.* 21. qui adducit Molinam, Couarr. Aragon. & alios; sed Franciscus de Cuenca *de sui defensione lib.* 2. *q.* 3 *num.* 11. *&* 12. ait, iniustè carceratum posse licitè à carceribus fugere, tam adhibita conspiratione frangendo carcerem, quàm vincula dirumpendo, & si opus fuerit etiam carceris Custodes occidendo; Boërius *d. decis.* 215. *num.* 30. *vers. quinimo*, per Lucam de Penna *in l. prohibitum C. de iure fisci lib.* 20. *col.* 2. *n.* 11. *vers. sed pone dum ageretur*, Farinacius *d. titul. de carceribus quæst.* 27. *n.* 14. *&* *d. qu.* 30. *n.* 129. plures referens.

Sup. contẽto in hoc §. supra in res. 33. §. sed difficultas & in Res. 14 §. Difficultas.

8. Nota, quod licet possit quis etiam interficere inuasorem iniustum vitæ, bonorum, honoris proximi, vt impediatur si non possit alio impediri; difficultas est an teneatur quis id facere? ad hoc dubium Ioannes Pontius *vbi supra, concl.* 8. *n.* 31. sic respondet; Existimo quod sic, præsertim ad tuendam vitam innocentis, quia cùm licitè possit, videtur charitas obligare, vt faciat, quidquid dicat Cardinalis Lugo post Lessium, nam quamuis vita inuasoris sit ex se æqualis vitæ inuasi, & ipsa occisio sit horrenda actio; tamen cùm culpa ipsiusmet fiat, vt occidatur, omnino præferenda est vita inuasi, cuius etiam occisio est longè magis horrenda, quàm inuasoris: imò huius non videtur horrenda, sed potius gloriosa. Ita ille.

RESOL. XLVIII.

An licitum sit sumere venenum, vt experiaris virtutem theriacæ? Ex p. 5. tr. 4. Res. 38.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Malderus *in* 2. 2. *tr.* 3. *c.* 1. *dub.* 19. Non licet sumere venenum vt experiatis theriacam, nisi euidens necessitas fuerit capiendi eius experimenta, aut satis certus fueris non fubire in eo periculum, quod quia moraliter vix contingit, verius simpliciter Lopez negat. Ita ille.

2. Sed non desinam hîc apponere verba Rodriquez *in sum. t.* 1 *c.* 221. *n.* 3. vbi sic ait. [No es pecado mortal tomar vno veneno o consentir que le muerda vna vibora para experimentar la virtud de la triaca, y esto concurriendo estas condiciones La primera que el que la compone se tenga por hombre que lo sabe bien hazer. La segunda que se prueue primero su virtud en vn bruto, y que el que la toma crea ser buena, y que no se pone à peligro. Assi lo tiene Nauarro, porque si està en duda, si se pone à peligro, illicito es tomarle.] Sic ille.

RESOL. XLIX.

An aliquis ex ignorantia inuincibili excusetur ab homicidio sui ipsius, præsertim in aliquo casu, v. g. ad euitandam grauem ignominiam, vel seruandam castitatem? Ex part. 5. tr. 4. Res. 30.

Sup. loco Res. grauem

§. 1. NEgatiuè respondet Caiet. *in* 2. 2. *qu.* 124. *art.* 5. Verùm mihi placet affirmatiua sententia, quam tuetur Sotus *de Iust. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 5. *in fine*. Lef. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 6. *n.* 23. Becanus *in* 2. 2. *de Iust. & iure qu.* 11. *de Homicidio, concl.* 1. Malderus *in* 2. 2. *tr.* 3. *cap.* 1. *dub.* 17. Filliucius *tom.* 2. *tr.* 29. *c.* 4. *n.* 67. & Molina *de Iust. t.* 4. *tr.* 3. *disp.* 9 *n.* 5. vbi sic ait, Quando quod de iure est naturali occultam, subtilem, minimèque facile peruiam habet rationem, in id cadere potest ignorantia inuincibilis, quicquid alij in contrarium dicant, maximè quando id æstimatoribus huius mundi virtutis actus laude & honore dignus communiter reputatur. Neque est improbabile ignorantiam exulasse à culpa lethali actum, quo Lucretia se ipsam interfecit, similésque alios actus ab Ethnicis hominibus perpetratos. Ita Molina. Igitur dicendum est, quòd quamuis homicidium sit contra lumen naturæ secundarium, hoc est, contra conclusiones deductas ex principiis notis lumine naturali, tamen potest cadere ignorantia in eiusmodi veritate, præsertim in aliquo casu, v. g. ad vitandam ignominiam, vel seruandam castitatem.

RESOL. L.

An possit dari ignorantia inuincibilis, quod in aliquo casu homicidium sui ipsius sit licitum, & pro quo non debeatur in dubio priuari Ecclesiastica sepultura? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Res. 47.

§. 1. HÆc dubia discutienda sunt ex occasione cuiusdam facti enarrati à Bernardino Scardeonio *de antiquitate Vrbis Patauij, lib.* 2. *Class.* 14. vbi ages de Isabella Bauignana puella agresti sic asserit. Etsi magnam laudis iacturam nobiles mulieres Patauinæ ex eo fecisse videantur, quòd hîc modo puella rusticana obscurissimi nominis, pudicitiæ splendore præ cæteris luceat: ego tamẽ ex eo patriam nostram præclari facinoris laude fraudandã non censui: quin potius de tam generosi, ac pudici animi constantia, vel sic ignotæ puellæ ad priscum decus Patauinæ pudicitiæ, quicquid olim de hac ipsa in alio nostro opere de castitate iam dixi, hîc rursum referendum putaui. Nam quo tempore Maximilianus Augustus totam fermè Venetiam, & præsertim agrum Patauinum excursionibus deuastabat: cùm turmatim agrestes omnes in vrbem confugerent, puella ista agrestis humili loco nata, sed nobilissimo animo & honesta forma prædita, vbi vrbẽ ingressa est, à propinquis suis (vt fit) ignara viæ à recto itinere ex nimia trepidatione deflexit: & dum ita ignara locorum, errabunda, lacrymãs, omnia circumlustrat, in manus fortè incidit Militum Venetorum, qui præsidio Vrbis stabant: à quibus tracta est in proxima cõtubernia, vt ibi interim ludibrio haberetur eius pudicitia. Sed nescio quo colore, & fato profiliit misella domo, & recta ad portã, qua paulò ante ingressa fuerat, festina procurrit; putans se tutiorem fore inter hostes, & in agris, atque vbique locorum, quàm intra mœnia, & inter præsidia Ciuitatis. Insequũtur incesti illi, acimpij prædones. Fugit exerrita puella more trepidæ & imbellis damæ, quæ à canibus rapta fugã rapit in nemora & saltus: & vbi euadere amplius nõ sperat, de prærupta saxi crepidine sese præcipitat,

pirat, mallens subito casu conteri, quàm comprehensa ludibrio esse rabidis molossis. Haud secus infelix Virgo, vbi effugium nullum reliquum videt, de Ponte Coruo, vbi forte aderat, in adiacentem fluuium sese præcipiti saltu demittit, pudicitiam suam Deo seruandam committens. At dum propositi tenax ab illis adiuuari recusat, & exterrita enatare nescit, nec curat, absorpta mox à flumine suffocatur: quæ paulò post inuenta in proxima ripa, sine funebri officio sepelitur: haud digna, meo quidem iudicio, quæ sic sepeliretur. Sed certum est, quòd sicut nihil prodest impiis celebris sepultura; ita nihil obest iustis vilis ac nulla. De ista Ioannes Nouentanus Patauinus cecinit hoc Epitaphium.

Euganeas inter præstans virtute puellas
Hoc iaceo indignè condita Virgo loco.
Nam cùm me peteret lasciuum miles ad vsum,
Munera posse mori magna fuere mihi.
Disce age, sit quanti, Virgo, seruare pudorem.
Pro quo nil timui perdere corpus aquis.

Supposita hac celebri historia quæsitum mihi fuit à quibusdam amicis, an dicta Virgo à peccato homicidij possit excusari, & an rectè fuerit Ecclesiastica sepultura priuata. Et pro resolutione dubij supponendum est ex D. Thoma *in* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 5. non licere seipsum occidere, etiam ad vitandam fornicationem. Vnde Beata Lucia ad impium Tyrannum affirmantem se eam ad lupanar ducturum, vt inibi à iuuenibus stupraretur. Non inquinatur, inquit; corpus nisi de consensu mentis: violentia tua mihi duplicabitur ad coronam. Hinc D. Augustin. *lib.* 1. *de Ciuitate Dei, c.* 18. cur homo qui mali nihil fecit, sibi malè faciat? Et ratio est, quia pudicitia virtus est animi comitem habens fortitudinem, vnde cùm virtus sit animi, consistit in animi consensu: quare si in impudicitia non consentitur, non amittitur pudicitia: & cùm comitem habeat fortitudinem, debet potiùs quis ex fortitudine quælibet mala tolerare, quàm seipsum interimere ad vitanda mala.

2. Sed licèt hæc doctrina vera sit, ego tamen in casu nostro puto excusandam esse supradictam mulierem: nam supponendum est hoc fecisse ex ignorantia inuincibili; nam vt aduertit Trullench *in Decalogum, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 4. Lessius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *n.* 33. Petrus Nauarrus *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13. & 14. Ioan. Vvigers *de iustit. tract.* 2. *cap.* 2. *dub.* 14. *n.* 92. & alij, se occidere ob pudicitiæ custodiam non est ita euidens esse malum, quin inculpatè possit ignorari, & existimari licitum; quod docuerunt Stoici, & insinuare videtur D. Hyeronimus *in c.* 1. *Ionæ versus finem*: his verbis. Vnde in persecutionibus non licèt propria perire manu, absque eo quòd vbi castitas periclitaretur: hinc mulierem agrestem, vt erat dicta Isabella tali ignorantia laborasse maxima probabilitate dicendum est, & ideò saluo meliori iudicio Ecclesiastica sepultura priuanda non erat: nam, vt ego probaui *in* 4. *part. tr.* 4. *resol.* 23. & obseruat Fagundez *in Decalogum, tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 3. in hac materia in dubio inclinandum est in fauorem; sed puto minori apparatu, vno scilicet Sacerdote vel altero quòd sepelienda fuisset ad terrorem aliorum, ne tali exemplo hoc facinus perpetrarent; & vt cognoscerent talem mulierem non priuari sepultura Ecclesiastica ex præsumpta ignorantia, qua laborasse satis probabiliter existimari poterat: nam in hoc casu locus est coniecturis, vt patet ex Iulio Lauorio *in var. elucubrat. tit.* 2. *c.* 12. *n.* 28. Et licèt occidentes seipsos non sint in Ecclesia sepeliendi, ex *c. quibus* 13. *quæst.* 2. *cap. placuit* 23. *qu.* 5. *c. ex part.* 2. *de sepulturis*, hoc tamen prouenit, quia Canones supponunt tales decedere in peccato mortali ob desperationem, vel iracundiam. Sed in casu nostro satis probabiliter existimari potest dictam puellam Isabellam seipsam occidendo non decessisse in peccato ex inculpata ignorantia, quia erat puella rustica. Ergo, &c.

Quæ nunc est in tom. 7. tr. 3. Resol. 67. & in aliis eius primæ not.

RESOL. LI.

An saltem si non liceat occidere directè seipsum, liceat tamen propriæ morti cooperari, aut eius periculo subire? Et multi casus in textu huius Resolutionis in exemplum supra dictæ quæstionis adducuntur, sæpe contingentes in praxi? Ex p. 5. tr. 4. Resol. 31.

§. 1. CAsus est frequentissimus: dico igitur quòd etsi non liceat directè se ipsum occidere, licitum tamen est, si iusta causa adsit, aliquid facere, vel omittere, vnde certò mortem secuturam constat. Potest hoc explicari multis casibus. Primò, miles potest, & tenetur non deserere stationem in periculo communi, etsi certus sit se occidendum. Secundò, reus potest non fugere ex carcere, quamuis certò sciat se morte plectendum, vt multi Martyres fecerunt. Imò potest malefactor zelo iustitiæ & exempli publici se offerre iudici puniendum, vt docet Petr. Nauar. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 73. quia ob iustam causam potest aliquis desiderare mortem, & eam procurare legitimo modo sicut alteri, ita & sibi. Tertiò, condemnatus ad mortem per famem potest abstinere à cibo clanculum oblato, vt docet Henricus *quodlib.* 5. *qu.* 31. & infrà videbimus quod mirum est negari ab Aragon. & Victoria, cùm doceant reum teneri bibere venenum si ad hoc condemnetur, qui enim haurit venenum positiuè sibi infert aliquid directè interimens, qui autem non comedit, nihil sibi infert, sed permittit calore interno vitam absumi. Quartò, potest se quis obiicere telo ad conseruandam vitam Principis, & etiam ad conseruandam vitam amici. Imò si amicus sit condemnatus ad mortem, potest se pro illo occidendum offerre, vt inquit Toletus. Quod intellige, si ininstè sit condemnatus, si enim iustè, alliceret alterum ad peccatum. Quintò, potes seruire infectis peste, etsi putes te moriturum. Sextò, potes iniicere ignem in puluerem tormentarium ad euertendam turrim hostilem, etsi certum sit momento te dissipandum, neque enim tu te interficis propriè, sed ignis impetus, vel ruina turris, quibus te ob iustissimam causam exponis, non secus ac is, qui se obiicit telo, vt corpus Principis saluet. Et hæc omnia docet Becanus *de iust. & iure, in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 111. *de Homicidio, concl.* 2. & ante illum Lessius *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 6. *n.* 26. & Malderus *in* 2. 2. *tr.* 3. *cap.* 1. *dub.* 19. & Molfesius *in sum. tom.* 1. *tr.* 11. *c.* 19. *n.* 156.

Sup. mulcta ex sequentibus casibus in Resol. seq. per totos §§. illius.

Sup. hoc supra in tr. 4. res. 67. §. vlt.

Sup. hoc in fine Resol. seq. &c.

Infra in Resolutionibus quæ hic sunt in tom. 6. tr. 1. Resol. 116. 117. &c.

Sup. hoc quarto in Resol. seq. §. quinto.

Sup. hoc quinto ibidem §. quarto. Et pro sexto ibidem §. Secundo. & seqq.

2. Sed aliqui non admittunt multos ex supradictis casibus, & ideò Philippus Faber *de restitut. in* 4. *sentent. dist.* 15. *q.* 3. *dubit.* 52. *cap.* 1. *num.* 46. ita asserit. Idem dicendum ad dubium de eo, qui damnatus est ad mortem, & commodè absque vlla vi, & detrimento alterius potest fugere, si enim non fugit, directè se occidit, quia auxiliatur quodammodo ministris iustitiæ in sua interfectione, qui autem præbet auxilium alteri ad occidendum aliquem directè, præsumitur occidere: qui autem iustè damnatus est ad mortem, non potest licitè auxiliari carnifici ad suam mortem, sed solùm tolerare patienter. Dictum est enim suprà secundùm omnes, quòd nemo potest se directè occidere, etiam pro vitando peccato mortali, & proinde multò minùs potest quis directè auxiliari ministris suæ mortis, vt iusta sententia habeat locũ. Quòd verò adducunt Soto Azorius & alij, licere Martyri non fugere ex carcere pro bono fidei & religionis, nihil obest. Primò, quia est generalis regula quòd nemo debet dare alteri occasionem martyrij, & proinde Dominus in Euangelio *Math.* 5. dicebat, *si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã*: ideò si potest commodè & sine scandalo fugere, tenetur. Secundò, quia si Martyr non fugit, non intendit directè non fugere vt mortem subeat, sed vt confessionem

nem Christi publicè faciat, & proinde facit quod debet, quòd si alius iniustè agat, damno sibi mortem, hoc non debet Martyri imputari, qui ei nullam licitam occasionem dat talis mortis. Qui autem non fugit è carcere, vt iusta sententia mortis contra se ipsum habeat locum, directè vult mortem suam, quod est illicitum. Similiter quod ait Soto *eodem loco*, sceleroſum suorum criminum conscium scientem prætorem venire ad capiendum se, licitè posse illum expectare, atque in aperto carcere sine vllis vinculis mortem expectare, quam meretur, falsum videtur; etenim si potest commodè fugere, & vitare mortem, omnes iudicabunt stultitiam & vitium esse expectare prætorem & mortem. Nam licèt sit sceleroſus, non debet pro pœna suorum criminum velle pœnam mortis publicam, sed solùm pœnitentiam coram Deo agere, & vitam corporalem propriam directè conseruare. Denique hæc regula generalis semper est seruanda, ne quis voluntariè directè velit mortem, quia hoc est homicidium voluntarium. Huc vsque Faber *loco citato*.

Sup. hoc supra ad lin. 9. huius Res. & superius in tr. 4. Res. 67. §. vlt.

Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Baldellum *in Theol. Mor. lib. 5. disp. 44. à n. 3. vsque ad n. 7.* Salas *de Legibus disp. 15. sect. 7 à n. 85.* & Vasquez *in p. 2. disp. 173. c. 3. & 4.*

RESOL. LII.

An licitum sit indirectè, & mediatè efficere, vel omittere aliquid, ex quo mors sit euentura?

Et pro praxi huius difficultatis decem casus assignantur in corpore huius Resolutionis; sed iam fere omnes magis late in suis specialibus Resolutionibus ad hunc tractatum sunt redacti. Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Res. 46.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 6. ex doctrina Res. 40. §. 1. prope finem, vers. Sed si mors, & ne prætermittas hic supra videre Res. 50. & 51.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, ex quo multos casus deducit Gaspar Hurtadus *de iust. disp. 11. difficult. 1.* ait enim, Licitum esse alicui ex altissimo loco desilire, quamuis mors sit certissimè euentura, vt horrendum incendium effugiat, quia tunc non se interficit directè, quia id non vult expressè, sed tantum fugere illud incendium, nec se interficit immediatè, sed mediatè, quia interficitur à terra, vel ab aqua in quam incidit, vel ab aëre per quem desiliit, sed tantùm se exponit manifesto periculo mortis certò euenturæ, iusta causa ad id existente, nempè vt effugiat crudelissimam mortem.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 7. Res. 49 & 50. & in §. & vers. not. seq.

2. Secundò licitum est militibus, qui vident se in potestatem hostium venturos, se in mare iniicere, vt hostium crudelitatem effugiant, & etiam secundùm non paucos Doctores licitum est eis communi consensu ignem iniicere in puluerem tormentarium, quamuis certò sciant se statim dissipandos, quia tunc non se directè interficiunt, immediatè, seu à se ipsis, sed mediatè, quia immediatè interficiuntur vel ab vndis, vel ab impetu ignis.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. prope finem vers. Sexto.

3. Tertiò licitum est in bello iusto turrim, & mœnia hostium suffodere, quamuis oppressio ipsorum sit certò euentura, quando id est vtile bono communi exercitus iusti, quia tunc nec directè nec immediatè se interficiunt, sed tantùm ob iustam causam exponuntur morti certò euenturæ.

Sup. hoc in §. not. præteritæ. vers. Quinto.

4. Quartò licitum est seruire peste infectis, quamuis certum sit seruientem ob id moriturum, quia tunc nec directè nec immediatè se interficit, sed tantum exponitur periculo iusta causa ad id existente.

Sup. hoc ibidem, vers. Quarto, & pro tabula contenta in hoc textu

5. Quintò ob rationem repetitam, licitum est alicui se obiicere telo ad conseruandam vitam Principis, aut alterius, & in naufragio tabulam ab ipso occupatam concedere alteri, etiamsi concedens sit certò ab vndis deprimendus.

6. Sed quamuis illicitum sit alicui se ipsum propria authoritate occidere directè, aut immediatè, adhuc vt ad gloriam transeat, & vt effugiat peccatum quod timet. Licitum tamen est immediatè quamuis non directè, propriam vitam aliquantulum abbreuiare, afflictionibus adhuc positiuis vt flagellis, vt corpus in seruitutem redigat, vel vt puniat sua peccata, vel ob aliud opus virtutis, quia leuis abbreuiatio vitæ non intenta, ob opus virtutis facta, videtur rationi conformis.

Sup. hoc in §. 1. Res. 33. ver. Quinto.

7. Deinde ex dictis deducitur, licitum esse nonulla omittere quamuis ex eorum omissione mors sit euentura; quia primò licitum est non assumere tabulam in naufragio vt alter assumat, & saluetur, quia tunc ex ista causa omittit conseruare vitam. Secundò etiam est licitum abstinentiis aliàs honestis aliquantum abbreuiare vitam, quia id omittitur ex rationabili causa.

Sup. hoc in §. 1. Res. 33. ver. Quinto.

8. Tertiò licitum est omittere redemptionem propriæ vitæ, si immenso pretio redimenda est, & etiam omittere exquisitissimos cibos, & exquisitissima medicamenta, quamuis sine illis non sit vita conseruanda, & omittere transitum ad locum, in quo aër est salubrior extra quem vita citò abbreuiabitur, si transitus est difficilis, quia vita non est ex obligatione conseruanda cum magno incommodo, quantum est quodcumque ex tribus dictis.

Sup. hoc in §. 1. Res. 33. ver. Quinto.

9. Quartò licitum est non occidere inuasorem, quamuis sit necessarium ad defensionem propriæ vitæ, si prudenter credat se mori in statu gratiæ, quia tunc est causa iusta omittitur defensio propriæ vitæ, ne scilicet proximus occidatur, præsertim in malo statu. Quintò licitum est reo non fugere ex carcere, quamuis sciat se morte plectendum, & etiam condemnatum vt fame pereat, posse licitè à cibo clam oblato abstinere, quia tunc ex rationabili causa omittuntur fuga, & mandatio. Et hæc omnia docet Hurtadus *loco citato*, cui in pluribus adde Magistrum Serra *in 2.2. D. Thoma q. 64. art. 1.* Fagundez *in Decal. t. 1. lib. 5. c. 12.* & ne deseras videre Dicastillum *de iust. & iure lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 57. n. 530. cum sequen.*

RESOL. LIII.

An liceat vigiliis, & pœnitentiis, &c. vitam ipsam abbreuiare? Ex part. 5. tr. 4. Res. 33.

§. 1. Hanc quæstionem tractant omnes Doctores citati, sed mihi visum est hîc apponere verba Iacobi Granado *in 2.2. D. Th. contr. 3. tr. 6. disp. 2. sect. 3. n. 12.* vbi sic ait. Huius loci est indagare, an & quando contra charitatem sit vitam ipsam abbreuiare laboribus, vigiliis, pœnitentiis aut etiã aliis exercitiis. Quia in re nihil certiùs affirmari potest, quàm id arbitrio prudentis definiendum esse, cùm enim homo ex vna parte non sit dominus suæ vitæ, peccare grauiter potest, nimis eam abbreuiando, cùm id perinde sit ac partem vitæ sibi auferre; ex altera verò cùm sit veluti administrator, potest eam exercere, & veluti atterere, præsertim cùm conditus sit ad promerendam gloriam, qui finis multa exigit, non ita accommodata ad vitam protrahendam. Res sanè non est scrupulosè accipienda, præsertim ab iis, qui ob diuinum obsequium, & ad satisfaciendum Deo pro peccatis valde corpus affligunt, rarò enim, aut potiùs nunquam damnandus esset, tam quam culpæ mortalis reus, qui propterea vitam valdè abbreuiaret. Et quidẽ Victoria ait, licèt Medicus dicat fore vt vita alicuius protrahatur ad decem annos, si vinum bibat, posse nihilominùs à vino abstinere; & alij dicunt non esse illicitum pœnitentiis affligi, licèt proterea vitæ duodecim annos amissurus sis. Eridem Victoria ait: licèt ægrotus, de cuius salute desperatur, posset aliquot dies pharmaco pretioso protrahere vitam, non teneri

teneri illud emere, & alibi nullum teneri quærere ciuitatem salubriorem.

2. Dices, si homo, cui vna tantùm dies vitæ superest, se ipsum occideret, peccaret lethaliter, ergo potiori iure censebitur grauè peccatum ita affligere corpus, vt vita abbreuietur per aliquot annos. Patet consequentia, quia plus temporis vitæ auferetur hoc modo. Respondetur concesso antecedente negando consequentiam, cuius probatio non vrget; nam malitia occisionis non consistit in eo, quòd vna, vel plures dies vitæ auferentur, sed in modo auferendi, ille enim qui iam proximus morti auferret diem vitæ, quæ illi supererat, foret absolutè occisor sui, ille autem qui paulatim abbreuiat vitam, non est sui occisor, sed veluti administrator & gubernator suæ vitæ: ad gubernationem autem pertinet ita se gerere, vt vel magis, vel minùs viuat, præsertimque non potest non esse laudabile in obsequio diuino, quod sæpe consistit in rebus vitæ contrariis eam imminuere, aut coarctare, pro quo facit, quòd cùm tempus vitæ nostræ incertum sit, & fortasse illi, qui nunc agit annos adolescentiæ & robustissimus est, exiguum tempus supersit, non est censendus sibi inimicus, aut contra rationem agens, si vt carnem spiritui subiiciat, se exerceat in operibus quæ alioqui minùs accommodata videntur vitæ conseruationi. Hæc omnia Granado. Sed in hoc optimum consilium erit, nihil facere sine consilio prudentis Confessarij, & Superioris.

RESOL. LIV.

An quis teneatur sub mortali non bibere aquam vel vinum niue refrigeratum, quia exinde præuident Medici, quod citius moriatur? Ex p. 5. tr. 4. Res. 27.

§. 1. AD hoc dubium negatiuè respondet Martinus Bonacina in editionibus nouiss. *tom. 2. de controuers. d. sp. 3. q. vlt. sect. 1. punct. 7. n. 9.* vbi sic ait. Nonnulli Doctores, quibus adhæret Rodriquez *de perfectione status religiosi.* eos à mortali excusant, qui niuem ad tollendum vini calorem adhibent, etiamsi inde præuideant fore vt citiùs pereant, hæc enim videtur leuis & indirecta cooperatio ad mortem. Ita ille vide *infrà.*

RESOL. LV.

An ad euitanda mala temporalia, ægritudinem, internam afflictionem, paupertatem, &c. liceat mortem exoptare? Ex p. 3. tract. 14. & Misc. 2. Res. 92.

§. 1. CAsus est frequentissimus, & Nauarrus *in Man. cap. 15. n. 15.* cum Abulensi *quæst. 4. in c. 19. lib. 3. Regum.* putant esse peccatum mortale, quia homo non est dominus vitæ suæ, deinde timiditatis, aut pusillanimitatis vitium est velle carere magno bono temporali, quod est vita, & mori ob vitanda aliqua mala minoris momenti.

2. Sed ego puto absque peccato posse aliquem desiderare mortem, vt à magno malo temporali liberetur. Ita tenet Sanch. *in select. disp. 2. n. 9.* & Sotus *in 4. dist. 50. q. vnic. a. 1. post 5. concl.* probatur exemplo Eliæ *3. Reg. 19. & Ionæ cap. 4.* Deinde quis prudenter censere potest maius malum aliquam afflictionem quàm mortem; non est ergo contra charitatem sibi debitam velle mori potius, quàm illud pati. Et ita hanc sententiam docet etiam Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thom controu. 3. tract. 6. disp. 2. sect. 4. num. 22.* vbi optimè addit: Extra casum magnæ calamitatis, aut afflictionis non auderem excusare eiusmodi desiderium à culpa mortali, quia grauiter lædit charitatem sibi debitam, quia vult priuari maximo bono naturali, cuius non est dominus absque vlla causa alicuius momenti. Sic sanè, qui sine necessitate sufficienti desideraret grauem infirmitatem, censeretur grauiter agere contra naturalem inclinationem, & obligationem prospiciendi bono proprio, maius autem malum est mors. Quare non est censendum desiderium mortis quidpiam indifferens, quod non habeat grauem malitiam, nisi malus finis apponatur, sed potius est hoc desiderium talis naturæ, vt nisi fine honesto, aut bono non leuis momenti cohonestetur, grauiter malum sit; sicut est grauiter malum occidere, vel infamare proximum, nisi adsint causæ iustissimæ, quas Doctores enumerare solent. Ita Granado. Ex quibus apparet esse damnandas de mortali mulierculas, & præsertim vetulas, quæ ob res minimas vociferantur, & optant sibi mortem, nisi illas excusare velimus, (& ita vt plurimùm est) ex defectu aduertentiæ, & deliberationis.

RESOL. LVI.

An optare mortem alicuius, vel de illa gaudere ob hæreditatem habendam sit peccatum mortale?

Et an liceat matri mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum statum, & desiderium nuptui tradere, vel si ob illarum causam male tractaretur a marito, &c? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 84.

§. 1. NAuarrus *in man. c. 15. n. 10.* affirmatiuam sententiam docet esse communem, quia charitas obligat præferre vitam proximi diuitiis, & emolumento temporali. At his non obstantibus nouissimè Castr. Palaus *in opere morali, tr. 6. disp. 4. punct. 2. n. 11.* cum debita moderatione putat, aliquem posse absque peccato mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte naturali gaudere, illámque inefficaci effectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum inde sequutum; quia in tali casu quis non gaudet de illa morte, quatenus proximo mala est, sistendo ibi (hoc enim esset malum) sed gaudet de illa, quatenus est causa sui emolumenti, & secundùm hanc rationem, bona esse videtur, & appetibilis. Secus verò esset, si quis vellet proximo absolutè, & efficaciter mortem, quia talis voluntas peccaminosa esset, sub quocumque motiuo illam quis haberet. Igitur in isto casu desiderium, & gaudiũ de malo proximi, non tam est desiderium, & gaudiũ de malo illius, quàm de bono inde sequuturo. Ergo, &c. Ita ille.

2. Hinc à fortiori infert Azorius *tom. 1. lib. 3. c. 12. qu. 1.* & alij, licere matri mortem filiarum optare, eo quòd ob deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum desiderium nuptui tradere; vel si ob illarum causam malè tractaretur à marito, & Io. Sancius *in selectis, disp. 2. n. 9.* asserit, licitum esse optare tibi, vel proximo mortem, ob vitandam molestam infirmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem à marito afflictam, & aliud huius generis, dummodo desideres vt à Deo infligendam, non ab homine iniustè, aut à dæmone; vide etiam Emanuelem Sà *ver. charitas, n. 8.*

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Res. 30 §. vlt. & in tom. 1. tr. 7. Res. 100. § Non desinam & lege etiam doctrinam Res. not. seq.

Sup. hoc in ref. præterita, & lege etiam doctrinam Res. & §. not. præteritæ.

RESOL. LVII.

An aliquando licitum sit se mutilare?

Et an homo teneatur pati sibi membrum secari, si Medici iudicent esse necessarium?

Et an teneatur hoc permittere, si sit Religiosus, & superior ei id præcipiat?

Et an Carthusiani teneantur in periculo mortis abstinere se ab esu carnium?

Et

Et an peccet Medicus, aut alius qui Carthusiano egrotanti, & inscio præberet cibos ex carnibus?
Et an liceat ligato, vel non ligato propriam manum vel pedem, etsi sanum abscindere, vt per fugam imminentem mortem euadat? Ex p. 5. tr. 4. Res. 32.

Sup. hoc in fine in Res. 60. §. Dico igitur, & in Res. 59. inter principium & medium §. 1. à vers. & ideo & in alio §. eius not. pro doctrina huius textus.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quando salus totius corporis absciſſionem requirit, neque contra Sotum *de Iust. lib. 5. quæst. 2. artic. 1.* Sayrum *in Claui Regia lib. 7. cap. 9. num. 167.* Salon, Aragon, & alios. Discrimen hîc facio, an illa dependentia salutis totius corporis à membri detruncatione ex naturali causa proveniat, puta quia cancer membrum inuasit, aut vipera momordit, an ex violentia & voluntate alterius, aut alia causa extrinseca, puta quia tyrannus te occidet, nisi manum tibi amputes, nam etiam tunc licere existimo cum Petro Nauarra *de rest. lib. 2. c. 2. n. 98.* Maldero *in 2. 2. tr. 3. c. 1. dub. 20.* Molfesio *in sum. tom. 1. tract. 11. c. 19. n. 168.* & aliis. Imò ego etiam puto cum Petro Hurtado de Mendoza *de spe & charitate, tom. 2. disp. 170. sect. 5. §. 126.* in tali casu si, v. g. Antonius non possit se secare, aut non audet, posses ex eius consensu illum secare, quia quod Antonius potest licitè in se facere ad vitandam mortem, possum ego facere ex eius consensu.

2. Notandum est tamen hominem teneri permittere sibi membrum secari, si Medici id iudicent necessarium, nec magni dolores sint perferendi, si tamen ingentes, essent cruciatus tolerandi, vt in depositione tibiæ, &c. non tenetur permittere, neque potest ad hoc cogi, etiam si esset Religiosus, & Superior id ei præciperet; & ratio est, quia nemo tenetur cum tanto cruciatu vitam suam seruare. Ita Sotus & Malderus *vbi suprà*, quibus adde Syluium *in 2. 2. quæst. 65. art. 1. concl. 2.* Azorium *tom. 3. lib. 2. cap. 3. quæst. 12.* & Lessium *lib. 2. c. 9. dub. 14. num. 96.* qui excipit vnum casum, nisi vita alicuius censeatur bono communi necessaria, nunc enim ob bonum commune tenetur, & posset cogi à Republica: quod docet etiam ex multis Molfesius *loco cit. n. 170.*

Sup. contento in hoc & seq. §. in tom. 7. tr. 1. Res. 205. Sed lege etiam ibi doctrinam res. 204.

3. Sed hîc oritur illa quæstio, an Carthusiani teneantur in periculo mortis abstinere ab esu carnium, Vasquez *in part. 2. D. Th. disp. 162.* Granado *in p. 2 contr. 7. tr. 3. part. 1. disp. 8. sect. 5. n. 27.* contendunt legem & consuetudinem Carthusianorum eos simpliciter obligare, ita vt non possit etiam in articulo mortis vesci carnibus, quia scilicet spectat ad magnum & publicum illius Religionis spirituale bonum, vt tanto rigore illa obseruantia vigeat. Potest autem lex humana ob commune bonum, quando opus est, obligare etiam cum dispendio vitæ. Fatetur autem non peccare Medicum, aut alium: qui Carthusiano ægrotanti & inscio præberet cibos ex carnibus.

4. Verùm ego puto Carthusianos secluso scandalo & contemptu posse in tali casu vesci carnibus, etiamsi habeant alios cibos, non tamen teneri. Ita Victoria *relect. de temperantia, num. 8.* Lorca *in part. 2. disp. 23. de leg. ad 4. exemplum.* Montesinus *tom. 2. in p. 2. disp. 23. q. 10. n. 177.*

Sup. hoc in Res. §. & vers. not. 1. huius Res.

5. Et tandem pro coronide huius resolutionis nota quòd probabiliter quoque licet ligato propriam manum, vel pedem, etsi sanum, abscindere, vt per fugam imminentem mortem euadat. Ita Sotus, Toletus, Salon. Bannes, Aragon. Valentia; licèt aliqui negent. Imò probabiliter etiam non ligato, si alter violenter mortem minitetur, nisi id facias, sicut etiam eruere vnum oculum, ne tibi alter duos eruat, vt docet Tolet. & sequitur Lessius; licèt Sotus, Bannes, Aragon, & Salon. negent. Certè quidem si illud licet, cui hæc non etiam licita sint non video, vt etiam rectè dixit Sà *ver. homicidium*, Ratio generalis est, quia homini vt custodi, & gubernatori suorum membrorum, licet de iis disponere pro vt ratio & salus totius, ad quod ordinantur, postulat. Et hæc omnia docet Tannerus *tom. 3. in 2. 2. disp. 4. q. 8. dub. 5. n. 100.*

RESOL. LVIII.

An consentiente filio, possit illum Pater castrare, vt voce, & cantu Ecclesiæ deseruiat? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Res. 38.

Sup. hoc in fine Res. 60. §. Dico igitur, & in Res. 59. inter principium & medium §. 1. à vers. & ideo & in alio §. eius not. pro doctrina huius textus.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Salonius in 2. 2. *tom. 1. qu. 65. art. 1. contr. 2.* vbi sic asserit. Hinc sequitur licere quidem parentibus filios, quos voce plurimum Ecclesiis profuturos sperant, amputare virilia, & efficere Eunuchos, sed ita vt fiat sine periculo vitæ, & de eorum consensu. Quia licèt huiusmodi Eunuchi vtiles etiam sint bono communi Ecclesiarum, non tamen necessarij; tum etiam, quia postquam sunt facti Eunuchi, non manet eis facultas ad quemcumque statum, cùm de iure Clerici esse non possint, nec ex constitutione Sixti V. coniugati, electio autem libera est, quo fit neminem faciendum esse Eunuchum, nisi consentiat. Ita Salonius.

2. Sed illum impugnat nouissimè Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ disp. 4. qu. 8. dub. 5. nu. 101.* vbi ita ait. Non desunt quidam (in quibus Salon.) qui licere putent parentibus, filios suos voce, cantúque Ecclesiæ inseruituros, & in id liberè consentientes, intuitu boni publici castrare. Sed contrarium videtur verius, non solum ob varia animæ pericula, & incommoda, quæ hinc consequi solent, sed etiam quia bonum illud tanti momenti non est, vt ob id res iam per se à natura aliena suscipiatur, quando nec pro salute spirituali, aut periculo animæ vitando id licitum esse constabit *infra* ex sacris Canonibus; quæ tamen causa alioqui multo maioris momenti videri possit. Hoc certum repugnantes liberos ad hoc cogi non posse, cùm libera illis manere debeat, quo ad vitæ statum, electio. Ita Tannerus, qui sententiam Salonij videtur probabilem putare, cum contrariam, quam ipse tenet, veriorem tantùm appellet. Sed an ita sit, iudicent viri docti.

RESOL. LIX.

An licitum sit Parentibus castrare filios ad conseruandam vocem, ipsis consentientibus, quia nemo est Dominus membrorum suorum?
Et in textu huius Resolutionis aliqui alij casus adducuntur, in quibus licitum erit aliquibus membrum sibi abscindere. Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Res. 36.

§. 1. SVprà negatiuam sententiam docui, sed post hæc impressa peruenerunt ad manus meas Decisiones Morales Patris Pasqualigi, qui *Deris. 498.* affirmatiuæ sententiæ nominatim contra me adhæret, eo quod excellentia vocis in ordine ad cantum sit magnificienda, tum quia est perfectio boni corporalis quod pluribus membris præfertur, tum quia ratione ipsius personæ redditur honorabilis etiam apud Principes, tum quia est sufficiens, vt inde acquiratur nobilis status, & plus commodi ab ipsa percipitur, quàm ex eo quod quis sit habilis ad generandum. Vnde maius bonum censendum est quòd sit excellentia vocis, quàm non esse castratum.

2. Sed his non obstantibus puto non esse discedendum à sententia quam docui, quia vt obseruat Rittershusius *in Nouellas Iustiniani, part. 12. cap. 12. num. 8.* Gudelinus *de iure nouissimo, lib. 5. c. 17.* & alij communiter, nemo est dominus membrorum suorum, vt patet ex *l. 13. lib. homo, ff. ad l. Aquil.* Et licèt aliquando licitum

tum sit membrum abscindere, tamen hoc procedit in casu necessitatis,vt obseruat D.Thomas *in 2.2. qu.65. art.1.* & Doctores communiter in ordine ad conseruationem totius corporis, & ratio est,quia membra sunt propter bonum totius, quando igitur membrum aliquod toti corpori adduceret perniciem, ratio naturalis dictat illud cescindi & abiici posse :quod etiam procedit ex causa extrinseca adueniente;& ideo si quis ligatis manibus in bello, vel alio loco iniustè detineatur cum vitæ probabili periculo,potest sibi membrum abscindere, si aliter euadere non possit. Similiter si quis haberet manum ferro alligatam,aut parieti sagitta affixam,videret flammam ignis iam iam inuadentem,aut hostes irruentes, licitè potest vi brachium relicta manu extrahere si nullum aliud est remedium. Sic etiam qui à canibus detentus mortem timeret,nec aliter euadere potest, licitè potest sibi membrum abscindere. Et qui domi inclusus ab hostibus interficiendus detineretur,licitè potest cum manifesto periculo fractionis pedis vel manus se per fenestram demittere. Item qui manum habet wiperæ veneno tactam, ne venenum cor comprimat & moriatur, licitè potest eam abscindere. Igitur ex sententia D.Thomæ,& omnium Thologorũ dicendum est, quod tunc quis potest disponere de mẽbris suis, quando eorum abscissio esset necessaria pro salute totius corporis,vel alicuius membri principalis. Et ideo rectè infert Ioannes Vvigers *de iust. & iure, tr.2.c.2.dub.19.n.110* quod extra necessitatem nemini licet se mutilare,siue membro aliquo se priuare,neque curare id fieri per alium.Hinc D. Thomas *vbi supra in respons.ad 3.* dixit membrum non esse præscindendum propter corporalem salutem totius, nisi quando aliter toti subueniri non potest:ita Sanctus Doctor. Vnde ex his corruunt argumenta,quæ pro sua firmanda sententia adducit Pasqualigus; nam in casu Eunuchorum abscinditur membrum non ex necessitate vt corpus vel aliquod eius membrum principale in suo esse conseruetur ne pereat, sed vt vox tantùm dulcis & sonora conseruetur. Ergo nulla ratio naturalis dictat in isto casu vt vno membro damnum inferatur, imò prorsus abscindatur pro melioranda tantùm voce,nam vox dulcis, & sonora non est medium necessarium pro tuenda salute totius corporis,vel alterius membri principalis; neque cum voce aspera & dissonanti corpus vel aliquod eius membrum est in statu pereundi. Ergo non tenetur aliquod membrum illi succurrere cum tanto detrimento sui, quia non adest status necessitatis in quo ex ratione naturali tenetur abscissionem pati.Nec si vox ex dulci & sonora efficiatur aspera & dissonans, sequitur ex hoc vt corpus vel membrum aliquod principale pereat, vnde aliud teneretur cum sui detrimento illi succurrere, & nos non sumus in casu in quo quis vocem & loquelam amitteret nisi abscinderetur. Neque honor apud Principes, aut ampla sustentatio potest efficere vt licita sit alicuius membri detruncatio, vt vult Pasqualigus, cui quidem concedimus quod excellentia vocis sit permagnificienda, sed non est necessaria. Ergo castratio non erit licita, quia non sumus in casu conseruandi suppositum in suo esse ne pereat, sed tantum meliorandi, & perfectionandi, & ideo aduersus Pasqualigum, præter Tannerum, Layman, Megalium, & alios alibi à me adductos, tenent nostram sententiam nouissimè,me citato,ex Societate Iesv Pater Thesaurus *in Prax.part.2.verb. Membrorum mutilario,c.1.§.amplia secundò.* Bonacina *de cens. disp.7.qu.2.punct.2. n.34.* & Pater Magister Lezzana *in summa Quæstionem Reg.t.3.verb.Homicidum,n.4.verb. Irregularitas,n.75.*

Sup. hoc in sequentibus in ref. seq §. pico secundo & supra in Ref.57.§. 1.& vlt.& in tom.6.tr.1. Ref.18 lege doctrinam eius §. Sed an.

Alibi in ref. 2.huius Ref.

3. Adde aduersùs supradictam castrationem, quod Eunuchi vehementer libidine inflammantur.Ergo sunt in maximo salutis periculo,quia eis matrimonium inire ab Ecclesia est interdictum, de vehementissima autem eorum venere quidquid asserat Paqualigus, vide Bonacinam, & Vvigers *vbi supra*, quibus etiam vide Basilium Pontium *de Matrim.lib.7.c.67.n.1. & l.4. ff. ad leg.Corn.de Sicar.*

RESOL. LX.

An licitum sit seipsum castrare,non solum ad suauitatem vocis conseruandam, sed etiam ad superandas tentationes carnis ?

Et deducitur, quod obligatur quis permittere sibi membrum secari, si Medici ei id indicent necessarium ad vitæ conseruationem.

Et quid,quando quis alligatus est, in domo,quæ inuaditur si nequeat se dissolui; licebitne manum diuellere, aut a brachio rescindere,ad mortem euadendam? Ex p.11. tract. 1. & Misc. 1. Res.23.

§.1. AFfirmatiuam sententiam contra me tenet Caramuel *in Theol.fundament. fundam 55. §.9.* per totum, vbi inter alia sic asserit; Homo est vsufructuarius vitæ suæ; Patet:esset enim nimis infelix si inter alias miserias quibus inficitur,etiam haberet hanc, quòd esset suæ vitæ mancipium,illique deberet vniuersa præponere; habet enim homo etiam infamis, animam, quam debet præponere vitæ, & nobilis honorem, quem pretiosiorem vita fatentur omnes qui ex bonis parentibus nati.

Sup. hoc in duabus præcedentibus ref.& in aliis earum primarum annot.

2. Hinc est hominem non posse vitam prodigere posse expendere, quod fecerunt Martyres, faciunt, & milites,& suo etiam modo confessores,qui vitæ annos austeritate,& rigore Monasticæ conuersationis abbreuiant.Corpus enim Antonij,Pauli,Hilarionis,&c. Augustini,Benedicti,Bernardi, Dominici,Francisci,Ignatij,&c. non vt Medici, sed vt Monachi Religiosi tractarunt.Hucvsque Caramuel.

3. Ex quibus elicit duas consequentias, prima:Cùm igitur melior si cantor,quam Eunuchus,colligitur pueros posse ad conseruandam vocis suauitatem castrari. Patet, nam aduersarij ipsi non negant magni debere fieri vocis excellentiam, vocis securitatem, stipendij opulentiam,& apud Reges,& Principes authoritatem. Et hæc consequentia satisfacit quæstioni primæ.

4. Secunda : Cùm etiam non iam maximi,sed summi debeat fieri conscientiæ tranquillitas, & securitas, colligitur hominem, qui aliter nescit carnis tentationes superare, posse seipsum castrare, vt vel sic reddat suam salutem securam; colligitur ex præcedentibus.

5. Dices, melius est nubere, quàm vri, dixit Paulus, melius est castrari, quàm vri,non dixit:Ergo in tali casu nubere debet, se autem castrare non debet, immò nec potest.Et respondeo Paulum agere de hominibus, qui possunt matrimonium contrahere, non de illis qui voto solemni, aut alio legitimo impedimento sunt incapaces,vt id contrahant, & hinc noua oritur difficultas, quæ rogat, An adolescens celebs, qui potest matrimonio legitimo incendium concupiscentiæ extinguere, possit matrimonio relicto ad remedium castrationis recurrere ? Nolo omnia soluere, & ideò inter alias, hanc etiam quæstionem Lectori decidendam relinquo. Hæc ibi Caramuel.

6. Sed ego prorsus puto non esse recedendum à contraria sententia quam olim docui, & præcipuè quoad vltimam consequentiam,cum sit communis inter Doctores,& in re tam graui,& tam acriter discussa in Ecclesia Dei propter factum Origenis ad annum 230. qui pro seruanda castitate se castrauit, quamuis discipuli eius,teste Baronio dicant pharmaco feciſse,non abscissione.Et Epiphanius *hæresi 58.*narrat,Valesios non permisse suis esum carnium,antequam se castrassent.

7. Dico igitur primò cùm D.Thoma *in 2.2. qu. 65. artic.*

Sup. hoc sup. in Resol. 57.

art. 1. quòd quando membrum aliquod est infectum, & corruptiuum totius suppositi, v. cancer inuaserit, aut viperæ momorderit, nec sit præsto aliud remedium, potest quis etiam licitè sua priuata voluntate curare membrum illud abscindi. Ita quoque docet D. Thomas loco citato, & alij passim omnes. Ratio reddi potest, quia membra sunt propter bonum totius; quando igitur membrum aliquod toti corpori adduceret perniciem, ratio naturalis dictat, illud rescindi, & abiici posse; Immò obligatur quis permittere sibi membrum secari, si Medici id iudicent necessarium ad vitæ conseruationem, modò absque magnis doloribus fieri possit, vt cum aliis tradit Soto *l. 5. q. 2. art. 1.*

Sup. hoc in resol. præterita § 12. paulo posteà initium, à vers. & ideo si quis, & in aliis eius not.

8. Dico secundò, non tantùm quando propter intrinsecam membri indispositionem siue infectionem, requiritur eius abscissio ad hoc vt supposituũ conseruetur, sed etiam quando hæc est necessaria ad totius conseruationem ex causa extrinsecus adueniunte, quam quis aliter amouere non potest, licitum est se membro illo priuare ad suppositi conseruationem: vt verbi gratia, est quis alligatus in domo quæ incenditur, si nequeat se dissoluere, licebit manum diuellere, aut à brachio rescindere, ad mortem euadendum, ita cum plerisque aliis Dominicus Soto *suprà*, parum enim videtur referre quomodo nascatur necessitas, quando saltem est in homine, qui aliter se liberare à corruptione totius non potest.

9. Dico tertiò, extra necessitatem nemini licet se mutilare, siue membro aliquo se priuare, neque curare id fieri per alium. Ratio patet ex modò dictis: & confirmari potest ex pluribus capitulis, vt *ex c. significauit, de corpore vitiatis, Can. si quis abscidit 4. & Can. qui partem 6. dist. 55.* adeò vt ne quidem id liceat sub prætextu vitandi carnis concupiscentias, aut peccata. Vnde nec oculos sibi eruere, aut se castrare quisquam potest; constat est *Can. 22.* Apostolorum, *& Can. 1.* Concilij Nicæni, vbi id expressè prohibetur, & docet idem D. Th. *loco citato.* Ratio est, quia ad peccati euitationem non est membri abscissio necessaria; peccatum enim subiacet voluntati inquit D. Th. motus itaque carnis sine consensu voluntatis peccata non sunt. Quare: dum inuitis nobis exurgunt, potiùs tolerandi sunt cum lucta contraria, quàm membra rescindẽda, quòd ergo Matth. 19. dicitur, *Sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei* interpretatur D. Chrysostomus *homil. 63. in Matth.* fieri non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationum interemptionem. Perfectissimè autem id fit per solemne votum perpetuæ continentiæ, quo quis se facit moraliter impotentem ad generationem. Perperam verò id intellexisse videtur Origenes; qui corporaliter se castrasse refertur, cuius factum ab aliis omnibus improbatur; de quo videre licet Eusebium *lib. 6. Histor. Eccles. cap. 6.* & Baronium *t. 2. ad annum Domini* 208. Accedit, quod frustra ad eos fines fiat membrorum exsectio, quia vt loco citato notat D. Thomas ex Chrysostomo, per illam non fit concupiscentia mansuetior, sed molestior. Cui conformiter scribit D. Basilius *l. 6. de Virginitate circa finem*, & Aug. *lib. 6. contra Iulian. c. 5.* Arnobius *lib. 5. versus gentes* Isidorus *l. 10. Origenum*, S. Cyrillus *dissertatione aduersus libidinem apud Suidam in Spado, & alij.* Indicat etiam quod dicitur *Sap. 3. v. 14. Beatus est Eunuchus, qui manu flagitium non exercuit*, ita legit S. Cyrillus *vbi suprà* & significari ait, eunuchos manibus & digitis corrumpere mulieres, fœditatem furiosè perpetrare, *& Ecclesiastici 20. v. 2. concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam, & c. 30. v. 21. sicut spado complectens Virginem, & suspirans.*

10. Itaque luxuria comprimitur magis, vt inquit D. Thomas per frænum cogitationis, quòd tunc mens capescit facilius, quando piis orationibus, ac meditationibus frequentius exerceetur, & corpus per studium sobrietatis in seruitutem spiritus redigitur. Ergo, &c.

Et ita hæc omnia docet Malderus *de iust. tr. 3. c. 2. dub. 20.* Vvigers *tract. 2. c. 2. dub. 19.* Syluius *in 2. 2. q. 65. art. 1. concl. 2.* Lessius *eo tract. lib. 2. cap. 9. dispute. 10. dub. 14.* Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 1. disput. 19. dub. 17. numero 559.* Marcus Serra *in tom. 2. in 2. 2. D. Thomæ quæst. 65. artic. 1. disputat. 19. & 20.* Busembaum *vbi infra*, Filliucius *tom. 2. tract. 29. cap. 11. quæst. 3.*

11. Ad id verò, quòd asserit Caramuel, nempe hominem esse vsufructuarium vitæ suæ, & sui corporis. Ergo manente illa substantia potest vti membris suis, & adducit exemplum de vsufructuariis horti.

12. Respondeo, non esse hanc rationem admittendam, quia vt ait Dicastillus *de iust. l. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 17. nu. 559.* & alij homo tenetur vitam conseruare, quæ perfectè constat integritate membrorum; Ergo licet, vt vult Caramuel sit vsufructuarius vitæ & sui corporis, non potest sibi abscindere aliquod membrum, quia non illæsa maneret substantia rei, cum, vt dictum est, vita perfecta consistit in integritate membrorum, de quibus licet homo, vt vult Caramuel sit vsufructuarius, tamen cùm amputantur, non solùm illæsa non manet, sed perit substantia eorum, cùm non possint amplius exercere actiones à natura sibi inditas, ergo, &c.

13. Vnde ex his patet responsio ad argumentum Caramuelis de vsufructuariis incidente ramos arborum; Nam ramus non est ita pars integralis arboris, vt est verbi gratia manus, aut aliud membrum: Etideò amisso ramo, remanet adhuc integer arbor, quod non accidit quando abscinditur membrum ex corpore humano, cùm illo abscisso, non dicitur corpus remanere integrum, sed mancum & defectuosum; Nam vt dictum est, vita & corpus humanum constat integritate membrorum ab ipsa natura ad propria munia destinata.

14. Itaque non solùm ad sedandas tentationes carnis sed etiam ad conseruandam suauitatem vocis puto, castrationem esse illicitam.

15. Et ita nostram sententiam contra Caramuelem præter Eminentissimum Cardinalem Lugo, & plures alios à me alibi adductos, videtur, me citato, Alios. & etiam docere Marcus Serra *tom. 2. in 2. 2. D. Thomæ quæst. 65. artic. 5. in fine*, & absolutè Hermanus Busembaum *in medulla Theologiæ moralis l. 2. tract. 4. c. 1. dub. 1.* & Ioannes Pontius *in cursu Theologiæ disput. 52. qu. 4. concl. 2. num. 19.* vbi sic; Patet peccare eos qui castrant se, aut permittunt id fieri à parentibus ad conseruandam, vel procurandam vocis suauitatem, aut etiam ad vincendas facilius carnis tentationes. Ita ille.

16. Vnde me citato, nouissimè Pater Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1 §. 12. diffic. 2. num. 757.* sententiam Caramuelis, Pasqualigi, & aliorum putat practicè esse improbabilem. Quia bonum spirituale animæ multo maioris considerationis est, quam vocis conseruatio ad vtilitatem, & commodum sustentationis vitæ, & ad inseruiendum Ecclesiæ in cantu, & vt reddatur honorabilis apud Principes propter vocis suauitatem, hæc enim omnia ad corpus pertinent, bonum autem spirituale ad gratiæ incrementum, ergo si propter bona & commoditates extrinsecas corporis licitum est se ipsum castrare, multò magis propter bona spiritualia animæ, at hoc non licet, vt clarè decernit *capit. meritum 33. dist. & cap. hi qui se 55. distinct.* ergo nec illud licitum erit, aliàs si propter lucrum, & commoditatem temporalem licèt patri filium abscindere, & ipse filius licitè potest consentire, sequeretur, quòd vt quis admitteretur in Regio Palatio in quo ex rescripto regis non possunt interius adsistere, nisi Eunuchi, vt habent multi Reges Asiæ, & Orientis: licitum esset se castrare, vt hunc honorem consequeretur.

consequeretur. Rursus si quis alteri magnam pecuniæ summam promitteret,licitum esset se abscindere, quod concedere absurdissimum est , & dignum grauissima censura.

17. Deinde membri cuiuslibet abscissio est intrinsecè mala , & prohibita iure naturali:Ergo non licèt , sicut nec licèt sui occisio,ad idem enim præceptum quintum decalogi vtrumque pertinet.

18.Nec obstat dicere cum Pasqualigo,negando,quòd abscissio membri sit intrinsecè mala,aliàs nunquam esset licita,etiam in extrema necessitate pro saluanda vita totius , sicut quia mendacium est intrinsece malum; nunquam est licitum, etiam pro saluanda vita alicuius *c.super eo,de vsuris*. Et sic cùm aliquando sit licita mutilatio,*c.Eunuchus,c.siquis à Medicis 55.dist.* hæc non est intrinsecè, & ex obiecto mala. Verum Pasqualigus male theologizauit,quia aliàs neque homicidium non esset ex obiecto malum , neque furtum , quod Catholicè negari absolutè nequit. Probatur sequela , quia aliquando licet hominem occidere , cùm est medium ad effugiendam mortem , & est aggressor iniustus. Deinde dum quis est in vrgentissima necessitate , licèt rem alienam clam surripere:Ergo si ex eo quòd in necessitate saluandi vitam , & salutem corporis licitum est se castrare,aut mutilare, colligit hic Doctor , quòd mutilatio non est intrinsecè,& ex obiecto mala,neque homicidium, aut furtum mala essent intrinsecè , & ex obiecto. Quod dici nequit,quia cùm sint præcepta naturalia eorum obiecta sunt contra naturam rationalem,atque ita intrinsecè mala.

Alias rationes adducit etiam pro hac firmanda sententia doctus Hurtadus , ex quibus patet responsio ad argumenta,quæ contra me adducit Caramuel.

Ad ea verò , quæ contra me ipse asserit circa lasciuiam Spadonum,& ad expositionem *c.19. D. Matthæi* respondeo,esse contra communem sententiam Theologorum, qui in eorum fauorem adducunt plures Patres, vt visum est , & ferè omnes expositores Neotericos illius loci D.Matthæi,vide etiam post hæc scripta virum eruditissimum Patrem Gudelinum *de Irregul. c. 3. q.2. consect. 4.n.12* qui plura asserit ad confirmationem eorum quæ superius dicta sunt.

De Restitutione propter homicidium & mutilationem.

RESOL. LXI.

An si quis occidat inuasorem excedens moderamen iustæ tutelæ,teneatur ad restitutionem ? Ex part.5. tract. 4. Res.44.

§.1. CLarum est non teneri ad vllam restitutionem si quis occidat inuasorem cum moderamine iustæ tutelæ ad tuendam vitam, libertatem , honorem, diuitias, &c, vel suas, vel proximorum innocentium de quibus casibus suprà satis dictum est. Difficultas oritur quando in dictis casibus non fuisset seruatum moderamen iustæ tutelæ ? & affirmatiuam sententiam ex Nauarro docet Rodriquez *in sum. tom.1. cap.122. num.1.* Vasq.*opusc.de restit.c.2 §.3.dub.4.* Petrus Nauarra *de restit.lib.4.c.1.n.92.* Sanchez *in opusc.tom.1. lib.1. cap.4. dub.9.n.3.* Faustus *de restit.disp.2.q.10.num.4.* Turrianus *in 2.2.tom.2.disp.28.dub.4.* Becanus *in 2.2. D. Th. de iust.& iure,q.9.de restit.concl.2* vbi sic ait.Qui inuaditur ab altero sine prouocatione,si iustam moderationem notabiliter excedat, ita vt mortaliter peccet occidendo suum inuasorem , tenetur integrè damna compensare. Ratio est, quia qui ita occidit, facit alteri iniuriam, & est causa totius damni, sicut is qui dolo, vel lata culpa est alteri causa damni. Dices , qui alterum iniustè aggreditur , aperta vi , vel ex insidiis occidit, maiorem infert iniuriam , quàm qui aggressus & rei indignitate commotus occidit aggressorem. ergo ad maiorem tenetur restitutionem. ergo si hic integrè,alter non integrè tenetur compensare , & ita sentit Angelus *ver.institutio,§. homicidia* , & quidam alij. Respondeo negando consequentiam , quia quantitas restitutionis non debet æstimari ex quantitate iniuriæ , sed ex quantitate damni per iniuriam mortiferam illati; itaque cùm hîc interuenerit iniuria quæ sit peccatum mortale , damnum integrè resarciendum est. Contrarium fit in pœna, quæ respondet iniuriæ , non damno. Vnde vbi fuit maior iniuria , maior quoque pœna est irroganda.Ita Becanus.

2. Sed hæc opinio mihi non placet,& illam reprobat Strouersdorf *de iust. & iure in 2.2. D.Thom.q.68. disp. vnic.mèb.2.concl.5.*& Syluius *in 2.2.q.62.art.2. quæritur 3.* Cœlestinus *in comp.Theol.mor.tr.10.c.3.n.3:* Comitolus *in resp.lib.4.q.11.n.6.* Dico igitur quòd si quis quantumcumque iniustè inuasus occidendo, vel percutiendo excedat moderamen inculpatæ tutelæ, ad restitutionem tenetur pro ratione excessus : si enim per leuem inaduertentiam,vel aliam venialem culpam excessit modum defensionis,quod præsumendum erit,quando non ex voluntate occidit , sed animo defendendi se, vel sua , præsertim in defensione vitæ propriæ , cuius amittendæ timor strenuum quemque perturbare solet, tunc leuis quoque restitutio iniungenda erit culpæ proportionata ; v. g. vt præces , ac sacrificia aliqua pro occiso offerri faciat,vel alia similia. Quòd si maior excessus interuenit,maior erit restitutio exhibenda, iuxta prudentis arbitrium , vt si fortè per culpam Theologicam mortalem crassæ inaduertentiæ hominem occidisset , non seruato moderamine , maior quidem , non tamen integra restitutio facienda erit, ac si prudens & sciens occideret , quamuis contradicat Nauarr. *cap.15. num.27.*& Lopius *1.part.cap.72 §. antepenultimo*, contra Sylueſtrum *vbi suprà* , & Sotum à Lopio citatum. Ratio est , quia ea restitutio non debetur nisi ex culpa iniustæ acceptionis , quanto ergo minor fuerit culpa, tanto minor debet esse restitutio , quæ si per crassam inaduertentiam eueniat,sub duplo minor esse fortè debebit , quàm si dedita opera contingat. Et hæc omnia docet Rebell.*de oblig iust.part.2.lib.3.q.12.n.7.*Et hanc opinionem probabilem putat Lessius *lib.2.c.9. dub.21. num.135.*

3. Non desinam hîc obiter adnotare quòd etiam in casu nostro Fernandez *in exam.Theo.mor.p.1.c.14. §.1. n.7.* ex Perez docet duplo minorem esse imponendam restitutionem illa , quæ imponitur ei, qui dedita opera occidit,quia duplo minor culpa.

RESOL. LXII.

An siquis occidat inuasorem rerum suarum , etiamsi recuperare eas iudicialiter posset, teneatur ad restitutionem? Ex part.5.tr.4.Res.45.

§.1. AFfirmatiuè respondet Petrus Nauarra *de restit.lib.2.c.3.num.413.* vbi sic ait. Ex quibus infero quòd si ablatum esset recuperabile per iudicem non liceret occidere, tunc enim cùm reuera non sit res amittenda, iniustè occideret. Ita ille,& ante illum Bartolus *in l.furem,ff de sicariis*,& Sylueſt.*ver.excommunicatio 6.mor.4.cas.9.§.ista enim intelligi*, vide etiam Comitolum *in respons.lib.4.q.10. n.17.* & Homobonum *de cas.reseru.part.2.c.3.*

2. Secunda sententia est Caietani affirmantis *in 2.2. q.64.art 7.* quòd etiamsi res recuperari possint , potest

aggressus vti iure suo defendendi, & inuasorem occidere.

3. Tertia opinio distinguit. Vnde Fernandez *in exam. Theol. moral. p. 1. c. 14. §. 1. n. 13.* sic ait. Dico igitur cum facilis erit recuperatio per iudicem, illicitum est raptorem occidere. Ita Sot. *5. q. 1. art. 8.* cum plurimis Theologis & Iuristis, quos refert. Illicitum, inquam, contra charitatem, quæ iubet leue damnum pati pro euitando maiori, aut saltem maximo proximi; sed leue dannum est, breui tempore carere rebus suis, maximum verò malum vitæ orbitas: ergo ex charitate tenetur quis carere breui spatio suis rebus, vt deuitet alterius occisionem. Illicitum etiam est contra iustitiam, quia nemini ex officio licet inferre grauissimum damnum proximo pro euitando leui suo, alioqui pro teruncio liceret raptorem occidere.

4. Dico secundò. Cùm difficillima speraretur ablatarum rerum recuperatio per iudicem, tunc si aliter quam occidendo non posset quis sua comparare, liceret occidere furem. Ita Fernandez & Malderus *in 2. 2. tract. 3. c. 1. dub. 13. §. dico quintò.*

5. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, sed ego secundæ Caietani magis adhæreo, quam etiam tenet Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 11. num. 71.* & Rebellius *p 2 lib. 3. q. 12. num 10.* vbi docet non peccare contra iustitiam, ac proinde non teneri ad restitutionem, si quis occideri inuasorem rerum suarum, etiamsi eas iudicialiter, si illum non occideret, postea posset recuperare. Et ratio est, quia inuasor nullum ius iustitiæ habet, vt domino inuito res suas accipiat, sed iniustè eas inuadit. Ergo iustè eas defendere quis posset etiam cum detrimento ipsius inuasoris.

RESOL. LXIII.

An, si inuasus, etiam Nobilis, possit fugere & occidat aggressorem, teneatur ad restitutionem? Ex part. 5. tr. 4. Res. 48.

§. 1. Affirmatiuè respondet Rebellius *p. 1. lib. 3. q. 12. n. 6.* vbi sic ait: Teneretur nihilominus fugere laicus etiam nobilis, si aggressori præbuisset vehementem occasionem aggressoris per magnam iniuriam. Ita ille, cum aliis.

2. Verùm mihi contraria sententia magis placet, quam tuetur Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 21. n. 136.* Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 8.* & Becanus *in 2. 2. D. Thom. q. 62. de restit. q. 9. concl. 3.* vbi sic ait. Qui inuasus ab altero potest fugere, vel aliter declinare, etsi id non faciat, se debita moderatione se, vel sua defendens occidat inuasorem, non tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia non peccauit contra iustitiam, sed contra charitatem, non enim ex iustitia tenebatur fugere, vel à via declinare. Confirmatur, quia nemo ex sua malitia, qua vult alterum inuadere, acquirit ius in illum; quo illum obliget ad fugam, ita vt nisi fugiat, vel patiatur se interfici, censeatur ipsi facere iniuriam, sed solùm tenetur fugere ex charitate, si sine honoris dispendio possit. Ita Becanus.

3. Nec valet dicere cum Rebellio, quòd præbuit vehementem occasionem aggressori per contumelias, vel alios modos grauiter iniuriosos: nam respondeo cum Fausto *in Speculum Confess. disput. 25. q. 10. numer. 2.* & aliis, quòd licèt inuasor habuerit occasionem aggrediendi, iniustitiam tamen, & peccatum committit in aggressione, & licèt inuasus peccauerit in occasione, quam dedit inuasori, nihilominus postea iustè defendit se ab eo: ergo si eum occidat, non facit ei iniuriam, ac proinde non peccat contra iustitiam, & ideo ad nullam restitutionem tenetur, sed se habet illud homicidium tanquam per accidens, & mediante alterius malitia proueniens occasione iniuriæ illatæ. Sed an hæc doctrina militet in Clericis, dicemus in sequenti resolutione.

RESOL. LXIV.

An Religiosus, vel Clericus nolens fugere, si occidat inuasorem, peccet contra iustitiam, ita vt teneatur restituere?

Et an vt supradicti auertant graues ictus baculi, vel pugni inferendos, vel ob leuem alapam vitandam, possint inuasi occidere inuasorem, & non teneantur fugere, etiam si possint, siue fuga sit dedecori, siue non, nec teneantur ad restitutionem? Ex part. 5. tr. 4. Res. 49.

§ 1. Peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem, docet Petrus Nauarra *de rest. lib. 2. c. 3. num. 389.* In Clericis enim locum non habet defensio honoris, cùm enim humilitatem, modestiam, ac mansuetudinem profiteantur, nullum ei dedecus accrescit ex aliorum contumeliis, aut ex eo quòd fugiant, sed potiùs gloria & bonum nomen, neque parui habentur, sed magni potiùs; quod, vt dictum est, non accidit in viro nobili sæculari: ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet etiam Rodriquez *in sum. tom. 1. c. 220. n. 13.* vbi sic ait. [Nos es licito a los Clerigos herir o matar a los que los acometen por defender su honra, antes o despues que han recibido la injuria, assi lo tienen los autores alegados, afirmando que no solamente pecan contra la religion de su estado, mas aun contra la justicia, y assi estan obligados à restitucion como verdaderos homicidas, porque en ellos no ay, ni milita la razon de la defension de la honra pues huyendo no la pierden, antes la ganan, ya que professan humildad conforme su estado. [Sic ille.

2. Verùm non desinam hîc adnotare Lessium *lib. 2. c. 9. dub. 22. num. 86.* docere supradictos in tali casu peccare quidem contra charitatem, non autem contra iustitiam, atque ideo ad restitutionem non teneri, maximè si vita, vel fortunæ inuadantur; non enim ex iustitia tenetur fugere, & hæc bona talia sunt, vt possit ea defendere. Idem dicendum si graues ictus baculi, vel pugni inferendi, quia vt hos auertat, potest se tueri. Ita Iul Clar. *de homicidio, n. 32.* vbi generatim docet, inuasum non teneri fugere, etiamsi possit, siue fuga sit dedecori, siue non, dicitque esse communem opinionem Iurisperitorum, quòd intellige non ita teneri vt peccet contra iustitiam, si se defendat: videtur tamen peccare contra iustitiam si ob legem alapam vitandam occidat, quiares, quam defendit, magni momenti non censetur, ac proinde non videtur ei esse ius, causa illius retinendæ tantum malum irrogandi. Ita Lessius *loc. cit.* & post illum Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. numer. 78.* Hurtado & Mendoza *in 2. 2. tol. 1. disp. 17 sect. 16. §. 135. & sect. 21. §. 162.* Becanus *de iust. in 2. 2. D. Thom. q. 9. de restit. concl. 3.* vbi docent, quòd in nostro casu Ecclesiasticus lege iustitiæ non tenetur magis, quàm sæcularis.

RESOL. LXV.

An si vir infimæ conditionis, vel vir Ecclesiasticus, nolit arripere fugam, sed resistat & occidat inuasorem, non solum peccet, sed teneatur ad restitutionem?

Et vtrum prædicti Clerici, & Religiosi, aut etiam infimæ conditionis homines, qui alapa percussi, vel fuste, aut quacumque alio modo inuasi non sibi consulant fugere ante acceptam alapam, & iniuriam, sed repercutiant, & occidunt inuasorẽ, peccentne mortaliter contra iustitiam vel solum contra charitatem? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Res. 49. §. 1. Nouiss.

Sup. hoc pro parte in resol. præcedita.

§. 1. NOuissimè affirmatiuam sententiam tenet Eminentissimus Cardin. de Lugo *de iust. & in tom. 1. disp. 10. sect. 8. n. 170. & disp. 11. sect. 2. n. 55.* vbi sic ait. Dubitatur an qui fuga potuit commodè absque nota, vel infamia aggressorem fugere, & noluit, sed ipsum occidit, teneatur ad compensanda eiusmodi damna. Aliqui enim dicunt, occisionem illam esse quidem illicitam, & peccatum graue, non tamen contra iustitiam, sed contra charitatem, cùm potuerit absque graui incommodo totum illud damnum proximi euitare. Lessius *cap. 9. dub. 21. n. 136. & dubit. etiam 15. num. 107.* & Molina *disp. 81. numer. 2.* Cæterùm *suprà disp. 10. sect. 8. num. 170.* cum communi sententia diximus, illud non solùm esse peccatum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, quia vnusquisque habet ius, ne occidatur ab alio auctoritate priuata, nisi ob necessitatem defensionis, cui iuri ille non renunciauit, licèt passione turbatus voluerit se ei periculo exponere: cùm ergo tunc non sit necessaria occisio, ad propriam defensionem, necesse est, quòd retineat malitiam integram homicidij iniusti.

2. Adesto tamen, posse fortasse vtramque sententiam conciliari. Nam si præuidens Petrum te quærere, vt te occidat, tu nolis ea die domi manere, cùm commodè possis, vel domum tuam redire, vt eius occursum fugias, peccas quidem contra charitatem, postea verò, si eo adueniente, & te occidere volente, iam non possis id impedire, nisi eum occidendo, tunc non peccas contra iustitiam, quia iam tunc necessaria defensio id exigit, sed nec antea peccasti contra iustitiam, quia non mansisti ibi eo animo, nec causam aliquam iniustam dedisti, sed solùm non impediuisti occasionem illius necessitatis, ad quod non tenebaris ex iustitia, sed ex charitate; & in hoc fortasse sensu & casu loquuntur Molina & Lessius. Quando verò ipso Petro te aggrediente, tu potes fuga te defendere, & non vis fugere, sed eum occidere, peccas contra iustitiam, quia tunc occisio non est necessaria, cùm adhuc tunc possis aliter te defendere, quàm occidendo, & in hoc casu videntur loqui auctores nostræ sententiæ. Ita Cardinalis de Lugo.

3. Sed dicendum est esse satis probabilem tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem, quem fugere oportebat, si id non faciat, sed resistat, & sui defendendi causa mutilet, vel occidat, non obligari ad compensationem, neque in externo, neque in interno foro; quia non propriè infert iniuriam aggressori, quia se vltrò in tale periculum coniecit, & quantum in ipso est, potestatem fecit inuaso se defendendi; quamuis probabilius sit teneri restituere, & peccare contra iustitiam. Et ita negatiuam sententiam tanquam probabilem admittit P. Dicastillus *de Iustit. lib. 2. tract. 1. disputat. 10. dub. 5. numer. 68. & dub. 7. numer. 80.* vbi sic asserit. Videndum restat, vtrùm prædicti Clerici, Religiosi, aut etiam infimæ conditionis homines, qui alapa percussi, vel fuste, aut quocumque alio modo inuasi, non sibi consulunt fuga, cùm possint fugere ante acceptam iniuriam, sed repercutiunt, & occidunt inuasorem, peccent mortaliter contra iustitiam, vel solùm contra charitatem. Dissentiunt auctores. Less. *c. illo 9. dub. 12. numer. 86.* Iulius Clarus *suprà*, & alij putant solùm peccare contra charitatem, quando percussio est grauis: contra iustitiam verò, quando est leuis, & pro illa vitanda occidunt. Probabilius tamen est, quod docet Petrus Nauarra *supr. numer. 189.* referens Sotum, & Couarruu. consentitque Syluest. *verb. excommunicatio*, & alij recentiores asserentes prædictos peccare contra iustitiam, quando fugere possunt sine graui incommodo; quia tunc solùm licita est occisio, quando necessaria est ad vitam tuendam, vel graue malum arcendum. Sed in nostro casu Clericis, & Religiosis non est graue malum fugere, aut patienter sustinere id quod viro sæculari esset ignominiosum; ergo pro non graui malo comparatione sui inferentes mortem, aut grauem mutilationem proximo, contra iustitiam peccant. Nihilominus probabile est non peccare contra iustitiam, neque teneri ad restitutionem damnorum. Ita Dicastillus: cui etiam addo Ægidum Trullench *in Decalog. to. 2. lib. 5. c. 4. dub. 5. n. 7.* qui etiam probabilem hanc sententiã esse docet, quibus ego adhæreo.

RESOL. LXVI.

An inter Nobiles ex homicidio oriatur obligatio restitutionis? Ex part. 5. tr. 4. Resol. 61.

§. 1. REspondeo negatiuè, ex his, quæ docet Sanchez *in opusc. to. 1. lib. 1. cap. 4. dub. 11. n. 6.* ex Mercado & Salonio, qui ait. Nobiles & diuites ex communi vsu videntur renunciasse, & peperciisse huic iuri, ideo tacitè censetur remittere. Hinc Corduba *lib. 1. q. 31. art. 3.* Sotus *lib. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 3.* & Ledesma *in 2. part. 4. q. 18. art. 2. dub. 2.* dicunt, quòd inter Illustres hæc restitutio non petitur, nam damna facilè condonant, solámque iniuriam memoria tenent, & ita hanc sententiam tenet Homobonus *de casibus reseru. part. 2. cas. 3. fol. mihi 303.* vide etiam Aragonium *in 2. 2. q. 62. art. 2.* ad 1. & alios.

RESOL. LXVII.

An ex occisione facta in duello oriatur obligatio restitutionis? Ex part. 5. tr. 4. Resol. 50.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Peregrinus *tract. de duello, q. 39. num. 4* Megalius *in p. 2. lib. 3. c. 1. q. 1. n. 13.* Turrian. *in 2. 2. D. Thom. to. 2. disp. 28. dub. 4. n. 12.* Bonauentura Colonensis *in tract. de duello, cap. 12.* vbi sic ait. Qui in duello lædit alterum, vel occidit, tenetur in foro conscientiæ resarcire læso, vel filiis & hæredibus occisi, quamcumque iacturam, quam illi ratione læsionis & occisionis perpessi sunt: nam qui pugnat in duello, dat operam rei illicitæ, cùm duellum sit prohibitum: ergo si ex duello sequitur læsio, vel mors, qui lædit, tenetur resarcire quascumque iacturas: nam danti operam rei illicitæ, quæ prohibita est ex præcepto iustitiæ, imputantur omnia quæ sequuntur, etiam præter voluntatem suam. Ita ille, & ante illum docuit Molina *de iust. to. 4. tr. 3. disp. 82. num. 2.* asserens, prouocatum ad duellum, si illud acceptet vt suum mundanum tueatur honorem, & inimicum occidat, teneri ad restitutionem. Et hanc sententiam probabilem putat Homobon. *de cas. res. p. 2. cas. 3.*

2. Sed hæc opinio ita absolutè prolata non placet; dico igitur quòd si quem ad duellum prouocasti, & sic prouocatum occidisti, non eris à restitutione excusandus, quia inuoluntarius ad certamen descendisse censetur, ne apud mundanos vilis haberetur: si verò prouocantem prouocatus occidat, vel percutiat, quamuis lethaliter peccet, ad restitutionem non tenebitur, quia prouocando alterum intitauit ad sui occisionem, si fortè alter superior esset, scienti verò & volenti non fit iniuria. Quòd si ambo æquè vos ad duellum prouocastis, neuter alteri ad restitutionem teneretur, quia pactum implicitũ intercedit tunc, vt nihil occiso occisor inde debeat. Et hæc omnia docet Rebellius *de oblig. iust. p. 1. lib. 3. q. 12. n. 8. & 9.* Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 12. diffic. 24. n. 1.* Syluius *in 2. 1. D. Th. q. 62. art. 2. quæritur 3. concl. 5.* Laymann *lib. 3. sect. 3. tr. 3. cap. 6. n. 5.* & nouissimè Cælestinus *in comp. Theol. moral. tr. 10. c. 3. n. 3.* vbi tenet

Sup. contẽto in hoc §. infra in resol. 79. §. vlt.

Sup. hoc ibidem.

non adesse vllam restitutionis obligationem, quando occisus prouocauit ad duellum, vide etiam Becanum *de iust. & iure, q. 9. de restit. concl. 1.* & Azorium *p. 3. lib. 5. cap. 3. q. 7.* Filliucium *to. 2. tract. 32. c. 8. n. 212.* Lessium *lib. 2. c. 9. dub. 21. num. 133.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4 dub. 10.* Fernandez *in exam. p. 1. c. 14. §. 1. n. 11* Bannez *de iust. q. 62. art. 2. dub. 5.* Strouersdorff. *de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 67. disp. vnic. mem. 2. concl. 3.* Tannerum *tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 161.* Salon. *in 2. 2. D. Th. q. 62. art. 2. contr. 11.* Vnde non est audiendus Peregrinus & alij pro affirmatiua sententia adducti.

RESOL. LXVIII.

An si adulter occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ maritum inuasorem, teneatur ad aliquam restitutionem? Ex part. 5. tr. 4. Res. 47.

Sup. hoc supra lege doctrinam res. 25. & pro irregularitate in hoc casu in to. 5 tr. 5. Res. 124. & hic infra lege doctrinam Res. 83.

§. 1. NEgatiuè respondet Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 5. num. 137.* quia habuit ius se defendendi, & occisus non habuit ius eum inuadendi.

2. Rebellius verò *de obligatione iust. p. 2. lib. 3. q. 12. n. 6.* affirmatiuam sententiam tenet, quia licet adulter non peccauerit peccato homicidij, quia tamen causam efficacem per iniuriam dedit aggressori, ex qua subsecutum fuit occisionis damnum, tenetur illud compensare non in quantum ex homicidio, sed quatenus ex iniusta prouocatione profectum fuit.

3. Sed Henricus Strouersdorf *de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. q. 68. disp. vnic. num. 2. concl. 6.* conatur has duas pugnantes sententias concordare, sic enim ait. Videntur, meo iudicio, hæ duæ sententiæ facilè posse conciliari, si quis dicat adulterum illum, quem suppono priuata auctoritate ab altero inuadi, debere priùs alias vias quærere cauendi damnum, v.g. fugiendo. vt dicit Rebellius, vel petendo veniam, vel offerendo satisfactionem, quæ nisi faciat obligari illum ad restitutionem, etiam fortè tanquam homicidam, eo quòd in hoc casu latam culpam committat, & excedat modum iustæ defensionis, præsertim cùm ipse tam grauem causam inuasioni dederit. Si verò his omnibus frustra tentatis adhuc alter persistat, & instet priuata auctoritate, potest inuasus moderatè se defendendo alterum occidere, nec tenebitur ad restitutionem, eo quòd vsus sit iure suo, & ab altero contra ius sit inuasus, & tunc ista occisio se habebit tanquam per accidens, & mediante alterius malitia prouenies, occasione operis iniurioſi, proinde ac si quis seipsum occideret præ impatientia, eo quòd ego eius domum succenderim, non ero homicida, ista enim succensio est contra charitatem tantùm, non verò contra iustitiam respectu occisionis per accidens ex ea prouenientis. Ita Strouersdorf *vbi suprà.*

4. Verùm mihi absolutè sententia Lessij magis placet, quia talis occisio non est culpabilis in defensione, vt suppono, neque est culpabilis in causa, adulterium enim est causa remota, & occasio dumtaxat, nec est via ad occisionem mariti, sed potiùs adulteri, nam rariùs mors mariti ex adulterio sequitur, sed potiùs mors adulteri: ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet etiam Megalius *in part. 2. lib. 3. c. 1. quæs. 1. n. 10.*

RESOL. LXIX.

An quando quis aduertit ex suo homicidio sequuturum damnum tertij, si re vera sequatur, teneatur ad restitutionem; v. g. occidit quis Ioannem, imponitur homicidium Petro, qui cum Ioanne inimicitiam habebat, capitur Petrus, & ad mortem damnatur, &c. quæritur, an in tali casu verus homicida teneatur restituere hæredibus Petri damna inde sequuta?

Et quid, si in supradicto casu non aduerit?

Et alij casus inferuntur in corpore huius Resolutionis, et quibus multæ difficultates solui possunt. Ex part. 5. tr. 4. Res. 51.

§. 1. OCcidit quis, v.g. Ioannem, imponitur homicidium Petro, qui cum Ioanne inimicitiam habebat, capitur Petrus, & ad mortem damnatur, &c. quæritur, an in tali casu verus homicida teneatur ad restitutionem hæredibus Petri? Respondeo quòd si nec ea intentione talis occidit Ioannem vt Petro inde damnum eueniret, nec aduertit euenturum, non censetur causa mortis, & ideo non tenetur ad restitutionem, sed difficultas est, si aduertit damnum secuturum Petro? Probabilius videtur etiam contra Azorium *p. 3. lib. 5. c. 3. q. 10.* si talis homicida putet inde damnum Petro obuenturum, nam peccare peccato iniuriæ in tertium, ac proinde non teneri ad restitutionem, quia quando ex aliqua actione sequitur damnum tertio, non ex natura actionis, vel vt plurimũ, sed ex malitia, vel ignorantia aliorum, quæ se immiscent, non censetur illa actio iniuriosa tertio, & quando damnum sequitur ex opere, non natura operis, sed per accidens, vt est in casu de quo loquimur, non tenetur quis ex iustitia cauere, ne sequatur, sed solum ex charitate: ergo non tenetur ad restitutionem. Hinc infertur vendentem catapultam alicui, qua malè vsurum putat, si cum illa aliquem postea is occidat, non tenetur ad restitutionem, quamuis peccet contra charitatem. Et hæc omnia docet Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 16. n. 110. 111. & 112.* & Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 5. n. 9.*

2. Sed quid, v. g. si intendas vendendo illam catapultam vt ille inimicum tuum ea occidat? Laymann *lib. 3. sect. 5. tr. 3. p. 2. c. 6. n. 3.* Sotus *de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 4. argum.* & Corduba *lib. 1. quæst. 31. art. 3.* in tali casu affirmant tunc adesse obligationem restitutionis, cùm actus humani ex intentione speciem accipiant. Sed Less. *vbi suprà*, negat, adi illum, & non pigebit. Et ratio est, quia intentio non facit vt opus sit iniustum, & obliget ad restitutionem, nisi aliàs ex natura sua & circumstantiis tale sit. Vnde ex his multæ difficultates solui possunt, videlicet quando peccetur contra iustitiam, an tantùm contra charitatem.

3. Notandum est hîc, quòd etiamsi aliqua actio talis sit, vt ex ea plerumque damnum tertio sequi soleat, si in ea actione iure tuo vtaris, non teneri ad restitutionem, quia qui vtitur iure suo, nemini facit iniuriam, quamuis possit peccare contra charitatem, si parum ipsius interest eo vti, vt si venas aquarum per tuum prædium currentes, à quibus aqua in puteum vicini influebat, prætextu alicuius operis intercipias, aut si cloacam in prædium alienum aperias, & sic in similibus. Ita Lessius *loc. cit. n. 114.*

RESOL. LXX.

An occisus, si habet filios, & omnia interfectori remittat, teneatur adhuc restituere? Ex p. 5. tr. 4. Res. 58.

§. 1. PArtem affirmatiuam docet Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 116* iuncto *n. 121* & Faber *de restitut. in 4. dist. 15. q. 3. disp. 52. c. 2. n. 2.* Sed alij negatiuam sententiam tenent, vt Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 26. n. 159.* Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Th. q. 14. de rest. concl. 4.* Sotus *de iust. lib. 4. q. 6. a. 2. ad 5.* Bannez *in 2. 2. D. Th. q. 62 art. 2. dub. 6.* & alij. Ratio est, quia filius non fit iniuria per homicidam in bonis fortunæ, nisi quatenus læduntur in parente contra ipsius voluntatem: ergo quando parens condonat omne damnum, nullum ius ei remanet. Sicut enim per eum ius acquirunt, ita etiam admittunt. Nihilominus non recte facies læsus, si

si filiis valde egentibus condonet occisori omnem restitutionem : valebit tamen in conscientia , nisi fortasse lege positiua non permittatur ei , nisi alicuius certæ portionis bonorum dispositio,v.g. tertiæ,quartæ, vel quintæ , tunc enim non valet remissio , nisi iuxta hanc moderationem , vt quidam volunt. Alij tamen non addunt hanc limitationem, quia tale debitum cùm ab honestissimis viris plerumque condonari soleat,non videtur censeri inter bona creditoris , de quibus loquuntur leges , portionem legitimam præscribentes: nemo enim cogitur huiusmodi actiones ex delicto, vel iniuria nascentes in censu suo numerare.

RESOL. LXXI.

An interficiens aliquem non habentem filios , aut alios cognatos intra tertium gradum , teneatur ad aliquam restitutionem ?

An in tali casu debeat aliquid in foro conscientiæ restituere fratribus occisi, quidquid sit in foro iudiciali? Ex part.3.tr.6. & Misc.2.Res.22.

Prin doctrina huius res. se gr. doctrinã tr. sot. seq.

§.1. DE hoc casu in facti contingentia olim interrogatus fui, & negatiuè respondi , quia interficiens hominem non habentem filios , aut fratres hæredes,sed alios,non ita coniunctos, non tenetur aliquid restituere ratione dicti homicidij ; quia in conscientia circa extraneos hæredes nullum damnum considerari potest , vigore cuius teneatur homicida ad aliquam restitutionem, cùm defunctus si adhuc viuus esset, non teneretur eis alimenta præstare. Et ita hanc sententiam tenet Mercatus *tr. 3. de restit. cap. 6.* & Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. Restitutio, differ. 8.* qui plus addit cum Soto *lib. 4. de iust. q. 6. art. 3. ad 3.* nempe, nec fratribus in tali casu deberi aliquid in foro conscientiæ,quidquid sit in foro iudiciali.

Sup. hoc pro fratribus in Res. seq. ad 4.

RESOL. LXXII.

Quibus hæredibus titulo alimentorum teneatur homicida restituere ?

Et an tam fratres , quam alij hæredes extranei succedant in iuribus debitorum realium , quæ defunctus habebat ante mortem ; vnde expensæ, quæ fuissent factæ in curatione, v.g. vulneris , restituendæ sunt hæredibus quibuscumque , quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem? Ex part 5.tr.4.Res.59.

Sup. hoc fratre in fine Res. præterea, sed lege tam per to tam pro doctrina huius Res.

§.1. RESpondeo quòd occisor solùm videtur obligari parentibus occisi , filiis , & vxori. Vnde contra Mercatum *de contr. lib.6. cap. 5.* infertur, quòd non teneatur restituere fratri,quia nec est hæres necessarius, nec censetur vna persona cum eo,vt censent supradicti. Ita Cælestin. *in compend. Theol. moral. tr.10. c.3. num.2.* Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. q. 14. de restit. concluſ.3.* & alij. Imò Filliucius *tom.2. tr. 32. cap. 8. num.207.* & Lessius (quod est valde notandum) *lib.2.cap.9.dub.26. num.157.* aduertit probabile esse homicidam non teneri restituere vxori , si illa nullum notabile detrimentum accepit , vel si æquè commodè potest nubere ; tunc enim non censetur in rebus pecunia æstimabilibus læsa, neque parenti occisi, nisi fortè sit hæres,vel filius occisus illum alebat , & ei aliunde non sit prospectum, quia alioquin non censetur in re sua læsus , ita vt damnum pecuniarum acceperit. Vnde Tannerus *tom.3.disp.4.q.6. dub.4.n.122.* etiam satis probabile putat , si occisus de pretio non contenerit,dum viueret,& parentes ac vxor non egeant alimentis, nec filij necessariis ad vitam,non teneri homicidam ante iudicis sententiam aliquid restituere. Ita illc. Licèt contrarium doceat Sanchez *in opusc. tom.1. lib.1. cap.4. dub.1. num.9.* vbi statuit teneri homicidam restituere hæredibus , etiamsi sint diuites , & aliunde victum habeant.

2. Aduertendum est autem hîc tam fratrem , quàm alios hæredes extraneos succedere in iuribus debitorum realium,quæ defunctus habebat antè mortem,vnde expensæ quæ fuissent factæ in curatione, v. g. vulneris, restituendæ sunt hæredibus quibuscumque, quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem. Ita DD. citati.

RESOL. LXXIII.

An homicida teneatur restituere damnum quod per accidens familiaribus , & amicis occisi ex eius morte sequutum sit? Ex part.5.tr.4.Res.56.

Sup. hoc in Res. seq. §. Notandum est.

§.1. AFfirmatiuè respondet Petrus Nauarra *de restit. lib.4. cap.1. n.76.* Azorius *part.3. lib. 5. cap.3. quæs.11.* Philippus Faber *de restit. in 4. sentent. dist.15.quæst.3. disp. 32. cap. 2. numer.77* & Vasquez *opusc. de restit. cap.2.§.3. dub.7. num.24.* vbi sic ait. In hac re mihi videtur, quòd non tantùm parentibus , filiis,vxori,est restitutio facienda damnorum,vt isti omnes fatentur , sed etiam amicis , & aliis consanguineis defuncti,quibus aliàs defunctus ex iustitia non tenebatur, si tamen probabile erat defunctum, si vixisset, alimenta daturum,vel alia bona opera facturum,hoc, inquam, verum est, quando huius magna erat probabilitas,vtpote quia defunctus iam firmiter decreuerat consanguineum,vel amicum domi alere,tunc enim istis est restituendum tantum,quanti æstimaretur spes illa probabilis,quam habebant. Ratio istius est,quia sicut ille, qui per vim , vel fraudem impedit aliquem à consecutione boni alicuius legati,v.g.quod probabiliter consequerentur,auocans animum illius, qui conferre decreuerat beneficium , vel legatum, vel quid simile , tenetur ad restitutionem illius , quo spes illa æstimaretur arbitrio prudentis , quamuis ad illam non haberet ius ille, qui eam sperabat, solùm quia vi , aut fraude impeditus fuit , quod latè docuimus in materia *de beneficiis* ; ita ille , qui occidit alium , qui amicis decreuerat aliquid conferre , vi impedit illud commodum, quod alij consequerentur ex defuncto : ergo tenetur ad restitutionem illius. Hæc ratio euidens est , & colligitur apertè ex doctrina illa de impediente per vim collationem alicuius commodi ; quæ omnium consensu verissima est.Hæc Vasquez.

2. Verùm ego contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tuetur Lessius *lib.2.c.9. dub.26. numer. 154.* Sotus *de Iust. lib.4. quæst.6.art.3.circa tertium argumentum.* Salon. *in 2.2. quæst. 62. art. 2. controu.7.* Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. q. 14. de restitut. concl. 2.* Cælestin. *in compend. Theol. mor. tract.10. cap.3. num.2* Stroersdoff *de iust. & iure in 2.2. D. Thom. q.68. disp. vnic. num.4. concl. 1.* Molina *de Iust.tom.4. tract.3. disp.83.num.6.* vbi sic ait. De aliis autem quos interfectus ex sua liberalitate sustentabat,quibúsve eleemosynas,aut beneficia alia tribuebat, dicendum est non videri homicidam teneri eis ad restitutionem, esto cognati illius essent ; quicquid Adrian. Scot.& alij in contrarium asseruerint.Ratio autem est, quoniam id illis non erat debitum , quasi ius ad illud haberent, neque mors interfecto fuit illata animo priuandi eiusmodi homines emolumento, quod ex occiso sperabant , verisimilitérque in futurum percepissent, sed accidit id inde præter interfectoris intentionem sequi. Quia ergo quæ eiusmodi homines ab interfecto percepturi erant , connexionem non habent cum vita illius in ratione debiti , vt habent , quæ illi alij per-

cepturi erant, neque mors ex intentione aduenit contrauenienti iuri, quod eiusmodi homines habent ad accipiendum quod sibi quiuis ex liberalitate conferre voluerit, quasi homicida intenderit id impedire, sed per accidens est secutum, non secus ac si mors alia ex causa eidem euenisset; consequens perfectò est, vt homicida restituere non teneatur emolumenta, quæ eo modo morte iniusta per accidens impediuit. Possumus verò id confirmare, quoniam nullus dicet, homicidam restituere teneri amicis interfecti, quæ sperabant ab illo ex liberalitate accipere, eo quòd soleret eos inuitare, aut dona ad illos mittere, vel illis concedere quod ab eo petebant; neque item dicet, teneri restituere famulis, quæ vltra stipendium emeritum, sperabant ab illo in posterum accipere, vel commoditatem, quam in illius domo erant habituri: neque id affirmant Scotus, Adrian. & alij, quos impugnamus, sed solùm loquuntur de cognatis, qui sustentationem ab interfecto accipiebant; cùm ergo interfectus ex mera liberalitate sustentaret eos suos cognatos, qui non sunt de illorum numero, quos commemorauimus, non secus atque ex liberalitate sustentabat suos amicos ac famulos, neque eiusmodi cognati habeant plus iuris ad emolumenta quæ ex interfecto erant in futurum percepturi, quàm amici, aut famuli consequens profectò est, vt iniustus interfector non plus teneatur ea de causa cognatis illis restituere, quàm teneatur amicis, aut famulis interfecti. Hucvsque Molina.

RESOL. LXXIV.

An homicida teneatur restituere damnum illatum creditoribus pro morte occisi?

Et an homicida teneatur ad aliquam restitutionem familiaribus, & clientibus, si damnum aliquod ex morte occisi illis prouenerit?

Et an si maritus aliquem deprehensum in adulterio occidit, in conscientia teneatur restituere damna ex morte occisi sequuta? Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Resol. 54.

Sup. hoc in Resol. seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Molina *de iust. tract. 3. disp. 83. n. 8.* Et ratio est, quia occisus maiori obligatione iustitiæ tenebatur erga creditores, quàm erga parentes, vxorem, & filios; & ideo his alimenta, & hæreditas non præstatur, nisi solutis creditoribus. Ergo si homicida, vt omnes fatentur, tenetur damnum resarcire, quod vxori, liberis, parentibus occasione homicidij accidit; multò magis creditoribus, si ob tale homicidium debito suo priuati fuerant, dicendum est ad restitutionem teneri.

Sed his non obstantibus ego contrariam sententiam teneo cum Salonio *in 2. 2. quæst. 62. art. 2. cont. 8.* Lessio *lib. 2. cap. 9. dub. 16.* & aliis, penes quos rationes huius sententiæ videbis.

Sup. hoc in Resol. præterita.

2. Notandum est tamen hîc obiter primò, homicidam neque teneri ad vllam restitutionem familiaribus, vel clientibus, si damnum aliquod ex morte occisi illis prouenit: nam occisus supradictis ad nihil tenebatur ex iustitia, sed ex liberalitate operabatur. Et ita tenent Sotus *lib. 4. quæst 6. art. 3. circa 3. argum.* Molina *de iust. tr. 3. disp. 83. n. 6.* Lopez *in instruct. part. 1. cap. 72.* Lessius & Salonius *vbi supra*; quidquid in contrarium asserant Vasquez *opusc. de rest. c. 2. §. 3. dub. 7.* & Petrus Nauarra *de restit. lib. 4. c. 1. n. 76.*

Sup. hoc latè in lo. 5. tr. 4. Resol. 115. §. Sed hęc opinio. &c.

3. Notandum secundò, quòd si maritus aliquem deprehensum in adulterio occidit, in conscientia non tenetur restituere damna ex morte occisi sequuta, donec ad iudicem causa delata cognoscatur, vtrùm in pœnam delicti, atque iniuriæ compensationem restitutio ipsi remittenda sit, necne. Ita Molina *tr. 3. disp. 81. n. 10.* & alij.

RESOL. LXXV.

An homicida teneatur restituere damnum creditoribus occisi? Ex part. 5. tr. 4. Resol. 57.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Laymann *lib. 3. sect. 5. tr. 3. p. 3. c. 6. num. 4.* & Molina *de iustit. tom. 4. tr. 3. disputat. 83. numer. 8.* vbi sic ait. Maius dubium est de creditoribus iniustè interfecti, si aliquando eueniat vt propter eam iniustam mortem illi aliquid non recuperent eorum, quæ interfectus ipsis debebat, quod tamen recepturi fuissent, si ille interfectus non fuisset. Etenim hoc debitum de iustitia est, & quod anteponendum erit emolumento, quo priuatur vxor, & quo priuantur filij, cùm ad vxorem & ad filios non aliud ex marito, & ex patre spectet, quàm quod remanserit, deducto priùs toto ære alieno, satisfactisque integrè omnibus eiusmodi creditoribus interfecti; quare cùm homicida restituere teneatur vxori ac filiis eius, quem iniustè interfecit, emolumentum verum ex ita interfecto, quo ipsos priuauit, longè cum maiori ratione tenebitur restituere hoc aliud. Nec refert si quis dicat, damnum hoc creditorum non fuisse intentum ab homicida, sed per accidens, præterque ipsius intentionem esse sequutum. Nam similiter damnum vxoris ac filiorum fuit sequutum per accidens, & præter intentionem homicidæ, & nihilominus tenetur illud restituere, quia connexum erat cum morte iniusta interfecti, & contrarium eius damni magis erat debitum ab interfecto, quàm damnum vxoris ac filiorum. Item sicut damnum vxoris ac filiorum censetur voluntarium comparatione interfectoris, vt teneatur illud restituere, nihil impediente, quod non attenderit, an interfectus vxorem ac filios haberet, & quòd id ignorauerit, quoniam ex ipso, quòd cum peccato vult mortem interfecti, censetur imputatiuè velle effectum, vt illa restituere teneatur, quæcumque damna inde sunt sequi ex tali morte, si ex illa re ipsa sequantur, ita idem omnino cernitur comparatione damni creditorum interfecti. Ita Molina, satis quidem probabiliter.

Sed ego negatiuam sententiam probabilem puto, quam tenet Salon. *in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. conc. 8.* Sotus *de Iust. lib. 4. q. 6. a. 3. ad 4.* Becanus *de Iust. & iure in 22. D. Thom. q. 14. de restit. concl. 1.* Cœlestinus *in compend. Theolog. moral. tract. 10. c. 3. num 2.* Filliucius *tom 2. tract. 32. cap. 8. num. 209.* & Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 26. n. 151.*

2 Probatur primò: nàm planè per accidens obuenit damnum creditoribus, non enim illa actio occisionis ex natura sua, vel vt plurimum est illis damno; ergo non est iniuria in illos.

3. Secundò, quia creditor non habet ius in debitorem, nisi quantum extendunt se bona, quæ actu habet, vel quæ verisimiliter erat habiturus: ergo cùm homicida restituit hæredibus, in quos obligatio defuncti transfertur, ea, quæ ipse putabatur lucraturus, non facit iniuriam creditoribus, possunt enim ab hæredibus solutionem petere.

4. Tertiò creditor non est ita conjunctus debitori, vt damnum quod huic fit, debeat censeri fieri creditori, non solùm per accidens, seu ciuili modo ei cohæret, qua ratione innumeri possunt cum ipso coniungi. Absurdum autem videtur omnes eos, qui cum ipso contrahunt, habere ius iustitiæ in ipsius inimicum, ne ipsum occidat. Confirmatur, quia qui cum aliquo contrahunt, debent videre an ille habeat sufficientia bona, vel certè curare, vt det sufficientem cautionem, quod si non fecerint, sibi imputent, non enim tenetur inimicus ex iustitia tam procul respicere.

5. Quartò, non videtur hæc obligatio vsu recepta, imò communi hominum iudicio, non censetur homicida

cida creditoribus obligatus, nisi fortè ea intentione occiderit, vt eis obesset: vnde in casu contingenti non imponerem homicidæ onus restitutionis.

RESOL. LXXVI.

An si mancipium aliquem occidat, absque Domini culpa, adhuc Dominus teneatur ad aliquam restitutionem ante iudicis sententiam?

Et notatur Dominum posse abscondere animal, aut seruum, ne capiatur ante sententiam. Ex part. 5. tr. 4. Res. 52.

Sup. hoc melius, & magis late in tom. 3. tr. 8. Res. 67. §. 2. vsque in fine.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondendum, ex *l. si seruus ff. de noxalibus action.* & ex *c. si culpa, de iniuriis & damno dato.* Verùm ego puto cum Petro Nauarra *lib. 2. c. 1. n. 38.* & Lessio *lib. 2. c. 9. dub. 17. n. 119.* istas leges neque iure positiuo ante sententiam iudicis obligare in conscientia, quia videntur solùm pertinere ad forum externum, neque aliter vsu receptæ sunt: quæ omnia à fortiori procedunt in animalibus, quæ si aliquod damnum fecerunt absque domini culpa, non teneatur dominus ad damni restitutionem, nisi post iudicis sententiam, vt ipsemet Lessius docet *n. 119.* & Malderus *in 2. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5.* vbi etiam notat dominum posse abscondere animal, aut seruum, ne capiatur ante sententiam.

RESOL. LXXVII.

Quid teneatur restituere homicida, vel mutilator?

Et pro praxi huius difficultatis aliqui casus adducuntur, alij vero notantur in textu huius Resolutionis. Ex p. 5. tract. 4. Res. 53.

§. 1. CErtum est teneri primò ad impensas in curatione morbi, siue vulneris. Secundò ad omnia damna ex nece sequuta. Tertiò ad lucrum cessans. Sed primò hîc est difficultas, an homicida teneatur restituere integrum lucrum? & affirmatiuè respondet gl. *in c. 1. de iniuriis, ver. operas*, & *ibi* Panormitanus *n. 5.* glos. *in l. ex hac ff. si quadrup. paup.* Grassius *in decis. lib. 2. c. 66. n. 2.* Gomez *lib. 3. variar. c. 6. n. 9.* Ioannes Maior *in 4. dist. 15. q. 9. dub. vltimo.* Nauar. *in Manuali, c. 15. n. 26.* & alij.

2. Verùm contraria sententia tenenda est. Dico igitur quòd homicida non tenetur integrum lucrum restituere, quia lucrum in spe, quod multis modis impediri potest, non valet tantum, quantum lucrum in re. Vnde in taxando hoc lucro attendendæ sunt circumstantiæ personæ, loci, temporis, &c. Si occisus erat iuuenis, & optimæ salutis, item si erat bonus artifex, & maximè labori incumbens. Ita D. Thom. *in 2. 2. q. 62. art. 2. ad 1.* Mercatus *de contract. lib. 6. c. 6.* Sotus *de Iust. lib. 4. q. 6. art 3. ad 1.* Ledesma *in 2. p. 4. q. 18. art 2. dub. 2.* & alij communiter. Existimo etiam probabilem cum Becano *de iust. & iure in q. 62. 2. 2. D. Th. de restit. q. 8. concl. 1.* Couarr. *lib. 2. var. c. 10. n. 7.* & Angelo *ver. restitutio 1. §. homicida*, hanc æstimationē faciendam esse iuxta dispositionem iuris ciuilis, quæ habetur *in l. computationi ff. ad legem falcidiam.* Vt si quis sit annorum 30. vel infra, is putetur adhuc victurus 30. si sit 35. putetur victurus 25. si sit 40. adhuc 20. si sit 50. adhuc 10. semper diminuendo vsque ad 60. Sed hanc opinionem aliqui non admittunt, quia ex illa sequeretur occidentem sexagenarium non teneri ad aliquam restitutionem, quod non videtur admittendum: nam fieri potest vt adhuc sit validus, & putetur diu victurus. Certum est autem in vtraque sententia quòd quando læsus remanet viuus cum membri abscissione, vel perpetua debilitate, non oportet hanc computationem annorum vitæ facere, sed potest solui annuatim dum vixerit, quolibet anno certa summa pro illo lucro, quod habiturus erat. Quia verò valdè difficile est ratione circumstantiarum dare vnicuique ex damnificatis, quod ei ex iustitia debetur, sanum est consilium vti compositione cum his, quibus restitutio faciendi est, qui mutuò debent sibi remittere, si quid minus, plúsve debeatur.

Sup. hoc infra in rel. 79. §. 1. & 2.

3. Secundò difficultas est, vtrùm ex lucro deducenda sit æstimatio molestiæ & laboris, quem in præstando officio, vel opificio subiturus fuisset? Negatiuè respondet Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 19. n. 115.* Sotus *de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. circa tertium argum* Nauarra *de rest. lib. 4. c. 1. n. 68.* Couarr. *lib. 2. var. c. 10. n. 7.* & Villalobos *in sum. to. 2. tr. 11. diff. 25. n. 4.* vbi sic ait. [Quanto a la cuenta del lucro cessante no se ha de atender a todo lo que el oficial podria ganar, sino lo que de hecho ganaua, quitando las fiestas, y lo que auia de gastar con su persona. Y no se ha de quitar lo que valia su trabajo, que si esso se quitara a penas quedaria nada.] Ita ille. Et certè si æstimatio laboris detrahenda sit, vix aliquid supererit, nam sæpe lucrum non est maius, quàm æstimatio laboris, vt patet in his artificiis, in quibus est parum ingenios iæ industriæ. Deinde qui alium impediuit à labore diurno, tenetur integrè lucrum illius diei sarcire, nulla parte detracta ratione laboris non obiti, nam alter cupiebat laborem subire: ergo, &c. & hæc sententia est satis probabilis.

Sup. hoc in Resol. & §§. notor. præteritæ.

4. Sed contrariam docuit Io. Maior *in 4. sent. dist. 15 q. 19.* quam etiam admittit Rebellius *p. 1. lib. 5. qu. 3. n. 2.* vbi sic ait. Lucri cessantis restitutio moderanda erit proper æstimationem laboris, quem in lucrando subiturus erat, nisi fortè eius esset ingenij, vt non minus molestè ferret, otium, quàm laborem. Ita ille. Verùm quia res morales moraliter tractandæ sunt, ego existimo quòd huius ingenij pauci inueniuntur, maximè si ageretur de labore per totam vitam; ideo in praxi satis probabiliter existimo posse ad arbitrium prudentis viri aliquid detrahi à restitutione lucri cessantis ratione leuaminis à labore, & ita mecum sentiunt docti recentiores, quicquid in contrarium Doctores communiter asserant.

5. Notandam est etiam hîc obiter contra Sotum *de iust. lib 4. qu. 6. art. 1.* ex modo occidendi iniurioso, nimirum insidiosè, proditoriè, crudeliter, atrociter, &c. non esse aliquid amplius restituendum. Ita Azorius *part. 3. lib. 5. c. 3. q. 3.*

6. Nota etiam quòd non tantùm hæredes homicidæ tenentur soluere damna, sed etiam ipse fiscus, si bona homicidæ fuerint publicata, sicuti tenetur ad alia debita. Ita Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 22. à numer. 74. vsque ad num. 84.* Aragon *in 2. 2. D. Th. q. 62. art. 2. ad 1.* & alij, quod Iulius Clarus *in praxi crim. lib. 5. homicidium, ver. tenetur*, etiam notat male in praxi obseruari.

7. Et tandem nota contra Nauarrum *c. 15. n. 22.* homicidam non teneri soluere expensas moderatas factas in sepultura occisi. Item si quis iniustè præueniendo aliquem occiderit, qui naturali, vel aliàs iusta morte erat moriturus, non tenetur aliquid restituere, quia nullum damnum intulit occiso, quod iuste non erat passurus. Ita DD. citati.

RESOL. LXXVIII.

An pro ipsius vitæ, aut membri priuatione, deformitate cicatrice, &c. sit facienda aliqua restitutio? Ex part. 5. tr. 4. Res. 54.

Sup. hoc in Rel. seq. §. Notandum est.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet D. Thom. *in 2. 2. q. 62. art. 2. ad 1.* & *ibi* Aragon, Salonius, Syluius,

Syluius, Valentia, Scotus, Richardus, Gabriel, & Maior *in 4. sent. dist. 15.* Adrianus *in 4. de restit. q. vlt.* Azorius *tom. 3. lib. 3. c. 3. q. 4.* Molina *de Iust. tom. 4. tr. 3. disp. 88.* Rebellius *part. 1. lib. 3. q. 13. n. 1* Fernãdez *in Exam. part. 1 c. 14. §. 1. n. 17.* & alij : & ratio est: tum, quia, vt notauit D Thom. cit. quandocumque non potest reddi æquiualens, reddi debet possibile, quia impossibilitas excusat à tanto, non à toto. Tum, quia absurdum videtur bouem, aut seruum alterius occidentem teneri de damno vitæ, bouis autem dominum occidentem non item. Tum, quia in omni sententia licet de tali damno transigere, atque ita ex pacto saltem aliquid pro ipso accipere. Tum, quia in lege Moysis simile damnum erat compensandum *Exod. 21.* vbi pro anima iubetur dari pretium, pro oculo, aut dente serui libertas. Discrepant tamen citati DD. in modo restitutionis. Adrianus ait reum, si in iudicio non puniatur, debere vitam exponere pro Republica in tali bello, quod tamen communiter ab aliis, & rectè, reiicitur, quia hæc restitutio per se læso nihil prodest. Sotus ait satisfaciendum esse petendo veniam vel à læso, vel ab hæredibus (nisi cum his aliter transigatur) aut alia arbitraria satisfactione, determinatè autem ad suffragia spiritualia pro occiso offerenda non putat ex iustitia teneri lædentem, licèt hæc commoda satisfactio esse queat. Salon. itidem totũ hoc relinquit arbitrio prudentis Confessarij, vt reus satisfaciat aut per suffragia & officia spiritualia ipsi defuncto, aut per veniæ petitionem, aut aliquam compensam pecuniariam ipsis hæredibus. Conueniunt tamen ferè omnes in eo, si reus in iudicio iusta pœna talionis afficiatur pro naturali damno ad nihil aliud teneri.

2. Verùm his non obstantibus ego puto absolutè contrariam sententiam tenendam esse, quam tenetur Petrus Nauarra *de restit. lib. 4. c. 1. nu. 80.* Nauarrus *in Manuali cap. 15. n. 22.* Gomez *lib. 3. var. c. 6.* Couarr. *lib. 2. var. c. 10.* Filliucius *tom. 2. tract. 32. c. 8. nu. 200.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4 dub. 1. c. 7.* Gordonus *in Theolog. moral. tom 1. lib. 5. qu 4. cap. 4. num. 16.* Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 9. dub. 23. num. 141.* Laymann *lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 1. cap. 6. num. 2.* Vasquez *opusc. de restit. cap. 2. §. 3. dub. 6.* Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. quæst. 11. de restit. concl. 1. & seqq.* Dicendum est igitur pro vita, membro, cicatrice hominis liberi nihil necessariò restituendum esse in conscientia.

3. Probatur primò ex *l. fin. de his qui effuderint, vel deiecerint*, & ex *l. ex hac lege. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur.* nam in his legibus dicitur liberum corpus nullam recipere æstimationem, ac proinde damna corporis liberi non posse pretio compensari, quia sunt supra omne pretium.

4. Hinc probatur secundò, quia restitutio, quæ debetur, ex iustitia, reparat damnum illatum præcisè ad æqualitatem : ergo vbi damnum natura sua irreparabile est, non debetur restitutio lege iustitiæ. Vnde è contrario dicendum est, quòd pro vita serui, vel animalis debet fieri restitutio pecuniaria, quia illorum vita æstimatur pretio quod ad æqualitatem rependi potest: ergo pro illa tantum soluendum est, quantum valet. Cæteras rationes videbis apud Lessium *vbi suprà*, & ideò in tali casu Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 113.* putat quòd non debet facilè Confessarius pœnitentem ad restitutionem compellere.

5. Vnde ex his infertur primò quòd si vir nobilis, aut alius occisus sit, qui nihil lucri faciebat, nihil restituendum erit.

6. Infertur secundò nihil esse restituendum homini libero pro deformitate resultante ex vulnere, nisi inde damnum temporale resulret ; tunc enim non ratione vulneris & fœditatis, sed ratione damni tenetur illud compensare, vt si deformitatem faciat in fœmina nubili, quæ ob id matrimonio copulari nequit, vel ampliori indiget dote. Similiter si deformitas facta esset in seruo, ob quam minùs valeret.

7. Infertur tertiò quòd fustibus, vel alapa percutiens aliquem non tenetur pro iniuria compensationem pecunia facere, sed tantùm pro damnis temporalibus, si quæ inde sequantur.

RESOL. LXXIX.

Quis vulnerauit opificem, quæsierunt à me, ad quid teneatur vulnerans restituere ?

Et in corpore huius Resol. alij quatuor diuersi casus inseruntur, & notantur sæpe contingentes in praxi. Ex p. 3. tr. 6. Resol. 53.

§. 1. REspondi ad impensas Medico largitas, iuxta *cap. 1. de iniuriis.* Secundò ad æstimationem operarum, quibus ille caruit, quibus ex illo vulnere inutilis factus est, vt patet ex *l. vlt. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt.* Sed difficultas tunc fuit, vtrùm deducenda esset æstimatio molestiæ, ac laboris, quem in officio, aut opificio subiturus erat? Et alij negatiuè responderunt, & probabiliter quidem ; nam ita tenent Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 19.* Nauarra *de restit. lib. 4. c. 1. n. 68.* Couarr. *var. resol. lib. 2. c. 10. num. 7.* & Sotus *de iustit. lib. 4. q. 6. art. 3. circa 3. argum.* & alij.

2. Verùm ego contrariam sententiam non minus probabilem esse existimaui, quam docent Rebellius *part. 1. lib. 3. q. 13.* Molina *de iust. tract. 3. disp. 87. conclus. 1.* Maior *in 4. dist. 15. q. 19.* Igitur in tali casu, si pœnitens vellet æstimationem laboris deducere, Confessarius illum potest secure absoluere, & à dicto onere restitutionis liberare.

3. Notandum est tamen hîc obiter primò contra Sotum *in 4. dist. 15. quæst. 3.* Adrianum *in 4. de restit. quæst. vlt.* Sotum *de iustit. lib. 4. q. 6. art. 3.* Syluestrum *ver. restitutio 3. quæst. 2.* Azorium *tom. 3. lib. 5. cap. 3. q. 4.* & Molinam *tract. 3. disp. 84.* pro cicatricis deformitate, membri, imò ipsius vitæ iactura nullam pecuniæ compensationem secundùm se faciendam esse, ante iudicis sententiam. Ita docent Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 23. & 25.* Nauarrus *c. 15. num. 22.* Gomezius *var. resol. lib. 3. cap. 6. n. 12.* Nauarra *lib. 4. cap. 1. num. 80. & seq.* Vasquez *in opusc. de restit. cap. 2. § 3. dub. 6.* & glossa *in cap. 1. de iniuriis*, & habetur clarè *in l. vlt. & in l. 1. § sed cum homo, ff. de his qui effuderunt*, vbi asseritur, quòd in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest.

4. Vnde hinc etiam obiter nota contrà Sa *ver. infamia, n. 7.* Molinam *tract. 4. disp. 45. n. 3.* Adrianum *quod lib. 11. diffic. 6.* Sotum *de reg. secr. memb. 1. q. 2. concl. 5.* & alios probabile esse, quòd si quis famam iniustè ablatam, non directè, nec indirectè restituere possit, non teneri ante iudicis sententiam pecunia illam compensare, vel satisfacere. Et ita tenent Lessius *lib. 2. c. 11. dub. 16.* Nauarra *lib. 2. c. 4. n 417.* Sylvester *ver. detractio, q. 4.* & nouissimè Layman *in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 2. c. 7. n. 3.* cum aliis.

5. Notandum secundò aliquem, qui prouocatus ad pugnam accessit, etsi deliquerit vulnerando, non tamen teneri damnum restituere, nam prouocans quantum in se erat potestatem fecisse censetur inferendi damnum, & sic probabiliter sentiant Lessius *lib. 2. c. 9. dub. 21.* Rebellius *part. 1. lib. 3. q. 12.* Azorius *tom. 3. lib. 5. c. 3. qu. 7.* quidquid in contrarium asserat Molina *de iust. tract. 3. disp. 82.* Vnde à fortiori infertur, qui ex condicto ad duellum descendit, & mortem, aut vulnus alteri intulit, ad nullam restitutionem hæredibus, seu vulnerato teneri, nam volentes, & consentientes ad pugnam descenderunt. Lessius *vbi suprà*, & alij.

RESOL.

RESOL. LXXX.

An homicida ex iustitia teneatur pro anima defuncti offerre Missas,preces,&c? Ex part.5. tr.4.Res.60.

§.1. AFfirmatiuè respondet Scotus *in 4. dist.15. q. 3.* Gabriel *ibidem.q.15.art.1.in fine* Iul.Clar. *in pract.crimin. lib.5.§. Homicidium,ver.tenetur etiam.* Rolandus à Valle *lib.2. cons.39.* Aragon *in 2.2. q.62. art.2.* Fernandez *in Exam.part.1. cap.14.§.1.num.19.* Adrianus in *4.de rest.quæst.vlt.* Molina *tom.4. tract.3. disp.84.n.11.* Rebellius *part.1.lib.3. q.14. n.6.* & alij: vbi docent satisfactionem iniuriæ personalis fieri posse per suffragia pro occiso,& ad hoc homicidam non solùm teneri ex charitate,sed ex iustitia.

2.Sed contrà est, quia nemo tenetur damnum resarcire ex bonis diuersi generis ac ordinis, si in eodem non possit,quia solùm bona eiusdem generis ac ordinis inter se commensurari possunt, secundùm proportionem dati & accepti; sermo enim est de restitutione, siue compensatione damni per iustitiam commutatiuam.Et hæc docet Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Th.q.13. de restit.concl.2.* Strouersdorff *de iust.& iure in 2.2.D.Th.q.78. disp.vnic.n.29.concl.2.* Azorius *p.3. lib.5.c.3.q.12.* Filliucius *tom.2. tr.32.c.8.n.205.* Layman *in Theol.moral.lib.3. sect.5.tract.3.p.3.c.6.n.1.* qui bene addit in foro interno decere Confessarium pro satisfactione sacramentali imponere homicidæ preces, sacrificia,&c. animæ occisi applicanda.

Sup. hoc in tom.1. tr.6. Res.56.

RESOL. LXXXI.

An homida sit compellendus restituere, licet ex restitutione constituatur in graui necessitate?
Et quid, si homicida constituatur in extrema necessitate?
Et quid est faciendum, si hæredes occisi essent etiam in graui necessitate? Ex part.5.tr.4.Res.62.

§.1. AFfirmatiuè respondet Martinus Ledesma *in 2.part.4.qu.18.dub.2. art.2.* vbi docet in tali casu homicidam compellendum esse ad restitutionem, modò non constituatur in extrema necessitate.

2. Sed ego contrarium teneo cum Soto *de iust.lib.4. q.6.art.3.in soluit. ad 3.* Cordub. *lib.1. q.31. art.3.* & Sanch. *in opusc. tom.1. lib.1. c.4.dub 7. n.2.* quia non tenetur cum tanto dispendio restituere quod limitatur, nisi hæredes occisi essent etiam in graui necessitate.

RESOL. LXXXII.

An hæredes homicidæ excusentur à restitutione,si ille capite damnatus est? Ex part.5. tr.4.Resol.60.

§.1. NEgatiuè respondet Sanchez *in opusc. tom.1. lib.1. c.4. dub. 2. nu.2.* Mercatus *de contron. lib.6. c.6.* Gordonus *tom.1. lib. 5. q.4. c.4. n.17.* Malderus. *de iust. & iure in 2.2. D.Thom. tract. 3. cap.3. dub.5.* Azorius, *tom.3. lib.5 c. 3. q. 6.* Petrus Nauarrus *de rest. lib.4. c.1. n.91.* Couarr. *lib 2 var. cap.10. num.7.* Gomez *tom.3. c.3. n.3.* quia pœna infligitur à iudice non vt damnum parti læsæ compensetur, sed vt iniuria Reipublicæ & legibus illata vindicetur,aliisque terror incutiatur. Et si hæc opinio esset vera,hoc onus ad fiscum etiam transiret, quamuis Iul. Clar. *in praxi lib.5.§.Homicidium n.23.* quæratur hoc malè in praxi seruari.

2. Verùm ego puto cum Lessio *lib.2. cap.9. dub.22. num.139.* affirmatiuam sententiam probabilem esse, quam videtur docere Scotus *in 4.dist.15.quæst.3.art.2.* Idem docet Gabriel *ibidem qu.15. art. 2.* Rosella *ver. restitutio* 3.Angelus *eodem ver.1 § Homicida.* Adrianus *quæst.vlt.de restit.* & Dominicus Bannez *de iust.& iure in 2.2. D.Th. q.62. art. 2.* quia capitis sententia compensat omnem iniuriam & damnum homicidij. Et præsertim hæc sententia erit amplectenda,vt tenet Becanus *de iustit. & iure in 2.2.D Th. q.10. de restitut. concl. 2.* quando hæres occisi nihil pro satisfactione damnorum exigat; ita enim ferè habet vsus, vt pœna talionis censeatur acquiescere.Et in hoc casu ego prorsus nullum imponerem onus restituendi. Notandum est tamen hîc cum Aragonio *in 2.2.q.62.art.2.* & Fernandez *in Exam.Theolog. moral.part.1.c.14.§.1.n.16.* quòd stando in prima opinione,intelligenda est quando bona damnati ad mortem peruenerunt ad hæredes, non successione hæreditaria,sed libera legatione.

RESOL. LXXXIII.

Quando ex homicidio casuali incurratur obligatio restitutionis?
Et in textu huius Resolutionis adducuntur aliqui casus in exemplum supradictæ difficultatis, ex quibus oritur vltima difficultas,scilicet,ex quanam culpa,hoc est,ex quanam negligentia non adhibita in prædictis casibus homicidij casualis oriatur obligatio restitutionis;an ex negligentia,& culpa lata,non leuissima, vel leui; vel an in dicto casu restitutio sit minus facienda, quam si homicidium fuisset ex industria admissum: Ex part.5. tract.4. Res.46.

§.1. REm hanc clarè,breuiter; & doctè, vt semper solet,explicat Lessius *de iust.lib.2.cap.9. dub. 15.* vbi sic ait.Primò quando causa non erit efficax,ita vt ex ea non soleat vtplurimum talis effectus sequi,sed aliunde, nempe ex eo quod per accidens coniungitur, vt si alicui inflexisti vulnus non lethale, sed mors sequuta est, vel malitia, aut negligentia Medici, vel ex iniuria infirmi,hæc occisio censebitur tibi fortuita,vnde nõ eris reus homicidij,nec teneberis ad restitutionem vt homicida,sed solùm vt vulnerans;secus tamen si eo loco non erant Medici, & læsus debitam diligentiam adhibuit, tali enim loco,& tempore vulnus illud censebitur lethale.Secundò si dans operam non solùm rei licitæ, sed etiam illicitæ, adhibuisse sufficientem cautionem, ne inde aliquid incommodi sequeretur, tunc enim etiam fortè sequuta sit mors alicuius, non tibi imputanda est, quia nec in se, nec in causa talis mors est volita.Nec obstat,quòd causa fuerit periculosa, ac proinde mors illa videtur volita in causa, quia diligentia antea adhibita abstersit omne periculum,& ideo in tali casu nulla adest culpa homicidij, vel obligatio restitutionis.Hinc infertur Clericos, chirurgos, & venatores si casu interficiant homines post adhibitam in venatione & curatione infirmi debitam diligentiam,non teneri aliquid restituere, non enim peccarunt peccato iniustitiæ & homicidij, ergo non tenentur ad restitutionem.

2.Idem dicendum est secundùm Lessium de occisore mariti,qui inuadit adulterum, vt infrà videmus. Et hæc doctrina applicanda est etiam conuitiatori,qui alterum conuitio incitauit ad se inuadendum, & illum postea occidit, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, nam non tenebitur aliquid restituere. Etenim conuitium non est via ad occisionem læsi, sed potiùs conuitiatoris; quicquid in contrarium asserat Nauarrus *in man.c.15.n.7.* qui malè pro se citat Caietanum; nam ibi Caietanus loquitur de eo, qui dat operam rei

Infra in Res. quæ hic est supra 68.

rei illicitæ,quæ natura sua tendit ad occisionem:ergo, &c. Ita Lessius *vbi supra dub.* 21. *n.*137. cui adde Petrum Nauarra *de restit.lib.*2.*c.*3.*n.*262. & Becanum *in* 2.2. *D.Thom.q.*9. *de restit.concl.*4.

3. Sed ex supradictis oritur difficultas, ex quanam culpa hoc est, ex quanam negligentia non adhibita in supradictis casibus homicidij casualis oriatur obligatio restitutionis:Respondeo cum Azorio *p.*3.*lib.*5.*c.*3. *q.*9. & Lessio *lib.*2.*c.*9. *dub.* 17. *n.*115. ex culpa & negligentia lata,non leuissima,vel leui; verùm an in dicto casu restitutio sit mitiùs facienda, quàm si homicidium ex industria fuisset admissum:negatiuè respondet Azorius *qu.*8. & Nauarr. *in man. c.*15. *n.*27. affirmatiuam sententiam tenet Syluester *ver. restitutio* 3. *q.*2. & Angelus *eodem ver.* 1. asserentes restitutionem in tali casu non in integrum,sed ex parte, arbitrio boni & prudentis viri faciendam esse,

RESOL. LXXXIV.

An qui ex timore mortis personam aliquam demonstrasset, quæ postea occisa est, teneatur ad restitutionem? Ex part.5.tr.4.Res.63.

Sup. hoc in tom.7. tr 5. Res 76.§. Et ideo. cursim ad lin. 4.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Rodriquez *in summa tom.*1. *c.*222.*n.*16. [El hombre preso de los ladrones y malhechores, que sabe que van à matar à Francisco,y quemarsu casa, y contreñido con temor de la muerte,se la va à mostrar,y matan à Francisco,y queman su casa,se deue condenar pro homicida, y està obligado à restituyr el daño que se siguiò de mostrar la dicha casa; porque aunque en ninguna manera podia euitar la muerte, si no es, enseñandoles la casa,obligacion venia de antes morir, que mostrarsela, pues sabia que mostrandosela, auia de cometer contra el proximo tan grande injusticia,y auian de hazer tan graues pecados; loqual non podemos hazer por conseruar la vida corporal, como lo prueua Paulo Comitoli,cuya opinion recibio en el fuero exterior, empero en el fuero de la conscienciа no le obligaria à esta restitution; porque el no fue causa moral deste daño.] Ita ille, & ego.

RESOL. LXXXV.

Quidam vir Nobilis consuluerat alteri, vt homicidium committeret, sed postea ante patratum facinus consilium reuocauit, multas rationes ad dissuadendum adhibens; quæsiuit à me postea, an teneatur ad restitutionem damni ex illo homicidio sequuti?

Et in textu huius Resolutionis decidituir discrimen inter consulentem, & mandantem. Ex part.2. tract. 16. & Misc.2. Res.15.aliàs 17.

Quod hoc in tom.5. tr. 2. lege doctrinam rationes res. 27.& 28. & ibi in tr. 6. res.24.& 25. & iterum ibi in tract.1.ex Res.74. per totam,& signanter §. 2. ante medium,à vers. vtrum. & ex omnibus inferes quid Sup. hoc est sentiendum.

§.1. OVidam vir doctus Societatis Iesu, consultus etiam de hoc casu,affirmatiuè respondit, & satis quidem probabiliter; ita etiam docet P. Molina *de iust.tom.*2.*tr.*2 *disp.*731 *n.*1. Lessius *lib.*2. *c.*13. *dub.* 3.*nu.*17. Bartholomæus à S. Fausto *in speculo confess. disp.*4.*q.*69.*n.*3. Megala *in* 2.2.*lib.*2. *c.*2. *q.*3. *num.*26. Malderus *in* 2.2. *tr.*4.*c.*2. *dub.*3. vbi agit de consulente. Et ratio est, quia hæc est differentia inter mandantem,& consulentem, nam mandatarius non exequitur mandatum nomine proprio,sed nomine, & in gratiam mandantis. Ergo postquam reuocatum est mandatum, & hoc ei notificatum est,si mandatarius his non obstantibus committat delictum,illud committit nomine proprio,& proprio arbitrio. Ergo ei imputabitur. Secus est in consulente, quia ostensione commodi, vel honoris, consulens voluntatem alterius ad damnum inferendum promouit, & hæc motio tamdiu durat, quamdiu ipse tali consilio incitatus damnum concipium vult exequi; hinc ait P.Molina consilium datur gratia eius cui datur, vt is illo vtatur, tanquam suum negotium agens,eáque ratione, quandocumque is illo promotus,damnum iniustè infert,imputatur opus, quo damnum infert,atque effectus ei,qui tale consilium dedit,tanquam causæ, per id consilium ad id opus, ad cúmque effectum cooperanti.

2. Ego verò dictum consulentem ad restitutionem non obligaui, tenens contrariam sententiam, quam probabilem vocat Lessius *supra n.*18. & illam docet doctissimus Nauarra *de restit.lib.*3.*c.*4. *n.*17. Salon. in 2.2. *q.*52.*art.*7. *contr.*9. Regin. *in praxi.tom.*1.*lib.*10. *c.*10. *q.*1.*n.*108. & Azor. *p.*3.*lib.*4.*c.*11.*qu.*2. Et ratio est,quia quando consulens fecit quod potest,vt consilium suum euertat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum,& non sequendum,non videtur executor ipsius consilio moueri; sed sua malitia, Ergo,&c.

Negandum est igitur,contra DD.aduersæ sententiæ, discrimen inter mandantem,& consulentem.

RESOL. LXXXVI.

Quæritur,an consulens homicidium de quo supra dictum est, postquam reuocauit consilium, nihil poterat persuadere; an inquam, tenebatur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia monere cum secreto, contra quem huiusmodi consilium datum fuit, ad effectum se tuendi? Ex part.2. tract. 16. & Misc. 2. Res. 16. aliàs 18.

Sup. quæ adduc.

§.1. TEneri ex lege iustitiæ putant aliqui, quos sequitur Barthol. à S.Fausto *in speculo confess. disp.*4.*q.*72.

2. Multi verò putant,eum obligari ad reuocandum consilium lege iustitiæ,quoniam nondum est delictum perpetratum sed reuocato consilio, non cogi lege iustitiæ monere secretò eum, contra quem consilium est datum,sed lege charitatis,si commodè potest admonere illum. Quare si reuocato consilio delictum fuerit admissum, non cogitur,inquiunt, compensare damnum,quia non est consilio ipsius secutum, cùm ille aliud delictum admiserit, quia voluit ex sua malitia, non quia consilium est illi datum.Hæc Azor.*p.*3.*lib.*4. *cap.*11.*q.*3. ex sententia multorum, quam probabilem vocat,sicut & ego etiam existimo.

RESOL. LXXXVII.

An, qui consuluit homicidium, postquam reuocauit consilium,sed non certiorauit eum, cuius vita patratur excidium, teneatur ad restitutionem? Ex part.5.tr.4. Res.64.

Sup. quæ adduc.

§.1. RESpondet quòd licèt talis ex lege iustitiæ teneatur reuocare consilium,si tamen nihil persuadeat, non tenetur eadem lege monere eum, contra quem de nece,aut alio damno consilium dederat,vt sibi caueat,sed sola lege charitatis ad id obligatur,si tamen commodè potest, & proinde si reuocato consilio, & reuocatione cognita delictum fuit commissum,nihil tenetur restituere. Ita probabiliter Cælestinus *in Compend.Theol.mor tract.*9.*c.*6.*n.*5. qui citat Lessium, cui adde Petrum Nauarra *de restit.lib.*3.*c.*4.*n.*27. & Salonium *in* 2.2. *q.*62. *art.*7.*controuers.*6. & ratio est, quia quando fecit,quod potest, vt consilium prius euertat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum,& non sequendum, non videtur executor ipsius consilio moueri,sed sua malitia: ergo,&c.

RESOL.

RESOL. LXXX.

An homicida ex iustitia teneatur pro anima defuncti offerre Missas,preces,&c? Ex part.5. tr.4.Res.60.

§.1. AFfirmatiuè respondet Scotus *in 4. dist.15. q. 3.* Gabriel *ibidem.q.15.art.1.in fine* Iul.Clar. *in pract.crimin. lib.5.§. Homicidium,ver.tenetur etiam.* Rolandus à Valle *lib.2. cons.39.* Aragon *in 2.2. q.62. art.2.* Fernandez *in Exam.part.1. cap.14.§.1.num.19.* Adrianus in *4.de rest.quæst.vlt.* Molina *tom.4. tract.3. disp.84.n.11.* Rebellius *part.1.lib.3. q.14. n.6.* & alij: vbi docent satisfactionem iniuriæ personalis fieri posse per suffragia pro occiso,& ad hoc homicidam non solùm teneri ex charitate,sed ex iustitia.

2.Sed contrà est, quia nemo tenetur damnum resarcire ex bonis diuersi generis ac ordinis, si in eodem non possit,quia solùm bona eiusdem generis ac ordinis inter se commensurari possunt, secundùm proportionem dati & accepti; sermo enim est de restitutione, siue compensatione damni per iustitiam commutatiuam.Et hæc docet Becanus *de iust. & iure in 2. 2. D. Th.q.13. de restit.concl.2.* Strouersdorff *de iust.& iure in 2.2.D.Th.q.78. disp.vnic.n.29.concl.2.* Azorius *p.3. lib.5.c.3.q.12.* Filliucius *tom.2. tr.32.c.8.n.205.* Layman *in Theol.moral.lib.3. sect.5.tract.3.p.3.c.6.n.1.* qui bene addit in foro interno decere Confessarium pro satisfactione sacramentali imponere homicidæ preces, sacrificia,&c. animæ occisi applicanda.

Sup. hoc in tom.1. tr.6. Res.56.

RESOL. LXXXI.

An homida sit compellendus restituere, licet ex restitutione constituatur in graui necessitate?
Et quid, si homicida constituatur in extrema necessitate?
Et quid est faciendum, si hæredes occisi essent etiam in graui necessitate? Ex part.5.tr.4.Res.62.

§.1. AFfirmatiuè respondet Martinus Ledesma *in 2.part.4.qu.18.dub.2. art.2.* vbi docet in tali casu homicidam compellendum esse ad restitutionem, modò non constituatur in extrema necessitate.

2. Sed ego contrarium teneo cum Soto *de iust.lib.4. q.6.art.3.in soluit. ad 3.* Cordub. *lib.1. q.31. art.3.* & Sanch. *in opusc. tom.1. lib.1. c.4.dub 7. n.2.* quia non tenetur cum tanto dispendio restituere quod limitatur, nisi hæredes occisi essent etiam in graui necessitate.

RESOL. LXXXII.

An hæredes homicidæ excusentur à restitutione,si ille capite damnatus est? Ex part.5. tr.4.Resol.60.

§.1. NEgatiuè respondet Sanchez *in opusc. tom.1. lib.1. c.4. dub. 2. nu.2.* Mercatus *de contron. lib.6. c.6.* Gordonus *tom.1. lib. 5. q.4. c.4. n.17.* Malderus. *de iust. & iure in 2.2. D.Thom. tract. 3. cap.3. dub.5.* Azorius, *tom.3. lib.5 c. 3. q. 6.* Petrus Nauarrus *de rest. lib.4. c.1. n.91.* Couarr. *lib 2 var. cap.10. num.7.* Gomez *tom.3. c.3. n.3.* quia pœna infligitur à iudice non vt damnum parti læsæ compensetur, sed vt iniuria Reipublicæ & legibus illata vindicetur,aliisque terror incutiatur. Et si hæc opinio esset vera,hoc onus ad fiscum etiam transiret, quamuis Iul. Clar. *in praxi lib.5.§.Homicidium n.23.* quæratur hoc malè in praxi seruari.

2. Verùm ego puto cum Lessio *lib.2. cap.9. dub.22. num.139.* affirmatiuam sententiam probabilem esse, quam videtur docere Scotus *in 4.dist.15.quæst.3.art.2.* Idem docet Gabriel *ibidem qu.15. art. 2.* Rosella *ver. restitutio* 3.Angelus *eodem ver.1 § Homicida.* Adrianus *quæst.vlt.de restit.* & Dominicus Bannez *de iust.& iure in 2.2. D.Th. q.62. art. 2.* quia capitis sententia compensat omnem iniuriam & damnum homicidij. Et præsertim hæc sententia erit amplectenda,vt tenet Becanus *de iustit. & iure in 2.2.D Th. q.10. de restitut. concl. 2.* quando hæres occisi nihil pro satisfactione damnorum exigat; ita enim ferè habet vsus, vt pœna talionis censeatur acquiescere.Et in hoc casu ego prorsus nullum imponerem onus restituendi. Notandum est tamen hîc cum Aragonio *in 2.2.q.62.art.2.* & Fernandez *in Exam.Theolog. moral.part.1.c.14.§.1.n.16.* quòd stando in prima opinione,intelligenda est quando bona damnati ad mortem peruenerunt ad hæredes, non successione hæreditaria,sed libera legatione.

RESOL. LXXXIII.

Quando ex homicidio casuali incurratur obligatio restitutionis?
Et in textu huius Resolutionis adducuntur aliqui casus in exemplum supradictæ difficultatis, ex quibus oritur vltima difficultas,scilicet,ex quanam culpa,hoc est,ex quanam negligentia non adhibita in prædictis casibus homicidij casualis oriatur obligatio restitutionis;an ex negligentia,& culpa lata,non leuissima, vel leui; vel an in dicto casu restitutio sit minus facienda, quam si homicidium fuisset ex industria admissum: Ex part.5. tract.4. Res.46.

§.1. REm hanc clarè,breuiter; & doctè, vt semper solet,explicat Lessius *de iust.lib.2.cap.9. dub. 15.* vbi sic ait.Primò quando causa non erit efficax,ita vt ex ea non soleat vtplurimum talis effectus sequi,sed aliunde, nempe ex eo quod per accidens coniungitur, vt si alicui inflexisti vulnus non lethale, sed mors sequuta est, vel malitia, aut negligentia Medici, vel ex iniuria infirmi,hæc occisio censebitur tibi fortuita,vnde nõ eris reus homicidij,nec teneberis ad restitutionem vt homicida,sed solùm vt vulnerans;secus tamen si eo loco non erant Medici, & læsus debitam diligentiam adhibuit, tali enim loco,& tempore vulnus illud censebitur lethale.Secundò si dans operam non solùm rei licitæ, sed etiam illicitæ, adhibuisse sufficientem cautionem, ne inde aliquid incommodi sequeretur, tunc enim etiam fortè sequuta sit mors alicuius, non tibi imputanda est, quia nec in se, nec in causa talis mors est volita.Nec obstat,quòd causa fuerit periculosa, ac proinde mors illa videtur volita in causa, quia diligentia antea adhibita abstersit omne periculum,& ideo in tali casu nulla adest culpa homicidij, vel obligatio restitutionis.Hinc infertur Clericos, chirurgos, & venatores si casu interficiant homines post adhibitam in venatione & curatione infirmi debitam diligentiam,non teneri aliquid restituere, non enim peccarunt peccato iniustitiæ & homicidij, ergo non tenentur ad restitutionem.

2.Idem dicendum est secundùm Lessium de occisore mariti,qui inuadit adulterum, vt infrà videmus. Et hæc doctrina applicanda est etiam conuitiatori,qui alterum conuitio incitauit ad se inuadendum, & illum postea occidit, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, nam non tenebitur aliquid restituere. Etenim conuitium non est via ad occisionem læsi, sed potiùs conuitiatoris; quicquid in contrarium asserat Nauarrus *in man.c.15.n.7.* qui malè pro se citat Caietanum; nam ibi Caietanus loquitur de eo, qui dat operam rei

Infra in Res. quæ hic est supra 68.

rei illicitæ,quæ natura sua tendit ad occisionem:ergo, &c. Ita Lessius *vbi supra dub.* 21. *n.*137. cui adde Petrum Nauarra *de restit.lib.*2.*c.*3.*n.*262. & Becanum *in* 2.2. *D.Thom.q.*9. *de restit.concl.*4.

3. Sed ex supradictis oritur difficultas, ex quanam culpa hoc est, ex quanam negligentia non adhibita in supradictis casibus homicidij casualis oriatur obligatio restitutionis:Respondeo cum Azorio *p.*3.*lib.*5.*c.*3. *q.*9. & Lessio *lib.*2.*c.*9. *dub.* 17. *n.*115. ex culpa & negligentia lata,non leuissima,vel leui; verùm an in dicto casu restitutio sit mitiùs facienda, quàm si homicidium ex industria fuisset admissum:negatiuè respondet Azorius *qu.*8. & Nauarr. *in man. c.*15. *n.*27. affirmatiuam sententiam tenet Syluester *ver. restitutio* 3. *q.*2. & Angelus *eodem ver.* 1. asserentes restitutionem in tali casu non in integrum,sed ex parte, arbitrio boni & prudentis viri faciendam esse,

RESOL. LXXXIV.

An qui ex timore mortis personam aliquam demonstrasset, quæ postea occisa est, teneatur ad restitutionem? Ex part.5.tr.4.Res.63.

Sup. hoc in tom.7. tr 5. Res 76.§. Et ideo. cursim ad lin. 4.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Rodriquez *in summa tom.*1. *c.*222.*n.*16. [El hombre preso de los ladrones y malhechores, que sabe que van à matar à Francisco,y quemarsu casa, y contreñido con temor de la muerte,se la va à mostrar,y matan à Francisco,y queman su casa,se deue condenar pro homicida, y està obligado à restituyr el daño que se siguiò de mostrar la dicha casa; porque aunque en ninguna manera podia euitar la muerte, si no es, enseñandoles la casa,obligacion venia de antes morir, que mostrarsela, pues sabia que mostrandosela, auia de cometer contra el proximo tan grande injusticia,y auian de hazer tan graues pecados; loqual non podemos hazer por conseruar la vida corporal, como lo prueua Paulo Comitoli,cuya opinion recibio en el fuero exterior, empero en el fuero de la conscienciа no le obligaria à esta restitution; porque el no fue causa moral deste daño.] Ita ille, & ego.

RESOL. LXXXV.

Quidam vir Nobilis consuluerat alteri, vt homicidium committeret, sed postea ante patratum facinus consilium reuocauit, multas rationes ad dissuadendum adhibens; quæsiuit à me postea, an teneatur ad restitutionem damni ex illo homicidio sequuti?

Et in textu huius Resolutionis decidituir discrimen inter consulentem, & mandantem. Ex part.2. tract. 16. & Misc.2. Res.15.aliàs 17.

Quod hoc in tom.5. tr. 2. lege doctrinam rationes res. 27.& 28. & ibi in tr. 6. res.24.& 25. & iterum ibi in tract.1.ex Res.74. per totam,& signanter §. 2. ante medium,à vers. vtrum. & ex omnibus inferes quid Sup. hoc est sentiendum.

§.1. OVidam vir doctus Societatis Iesu, consultus etiam de hoc casu,affirmatiuè respondit, & satis quidem probabiliter; ita etiam docet P. Molina *de iust.tom.*2.*tr.*2 *disp.*731 *n.*1. Lessius *lib.*2. *c.*13. *dub.* 3.*nu.*17. Bartholomæus à S. Fausto *in speculo confess. disp.*4.*q.*69.*n.*3. Megala *in* 2.2.*lib.*2. *c.*2. *q.*3. *num.*26. Malderus *in* 2.2. *tr.*4.*c.*2. *dub.*3. vbi agit de consulente. Et ratio est, quia hæc est differentia inter mandantem,& consulentem, nam mandatarius non exequitur mandatum nomine proprio,sed nomine, & in gratiam mandantis. Ergo postquam reuocatum est mandatum, & hoc ei notificatum est,si mandatarius his non obstantibus committat delictum,illud committit nomine proprio,& proprio arbitrio. Ergo ei imputabitur. Secus est in consulente, quia ostensione commodi, vel honoris, consulens voluntatem alterius ad damnum inferendum promouit, & hæc motio tamdiu durat, quamdiu ipse tali consilio incitatus damnum concipium vult exequi; hinc ait P.Molina consilium datur gratia eius cui datur, vt is illo vtatur, tanquam suum negotium agens,eáque ratione, quandocumque is illo promotus,damnum iniustè infert,imputatur opus, quo damnum infert,atque effectus ei,qui tale consilium dedit,tanquam causæ, per id consilium ad id opus, ad cúmque effectum cooperanti.

2. Ego verò dictum consulentem ad restitutionem non obligaui, tenens contrariam sententiam, quam probabilem vocat Lessius *supra n.*18. & illam docet doctissimus Nauarra *de restit.lib.*3.*c.*4. *n.*17. Salon. in 2.2. *q.*52.*art.*7. *contr.*9. Regin. *in praxi.tom.*1.*lib.*10. *c.*10. *q.*1.*n.*108. & Azor. *p.*3.*lib.*4.*c.*11.*qu.*2. Et ratio est,quia quando consulens fecit quod potest,vt consilium suum euertat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum,& non sequendum,non videtur executor ipsius consilio moueri; sed sua malitia, Ergo,&c.

Negandum est igitur,contra DD.aduersæ sententiæ, discrimen inter mandantem,& consulentem.

RESOL. LXXXVI.

Quæritur,an consulens homicidium de quo supra dictum est, postquam reuocauit consilium, nihil poterat persuadere; an inquam, tenebatur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia monere cum secreto, contra quem huiusmodi consilium datum fuit, ad effectum se tuendi? Ex part.2. tract. 16. & Misc. 2. Res. 16. aliàs 18.

Sup. quæ adduc.

§.1. TEneri ex lege iustitiæ putant aliqui, quos sequitur Barthol. à S.Fausto *in speculo confess. disp.*4.*q.*72.

2. Multi verò putant,eum obligari ad reuocandum consilium lege iustitiæ,quoniam nondum est delictum perpetratum sed reuocato consilio, non cogi lege iustitiæ monere secretò eum, contra quem consilium est datum,sed lege charitatis,si commodè potest admonere illum. Quare si reuocato consilio delictum fuerit admissum, non cogitur,inquiunt, compensare damnum,quia non est consilio ipsius secutum, cùm ille aliud delictum admiserit, quia voluit ex sua malitia, non quia consilium est illi datum.Hæc Azor.*p.*3.*lib.*4. *cap.*11.*q.*3. ex sententia multorum, quam probabilem vocat,sicut & ego etiam existimo.

RESOL. LXXXVII.

An, qui consuluit homicidium, postquam reuocauit consilium,sed non certiorauit eum, cuius vita patratur excidium, teneatur ad restitutionem? Ex part.5.tr.4. Res.64.

Sup. quæ adduc.

§.1. RESpondet quòd licèt talis ex lege iustitiæ teneatur reuocare consilium,si tamen nihil persuadeat, non tenetur eadem lege monere eum, contra quem de nece,aut alio damno consilium dederat,vt sibi caueat,sed sola lege charitatis ad id obligatur,si tamen commodè potest, & proinde si reuocato consilio, & reuocatione cognita delictum fuit commissum,nihil tenetur restituere. Ita probabiliter Cælestinus *in Compend.Theol.mor tract.*9.*c.*6.*n.*5. qui citat Lessium, cui adde Petrum Nauarra *de restit.lib.*3.*c.*4.*n.*27. & Salonium *in* 2.2. *q.*62. *art.*7.*controuers.*6. & ratio est, quia quando fecit,quod potest, vt consilium prius euertat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum,& non sequendum, non videtur executor ipsius consilio moueri,sed sua malitia: ergo,&c.

RESOL.

RESOL. LXXXVIII.

An si consulens homicidium furtum, &c. dubitans tamen, an ex tali consilio motus ille fuerit ad id faciendum, teneatur ad restitutionem?

Idem est dicendum de iubente.

Et an consulens dubius in eo casu an influxerit ad homicidium, furtum, &c. teneatur restituere totum damnum, vel partem pro ratione dubij?

Et in tali casu, si nihil velit restituere, an absolui possit?

Et an censenda sit coniectura sufficiens ad credendum consilium nihil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum ex consilio? Ex part. 4. tr. 3. Resol. 28.

Sup. hoc infra in tr. 7. Resol. 7. & in tom. 5. tr. 6. Resol. 13. §. Tertio. & ibi in tr. 5. lege doctrinam Resol. 105. & ibi rum eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Ioannes Sancius *in selectis disp. 43. num. 14.* Lessius *lib. 2. cap. 27. dub. 3. in fine.* Molin. *tom. 3. disp. 736. num. 6.* Salas *in 1.2. tract. 8. disp. vnica, sect. 23. n. 241.* & alij, quos citat & sequitur Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 3. corollar. 6. nu. 41.* Et ratio est, quia in hoc dubio nulla est possessio pro consulente, imo præsumptio iuris est contra ipsum, vnde in foro externo condemnaretur ad restitutionem eo quod est certa iniusti consilij actio, & præsumitur illam fortitam fuisse suum effectum, & ideo in reum transfertur onus probandi non fuisse, & dum non probauerit succumbet; ergo idem erit in foro conscientiæ.

2. His tamen non obstantibus negatiuam sententiam tenet Nauarra *de restitut. lib. 3. c. 4. dub. 4. n. 48.* Henriq. *lib. 14. c. 3. n. 4.* Sayrus *in claui Regia lib. 10. tract. 2. c. 8. n. 1.* Rebellius *part. 1. lib. 2. q. 14. sect. 2. n. 5. & 7.* Medina *C. de restit. q. 7. ante ver. si autem consilium*, Sylueſter *ver. restitutio 3. q. 6. dicto 2. initio.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 1. difficult. 20. n. 9.* vbi sic ait. [Si vno duda a cerca de su action iniusta, v. g. aconsejo à Pedro que hurtasse ò matasse, y esta en duda si del tal Consejo, o action se siguio el daño o en tal caso aunque ay graues Doctores que tienen lo contrario, soy de parecer, que el que diò el Consejo no tiene obligacion à restituir; y parece lo siente assi. S. Thomas 2. 2. *quæst. 62. art. 7.* ibi, solùm tenetur Consiliarius, aut palpo ad restitutionem, cùm probabiliter existimari potest quòd ab eo actio iniusta fuit subsecuta, el fundamento es que in dubiis melior est conditio possidentis, y cierto como la restitucion sea de naturaleza odiosa no se deue estender, si no antes restringit; y ansi aunque la parte contraria especulatiuamente hablando sea muy probable esta es mejor para practica.] Ita ille. Vide etiam Vultherum Strouerſdorff *de iustit. & iur. in D. Thom. quæst. 62. art. 8. disp. 2.* qui loquitur in iubente, & ait quòd si dubius sit an exequens iussu suo motus sit, vel non, non tenetur ad restitutionem.

Sup. hoc in Resol. nor. præteritæ, §. Notandum eſt tamen, ad medium, & in Resol. 2. in eadem §. in fine, & in fine & in fi. Resol. 3. & tom. 5. tr. 1. Resol. 75. §. Dico secundo. & sup. hac diffic. 1. sect. in 7. Resol. 17. in principio

3. Sed an censenda sit coniectura sufficiens ad credendum consilium nihil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat, se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum eo consilio. Affirmat Henriquez *lib. 14. cap. 16. numer. 3.* & Sayrus *de censuris lib. 7. cap. 3. numer. 2.* licèt hoc nullo modo probet Castrus Palaus *tom. 1. disp. 3. punct. 4. num. 3.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 44.* & alij, nisi homicida sit ita fide dignus, aut tales aliæ coniecturæ concurrant, vt prudens arbitretur fidem illi habendam esse.

4. Verùm si aliquis vellet stare in opinione affirmatiua, quæritur an consulens dubius in eo casu an influxerit in homicidium futurum, &c. teneatur restituere totum damnum, vel partem? Merolla *vbi supr. tom. 1. disp. 3. c. 3. corollar. 6. n. 44.* tenet consulentem in eo casu teneri totum damnum restituere, quia cùm in dicto casu nulla sit possessio pro consulente, sed pro consilio iniusto, sequitur consulentem teneri restituere totum damnum, cuius causa fuisse præsumitur consilium datum.

§. Notandum eſt tamen.

5. At ego non condemnarem consulentem si in tali casu non restitueret totum damnum, sed partem pro quantitate dubij remanentis post peractam diligentiam, sicut asserunt DD. de eo, qui rem furtiuam emit dubitans an si furtiua, & si nihil in tali casu vellet restituere, puto absoluendum esse, nam opinio Villalobos, & aliorum superiùs adducta excusans dictum consulentem à restitutione, puto quòd sit probabilis, licèt contraria sit probabilior.

RESOL. LXXXIX.

An si quis sciat aliquem nomine suo paratum damnum inferre, v. g. inimicum occidere, neque prohibeat, cum facile possit, teneatur ad restitutionem?

Et si filius nomine Patris, vel famulus nomine Domini sui nescientis, & non consentientis damnum intulit, an Pater, aut Dominus non teneantur ad restitutionem, etiam si postea re intellecta illam ratam haberent?

Et an si quis à fure pecunias accipiat, ne clamet, & ne indicet, obligetur ad aliquam restitutionem, nisi ex officio furtum impedire debeat, vel si res accepta sit pars furti? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 64.

Quãuis non plene sup. hoc lege ramen infra in tr. 7 doctrinam Resol. 34. & §§. eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Molina *de iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 729. num 6.* vbi sic ait. Obserua quando aliquis crederet aliquos nomine ipsius damnum iniustè alteri daturos, ac posset illud impedire, illisque significando nulla ratione velle, vt id efficiant, teneretur id efficere, atque si id prætermitteret, teneretur restituere damnum sequutum, esto postea ratum non haberet id damnum esse datum. Ratio est, quoniam cùm videat, aut timeat nomine ipsius id damnum esse dandum, tenetur non solùm ex charitate, sed etiam, quasi ex officio, ex proprióque iustitiæ onere impedire, ne nomine ipsius & tanquam aliquid sibi gratum damnum proximo iniustè inferretur. Ita Molina.

2. Sed circa præsentem dubitationem placet mihi magis distinctio. Rebellij *p. 1. lib. 2 q. 14 sect. 3. nu. 13.* asserentis, quòd vel alter scit te malignum suum propositum cognitum habere, & non contradicere, aut impedire, vel hoc nescit. Si primum, taciturnitas, consensus & approbatio iudicatur, per quam si ille mouetur ad damnum conferendum, oritur obligatio restituendi. Si Secundum, non teneberis ad restitutionem vt mandans, sed interdum vt non obstans, si videlicet ex officio, & ideo ratione iustitiæ, non solius charitatis obligatus sis ad damnum iniustum impediendum: igitur cum hac distinctione libenter opinionem Molinæ amplector, sin autem minimè.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Paludanum *in 4. dist. 15. q. 2. art. 3.* Sylueſtrum *ver. restitutio 3. q. 6. dict. 2.* Angelum *ver. furtum, n. 20.* & Nauarr. *in man. c. 17. n. 133.* quòd si, v. g. filius nomine patris, vel famulus nomine domini sui nescientis, & non consentientis, damnum intulit, neque dominus, neque pater tenebitur ad restitutionem, etiamsi postea re intellecta illam ratam haberent. Ita Lessius *lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 13.* Vasquez *opusc. de restit. c. 9. §. 1. n. 19.* Molina *loco cit. n. 3.* Medina *C. de restit. q. 7. ad 4.* & alij, quia talis reuera non est causa efficiens damni, cùm ad præteritum non sit potentia.

Sup. hoc pro seruo in to. 7. tr. 8. Resol. 67.

4. Nota etiam cum Soto *de iust. lib. 4. quæst. 7. art. 3.* & Nauarro *cap. 17. n. 21.* quòd si quis à fure pecunias accipiat ne clamet, & ne indicet, ad nullam restitutionem

Sup. hoc infra in tr. 7. Resol. 32. §. penult. & vlt. & in Resol. 35. §.

Notandum est in principio, & in aliis §§. earum annotationum.

nem obligatur, nisi ex officio furtum impedire debeat, vel nisi res accepta sit pars furti.

RESOL. XC.

An mandans debeat restituere damna, quæ mandatarius intulit vltra mandatum suum?

Et an mandans vulnerari hominem, & prohibens ne occidat, si cum mandatarius occiderit, mandans ordinaria pœna teneatur? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Res. 33.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sayr. *in Clau regia, lib. 10. tract. 2. c. 7. n. 5.* Ego tamen negatiuæ sententiæ adhæreo, quam nouissime tuetur P. Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 4. n. 54.* Dico igitur mandantem non teneri restituere damna, quæ intulit mandatarius excedendo fines mandati, quando in ipsius potestate est seruare terminos mandati.

2. Sed hîc obiter quærendum est, an mandans hominem vulnerari, & prohibens ne occidat, si eum mandatarius occiderit, mandans ordinaria pœna teneatur. Et affirmatiuè respondet Menochius *lib. 2. de arbitr. cent. 4. cas. 452. n. 2.* Volzius *in comment. ad leg. Cornel. de sicar. c. 6. n. 18.* Iulius Clarus *in pract. §. fin. q. 89. n. 5.* Gomez *tom. 3. var. resol. cap. 4. n. 18.* & alij. Ego verò contrariam sententiam teneo: nam quicumque vtrum occidendi animum non habuit, pœna homicidij non est afficiendus, *l. 1. in princ.* ibi, *hominis occidendi causa, & §. Diuus. 3. ff. ad l. Corn. de sicar. l. is, qui cum telo 7. C. eod.* in proposito autem mandator non habuit animum, & voluntatem directam occidendi. Etenim dum occisionem disertè prohibuit, mandasse intelligitur vulnus leue infligi, non lethale; non in capite, sed in aliqua corporis parte, mortis periculo minus obnoxia: non gladio ad necandum accommodato, sed alio quopiam instrumento. Deinde si tali mandanti ordinaria pœna esset infligenda, id non aliam fieret ob causam, nisi quia cogitare debuerat, ex vulnere quod infligendum mandarit, mortem sequi potuisse, vt traditur *in cap. vlt. de homicid. in 6.* Atqui hanc non sufficientem esse causam, vt ille homicidij pœna teneatur, inde patet, quòd non in dolo fuit, sed in culpa tantùm; quæ nequaquam sufficit, vt pœnæ legis Corneliæ ordinariæ locus relinquatur, *l. in lege 7. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. eum. qui 5. C. eod.* Tum etiam huc facit *l. 3. §. adiectio 2. versic. sed ex S.C. ff. d. tit.* dum ibi scriptum extat, iussam fuisse relegari eum, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dederat, ex quo ea, quæ acceperat, decesserit. Hoc pronunciatum nostrum confirmant vtriusque iuris textus, quibus disponitur, voluntatem, & propositum delinquentis distinguere maleficia, *l. qui iniuriæ 53. in princip & l. verum est 39.* ibi, nec etiam factum quæritur, sed causa faciendi. *ff. de furt. l. furtum 37. in princi. ff. de vsurp. & vsucap. cap. cum voluntate 54. in princip extr. de sentent. excommunic.* Et licèt verum sit, protestationem facto repugnantem non iuuare protestantem. *c cùm M. Ferrariensis 9.* & *ibi* Felin. *extr. de constit.* Bart. Alber. de Rosate, & communiter DD. *in l si quis extraneus 21. in princip. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Borcholt. *de feud. c. 3. n. 29.* & ostensum *supr. in §. 1. tit. de iniur. num. 78.* id tamen tantùm procedit, quando protestatio ordinatur ad tollendum factum, cùm facta pro infectis haberi nequeant, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiu. & postlimin. reuers. Nouell. 97. c. 1. versf. quod enim factum est,* &c. non autem si ad tollendam mentem ordinetur, cum enim protestatio benè operatur, iuxta Iacob. Butrigar. Speculatorem, & alios, quos citat, & sequitur Mynsinger. *cent. 3. obseru. 74. n. 11.* & Besoldus *consil. 18. n. 26. & seqq. pag. 20. vol. 2.* Quemadmodum enim sese habent verba, ita præsumitur ipse animus, secundùm Bald. *in l. si non conuitij 1. C. de iniur.* & Schneidewin. *in §. fin. n. 3. supr. eod. tit.* sermo quippe quasi potitor quidam, seu character animi, & manus mentis perhibetur, Iul. Cæsar. Scaliger *lib. 1. poëtic. cap. 2. & de subtilit. exercitat. 256.* Accedit denique textus *in leg. item Mela 11. §. Celsus scribit 3. & leg. huic scripturæ 15. §. 1 ff. ad leg. Aquil.* Priori loco, post Celsum, Vlpianus: si alius ita mortifero vulnere percussérit, alius postea examinauerit, priorem quidem non teneri quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periit, posteriorem teneri, quia occidit. Altero loco idem Vlpianus: Si, inquit, seruus vulneratus mortiferè, postea alio ictu maturiùs perierit, de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato. Ex quibus omnibus meritò concluditur, quòd in proposito non mandans, sed mandatarius, qui fines mandati excessit, pœna ordinaria teneatur, argum. *l. crimen 26.* ibi, vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, *ff. de pœnis, & l. sancimus 22. C. eod.* Ergo, &c. Et hanc sententiam tenet Hunnius *lib. 3. var. resolut. iur. ciuil. tract. 7. p. 4. quæst. 5.* Fachinæus *lib. 1. controu. iur. cap. 36.* Bocer. *tract. de Homicidio, lib. 1. cap. 3. n. 17. & seq.*

RESOL. XCI.

An si quis mandaret occidi Titium, & Sempronius occiditur, quia creditur esse Titium, teneatur ad restitutionem?

Et quid in hoc casu circa irregularitatem mandans, vel consulens Petro, vt Ioannem occidat, si inde Petrus occisus est?

Et asseritur, quod si quis intendat occidere, aut enormiter percutere aliquem Clericum determinatum, & casu errans alium etiam Clericum percuteret, vel occideret, illa occisio vel percussio enormis non erit reseruata. Ex part. 11. tractat. 6. & Miscel. 6. Res. 19.

§. 1. NEgatiuæ sententiæ videtur adhærere Magister Serra *tom. 2. in 2. 2. D. Thomæ quæst. 2. a. 7. dub. 1.* vbi sic asserit: Si quæras, an quando quis iussit occidi Petrum, & mandatarius occidit Ioannem existimans esse Petrum, teneatur mandans restituere? Respondent, quidam teneri; quia sufficit mortem fuisse sequutam immediatè ex imperio, & per accidens est, quod ille vel alter occidatur. Sed hoc difficultate non caret; nam videtur mortem Ioannis non fuisse immediatè sequutam ex imperio mandantis, sed ex errore mandatarij. Deinde mors Ioannis omninò inuoluntaria fuisset iubenti Petrum occidi, maximè si Ioannes esset eius amicus, aut Pater, vel certè Sacerdos, aut Rex. Denique cùm non teneretur restituere damna, quæ sequuta fuerunt ex morte Ioannis, si esset Rex, Ita Serra.

2. Sed ego puto in tali casu adesse obligationem restitutionis. Probatur primò ex *leg. eum, qui innocentem §. si iniuria, de iniuriis.* Secundò, quia hæc actio est iniusta contra hunc hominem Petrum, licet falsò existimatur Ioannes. Tertiò, à simili, quia qui combureret domum Petri, putans esse Ioannis, teneretur restituere: ergo qui è medio tollit vitam Petri putans esse Ioannis. Quartò, quia si percutiat Petrum Clericum, quem putabat esse Ioannem Clericum, & iniustus, & sacrilegus est, & excommunicatus: ergo etiam qui percutit Ioannem, quem putabat esse Petrum, tenetur ad restitutionem. Non est autem eadem ratio quantum ad excommunicationem de percutiente Clericum, quem probabili saltem ignorantia putabat esse laicum: in eo enim casu non incurrit excommunicationem, quia ra-

tione

rione ignorantiæ non fertur eius animus in occisionem Clerici,sed tantum laici.In nostro casu vtrobique fertur in occisionem hominis huius, etiamsi per errorem putet esse alium. Ita Couart. *1. par. capitis, Alma mater* §.10 *n.*15.Gom.3.*var.c.*3.*n.*14.Suar.*de cens.disp.* 45 *sect.*6.*n.*18. Molina *t.*1.*disp.*30.& 35. Sanch. *lib.*9. *de matr.disp.*32.*n.*27.Iulius Clar.*homicidium vers.dicunt etiam?*quibus adde Rebellium *de oblig. iust. lib.*3. *q.*11.*n.*13.qui tamen putat in tali casu homicidam ad minorem restitutionem in foro conscientiæ obligandum esse.Vide etiam Dicastill. *de iust.lib.*2.*tr.*2.*disp.*7. *dub.*8.*n.*107.& 108.& quod dictum est de excommunicatione,Rebellus optimè putat dicendum esse de irregularitate;sed in alio casu,videlicet, an irregularitatem incurras consulens, vel mandans Petro vt Ioannem occidat, si inde Petrus occisus est. Et quidem te non incurrere irregularitatem ex homicidio voluntario certum est, posito quòd non habueris expressam voluntatem,vt Petrus in ea occasione constitutus occideretur.Vt aduertit Suarez *disp.*41.*sect.*3.*num.*17. Coninch *disp.*19.*dub.*7.*n.*66. Sed an incurras irregularitatem ex homicidio casuali, non est ita constans apud Doctores. Et quæstio procedit casu quo probabiliter suspiceris Petrum graui periculo suæ occisionis exponi.Negat Vasquez 1.2.*disp.*200. *n.*45. Henriquez *lib.* 14.*c.*16 Gaspar Hurtado,*disp.*2.*de irreg.diffic.*6. *n.*22. eo quod tuum consilium,seu mandatum non dirigitur ad occisionem Petri,sed ad occisionem Pauli,neque tu consulis,aut mandas Petro, vt seipsum occidat, aut ab alio occidatur. Ergo irregularitas statuta à iure aduersus consulentem,& mandantem homicidium te ligare non potest. Scio contrarium docere communem sententiam teste Nauarro,*c.*27.*n.*233,Suarez *disp.*41.*sect.* 3.*n.*18.Coninch *disp.*18.*dub.*8.*n.*47.Auila 7.*part.disp.* 6.*sect.*2.*dub.*5.*concl.*4. & aliis. Quia negari non potest te causam voluntariam fuisse tuo consilio, vt Petrus in eo periculo constitueretur & occideretur à Ioanne: ergo irregularis es non quatenus formaliter consulis, aut mandas homicidium;sed quatenus homicidij causa fuisti tuo mandato, & consilio.

Sup. hoc in tom.5.tr.5. Res.111. §.1. ad medium, & in §.3. à lin.9. & in Res.113. & 114.§.vlt. ad medium.

3. Sed opinio negatiua est satis probabilis. Et quidem irregularitas est inflicta iure ob mandatum, aut consilium,quo quis imperat,aut consulit alicui,vt sibi manus violentas afferat,aut alteri,quod in præsenti casu non accedit, sed oppositum, nam nec dominus est auctor ei,quem seruus suus aggreditur,vt eum perimat; nec seruo ipsi seipsum vt perdat, nam verè causam non apponit,ex se ordinatam ad homicidium nec independentem à voluntate aliena, quod tamen esset necessarium; vt seipsum diceretur occidere. Deinde non est dominus directè necis illatæ seruo suo, vel inferendæ causa, nam ei non est pro fine proposita, sed Ioannis, à quo ille est victus. Non indirecta in causa,nempe in consilio,aut mandato;nam cùm dominus seruum suum nesciret viribus Ioanni esse imparem,ei venire in mentem non potuit, quod in iis pœnis adhæresceret quas per illum de Ioanne repeti mandabat. Baunys *in theol. mor.tom.*2.*tr.*11.*q.*33. putat in tali casu debere ab Episcopo reum dispensationem postulare, & Episcopum posse dispensare. Sed ego puto probabiliter dispensatione non egere.

4. Et tandem hic obiter pro curiosis asserto,quod si quis intendat occidere, aut enormiter percutere aliquē Clericum determinatum,v.g. Ioannem, & casu errans percutit Petrum etiam Clericum,illa percussio nō erit reseruata, quia hic & nunc provt exercetur contra Petrum,non est voluntaria,proinde in ordine ad Petrum non erit mortaliter peccaminosa(suppono sufficientem diligentiam adhibitam fuisse ne Petrus lædatur) & licet sit mortalis, quatenus procedit ex parua voluntate percutiendi Ioannem, tamen cum effectu non fuit læsiua respectu Ioannis. Ita Castrus Palaus, *tom.* 1. *tr.*2. *disp.*1.*punct.*17.*n.*3.Suarez *de cens.disp.*22.*sect.*1.*n.*54. Sanchez *lib.*9.*de matr.disp.*32.*n.*27.Bonacina *de cens. disp.*1.*q.*2.*punct.*1.*n.*20.contra Couarruuiam, & alios; proinde probabiliter secundùm hos Doctores aio, talem hominem ita percutientem non incurrere excommunicationem, & per consequens percussionem illam non esse reseruatam. Et hæc omnia docet etiam Bardi *in selectis lib.*6.*qu.*7.*n.*3.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. res.15.§. vlt. post medium,à vers. contra verò, & in alio §. eius annot.

In indice primo huius Tom.8.lege Apendicem ad hunc Tract.5. vbi inuenies alias plures Diffic. mistas, & dispers.as per alios Tom. Tract.& Res.quæ simul pertinent ad hunc Tract.5.de Homicidio, & Mutilatione.

TRACTATVS SEXTVS
DE ALIQVIBVS CASIBVS
CIRCA MATERIAM LVXVRIÆ.

RESOLVTIO PRIMA.

An fornicatio sit intrinsecè mala,vel tantum mala quia prohibita?

*Et reprobatur opinio asserens fornicationem simplicem iure naturæ,secluſa prohibitione diuina,*Non mœchaberis, *esse malam,non tamen habere malitiam, & inordinationem mortalem, sed venialem, mortalem vero habere ex solo iure diuino.*

Et notatur tamen pro praxi supradictæ difficultatis posse dari ignorantiam inuincibilem de simplici fornicatione,saltem apud certas gentes destitutas Doctoribus & scientia rerum moralium.

Et quid de surdis, & mutis à natiuitate inter Christianos ignorantibus fornicationem esse illicitam; & si qua tamen persona amens, & puella vim patiens fornicationis actum committerent, an peccent?

*Idem, quod dictum est supra de fornicatione, dicendum est etiam de pollutione.*Ex part.9. tract.9. & Misc.4. Res.60.alias 59.

§. 1. NON esse intrinsecè malam, docet nouissimè Ioannes Caramuel *in Theolog. Moral. libr.* 3. *numer.* 1600. vbi sic ait: Si Deus fornicationem non interdixisset, non esset mala, nec peccatum. Et vt puto euidenter ostendam, quia si duorum solutorum commixtio secundum se peccaminosa est, vel quia naturaliter mala ipsis, vel

Sup. hoc supra in tr. 11 Res. 30. §. certum, prope finem.

quia naturaliter mala proli, neutrum potest dici; ergo. Non primum, quia sæpè contingit esse vtrique salubrem, & in tali casu non est vtrique naturaliter mala: accedit quod si quando insalubris dicatur, cùm grauiter insalubris non sit, non possit esse grauiter peccaminosa. Nec poterit dici secundum; fornicatio enim mala proli non est, primò enim non potest dici mala physicè, quæ in causa vt homo, qui alias in rerum natura non esset, producatur, quia si iniurius homini, qui illum occidit, beneficus omnino qui illum gerat; imò benecentior genitor, quàm iniurius occisor; iste enim non potest facere, quòd homo qui est, omnino non sit, at ille efficit, vt qui omnino non est, esse incipiat. Aliqui ad educationem recurrunt; fatentur enim ipsam fornicationem esse proli physicè vtilem, sed nociuam moraliter, sed hoc est verbis solis obludere; nam si Augustinus dixit melius esse damnari quàm annihilari, item diceret melius esse proli male educatam esse, quàm absolutè in rerum natura non esse. Et sanè malam prolium educationem potius ex paupertate, quàm ex fornicatione suboritur; Principum enim nothos optimè educatos videmus, cùm tamen nulli displicinati mores inter homines viles, & mendicos. Potius igitur pauperum matrimonia venirent condemnanda, quam diuitum fornicationes. Sed inquiunt esse per accidens, quòd filij illegitimi Principum bene educentur; dicunt, non tamen probant, verosimilius enim videtur esse per se, quòd filij pauperum malè educentur. Sed esto, sit inter diuites bona nothorum educatio omnino accidentalis, ergo si per accidens contingit quòd filij fornicarij Principum bene educentur, etiam per accidens continget quòd parentes fornicantes non peccent, & probo sic: Ideò fornicatio interdicitur, quia ex illa mala prolium educatione sequitur: ergò si hæc non sequeretur, non interdiceretur illa: finis igitur huius inhibitionis bona educatio est; atqui probabile est, quòd quando finis cessat per accidens in aliquo particulari, lex etiam cesset per accidens in particulari; ergo siquidem admittunt quod finis legis fornicationem prohibentis soleat in aliquo particulari cessare per accidens, admittendum omnino est ipsam legem cessare. Si dicas cessante fine legis in particulari, cessare legem in particulari, non quidem diuinam, sed humanam, putabis te aliquid dicere, & nihil omnino dices; legum enim humanarum finis aliquando vniuersaliter cessat; at naturalium non aliter quam per accidens & in particulari cessare potest. Patet in homicidio indirecto patrato: inuasorem enim occidere possum non obstante quinto præcepto Decalogi; tunc enim per accidens, & in particulari cessat præcepti finis, adeóque etiam ipsum præceptum, nec dabitur casus in quo legis naturalis finis cesset vniuersaliter. Tunc sic: nulla ratione naturali ostendi potest simplicem fornicationem esse malam, & tamen malam esse in sacris litteris asseritur: ergo dicendum est non esse malam intrinsecè, & ex natura sua, sed extrinsece ratione interdictionis, ideóque non esse prohibitam, quia mala, sed potius malam solummodo esse, quia prohibita. Hucusque Caramuel.

2. Sed hic fuit error Martini de Magistris, contra quem insurrexit tota Schola Theologorum: & ideò aduersus sententiam Caramuelis vide Vvigers *de iustit. tractat. de Temperan. cap. 3. dub. 6. numer.* 33. Laymann *lib. 3. sect. 4. numer.* 10. Texedam *tom. 1. lib. 2. tractat. 3. controuers. 5. numer.* 28. Fagundez *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. numer.* 8. Dicastillum *de iustit. lib. 2. disputat. 3. dub. 16. numer.* 239. Azorium *tom. 3. lib. 3. cap. 4. quæst. 1.* Lessium *lib. 4. cap. 3. dub. 7. numer.* 50. Syluium vbi infra, & alios communiter. Dicendum est itaque, fornicationem esse intrinsecè malam, & ideò non solùm prohibitam iure positiuo, ac diuino, sed etiam iure naturali. Rationes videbis apud citatos Authores.

3. Nec obstat, quod aliquis forsitan opponet, melius scilicet esse proli sic esse, quàm non esse: quia plus non simpliciter parentes proli iuxta naturalis rationis dictamen, supposito quod velint generationi operam dare, quèm præbere ipsum esse: dictat enim ratio causam non satisfacere officio suo, dando esse effectui, sed insuper ei incumbere, seu eius esse muneris, procurare media opportuna, quibus esse illud conuenienter suæ naturæ promoueatur, ac conseruetur, quando id potest; neque alia causa ad hoc per se est ordinata; quod passim obseruatur in plerisque etiam animalibus brutis. Hunc autem ordinem, & modum præuaricantur fornicatores: quantum enim est ex ratione talis generationis, priuant prolem hoc bono, videlicet debitæ educationis, & instructionis ad statum perfectum. Deinde, non tantùm militat contra bonum prolis, sed etiam contra commune bonum humani generis; quia si fornicatio licita foret, passim proles negligerentur; vnde non posset non sequi summa confusio, perturbatio, & ignorantia in humano genere. Neque à peccato excusatur fornicatio, ideò quod aliqui fortassis particulariter proli de educatione prouideant medio extraordinario; quia hoc per accidens fit, & sic finis legis vniuersaliter obtineri non potest, neque enim legi satisfacit quis, vel ab eius violatione excusatur, quando illa ob vniuersalem finem lata est, si opus non præstet, quamuis per aliam viam conetur, finem legis assequi.

4. Ex dictis sequitur, & refutata manet opinio Durandi *in 4. distinct. 33. qu. 2. numer.* 10. qui asserit fornicationem simplicem iure naturæ, seclusa Dei prohibitione, *Non mœchaberis*, esse malam: non tamen habere malitiam, & inordinationem mortalem, sed venialem, mortalem verò habere solùm à iure diuino, quo prohibetur, & fundamentum illius erat, quia fornicatio simplex non meretur mortem æternam secundum legem naturalem, quia lex naturalis nihil dicit, nec nominat de morte æterna, & ideo totam malitiam mortalem habet ex iure diuino pluribus locis expresso. Sed hoc fundamentum Durandi (quod illius verbis retulimus) futile omnino est, satis enim ostendimus hanc inordinationem ex naturæ ductu esse grauem, & mortiferam, cùm sit directè contra finem generationis humanæ, qui est intra speciem suam generare prolem perfectam; perfecta autem esse non potest proles humana, nisi ex matrimonio oritur, & planè si leuis esset ex natura sua, iis diuinum superueniens grauitatem illi non adderet, sed relinqueret in suo gradu: nam Deus prohibens aliquid iure diuino, non facit illud grauius, quàm erat, sed grauitatem indicat: non enim ideò malum est, quia grauiter prohibetur, sed ideò grauiter prohibetur, quia de se, & ex sua natura graue est. Deinde ex fundamento Durandi sequeretur neque homicidium, neque adulterium, neque sodomiam esse peccata mortifera natura sua, seclusa prohibitione diuina, cùm lex naturalis nihil dicat, nec nominet de morte æterna, quod omnino absurdum est: videmus enim nonnullos barbaros, in quibus lumen naturale videtur consopitum seueriſſimè furta homicidia, adulteria, & sodomiam punire, eo solùm, quia lumen naturæ dictat hæc esse grauissima mala digna, quæ seueriſſimis supplicijs puniantur.

5. Nota

Sup. hoc in rem. 3. tr. 3. Res. 18. §. 2. post medium, à vers. Nihilomin.

5. Nota tamen hîc pro praxi, posse dari ignorantiam inuincibilem defornicatione simplici, saltem apud eas gentes destitutas Doctoribus, & scientia rerum moralium; nam etsi præcepta Decalogi deducantur ex principiis per se notis, vt bonum amplectendum, malum fugiendum, & huiusmodi: tamen, quia non ita euidenter deducuntur, aliqua potest in hæc cadere ignorantia probabilis. Quod enim fornicatio inferat damnum proli futuræ, seu nascituræ, non ita facilè ab omnibus perspicuè cognoscitur. Quod inferatur iniuria in corpus mulieris, quando saltem ipsa consentit, vix æstimari potest in soluta; vnde nihil mirum, si possit cadere in hominem iusta ignorantia. Dixi, saltem apud certas gentes destitutas, &c. Quia apud Christianos degentes in Ciuitatibus, & Oppidis, in quibus fiunt aliquando Conciones, instituuntur pueri Christiana Doctrina, visitationes Episcoporum frequentantur, & cognitio aliqua traditur rerum ad finem pertinentium, vix credibile est posse dari eiusmodi ignorantiam, vt cum Angelo, Syluestro, & Nauarro tenet Azorius. Denique facilius potest ignorare fornicationem cum meretricibus expositis non esse peccatum, quam cum muliere vaga; multi enim vulgares homines sunt, qui nesciunt distinguere inter peccata permissa, vel non prohibita quoad pœnam, & non quoad culpam, & ex eo, quod non punitur fornicatio simplex, sed impunè permittuntur meretrices, putant etiam non esse peccatum ad eas accedere. Quod etiam in Ciuitatibus alioqui bene instructis in fide, & Religione, persæpè locum habet, vt bene norunt Confessarij. Vide Trullench *in Decalog. t. 2. lib. 6. c. 1. dub. 2. n. 5.* cum Doctoribus citatis, quibus adde Syluium *in 2. 2. D. Thomæ q. 154. art. 2.*

6. Confirmantur supradicta primò. Cùm enim Durandus *in 4. dist. 33. qu. 2.* existimauerit (quamuis non sine graui errore) non autem fornicationem esse contra ius naturale, quanto magis id existimare possunt homines planè rudes, & quidem absque culpa, si nullum habeant instructorem? Secundò: quamuis præcepta Decalogi deducantur ex principiis per se notis, non omnia tamen illic prohibita tam clarè deducuntur, vt nulla possit de aliquibus esse ignorantia probabilis: nam quod fornicatio inferat damnum proli nascituræ, non facilè ab omnibus cognoscitur. Tertiò meretrices interdum publicè exponuntur, & permittuntur; homines autem agrestes, & prudentiorum doctrina destituti non bene discernunt inter ea; quæ permittuntur tanquam minus mala, & ea quæ tanquam licita exercentur. Verùm inter Christianos non apparet aliquem posse (saltem ordinariè) excusari per ignorantiam à fornicatione; cùm satis iam sit prædicatum, prædicetur que frequenter, quòd fornicatio sit peccatum mortale. Dico, saltem ordinariè; si quis enim inter Christianos, mutus, & surdus à natiuitate ignoraret fornicationem esse illicitam, partim ex eo, quod sit duri, agrestisque ingenij; partim quia nullus eum instruxit, neque (cum aliis scientibus, ac fortassis etiam inducentibus esset fornicatus) quisquam eum reprehenderit; fortè excusari posset per ignorantiam.

7. Nota etiam ex superius dictis contra Caramuelem, fornicationem esse per se malam, neque vllo vnquam casu posse esse licitam; cùm careat conuenienti modo, & ordine, quem natura ad educationem, & promotionem prolis instituit, ac requirit. Quapropter etsi mors cuipiam intentaretur, nisi ad mulierem non suam accederet: non liceret ei accedere, vti nec si accedendo, posset quantumcumque bonum procurare toti Patriæ: quia non sunt facienda mala vt eueniant bona. Si qua tamen persona amens, fornicationis actum committeret, aut si qua puella per vim, prorsus inuita violaretur; non peccaret, quia deesset voluntarium, imò nec prohiberi foret actus fornicarius ex parte vel amentis, vel puellæ vim passæ, cùm fornicatio importet congressum voluntarium. Obseruat autem Toletus *lib. 5. cap. 10.* & Rodriquez *part. 3. c. 22. num. 1.* id quod de puella vim passa dicitur, non habere locum ex parte agentis: eo quòd agens non agit absque consensu. In consensu autem est peccatum mortale.

Sup. hac vi puellæ, lege infra doctrinam Res. 4. §. 5.

8. Idem quod dictum est de fornicatione, dicendum est etiam de pollutione contra eundem Caramuelem, loco citato *n. 1603.* asserentem, quod si Deus mollities non interdixisset, numquam esset mala, sæpe esset bona, & aliquando obligatoria sub peccato mortali. Sed hæc opinio respuenda, est, sicut de fornicatione diximus, & scio viros doctos has opiniones censura Theologica inurendas esse, existimare, quia adeo vehemens est delectatio, quæ in seminis effusione sentitur, vt illam homines tanquam bonum naturale vehementer sensibile maximè prosequantur, & propterea natura in omni cuetu illius administrationem illis prouidè denegauit, si enim in aliquo casu eam illis concederet, euidentissimum periculum foret, vt homines ea passione abrepti sibi persuaderent causam passim iustam illius procurandæ habere: atque ita semen prodigerent, indèque fornicationes, adulteria, sodomiæ, & vniuersa alia luxuriæ vitia pullularent, & hanc ipsam rationem assignauit etiam Abulensis *c. 5. qu. 84.* in Matthæum, & addunt, non sic contingere in membri abscissione, quia dolor ipse in causa erit, vt non sibi persuadeant, illam sibi facilè licere, vt de se manifestum est. Huic ergo rationi adhæreo, est enim bona, & plenè satisfacit, nec valet consequentia, quam aliqui in hunc modum inferebant; liceat pollutionem desiderare ob sanitatem: ergo licet eam procurare ob eandem sanitatem. Sicut non valet etiam ista, licitum est desiderare mortem huius hominis iniqui: ergo licet illam procurare: nec etiam ista licitum est desiderare esse martyrum: ergo licitum est se occidere illius desiderij causa. Vide Sanchez *de Matr. lib. 9. disp. 17. n. 16.* Layman *lib. 3. n. 15.* & DD. citatos, quibus adde Ioan. Henriquez *in qq. pract. sect. 8. quæst. 7.*

RESOL. II.

An sit peccatum mortale, optare vt fornicatio sit licita?

Et an hic actus, comederem carnes in Quadragesima, si Ecclesia non prohibuisset, careat culpa?

Et quid, si quis diceret, occiderem inimicum, si hoc non esset peccatum, aut offensa Dei, & similia, an careant culpa?

Et quid est sentiendum, si diceret, occiderem inimicum, si supplicium, aut infamiam non timerem? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 47.

§. 1. NOn semper esse peccatum mortale optare vt id, quod est intrinsecè malum, non esset malum, sed licitum; sed attendendum esse ex quo fine quis moueatur, docet Vasquez *in p. 2. disp. 116. c. 2. in fine*, & ideo si quis id optaret, ex eo quòd videretur ob suam fragilitatem sæpiùs incidere in peccatum, non esset mortale.

2. At contrariam sententiam docet Azorius *tom. 1. lib. 4. c. 6. qu. 10.* Sanchez *in sum. t. 1. lib. 1. c. 2. n. 13.* Molfesius *in sum. t. 1. tr. 8. c. 8. n. 49.* & alij; quia bonum totius naturæ, ac ordinis nuturalis non potest postponi, ac eius immutatio, quæ grauissimum malum est, desiderari ob particulare huius bonum.

3. Notandum est etiam hîc obiter, vt aliam similem attingamus quæstionem, quod Layman *in Theol. mor. lib. 1. tr. 3. c. 6. n. 10.* Sanchez, & Azor. *vbi suprà*, asserunt consensum conditionalem non esse mortalem, quando versatur circa res solo iure positiuo prohibitas; secus verò si versetur circa ea, quæ iure naturali sunt interdicta; & ideo hic actus, comederem carnes in Quadragesima,

Quoad contentum in hoc §. in to. 6. tr. 1. ex doctrina Res. 56. § Quoad cursim in fine.

dragesima, nisi Ecclesia prohibuisset, caret culpa; hic verò non, occiderem si non esset peccatum, aut offensa Dei; quia hoc vltimum absque sua malitia intelligi nequit, & conditio illa negans inuoluit contradictionem.

4. Verùm Valentia *tom.2.disp.6.q.4.punct.4.* Sayrus *in Claui Regia lib.8.c.7.n.28.& 29.* Salas *in p.2.tr.13. disp.16.sect.27.* Vasquez *disp.116.c.2.n.4.* & alij, docent quòd quoties conditio omnem malitiam, & deformitatem ab actu aufert, excusat à peccato, secus autem si non auferat; & ideo non peccaret si quis diceret, occiderem inimicum, si mihi liceret, vel malum non esset; peccaret verò si diceret, occiderem inimicum, si supplicium, vel infamiam non timerem. Rationes verò huius differentiæ apud Doctores citatos inuenies.

RESOL. III.

An sit maius peccatum inducere mulierem ad fornicandum, quã illam occidere? Ex p.9.tr.8.& Misc.3.Res.35.

§.1. REspondeo, quòd si prouocans directè, & per se intendit mortem spiritualẽ mulieris, nimirum, si velit directè, vt amittat gratiam, simpliciter grauiùs peccat, quã occidens: secùs verò quando per se primò, & directè solùm intendit delectationẽ. Et suadetur primò supponẽdo hæc duo peccata posse tripliciter cõparari: aut enim vtrumque nocumentũ mortis, scilicet, spirituale, & corporalis; est in illis directè, & expresè intentum: aut vtrumque est indirectè volitum: aut tandem vnum directè, & alterum indirectè est volitum.

2. Quo supposito, ostenditur nostra conclusio: quando nocumentum spirituale est directè, & formaliter volitũ, tunc peccatum prouocandi mulierem in dicto casu est peccatum odij formalis proximi, & scandali: quod quidem cùm directè sit cõtra charitatem est grauius, quàm peccatum homicidij, quomodocunque in illo sit volitum nocumentum corporale, vtpote quia hoc tantùm est peccatum contra iustitiam, ac proinde minùs graue, sicut & rectitudo iustitiæ minùs perfecta est, quàm rectitudo charitatis: ergo. Secundò probatur: quia scandalum, ratione damni spiritualis tunc est speciale peccatũ contra charitatem, quando aliquis directè, & per se intendit spiritualem ruinam proximi: secus autem, quãdo tantùm indirectè, & secundariò illã intendit, vt ex his, quæ communiter docent Theologi cum D.Thom.2.2. 9.43.*art* 3. supponimus: sed in dicto casu, si prouocans mulierem velit directè eius mortem spiritualem, tunc per se intendit spiritualem ruinam proximi: secùs verò, si eius nocumentum spirituale indirectè intendat; ergo primo modo duntaxat constituitur peccatum illud in specie scandali, ac proinde grauioris malitiæ: secùs verò secundo modo, quia tunc non accipit speciem scandali, sed tantùm prouocationis ad delectationem per se intentam: quæ proindè minoris malitiæ est, quàm homicidium, quouis modo in illo corporalis mors intendatur. Et ita hanc sententiam docet Lorca *in 1.2. qu.73. art.8.& ibi* etiam Caietanus quibus adde Vasquez *ibi dem, disp.102.c.4.& 5.* cum Aluarez *disp.137.*

3. Nota tamen, Curielem *in 1.2 qu.73.art.8.dub.5.* absolutè docere, inductionem ad fornicationem esse maius peccatum, quàm homicidium: quia in tali casu prouocans ad fornicandum; peccat grauiùs grauitate essentiali, quàm occidens mulierem: nam iste, licèt peccet grauiùs grauitate essentiali, sed non totali, quæ cõflatur ex essentiali, & accidentali: grauior autem est malitia, quæ conflatur ex essentiali, & accidentali, quàm illa, quæ solùm est essentialis: ergo grauior est in dicto casu malitia prouocantis, quàm occidentis. Minor est nota, & maior probatur: quia mors spiritualis volita, etiam indirectè, est obiectum peius, quàm sola mors corporalis: ergo tribuit actui peiorem speciem malitiæ. Sed tu ne deseras distinctionem primæ sententiæ.

RESOL. IV.

Quando fœmina violenter cognita à viro peccet, vel non peccet mortaliter?

Et an ad euitandam mortem, vel infamiam posse mulier pati externam corruptionem, non tamen consentiendo, sed merè passiuè se habendo?

Et in dicto casu quid est dicendum, si in muliere vim patiente adesset periculum consentiendi?

Ex quo etiam infertur, quod si vir, & fœmina cohabitent cum manifesto periculo internæ libidinis, & separari non possint sine ingenti periculo mortis, infamiæ, vel scandalo, an sit licitum vna permanere cum eo periculo, &c? Ex part.3.tr.6. Misc.2.Res.31.

§.1. REspondeo, quòd fœmina, quæ violenter à viro aliquo cognoscitur, non peccat si duo habeat. Primò contrariam voluntatem non consentiendi eiusmodi copulæ. Secundò, impedire quantum in se est talem violentum effectum, alioquin censeretur consentire: ideo tenetur impedire talem violentiam cum clamore, cum conatu, & renisu corporis, &c. Et ita docent Adamus Tannerus *in part.2. D.Thoma disp.2. quæst.1. dub.4.n.56.* Valentia *to.2.disp.2.q.1.punct.3.* Filliucius *tom.2.tr.21.c.2.n.67.* Azor. *t.1.lib.1.c.9.qu.3.* Reginald. *t.2.lib.22.c.1.sect.1.n.20.* Syluius *in 2.2.qu.154. art.2.* Bonacina *de legibus, disp.2.q.8.punct.2. n.2.* Sayrus *in Claui Regia lib.2 c.2.n.4.* Medina *in part.2. D.Thoma q.6.art.5.ad 2.* & alij.

2. Notandum est tamen, quòd licèt mulier, vt dictum est, non possit cooperari fornicationi, quia hoc est intrinsecè malum, & potiùs mortem sustinere debet; attamen ad euitandam mortem potest mulier pati externam corruptionem, non tamen consentiendo, sed merè passiuè se habendo, quia non tenetur mortem sustinere, dum interiùs non consentit eiusmodi copulæ, & facit, & quod potuit ad illam vitandam, *vt supra.* Ita Sotus *de iust.lib.5.qu.1.art.5.* Nauarrus *c.16.n.1.* Rodriquez *in summa t.1.c.290.n.1.* Molfesius *in summa 1.1.tr.3.c.2. n.38.* & alij.

3. Sed plus addit Ioannes Salas *in p.2.1.tr.3.disp. 3.sect.1. num.31.* nempe hanc sententiam esse veram, etiamsi in muliere vim patiente, adesset periculum consentiendi; quia ait ille, sæpè licet periculum peccati non fugere ad vitandam mortem, infamiam, vel aliud incommodum grauissimum, vt si vir, & fœmina cohabitent cum manifesto periculo internæ libidinis, & separari non possint sine ingenti periculo mortis, infamiæ, vel scandali, licitum erit vnà permanere cum eo periculo, quod non amatur, nec temerè suscipitur, sed necessitate quadam toleratur. Sic Salas.

4. Verùm hæc sententia displicet Molfesio *vbi supra*, & multis Patribus Societatis Iesu, & nostræ Religionis ab ipso consultis; & illam impugnat Martinez *tom.1. in p.2. quæst.6.art.5. dub.1.ad art.1.* & etiam Alphonsus Curiel *in p.2.D.Thom.q.6.art.5.* & ratio est, quia exponere se periculo consentiendi est secundùm se actio mala moraliter respectu ipsius fœminæ, & prohibita præcepto naturali negatiuo, quod obligat semper, & in omni euentu. Ad exemplum verò, quod quoad cohabitationem adducit Salas, respondeo, quòd non est intrinsecè malum, & in illo casu possunt per Confessarium adhiberi multa remedia. Dicendum est igitur cum Curiele *vbi supra*, quòd si fœmina non timeat periculum consentiendi, videtur probabilis sententia eorum, qui dicunt, quòd solum tenetur facere id, quod commodè potuerit, habita ratione periculi, in quo versatur; ita quòd si ex vociferatione, aut alia resistentia posset sequi graue incommodum, vt mors infamia, vel detrimentum

in bonis suis,non tenebitur ea vti, quoniam oppressio in isto casu non habet rationem actionis liberæ respectu fœminæ,sed puræ passionis, & resistere ipsi, solùm præcipitur præcepto affirmatiuo, quod non obligat in omni euentu , sed iuxta mensuram rationis,& ex consequenti modo morali,& humano, atque proinde non obligat cum tanto periculo.Ita ille, & ego.

RESOL. V.

An mulier vi oppressa non teneatur clamare ad euitandam mortem,infamiam, &c. etiam si adsit periculum consentiendi in copulam carnalem ?

Et an sit deneganda absolutio pœnitenti , qui mutuo dedit concubinæ centum aureos , quorum recuperationis spem amittit,si è domo eam eiiciat? Ex part.3.tr.addit. Resol.27.

Quæ hic est Resol. antecedens, §. Sed plus, & lege doctrinam ref. & §.not. 2. præcitati, & §. Sed plus, & hic supra ref.1. §. Nota etiam ad medium vers. si qua tamen.

§.1. NOn teneri mulierem in tali casu clamare docuit Salas, quem adduxi *in 3. p. tract.6. resol.31.* cui nunc addo Seraphinum Freytam *in nouis additionibus ad tr.de Confess.solicit.qu.19.n.26.*vbi sic ait. *Ex periculi permissione infertur fœminam per vim compressam non teneri clamare ad euitandam mortem , infamiam, aliudve simile, tametsi exponat se periculo consentiendi seu comparandi libidini , vt bene resoluit Salas,& constat ratione ; etenim etsi fœmina in animo dissentiat , ex naturæ tamen vi in tali opere non potest non adesse periculum consentiendi , & cooperandi. Ergo aut numquam ei id permittere debet,aut non obstante eo periculo excusanda erit.* Ita Freytas.

2.Sed ego *vbi supra* contrariam sententiam docui ex rationibus & DD.*ibi* adductis quibus nunc addo Ioan. Sancium *in select., disp.*10. *n.*17. qui tamen postea *n.*20. improbabiliter docet non esse negandum absolutionem pœnitenti,qui mutuo dedit concubinæ centum aureos.quorum recuperationis spem amittit , si domo eam eiiciat. Sed hanc opinionem præter Freytam *loc. cit.n.*25. refellit etiam Castrus Palaus *t.* 1.*tr.*2. *disp.*3. *punct.*9.§.3.*n.*14.nam si ipse Sancius non permittit periculum,vt visum est,ad euitandam mortem,infamiam, &c.quomodo admittendum est ad euitandum damnum centum aureorum?

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. ref. 32. & si placet lege etiam alias ref. & §§. cius not.

RESOL. VI.

An si quis haberet copulam cum fœmina mortua , quodnam peccatum luxuriæ committeret ?

Et an talis circumstantia copulæ non sit aperienda in confessione , sed sufficiat asserere se pollutionem habuisse ?

Et an incidat in casum reseruatum , de coeuntibus cum brutis, qui cognosceret belluam,quæ iam est mortua,licet intra eius vas seminet ?

Et infertur , quod si quis percuteret Clericum mortuum, an incidat in censuram Canonis ? Ex part. 9. tr. 9. & Misc.4.Resol.1.

Sup. hoc in tom. 2. tr.6. §.1. ref. 130. §. vit. ad medium,& vers. quia præfatus.

§.1. NOn est scelus , quod malitia humana non commiserit. Plures Confessarij testati sunt mihi sæpius in Praxi tale delictum accidisse : & fert fama in magna Italiæ Ciuitate cum quadam nobilissima muliere pepertratum fuisse. Posset itáque aliquis dicere, hoc delictum reducendum esse saltem ad fornicationem ; quia licèt fœmina mortua propriè non sit fœmina , æquiuocè , & analogicè dicitur fœmina, sicuti dixit *Aristoteles* 4. *Meteor. capit.* 12. Oculum mortuum propriè non esse oculum, sed æquiuocè , & analogicè. Ergo copula habita cum muliere mortua ; reductiuè saltem reducenda erit ad fornicationem.

Confirmatur : quia licèt Clericus mortuus , non sit Clericus,quia Character imprimitur in anima;tamen, si quis percuteret Clericum mortuum , incideret in censuram Canonis;vt docet Pater Thesaurus in Praxi de pœnis *Eccles.p.2.verb.iniuria,c.2. vers. Ampliatur secundò.* Squillante *de Priuil. Cleric c.6.n.*36.Villalob. *in summ.tom.1.tract.*17.*difficult.*22. *n.*16. & alij, quos alibi adduxi.Ergo & in casu nostro copula habita cum muliere mortua , dicenda erit saltem fornicatio ; quia licèt propriè non sit fœmina, est tamen æquiuocè fœmina;sicut Clericus mortuus, dicitur analogicè Clericus.

2.Sed hæc opinio mihi non placet,sicuti nec placet Sanchez vbi infrà, asserenti concubitum cum fœmina mortua non posse dici fornicationem ex rationibus inferius adducendis. Ad confirmationem adductam, respondeo quod opinionem Patris Thesauri , & aliorum refellit Alphonsus de Leone, de *Const. Recoll.*5 *n.* 55.& alij asserentes,percutientem Clericum mortuum non incidere in Censuram , quia cadauer non est propriè homo.Sed stando in sententia Patris Thesauri, & aliorum dicendum non obstare in casu nostro : nam percutiens Clericum incurrit Censuram, quia illa percussio est iniuriosa statui Clericali:Ergo,&c.

3. Itaque circa præsentem quæstionem,Amicissimus Pater Pellizzarius putat copulam habitam cum muliere mortua habere malitiam bestialitatis; sic enim asserit *in Man.Regul.tom.*1.*tr.*4.*c.*3 *sect.*4.*n.*70.Si quæras quam malitiam habeat copula habita cum fœmina mortua ? Respondeo , copulam quidem habitam cum fœmina mortua includere malitiam bestialitatis , cùm bestialitas sit coniunctio carnalis cum re alterius speciei, & fœmina mortua non censeatur amplius speciei humanæ,vt patet.Ita ille;cuius sententiam docet etiam nouissime conciuis ; & Amicus noster Frater Gesualdus de Bononiis Capuccinus in *oper.mor.t.*2.*tr.*12.*c.*1. *n.* 43. vbi docet , peccatum bestialitatis esse peccatum Luxuriæ contra naturam mediante copula habita cum indiuiduo, siue supposito alterius speciei, siue sit bestia, siue Diabolus in corpore assumpto,siue Cadauer,vt est in casu nostro. Ergo,&c.

4.Verùm circa hanc sententiam habeo magnam difficultatem ; nam bestialitas est actio viuentis cum viuente alterius speciei:vnde Escobar *in Theolmor. tract.* 1.*Exam.*8.*cap* 2. *n.*77. Filliucius *tom.*2. *tract.*30. *c.*8. *n.*161. Tamburinus *Opusc.*1.*lib.*2.*cap* 7.§. 10.*num.*78. & alii communiter, definientes vitium bestialitatis asserunt, esse concubitum cum re animata non eiusdem speciei cum homine. Sed in nostro casu , quando quis copulatur cum fœmina mortua non habet concubitum cum re animata : ergo talis copula non potest ad bestialitatem pertinere;vt vult Pater Pellizzarius,qui non bene dixit,bestialitatem esse coniunctionem carnalem cum re alterius speciei; sed debebat dicere cum re animata alterius speciei , vt patet ex supradictis Doctoribus. Quod confirmatur à fortiori ex doctrina Ignatij Lupi *de Casib.reseru.part.*2.*casu* 10.§.3. *n.*8. asserentis non incidere in casum reseruatum de coeuntibus cum brutis qui cognosceret belluam,quæ iam emortua est, licet intra eius naturale vas seminet. Ratio autem vna est,nempe quia non est ibi coitio cum animali, quamuis autem qui coit cum bellua mortua , videatur coire cum animali : attamen non est verum ; cedauer enim non est animal;cùm animal secundum commune omnium Philosophorum placitum, sit substantia animata sensitiua ; cadauer autem non est animatum , nec sensitiuum : quod sanè constat lippis quoque , & tonsoribus. Ita Lupus. Ergo quanto magis à fortiori dicendũ est , copulam in casu nostro non induere naturam bestialitatis ; cùm non operetur cum bellua mortua , sed cum fœmina mortua? Et ideò sapientissimus Sanchez *de matrim.tom.*3.*lib.*10.*disp.*4. *n.*14. cùm firmasset be-

stialitatem præbere causam diuortij; addit tamen hoc non procedere in concubitu intra vas cum fœmina, aut bestia mortuis. Vnde patet contra Pellizzarium, & Gesualdum, copulam cum muliere mortua non esse bestialitatem. Et quidem Doctores communiter, vt Lessius *lib.4.c.1.dub.13.n.91.* Fagundez *in Decal.tom.2. lib.6.c.9.n.23.* Azorius *tom.3. lib.3.c.22.q.1.* Vviggers *de iust.tr.de Temperan.d.3.dub.11.n.63.* Sayrus in Claui Regia *lib.8.cap.5.n.18. & 19.* Trullench *in Decal. tom.2.lib.6.c.1.dub.8.§.3. n.1.* Dicastillus *de Iust.lib.1. disp.3.dub.18.num.285. & 287.* Bassæus *in Flor. Theol. mor.verb. Luxuria, n.22.* & alij, agentes de vitio bestialitatis docent, esse coitum cum brutis, vel cum Dæmone incubo, aut succubo, & nullam faciunt mentionem de eadauere: Ergo, &c.

5. Inquirendum igitur restat, ad quod peccatum Luxuriæ talis copula reducenda sit. Et puto, saluo meliori iudicio, talem copulam non includere aliam malitiã in genere luxuriæ quàm malitiam pollutionis; sicuti qui concubitum iniret cum pictura, vel statua, vt tenet Sanchez vbi suprà, quicquid asserat Gesualdus. Et ideò rectè Tamburinus vbi suprà, *n.63.* dixit, inanimatum Instrumentum, quo quis se polluat, non facere mutationem speciei. Sed in nostro casu, quando quis copulam habet cum muliere mortua aliud non facit, nisi cum inanimato Instrumento pollutionem: ergo talis copula non inducit mutationem speciei. Confirmatur hæc sententia ex Sanchez loco citato, vbi docet concubitum cum fœmina mortua idem esse ac concubitum cum eius Statua; sed concubitus cum Statua non includit, nisi malitiam mollitiei: ergo idem dicẽdum erit de concubitu cum fœmina mortua. Vnde optimè dixit Ignatius Lupus vbi suprà, non incidere in casũ reseruatum de coëuntibus cum brutis qui aliquod corpus inanimatum supergreditur, licet cum ipso se polluat, vti faciunt qui se polluunt cum statuis. Ita ille. Ex quibus verbis habetur concubitum cum statua non esse Bestialitatem, vt voluit Gesualdus, sed Pollutionem: ergò idem fatendum erit de cõcubitu cum fœmina mortua: nam vt dixit Sanchez, æquiparantur, & pari passu procedunt cõcubitus cum statua, & cum fœmina mortua.

6. Concludendum est igitur, copulam cum fœmina mortua non inducere vitium Bestialitatis, nec fornicationis; vt docet Sanchez, sed tantum continere malitiam Pollutionis factæ adinstorio illius corporis mortui; quòd cum sit instrumentum inanimatum, ac si esset statua ipsius mulieris, vt ait Sanchez; non potest constituere diuersam speciem malitiæ ab ipsa pollutione, vt bene dixit Tamburinus, loco citato. Vnde illi, qui sentiunt, circumstantias aggrauantes non esse necessariò in confessione aperiendas, concederent talem circumstantiam Copulæ non esse in confessione aperiendam, sed sufficere asserere, se pollutionem habuisse. Et in nostro casu, cùm fœmina sit mortua, non adest malitia inductionis ad peccatum; & supponо copulam cum fœmina mortua non haberi ab homine peccante cum alio affectu fornicario diuerso à pollutione: nam alioquin cum pollutione adesset aliud peccatum Fornicationis, Adulterij, Incesti, &c. Ergo, &c. Et hæc omnia in quæstione non tam diligenter ab aliis pertractata, pro curiosis Lectoribus adnotare volui, vt ipsi tamen iudicent si probabiliter dicta sint, vel ne.

RESOL. VII.

An si quis haberet copulam cum fœmina dormiente, quodnam peccatum luxuriæ committeret?

Idem dicendum est si haberetur copula cum aliqua fœmina subitò appoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionaliter ab aliquo carnaliter cognosceretur.

Et cursim docetur, quid sit raptus stricte, & formaliter. Ex part.9.tr.9.& Misc.4.Res.2.

§.1. REsponderunt aliqui, quòd præter peccatum fornicationis si mulier esset soluta, & præter peccatum adulterij, si esset coniugata, & præter peccatum sacrilegij si esset Monialis; & præter peccatum stupri si esset virgo, &c. committeret etiam peccatum Raptus formalis. Et ita hanc sententiam tenet Pellizarius in *Man.Regular.t.1.tr.4.c.3.sect.4.n.70* vbi sic ait: si quæras, quam malitiam habeat copula habita cum fœmina dormiente? Respondeo, copulam habitam cum fœmina dormiente, quæ ante somnum consenserit in copulam, esse eiusdem speciei, ac esset, si haberetur cum illa vigilante, ac sponte consentiente: si quidem talis copula æquiparatur copulæ habitæ cum muliere ebria. Quòd si mulier, cum qua dormiente habetur copula, in eam non consensit ante somnum, tunc copula continet etiam malitiam Raptus formalis; de qua Sanchez *lib.7.de Matr.disp.14.n.7.* eamque in confessione necessario exprimendam: Imò & malitiam stupri, si fœmina illa erat virgo, vt colligitur ex ipso Sanchez suprà, *n.7.* Hucusque Pellizzarius.

2. Non obstat dicere, quod violentia est de essentia raptus; vt patet ex iuribus, quæ affert, & sequitur Martinus Perez *de Matrim.disp.38.sect.1.n.1.* Sed in nostro casu copula efficitur sine violentia: ergo non potest constituere malitiam raptus. Respondeo enim cum Fagundez *in Decal.tom.2. lib.6.c.10. n.3.* quòd fraus, & dolus violentiæ æquipollent, *l. vnica §. Et si quidem. vers. Pœnas autem. Cod. de Raptu Virg.* ibi, consensus ille fœminæ dolosis artibus exortus præsumitur, & ita communiter Doctores. Sanchez *lib.7.de matr.disp.12. n.7.& 11.* Decianus *12.tr. crim.lib.8.c.7.nu.8.* Sed in nostro casu adest fraus & dolus, quia copula illa habetur cum muliere inuita; si enim vigilaret non consentiret. Ergo raptus committitur.

3. Verùm his non obstantibus, posset aliquis dicere, quòd tunc adesset fraus, & dolus, quando mulier fuisset v.g. cum Lopio, vel alio medicamento ex industria cõsopita, vt posteà cum illa haberetur copula. Sed nos supponimus copulam, de qua loquimur, habitam fuisse occasionaliter, quia mulier inuenta est somno oppressa; & licèt hoc non obstante, dicta copula exerceretur cum fœmina inuita, cùm dormiat; tamen hæc iniuria, quæ hic & nunc ei infertur, non est illi notanam suppono illam somno immersam concubitum non sentire. Quod multum existimo: nam vt docet D. Thomas *in 2.2.q.66.art.4. & DD.* communiter, alia ratio est inuoluntarij per violentiam, quæ est in rapina, alia per ignorantiam, quæ est in furto. Ergo stantibus his circumstantiis, non videtur in casu nostro adesse tanta iniuria, & violentia, vt possit constituere raptũ formalẽ, vt vult Pellizzarius. Quod idem dicendum videtur, si haberetur copula cum aliqua fœmina, subita apoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionaliter ab aliquo carnaliter cognosceretur.

4. Confirmantur supradictæ; quia licet D. Thomas *in 2.2.quæst.54.art.7.* Sanchez, & alij asserunt, solam violentiam constituere raptum, tamen non desunt Doctores asserentes, quòd non dicitur raptus, stricte, & formaliter, si mulier violentata non abducatur de loco ad locum: quod probat Hurtadus *de Sa.tr.disp.23. dissic. 3.n.11. ex leg. vnica*, de raptu, vbi dicitur, quòd raptus sit violenta extractio de domo Patris. Et ita etiam docet Præpositus *in 3.par.q.7.de Impedim. matr.dub.16. n.148.* Perez vbi suprà, *sect.2.n.4.* Tambur. *apud c.1.lib. 2.c.7.§.9.n.60.* Escobar *in Theol.tr.5. Exam.8. c.2.n. 75.* & alij quos citat, & sequitur Sylu. *in 2.2. D.Tha. 154.art...* ergo, &c. Vnde nouissimè Gesuald. *in Theol. mor.t.1.tr.25.c.7.n.10.* dixit, quòd vt raptus sit peccatũ luxuriæ distinctum à fornicatione simplici specifice opus

opus est, vt fiat abductio mulieris. Sed in casu nostro, dato quod adsit violentia, non adest abductio: ergo talis copula non potuit inducere raptum formalem.

5. Et quidem, si vera esset, & sequenda opinio Patris Pellizzarij, sequeretur, quòd qui habuisset copulam cũ fœmina dormiente, & ideò commisisset (vt ipse ait) raptum formalem, sequeretur, inquam, incurrisse in pœnas latas à Sacris Canonibus contra raptores, stante opinione Lessij *lib. 4. c. 3. dub. 9. n. 66.* qui extendit pœnas raptorum ad illos, qui non traduxerunt de loco ad locum mulierem, sed tantùm in loco violarunt. Vnde in nostro casu nimis durum potest videri propter copulam cum fœmina dormiente, sine alia vi illata, dictas pœnas incurri. Sed ego nolo harum opinionum Auctor esse: ideò viri docti iudicent.

RESOL. VIII.

Olim cum quodam Religioso fuit mihi magna altercatio, an in cogitationibus venereis sit peccatum mortale, si voluntas non consentiat positiuè, nec etiam positiuè dissentiat, sed tantum permissiuè se habeat? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 33.

§. 1. PArtem affirmatiuam tuentur Vasquez *in part. 2. t. 1. disp. 108. c. 2. n. 2.* Zumel *in part. 2. qu. 74. art. 4. dub. 1. diff. 2. concl. 2.* Valent. *tom. 2. disp. 6. qu. 4. punct. 3.* Lessius *de iust. lib. 2. c. 4. dub. 15. n. 117.* Bonac. *de matr. qu. 4. punct. 7. n. 7.* Becanus *in sua Theol. schol. part. 2. tr. 2. c. 5. quæst. 5. n. 4.* Azor. *tom. 1. lib. 4. c. 6. qu. 6.* Sayrus in Clavi Regia *lib. 8. c. 7. num. 3.* & Curiel *in part. 2. qu. 74. art. 8. dub. 2. § 2. fol. mihi 493.* Ratio est: nam tali in casu si non adest consensus formalis, adest tamen consensus interpretatiuus; sed consensus interpretatiuus æquiualet formali. Ergo si consensus formalis in delectationibus venereis est peccatum mortale, etiam erit consensus interpretatiuus. Hæc opinio est probabilior.

2. Sed contrariam non falsam, vt ille Religiosus aiebat, sed probabilem cum Sanchez *tom. 3. de matrimon. lib. 9. disp. 45. num. 25.* & Bonacina *vbi suprà numer. 8.* esse existimo. Dico igitur non esse peccatum mortale, quando voluntas se habet negatiuè, non impediendo, vel non reprimendo motus, & tentationes, quas potest reprimere animum aliò diuertendo; necessaria est enim positiua complacẽtia in motibus sensualitatis, vt imputentur ad peccatum mortale, cùm non adsit interpretatiuus consensus, quia non tenetur illam cogitationem expellere, quando non est periculum formalis & expressi consensus; sic Caietan. *in summ. ver. delectatio.* Philiarchus *tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 18.* Herrera *in 2. sent. disp. 33. quæst. 7. concl. 2.* Reginald. *tom. 1. lib. 15. cap. vlt. n. 65.* & *tom. 2. lib. 22. c. 2. num. 10. condit. 3.* Petr. Lorca *in p. 2. tom. 2. disp. 28. num. 62.* cum Molfes. *in summ. tom. 1. tract. 8. cap. 8. num. 43.* & *45.* Nauarr. *in summ. cap. 11. numer. 12.* Corduba *in suo quæst. lib. 1. cap. 23. dub. 10. ad 7.* & aliis quampluribus apud Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 2. num. 13.* & apud Ioann. Salas *in part. 2. tom. 2. disp 6. sect. 3. numer. 25.* Ratio, qua fulcitur hæc opinio, est ista. Nemo peccat mortaliter, nisi transgrediatur aliquod præceptum obligans ad mortale; sed hoc non fit in tali casu, quia tota obligatio, quæ potest esse in tali casu, oritur ex illo præcepto negatiuo, *Non concupisces.* Sed hoc præceptum non obligat ad depellendam concupiscentiam, sed solùm ad non consentiendum. Ergo sufficit non consentire, & solùm negatiuè se habere. Confirmatur, quoniam, vt ait Lorca *vbi suprà*, contingere potest, hos motus permitti propter iustam causam absque vlla culpa, & in hoc conueniunt nobiscum Authores primæ sententiæ. Ergo etiam si absque iusta causa causa permittantur otiosè, vel ex causa veniali, non erunt peccatum mortale, quia quod per se malum est, propter nullum finem potest iustè fieri; si ergo aliquando contingit hanc promissionem esse licitam, ex genere suo non est mala.

3. Ad argumentum in contrarium respondetur. Quando æqualis obligatio est non permittendi, & non procurandi, consensus formalis, & interpretatiuus sunt æquales in malitia, & si vnus mortalis est, alter etiam est mortalis, non tamen est eadem obligatio non procurandi, & non permittendi cogitationes rerũ turpium, & ideo consensus formalis potest esse mortalis, consensus interpretatiuo existente veniali; sic posse aliquis magis obligari ad non procurandam dignitatem, vel aliquid aliud, quàm ad illud reiiciendum. Sic velle occidere hominem, est peccatum mortale contra iustitiam, sed non pascere illum in extrema necessitate, aliquando est peccatum veniale contra misericordiam, aliquando mortale contra eandem virtutem, aliquando verò est mortale contra iustitiam. Itaque non semper consensus interpretatiuus, & virtualis alienæ mortis, æquiualet, nec ferè æquiualet formali. Ita Salas *vbi suprà n. 33.*

RESOL. IX.

An oscula, quæ fiunt ex delectatione sensibili ex illis consurgente absque alia sinistra intentione, & admistione alterius delectationis de aliquo actu luxurioso, sint peccata mortalia?

Et an in osculis, & tactibus, & vniuersim in rebus venereis detur paruitas materiæ?

Et an inter solutos, quamuis eiusdem sint sexus sit semper mortale crimen osculari, & tangere ob solam veneream delectationem, ex huiusmodi actibus consurgentem, vel possit dari paruitas materiæ? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 136.

§. 1. NOuissimè negatiuam sententiam docet Franciscus Syluius *in 2. 2. D. Thomæ q. 154 art. 4. concluſ. 4.* vbi sic ait: Vel delectatio quæ in osculis, & amplexibus sentitur, est merè sensualis, consistens in quadã proportione & conformatione rei tactæ, vel visæ cum organo tactus, vel visus, vt non aliud sit, quàm oblectatio de re blanda, leni, ac molli, vel tenera, quæ contingitur, aut pulchra, quæ videtur, absque alia cuiuscumque rei turpis delectatione. Vel est delectatio ita sensualis, vt quamuis non versetur circa fornicationẽ, habet tamen coniunctam carnis ac spirituum generationi seruientium commotionem. Tactus & oscula quæ fiunt cum sola priori delectatione, non videntur esse libidinosa, ac per consequens nec peccata mortalia; quæ autem fiunt cum posteriori, libidinosa, & mortalia sunt. Prius probari potest: quia non videtur esse libido venerea, quando in actu secundùm suam speciem non libidinoso, abest omnis cogitatio & intentio etiam implicita voluptatis venereæ; atqui amplexus & oscula non sunt secundùm speciem suam libidinosa, vt in corpore docet D. Thom. & in eis ponitur abesse omnis cogitatio & intentio venereæ voluptatis etiam implicita, seu interpretatiua; cùm non alia sit delectatio quàm quod res blanda, mollis, aut tenera: ergo eiusmodi oscula non sunt censenda simpliciter libidinosa. Ita Syluius, & alij penes ipsum, quibus ego addo ex Societate Iesv Comitolum *in respons. moral. lib. 4. qu. 20. num. 6.* & Ioannem Salas *in 1. 2. D. Thom. q. 74. tract. 13 disp. 6. sect. 20 num. 139.* vbi has etiam adducunt rationes pro hac firmanda sententia, quia delectatio non est mortalis, nisi obiectum eius sit mortale; sed perceptio illius suauis temperamenti, aut proportionati tangibilis non est mortalis: ergo delectatio, quæ de illa

tanquam de obiecto percipitur, non est mortalis, & hanc delectationem esse mortalem, quia est de tactu mortali, manifestè in hoc petitur principium. ergo tactus non est mortalis propter hanc delectationem, sed propter aliam delectationem, vel rem quæ in eo intenditur, per ipsum quæritur, aut ex ipso sequitur quæ sub peccato mortali vitanda est. Deinde tangere res molles, suaues, & temperata propter delectationem inde naturaliter resultantem, non est mortale. ergo nec tangere carnes alienas virilis, vel fœmineas, secluso alio fine, vt periculo. vide etiam Villalobos *in sum. t. 2. tr. 40. difficult. 9. n. 4.* Sed ego puto contrariam sententiam tenendam esse, & in his materiis non esse laxandas habenas, & Filliuc. *t. 2. tr. 30. c. 9. n. 179.* docet quoad praxim, tactus huiusmodi ob solam delectationem sensibilem assumptos vitandos esse sub peccato mortali, tanquam periculosos adducendi delectationem concubitus, vel alterius actus luxurioſi. Vide etiam Sanchez *in summ. t. 2. lib. 5. c. 6. n. 12.* qui ex aliis rationibus, & meritò, improbat hanc opinionem, & ante illum Rebellius *part. 2. lib. 3. qu. 19. sect. 3. per totam.*

2. Notandum est etiam hîc obiter, aliquos Doctores asserere in supradictis osculis & tactibus & vniuersim in rebus venereis dari paruitatem materiæ, & ita tenet ex Societate IESV cum aliqua formidine Leonardus Lessius *lib. 4. c. 3. dub. 8. n. 58. & 59.* & ex Dominicanorum familia Samuel Lublinus *in summula cas. conscien. ver. osculum, n. 3.* vbi sic ait. Inter solutos quamuis eiusdem sint sexus, mortale crimen est osculari & tangere, ob solam veneream delectationem ex huiusmodi actibus consurgentem, nisi paruitas materiæ excuset. Ita ille, & alij, quos ego ipse citaui *in part. 3. tr. 5. resol. 1.* Sed *ibi*, & meritò, contrariam sententiam docui, & iterum doceo, cum Syluio *in 2. 2. D. Thom. quæst. 154. art. 4. concl. 4. in fine.*

Quæ hîc est supra in tr. 3. Resol. 18. & in aliis eius annot.

RESOL. X.

An sit peccatum mortale exponere se probabili periculo peccandi?

Et explanatur, quid sit periculum formale, & proximum?

Et ex doctrina huius Resolutionis infertur, an Chirurgus expertus, dum medetur pudendis fœminarum, & Parochus, dum audit confessiones fœminarum in pollutionem assentire, an poterunt se tali periculo obiicere?

Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 29.

§. 1. NEgatiuè respondet Caramuel *in Regulam D. Benedicti, disput. 70. num. 1058.* vbi sic asserit. Petis, Vtrum possit se aliquis exponere probabili peccandi periculo? Noster Lorca *in 2. 2. sect. 3. disp. 28. num. 9.* & Lopez *in instruct. part. 1. cap. 21. §. ad tertiam ration.* negant: Sed videntur insistere aliis principiis. Ego nullam actionem prudentem peccati arguo, nec imprudens censendus est, qui sequitur partem probabilem: ita efficacissimè superiùs *num. 17.* Huic resolutioni proderunt S. Gregorij Papæ verba in homilia illa quæ legitur in die Resurrectionis. *Nos ergo*, inquit, *in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum referri cum OPINIONE bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profectò illius cum aromatibus venimus.* Sanè ad Christum venimus, non solùm cùm opera elicimus, quæ euidenter sint bona, sed etiam cùm opinamur (hoc est probabiliter credimus) nos benè operari. Ergo à Deo non recedit, qui probabiliter putat se non recedere: ergo non vult credere, qui se exponit periculo, quod probabiliter putat aut nullum esse aut leue. Ita Caramuel.

2. Sed Cœlestinus *in Compen. Theol. Moralis, tract. 1. cap. 4. qu. 11.* asserit esse peccatum mortale exponere se probabili periculo peccandi; & citat Les. *lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 98.* qui quidem loquitur de periculo formali, quod secundum Caramuelem differt à periculo probabili; Et ipse concedit quod quis non possit se exponere formali & proximo periculo sine graui peccato.

3. Et ad tollendos scrupulos, vt ipse ait, explicat Caramuel quid sit periculum formale & proximum, & asserit. Primò, periculum vt censeatur proximum, debet esse euidens physicè aut moraliter, si enim tantum sit probabile, periculum morale non est; nam probabiliter etiam censere poteris, periculum nullum subesse. Rationes euidentes assensum prædeterminant: si sint merè probabiles mentem non cogunt, sed opinio eligenda committitur opinioni voluntatis.

4. Si iueris ad talem domum decies, & quinquies peccaueris, & quinquies non peccaueris, est probabile, si reuertaris te peccaturum esse, & æquè probabile te non peccaturum esse. Ergo non est periculum proximum.

5. Si octies iueris, & septies peccaueris, & semel non peccaueris, est probabilius te peccaturum esse; est tamen probabile te non peccaturum esse. Ratio est; quia octaua pars est grauis, & si septem lapsus te condemnant, constantia quem semel habuisti, contra septem lapsus dat grauem authoritatem, factique opinionem probabilem.

6. Si nouies iueris, & octies fueris lapsus, scias te exponi periculo proximo, si reuertaris: quia nona pars non est grauis authoritatis, & idcò improbabile est te, data occasione resisturum esse: ac per consequens est moraliter euidens (hoc est certum) te, si eò redeas, miserrimè peccaturum. Ergo est periculum proximum in tali casu. Periculum agnoscitur ab experientia, examinare enim, vtrùm periculum sit proximum, nihil est aliud, quàm consulere experientiam, & videre vtrùm tuæ futuræ constantiæ faueat grauis experientia; illa dicenda est grauis, quam non vincit alia plusquam septuplo maior: & hoc cæteris paribus.

7. Quid si mutentur circumstantiæ, tollitur periculum proximum, si non possit iudicium sumi ab experientia; puta, si octies solus iueris ad domum talem, & semper fueris lapsus, & velis eò reuerti cum socio prudenti & modesto, credo iam te non exponi euidenti, & proximo periculo; quoniam qui certò moraliter sciebas te peccaturum esse, si solus ires; nondum certo nosti quid sis facturus præsente tali socio, & idcò quoad vsque experiaris, pro te ferre fauorabilem sententiam potes.

8. Ex his infert Caramuel, quod si v.g. Chirurgus indifferenter se habebat cum à laborantibus accerseretur, hoc est, nulla præuia dispositione aut intentione non peccandi accedebat. Sexdecim vicibus medicatus est, ex quibus tantùm semel se continuit. & non præbuit assensum. Dico, illum non posse reuerti manentibus iisdem circumstantiis, hoc est, non posse reuerti sine dispositione præuia & intentione non peccandi. Quod si proponat amplius non consentire, hoc propositum fortificat eius voluntatem & timorem eliminat, non enim euidenter sequitur, voluntatem fortem præmunitam esse in proximo, & certo periculo, in quo erat cùm debilis esset. Non igitur condemnandus est ille Chirurgus qui nondum expertus est vtrùm adhibito proposito resistendi sit peccaturus.

9. Et randem ponit nouam difficultatem; Petros v. g. tenetur graniter ire ad talem locum audire confessiones, alicui fœminæ mederi, aut aliquam similem actionem agere, quam omittere non potest sine culpa mortali (puta, vel quia est voto aut iuramento obstrictus, vel præcepto legitimo obligatus) examinat experientiam, & reperit esse periculum proximum consentiendi

Sup. hoc in Resol. seq. signanter in §. vlt. & in alia Resol. eius not. & lege etiam Resol. & §§. not. 1. dictæ Resol. & in tom. 7. tr. 7. ex Resol. vide doctrinam §. Sed aliquis, & §. Respondeo, in fine, & seqq. & in tom. 2. tr. 6. ex resol. 119. §. 2. & qui is pro expellendo è domo fœminam quæ est occasio peccati, lege in to. 1. tr. 4.

sentiendi in mollitiem. Hoc periculum non euadet si conducat socium ; nam actus mere internos præsentium reuerentia non cohibet ; quid igitur facturus est? an tenebitur ex causa necessaria se credere periculo formali ?

10. In casu posito teneris ire ad talem locum in quo est periculum proximum, & teneris non te credere tali periculo , quoniam vtrumque simul potes facere , si addas voluntatem non peccandi, quam antea non habueras ; aut saltem intentionem , si ante remissam habueris;efficis enim quod non sit proximum periculum, vbi antè fuit;& ideò illam actionem non solùm potes, sed & teneris facere. Et hæc omnia docet Caramuel *vbi suprà* quæ ex eius mente dicta esse volo, ego enim affirmatiuæ sententiæ adhæreo.

RESOL. XI.

An Chirurgus expertus,dum medetur pudendis fœminarum , in pollutionem assentiri , poterit se tali periculo obiicere,cum determinatione tamen non consentiendi?

Idem quæritur de Parocho in confessionis fœminarum auscultatione.

Et an quis possit accedere ad Infideles gratia illos conuertendi cum periculo peruersionis ?

Et an prædicando meretricibus cum periculo peccandi?

Et an possit , imo teneatur Pater alere filios ex concubina , qui nec separari possunt à matre, & si periculum habeat lapsus cum concubina ?

Et an liceat exponere se periculo certo,vel probabili peccandi ob bonum spirituale proximi ? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 3.

Sup. hoc pro Chirurgo ex tota doctrina ref. præterita §. ex his, ad medium, & infra in ref. 13. §. Primo,& pro Confessario infra in ref. 12. §. Hinc, vbi inuenies distinctionē, & pro vtroque in to. 1. tr. 4. ref. 29. post medium,& vers. Idem sentio quo viris , & in to 7. tr. 7. ref. 10. §. Respondeo , ad medium , vers. Quod si. Et pro æquitatione contenta in hoc textu in ref. seq. §. Hinc , ad medium , & infra in ref. 13. §. Secundo cum fotem, & in to 4. tr. 6. ex ref. 18. lege doctrinam §. sed in fine, & seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet nouissimè ex Societate Iesu Castrus Palaus *in opere moral. t. 1. tr. 2. disp. 2. punct. 9 §. 3. n. 11. & 13.* vbi sic ait. Chirurgus potest verenda fœminæ curare cum periculo consensus,nec Parochus est obligatus deserere officium , etsi experiatur voluntariè pollui occasione desumpta ex auditis in confessione ; sufficit enim si proponat ampliùs non consentire. Ita ille , & ante illum Ioan. Sancius *in selectis, disp. 21. n. 9.* vbi ita asserit. Parochus qui ex auditis in confessionibus expertus est in pollutiones consentire,non peccat confessiones auscultando,dum determinatus sit non prolabi, quamuis eas auscultet. Deinde Chirurgus qui pudenda fœminarum causa medendi videt, vel tangit , expertus illas concupiscere,vel voluntariè pollui, ob illud periculum à curatione non tenetur cessare,nec peccat illi se committendo,dum determinat,sic non peccare, quando partes illas videat,vel tangat. Vlteriùs qui pedester ambulare non potest,aut equitare,& ad eius honorem conducat, expertus tamen pollutioni ex eo obuenienti consentire,non tenetur ab equitatione abstinere,nec peccat periculo illi consentiendi se tradendo,dum semper determinatus sit non consentire , quando equester agat. Et ratio,horum omnium est,quia quoties aliquis ex causa necessaria , vel vrgente se exponit periculo peccandi, non ob id delinquit,dum quando se obiicit tali periculo,determinatam habeat volùtatem non peccandi,cùm in tali casu inuoluntarium sit periculum.Ita Sancius.

2. Sed contrariam sententiam,& meritò docet Villalobos *in summa tom. 2. tr. 40. diffic. 16. n. 5.* Leone *de officio Confessar. part. 1. recollect. 20. n. 73.* Megala *in 1. part. lib. 4. c. 4. n. 6.* Lessius *lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 98.* Io. de la Cruz *in direct. consc. ien. part. 1. præcept. 6. art. 8. dub. 8. dub. 9 concl. 2.* & alij. Et ratio est, quia ob nullam rem potest quis se exponere formali periculo peccandi, nam qui amat periculum,peribit in illo.

3. Non desinam tamen hic adnotare D. Thomam *in 2. 2. quæst. 10. art. 9. in fine corporis*, Salas *in part. 2. tr. 8. disp. vnica, sect. 5. n. 60. & t. 2. tr. 13. disp. 6. sect. 17. n. 105. & 106.* Sotum *de iust. lib. 5. q. 1. art. 6. in fine 2. concl.* & alios docere posse aliquem accedere ad infideles gratia illos conuertendi cum periculo subuersionis , & ad prædicandum meretricibus cum periculo peccandi ; quod etiam docuit Castrus Palaus *n. 10.* qui etiam addit, posse, imò teneri parentem alere filios ex concubina,qui nec separari possunt à matre,neque alia via possunt victum quærere,etsi periculum habeat lapsus cum concubina ; & faciant pro hac sententia Sanchez *in summa t. 1. lib. 1. c. 8. num. 3.* Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. c. 35. n. 4.* Freitas *in addit. ad tr. de confess. sollicit. q. 19. n. 17.* Sà *ver. peccatum, n. 6.* & alij asserentes,quòd exponens se periculo peccandi causa vrgente, non peccat, & ponunt multa exempla.

Quoad hoc in ref. præterita,& in to. 4. tr. 6. ex ref. 18. lege §§. not. 1. §. Similiter, & pro contento à lin. 8. huius §. in t. 1. tr. 4. ref. 13. §. vlt. ad medium.

4. Verùm Lopez *in instruct. part. 1. c. 21. §. ad tertiam rationem*, & Petrus Lorca *in 2. 2. D. Thomæ sect. 3. disp. 29. n. 9.* & alij,asserunt non licere exponere se periculo peccandi certo , nec probabili ob bonum spirituale proximi;& ideo Suarez *de charit. disp. 9. sect. 2. n. 8.* sic asserit. Sequitur contra Sotum , nemini licere propter aliorum salutem exponere se morali periculo peccandi mortaliter, ex illa regula Eccles. c. 3. *Qui amat periculum peribit in illo*;nam in moralibus idem est committere , & exponere se morali periculo committendi. Quod maximè verum est,quando periculum est in determinata materia , in qua aliquis fragilem se expertus est. Si verò in confuso,non potest certa regula tradi, sed pro ratione necessitatis , & periculi , pensanda res erit.Ita Suarez,quem ego sequor,vnde cogita si opinio Basilij Pontij,quàm *suprà in tr. 4. de Sacr. resol. 269.* adduxi,sit probabilis.

Sup. hoc in ref. præterita signanter à principio, & in ref. not. seq. & in to. 7. tr. 7. lege ex doctrina ref. 20. §. Sed aliquis , & aliarum ref. & §§. earum notationum.

Quæ hic est in tom. 2. t. 6. ref. 119. §. 2. ad medium.

RESOL. XII.

Quidam vir Nobilis comedens cibos calidos , & accubans in lecto incidebat in pollutionem , quæsiuit à me, an teneatur aliter decūbere,& cibos illos nō comedere?

Poterat enim sine aliquo damno à supradictis abstinere.

Et an Confessarius ex deuotione solum audiens confessiones expertus pollui,non tamen consentiendo,an peccet confessiones excipiendo ?

Et in textu huius Ref. alij casus & similia exempla inferuntur , & explanantur , in quibus quis non peccat, quamuis præuideat in illis , & sequatur pollutio , sine tamen vllo periculo in illorum consensu.

Et tandem notatur, quod si aliqua mulier in Choreis publicis scit se tangi ab aliquo intentione mala, si tactus sunt ex suo genere liciti, vt consortio manuum in choreis,non peccat illos admittendo coram aliis. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 22.

Sup. his in tom. 1. tr. 4. Res. 37. §. Restat. cursum in fine, & lege ibi doctrinam §. Vt autem,& alterius eius annot. & in to. 4. tr. 6. ex Res. 18. vide §. Similiter.

§. 1. QVidam Theologus affirmatiuè tunc illi respondit,& hanc opinionem docet nouissimè Fagundez *præc. 3. c. 6. n. 13.* vbi sic asserit. Non probo opinionem asserentem non esse mortale comedere illa,ex quibus credatur sequutura pollutio; modò illa in se non intendatur,nisi fortè loquatur,quando dubiè id credatur, aut quando non ita facilè possit eam causam auferre,ac remouere ;'nam aliter dormire non possit, quàm talirer accumbendo , si alios cibos non habeat nisi illos , vnde pollutio solet mortaliter contingere, aut si habeat,sunt tamen tales, ob quos dolorem capitis , aut ægritudinem contrahat , profectò in meliori opinione non tenetur abstinere ab illis, aut à tali modo accumbendi. Ita ille, citans alios Doctores , & alia exempla,vide etiam Azorium *part. 3. c. 24. qu. 7.*

2. Sed contrariam sententiam etiam probabilem esse puto , quam in terminis docet Sancius *in selectis , disp. 21. n. 12.* sic asserens. Accubantem sic vel aliter,& sentientem se ex tali situ in pollutionem venire in somno, vel in vigilia, dum absit periculum consensus, &

Sup. hoc in Ref. seq. §. Tertio, & in

tom. 4. tr. 6. ex Res. 18. lege doctrinam § Similiter.

& determinatus sit non consentire, & experientiam consentiendi non habeat (vt erat in casu dicti viri nobilis, de quo ego interrogatus fui) non teneri aliter decumbere, licet ille minimè vtilis esset talis modus decumbendi, sed solùm ad commodiùs quiescendum in lecto, intenderetur. Ita Sancius, & loquens de comestione ciborum idem docuit Lessius *lib. 4. c. 3. dub. 54. n. 100. & 101.* Villalobos *in summa, tom. 2. tr. 40. dub. 16. n. 6.* Ioannes de la Cruz *in direct. part. 1. præc. 6. art. 8. dub. 9. concl. 2.* & alij. Ratio verò huius opinionis hæc est, quia aliquis non tenetur vitare causam per accidens inducentem in pollutionem, dum tamen absit periculum consensus.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ, §. Sed in fine, vers. Hoc pacto, & supra in res. 11. §. 1. & in aliis eius annot. pro hac quæst. Sed ibi pro Parocho, & hic pro Confessario ex deuotione, & procontento à medio §. Hinc, in res. seq. §. Secundo, &c. Et quoad primum contentum in §. Et tandem, huius Res. in Res. seq. lege §. Tertio, &c. Et pro contento à lin. 7. huius §. à vers. Norandum est, infra in res. 14. §. vlt.

3. Hinc infert Sancius, quòd Confessarius ex deuotione solùm audiens confessiones expertus pollui, non tamen consentire, non peccabit confessiones excipiendo, quia cùm audire confessiones, causa per accidens sit pollutionis illas non tenetur vitare ob solam pollutionem, quæ voluntaria illi non est, nec in se, cùm illam non velit, nec in causa, cùm illa sit per accidens, similiter qui sine damno aliquo pedester posset ambulare, & nollet, expertus tamen pollutionem pati, sine tamen consensu, equitando minimè peccaret, cùm equitatio causa sit per accidens illius pollutionis, & ideo nec in se, nec in causa esset illi voluntaria.

4. Et tandem fœmina, vel vir, quæ ob superpositionem vnius femoris in aliud, motum sensualem sensit, non tenetur modum situs mutare, dum determinati sit non consentire, neque fit periculum consensus, quia per accidens actus influentes in pollutionem vitare non tenemur. Et hæc omnia docet Sancius *vbi suprà* contra opinionem Fagundez. Notandum est etiam hîc, quòd mundans à sanguine verenda, vel fœmina à sanguine menstruo, etsi præuideat pollutionem, & sequatur, si non gaudeat de illa, non peccabit. Vnde ex his omnibus apparet me olim rectè consuluisse, quendam iuuenem, cui necesse erat interuenire in quibusdam festis nuptiarum, non peccasse, dum ex tactu manus mulieris in ballo in pollutionem incidebat, sine tamen vllo periculo in illius consensum, & tunc adduxi doctrinam Sanchez *de matr. t. 3. lib. 9. disp. 45. n. 8.* vbi sic ait. Secundò deducitur, pollutionem præter intentionem subsequutam ex tactu licito, & in eo præuisam, quando tactus ille est necessarius, & cessat consensus periculum, carere omni culpa, vt ex amplexu iuxta patriæ consuetudinem, quo euitato in notam inurbanitatis incideret. Ita Sanchez, quem postea sequuti sunt Villalobos *in summ. tom. 2. tr. 40. diffic. 16. n. 5.* Filliucius *tom. 2. tr. 30. c. 8. n. 150.* & Bonacina *de matr. q. 4. punct. 10. n. 8.* quæ omnia procedebant in casu nostro.

Quoad hoc in tom. 7. tr. 7. lege doctrinam res. 22. signanter post medium.

5. Notandum est etiam hîc obiter, quòd si aliqua mulier in choreis publicis sciat se tangi ab aliquo intentione mala, si tactus sunt ex suo genere liciti, vt consortio manuum in choreis, non peccat illos admittendo coram aliis. Ita Filliucius *vbi suprà t. 2. tr. 30. c. 10. n. 189.* qui citat multos alios.

RESOL. XIII.

An ad expellendum semen corruptum, vel ad sedandam pruritatem liceat refricare pudenda cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea; licet fœmina id conetur efficere non solum fricatione, sed etiam cum intromissione digitorum vsque ad os vteri?

Et an liceat Chirurgo contrectare verenda infirmi curationis causa cum periculo pollutionis?

Et in corpore huius Resolutionis aliqui alij casus, & similia exempla vt in tribus Resolutionibus proximè præteritis hic apposita inseruntur, & cursim explanantur circa præuisas pollutiones, &c. Ex part. 2. tr. 16. & Misc. 2. Res. 54. alias 56.

§. 1. Affirmatiuè respondent Sanchez, Filliucius, Reginaldus, & Bonac. quos citat, & sequitur Ioan. Sancius vir doctissimus *in suis disputationibus selectis, disput. 21. num. 29.* & idem docet ex recentioribus Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 40. diffic. 16. num. 4. & 5.* vbi etiam docet, cum Sanchez *de matr. lib. 9. disp. 17. num. 19.* & multis ex Societate Iesu, fas esse confricare verenda ad expellendum semen corruptum, licèt præter intentionem sequatur veri seminis emissio, & licèt fœmina id conetur efficere non solùm fricatione partium verendarum, sed etiam cum intromissione digitorum vsque ad os vteri. Et hanc opinionem præter Sanchez, & Villalobos, docet etiam Bonac. *de matrim. qu. 4. punct. 10. n. 12.* Ratio est, quia in his casibus pollutio sequitur, præter intentionem operantis. Ergo. Hinc deducitur decisio multorum casuum.

2. Primò, licere chirurgo contrectare verenda infirmi curationis causa, cum periculo pollutionis. Ita Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 115. num. 9.* Lessius *lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 48.* Ioan. de la Cruz *in direct. conf. præc. 6. dub. 9.* & alij.

3. Secundò, cursorem non constrictum esse pedestrem incedere, quamuis sit expertus pollutionem se pati. Ita Filliucius *tom. 2. tr. 30. n. 150.* Sayrus *in Clauì Regia lib. 8. c. 5. n. 12.* Sanchez *lib. 9. disp. 45. n. 8.* & alij.

4. Tertiò, accubantem, & sentientem se ex tali situ in pollutionem venire in somno, vel etiam in vigilia, dum absit periculum consensus, non teneri aliter decumbere, etiamsi posset aliter commodè dormire. Ita Sanc. *vbi suprà in selectis, disp. 21. n. 12.* qui *n. 18. in fine*, docet etiam, quòd non tenetur quis lectum deserere, etiamsi cum membri erectione gustus carnis præsentiatur, dummodo non adsit periculum consentiendi; sed alij tenent, quòd tenetur quis lectum deserere, si sentiat delectationem veneream, etiam sine membri erectione. Hæc omnia inuenies apud Ioan. Sancium *vbi suprà*, qui plus addit, vt nos etiam alibi notauimus, nempe quodlibet peccatum mortale in genere luxuriæ, non esse causam efficaciter influentem in pollutionem & ideo pollutionem ex illa causa aduenientem in somnis, non esse necessariò confitendam. Putat igitur verba impudica, & cogitationes turpes, quæ sunt crimina mortalia, etsi sint causæ per se ordinatæ ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influere, aliàs ferè nunquam apponerentur, quin sequeretur pollutio, sed contrarium tamen euenire, experientia demonstrat. Ergo, &c. Ideo cùm inefficaces causæ sint pollutionis, non magis influunt in eam, quàm si essent per accidens causæ. Si ergo quando verba turpia, vel cogitatio turpis præsens est, non influit pollutionem, nec appetitum efficaciter mouet ad illam habendam, quomodo credi potest influxuram, quando absens est, vtpote in somnis? Limita hæc omnia, nisi cogitatio turpis coniungeretur cum membri erectione, per tempus durante, seu cum magna commotione spirituum genitalium. Ita Sancius *vbi suprà*. Sed an omnia supradicta in præsenti Resolutione sint probabilia, multi negant; & præsertim illud, quòd liceat refricare verenda ad expellendum semen corruptum. Et ideo in editione quinta Summæ Henrici Villalobos, & in editione nouissima Operum Thomæ Sanchez, hæc opinio non inuenitur impressa: imò de illa se retractauit *in summa, tom. 2. lib. 5. c. 6. num. 22.* vnde ego illam non teneo.

RESOL. XIV.

An liceat conari fricationibus ad semen corruptum expellendum, etiam si inde sequatur aliqua veri seminis emissio?

Et

Et quid est dicendum, si dubium est, num in quantitate, an in qualitate semen peccaret, an liceat iuuare naturam confricationibus ad expellendam qualitatem morbidam?

Et an hoc fieri debeat cum medicamentis, non autem cum fricationibus?

Et an peccent mortaliter mundantes verenda à lanugine, & sanguine menstruo, ne pruritum aut fœtorem patiantur, quamuis inde præter intentionem subsequutura videatur pollutio secluso consentiendi periculo? Ex part. 3. tract 5. & Misc. 1. Resol. 86. aliàs 85.

Sup. hoc in Resol. præterita §. 1. & infrà in resol. 20. §. Quæro quarto.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docuerunt multi viri docti Societatis Iesu, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 17. num. 18.* & post illum docet etiam hanc sententiam Bonacina *de matrim. quæst. 4. punct. 10. n. 11.* vbi sic ait: Secundò fœminam, quæ propter semen corruptum; patitur accidentia venenosa sequitur posse conari fricando, vel adhibendo medicamenta ad expellendum semen corruptum, quod est noxium sanitati, etiamsi inde sequatur veri seminis emissio; nam illa emissio sequitur per accidens ad expulsionem seminis corrupti, quod est sanitati noxium, modò non sit periculum consensus in pollutionem, & modò constet semen illud corruptum esse. Sic Bonacina, & nouissimè hanc opinionem tenet etiam doctus Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 40. diffic. 16. n. 4.* sic asserens. [Duda es, si semen est corruptum, ex quo in vase retento patitur mulier accidentia venenosa, an liceat conari illud expellere, vel fricatione partium, vel intromissione digitorum vsque ad os vteri? A lo qual se responde con distincion, porque quando procede que semen peccat in quantitate, non licet, quia est verè semen, Mas si verdaderamente esta corrupto, licito es procurar expelerle de las maneras dichas, y otros remedios, porque ya no es verdaderamente semen, pues esta corrupto, y no se lià de hazer caso de que de camino y præter intentionem se signa iuntamente veri seminis amissio, quia datur opera rei licitæ.] Ita Villalobos? cuius sententiam ex multis rationibus approbat Sancius *in select. disp. 21. n. 30.*

Sup. his in Resol. præterita §. 1. & infra in resol. 20. §. Quæro quarto.

2. Sed dubium esset, num in quantitate, an in qualitate peccaret, asserunt non licere, si dubium ita esset; vt docti medici neutri parti acquiescerent; quia tunc semen est in possessione, quod verum, & aptum generationi sit; cum hæc qualitas suapte natura illi insit. Si verò probabiliter opinarentur illud in qualitate peccare, quamuis cum alterius partis formidine, id putant licere; nam opinionem probabilem quis tutò amplecti potest. Et ita docent Sanchez, & Bonacina *vbi suprà*, & Reginaldus *infrà*.

3. His tamen non obstantibus Sanchez postea *in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 12.* mutauit sententiam, & docuit non licere iuuare naturam confricationibus ad expellendam qualitatem morbidam, in quam semen iam corruptum transiit; & hanc sententiam docuêre etiam eademmet societate Rebellius *quæst. 2. lib. 3. quæst. 19. sect. 3.* & Ioannes Salas *in part. 2. tom. 2. quæst. 74. tract. 13. disp. 6. sect. 15. num. 90.* vbi post multa, sic tandem concludit. Mihi magis placet illicitum esse semen quantumcumque corruptum cum venerea voluptare emittere, etiamsi de corruptione certitudo esset. Sic ille, & ego; concedit tamen Sanchez, & Filliucius

Sup. his medicamentis in Resol. seq. 16.

tom. 2. tract. 30. cap. 8. num. 150. hoc fieri posse cum medicamentis, non autem confricationibus, vide etiam Zanardum *in direct. Theologorum, part. 2. de sacrament. matrim. cap. 41. verb. 11.* & Reginald. *tom. 2. lib. 22. cap. 3. num. 40.*

Sup. hoc sup. in Resol. 12. §. tandem. ad lin. 7.

4. Notandum est tamen hîc obiter quod Sancius *in selectis, disp. 21. num. 33.* Reginaldus & alij, *vbi suprà*, docent non peccare mortaliter mundantem verenda à lanugine, & sanguine menstruo, ne pruritum, aut fœtorem patiatur, quamuis inde præter intentionem subsequuta videatur pollutio, secluso consentiendi periculo.

RESOL. XV.

An licitum sit sumere, & applicare medicinam prouocatiuam effusionis seminis? Ex part. 2. tr. 16. & Misc. Resol. 159.

§. 1. SI nullum alium habet effectum, non est licitum, & oppositum asserere est improbabile & dignum graui censura temeritatis saltem, quia illicitum est procurare pollutionem per medium contra naturæ ordinem. Si medecina verò habeat alium effectum vtilem, quem ius intendit, licitum est applicare talem medicinam, non intendens pollutionem. Multa sunt exempla in materia de peccatis. Legantur Doctores agentes de delegatione morosa, vel de præcepto fornicationis, & hæc opinio non solùm est probabilis, sed vera, & idem iudicium est de alia causa pollutionis, quæ de se non est intrinsecè mala, & ex hac doctrina possunt excusari à censura multa, quæ docuit P. Thomas Sanchez *in materia de matrimonio*, agens de actu coniugali, quæ homines aliqui non bene cum illo compositi reprehendunt iniustè, quæ multi viri docti & pij à censura liberant, & hæc omnia docet Turrianus *in select. disputat.... cent. 2. censura Theologicæ, dub. 74.* Sed ego contrarium teneo, & puto in his materiis non esse laxanda habenas.

Sup. his in Resol. præterita §. His, in fine, & in to. 2. tr. 6. resol. 119. §. vlt. & in resol. 207. §. etiam vlt.

RESOL. XVI.

An si pollutio cœpit in somnis, sit reprimenda in vigilia sub onere peccati mortalis?

Et an gaudens de supra dicta pollutione in somnis capta non ob delectationem carnalem, sed ob sanitatem, & illam optare, sit saltem peccatum veniale? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 21.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Toletus *lib. 5. cap. 13. n. 1.* tunc enim quis non tenetur reprimere pollutionem, quando potestatem habet imperfectam, quia semisomnis est, sed in nostro casu patien pollutionem perfectam habet potestatem, quia in vigilia est: ergo tenetur illam reprimere.

2. Sed negatiuam sententiam docet Emanuel Sà *ver. luxuria, n. 10.* vbi sic asserit. Cœptam in sumno pollutionem non tenetur euigilans reprimere, sufficit enim non placere; ita ille. Et ratio est, quia dicta pollutio incipit in somnis sine peccato, & inuoluntariè; effusio verò illius in vigilia, est effectus naturalis illius causæ inculpabilis, ergo. Et ita hanc sententiam docent Ioan. de la Cruz *in direct. p. 1. præc. 6. art. 8. dub. 10. concl. 2.* Filliucius *tom. 2. tr. 30. cap. 8. n. 147.* & probabilem putat Fagundez *præc. 3. lib. 3. cap. 6. num. 11.* in casu quo quis certus est quòd non adhibebit consensum; nec in alio casu ego puto illam docuisse Doctores citatos.

Sup. contento in hoc §. in Resol. seq. & in to. 1. tr. 7. Resol. 100. §. Nota etiam per totum.

3. Notandum est hîc etiam, quòd gaudere de supradicta pollutione in somnis cœpta, non ob delectationem carnalem, sed ob sanitatem, & illam optare, non est peccatum, neque veniale. Scio contrarium docere Sotum *in 4. sent. dist. 12. q. 1. a. 7.* Medinam *in part. 2. q. 74. art. 5.* Zumel *ibidem. art. 8. disp. 4.* Ledesmam, Lopez Angles, Rodriquez, & alios; sed tu tene nostram sententiam, quam docent Doctores, quos citat, & sequitur Tannerus *in 2. 2. D. Thom. disput. 4. quæst. 7. dub. 7.*

dub.7. num.144. quibus ego addo Villalobos *in summ. tom.2. tract. 40.* Sancium *in selectis, disp. 21. num.35.* Sanchez *in summ.tom.1.c.2.n.17.* & alios penes ipsos, & nos *infra.*

Infra in Resol. 1.not.præcedente.

RESOL. XVII.

An sit peccatum mortale desiderare pollutionem in somnis, aut de illa sic habita gaudere ob aliquem bonum finem? Ex p.3. tr. 5. & Misc.1.Res.88.alias 87.

Sup. hoc in resol. præterita §.1. & it. & in t. 1.tr.7.Resol. 706.§. Nota etiam pertorum.

§.1. AFfirmatiuè respondet Sotus *in 2.dist.12.q.1. art.7.* Medina *in p.2.q.74.art.6.* Azorius *p.3. lib.3.cap.24.q.3.* Ledesma *in 1.part.4.q.21.art.7. dub.6.* Zumel *in p.2. quæst.74. art. 8. disput.4. dub.4.* Rodriquez *in summ tom.1.cap.211. num.3.* & nouissimè doctus Franciscus Syluius *in 1. 2. D. Thomæ, quæst. 154. art.5.concl.5.* quia pollutio ex se, & ex obiecto, & natura sua est mala; ergo sicut propter valetudinem, vel aliam rationem non licet desiderare vt fornicatio tibi eueniat in somnis, neque etiam licet desiderare pollutionem. Probo consequentiam, nam quod est per se, siue ex obiecto malum, non potest voluntariè desiderari propter quemcumque bonum finem, quia consensus in tale malum, non potest esse malus; alioquin liceret desiderare adulterium, homicidium, & huiusmodi propter aliquem bonum finem, vt ea tibi dormienti accideren[illegible]

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam probabiliorem esse puto, quam tuentur 22.Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c.2.n.18.* quibus ego addo Sancium *in selectis, disp.21. n.45.* Tannerum *in p.2. D.Thom. disp.4 qu.8.dub.7.n.145.* Villalobos *in sum.tom.2.tr.40. diffic.16.num.144.* Filliucium *tom.2. tr.30. c.8.n.10.* Reginaldum *tom.2. lib.22.c.3.n.41.* Ioan.de la Cruz *in direct. conscientiæ, part.1.præc.6.art.8.dub.10. concl.2.* Layman *in Theol. mor.lib.3.sect.4.17.* Granado *in part.2.D.Thomæ, contr. 6.tr.4.disp.6. n.6.* & Fernandez *in exam. Theol. moral. part.4 c.1.§.4. n.3.* Et ratio est, quia talis pollutio sola via naturali consequens, non est ex se peccatum mortale, nec habet malitiam obiectiuam mortalem; sed eam habet certo solum modo (via scilicet naturali causata,) quo circa à ratione contraria mortale esset desiderare, vt præter naturam ab alio quamuis amante, vt sibi etiam dormienti pollutio prorumperet. Deinde non infrequens est quòd ob honestum finem liceat desiderare effectum aliquem per causas naturales euenire, & de eueniente gaudere, quem tamen efficaciter intendere, aut procurare numquam liceret; & ideo si legitimus Rex cum multorum ruina Rempublicam administrat, licitum est boni communis causa optare simplici affectu, vt moriatur, aut eo mortuo gaudere; cùm tamen mortem ipsi procurare non liceat. Ergo, &c.

RESOL. XVIII.

Olim per litteras à quodam Sacerdote interrogatus fui de opinionibus Doctorum circa præsentes casus. Primo, an peccaret mortaliter, si quis confricaret membra brutorum sine vlla delectatione, sed solum ex curiositate inspiciendi semen?

Secundo, an si coniugatus immitteret membrum virile in os fœminæ, peccaret mortaliter?

Tertio, si absente coniuge, &c. Sed hos duos vltimos casus nunc inquies in tom.2. tr.6. de Matrimonio in Res. 188. & primus casus hic tantum abscribitur? Ex part. 2.tr.17.& Misc.3. Res.37.

§.1. OBscœna sunt hæc fateor, sed confessarij debent discernere inter lepram & lepram, & [illegible] omnia munda mundis. Dico ergo ad primum casum, quòd Bonac. *de matr.qu.4.punct.9.n.15.* & Ioan.Salas *in p.2.tom.2.tr.13. disp.6.sect.20.n.148.* respondet negatiuè, propter magnum periculum pollutionis, vel inordinati alicuius affectus, & frustra conatur ille, vt sic brutum semen expellat, naturale enim est in solo coïtu semen effundere. At Thom.Sanchez *de matri. tom.3.lib.9.disp.46.n.15.* ait communiter [illegible] tale, obscœnas brutorum partes confricare, quia inde non excitatur tam vehemens delectatio, & solum ex curiositate fit, & quamuis confricans intenderet, vt brutum semen expelleret ex curiositate illud videndi, non esse mortale, quia non est mortale impedire bruti generationem, aut efficere vt abortiat, sicut nec pisum necare. Sed tu ne deseras primam sententiam & ideo in nouissima editione Operum Thomæ Sanchez, dicta opinio non inuenitur.

RESOL. XIX.

An sit licitum aspicere coitum bestiarum, seu verenda turpiter commota?

Et quid de coitu & verendis aliorum?

Et an sit mortale ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus nudam; imo si solum videat verenda illius? Ex part.3.tract.5. & Misc.1.Res.89. alias 88.

§.1. AD hanc quæstionem ita respondet ex Sanchez Iacobus Granado Societatis Iesu in suis doctis commentariis *ad part.2. D.Thom.contr.6.tr.4. disp.7. n.3.* vbi sic ait. Non damnatur de mortali inspicere verenda bestiarum etiam turpiter commota. Quod verò attinet ad coitum, licet sine necessitate sit mortale studiosè aspicere concubitum licitum, vel illicitum hominum, eo quòd nimium sensualitatē commoueat, & sit periculo nimis obnoxiū; de coitu verò bestiarum videtur id de se non esse mortale, quia non multum prouocat ad luxuriam. Denique aduerto non esse mortale aspicere vllum coïtum ita breuiter, & quasi per transennam vt non sufficiat ad notabilem commotionem; & idem dicendum est, si ille qui aspicit, attenta propria complexione non subit periculum prædictæ commotionis. Ita Granado, qui etiam addit peccatum mortale esse ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus nudam, vt si vir fœminam, & fœmina virum intueatur, imò, & si solùm videat verenda illius; quia id valde pugnat cum honestate naturali; & quia est notabilis causa magnæ commotionis sensualitatis. Putat tamen hoc non esse mortale in eo, qui ob curiositatem adeò leuiter, & per transitum aspicit, vt non sit occasio dictæ commotionis; similiter si attenta ætate, vel complexione quis prudenter sibi persuaderet nullum esse periculum magnæ commotionis, non damnaretur ad mortale, etiamsi ex proposito inspiceret. Ita ille. Sed in his materiis cautè procede, & fuge.

RESOL. XX.

Aliquæ opiniones, quæ in materia luxuriæ non admittuntur.

Et in textu huius Resolutionis adducuntur multi diuersi casus, sed iam omnes alibi fuit iterum discussi, & appositi, vt in suo propriori loco? Ex p.9.tr.8.& Misc.3. Res.31.

§.1. CIrca infrascriptas quæstiones ego *alibi* plures adduxi Doctores, sed sententiam meam clarè, &

& firmiter non aperui, quod nunc faciam. Ideò quæritur primò, an peccata contra naturam, videlicet, mollities, sodomia, bestialitas, specie distinguantur. *Alibi* Filliucium adduxi asserentem, probabile esse, omnia peccata contra naturam esse eiusdem speciei infimæ; sed merito ex inclyta Societate Iesu præstantissimus Theologus Pater Quiedo *in* 1.2. *D. Thomæ, tr. 6. contr. 5. punct. 3. §. 7. n. 54.* putat, hanc sententiam esse singularem, neque in praxi amplectendam. Et in primis, quia D. Thomas à Filliucio adductus, Armilla, & alij, intelligendi sunt de specie subalterna: nunquam enim trahendi sunt Doctores ad singulares sententias discrepantes à communi Doctorum consensu, quando iuxta hanc interpretationem patiuntur, & non nisi temerè in re grauissima propter verba vniuersalia obiter, & non nimis clarè prolata, Doctorum authoritatem quis potest sibi fingere ad praxim similium opinionum tutam in conscientia iudicandam. Insuper ratio Filliucij nullius est momenti: quia non quælibet diuersitas explendi voluptatem veneream fundat diuersam dissonantiam, etsi modi valdè diuersi eam fundent. Primum suadent exempla ab ipso adducta. Secundum clamat hominum communis apprehensio; quis enim maiorem dissonantiam non concipit in concubitu bestiali, seu hominis cum bestia, quàm in simplici pollutione, etiamsi vterque actus æque generationi opponatur. Ex hoc efficax argumentum contra hanc sententiam desumo. Peccata distinguuntur in specie propter diuersas dissonantias: sed diuersa dissonantia est in concubitu rationalis cum irrationali-, & maior, quàm in simplici immunditia, seu pollutione: ergo distincta species. Sola minor indiget probatione, quam hominum apprehensio negare non permitteret; omnes enim longè magis horrent bestialitatem, & sodomiam, quàm pollutionem propriis, vel alienis tactibus excitatam. Sit ergo firmum cum communi Doctorum sententia, quã defendit ipse Filliucius *ibid.* immunditiam, sodomiam, & bestialitatem specie distingui, nec de necessitate has species distinctè in cõfessione explicandi prudens dubiũ potest insurgere pro parte negatiua. Non est igitur recedendũ à sententia Patris Quiedo nec modò contrariam puto esse probabilem: vnde nõ assentior nouissimè doctissimo Caramuel *in Theol. mor. lib. 4. n. 163.* vbi asserit, quòd mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata eiusdem speciei infimæ, adeóque nemo tenetur in confessione exponere, vtro ex istis modis peccauerit, sed satisfaciet dicens procurauisse pollutionem. Et licèt hanc eius & Filliucij sententiam probabilẽ esse putet Escobar *in Theol. mor. tr. 1. exam. 8. c. 2. n. 77.* & Trullench *in Decalog. to. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. n. 8.* Tamen ego modò dictam opinionem Filliucij, & Caramuelis omninò tanquàm intolerabilem cum Sapientissimo Quiedo, *vbi suprà*, reiiciendum esse puto.

Alibi in to. 1. tr. 7. Res. 33. §. vlt. & quamuis Filliucius in suis operibus hanc doctrinã sustinet, & nõ de specie sub altera, vt patet ex supradicto §. hic citato, vt hic etiam aduertit Quiedus; ideo tu etiã aduerte, & distingue. Ex sup. hoc lege hic sup. in tract. 1. ex Res 10. §. Verum circa, & in 10. tr. 7. Vide Res. 20. & alia eius tom. 1. & dochinam res. 32. & alia eius annot. Facilius hanc quæstiõ dissoluetur.

2. Quæritur secundò, an confricare pudenda brutorum ex curiositate videndi semen, sit peccatum mortale: *in part. 2. tr. 17. resol. 37.* pro negatiua sententia adduxi Sanch. nec sententiam meam aperui: nunc existimo affirmatiuę sententiæ adhærendum esse. Quia actus iste est multùm inordinatus, & obscœnus, valdè repugnans rectæ rationi: tum, quia proximè inclinat confricãtem ad libidinem, & ex tali confricatione sequitur non modica delectatio ex parte cõfricantis, non ex curiositate, quę sensualem delectationem non causat, sicut ipsemet actus confricationis, qui sicut excitat delectationem in animali bruto, ita & in ipso homine confricante, vt experientia constat inter personas, quarum vna aliam excitat ad libidinem cõfricatione membri, tum, quia, etsi actus venereus non est mortalis, neque venialis ex parte animalis; non cessat tamen esse mortalis ex parte cõfricantis. Confirmatur: quia confricans virilia omninò, & penitùs stulti, mortaliter peccat, licèt nõ peccet ipse stultus: est igitur idem iudicium de confricante pudenda bruti animalis; ex cuius parte ille actus venereus non est peccatum, vtique verò ex parte confricantis. Et ita hanc sententiam, præter Bonacinam, & Salas à me, *vbi suprà* adductos, tenet Bordonus *tom. 2. resol. 74. n. 8.*

Quæ hic est supra res. 18.

3. Quæritur tertiò, an finito actu matrimoniali, & viro à fœmina sublato, licitum sit fœminæ, quæ nondum seminauit, agitata libidine, se tactibus excitare, donec seminet? Pro affirmatiua sententia *alibi* plures adduxi; & nunc illam docet doctus & amicissimus Pater Martinus Perez *de matrim. disp. 49. sect. 8. n. 4.* vbi sic ait: [Quæres, quid dicendum, vbi vir seminauit intra vas, & membrum virile extraxit, licebítne fœminæ, quę nondum effudit, se prouocare tactibus, donec seminet? Sentit Sanchez *num.* 12. id licere: quia illa prouocatio fœminæ est actus coniugalis perfectio, ac consummatio; & quamuis ad generationem simpliciter, & omninò non desideretur, valdè tamen confert, vt *anteà* dixi, & ideò non est inter coniuges inhonesta. Quod etiam firmat: quia aliàs euidentissimo periculo committendi quãplurima peccata mortalia fœminæ essent expositæ: quia frequenter viri, præsertim robustiores, priùs seminant, & illicò recedunt, manente in fœminis valdè irritata libidine: quare expectare vir nõ tenetur, licèt possit etiam effuso semine adhuc copulam continuare, vt fœmina seminet.] Ita ille. Verùm puto, non esse recedendum à negatiua sententia, quam nouissimè tenet Texeda *in Theol. mor. to. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 12. n. 93.* [Primò, quia tactus ille, quo fœmina extra actum matrimonialem se tangit, & prouocat ad pollutionem, nullo pacto ad finem matrimonij, qui est prolis generatio, spectat: ergo est illicitus. Probatur antecedens: quia est actus habitus solùm ob ipsam delectationem, & non ob finem matrimonij. Confirmatur, & explicatur: quia, cùm iam vir intra vas fœminæ seminauerit, & solùm viri semen ad prolem generãdam necessarium sit, præsupponitur iam proles genita, & completa generatio: ergo fœmina tactibus se excitãs ad effundendũ semen, finita copula maritali, & viro ab ea sublato, peccet mortaliter. Respondet Sanch. illam fœminæ prouocationẽ esse perfectionem, & cõsummationem actus coniugalis. Sed contrà: quia actus coniugalis consummatio, & perfectio est ipsa proles genita, quæ est finis principalis matrimonij: ergo actus illi fœminę, qui post viri seminationem sequuntur, nullo modo cõducunt ad prolis generationem; sed solum sunt ob ipsam delectationem à fœmina captandam habiti, & sic sunt mortales. Probatur tandem principaliter assertum nostrum: quia generatio potest sequi perfectè absque fœminæ seminatione, vt fatetur ipse Sanch. ergo, si iam semen viri scissum est intra vas fœminæ, & statim reconditum in suo particulari sinu, & sedili, vt ita dicã; effusio seminis fœminæ non est necessaria, neque ad producẽdam prolem, neque ad perfectionem actus coniugalis. Si rursus dicas cum Sanchez, verum esse semen fœminæ nõ esse ad generationem necessarium, valdè tamen ad illã conferre, nimirum, ad faciliùs generandã prolem. Sed contrà: quia id est, quod iudicamus falsum, & aduersari doctrinæ eius, ac præbere occasionem peccandi fœminis; nam finito actu coniugali, & semine viri intra vas fœminæ recondito, statim sequuta est generatio per virtutem matricis attrahentis illud, & cõstituentis in suo loco, præcludendo fotmam eius, ne aër subintret: ergo semen fœminæ posteà sequutum mediis illis tactibus secũ habitis extra matrimonialem congressum, est impertinens, imò valdè illicitus. Obiicit Sachez: Si huiusmodi tactus post maritalem coitum, & membro virili extracto, non licerent fœminæ ad emittendum semen, maximo, & euidentissimo periculo emittendi semen essent fœminæ expositæ, cùm frequenter viri, cùm sint robustiores, priùs seminent, & statim recedant manente in fœmina valdè irritata libidine. Sed cõtrà: quia ex ratione ista oppositum sequitur: nam, si licet fœminis,

Alibi in to. 2. tr. 6. Res. 213. & 215. §. Confirmatur, & in alia Res. earum annot.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Res. 215. §. Nota tamen & in res. 216. & in alio §. earum notationum.

membro virili subtracto, extra maritalem congressum: se tactibus ad emittendum semen prouocare ob periculum emittendi illud; quod maius periculum potest esse, neque imaginari emittendi seminis, quam quod fœmina agitata libidine se ipsam tactibus impudicis prouocet ad pollutionem? nam, si solùm irritationem illam pateretur, non ita certè sequeretur seminis emissio, sicut sequitur ex tactibus illis impudicis ordinatis, ex parte fœminæ, ad emittendum semen.] Hucvsque Texeda, cui adde, ex Societate Iesu Castrum Palaum *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 3. n. 6.* quia, ait ipse, coniugibus ea copula licita est, per quam efficiuntur vna caro, & mulier illa effusione seminis non videtur fieri vna caro cum viro, vtpote ab ea separato: ergo.

Alibi suprà in Ref. 23. & 24.

4. Quæritur quartò, an licitum sit fœminæ aliquando operari ad expellendum semen, quod existimat esse corruptum, quamuis præuideat verum semen emittendum fore: Pro affirmatiua sententia *alibi* adduxi Sanchez, & alios asserentes, quòd quando semen est corruptum, & intra vas fœminæ detentum, si ob id patiatur venenosa accidentia, licitum esse ei operari tactibus, & confricationibus in partibus impudicis habitis ad expellendum illud semen, etiamsi præuideat simul verum semen effundendum, si id eueniat præter intentionem fœminæ operam dantis ad illud semen emittendum. Sed contrarium tenendum est cum Texeda, *vbi suprà, numer. 62.* Primò, quia in illa seminis corrupti effusione sentitur vehemens delectatio intenta, & procurata: ergo est illicitum. Antecedens est certum: quia nequit fieri in partibus occultis fricatio, vsque ad effusionem seminis, sine magna in parte sensitiua delectatione. Consequens verò a Sanchez conceditur, dum asserit, ideò seminis effusionem ob vitam tuendam, aut conseruandam, licitam non esse: quia in ea seminis effusione magna sentitur delectatio, quam homines, tanquam humanum bonum, prosequerentur; atque ob id, asserit, natura in omni euentu ipsius seminis administrationem homini denegauit: ergo, si vehemens delectatio, quæ in seminis effusione sentitur, est tota ratio, cur seminis effusio in nullo euentu sit licita; cùm illa reperiatur in seminis corrupti effusione, minimè hæc licita erit. Nec obstat dicere: licitum est vti medicamentis ad expellendas aliquas prauas, & nocentes qualitates, quando id expedit ad sanitatem corporis, etiamsi per accidens sequatur veri seminis effusio: ergo licebit etiam partium verendarum confricatio. Cæterùm argumentum hoc nullius est momenti, & ideò respondetur concesso antecedente, negando conseq. quia, quando expellitur semen corruptum mediis applicatis medicamentis, non sentitur vehemens delectatio, atque adeò benè applicari possunt; præcipue, quia illa medicamentorum applicatio non per se tendit ad expulsionem seminis veri, sicut prædicta confricatio membri. Itaque dicendum est, seminis veri emissionem, etiamsi fiat concomitanter ad seminis corrupti effusionem, quia opponitur per se prolis generationi, & absque magna delectatione fieri nequit, esse illicitam.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 187. §. à lin. 3.

5. Quæritur quintò, an sit peccatum mortale refricare pudenda in superficie vasis præposteri vxoris? In hoc solam culpam venialem agnoscit Sanchez *lib. 9. disput. 17. num. 5.* Sed ego non solùm de intromissione membri virilis in vas fœminæ præposterum, quod certum esse debet, sed etiam de refricatione illius in prædicti vasis superficie, existimo esse peccatum mortale, tametsi absit periculum pollutionis, & fiat animo consummandi in vase naturali fœminæ: quia prædicti tactus censendi sunt sodomiticæ copulæ inchoatio, eò quòd ex se, & spectata eorum natura, ad ipsam referantur: quam resolutionem non tollit agentis intentio. Et ita nostram sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 2. n. 6.*

6. Quæritur sextò, an aliquando tactus inter coniugatos sint liciti, etiam cum præuiso periculo pollutionis? Affirmatiuè respondet Sanchez *tom. 3. lib. 9. disp. 15. num. 36.* vbi sic ait: [In coniuge petente non semper sunt mortales tactus cum periculo pollutionis in se, vel in altero coniuge, quando nec ea est intentio, nec est consensus periculum. Sed erunt mortales, quando absque causa vrgenti exercentur. Probatur: quia, licèt hi tactus sint causa per se pollutionis: at excusat tali causæ operam dantem vrgens causa: at aliquando adest talis causa. Hinc deducitur, amplexus, & oscula, & alios tactus solitos exerceri inter coniuges ad mutuum indicandum, fouendumque amorem, & turpitudine carentes; minimè damnanda esse de culpa lethali ob periculum pollutionis præuisæ, quando non nimia voluptas adest, nec incitat, sed tanquam indicia amoris exercentur, represso excessu libidinis insurgentis. Ducor: quoniam causa vrgens adest huiusmodi tactus exercendi, vt mutuus indicetur, foueatur que amor inter coniuges, magnáque austeritas esset, & valdè minueretur amor, si ab huiusmodi tactibus abstinerent. Deinde, quia amplexus inter sororem, & fratrem soris venientes ad indicandum amorem, & ne austeri, & inurbani videantur, non damnantur ob pollutionis præuisæ periculum. Cur ergo inter coniuges dicendi sunt? Eò vel maximè quòd vbi non nimius libidinis ardor incitat eos, sed voluntas mutui amoris fouendi, non influunt notabiliter in coniugatis ad pollutionem quantuis in omninò solutis, quibus copula est interdicta, influerent.] Ita ille. Sed contra illum, & meritò insurgit Pater Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, q. 6. de bonis matrimonij, dub. 26. n. 187.* vbi ita asserit: [Non videtur mihi probandum, quod ait Sanchez, non semper esse mortales tactus exercitos cum periculo pollutionis, etiam in petente: id, inquam, minùs probatur, cùm pollutio eo casu possit vitari petendo actum coniugalem, quem coniugatus potest exercere. Confirmatur: si dans operam rei alioquin licitæ, & præceptæ aduertat inde sequuturam pollutionem, quam retenta actione possit impedire, tenetur impedire, alioquin mortaliter peccabit: cùm ergo coniugatus in nostro casu possit occurrere pollutioni per actum coniugalem, qui non est ei difficilis, tenetur illum exercere propter quam rationem, per se loquendo, sentio, compartem, quæ per modum reddentis eosdem actus cum delectatione venerea patitur, vel exerceat, teneri actum coniugalem petere, si aduertat in se pollutionis periculum, & nulla circumstantia extrinseca excuset: alioquin pollutionem censendam ei voluntariam, cùm eam possit impedire per medium non extraordinarium statui matrimoniali, idque sine magno grauamine, vt suppono. Nota etiam, me non adhærere opinioni Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 44. n. 16.* asserentis, posse coniugem ob solam voluptatem veneream, & non coëundi causa, seipsum tangere cessante pollutionis periculo. Quæ opinio, vt obseruat Dicastillus *de iust. lib. 1. disp. 1. dub. 15. n. 218.* in vltimis huius authoris editionibus, expuncta fuit extra. tionibus, quas ipse Dicastillus adducit, vnde falsò Castr. Pal. *to 1. tr. 2. disp. 2. §. 2. n. 11.* in fauorem Sanch. adducit Vasquez: nam Vasquez oppositum docet, vt patet *in 1. 2. disp. 113. c. 2. n. 4.* & rectè notat Dicastillus *vbi sup. n. 219.*

7. Et tandem nota, à me *infrà* impugnari Sanchez, asserentem, tanquàm probabile, licitam, ac debitam esse effusionem seminis in copula fornicaria, stante effusione alterius. Et ita, me citato, docet etiam nostram sententiam Pater Auersa *de matrimon. quæst. 21. sect. 5.* Quia tota ea actio, & quælibet eius pars, est illicita, & indebita, ac semper vnusquisque tenetur ab ea desistere, vnde continuando perseuerat in actione peccaminosa, & contraria rationi, & iniuriosa proli. Quare non esset maius malum, nec simpliciter malum, sed potius debitum,

debitum, desistere ab effusione seminis, etiam stante effusione alterius: quia ex hac parte non esset malum frustrari semen, vbi fornicariè conciperetur proles: sed malum fuerat fundi semen ex parte vnius, & inchoare copulam ordinatam ad effusionem vtriusque. Imò teneri virum desistere, etiamsi sequutura sit effusio extra vas, quam ipse ampliùs impedire non possit; aduertit Diana *part.3.tract.4. resol.227.* vbi oppositam sententiam non vt probabilem admittit.] Ita ille, & Iterum ego.

In indice primo huius Tom.8.vide Apendicem ad hunc Tract.6.vbi reperies alias plurimas quæst.mistas,& dispersas per alios Tom. Tract.& Resol.quæ simul pertinent ad hunc Tract.6.circa materiam Luxuriæ.

TRACTATVS SEPTIMVS.

DE FVRTO, ET DE RESTITVTIONE PRO IPSO;

Atque de aliquibus aliis specialibus Restitutionibus, & etiam de Restitutione famæ agitur.

RESOLVTIO PRIMA.

An in furto Reliquiarum detur paruitas materiæ?
Et an peccet mortaliter Prælatus Regularis,si alicui dederit licentiam accipiendi particulas aliquarum Reliquiarum?
Et an liceat Crucem variis Reliquiis, non tamen approbatis, ornatam in Altari collocare? Et part. 5. tr.5. Resol.35.

AFFIRMATIVE respondeo. Verùm optimè obseruat Castrus Palaus *to.2. tr.8.disp.1. punct.6.n.19.* & Sanchez *in sum.to.1.lib.2. c.43. n.23.* quòd paruitas materiæ ad excusandum à mortali Reliquiarum furtum spectanda est non solùm penes solam rei absolutæ materiam, sed earum dignitas,ac æstimatio pensanda est,ac earum raritas, & ideò ego olim de furto sacrilego quemdam damnaui, qui particulam valde minimam ligni crucis furatus fuerat.

2. Notandum est tamen hîc obiter Signium *lib. de Relig. Sanctor.c.36.* & Azorium *tom.1.lib.9.c.8.q.9.* docere,non admittere sacrilegij crimen,si quis extulerit particulas aliquarum Reliquiarum ex facultate Episcopi,vel eius cui Ecclesia commissa est, ex *c. quisquis, §.si quis demum 17. q.4* Sed hæc opinio mihi non placet; nam, vt benè notat Sanchez *vbi supra*, is, cuius curæ custodia Reliquiarum commissa est,nullam de illis administrationem habet, ac proinde eius licentia non excusabit à furto,& ideò peccaret mortaliter Prælatus Regularis,si talem licentiam alicui præberet.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Bonacinam *disp.3.de adorat.q.1.punct.4.n.6.* licere crucem variis Reliquiis,non tamen approbatis ornatam in altari collocare,& populo adorandam proponere, tum quia sic vsus obtinuit, tum quia cùm Crux in altari collocatur,non Reliquiæ, sed Crux adoranda proponitur; quòd verò vnus, vel alius reliquias adoret,id per accidens,& ad priuatum cultum pertinet, non ad publicum. Ita Palaus *n.11.* & Sanchez *n.17.*

RESOL. II.

An in furto detur paruitas materiæ?
Et an vxor possit consumere in vsus honestos vigesimam partem redditus sine licentia mariti?
Et an de furtis filiorum,& Religiosorum non sit philosophandum vt de cæteris furtis? Ex p.5.tr.5.Res.34.

§.1 RESpondeo affirmatiuè, & ideò Marchantius *resol.pastoral. ad Decalog. cap. 7. q.2.* sic ait. Quænam quantitas in furto peccatum mortale constituat? Respondetur vix posse id vniuersim taxari, solùm in genere dici potest, quòd requiratur quantitas notabilis; talis autem iudicari debet arbitrio prudentum pro varia tum locorum, tum personarum conditione, quia quod respectu vnius censetur notabile, respectu alterius exiguum est;respectu mediocriter diuitum aliqui requirunt quatuor regales,respectu mechanicorum duos,respectu pauperis vnum,vel etiam dimidium,quia hæc summa his proportionaliter sufficit ad viuendum vno die,victum autem vnius diei surripere alicui videtur notabile. Ita ille. Sed de hac quæstione ne deseras videre me ipsum *in 1. p.tr.6. resol.16.* vbi plures opiniones inuenies taxantes paruitatem materiæ circa præsentem materiam. Quæ hîc est in tom.7. tr.3.Res.40. & hic infra in Resol. seq.

2. Non desinam tamen hîc admotare obiter id,quod docet Ioan.Henriq. *in comp.casuum const.c.11.n.5.* vbi sic asserit [Tambien ay otra opinion de hombres muy doctos, que afirman que la muger casada puede gastar, sin licencia del marido,en vsos honestos, la vigesima parte de la rentaque ambos poseen; de suerte, que si tienen mil ducados de renta, podrà la muger gastar cada año en vsos honestos cinquenta ducados, que es la vigesima parte de la renta.El fundamento desta opinion es ser cosa justa,y conforme a razon,que pueda la muger gastar alguna moderada parte en cosas honestas,sin autoritad del marido,pues no es razon,que sea de la condicio de los esclauos, que no tienen dominio en cosa alguna;y assi si sucediesse que el marido disgustasse desto no es inconueniente en el fuero de la conciencia, porque disgustarà sin razon.] De furtis verò filiorum & Religiosorum non est philosophandum vt de cæteris furtis, maior enim quantitas in illis, quàm in istis requiritur. Vnde vide me ipsum *loco citato.* Sup. hoc in tom.4.tr.7. Res.34.§.vlt. & in Res.35. §. etiam vlt. & in tom.6. tr.7. Res.58. cursim in principio. Sup. bis in tom.7. tr.3. Res.40. §. Sexto nou.

RESOL. III.

Quæritur, quæ quantitas requiratur, vt furtum sit peccatum mortale? Ex part.2. tr.17. & Misc.3. Resol.57.

§.1. QVot sunt Doctores, tot sunt opiniones circa hanc quæstionem. Sup. hoc in tom.7. tr.3. Res.40.§.1. ad lin.9. & hic supra in Res.2. §.1.

2. Prima opinio est Martini Nauarri *manu. c.17. num 4.* qui nimis strictè putat, dimidium regalem esse quantitatem notabilem, quæ constituat furtum mortiferum.

3. Secunda opinio est Cordub. *in summ.q.103.* & Salon.*2.2.tom.1.q.66. art.6.contr.1.* qui dicunt absolutè,

simpliciter vnum argenteum esse materiam sufficientem peccati mortalis; ista opinio à Turriano *in 2. 2. to. 2. disp. 3. dub. 2 n. 17.* tribuitur, Couarr. *lib. 1. var. c. 3. n. 12.* sed reuera Couarr. *ibi* nihil tale affirmat.

4. Tertia opinio est Barthol. Medinæ *in p. 2. q. 88. art. 8.* cum multis aliis, qui asserunt non esse furtum mortale, nisi ad summam duorum argenteorum ascendat.

5. Quarta opinio est Greg. de Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 16.* Rebell. *p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 2. n. 22.* asserentis absolutè esse peccatum mortale accipere tres argenteos etiam si à diuitibus auferantur.

6. Quinta opinio est Alphonsi de Vega *in summ. tom. 1. cap 129. cas. 12.* qui docet quatuor, vel quinque regales constituere furtum notabile.

7. Sexta opinio est Ludou. Molin. *de iust. tom. 3. disp. 685.* qui ait tantum pecuniæ valorem, qui in vnoquoque loco satis est ad conducenda operas vnius dici fossoris terræ, videri materiam sufficientem ad furtum lethale in ordine ad eos, qui non sunt valde diuites.

8. Septima opinio est Barthol à S. Fausto *in speculo Confess. dist. 2. q. 18. num. 16.* & Gregorij Sayri *in Claui Regia* vbi ait, quòd secluso omni alio damno extrinseco, trium Iuliorum summam, etiamsi à ditissimis auferatur, esse materiam notabilem: & in ordine ad personas mediocres, quæ non sunt pauperes, vel valde diuites, quantitatem duorum Iuliorum: in ordine verò ad pauperem, qui viuit mendicando, vnum argenteum, vel Iulium.

9. Octaua opinio est Bonac. *de contr. disp. 2. q. 8. punct. 1. n. 7.* vbi distinguendo etiam asserit, quatuor esse genera personarum in ordine ad quas consideranda est grauitas, & leuitas furti. Primò, aliæ sunt personæ illustres, quæ splendidè alunt familiam. Secundò, aliæ quæ viuunt ex suis redditibus; quales sunt communes diuites. Tertiò, quæ se suo sustentant artificio, & opera. Quartò, aliæ quæ mendicando viuunt. Respectu personarum primi generis, nummus aureus vt minimum est materia notabilis, & sufficiens ad peccatum mortale. Respectu personarum secundi generis, quatuor regales circiter plus minúsve. Respectu personarum tertij generis, duo regales. Et tandem respectu personarum quarti generis, vnus regalis erit grauis materia.

10. Hæc opinio est omnium probabilior, quam tenet etiam Nauarr. *de rest. lib. 3, c. 1. n. 39.* & Reginald. *in praxi tom. 2. lib. 22. c. 1. q. 4. n. 19.* dicentes quantitatem notabilem respectu diuitum esse circiter vnius nummi aurei, seu 60. assium: respectu verò personarum communium, circiter viginti assium, & demum respectu pauperum circiter septem assium.

Sup. hoc in resol. not. præteriæ in §. vlt prope finem lege à vers. Et tandem, & aliam Resol eius vlt. not.

11. Nona opinio, quæ mihi non placet, est Rodriquez, qui absolutè asserit *in summa* quem nuper edidit, *tom. 5. cap. 118. num. 27. & 29.* illam esse notabilem quantitatem, quæ excedit duos aureos; & Ang. *ver. furtum, num. 4.* & Sylu. *eod. ver. q. 2. numer. 3.* tenet hanc sententiam in ordine ad opulentos; an etiam hanc opinionem doceat Sotus *lib. 6. de iustit. q. 3. art. 3. ad 3.* negat Vasq. *opusc. de restit. cap. 5. §. 1. dub. 5. num. 30.* sed affirmant Turrian. Barth. à S. Fausto *vbi supra*, & P. de Aragon *2. 2. q. 66. art. 6. causa 10.* Lessius *vbi infrà*, & communiter DD. Sed circa totam hanc quæstionem vide Megal. *in sum. 2. 2. lib. 2. cap. 1. q. 3.* Rebell. *de oblig. iust. p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 1.* Iac. de Graffis *in suis dec. p. 1. lib. 2. c. 97. num. 27.* Bannez *in 2. 2. q. 66. a. 6.* qui nimis laxam opinionem ponit. Malder, etiam *in 2. 2. tract. 4. c. 1 dub. 3.* Lessium *lib. 2. c. 12. dub. 6 n. 29.* & Azor. *p. 3 lib. 5. c. 13. q. 2.* Medin. *Cod. de rest. q. 10.* Tolet. *in sum. lib. 5. c. 16. num. 3.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disp 33. dub 2.* Sanch. *in opere morali tom. 2. lib. 7. c. 20. n. 3.* Cened. *de paupertate religiosa dub. 33.* Conrad. *in resp. p. 1. c. 166.* Sayrum *in Claui Regia lib. 9. c. 15. a. n. 9. vsque ad 15.* & alios.

RESOL. IV.

Sæpè mihi ab exteris, & nostris delata fuit hæc quæstio. An Petrus, qui leuem quantitatem aufert à Ioanne, à quo alij abstulerunt notabilem, peccet mortaliter? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 41.

§. 1. MArtinus Bonacina, vir doctus nostri temporis, *de contract. disp. 2. q. 8. punct. 2. n. 5.* affirmatiuam sententiam docet; nam sicut furtum leue ab vno commissum integrare potest materiam sufficientem ad mortale, cum leui furto ab alio commisso; ita potest continuari cum maiore, quamuis damnum inferatur, & imputetur ad peccatum mortale.

2. Sed Gabriel Vasquez *in part. 2. tom. 2. q. 88. art. 4. disp. 146. cap. 2. n. 6.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 11. n. 23.* sententiam negantem amplexi sunt, quia Petrus non est causa notabilis damni, quia iam ab alio fuerat illatum, & furtum suum est in parua quantitate, non sufficiens ad mortale.

3. Ad argumentum Bonacinæ respondetur inter illos casus esse disparem rationem; nam in priori casu, cùm non sit maior ratio, quare vni potius, quam alteri notabile damnum imputetur, singulis imputari debet: in nostro casu non item, quia cùm aliqui determinatè fuerint causa per se notabilis damni, alius qui cum illis paruam quantitatem vsurpauit, non debet censeri consors notabilis damni, atque non peccabit mortaliter. Sed huic quæstioni meritò proxima adiuncta erit.

RESOL. V.

Petrus, qui nullo modo aliqua exhortatione fuit causa, vt alij minuta furta à Ioanne acciperent, si hæc furta scias, an peccet mortaliter modicum cum ipsis, vel separatim accipiendo, si tota illa furta simul cum suo consensu perueniant ad materiam notabilem? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 41.

§. 1. CAsus hic frequenter accidit, & maximè inter seruos nobilium. Affirmatiuam sententiam recipiunt DD. communiter. Ita Vasquez *tom. 1. in p. 2. disp. 146. c. 2. a. 5.* Suar. *tom. 5 in 3. p. disp. 20. sect. 2. n. 3.* Rebell. *de oblig. inst. p. 1. lib. 3. q. 16. sect. 5. n. 41.* Filliuc. *tom. 2. tract. 31. c. 10. n. 249.* Couarr. *lib. 1. var. c. 3. n. 12.* P. de Ledesma *in summ. tom 1. tract 8. c. 31 diffic. 3.* Maior, Medina, Martinus, Ledesma, Salonius, Cordubo, Lopez, Sayrus, Rodriquez, Anglez, Petrus Nauarra apud Sanchez *vbi infra*, & præter hos Bonac. *de contract. disp. 2. q. 8. punct. 2. n. 6. & 7.* Megala *2. 2. 2. c. 3. n. 41.* Turrian. *in 2. 2. to. 2. disp. 31. dub. 2. n. 2. & 3.* Ratio est, nam licet Petrus quod furatur sit in se minimum, at coniunctum cum partibus, quas scit alios furari, efficit quantitatem notabilem, & est causa damni notabilis; nam ratione scientiæ suum damnum continuatur cum aliis; ergo peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.

2. Addit etiam Rebellius, quòd si ita furantes concurrant seorsum, vt nemo de damno notabili per illos illato, vel inferendo sciat, postquam tamen vni eorum constiterit de damno illato notabili, tenetur sub mortali suam partem, licet modicam, restituere; sed si vnus restituat suam partem, & reliqua quantitas non sufficiat ad mortale, reliqui non tenentur ad aliam restitutionem, quia iam cessat notabile damnum, nec illud hatum partium retentione infertur. Limitat tamen idem Rebellius hanc opinionem, vt locum habeat, si inter vnum furtum, & alia sit magna distantia, vt post tres menses, vel quatuor post quam alij furati sunt, quis fuerat, quia more humano

Quæ lege p. Resol. in fine. Limitat in nota 2. Resol. 3. Resol. 4. Resol. 5. Resol. 6. Resol. 7. Resol. 8. Resol. 9. Resol. 10. Resol. 11. Resol. 12. Resol. 13. Resol. 14. Resol. 15. Resol. 16. Resol. 17. Resol. 18. Resol. 19. Resol. 20. Resol. 21. Resol. 22. Resol. 23. Resol. 24. Resol. 25. Resol. 26. Resol. 27. Resol. 28. Resol. 29. Resol. 30. Resol. 31. Resol. 32. Resol. 33. Resol. 34. Resol. 35. Resol. 36. Resol. 37. Resol. 38. Resol. 39. Resol. 40. Resol. 41. Resol. 42. Resol. 43. Resol. 44. Resol. 45. Resol. 46. Resol. 47. Resol. 48. Resol. 49. Resol. 50. Resol. 51. Resol. 52. Resol. 53. Resol. 54. Resol. 55. Resol. 56. Resol. 57. Resol. 58. Resol. 59. Resol. 60. Resol. 61. Resol. 62. Resol. 63. Resol. 64. Resol. 65. Resol. 66. Resol. 67. Resol. 68. Resol. 69. Resol. 70. Resol. 71. Resol. 72. Resol. 73. Resol. 74. Resol. 75. Resol. 76. Resol. 77. Resol. 78. Resol. 79. Resol. 80. Resol. 81. Resol. 82. Resol. 83. Resol. 84. Resol. 85. Resol. 86. Resol. 87. Resol. 88. Resol. 89. Resol. 90. Resol. 91. Resol. 92. Resol. 93. Resol. 94. Resol. 95. Resol. 96. Resol. 97. Resol. 98. Resol. 99. Resol. 100.

mano talia furta non coniunguntur ad efficiendum vnum damnum. Hæc opinio non obstante supradicta Rebellij limitatione, nimis rigida mihi videtur, & si omnino amplectenda esset magnum onus, & scrupulos haberent Confessarij.

3. Dico igitur, contrariam opinionem probabilem esse, & tutam in praxi, quam tuentur ex neotericis Tannerus *in* 2.2. *D.Thom.disp.4.quæst.6.dub.9. numer.* 285. Less. *lib.* 2. *cap.*12. *dub.* 9. *num.*52. Salas *in p.*2. *tom.*2. *quæst.*88.*tract.*13. *disp.*16. *sect.*27. *num.*92. Malderus *in* 2.2.*D.Thom.tract.*4.*cap.*1. *dub.*5. *casu* 3. Sanchez *in summ.tom.*2. *lib.*7. *cap.* 21. *numer.*22. asserunt enim, quando plures alicui graue damnum scienter inferunt per minuta furta, ab vnoque eorum diuisim commissa, vt nullus alium iuuerit, nec in causa fuerit, vt alius concurreret, non peccare mortaliter, neque teneri ad restitutionem. Ratione probatur hæc opinio. Omnis ex his, qui ita furatur, infert paruum damnum, ergo ex hoc capite non peccat mortaliter. Deinde qui ita furatur, nemini est causa, vel occasio furandi alias paruas quantitates. Ergo ex eo; quod alij furentur, non aggrauatur eius peccatum; non enim cooperatur simpliciter magno damno, sed in parua quantitate, & præter ipsius intentionem est, vt illa parua quantitas cum aliis furtis minimis iungatur. Aliæ rationes fusè adducuntur à Lessio, Salas, & Sanch. *vbi suprà.* Restat nunc respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur esse causam partialem damni notabilis, vt est in nostro casu, non est esse causam eius simpliciter, sed secundùm quid. Ergo illud furtum non erit peccatum mortale, siue sit causa illius damni accipiendo, siue retinendo, quia non verè influit illud damnum notabile, cùm præter intentionem, & per accidens eueniat furtum aliorum.

RESOL. VI.

Quis post quantitatem notabilem per minima furta sublatam addit furta parua, quæritur, an per quodlibet nouum furtum, nouum peccatum lethale committat? Ex part.2.tr. 17.& Misc.3.Res.43.

§.1. PRima opinio affirmatiua est Ferdinandi Rebellij *de oblig.iust.p.*1.*lib* 3.*q.*15. *sect.*4. *n.*38. Bonac.*de contr.disp.*2.*q.*8.*punct.*3.*n.*4.& Sanch.*in sum. tom.*2. *lib.*7. *c.*21. *n.*7. nam ita illam quantitatem præcedentem, & damnum notabile vult facere maius, nec enim propter prius peccatum commissum fur melioris conditionis effici debet. Deinde fur per illud nouum furtum, & aduertentiam præteritorum, sine vlla voluntate restituendi, implicitè renouat actum voluntatis retinendi notabilem rem alienam. Sed actus peccatorum, quoties renouantur, toties peccatum nouum committitur. Ergo,&c.

2. Secunda opinio media est nostri P. Megalæ 2. 2. *lib.*2.*cap.*1.*q.*3.*n.*35. ait enim; Vel fur dum noua furta committit, actum voluntatis non restituendi interrumperet per aliquem ex modis, quibus interrumpuntur actus peccatorum; aut talem actum non interrumperet. In primo casu, censet furem toties peccare, quoties furtum leue cum aduertentia priorum committit; secus autem in secundo casu.

3. Tertia opinio negatiua est Ioannis de Salas *in p.*2. *tom.*2.*q.*88.*tract.*13.*disp.*16. *sect.*27. *num.*90. Leonardi Lessij *de iustit. lib.*2.*c.*12.*dub.*8.*num.*44. & Filliucij *in qq.moral.tom.*2.*tract.*31. *cap.*10. *n.*246. per se non esse peccata mortalia furta illa parua, quæ postea adduntur ad præteritam magnam quantitatem. Ratio est, quia non consummant notabilem quantitatem, sed consummatam augent. Erit igitur peccatum lethale sola illa voluntas retinendi illa minuta furta simul cum aliis, & hoc peccatum voluntatis, & externæ retentionis sensim crescet, prout plus, & plus retinebitur. Si verò illa noua furta, nouum peccatum mortale inchoent, & ascendant ad notabilem aliam quantitatem, erunt tunc peccata mortifera. Hæc opinio, vt sunt & aliæ duæ priores, est etiam probabilis, & tuta in praxi. Vide etiam ea, quæ de hac quæstione diximus probabiliter *in tract.de paupertate Religiosa.*

In Res. quæ hic est in tom.7.tr.5. Res.41.§.Sed his sed lege eam attentè per totam, & si placet etiã alias eius not.1.

RESOL. VII.

An detur casus, in quo vltima acceptio rei ablatæ, complens materiam notabilem, non sit peccatum mortale? Ex part.3.tr.6.& Misc.2.Res.25.

§.1. AFfirmatiuè respondet Granado *in part.* 2. *D. Thom. contr.*6. *tract.*2. *disput.* 2. *sect.*3. *num.* 51. vbi sic asserit. Cùm quis committit vltimum furtum, si habet animum citò restituendi vltimum illum obolum, aut aliquid aliud, ita quòd non velit retinere sibi notabilem quantitatem; non peccabit mortaliter in illa vltima acceptione complente materiam notabilem, quia acceptio rei alienæ non est mortalis, quando fit animo restituendi illam, ita citò, vt ratione dilationis non inferatur domino damnum alicuius momenti. Sicut, etiamsi cum homo furatur vltimum obolum, iam consumpserit omnes quos priùs subripuerat, nec habebat vnde solueret, non peccabit mortaliter, dummodo habeat animum soluendi illam quantitatem, si fortè aliquando peruenerit ad pinguiorem fortunam. Probatur, quia in hoc vltimo furto solùm potest peccare mortaliter, quia inuito domino vult fur retinere saltem per longum tempus notabilem quantitatem, id autem in prædicto furto non inuenitur; nam ipse in vltimo furto solùm vult nbolum retinere, & potest dolere de furtis præcedentibus; obolos autem, quos priùs subripuerat, non vult retinere inuito rationabiliter domino, quia ipse non potest modò soluere, & paratus est ad soluendum si fortè potueris. Ergo modò non infert proximo grauem iniuriam, ac proinde non peccat mortaliter. Hæc Granadus, quæ sunt valde à Confessariis adnotanda, quia sunt quotidiana & valdè practicabilia.

Sup. hoc in tom.7.tr.5. Res.41.& lege eam per totam.& doctrina repleueris pro cõtingentibus circa hoc,& hoc supra in tr.3.res.5. signanter in fine.

RESOL. VIII.

Olim rustici confessionem audiui, qui multum subripuerat cuiusdã Viri Nobilissimi,& prædiuitis,& per spatium multorum annorum locauerat, dubitauit tunc, an non solum ad restitutionem multi, sed etiam ad pretium locationis teneretur? Ex p.2.tr.1.& Misc.3.Res.50.

§.1. ET pro parte negatiua stat Nauarr. *in man.c.*17. *n.*25. & Ludouicus Lopez *in instruct. part.* 1. *c.*101.*in fine*, qui docent, eum qui torquem aureum furto accepit, si illum locauit, non obligari ad restitutionem pretij locationis; ergo à simili,& in casu nostro. Et probari potest hæc opinio; nam fructus alicuius rei, purè industriales non sunt restituendi, sed tantùm fructus naturales, vt docet Syluester *ver. furtum, quæst.* 19. *& ver.restitutio.*3.*quæst.*7.*&* 9. & DD. communiter; sed istud pretium locationis pertinet ad negotiationem, & industriam; ergo non est restituendum.

2. At contrariam sententiam amplexus est Sanchez *in sum.tom.*1.*lib.*2.*c.*23. *n* 132. & nouissimè Malderus & Turrian. *in* 2.2. *D.Thomæ*, hic *tom.*2. *disp.*10. *dub.* 2.*numer.*14. ille *tract.*4. *cap.*1. *dub.*10. Ratio est, quia illud pretium, non est fructus purè industrialis; quia non respondet soli industriæ, sed ipsi rei; licèt enim in locatione possit esse aliquid industriæ, pretium tamen

vsus ipsius rei illi respondet, vnde patet responsio ad argumentum in principio positum. Et sic Nauarra *de restit. lib. 4. c. 1. dub. 6.* Rebellius *de obligat. iust. part. 1. lib. 2. q. 5. n. 4.* & Molina *de iust. tom. 3. disp. 719. n. vlt.* falsam vocarunt opinionem Nauarri, licet post illos, probabilis visa est nostro P. D. Marcello Megalæ *in 2. 2. lib. 2. c. 7. n. 89.* & Martinus Bonac. *de contr. disp. 1. q. 3. punct. vlt. §. 1. n. 4.* & Azorius *p. 3. lib. 4. c. 4. q. 3.* contrariâ sententiam vocant tantùm probabiliorem & veriorem.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 3. Res. 172. in fine, & in to. 9. tr. 7. Res. 51. §. lt.

3. Sed quicquid sit de hoc, ego non obligani suprà dictum rusticum ad restitutionem pretij locationis mulionam, vt optime notat Lessius *de iust. lib. 2. c. 12. dub. 17. n. 145.* sententia Nauarri locum habet, & amplecti potest, quando dominus est vir diues, qui tale pretium locationis non putaretur velle, & sic erat in nostro casu, licèt oppositum sit probabilius. Possunt igitur Confessarij sine vllo scrupulo, in duobus casibus non obligare pœnitentes ad restitutionem pretij locationis alicuius rei. Primò in casu Lessij suprapositi. Secundò, quando res talis sit, quæ locari non solet, v.g. si pecuniæ, vel aliæ res locentur ad ostentationem; nam tunc credo, quòd potiùs reputabitur fructus extraordinariæ industriæ; & ad hanc speciem videtur Nauarrus extendisse locationem torquis aurei. Ita Maldetus *vbi suprà*, contra Sanchez *loco citato n. 133.*

RESOL. IX.

Pendet decisio multorum casuum ex illa celebri quæstione, vtrum fur, & quivis alius iniquus possessor, teneatur restituere maiorem summam, ad quam excreuit res furata tempore detentionis, maximè si fur illam vendidit in illo optimo statu? Ex part 2. tract. 17. & Misc. 3. Res. 51.

Sup. conten. to in hac res. in tom. 6. tr. 3. Res. 137 & hic infra in res. 11. §. 1 & ad clariorem solutionem huius res lege etiam Res. 10.

§. 1. PRo decisione huius quæstionis, notandum est ex communi sententia DD. argumentum pretij, quo aliqua res venditur, vel fundatur in bonitate intrinseca ipsius rei, vt quando equus factus est pinguis, & creuit in aliqua circumstantia, & causa extrinseca; vt quando triticum tunc venditur, quando adsunt multi mercatores ad emendum, vel quando transfertur ad alium locum, vbi pluris valet; hoc supposito, circa suprapositam quæstionem tres sententias apud DD. inuenio.

2. Prima opinio est Lessij *lib. 2. c. 12. dub. 6. n. 105.* asserentis, si res intrinseco argumento melior effecta, vendita est, vel aliter alienata per furem, tenetur domino restituere æstimationem, quam habet in illo statu (detractis tamen impensis) etiamsi apud dominum non erat melior futura.

3. Si autem solùm extrinseca æstimatione aucta est, eáque tunc vendita est, & dominus eam venditurus non erat, tenetur solùm ad æstimationem, & pretium, quod tunc apud dominum habitura fuisset, & non ad pretium, quo tunc vendita est. Et ratio appareret clara; nam in primo casu, augmentum pretij prouenit ex ipsa re; in secundo autem casu, prouenit ex causa extrinseca, v.g. ob raritatem rei, vel copiam emptorum, &c.

4. Secunda opinio est, Ioannis Malderi *in 2. 2. tract. 2. c. 1. dub. 9. in fine*, qui asserit, non solùm vero domino restituendum esse pretium, & augmentum proueniens intrinsecè, & ex ipsa re: sed etiam contra Lessium, quando prouenit ex causa extrinseca: & ratio quam adducit, est illa; nam cùm res maneat domini, pretium etiam extrinsecum eius domino creseit, & industria furis, non est versata circa augendum pretium, sed circa rei alienæ conseruationem, quæ secundùm latitudinem pretij sui in fortunis domini est.

5. Tertia opinio est Martini Bonacinæ *de contract. disput. 1. quæst. 3. punct. 11. numer. 9.* qui absolutè docet, quòd quando augmentum pretij fundabatur in causa tam intrinseca, quàm extrinseca, & dominus rem suam non vendidisset tanto pretio, sed illam seruasset vsque ad tempus, quo pretium rei diminutum fuisset, aut illam consumpsisset eo tempore, quo non creuisset in pretio, furem non teneri ad restituendum pretium quo rem alienam vendidit, vel quo voluit eo tempore quo eam consumpsit, sed teneri ad illud pretium restituendum, quo dominus rem suam vendidisset, vel quatenus fur censetur damnum domino intulisse. Hac Bonacina, quæ quidem opinio est singularis, & notanda. Et ratio, qua fulcitur, hæc est, quia in tali casu iniquus possessor videtur satisfacere seruando dominum indemnem; nam si fur tenetur ad restituendum illud augmentum pretij, est quia censetur in eo pretio damnum domino intulisse; sed ex suppositione, fur non intulit damnum domino in eo augmento. Ergo, &c. Probatur minor; nam dominus non vendidisset rem suam tanto pretio, sed illam seruasset vsque ad tempus, quo pretium decreuisset, vel eam consumpsisset eo tempore, quo non creuisset in pretio. Ergo, &c.

6. Sed hoc argumentum mihi non placet: nam licèt nullum damnum dominus à fure recipiat, si ad statum in quo futurus esset attendamus; posito quòd ad tempus minoris valoris rem furatam esset seruaturus, recipit tamen damnum attento priori statu, in quo dominium habuit rei plus valentis, quàm iniustè vendidisti, atque adeò illius maioris valoris, in quo per iniuriam à fure fuit damnificatus, satisfactio ratione iniustæ acceptionis exhibenda videtur. At his non obstantibus, hæc opinio Bonacinæ probabilis mihi videtur, & illam Confessarij in praxi sequi possunt; qui etiam notent pro complemento huius quæstionis, quòd Nauarrus *cap. 17. num. 26.* putauit iniquum possessorem, etiamsi non vendidisset rem furatam ablatam, teneri ad restitutionem iuxta summam æstimationem, quam aliquando tempore detentionis habuit, v.g. vt suprà dixi, furatus es dolium vini, quod tunc valebat tres vncias, sed ante restitutionem excreuit ad quinque, deinde paulatim remisit ad tres, Nauarrus dicit te teneri ad quinque, quia cùm res illa fuit melior effecta, erat domini, & fur tenebatur, cum illa melioratione, tunc restituere; sed ab hac obligatione numquam fuit liberatus, non per remissionem, non per donationem, vel solutionem. Ergo semper manet obligatus.

Et ita propter hanc rationem, opinionem Nauarri probabilem asserit Vasq. *opusc. de restit. c. 1. §. 1. dub. 12. num. 8.* & illam amplectuntur Sylvest. *verb. furtum, q. 16.* Angel. *verb. furtum, §. 24.* & Gabriel *in 4. dist. 15. q. 2. art. 1.*

7. Sed contraria opinio est verior, & probabilior, quàm sequuntur omnes recentiores, Lessius, Bonacina *vbi suprà* Rebellius *p. 1. lib. 2. q. 6.* & nouissimè Turrianus *in 2. 2. tomo 2. disp. 10. dub. 2. n. 2. & seq.* cum Megala *in 2. 2. lib. 2. c. 1. quæst. 8. n. 101.* & tunc sententia Nauarri est amplectenda, quando dominus illam rem ablatam, erat venditurus in optimo statu, vel summa æstimatione; nam in hoc casu fur tenetur præter rem ipsam restituere æstimationem illius incrementi, vel pretium rei, quo dominus eam vendidisset. Non autem si non erat venditurus, vt putauit Nauarrus, nam tunc sufficit restituere rem vti est, si tamen res non esset eff. cta deterior, vel minori pretij, quàm erat antea, & hoc euenturum non erat apud verum dominum; in his enim casibus solum lucrum cessans, & damnum emergens ex illa detentione, vero domino resarciendum est. Omnes igitur opiniones, in hac resolutione positæ, sunt probabiles. Salua semper, &c.

RESOL.

RESOL. X.

Merito superiori quæstioni hæc adiuncta erit : Virum iniquus possessor teneatur ad restitutionem iuxta summum valorem, & incrementum, quod res habuerit tempore acceptionis, quando ignoratur, quo tempore eius Dominus esset rem illam venditurus ? Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. Resol. 52.

Ad elucidandam doctrinam, & solutionē huius rel. lege doctrinā præcedentis resol. & aliarum eius not. & in tom. 6. tr. 3. ex Resol. 18. Vide §. 3. ad fin.

§. 1. LEssius *lib. 2. c. 12. dub 16. n. 109.* docet passim DD. affirmatiue respondere. Ratio est, quia in eo statu vendi poterat ; & in dubio melior est conditio innocentis, in eiusque fauorem inclinandum ; & ita hanc sententiam docet etiam Vasquez *opusc. de restit. c. 5. §. 1. dub. 12. n. 77.* Hæc opinio est probabilis.

2. Sed ego existimo restitutionem in tali casu faciendam esse, non secundùm quantitatem pretij maximi, neque secundùm pretium medium. Ratio est, nam sicut dominus poterat vendere rem illam pretio rigoroso, poterat etiam & vendere pretio minimo. Ergo creditori, & debitori consulitur, dum restituitur pretium medium. Quod si omnino sit incertum, quo pretio res illa sit vendenda, remittendum est negotium ad viri prudentis arbitrium, qui considerabit regulas communes, ad assignandum pretium, videlicet quantitatem, & qualitatem illius rei, copiam, vel penuriam emptorum, &c. Ita Turrianus *in 2. 2. D. Th. tom. 2 disp. 10. dub 2 n. 7.*

3. Ad argumentum in contrarium respondetur, inclinandum esse in fauorem innocentis in foro externo, & quoniam non suppetit melior ratio constituendæ æqualitatis inter creditorem & debitorem. Sed hoc non accidit in casu nostro. Ergo.

RESOL. XI.

An si res ablata tunc valebat, v. g. decem aureos, postea vero antequam restituatur, valeat viginti, quæritur. an debeantur restitui decem, aut viginti aurei ? Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Resol. 5.

Sup. contento in hoc §. late & melius supra in Resol. 9. & in aliis eius not.

§. 1. CIrca hanc difficultatem ait Pontius *in cursu Theol. disp. 32. 9. 9. consl. 1. n. 52.* Distinguunt Authores de mutatione intrinseca, & extrinseca valoris, Mutatio intrinseca est, quando ipsa res ablata in se crescit, aut decrescit, vt si res ablata fuerit agnus, & postea deueniat ouis. Mutatio extrinseca est, quando res secundùm se manet physicè inuariata in eodem statu, sed mutatur tamen ob aliquas extrinsecas circumstantias, aut causas valor ipsius, vt si modius tritici, qui iam valet tribus nummis, ratione caritatis frumenti, aut ex decreto Principis valeat quatuor nummis. Quamuis autem variæ sint de hac re sententiæ, fortassis tamen in re ipsa conueniunt. Sed quidquid sit de hoc, quantùm ad rem, existimo restituendam domino rem ipsam, aut valorem eius summum pro toto tempore quo detinetur. v. gr. si abstulisti agnum, & non restituisti donec facta est ouis ; aut facta esset, si non occidisses, aut perdidisses, debes domino restituere valorem ouis, nec sufficit restituere valorem agni. Similiter si abstulisti modium tritici cùm valeret tribus nummis, & non restituisti, donec veniret tempus, in quo valeret quatuor nummis, tot restitui debent. Ratio est, quia reuera erat iniuria domino quod eo tempore, quo res ipsius plus valeret, per furtum alterius factum sit, vt non potuerit vendere rem suam illo tempore, & quod non, sit tam diues, tum quam esset nisi fuit abstulisset agnum, aut triticum ipsius ; sicut reuera non esset : nam non poterat tum acquirere sibi quatuor nummos, quos valeret res oblata. Cui iniuriæ non satisfit dando quantum valebat res ante, aut postea, si tantum ante aut postea non valebat. Nec crediderim tollere hanc obligationem, quod dominus si haberet suam rem, non esset venditurus illam pro illo tempore, quo erat carior, & consequenter ; quod non sit passus damnum ex eo, quod caruerit re sua, tum, ratione illius augmenti valoris ; quia sufficit, quod poterat vendere, & quod per furem sit effectum, vt non posset.

Sup. contento in hoc §. lege latam doctrinam Resol. seq. per totam ignanter §. Nec tum. & §. & vers. eius not.

2. Nec refert, quod opponit Cardinalis de Lugo, si res furtiua sine culpa furis periisset, eodem modo periturа apud dominum, furem non obligandum ad restitutionem : non enim credo hoc esse verum, quia alias qui hodie furaretur equum, qui equus casu aliquo periisset cras, non tenetur ad restitutionem, quod videtur falsum ; quia quamuis periisset cras, tu tamen hodie fecisti tantum damnum domino, & tantum consequenter debes ipsi restituere certè, mihi absurdum videtur asserere, quod si auferres heri ex domo aliqua linteamina valentia decem nummis, quæ domus hodie combusta est cum omnibus in ea contentis, & quæ consequenter linteamina, si non auferrentur à te, similiter combusta essent, tu non teneris pretium tantum pro illis restituere ; nam quemadmodum teneris restituere valorem eorum, si apud te combusta essent, quamuis non comburerentur apud dominum ; ita etiam teneneris si apud dominum essent comburenda ; quia ad iniuriam quam tu fecisti, & animum etiam illa furandi, cùm nihil scires de combustione, omninò per accidens est quod essent comburenda, necne. Sed quidquid sit de hoc, quamuis non teneretur quis restituere nisi pro ratione damni illati, & damnum non inferretur in casu quo res ablata periret apud dominum paulò postquam ablata esset ; præter damnum quod pateretur ex defectu rei pro modico tempore quod intercedit inter furtum, & tempus, quo periret res, si mansisset apud dominum : quamuis etiam non inferres maius damnum domino pro tempore quo res ablata erat carior, si ipse tum rem illam vendere vellet, quàm si non esset tum carior ; nisi quod tum si vellet vendere rem, non posset ; tamen hoc ipsum est damnum æquiualens augmento pretij pro tempore illo. Deinde res illa in se pro tempore quo erat carior valebat plus quàm ante : ergo non poterat retineri tum à domino sine iniuria tanti valoris : ergo tantum debet ipsi restitui. Et hæc omnia docet Pontius *vbi supra* ; quæ quidem licèt probabilia sint, opinionem tamen Cardinalis de Lugo, quam ipse impugnat, puto etiam sua probabilitate non carere, & aliqua quæ Pontius asserit, habent etiam suam difficultatem, vt ego alibi dixi.

Alibi in Resol. 1. not. 5. huius Resol.

RESOL. XII.

Titius habitans prope domum Sempronij multa vtensilia ab eo furatus est. sed cum incendio vtroque domus vna nocte vastaretur, quæsitum à me fuit ; an Titius teneatur ad restitutionem, cum furtum periisset, ac si in manu Domini esset.

Idem est de quocumque alio iniquo possessore.

Et quid est dicendum, si res non eodem modo, quo apud furem periit, apud Dominum peritura erat, sed diuerso, & absque culpa illius, v. g. apud Dominum peritura erat incendio, apud furem periit diluuio : apud Dominum hostium incursione, apud furem ruina, &c ?

Et quid est sentiendum, si dubium est, an res apud Dominum periret, vel quia si apud se existeret, ante interitum fuisset vendita, vel distracta, aut aliquo modò vtilis ?

Et quid est dicendum, si res furata pereat apud furem, & possessorem mala fidei ex dolo, & culpa illorum, non tamen

men eodem, aut diuerso modo apud Dominum sine culpa illius esset peritura?

Et tandem quæritur, si res, v. g. vel pallium Petri eras erat cum incendio domus ipsius Petri perituru, & de facto domus periit, & tu id sciens die, vel hora antecedente illud ab eo furto abstulisti, & sic saluum fuit à periculo; similiter si nauis, in qua merces Petri veniebant, peritura omnino erat, & antequam submergeretur, tu aliquas merces illius ex illa extraxisti, & saluasti, tenearis in vtroque casu ad restitutionem, &c? Ex part. 11. tr. 4. & Misc. 4. Res. 39.

Sup hoc lege §. 1. §. vlt. præcedentis Res.

AFfirmatiuè respondet Paludanus *in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. concl. 5.* & Couarr. *in regula peccatum 2. part. §. 6. n. 1. in fine*, & ad hoc magis accedere videtur Ioannes Medina *C. de rest. q. 3. in fine*, & facit pro hac parte *lex ex iniusto ff. de vi & vi armata*, vbi habetur, si res pereat casu fortuito teneri eum, qui eam abstulit, etiamsi pereat sine culpa sua, ad illius restitutionem, quia à principio fuit in mora, & idem probatur *ex leg. 1. § rectissimè eodem tit.* Probant,

2. Primò, quia licet non teneantur ad hanc restitutionem ratione rei acceptæ, cùm iam non extet, & casu perierit; tamen tenentur ratione iniustæ acceptionis, & retentionis, hoc enim ipso, quod voluerunt illam furari, ad restitutionem illius se obligarunt; sitæ apud dominum eodem modo esset peritura: sine non esset.

3. Secundò, quia fortè non periisset nec eodem nec diuerso modo apud dominum, si in eius manu fuisset; alienasset enim illam dominus, vel fortè vendidisset ante illius interitum, & peritionem.

4. Itaque si res casu fortuito, vel subita hominum incursione iusta, non iniusta, periit apud furem, vel iniquum possessorem, similiter & eodem modo apud dominum sine vtilitate illius peritura, teneris restituere.

5. Sed mihi placet opinio contraria quæ negat omninò furem (idem dicito de quocumque alio iniquo possessore) ad restitutionem teneri rei furtiuæ, quando in eius manu periit, si eodem modo casuque certo, & infallibiliter, non sub dubio, erat apud dominum sine vlla illius vtilitate, ac commodo, v. g. iusta hostium incursione, non iniusta, peritura. Hoc colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. eam docet Couarruuias *ad regul. peccatum part. 2. §. 6. n. 1* Ioan. Medina *C. de restit. q. 6. concl. 6.* Sylueſter *verbo restit. 7. q. 5. §. 3.* Sà, *verbo debitum n. 11.* Ludouic. Lopez *1. part. instruct. cap. 95.* Rosella *verbo restitutio 16. §. 2.* Petrus Nauar. *lib. 1. de restit. c. 1. n. 27. & 28.* Leſſius *lib. 2. cap. 12. de iniuriis fort. dub. 5. n. 92.* & ibi citat Nauarrum *in summa Lat. c. 17. n. 8.* sed ibi nihil apud Nauarr. tale reperitur. Ratio est,

6. Primò quia aliud est teneri furem ad restitutionem ex mora non restituendi, etiamsi res apud dominum simili casu, eodemque modo sine illius culpa esset peritura aliud teneri ad restitutionem non ex mora, si res esset similiter, & eodem modo peritura apud eundem dominum sine vllo illius commodo: in primo casu tenetur fur, & iniquus possessor ad restitutionem, in secundo non tenetur. Ratio est, quia in primo casu, si res absque mora domino fuisset restituta, potuisset, & non potuisset eam vendere, & alienare ante ipsius rei interitum, & sic iam fuisset ei ea res vtilis, & quia cùm fur eam non restituit, cùm posset, priuatus fuit dominus ea vtilitate, quare necessariò tenebitur ad restitutionem, quia per moram ei fuit in causa damni; In secundo verò casu si constet, quod antequam res simili modo periret: nec vendita nec vtilis domino fuisset, nullo modo ei tenebitur ad aliquam restitutionem, nec etiam ad interesse aliquod lucri cessantis, aut damni emergentis, quia nullum damnum passus esset dominus illius, cùm ante peritionem inutilis ei omninò fuisset, & infructifera, vt supponimus.

7. Deinde iniqua acceptio non inducit obligationem restitutionis, nisi quatenus infert damnum efficaciter: at hæc acceptio nullum intulit damnum; ergo ad illam non tenetur fur.

8. Dixi in mea responsione, non teneri furem ad restitutionem, si res eodem modo, & casu certo, & infallibiliter apud dominum erat peritura absque vllo illius commodo iusta hominum incursione; quia si peritura esset iniusta hominum incursione, & per iniuriam domino illatam, & apud furem eadem iniusta incursione periit, vel casu alio fortuito etiam sine culpa illius, tenetur sine dubio fur ad rei restitutionem & ad omne interesse lucri cessantis, & damni domino inde emergentis, vt docet Leſſius *d. lib. 2. cap. 12. de iniuriis fortun. dub. 15. numer. 92. §. dico secundò ad finem*; Et ratio est, quia ille, qui eam per iniuriam domini ab eo abstulisset, vel deuastasset, teneretur, ergo etiam tenebitur ad eandem restitutionem ille, qui illum præuenit, nam obligatio quam alius subiisset, in illum necessariò transmittitur, vt patet.

9. Sed quid dicendum, si res non eodem modo quo apud furem periit; pereat apud dominum, sed diuerso & absque culpa illius, v. g. apud dominum peritura erat incendio, apud furem periit diluuio; apud dominum hostium incursione iusta, apud furem ædis ruina?

10. Aliqui tenent, teneri tunc furem ad restitutionem si non eodem modo, id est eodem naufragio, incendio, & incursione pereat apud dominum, & apud furem; Ita docet Petrus Nauarra *lib. 6. de restit. c. 1. n. 23*; Couarr. *ad regulam peccatum 2. part. §. 6. n. 1.* Ioannes Medina *supra*, Sylueſter *verbo restitutio 7. q. 5.* dum docent solummodò liberari furem à restitutione cùm eodem modo res fuisset peritura in manu domini, quo perit in manu furis. Dicendum tamen est, parum referre quod isto, aut illo modo res pereat, si verè apud dominum erat omninò peritura absque vlla illius vtilitate, & si non teneri furem ad restitutionem, si sine illius culpa pereat, quamuis pereat diuerso modo, Leſſius *com. 1. lib. 2. de iniuriis fortun. dub. 5. n. 93.* & Ludouic. Lopez *1. part. instruct. cap. 95. §. addit tamen in fine.* Interim efficaciter probatur ex *l. Rhodia citata*; vbi mentio fit de perditione nauis, & non de modo, & liberat nautam à restitutione, quando vtraque periit, quamuis contra domini voluntatem, & conuentum pactum ex vna in aliam transtulerit merces; quid enim refert, vt vna nauis pereat naufragio, alia incendio? aut ambæ eodem naufragio, vel incendio eadem nauigatione pereant? Nec obstat, leges procedere in foro iudiciali, non in foro conscientiæ, quia lex ista sufficienter explicauit naturam rei pro vtroque foro, & certè contrarij Authores non videntur contra nos, cùm enim dicunt excusandos esse fures, & iniquos possessores à restitutione, quando res eodem modo perit apud furem, quo erit peritura apud dominum & non aliter, intelligendi sunt non de eodem modo interitus, sed quantum ad veritatem, & integritatem ipsius interitus.

4. Sed in dubio præsenti de quo interrogatus fui, ego obligaui Titium ad restituendum aliquid. Nam ipse sciebat fuisse plura ex bonis furtiuis quæsita à Sempronio ab emptoribus, quibus facile venderentur, & ideò Doctores asserunt, quod si dubium esset, an res apud dominum periret, vel quia si apud illum existeret ante interitum fuisset vendita, vel distracta, aut ei aliquo modo vtilis, tunc quidem ei restituenda esset, vt docet idem Sylueſter *dicto verbo restitutio 7. num. 5. in fine*, Rosella *verbo restitutio 16. §. 2.* Sà *verbo debitum num. 11.* Ludouic. Lopez *1. part. instr. 95.* Petrus Nauarra *l. 4 de restitut. cap. 1. numer. 92.* & Leſſius *l. 2. cap. 12. de iniuriis fort. l. 15. n. 92. §. dixi*, & patet expresè ex *l. cum ref. §. fin. ff. de legatis*, vbi si fundus legatus pereat, tenetur debitor ad illius restitutio

restitutionem,quia legatarius potuit illum vendere ante illius interitum;patet etiam ex *l. si verberatum §. ff. de rei vend.* & ratio est , quia in dubiis melior est conditio innocentis,iureque possidentis.

Sup.hoc eodem Lessio tantum infrà citato , infra in resol.14.§. Itaque,eurfim ad lin.7. & vers. Ab onere. & supra in resol. præterita, § Nec refert.

12. Verum hîc breuiter discutienda erit quæstio, quid dicendum si res furata pereat apud furem,& possessorem malæ fidei ex dolo,& culpa illorum, cùm tamen eodem aut diuerso modo apud dominum , sine culpa illius esset peritura ?

13. Et negatiue respondet Lessius *l. 2. c. 12. dub. 15. n. 95.* Probatur , quia illa res in se considerata domino nullius est pretij nullius vtilitatis;nam apud illum certo , & infallibiliter erat peritura absque vllo illius incommodo;ergo etiamsi fur illam culpa sua deuastet,& perdat,non censetur domino inferre damnum alicuius considerationis , vel momenti , vt si segetes incendat, quas videt mox eluuione apud dominum euertendas; si annonam absumat, quæ proiicienda est in mare , vel in naufragio peritura ; si interficiat equum, quem hostis erat abducturus , quia quamuis in his & similibus casibus rem alienam quis perimat , alienet , vel consumat , non censetur damnum notabile domino inferre : & ex hoc fundamento sequitur non teneri ad restitutionem illum , qui hominem occidit , qui statim erat moriturus iusta sententia Magistratus , vel naturali morbo ; etiamsi grauiter peccet, non tenebitur tamen ad restitutionem damni , cùm nullum dederit.

14. His tamen non obstantibus, aliqui affirmatiuæ sententiæ adhærent , quam tuetur Fagundez *in Decalog. t. 2. l. 7. c. 17.* Petrus Nauarra *l. 4 de resti. c. 1. nu. 17.* Paludanus *in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. concl. 5.* & à fortiori omnes illi , quos citauimus *n. 10.* qui asserunt teneri furem ad restitutionem,si res pereat apud illum, etiam sine culpa illius diuerso modo,& tempore ab eo , quo erat apud Dominum peritura. Et ratio illorum est.

15. Primò,quia culpa nemini debet patrocinari , patrocinaretur autem maximè,si fur, cùm res periit culpa sua,ad restitutionem illius non teneretur.

16. Secundò quia latro non debet esse melioris conditionis , quàm depositarius , immò nec æqualis : sed depositarius, si nihil accipit pro custodia depositi , tenetur ex dolo, & culpa lata mortalique si res apud illum pereat;quamuis illa apud Dominum esset peritura:si autem aliquid accepit,tenetur de culpa leui,& veniali,vt est doctrina certissima in materia de deposito, & commodato;ergo maiori cum ratione tenebitur latro ad restitutionem,si res apud illum pereat illius culpa lata,& leui,alioqui melioris erit conditionis, quàm depositarius.

At ego magis accedo sententiæ negatiuæ,quam tuetur etiam ex Vasquez , & Bonacina Gaspar Hurtadus *disp. 6. de restit. difficul. 3.* & ipsemet Nauarra ,& Fagundez probabilem vocant.

17. Sed quid si res v. g. pallium Petri cras erat cum incendio domus ipsius Petri periturum,& de facto domus periit,& tu id sciens die , vel hora antecedenti illud ab eo furto abstulisti,& sic saluum fuit à periculo? similiter quid si nauis,in qua merces Petri veniebant, peritura omninò erat,& antequam submergeretur , tu aliquas merces illius ex illa extraxisti, & saluasti:Respondeo teneri te in conscientia ad restitutionem in vtroque casu,si res extat,vel vendidisti,aut quocumque alio titulo distraxisti, quia res vbicumque est , domini sui est,& pretium,ac commodum ex illa instar rei est; quare cùm in tuam vtilitatem illam distraxeris,teneris illam restituere;ita Petrus Nauarr. *l. 4. de rest. c. 1. n. 26. §. sed quid, & nu. 23.* tenebitur tamen Petrus tibi soluere pretium laboris,& periculi , cui te forte exposuisti,vt rem saluares.

18. Immò si casu fortuito post incendium domus, aut submersionem nauis apud te periit,& fuisti in mora restituendi illam ; teneris illam restituere domino suo,quia mora nocet ei,per quem fit.

19. Similiter si iam non extet , sed ante incendium aut submersionem nauis illam vendidisti , gratis dedisti,aut aliter in tuum commodum distraxisti , teneris illam restituere iuxta pretium temporis, in quo erat à domino vendenda, aut aliter distrahenda:ita idem Petrus Nauarr.allegatus.Dices in nullo damnificauit dominum ille,qui ante incendium rem vendidit , aut aliter in suum commodum distraxit ; immò & qui illam apud se retinet ; si quidem esset omninò, & sine dubio peritura. Respondeo,hoc parum refert , vbicumque enim res est , peracto eo casu domini sui est, & id falsitatis fuit domini , alioquin liceret omnibus , qui ad succurrendum incendia,aut naufragia accedunt,res perituras sibi accipere , quo quid absurdius ; tenetur tamen dominus rei compensare laborem positum in ea re ab incendio extrahenda.

RESOL. XIII.

An res furata consumpta tamen in extrema necessitate, illa transacta,sit restituenda?

Et an talis obligatio consurgat,si ante extremam necessitatem quis acceperat per contractum translatiuum dominij,vt per mutuum,vel emptionem,quia re sua prouidit,nec erat in extrema necessitate rei alienæ?

Et quid , si acceperat non per contractum translatiuum dominij, sed commodatum depositum,conductum , vel etiam per delictum, si rem consumpsit in extrema necessitate ?

Et notatur, quod non solum extrema necessitas,sed etiam grauis tua , vel proximi, (qualis est periculum morbi magnæ famis, nuditatis, captiuitatis,vel diuturni, ac tetri carceris , vel similium afflictionum ,) excusat à restitutione,quandiu durat.

Et vtrum,si venerit ad lautiorem fortunam , teneatur restituere sic acceptum,vel non ?

Et an vero creditori existenti in simili necessitate morbi, famis, &c. debeat restituere ? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 13.

§. 1. Assero,quod si aliquis accepit rem,quam consumpsit in ipsa extrema necessitate,nunquam consurgere obligationem restituendi;quia tunc omnia sunt communia , & quia non tenetur ratione rei acceptæ,cum non extet, nec ratione acceptionis, non quidem iniustæ , cum iustè & licitè acceperit , non etiam iustæ,quia non accepit per contractum iustum. Si verò consumpsit in extrema necessitate rem quam acceperat à creditore ante necessitatem extremam , docet hæc communior sententia postea consurgere obligationem restituendi , quæ contracta erat ante necessitatem ex iusta acceptione, vt super contractum eam acceperat, vel ex iniusta, vt si per furtum, & vsuras , &c. Ita docet Scotus,& Richard. Gabriel, Paluda. Angel. Rossella,Armil.Syluest. *Restitutio 5. n. 2.* & alij quos sequuntur Azor. *to. 3. lib. 4. c. 39. §. altera difficultas.* & Valentia *part. 3. disp. 5. q. 6. punct. 7. §. secus.* Vide etiã Gasparem Hurtado *de charitate disp. 3. difficul. 11. & de iustitia disp. 9. difficul. 21.* & Trullench *in decal. to. 2. lib. 7. c. 15. dub. 1. num. 3.* vbi sic ait;Si res non extat,sed consumpta est in extrema necessitate , si iniustè antea sit excepta,vt si ante necessitatem furatus sis , teneris postea , quia obligatio ante contracta per necessitatem subsequentem , non est extincta,sed manet consopita. Ita ille;quibus adde Ioann. Vvigers *de inst. tract. 3. c. 6. dub. 1. n. 5.* & Malderum *tract. 4. c. 7. dub. 1. §. Dico primo,* Bassæum *verb. restitutio 5. §. 1. n. 4.*

Sup. hoc in resseq.& in rom.4. tr.7. res.55.

Sup. hoc in Resol.1. not. præteritæ §. Prima paulo post initium, à vers. At vero.

2. Assero secundò,probabilem esse opinionem Petri à Nauarra *lib. 4. c. 4. dub. 4. n. 25.* qui ait cõsurgere talem obligationem

obligationem, si ante extremam necessitatem acceperat per contractum translatiuum dominij, vt per mutuum, vel emptionem. quia re sua propria sibi prouidit, nec erat in extrema necessitate rei alienæ: non tamen consurgere, si acceperat non per contractum translatiuum dominij, vt commodatum, depositum, conductum, vel etiam per delictum; quia ad actionem iustam, qua consumitur in extrema necessitate, impertinens est peccatum præcedens, aut acceptio iusta. Nec debet esse peioris conditionis eò quod habuerit apud se rem, quam consumit in ea necessitate, quàm si tunc eam acciperet clam, vel aliter. Quam opinionem probabilem putat etiam Lessius *lib. 2. cap. 16. num. 5. & 6.* qui tamen benè limitat conclusionem positam, & omnia prædicta, vt sint vera ad eum, qui ita est in extrema necessitate, vt neque in re nec in spe propinqua esset dies: nam talis semper tenetur restituere, sicut etiam ille tenetur, qui tantum extremè indiguit vsu rei, & postea res extat: debet enim rem ipsam restituere, & docet etiam Sotus *lib. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad 4.* & hæc omnia firmat etiam Dicastillus *de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 10. dub 3 n. 25. & 26.*

Sup. his in tom. 4. tr 7. Ref. 154.

3. Sed non deseram hîc apponere verba Henrici Villabos *in summa tom. 1. tract. 22. diffic. 2. n. 12.* sic asserentis; [Dudan à qui los Doctores, si el que deuia algo, lo qual gastò despues estando en extrema necessidad, tiene obligacion à restituyrlo viniendo à mejor fortuna: En lo qual ay dos opiniones. La vna dize, que està obligado à restituirlo, esta tienen Soto, Sylvestro, y Couarruuias, y Azor, con otros, que refiere, y dize que es comun de todos. El fundamento es, que la extrema necessidad que sobreuiene al acreedor, no extingue la primera deuda.

4. La secunda sentencia es contraria, tienenla Soto, y Aragon. El fundamento es, porque la obligacion que à quel tenia, se extinguio, gastando la cosa en extrema necessidad, que tiene el mesmo efecto en la cosa que se tomò antes de la, que si se tomara en ella, pues la haze comun.

5. Estas sentencias son ambas probables, la secunda es mas mansa, y se puede sequir en practica. [Ita ille, cui adde Castrum Palaum *tom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 10. n. 166.* Gordonum *in Theol. mor. lib. 5. quæst. 6. part. 4. cap. 1. n. 3. fol. 508.* & post illos doctus Pater Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disp. 39. c. 9. n. 73.* vbi me citato sic ait; Aduerte quod si quis ante necessitatem fuisset rem furatus, cámque in extrema necessitate consumpsisset, non teneri postea eam restituere, etiamsi ad pinguiorem fortunam deueniat, quippe licitè eam consumpsit in ea necessitate; nec obstat quod ante illam fuerit furatus: nam hoc non tollit ius naturæ, quod tunc facit omnia bona communia, sicut si eam rem furatus fuisset iam constitutus in extrema necessitate, restituere non deberet. Ita P. Mendo. Vnde ex dictis refellendus est Roccaful, *quæst. 26.* qui falsam vocauit hanc opinionem, est enim probabilis, licet contraria sit probabilior, & communior, & ideò aduersus Roccaful præter Doctores citatos, adducam ex Dominicanorum familia inclytum M. Marcum Serra *in 2. 2. D. Thom. quæst. 62. art. 8. dub. 2.* vbi sic asserit: Mihi satis probabile videtur, si nec tunc in extrema necessitate, nec ante illam accipiat debitor rem mutuo, aut alio contractu dominium transferente, quo sua fiat, sed eam habeat, aut ex delicto, vtpote furto sublatam, vel ex contractu dominium non transferente, nempè conductam, vel commodatam, si eam consumit, vt suæ necessitati subueniat, non teneri postea eam illius pretium soluendo restituere, etiamsi ad pinguiorem deueniat fortunam. Id colligo ex verbis illis D. Thomæ *quodlib. 5. artic. 17. Tunc in necessitate fiunt omnia communia, cum homo non potest sibi de suo subuenire.* At si debito rem quam habet, non accepit mutuo, aut alio contractu dominium transferente, quo sua fieret, non potest sibi de suo subuenire: nam supponimus non habere aliud, quo possit sibi subuenire, nisi rem, quæ sua non est: ergo illi omnia, ac proinde res illa, fiunt communia, sicque re illa vti potest, illámque consumere, quin teneatur postea restituere. Confirmatur, si res illa esset apud eius dominum illa extremè non indigentem, & existens in extrema necessitate alius eam acciperet, & consumeret, non fieret restitutioni obnoxius: ergo neque fiet, si eam habens apud se, prædicto modo consumat, vt sibi consulat, ac subueniat. Antecedens probat M. Soto *lib. 4. de iust. q. 7. art 1. ad 4.* quia cùm in extrema necessitate omnia sint communia, tum qui capit, nullum contrahit debitum. Probatur etiam: non tenetur restituere ratione acceptionis; nam eam iure suo consumeret; nec ratione rei, quia consumpta iam non extat in se, nec alio modo: qui enim eam consumpsit, non est factus ditior, cùm non haberet quid de suo consumeret, & rem alienam consumendo conseruaret; nec ratione contractus: nam prædicti contractus non transferentes dominium solum obligant ad restitutionem rei, quando perit culpa eius qui rem accepit; hîc autem absque culpa perit: ergo nullo modo. Consequentia verò patet, quia extremam necessitatem patienti non solum est communis res aliena apud dominum illius existens, sed etiam, quæ apud ipsummet patientem existit, & sicut rem acceptam in necessitate ipsa iure suo consumit. Quo fit vt vinculum præcedens dissoluatur, & non maneat: nam quamuis acceptio iniusta per furtum obliget ad restitutionem, quandiu res accepta manet aliena, & vt sic consumitur; si tamen aliena esse desinat, obligationis vinculum dissoluitur, vt patet si rem furto acceptam, dominus ei qui eam acceperat donaret. In extrema autem necessitate res furto accepta aliena esse desinit, & fit communis talem necessitatem patienti; ac proinde si illam, vt sibi subueniat, consumit, non tenetur ad eius restitutionem, etiamsi postea ad pinguiorem deueniat fortunam. Hucusque M. Serra. Ex quibus apparet probabilitas huius opinionis, quam parum modestè Roccaful asserit esse falsam, & post hæc scripta inuenio nostrum conciuem carissimum Marcum Serium *tom. 1. de rest. disp. 5. q. 1. n. 5.* hanc sententiam probabilem vocare. Non est igitur audiendus Roccaful.

6. Notandum est etiam hîc, quòd non solùm extrema necessitas, sed etiam grauis tua, vel proximi (qualis non est periculum morbi, magnæ famis, nuditatis, captiuitatis, vel diuturni, ac tetri carceris, vel similium afflictionum) excusat à restitutione quandiu durat. Virum autem, si venerit ad lautiorem fortunam teneatur restituere sic acceptum, vel non, vtrumque est probabile. Et quidem ferè eodem modo philosophandum est in graui, & extrema necessitate. Et ita hanc sententiam tenet Dicastillus, *vbi supra de iustitia lib. 2. tractat. 2. disp. 10. dub. 3. num. 29.* An verò creditori existenti in necessitate simili debeat restituere, pars affirmatiua adhuc probabilior est in hoc casu, quàm in casu extremæ necessitatis. Quamuis Lessius *lib. 2. cap. 16. num. 20.* etiam in hac necessitate puter probabile esse potiorem, & præferendam conditionem eius, penes quem res est, siue fuerit habita ex contractu, siue per furtum; quia etiam in hac necessitate omnia sunt communia, vt multi docent Auctores, qui, si consequenter loquuntur, tenentur hoc asserere. Solùm est aduertendum, Lessium non extendere hoc ad amissionem honoris, aut periculi cadendi à statu, quæ mala aliqui computant inter graues necessitates. Vide Dicastillum *supra*, & Marcum Serra, qui licet teneat esse differentiam inter extremam, & grauem necessitatem, tamen postea ita ait; Non desunt tamen qui dicant eandem esse rationem de graui, ac de extrema necessitate; sique

Sup. Ref. pr & in 5. tr. 7. ss.

Sup. Ref. 1. præc ià lim. verf.

sicque consumpta re in graui necessitate, non teneri debitorem ad eam postea restituendam, vt videntur sentire Sylvest. *verb. furtum. q.* 5. & Angelus *eod. verb. nu.* 37. Et quamuis creditor sit pari necessitate morbi, famis,&c : (inquiunt) non teneri debitorem ei restituere : quia non solùm in extrema, sed etiam in graui necessitate melior est conditio possidentis. Ita Serra; qui citat Lessium ; vnde videtur hanc sententiam tanquam probabilem admittere.

RESOL. XIV.

Liberatur latro à quadam restitutione, vbi casus est curiosus, & practicabilis.

Et resolutio huius casus pendet ex illa celebri quæstione, an consumens rem alienam in necessitate, quamuis furatam ante illam, teneatur restituere si ad pinguiorem fortunam peruenerit?

Et asseritur, non solum quando debitum contractum est ante extremam necessitatem, sed etiam si res accipiatur in extrema necessitate, restituendum esse, quando fuerit facultas. Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. Res. 36. aliàs 34.

Sup. hoc in §. 1. Res. præteritæ, & in tom. 5. tr. 7. Res. 55.

QVidam furauit Catenam auream magni valoris ; aufugit, & in itinere incidit in morbum adeò periculosum per multos menses, vt illum constituerit in articulo mortis, ex hoc vendidit catenam furatam, & ex pretio salutem recuperauit, ac conualuit : sed cùm postea ad meliorem fortunam peruenerit ; quæsiuit à me an teneretur restituere pretium Catenæ furatæ, quod consumpsit, pressus illa necessitate. Et affirmatiuè ei respondit quidam Theologus ex Societate Iesu. Resolutio huius Casus pendet ex illa quæstione, an consumens rem alienam in necessitate, teneatur restituere, si ad pinguiorem fortunam peruenerit.

2. Prima sententia distinguit inter rem acceptam, postquam extrema necessitas premere cœpit, & eam, quæ debebatur antequam extrema necessitas occurreret. Primam affirmant non debere restitui, siue is qui accepit consumpserit, siue alteri consumendam dederit : postquam enim consumpta est propter extremam necessitatem, omninò liberantur ab obligatione restitutionis, quia in casu extremæ necessitatis omnia sunt communia, & res illa debita erit Indigenti : At verò si debitum contractum est ante extremam necessitatem, restituendum esse ea transacta, & succedente meliori fortuna. Probatur ; quia extrema necessitas non abstulit debitum, sed distulit solutionem ; atque adeò ea cessante debitum reuiuiscit, & in suo vigore permanet. Ita sentiunt Scotus, *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. §. *Ad aliud.* Richardus, *art.* 5. *q.* 4. *ad* 5. Gabriel. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 1. Sylvester *verb. Furtum, qu.* 5. Angelus *eodem verbo, q.* 37. Rosella *ibidem, num.* 5. Armilla, *n.* 10. Tabiena *verb. Restitutio, quæst.* 4. Medina *Cod. de Eleemosyna, quæst. De bonis illicitè acquisitis.* Azorius *lib.* 12. *cap.* 7. Quorum opinio procedit magis in casu nostro ; quia res aliena habetur ex delicto, nempe ex furto, & in hoc casu communis sententia tenet te obligatum esse transacta necessitate similem restituere, quia esto licitè illam consumas in necessitate, at obligatio ante necessitatem contracta ex iniusta acceptione non periit, sed suspenditur. Et ita docet Lorca *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 32. *art.* 9. *sect.* 3. *dist.* 38. *n.* 17. & Vasquez *Opusc. de Eleemosyna, c.* 1. *dub.* 8. *n.* 68. vbi sic ait : Illud autem quod isti Autores concedunt, quod si obligatio antea erat exorta per extremam necessitatem non extinguitur, sed impeditur, verissimum est, & nullus est qui neget, quia eo tempore nullius vtilitatis est ad subleuandam necessitatem extremam, vt debitum extinguatur, cùm sufficiat pro tunc, restitutionem impediri. Ita Vasquez.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ, §. 2. lin. 8. & vers. si verò.

3. Sed aduersùs sapientissimum Magistrum, doctissimum Discipulum opponam, Patrem videlicet Nauarra, qui Moderatore Patre Vasquez Sacræ Theologiæ studiis operam dedit : Itaque ipse *de restit. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 24. sic ait : Sed me hercule re diligenter inspecta simpliciter arbitror in hac re, verissimam esse illam recitatam Doctorum sententiam ; licèt enim efficaces videantur rationes factæ, quas nos nobis aliquando proponebamus. Sed responderi ad eas satis commodè potest, discrimen assignando inter debitorem, & inter eum qui rem subripit, etiam si furto sustulerat antequam necessitatem incurrat. Eadem enim de vtroque ratio est mea sententia. Est inquam discrimen ; nam cùm quis habet debitum, eo ipso non est in extrema necessitate : Nam id, quod soluere debebat suum est, eiusque dominium habet, atque ita si illud consumit suum consumit, vnde à restitutione non potest fieri immunis, cùm bonam habeat fortunam cùm re vera ex re proximi, nunquam vesci potuerit, cum ipse, vt supponimus rem propriam habeat, licèt debitam, quam consumere eum oportebat ; sibique cuius erat, non alteri, cui debebat consumi, aut perire deberet ; at autem quando furatus est, vt sibi subueniret : vel certè iam furatus erat ante necessitatem, res qua extrema necessitate vtitur, alterius est, non sua, & quam alter elargiri tenebatur donando, ac proinde alteri perit, & consumitur iustè, ac licitè, ipse igitur, cùm meliorem fortunam nactus erit, ad nihil tenebitur. Est tamen differentia quædam : nam cùm ante necessitatem furatus est, peccauit, & restituere tenebatur antequam in necessitatem incurreret ; at quando accepit instante necessitate, non peccauit, sed in vtroque casu res alterius erat, quoad dominium, & ita illi perire debebit. Hucvsque Nauarra ; cui adde Coninch, *de Actibus humanis, disp.* 27. *dub.* 10. *n.* 166.

4. Itaque dicendum est probabiliter, quod non teneris restituere rem furatam, si eam consumpsisti in extrema necessitate positus ; quia sic consumens rem videris satisfacere obligationi restituendi antea contractæ, cùm rem consumas, sicut Dominus tenetur velle consumi, si apud ipsum staret. Et confirmo. Ab onere restituendi rem, liberatur iniquus detentor, si absque eius culpa periit res furto ablata, eodem modo apud Dominum existens peritura ; vt bene probat Lessius, *lib.* 2. *c.* 12. *dub.* 15. Atque si res illa apud Dominum existeret, eodem modo periret, ac periit apud te iniquum detentorem, cùm ipse Dominus teneretur tibi in necessitate extrema existenti donare. Ergo. Vnde ego probabiliter ad casum in hac resolutione propositum, respondi negatiuè, & sic probabiliter responderunt alij viri docti, de hac re à me consulti, & ita in terminis docet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 2. *punct.* 10. *n.* 3.

Sup. hoc melius supra in Res. 11 §. Verum hic. & seqq. sed lege eam per totam & §. nor. dicti §. Verum.

5. Nota tamen hîc obitèr aliquos Doctores asserere, non solùm quando debitum contractũ est ante extremam necessitatem, sed etiamsi res accipiatur in extrema necessitate, restituendum esse, quando fuerit facultas. Quam sententiam defendunt Adrianus *in* 4. *de restit. quæst* quæ incipit. *Quia dictum est* 2. Almainus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2 Couarr. *super regulam peccatum*, 2. *part.* §. 1 *num.* 4 cum pluribus Iurisperitis, quos allegat Nauarr. *in Summa c.* 13. *n.* 69. Toletus, *lib. vlt. cap.* 36. & ipse Medina *Cod. de restit. quæst* 2. *in princip.* Qui omnes loquuntur de eo, qui extremè egens, rem alienam accepit, & consumpsit. Sed consequenter dicendum esset, eum, qui accepit rem alienam, vt alteri extremè indigenti daret, quia ipse ex propriis subuenire non poterat, per se primò, & directè non teneri ad hãc restitutionem, sed illum cui data est : indirectè tamen teneri, si alter, cum ad pinguiorem fortunam venerit restituere

Sup hoc in tom. 4. tr. 7. Res. 53.

restituere non vult, aut si nunquam veniat ad pinguiorem fortunam; quia si verè res illa restituenda est, & qui consumpsit, non restituit, aut non potest, obligatio redundabit in cooperantem.

Alibi in ref. not. præteritæ.

6. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam tenendam esse puto, vt alibi docui: nam in extrema necessitate omnia sunt communia, & grauissimum esset, eum qui ita indigens aliquid consumpsit, subiicere oneri restituendi. Et confirmatur. Quoniam aut res illa restituenda est ratione iniustæ acceptionis aut ratione rei acceptæ. Non ratione iniustæ acceptionis, quia iustè accepta est: Nec ratione rei acceptæ; quia res non permanet, neque ex ea factus est homo ditior: Ergo ex nulla parte superest obligatio restituendi. Confirmatur etiam. Nam extra extremam necessitatem si quis bona fide consumat rem alienam, & ex ea non fiat ditior, non tenetur ad restitutionem; ergo multò fortiori iure si consumpsit in extrema necessitate.

RESOL. XV.

An qui à Dæmone obtinuit aliquas pecunias teneatur illas restituere? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Res. 48.

§. 1. OLim de hoc casu interrogatus fui, & quidam Theologus dixit esse restituendas pauperibus pro Dominis à quibus Dæmon dictas pecunias sumpserat, & cum dicta bona sint incerta, eorum dominium transiuit ad pauperes, vt docet Amicus *in Cursu Theolog. tom. 5. disp. 41. dub. 12. numer. 44.* & alij communiter. Sed ego negatiuè respondi, quia Dæmon poterat illas pecunias sumere ex aliquo Thesauro sub nullius dominio, vel in profundo maris; Et ideò modo inuenio hunc casum indiuidualiter pertractare Iosephum de Ianuario, *de Casib. reseruat. resol. 38. per totam*, vbi firmat hanc conclusionem: Hæc bona possunt acquiri iusto, & iniusto titulo à dæmone: sed in dubio debemus supponere quod iusto, & iniusto titulo quis ea acquisiuit: ergo in dubio bona data à dæmone, possumus retinere. Nec obstat quod dæmon semper præsupponitur malus, consequenter quod iniusto, & non iusto titulo acquisiuit: Nam actio dæmonis semper præsupponitur mala, quando est inductiua ad nouam culpam: At quando actio continet in se differentiam in ordine ad peccatum, tunc parum refert dæmoni, & consequenter possumus accipere secundum sensum non malum in ordine ad nos, & indifferentem in ordine ad dæmonem, v. g. Quod intendit dæmon est dare pecuniam Mago: at quod hæc pecunia sit aliena, vel à profundo maris extracta, parum refert dæmoni, quia non inducit nouam culpam, seu hominem ad nouam culpam, ad quam inducere intendit, & sic censendum est in hoc, dæmonem non exercere partem peiorem in nostra consideratione, quia quod peior est in ordine ad nostram consideratione, est indifferens in ordine ad intentum ipsius dæmonis, & sic non est necessariò præsumendus malus dæmon in tali casu. Vel dicendum cum Vasquez *opus. de Restitut. cap. 10. d. 3. num. 10.* quod qui emit, vel dono accipit rem dubiè furtiuam cum animo restituendi vero domino, non peccat mortaliter; Si verò recipit sine tali animo peccat mortaliter, sed non tenetur rem illam statim restituere, sed præmittere diligentiam, & mutare animum: Quod si inuentio domini veri sit moraliter impossibilis; tunc neque tenetur diligentiam præmittere, sed sufficit habere animum restituendi, quoties inuenerit dominum. Nec tenetur ad ratam dubij restituere si fur est potens restituere vero domino rem illam, vel in æquialenti, vel in pretio, immò nec peccat mortaliter sic accipiendo cum tali dubio, quia tunc non reddit rem difficilis restitutionis, cùm possit fur ipse, vt dixi, quando reuera esset furtiua, in æquialenti restituere. Et quia in casu nostro dæmon potest commodè, & facilè restituere proprio domino, accipiendo bona à thesauris absconditis, & à profundo maris: ideò vsque dum non est certus, quod bona illa sint aliena, ad nullam tenetur restitutionem. Sed circa præsentem casum vide etiam Sanchez *in Summa to. 1. lib. 4. cap. 41. num. 1. & cap. 42. num. 2.* & Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 15. num. 34. & cap. 17. num. 1. & 2.*

RESOL. XVI.

An bona fide consumens res consumptibiles vnico ipso, teneatur vero Domino restituere, quatenus locupletior euasit, & fur non impotens ad restituendum? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 43.

§. 1. EXempli gratia, qui inuitatus edit bona fide cibos furtiuos, an teneatur restituere id in quo locupletior euasit, nimirum quæ domi expensurus erat. Et affirmatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 24. n. 34.*

2. Non reticeam tamè, contrarium docere Bannez *in 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 3. concl. 4.* Ledesmam *in sum. to. 1. tract. 8. c. 14. post 14. conclus. dub. 3. diff. 4.* vbi asserit, ita sentire communiter Thomistas; Salonium *in 2. 2. to. 1. q. 62. art. 6. contr. 3. concl. 4.* Et ratio est, quia verus dominus non habet ius petendi à latrone ipsas numero res, si consumptæ iam sint, sed similes, vel eiusdem pretij. Sed similes, vel eiusdem prætij manent apud latronem, quas restituat, cùm non sit redditus impotens ad restituendum; ergo recipiens ab illo non tenetur restituere, quamuis locupletior factus sit, sed poterit dominum remittere ad latronem, vt ab ipso recuperet res sibi furto ablatas. Prima opinio est probabilior.

RESOL. XVII.

An quis ob amissionem vnius rei teneatur aliquando ad duplicem restitutionem? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 1. Res. 4.

§. 1. CVriosum est dubium: & affirmatiuè respondendum est cum Molina *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 263. n. 7.* vbi sic ait. Iuxta hactenus dicta arbitror Reus esse dicendum, si quis famulo, aut cuidam alij aliquid dedit, vt dono alteri traderet, ipseque iniustè id sibi vsurpauit, aut traditionem, vel manifestationem donationis ei, cui facta fuerat, iniustè distulit, vt acceptare eam posset, contingátque eum, qui dono misit, interim è vita discedere, teneri tunc eiusmodi famulum, aut internuncium ad duplicem rei illius restitutionem, quando donatio non fuit ad pias causas. Vnam hæredibus eius, qui donabat, eo quòd mandatum non fuerit impletum, mortéque mandátis expirauerit, ac proinde res illa pertineat iam non ad donatarium, sed ad hæredes donantis iuxta ea, quæ hactenus dicta sunt. Alteram verò donatario, quem vsurpatione, aut determinatione illa iniustè priuauit emolumento illo, quod alioquin erat consequuturus. Est verò hic euentus satis frequens in confessionibus, & à nemine explicatus. Hucvsque P. Molina, & post illum Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 6. n. 8.* Lessius *lib. 2. c. 18. dub. 6. n. 46.* & Bonacina *tom. 2. disp. 3. de contract. lib. q. 12. punct. 4. n. 3.*

2. Non deseram tamen adnotare Layman *lib. 3. tr. 4. c. 1. n. 6. in fine*, docere ad restitutionem faciendam hæredibus donatoris nuncium non obligari, nisi post iudicis condemnationem. Imò plus addit Auctor casuum dub. conscientiæ Bononiæ discussorum iussu Eminentiss. mi Principis, & Domini mei Cardinalis Columnæ

anno

anno 1634. mense Septembri *casu fol.* 42. nempe probabiliter in tali casu nuncium eximi ab obligatione restituendi hæredibus donantis, atque adeò teneri solùm ad restitutionem faciendam donatario, cui damnum culpabiliter intulit: nimis enim durum videtur obligare aliquem ad duplicem restitutionem ob amissionem vnius rei: quòd multis probat rationibus, ex quibus, vt dixi, infert probabiliter rem illam destinatam non ad hæredes donantis, sed ad donatarium pertinere. Scias tamen sententiam Molinæ & aliorum nouissimè docere etiam Ægidium Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 2. c. 17. dub. 4. num. 6. & 7.* vbi asserit, quòd si culpa nuncij aliqua donatio non fuerit ante mortem donantis facta, teneri nuncium ad duplicem restitutionem: nam hæredibus defuncti tenetur ratione rei, quæ est illorum: donatario verò ratione damni, quod eius culpa contraxit: posito enim tali mandato tenebatur nuncius lege iustitiæ adhibere diligentiam, & mandatum ex mente mandantis in commodum donatarij implere. Vnde ego huic sententiæ libenter adhæreo: non damnarem tamen tanquam improbabilem opinionem contrariam, quam, vt suprà dixi tuetur decisio illa Bononiensis, si Nuncius vellet tantùm donatario restitutionem facere. Pro quo etiam facit Emmanuel Sà *verb. donatio num. 21.* vbi sic ait. Mandatum donandi expirare morte mandantis, ait Couarruuias, ego nonnihil dubito: est enim res fauorabilis & gratia quædam: ita ille. Et magis clarè *verb. mandatum, num. 2.* cuius quidem sententiam probabilem putat Lessius *vbi suprà, l. 2. cap. 18. dub. 6 num 46.* Et ideò infert & docet iuxta illam nuncium, in casu de quo loquimur, non teneri hæredibus, sed soli donatario restitutionem facere: vnde si Nuncius mihi confiteretur, & nollet stante supradicta opinione nisi donatario restituere, ego illi absolutionem non denegarem.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 7. Res. 12.

RESOL. XVIII.

An qui amisit alterius gemmam mille nummorum putans esse tantum centum nummorum, teneatur restituere mille aut centum?

Et an omittens, data opera, diligentiam adhibere, quam alias non teneretur, vt damnum proximi inferatur, teneatur ad restitutionem?

Et an si quis cæret eo fine, vt sequatur pollutio nocturna, peccet contra temperantiam, quamuis non peccet contra illam cauando &c?

Et sequitur occisorem, ob cuius delictum alius cui imponitur per errorem, punitur, non teneri ad restitutionem.

Et quid, si in eum finem, vt alter puniretur, commisit homicidium, vt v. g. si interfecit illum cum alterius gladio; & data opera, relinqueret gladium, vt agnosceretur esse alterius, & propterea alter conuinceretur, delicti, an tunc teneatur resarcire damnum, &c? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 34.

§. 1. TEneri ad restituendum mille affirmat Eminentissimus Cardinalis Lugo; sed aduersus illum insurgit Ioannes Pontius *in cursu Theologico disp. 52. q. 2. conclus. 2. num. 6.* Vbi sic ait, Obicies: Proiiciens in mare gemmam proximi valentem mille nummis; quam tamen ipse putaret valere tantùm centum nummis, tenetur restituere mille nummos: ergo quamuis putaret ipsam valere duobus assibus, si valeret centum nummis teneretur restituere centum: sed non peccaret tamen, nisi venialiter: ergo damnificans, cum culpa tantùm veniali tenetur sub mortali ad restitutionem. Cardinalis de Lugo negat consequentiam, & dat disparitatem, quia in casu antecedentis intulit cum culpa mortali damnum graue, & eo ipso obligatur ad resarciendum totum damnum inde secutum, etiamsi ignoretur: sic enim ei, qui est in mora restituendi, imputantur casus fortuiti sequentes, ver. gratia: si non restituens librum alienum cùm deberes, & postea comburatur, teneris ad valorem Domino restituendum: sed in casu consequentis non infertur iniuria grauis; & consequenter non est obligatio restituendi, consequentia damna non præuisa.

2. Hæc tamen doctrina difficilis est: nam in probatione primæ partis petitur principium: nec probatur sufficienter per illud exemplum de obligatione eius, qui est in mora restituendi librum ad satisfaciendum, si postea comburatur: Nam, vel est in mora culpabili mortaliter, vel non est: si non est, non obligabitur in conscientia ad resarciendum damnum magis, quàm proiiciens gemmam, quam putat valere duobus assibus tantùm, cùm tamen valeat centum nummis. Si est in tali mora tenebitur: quia cum culpa mortali fuit in causa cur alius non haberet suum librum; & propterea tenetur restituere. Sed qui perdit gemmam mille nummorum, putans tantùm esse centum nummorum, non est in causa culpabili cur alius perdit gemmam mille nummorum, sed tantùm centum: ergo non tenetur restituere nisi centum quantum ad obligationem conscientiæ, seclusis legibus particularibus, quibus posset ordinari, vt restitueret mille, quæ propterea deberet soluere eum à Iudice condemnaretur. Itaque potius negandum est antecedens obiectionis. Ita ille.

3. Sed si aliquis hîc inidenter quærat, An omittens data opera diligentiam adhibere, quam alias non teneretur, vt damnum proximi inferatur, teneatur ad restitutionem? Negatiuè respõdet Pontius vbi supra ex Nauarro, & Turriano contra Cardinalem Lugo: Nec obstat cum ipso Lugo asserere, quòd si quis cænet, eo fine, vt sequatur pollutio nocturna, peccabit contra temperantiam; quamuis non peccaret contra illam cœnando, cum posset alias licitè ad bonos fines, quamuis præuideret pollutionem secuturam: ergo quamuis ex iustitia non teneatur quis adhibere maiorem diligentiam, quam adhibet ad cauendum damnum proximi, obligabitur tamen vt non eo fine faciat aliquid, vt sequatur damnum illud.

Sup. hoc infra in res. 34. & si placet lege doctrinam alterius Ref. eius not. 1.

4. Respondeo, quamuis totum concedatur, nihil haberi ad propositum; quia quamuis iniustè faceret & contra iustitiam, qui vellet interficere proximum, aut furari ab ipso, tamen nisi interficeret, aut furaretur, non teneretur ad restitutionem: ergo quamuis aliquis obligetur ex iustitia, vt non eo fine faciat aliquid vt sequatur damnum proximi, non sequitur quòd teneatur ad restitutionem. Et si dicas, quod non ex illo animo præcisè teneatur, sed ex eo, quod sequatur ex tali animo malum proximo.

5. Contra; quia quamuis sequatur; quia tamen non sequitur, nisi mediante causa, quæ secundùm, se licitè applicari posset, negatur obligationem restitutionis inde concludi.

6. Hinc sequitur consequenter, occisorem ob cuius delictum alius, cui imponitur per errorem, punitur, non teneri ad restitutionem, etiamsi intenderit, vt alter propterea puniretur: quia etiamsi intendere iniustam castigationem proximi sit peccatum graue; quia tamen castigatio ipsius non processit ex illa intentione, nisi mediante illo delicto, ex quo aliàs non sequeretur illa obligatio, non tenebitur ad restitutionem. Sed si modus quo committeret delictum esset talis, vt per se esset causa vt alius puniretur; & eo fine illum adhiberet, vt verbi gratia, si interficeret illum alterius gladio, & data opera relinqueret gladium, vt cognosceretur esse alterius, & propterea alter conuinceretur delicti, tum teneretur ex iustitia resarcire damnum alterius.

Sup. hoc supra in tr. 5. lege doctrinam Ref. 69. per totam.

RESOL. XIX.

An si quis minatur malum absque animo inferendi, & si posset iuste inferre, valeat retinere quod sic extorquet?
Vt v.g. quis potest petere pecuniam credito in ludo perditam; quæritur an sit vir Nobilis ob verecundiam accusaturus non erat, aut alio motiuo accusare nolebat, possit accusationem & repetitionem minari, & retinere illa, quæ sic minando ab alio extorquet?
Idem est de illo, qui potest homicidam aliquem accusare, apud iudicem, &c. Ex p.4.tr.4.& Misc.Res.34.

Sup. hoc pro repetitione præmiæ in ludo perditæ in tom 6.tr. 4. Res.10. §. vlt.& in res. 31. §.1.2. & vlt.

§.1. VT, v.g. potest quis homicidam aliquem accusare apud iudicem; potest quis repetere pecuniam credito in ludo perditam; quæritur an si vir nobilis ob verecundiam accusaturus non erat, aut ex alio motiuo accusare nolebat, vel pecunias perditas nolebat in iudicio repetere, possit adhuc accusationem, & repetitionem minari, & retinere illa quæ ab aliquo sic minando extorquet: Casus potest faciliter accidere, & non est ita facilis, vt aliquis forsitan putaret, nam negatiuam sententiam docet Ludouicus Molina *de iust. tom. 2. tract. 2. disput.* 514. *num.* 4. quia fallacia ac simulatione, & iniustè ab illo extraxit, & dolus in hoc casu dedit causam contractui. ergo, &c. hæc opinio est probabilis.

2. Sed ego contrariam sententiam tanquam probabiliorem amplector, quam tuetur Lessius *de iust. lib. 2. cap. 17 dub 6. num. 42.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 4. disp. 9. num. 9.* quibus ego addo Castrum Palaum *in opere morali tom. 1. tract. 2. disp. 1. pun 10. num. 5.* & ratio est, quia etsi non habeat animum, habet tamen ius accusandi, eóque iure vti potest, quòd quidem ius est pretio æstimabile, siue habeat animum eo vtendi, siue non. ergo, nec obstat quòd simulatio, fallacia & dolus dedit causam contractui, quia non fuit dolus malus, seu iniustus, sed iustus, nam iustè poterat minari accusationem, & repetitionem pecuniarum in iudicio, siue haberet animum, siue non, neque illud quod datur, datur vt deponat animum, sed vt re ipsa non accuset, neque pecuniam repetat, & iuri accusandi, aut repetendi cedat, quorum vtrumque ille præstat: ergo, &c.

RESOL. XX.

Nocens alicui in re graui, ad quam solum erat in potentia, ad quid teneatur restituere, v.g. damnum cum culpa datum est in seminibus, & plantis, &c. in proxima dispositione, an sit restituendum, ac si essent matura, deductis expensis, & secus si longe distabant adhuc? Ex p. 3.tr.6.& Misc.2.Res.6.

Sup. hoc in tom. 6. tr 4. ex doctrina Res.17.§. Et hoc, cursim in fine, & in Res. 54. §. Nota tamen ad medium, etiã breuiter in verb. quæ es. como el que destruye los sembrados.

§.1. SI damnum, v. g. ait Sayrus *in claui Regia lib. 10. tract. 4. capit. 1. numer. 6.* cum culpa datum est in seminibus, & plantis si sint in proxima dispositione, restituendum, ac si essent matura, deductis expensis; secus si adhuc longè distabant. Ita Sayrus. Alij etiam, vt Sotus *de iustit. lib. 4. quæst. 6. artic. 3.* Aragon, Bannez, & Salonius *in 2. 2. quæst. 62. art. 4.* in responsione huius casus aliquas distinctiones adhibent, quas apud ipsos videre potes. Mihi verò sententia Lessij *lib. 2. c. 11. dub. 19.* probabilissima videtur, qui absolutè negans prædictas distinctiones, docet huiusmodi inferentem damnum, siue ex malitia, siue ex negligentia, teneri tantùm ad æstimationem temporis præsentis.

RESOL. XXI.

An quis possit per partes restituere, si potest statim totum restituere, sed non vult?
Et quid in dicto casu Confessarius facere debet, circa talis pœnitentis absolutionem? Ex p.3.tract.6. & Misc.2. Res.5.

§.1. SEcundum mentem Nauarri *c.17. num. 65.* Angeli *ver. restitutio vlt.* §.5. Antonini *part.2. tit. 2. cap.8.*& Petri à Nauarra *lib.4. cap.4. dub.15.* qui potest statim totum restituere, sed non vult, nisi per partes ob aliquod emolumentum inde sibi proueniens, potest absolui, si creditor nolit concedere dilationem parum sibi nociuam, & Confessor probabiliter credat, quòd negata absolutione, & dilatione, nunquam, vel non ita vtiliter restituet.

2. At alij docent huiusmodi non esse absoluendum, nec Confessarium posse dilationem concedere. Ita Aragon. & Salonius *in 2.2.q.62. art.* 8. Medina *de rest. q.5. dub.3.* Corduba *in sum. q.68. punct.2.* Sotus *de iustitia lib.4 quæst.* 8. *art.4.* Sayrus *in clavi Reg. lib. 10. tract. 5. cap.5. dub.5* Molina *de iust. tr.2. disp.* 756 & alij. Et ratio est, quia eo ipso quòd restituere non vult nisi per partes, cùm teneatur, & possit totum restituere, vere consentit in detentionem iniquam illius residui, ratione cuius manet in peccato, & consequenter est incapax absolutionis. Ergo, &c.

RESOL. XXII.

Petrus deambulando per ciuitatem inuenit crumenam cum magna pecuniarum quantitate, facta debita diligentia, non inuenit Dominum, ideo per multos annos illas sibi retinuit, nunc Confessarius denegat illi absolutionem, si pauperibus dictas pecunias non restituit; quid faciendum? Ex p.2.tr.17.& Misc.3.Res.5.

Sup. Res. §.1. REspondeo, magnam esse quæstionem inter DD. cui facienda sit inuentorum restitutio, habentium dominum, sed incertum, & an inuentor possit ea sibi retinere? Salon. *in 2.2. quæst. 62. art. 5. contr. 5.* Res. Valent. *tom. 3. disput. 5. qu. 6. punct. 4.* Nauarr. *de restitut. lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 19.* Sayrus *in Clavi Regia, lib. 10 tract. 5 cap. 2. in princ.* Rebellius *part. 1. lib. 2. qu. 32. sect. 1.* Reginald. *tom. 1. lib. 10. c 14. num. 194.* Azor. *part. 3. lib. 4. cap. 27.* Malderus *in 2.2. tract. 4. c. 4. dub. 3.* Nauar. *cap. 17. n. 17.* Sylvest. *ver. inuentum. n. 2.* Couar. *ad reg. peccatum, 3. p. §. 1 num. 1.* Molina *tom. 3. disp. 74.* Fernandez *in suo exam. theol. p. 1. c. 15. §. 4 n. 9* & alij. Alij asserunt restituenda esse pauperibus, modò priùs adhibita fuerit sufficiens diligentia in inquirendo domino, nec posse inuentorem sibi retinere. Probatur, nam hæc videtur rationabilis voluntas dominorum. Secundò, quia sic faciendam esse hanc restitutionem communis consuetudinem receptum est.

2. Sed contrariam sententiam amplexi sunt Sarmiento *lib. 6. select. cap. 10* Pet. de Aragon. *in 2. 2. quæst. 62. artic. 5. fol. mihi 168. col. 2.* Sotus *lib. 5. de iustit. qu. 3. artic. 3.* Pet à Nauarr. *lib. 4. cap. 2. numer. 75.* & probabilem vocat Megala *in 2.2. lib. 2. cap. 4. num. 13* & Lessius *lib. 2. cap. 4. dub. 7. n. 48. in fine.* Probatur ratione, nam, vt ait Sarmiento, in iure eadem reputantur, ignorari dominum rei, & rem nullum habere dominum. Sed quando res nullum habent dominum, efficiuntur primi occupantis, Ergo, &c.

3. His ita suppositis, poterat Petrus sibi retinere illas pecunias, sequendo hanc posteriorem opinionem, ideo confessarius non debebat illi denegare absolutionem,

nem, est enim hæc sententia in fauorem Petri probabilis, & tuta in praxi: salua, &c.

RESOL. XXIII.

An debita incerta per iniustitiam sint restituenda necessario pauperibus, vel piis operibus?

Et notatur probabile esse bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, posse post diligentem inquisitionem ab ipso debitore retineri. Ex p. 11. tract. 1. & Misc. 1. Res. 12.

Pro hac prima difficult. huius tituli infra in Res. 27. cursim in fine, & quo ad hoc in 10. 4. n. 3 ex rel. tru. lege doctrinam §. Sed. & seqq. in Res. quæ hic est antecedens, & lege doctrinã aliorum §§. tius annot.

§. 1. IN hac difficultate sic philosophatur Caramuel *fundamento* 59 §. 4. *n.* 1259. Proponit Diana hanc quæstionem, videlicet: An qui deambulando Ciuitatem inueniat crumenam fartam magna pecuniarum quantitate, & facta debita diligentia non reperit Dominum; teneatur illas restituere pauperibus, An possit sibi retinere? Ponit Authores pro vtraque sententia, & concludit: his positis poterat Petrus sibi retinere illas pecunias, sequendo hanc posteriorem opinionem, &c. quæ est probabilis, & tuta in praxi. Et ego si hæc probabilia sunt, peto mihi à Diana responderi rigore consequentiæ seruato; Ioannes noctu grassatur per plateas, spoliauit nonnullos, quos non cognouit nec cognoscit, nunc pœnitentia ductus ad pedes mei Dianæ peruoluitur, & inquirit, an teneatur ad restitutionem? fortè subdubitare posset, an teneretur examinare quinam fuerint damnum perpessi; quia cùm hoc ipsum examen esset obnoxium probabili vel certo periculo, fortassis non deberet instituì. Sed non mouet hoc dubium, ne implicet quæstiones quæstionibus; sed asserit se debitam diligentiam adhibuisse, nec posse scire quibus debeat facere restitutionem. Si illum pauperibus facturum restitutionem Diana dicat, Ioannes reponet Dianam in consequentia laborare, & sic discurret: In iure teste Diana, & Sarmiento, eadem reputantur ignorari Dominum rei, & rem nullam habere Dominum, & efficitur res primò occupatis: Ergo nõ solùm ille qui inuenit, sed qui rapuit si ignoret Dominum, non tenebitur ad restitutionem. Ergo si teneatur raptor, tenebitur etiam inuentor, quod vult Salonius Nauarrus, Sayrus, Rebellius, Reginaldus, Azorius, Malderus, Sylueſter, Couarruuias, Molina, Fernandez, aliique, aut nulla consequentia sernatur. Si Diana esse disparem rationem dicat, reiicere debebit ratiocinium Sarmienti, & aliud substituere quod libenter videbo.

2. Dico interim, vtrique (inuentori, & raptori) esse certum rem illam habere aliquem Dominum, eundemque inuitum (sua enim recuperare desiderat tam qui spoliatus fuit, quàm qui perdidit) vtrumque ignorari, vtrumque velle sibi restitui, meliori nempè modo qui sit possibilis, nimirum realiter, & materialiter si hoc possit fieri, aut aliàs spiritualiter. Hæc omnia certa sunt anne? Cùm vtrobique omnia pari passu succurrant de inuentore, & raptore, eodem modo erit philosophandum qui neges paritatem enerua. Hucusque Caramuel.

Quamuis non plene sup. hoc, & doctrina huius & seqq. §§ lege tamẽ & non pigebit in nom. 4. tra. ex Res 72. §. Sed resolutio.

3. Sed vt vidisti, amice Lector, doctus Caramuel philosophatur eodem modo de inuentore bonorum incertorum, ac de raptore, quod omninò negandum est: Nam bona penes inuentorem non sunt bona, quæ ad illum peruenerunt per iniustitiam, vt sunt bona penes raptorem. Ergo male de illo ad istum argumentatur, vt facit Caramuel.

4. Dico igitur, quod bona aliena, aut debita per vsuram vel aliud delictum contracta, vel comparata, quæ diligenti inquisitione adhibita remanent incerta, sunt elargienda pauperibus. Est hæc communis doctrina.

5. Probatur ex *c. cum tr. 5. de vsuris*, vbi Alexander III. mandat, vt ea quæ vsuris iniquè acquisita sunt, si non supersunt illi quibus debentur, aut eorum hæredes, dentur pauperibus, vtque vsurarij, eorumque hæredes ad hoc pœnis Ecclesiasticis cogantur, quod DD. satis concorditer extendunt etiam ad incerta bona, vel debita ex aliis delictis comparata, aut contracta, & manifestè potest id colligi ex *cap. cùm sit, de iudiciis*, vbi imprimis Pontifex vetat, ne Iudæi præficiantur Christianis; deinde mandat, si quispiam Iudæus fuerit præfectus, quatenus omne illud, quod à Christianis ratione officij accepit, distribuatur pauperibus. Estque eadem in omnibus ratio; ne scilicet hominibus iniquis integrum relinquatur ex sua iniquitate ditescere, vel sine onere âliis damna pro libidine inferre, sub spe vel apprehensione, quòd postmodum ignorabitur cuius sint bona, vel quibus nocuerint: quodque tunc nulli ad soluendum, vel restituendum erunt obligati.

6. Suffragatur quoque piorum vsus, & communis sensus, quo apprehendunt sic debere fieri.

Vnde non deseram hic apponere verba Castri Palai *tom. 7. disp. 1. punct. 18. §. 8. num. 3.* vbi sic ait: Incerta debita sunt, quorum Dominus ignoratur, vel ita abest, vt ferè impossibile sit ad eum transmitti. Hæc si ex contractu honesto seu absque culpa possideas, satis probabile est nullam tibi restitutionis obligationem esse. Quia hæc obligatio non ex iure naturali, & diuino prouenit, ex quibus solùm obligaris cùm certæ personæ, vel communitati solutio facienda est; Ex iure autem, positiuo nullibi statuta est horum restituendorum obligatio.

Sup. hoc ex doctrina seq signantẽ in §. Sed obiicies, ad medium; vers. quia v. g. Sed lege eam à principio, & hic infra §. vlr. huius Res.

7. Si verò debita incerta per iniustitiam habueris, certa est omnium sententia te obligatum esse pauperibus, vel aliis piis operibus restituere ex *cap. cum tu, de vsuris, & cap. cùm sit de Iudæis*, ne contingat alienis pecuniis homines ditescere. Sed an hæc obligatio comprehendat omnia, quæ sunt iniquè acquisita, & independenter à sententia iudicis condemnatoria, non caret difficultate; Nam Textus prædicti solùm in acquisitis per vsuram, & simoniam loquuntur, & cum sit dispositio pœnalis, non videtur extendenda. Ex alia parte ex natura rei, & secluſa lege positiua, hæc incerta prima occupanti conceduntur, vtpote quæ à Domino possideri non possunt. Ergo eorum restitutio iure positiuo inducta sententia Iudicis exigit Domino acquisito priuantem.

8. Nihilominus pro certo tenendum est non solùm in acquisitis per vsuram, & simoniam, sed per quamlibet aliam iniustitiam habere locum prædictam decisionem ex consuetudine recepta, & communi Doctorum sententia prædictorum Textuum decisionem extendente ad quælibet iniustè acquisita, iuxta *cap. nemo qui rapit 14. q. 5.* & licèt verum sit ex natura rei seu spectata iustitia legibus secluſis quæcumque debita incerta ex vsura, simoniâ, alioque delicto habita non sint in pauperes, aliosve pios vsus eroganda, quia iustitia tantùm obligat debitum reddi ei, cuius est. Quo non comparente, impossibilis est talis redditio, & obligatio. Neque pauperes, aliave opera pia sunt partes, neque hæredes necessarij creditoris, aliàs non posset Pontifex remittere partem horum debitorum, vti per Bullam compositionis facit, cùm in præiudicium tertij vergeret, attamen iure positiuo in pœnam criminis commissi impedita est dominij acquisitio; Quod colligitur ex eo, quòd in defectum veri Domini pauperes aliave pia opera designentur, inter quos distributio facienda sit.

9. Hæc omnia Palaus *vbi suprà*, & alij communiter. Vide inter illos Hurtadum *de iustit. disput. 1. difficul. 37.* & ne deseras recognoscere Dicastillum *etiam de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 10. & 11.* & post hæc scripta visum Patrem Tamburinum *vbi infra n. 20.* cum Vrbano.

10. Nota hic obiter pro curiosis, probabile esse, bo-

Sup. hoc in Resol. seq.

na incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, posse post diligentem inquisitionem ab ipso debitore retineri,& ita docet nouissimè Tamburin. *in Decalog. tom.2. lib.8.tract.4.cap.1. §.3. n.23.* & Vrbanus ab Ascensione *in Theol.Mor.tract.3.cap.5.* Ratio est,quia sicut ante primam diuisionem iure gentium factam, res fiebat primò occupantis; Ita etiam modò, quæ communia censentur negatiuè, idest nulli propria, quamdiu non applicata sunt per Reipublicam, fiunt primò occupantis; sed debita ex contractu incerta, nulli sunt appropriata per Rempublicam, & sunt communia negatiuè; Ergo fiunt primò occupantis. Minor probatur, quia lex, quæ iubeat dari pauperibus, solùm inuenitur de iis, quæ ex delicto debentur, nempe de vsuris. De consuetudine verò, quæ circa hæc habeat vim legis, non satis constat,ergo,&c. Dixi autem communia negatiuè ad distinctionem bonorum propriorum Ciuitatum, aut Ecclesiarum, quæ sunt communia positiuè, atque adeò ipsis propria, quorum nullus potest Dominum adquirere, nisi à Ciuitate, vel Ecclesia donentur. Contrarium tamen in praxi tanquam magis pium, & communi sententiæ Doctorum magis conforme existimo ordinatiè seruandum. Et ita rectè obseruat Dicastill. *vbi supra dub.10.n.381.*

RESOL. XXIV.

Quis accipit scuta 60. pro 50. à Mercatore, quem non cognoscit,vel qui ob distantiam conueniri nequit;quæritur, an teneatur dare pauperibus. Vel possit sibi ipsi applicare?

Et notatur debitorem incertorum bonorum posse ex eis capellaniam,aut hospitale,vel Monasterium instituere.

Et docetur inuentorem bonorum incertorum posse ea sibi retinere,nec distribuere pauperibus.

Et aduertitur supra dicta non procedere,cum bona omnino incerta sunt, nam si absolute sint certa, & incerta secundum quid, ignoratur tamen, quibus determinare pertineant, inter illos necessarium est diuidenda. Ex p.11.tr.6.& Misc.6.Res.48.

Sup. hoc in res præterita §. Nota hic, & § Vnde à lin 5. vers. Hæc si,

§.1. AFfirmatiuè respondet D.Thomas *in 2.2. q.62. art.1.ad 3.*Rebellius *lib.2.q.12.num.3.* Molin. *disp.56.*Vasquez *opusc.de Re.c.3.§.4.dub.1.*& communiter Doctores, quia creditor saltem interpretatiuè vult,quod sibi debita,ipsi spiritualiter prosint,ac proinde quod pro ipso pauperibus soluantur. Alij verò id probant, quia id habet praxis, & consuetudo piorum, quæ videtur habere vim legis physicæ.

2. Sed contrariam sententiam ego probabilem esse existimo,quam tuetur Petrus Nauarra *de rest. lib.4.c.2. num.46.* vbi sic ait:Dixi si mala fide: Quoniam reuera si debita ex licito contractu essent, crederem sibi retinere posse,nec teneri ad restitutionem pauperibus, vel alteri pio operi.Moueor ea ratione,quoniam vt dictum est, hæc obligatio dandi pauperibus non est obligatio iustitiæ iure naturali, vt dictum est, sed ob dispositionem Principis, qui est talium bonorum incertorum distributor, attamen solùm iure statutum videmus de debitis ex maleficio contractis, & furto, & rapina, & vsura,vt habetur *in d.c. Cum tu,& de extortis prætextu offic.vt in c.cum sit,de indic.*vt pauperibus erogentur,& meritò ne furtis,aut sceleribus ille ditescat,de aliis verò debitoribus nihil est cautum, igitur de rigore iustitiæ, aut iuris nulli tenetur talia debita restituere. Hæc dixi tamen sub aliorum censura, ad quod non obscurè facit,quod vt infra dicemus, inuenta non tenetur quis restituere,nisi vbi lex aliqua id specialiter decernat,vel iudex per sententiam distribuat, cuius eadem est ratio: quia cùm ipse ea retinendo non peccauerit,si aliqua positiua dispositio non impediat, sua esse sunt censenda, sicut primi occupantis,talia ergo censeri debent debita iusto contractu. Est enim, ac si ea inueniret casu quo bona incerta comparet,perinde est,ac si dominium non haberent,vt dicebam,& habetur *Iust. de rerum diuis.* Res cuius non est dominus,occupanti conceditur,& ita transire potest in ius possidentis.Vnde miror Sot.qui vt diximus *dub.8.* putat inuenta non esse restituenda pauperibus,quod vniuersaliter docuerit debita ex licito contractu deposito, mutuo, &c. esse danda pauperibus. Re enim vera idem est ac si inuenirentur.Immo maiori profectò iure ista honesta,ac licita debita ad debitorem pertinere debent omnia,deficiente creditore atque ignoto,cùm habeat licitam, & indubitatam ante possessionem quam certè de inuentis habere non potuit.

3. Sed obiicies: Fatetur equidem nihil esse humano iure circa hæc debita positum,attamen ius naturale dictat in vsus communes Reipublicæ cedere,& ita consulendus esset Princeps,vt illa distribuat.Sed respondetur, quod sicut diuisio prima iure gentium non fuit facta,ex necessitate,& auctoritate iudicis,sed primi occupantis fiebant:Sic enim hæc bona expectato domino, non ille comparet, iteratò redeunt ad communem rationem quam habebant ante introductam per ius gentium diuisionem.Et ita dum Princeps non disponit oppositum,sicut de inuentis dicebam,sibi retinere potest. Hucvsque Nauarra;cuius sententiam sequitur Huttad. *de iust.disputat.1.difficult.37.*& Laymam *lib.3.tract.1. cap.9. num.1.* & hanc opinionem probabilem esse putant etiam aduersarij; vt Lessius *de iust. lib.2.c.14.dub. 6.num.36.*& Castrus Palaus *tom.3.tract.32.punct.18.§. 8.num.1.* Itaque probabiliter, vt dixi,dicendum est debita incerta,id est quorum creditor ignoratur,vel conueniri non potest, quia v.g. nimis distat, si proueniant ex contractu iusto possessor sibi retinere potest, neque tenetur pauperibus erogare. Exemplum est, si à Mercatore per errorem duas panni vlnas pro vna accepisti, sed ei restituere non potes,quia nescis, quò discesserit, sine iniuria retines:neque pauperibus ex præcepti necessitate restituere cogeris. Ratio est:Quia incertorum bonorum restitutio facienda non est iure naturali, aut diuino sed tantùm iure positiuo *capit.cum tu,de vsuris*, sicuti fatentur Sotus *lib.4. quæst.7.a.1.* Couar. *reg.peccatum part.2.init.num.6.*Medina *quæst.3.de restitut.caus. 11.*Lessius *l.cit.* Atqui lex illa Canonica solùm præcipit; vt quæ iniustè acquisita sunt puta per vsuram,&c. si domino non possint,in pauperes, vel alias pias causas erogentur: quia ius Ecclesiasticum iniustum possessorem eiusmodi incertorum bonorum incapacem reddit in pœnam criminis. De bonis autem incertis à bonæ fidei possessore in pauperes erogandis Canonico iure nulla mentio habetur. Quare regula hic locum habet, quam à multis DD. approbatam testatur Petrus Nauarra *cit.cap.2. num.145.* Quotiescumque certæ personæ,communitati restitutio non est facienda, nulli omnæ,communitati restitutio non est facienda, nulli omnino ex præcepto debetur, nisi iusta lex positiua imperet.

4. Notandum est hîc obiter, debitorem debitorum incertorum posse ex eis Capellaniam,aut hospitale,aut Monasterium instituere, vt aduertit Henriquez *l.7. cap.33.num.5.* quia sunt opera pia, & posse sibi,& suis successoribus iuspatronatus applicare;quia ex vna parte eo non minuit opus pium,& ex altera eo nulli facit iniuriam cùm ipse sit eorum bonorum distributor. Ita docet Hurtadus *loco citato* qui etiam *difficul.36.* probabiliter contra aliquem docet, inuentorem bonorum incertorum posse ea sibi retinere, nec distribuere pauperibus, quia illa bona nullo iure sunt ex obligatione conferenda pauperibus: Non iure positiuo, quia si aliquo,maximè Ecclesiastico *c cum tu,de vsuris*, eo autem non,quia *in eo c.*tantùm est sermo,de bonis incertis acquisitis per vsuram,& non de aliis aliter iniustè acqui-

Sup. hoc in Resol. seq.

Sup. hoc in Resol. seq.

Sup. hoc in Resol. seq.

sitis, & multo minus de inuentis, de quibus procedit difficultas. Imò *in eo cap.* non præcipitur ipsis vsurariis, quod restituant sic acquisita, sed tantum decernitur, quod cogantur ad id à iudicibus: nec iure naturali ea bona incerta inuenta, sunt ex obligatione conferenda pauperibus, quia domini non habent eam voluntatem, sed potius quod seruentur, vt si ipsi fortè compareant ipsis restituantur: Et quamuis eam voluntatem haberent, non sufficeret, vt ob id essent pauperibus ex necessitate eroganda, quia eo ipso quod dominus non comparet nec est spes prudens, quod comparebit, ea bona moraliter censentur carere domino, sicut censetur carere thesaurus ab antiquo absconditus: ac proinde ea dicta bona fiunt primò inuenientis illa, ea tamen conditione, quod si dominus compareat, ipsi restituantur si extent; si non extent, ei restituatur id, in quo quis factus est locupletior ob eorum consumptionem, si vere ob id factus est locupletior.

5. Sed si aliquis vellet stare in opinione contraria in tali restitutione incertorum, licet æquum sit pauperes indigentiores, & honestiores præferre, iuxta *c. non satis 86. dist.* non tamen ex obligatione, sed in quoscunque pauperes huius, vel illius ciuitatis, aliaque pia opera distributionem facere potes, quia nullibi contrarium est cautum. Vt aduertit Nauarrus *cap. 17. n. 39.* & Petrus Nauarra *lib. 4. cap. 2. numer. 41.* Quinimo si tu verè pauper sis, poteris ea tibi applicare, quia non es censendus deterioris conditionis, neque ad hanc applicationem indiges consensu Episcopi, aut Confessarij tametsi consultum esset. Vti tradunt præcitati Doctores.

6. Nota verò, supradicta non procedere, cùm bona omnino incerta sunt. Nam si absolutè sint certa, & incerta secundùm quid, vti contingit, cùm ad aliquem, vel aliquos huius communitatis debitum pertinet: ignorat autem quibus determinatè pertineant, inter illos est necessariò diuidendum, vt tradit Caietan. 2. 2. *quæst. 62. articl. 5. ad 3.* Molin. *disput. 745.* Lessius *lib. 2. c. 14. n. 32. l. 4. c. 9. n. 2.* Neque obest his, qui damnificati sunt non integre fieri restitutionem cùm inter ipsos, & alios non damnificatos distributio fiat. Satis namque est quod ex maiori parte in damnificatorum commodum cedat. Præterquam quod eo dubio posito omnes æquale ius habere videntur, ac proinde inter ipsos diuidi debet, sed de hoc ego alibi.

Alibi in res. quæ hic est supra tr. 2. Res. 10.

RESOL. XXV.

An pauperes, qui res aliquas inuentas pro eleemosyna habuerunt, si verus Dominus compareat, teneantur illas restituere?

Et an sit satis probabile bona incerta non esse pauperibus restituenda, sed posse illa inuentores retinere; nec siue inanimata, siue animata sint, non teneantur Cruciata, aut sacris Religionibus Trinitatis, vel B. Mariæ de Mercede restituere, quamuis excommunicationis pœnam ferat Cruciata, &c. contra detentores huiusmodi bonorum?

Et notatur, quod inuentor, qui bona sibi, quæ reperit applicauit, Domino comparente, tenetur reddere.

Et concluditur cum Regula generali, quod quando bona incerta sunt iniustè acquisita, si post debitam diligentiam Dominus non comparet, debentur piis operibus; quando autem sunt iustè occupata, vt sunt inuenta, post eam diligentiam potest quis sibi reseruare, cum intentione reddendi ea Domino, si compareat intra legitimum tempus, &c. Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. Res. 12.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 6. §. 1.

NEgatiuam sententiam sustinet Sotus *lib. 5. quæst. 3. artic. 3. ad 2.* Ledesma *2. part. 4. quæst.*

1. *articl. 5.* Petrus de Nauarra *lib. 4. de restitut. c. 2. n. 45.* etiamsi in propria specie res existat, vel ob eius consumptionem ditiores facti fuerint, quia non mutuo, sed in eleemosynam acceperunt, sicuti si ipse dominus rem illis concessisset. Res 17. 8. Sed ego prope finem vers. similiter nec pauperes.

2. Verùm magis probabiliter dicendum est, in tali casu obligationem restituendi adesse; & ita docet Molina *de iustit. tract. 2. disput. 746. in fine*; Layman *lib. 3. sect. 5. tract. 1. cap. 5. in fin.* Cast. Palaus *tom. 7. tract. 32. disp. vn. punct. 19. num. 8.* quibus adde Andr. Mendo *in Bull. Cruc. disput. 23. cap. 3. num. 19.* Probatur, quia non est verisimile Rempublicam intendere priuare dominum absolutè dominio, & vsu propriæ rei, sed tantum pauperibus concedere dominium & vsum illius, dum dominus non comparuerit. Quod inde conuincitur, quia dominus potest in foro externo vindicare rem suam vbicumque sit; signum ergo est illius dominium non amisisse. Idem est dicendo de proprio inuentore, si sibi tanquam pauperi rem inuentam applicauerit nimirum non esse obligatum re consumpta pretium illius domino reddere, benè tamen obligatur, si ditior factus est, vel res in propria specie existat. At hoc limitat & benè Pater Mendo nisi in casu quo tempus legitimæ vsucapionis, aut præscriptionis transactum fuerit: tunc enim Dominus desinit esse talis, nec rem valet recuperare, cum absolute fuerit translatum dominium per eam præscriptionem.

3. Notandum est tamen hic, vt ego olim docui satis probabilem esse opinionem asserentem, bona inuenta, & incerta non esse pauperibus restituenda, sed posse illa inuentores sibi retinere; licet contraria opinio sit consulenda tanquam magis pia, & tutior. Et ita tenet præter Doctores à me alibi citatos Dicastillus Iun. *lib. 2. tr. 2. disp. 9. dub. 15. n. 431.* & Andreas Mendo *disp. 33. c. 2. n. 16.* Docuit in Res. quæ hic est supra 22. & in aliis eius not.

4. Et hanc sententiam nouissimè tanquam probabilem admittit Pater Antonius Escobar *in Theol. morali tom. 1. lib. 7 sect. 1. cap. 25. num. 422.* Probatur hæc opinio; quia nec iure naturali, nec positiuo hæc inuenta pauperibus, aliisve piis operibus applicanda sunt, cedunt ergo inuentori. Et quidem quod ex iure naturali nulla huius distributionis adsit obligatio, ea ratione conuincor, quia hoc iure spectato quod omnibus gentibus commune est, potius præsumi debet velle dominum, vt inuentor rem inuentam seruet, aut consumat, cum onere, & obligatione reddendi si forte compareat, quàm vt in eleemosynas, aliaque pia opera expendat, vnde numquam recuperare poterit. Minus autem ex iure positiuo colligi hæc obligatio potest, siquidem nullus est textus, qui de his bonis inuentis disponat; *nam, cap. cum tu. de vsuris & cap. cum sit, de iudiciis* expresè loquuntur de iis quæ iniustè sunt acquisita. Ob quam iniustitiam meritò Ius Canonicum ea piis operibus addixit, & á possidente abstulit, *Textus verò si quid inueneris, & Textus Multi 14. quæst. 5.* asserentes, furem esse, & raptorem qui inuenta non reddit, subintelligendi sunt (inquit Glossa) de eo, qui voluntatem habet non reddendi domino comparenti, vt constat ex verbis sequentibus *Deus cor interrogat, non manum. &c.*

5. Nec obstat dicere quod consuetudine inter fideles videtur præscriptum, vt hæc bona in pios vsus expendantur: cui consuetudini maximè fauent varia priuilegia à Pontificibus concessa Religioni Sanctæ Mariæ de Mercede, Commissario Cruciatæ; & aliis, vt sub excommunicatione compellant detentores ea sibi exhibere in redemptionem captiuorum, subsidium belli in infideles, aliaque similia. Si enim Pontifices censerent nullam detentoribus inesse obligationem ea bona in pios vsus expendendi, nullatenus sub excommunicationis pœna id præciperent.

6. Non inquam hæc obstant, & incipiendo ab hoc

vltimo respondeo cum Andrea Mendo *loc.cit.num.19.* Pontificum priuilegia, & excommunicationes non statuere illam sententiam vt certam, vel definire; sed eam sequentes, velut probabilem, & forte ipsis certiorem, eiusmodi priuilegia indulsisse; excommunicationisque pœnam in eos decreuisse, qui suam ipsorum sequentes sententiam, praua conscientia prædicta bona retinerent; quæ tamen pœna sectantes nostram sententiam non vrgebit, nec in illam incident, quamuis bona inuenta non manifestent, nec tradant. Consuetudo demum, à qua arguitur, non est constans, quin potiùs credam, consuetudinem contrariam plus vigere; & inuentores sibi res inuentas appropriare, (vtinam id præstent post diligentiam in domino inuestigando adhibitam) cùm non desint, qui eis sententiam nostram, saltem probabilem (de quo dubitari nequit, inspecta authoritate extrinseca) indicent, quam libentius sequentur, quam oppositam.

7. Nota tamen hîc, quod inuentor qui bona sibi quæ reperit applicauit, domino comparente tenetur ea ipsi reddere, dum tamen compareat antequam transeat tempus necessarium ad præscribendum, seu vsucapiendum iuxta qualitatem rei inuentæ; de quo tempore ex professo tractant Iuristæ *in tit. de præscript. & in tit. de vsucapion.*

Sup. hac regula lege supra doctrinã Res. 23. per totam & res. eius primæ, & secundæ annot.

8. Itaque concludo, & oppono circa præsentem difficultatem in praxi sæpiùs occurrentem, regulam generalem. Quando bona incerta sunt iniustè acquisita, nec post adhibitam sedulam diligentiam dominus comparet, debentur piis operibus. Quando autem sunt iustè occupata, vt sunt inuenta, post eam diligentiam, potest quis sibi asseruare, cum intentione reddendi ea domino, si compareat intra legitimum tempus, de quo paulo infra. Ita Mendo *num.21.* qui tandem concludit nullam esse in conscientia obligationem reddendi, bona incerta inuenta, siue inanimata, siue animata, Cruciatæ, aut Sacris Religionibus Trinitatis, vel Beatæ Mariæ de Mercede. Etenim inuentor tuta conscientia potest sibi ea bona asseruare; & priuilegia, ac excommunicationes quæuis, etiam quæ nuncupantur Paulinæ, & solent à Fratribus Prædicatorum Religionum pro bonis inuentis, sibi manifestandis impetrari, contrarium non conuincunt, vt constat ex *num.19.* Idemque dicendum est de Cruciata, quamuis excommunicationis pœnam ferat contra detentores eiusmodi bonorum. Verum tamen est, in foro externo compellendum fore inuentorem à prædictis, vt inuenta tradat, si de illis constet. Vide etiam Castrum Palaum *n.7.tr.31. disp vn.punct.29.n.6.*

RESOL. XXIV.

An Reges, & Principes de bonis incertis illicite acquisitis, possint compensationem facere, vel an hæc compensatio ad summum Pontificem pertineat?

Et quid, si Pontifex id non prohibeat?

Et an Hispani, & eorum successores, qui iniusto bello contra Regis Catholici institutionem obtinuerunt bona, aut retinent oppida, an potuissent, & possunt cum Rege facere compensationem? Ex p.11. tract.8. & Misc.8. Res.19.

§.1. NEgant Sotus, Villalobos, Ludouicus à Cruz, Trullench, & Rodriquez. Affirmat Henriquez, cuius sententiam nouissimè mordicus sustinet Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp.32.cap.4.nu.34.* quia etiamsi iniustè sint illa bona acquisita, dum dominus est incertus, succedit Respublica loco veri Domini, qui sanè non ingitus esse debet in ea successione, cùm sit filius, & membrum eius Reipublicæ, & aliunde ex iure gentium non distinguitur, aut limitatur hoc dominium; præsertim cum id ius commune sit omnibus gentibus, inter quas plura sunt Regna Gentilium, & in his non datur alius, qui ea bona possit dispensare, remittere, aut componere; atque adeò Respublica in hæc munera sufficit; ergo ea potest prædicta bona componere, sicut potest remittere, aut applicare in aliqua opera ipsi Reipublicæ vtilia.

2. Nec obstat dicere cum aduersariis, Principes non solere bona incerta malè acquisita componere. Quippe hoc non probat defectum potestatis in illis, sed conuenientiam non exercendi illam publicè, ac per leges, sicut per leges eam exercent circa bona incerta iniustè acquisita, qualia sunt inuenta; tum quia in pœnam culpæ, quæ interuenit in acquisitione iniusta eorum bonorum, potest à Principibus ea compositio negari. Alias responsiones adducit etiam Andreas Mendo, qui etiam respondet ad alia argumenta aduersariorum; & ex sua sententia duo Corollaria infert.

3. Primò, casu quo milites iniustè aliquam vrbem læsissent, itaut non facilè constaret de dominis, quibus vnusquisque miles nocumentum intulerat, vel etiam omnes simul, posse Regem, aut Dominum Vrbis cum eis militibus compositionem facere supci damno illato, quantumuis incolæ Vrbis inuiti essent, dum non constaret, quisnam esset damnificatus. Imò etsi constaret, posset alio titulo Rex eam compositionem facere, nempè pro communi pace; habet enim Rex dominium altum bonorum, quæ sui subditi possident, vt eis vtatur, cùm bonum publicum cui priuatum cedere debet, exposcit. Assentiuntur huic illationi Sotus *de iust. l.4.q.7. artic.1. ad 3.* Cordub. *l.1. quæst.39. & lib.5. quæst.vltim.* P. Henriquez *lib.7. de indulgent. capit.33. num.3.*

4. Alterum corollarium infert Pater Mendo videlicet, Hispanos quosdam, eiusque successores, qui apud Indos iniusto bello contra Regis Catholici institutionem obtinuerunt bona, aut retinent oppida potuisse, & posse cum Rege facere compositionem: quia cum non possit agnosci verus dominus, nec eius hæres, Rex succedit loco veri domini, & aliunde, cùm ea bona fuerint Indorum infidelium, de bonis eorum nihil Pontifex disponit. Quamuis, quia ea bona iam ad fideles peruenerunt, indicat tutius Pater Henriquez vbi suprà, simul cum Pontifice compositionem facere, & sic monet Episcopus Chiapæ *tr. de reg. confes. India prop.3.* Ego quidem licet non inficiet hoc esse tutius; illud tamen tutum esse censeo, quia bona illa iniustè à fidelibus acquisita, non sunt fidelium, sed infidelium: bona autem infidelium non subiacent claibus Ecclesiæ; Rex verò succedit in ea bona loco veri domini, quia Rex est legitimus Indorum, *vt toto primo tomo de iure Indiarum innumeris conuincit rationibus Don Ioannes de Solorzano.* Hæc omnia docet Mendo, cuius sententiam tanquam probabilem nouissimè admittit etiam Pater Escobar *in Theol.moral.tom.1.lib.7. cap.38. Probl.118. n.817.*

5. Sed omnia superius dicta corruerent secundùm opinionem Castri Palai *tom.4.tr.15.punct.vlt.§.1.num.5.* vbi docet, latam esse legem *in cap. Tu de vsuris*, ex qua apparet, Principes non posse compositionem inire certorum facere, sed hoc ad Pontificem spectare. Vide etiam Gasparem Hurtadum *de iustitia disp.9.difficult.6.* vbi sic ait; Non solum Pontifex habet auctoritatem ad compositionem faciendam super debitis incertis, sed etiam Princeps sæcularis, dum Pontifex id non prohibeat, aut præueniat, vt de facto præuenit, applicando debita incerta, saltem aliqua pauperibus. Itaille. Sed hi Auctores nimis generaliter loquuntur, & quidem de bonis incertis non illicitè acquisitis posse Principes disponere tradit ex communi Doctorum sententia Ioannes Dicastillo *de iust. l.2.tract.2.disp.9.dub.14. num.371. & ad cap. Tu de vsuris* adductum à Palao, vi-

de

de expositionem apud Mendo *vbi supra cap.1.num.21. & 22.*

RESOL. XXVII.

An consulens furtum, homicidium. &c. & dubitans an ex suo consilio sequutum sit furtum aut mors, teneatur restituere?

Et in dicto casu, an consulens teneatur restituere totum damnum vel tantum partem pro quantitate dubij?

Et an excusetur a tota restitutione si homicida ei asserat, ad homicidium vel furtum perpetrandum non fuisse motum ex consilio?

Et quid est dicendum, quando hortatu suo magis confirmauit alterum, certo proposito determinatum, ad damnum faciendum, vel vt citius, & expeditius damnum inferatur?

Et quid, si hortatu suo causa fuerit, vt maius damnum inferatur?

Ex quibus infertur à fortiori, quod qui furi ascendenti scalam teneat, quam & si nemo teneret, tamen ascenderet, vel si alicui quis obsequium præstet in asportando res furtiuas, &c. an his casibus talis non teneatur ad restitutionem? Ex part.3.tr.5.& Misc.1.Ref.85.alias 84.

Sup.hoc sup. in tr. 5 Ref. 88. & in to. 3.tr.6.ref.23. signanter §. Tertio. & legibi in tr.5. doctrinam Ref 105.

§.1. AFfirmatiuè respondent Salas *in p.2.tom.2.tr. 8.disp.1.sect.23.n.249.* Naldus *in summa. ver. consilium,n.13.* Mascardus *de probat.to.1. concl.419.n.* 9. Couar. *in Clem.si furiosus,part.2.§.2. n.1.* Sanch. *de matrim.tom.1.lib.2.disp.21. n.17.* & Sancius *in select. disp 42.n.14.* vbi sic asserit. Ille qui consulit furtum, aut homicidium, vel aliter adiuuit, tenetur ad restitutionem damni, licet dubitet, num ex suo consilio fuerit sequutum homicidium, vel furtum? Nam cùm constet de iniusta actione consulentis, quæ apta est ad effectum producendum, & ex natura sua illum assequitur, dum de effectu subsequuto constat, possessio est pro actione illa iniusta, quòd effectum assequuta fuerit. Ita Sancius, & multi alij, probabiliter quidem.

2. Sed probabilem contrariam sententiam etiam esse puto, quam tuentur Sylvester *ver. si restit.3.q.6. dict.2.* Medina *C.de rest. qu. 7. ante ver. si autem consilium.* Filliucius *tom 2. tract.21. c.4. n.* 167. Rebellius *part.1. lib.2.q.14.sect.* 2. Sayrus *in Clavi Regia lib.10. tr.2.c.8.n.1.in fine,* & Nauarra *lib.3.cap.4. dub.4. in 2. edit.n.48.vers.*58. vbi sic asserit. Si dubium est, an positiuè, & efficaciter contulerim ad damnum, vel an fuerim causa sine qua non; respondeo, quòd non teneor, quoniam in dubijs maximè in materia iustitiæ melior est conditio possidentis, vnde solùm tenetur, quando certus est saltem moraliter, quòd ab eo actio iniusta efficaciter processerit; quod non obscurè docet D.Thomas *in 2.2.q.62.art.7.* dum dicit. Tunc solùm tenetur, cùm probabiliter æstimari potest, quòd ab eo actio iniusta sit subsequuta; quod licèt solùm doceat de quatuor causis, tamen de omnibus esse accipiendum dicemus. Sic Nauarra, & post illum ex Societate Iesu docent etiam hanc sententiam Tannerus *in 2.2. disp.4. q.6.dub.14.n.395.* Emanuel Sà. *ver.restitutio, n.25.* & Henriquez *lib.14.c.3.n.4.in fine, & in glossa litera B.* Dicendum est igitur probabiliter cum supradictis Doctoribus; quòd si quis dubitat, an fuerit damni causa, minimè ad restitutionem tenetur.

Sup. hoc infrà in ref.40. §.2.à lin.5.& in quatuor Resol. eam seqq.& supra in tr.4 Ref. 20.in fine,& in Ref.23.§. Nota etiam, in fine.

3.Notandum est tamen cum Molina *to.3. disp.736. n.6.* quòd etiam stando in prima opinione, ita consulentem non teneri restituere totum damnum, sed partem pro quantitate dubij, & Sayrus *de cens.lib.7.c.3.n.* 2. cum Henriquez *lib.14.c.16. n.3.* illum excusari à tota restitutione si homicida ei asserat ad homicidium perpetrandum non fuisse motum eo consilio; licet Sanchez *in sum.to.1.lib.1.c.10.n.44.* doceat hoc esse verum quando homicida est dignus, vel aliæ coniecturæ concurrant; sed ego vt dixi, absolutè teneo in tali dubio consulentem post adhibitam diligentiam, si adhuc dubius remaneat, ad nullam teneri restitutionem.

Sup.hoc ibi Item §. Sed in in allis tius & not.

4.Notandum est etiam hîc obiter contra Caietanum *2.2.q.62.art.7.* Medinam *de rest.q.7.* & 8. & Sotum *de iust.lib.4.q.7. art.3.* quòd qui alterum certo proposito determinatum ad damnum inferendum suo hortatu magis adhuc confirmauit, non obligatur ad restitutionem; & hoc verum puto contra Vasquez *opusc.de restit. c.9.§.1.dub.2.n.32.* Molinam *disp.736.num.3.* & alios, etiam si hortatu suo causa fuerit vt citius, aut expeditius damnum inferretur; quòd si contra Molinam *loco citato,n.2.* & Adrianum *in 4 de restit.vbi de concurrentibus cum fure dub.1.* quòd si, inquam, suasione, vel hortatu causa fuerit, vt maius damnum inferatur quàm alioquin illatum fuisset, tenetur tantùm de excessu; & horum omnium rationem adducit Layman *in Theol. moral lib 1.sect.5 tract.2.c.5.n.2.* & alij penes ipsum.

Sup. hoc in Ref.seq.& in alio ei° nos. I.& lege in tom.5.tr 5. doctrinam ref.108.& alterius Resol. eius nos.

Sup. hoc in Ref.seq. §.2. ad medium.

5.Ex his infertur à fortiori, quòd qui furi ascendenti scalam teneat, quam etsi nemo teneret, tamen ascenderet; vel si alicui obsequium præstet in aspirando res furtiuas, quas sine cuiusquam subsidio auferret tamen, & furaretur, in his, inquam, casibus, & similibus, talis non tenetur ad restitutionem, quidquid in contrarium asserat Vasquez *opusc.de restit.c.9.§.2.dub.3* quia talis cooperatio fuit tantùm materialis in effectum formaliter non influens; quia sine ea hoc numero damnum ab hoc damnificante iam illatum fuisset. Et ita docent DD. quos citat & sequitur doctus Layman *vbi supra.*

Sup. hoc in Ref.seq. §.2. post medium à vers. Et à fortiori.

RESOL. XXVIII.

An si quis consilio suo confirmauit furem, vel hortatu suo causa fuit, vt citius furaretur, teneatur ad restitutionē?

Et an si furi furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam & si nemo teneret, tamen ascenderet; & si asportando rem furatam adiuues aliquem quam sine tuo auxilio auferret tamen, & furaretur, tenearis ad restitutionem? Ex part.3.tr.5.& Misc.1.Ref.47.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Notandum est etiã, in principio & in ref.seq. & in to.5. tr. 5. lege doctrinam ref. 108.& alterius ref. eius not. 1. signanter in §. Adrianus.

§.1. AFfirmatiuè respondent Nauarra *lib. 3. cap.4. n.15.35.& 67.* Molina *tom.2. disp.736. n.5.* Vasquez *opusc.de restitut.c.9.§.1.dub.1 in fine, & dub. 2.n.32.* Malderus *in 2.2. tract.4.c.1. dub.2.* Villalobos *in summa.tom.2.tract 11.diffic.8.* Caietanus *in 2.2.q.62. art.7.* Medina *C.de restit.q.7.& 8.* Sotus *lib.4.q.7.art.3.* & alij.

2.Sed mihi contraria sententia probabilis videtur, sicut visa est Lessio *lib.2.c.13.dub.2.n.8.* & Layman *in Theol.mor.lib.3.sect.5.tract.2.c.5 n.5.* Et ratio est, quia in tali casu non fuit causa substantiæ damni, sed modi, vel circumstantiæ, cum qua mandatur exequutioni, v. g. vt quòd fiat hoc tempore, hoc loco, hoc instrumento, hoc modo, vel cum hoc incremento. Ergo non tenetur substantiam damni restituere. Dicendum est igitur, quòd si aliquis iniustum damnum alteri inferre decreuerat, & tu magis consilio, vel hortatu etiam confirmasti, ad damni restitutionem non teneris, etiamsi hortatu tuo causa fueris, vt citiùs aut expeditiùs damnum inferretur: at si hortatu tuo causa fuisti, vt maius damnum inferretur, quàm alioquin illatum fuisset, teneris tantùm de excessu, quidquid asserant Molina *dicta disp.736.n.2.* & alij. Et à fortiori contra Vasquez *opusc.de rest.c.9.§.1.dub.2.* si furi furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam etsi nemo teneret, tamen ascenderet; & si asportando rem furtiuam, adiuues aliquem, quam sine tuo subsidio auferret tamen, & furaretur; non teneris ad restitutionem. Hæc omnia Layman, & alij, multum ad praxim conducentia, ex quibus multos scrupulos, & onera restitutionem pru-

Sup. hoc in Ref.1. not. præteritæ, in fine eiusdem §.1.

Sup. hoc in ref.præterita §.vlt.

dens Confessarius tollet: vide etiam Henriquez *lib.14. cap.7.num.12.*

RESOL. XXIX.

Consilium dans ad damnum faciendum, ad quid teneatur restituere?

Sed difficultas est de aliis consulentibus, aut consiliariis ad contractus, & alia negotia? Ex p.3.tr.6. & Misc.2. Resol.23.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in Resol. 1. post præteritam, §. Notandum est etiam.

§.1. HIc casus frequenter solet accidere, & de illo ego alibi fusiùs. Ideo nunc breuiter assero quòd vbi consilium non fuit efficax, nec causa efficiens, sed solùm excitans animum iam paratum, tunc consulens ad nullam tenetur restitutionem; & ideo glossa *1.in c.de cætero,de homicidio*, dicit, tum quem dici dedisse causam damni, si propinquam causa dedit secus si remotam, qualis est mouens tantùm per suum consilium, sine quo aliàs res efficeretur. Vide etiam aliam glossam *ver.simplici in c.felicis, §.illud,de pœnis lib.6.* & Rebellium *p.1.lib.2. q.14.sect.4.a n.17. vsque ad n.25.* cum aliis.

2. Sed difficultas est de aliis consulentibus, seu consiliariis ad contractus, & alia negotia. Et quidem si consilium fuit datum ab idiota, vel alio quocunque bona fide, sine dolo, aut fraude, non tenetur in vllo foro; fallit tamen si haberet officium consultoris, vt in Aduocato dummodo recipiat salarium, aliàs non puto teneri ex simplici consilio, quod est valde notandum. Et ita Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. restitutio, diff.13.n.2.*

RESOL. XXX.

An si quis, vt auerteret furem à furto maiori à Paulo, consuleret furtum minus à Petro, teneatur restituere Petro?

Et quid, si fur esset determinatus ad furandum æqualem quantitatem à Petro, vel Paulo, indeterminatus autem à quo velit; an amicus Pauli possit consulere, vt furetur potius à Petro? Ex part. 11. tr.6. & Misc.6. Resol.58. aliàs 56.

Sup. contra in hac Resol. in tom.7.tr.5. Resol.34.§.vlt. à lin.5. & in aliis eius not. & in tom 5. tr.6. lege doctrinam Resol. 46 signanter ad medium, à verf. Et licet, & etiam aliarum eius annot. quamuis non dicant plene sup. hoc.

§.1. AD hoc dubium Pontius *in cur.Theol.disp.52. q.9.concl.2.n.56.* respondet, quod si fur erat determinatus ad furandum ab alterutro, sed indeterminatus à quo, qui consuleret furtum minus à Petro, non esset obligatus ad restitutionem Petro: nec peccaret consulendo illud, quia tale consilium non esset nisi significatio, quod minus malum esset furari à Petro minus, quam à Paulo maius. Quod non potest esse illicitum. Quod si etiam consilium supra hanc significationem importet (vt ego existimo) desiderium aliquod voluntatis quo velis, vt furetur à Petro, adhuc illa voluntas non videtur iniusta: quia non est nisi conditionata, nimirum si ab alterutro ex illis duobus furari vis, volo potius vt fureris à Petro, quia id minus malum est. Huiusmodi autem voluntate non facit iniuriam Petro, quia potius debet respicere honorem Dei quam emolumentum Petri.

Sup. hoc in §.1.not.præteritæ, &c.

2. Cardinalis de Lugo existimat, quod si fur determinaret furari multum à Paulo, vt hoc quis impediret, eum non debere consulere ipsi: noli hoc facere: sed potius furare minus à Petro: quia sic induceretur fur ad furandum à Petro, de quo, vt supponitur, non cogitauit fur, quod videtur iniuriosum Petro.

3. Hæc tamen doctrina mihi limitanda videtur: nam si posset aliter auertere furem à peccato maiori, quam determinando Petrum; conuenio cum Cardinali Lugo, quod fieret iniuria Petro per determinationem illius. Sed si non posset eum auertere nisi determinando Petrum, videtur omninò, quod non faciat iniuriam Petro: quia potius debet respicere ad honorem diuinum, qui magis offenditur peccato maiori, quam ad emolumentum Petri. Hucvsque Pontius.

4. Sed ego assero, quod si suadeas homini parato inferre magnum damnum Petro, vt inferat minus damnum Paulo, de quo ille non cogitabat, teneberis Paulo de isto damno minori si inferatur. Si malefactor verò cogitet de vtroque, sed hæreat anceps, cui malum velit inferre, resolutus tamen alterutri inferre, teneberis de damno, si consulueris aut rogaueris, vt damnum inferat Paulo, quod in se minus est.

5. Ratio est, quia iniuriam facit Paulo, quando malefactoris indeterminatum animum ad vtrumlibet inclinas, & determinas in particulari ad malum isti inferendum: tantum enim habet iuris Paulus, vt sibi seruetur res sua integra, quæ minoris est pretij, quàm Petrus, vt sibi seruetur res sua, quæ maioris est momenti.

6. Notant hîc quidam, si tantum in genere diceris, minora mala esse potius facienda, quàm maiora vel hoc, esse minus malum, siue peccatum, quam alterum, non idcircò te incurrere obligationem restituendi, quamuis malefactor rem istius postea auferat, vel destruat.

7. Ratio redditur, quia tu veram doctrinam tantum explicuisti, quia ipse ex sua voluntate sese determinauit ad damnum inferendum Paulo potius, quàm Petro. Existimarem tamen, quod ille censeretur moraliter malefactorem inclinare, & quasi determinare ad damnum Pauli, qui assumptum, & absumptum simul ei proponeret, præsertim si non rogatus id faciat, cùm non appareat alius pœnè vsus istius discursus. Non enim dici potest seruire ad impediendam maiorem culpam, quia iam malefactor voluntate, & affectu in vtrumque indifferenter fertur. Secus autem esset, si ipse peteret vtrum sit maius malum, & peccatum, quodque velit tantum facere minus, & tum respondetur, illud, siue tale esse minus malum: quam rationis diuersitatem quique potest facile apprehendere, & ideò addidi præsertim si non rogatus. Et hæc omnia docet Ioannes Vvigers *de iust.tr.3. c.2. dub.4. n.26.cum seqq.* & alij penes ipsum.

Sup. dictum terminatus autem, à quo velit, amicus Pauli possit consulere ipsi, vt furetur potius à Petro. Et affirmatiuè cum Cardinali Lugo respondet Pontius, quia amicus ille debet potius prospicere amico auertendo furem ab ipsius damno, quam non amico; nec rationabiliter potest Petrus conqueri, quod conditionata voluntate voluerit amicus potius malum ipsius, quàm amici.

8. Sed si quæras an si fur sit determinatus ad furandum æqualem quantitatem à Petro, vel Paulo, indeterminatus à quo velit, amicus Pauli possit consulere ipsi, vt furetur potius à Petro. Et affirmatiuè cum Cardinali Lugo respondet Pontius, quia amicus ille debet potius prospicere amico auertendo furem ab ipsius damno, quam non amico; nec rationabiliter potest Petrus conqueri, quod conditionata voluntate voluerit amicus potius malum ipsius, quàm amici.

RESOL. XXXI.

An serui non solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur restituere, si non impediant furta domestica?

Et quid de famulo cui domus cura non est commissa, an teneatur restituere furta facta Domino, siue fur sit domesticus, siue extraneus? Ex p.7. tr.7.Resol.39.

Sup. §.1. AD hoc Dubium, me citato, sic respondet Trull. *in Decalogum tom.2. lib.7. c.13. dub.* 2.n.5. Obligationem contrahit famulus cui cura domus est commissa, vt ianitor, ostiarius, custos vestium, & vasorum vel valorum quia ad id ex officio obligantur: famulus autem, cui domus cura non est commissa, si dum possit, & non impediat, tantùm peccat contra charitatem, & non tenetur restituere: quia ex officio impedire non tenetur

tur. Hoc tamen limitat esse verum Less. *n.57.* quem sequitur Diana *part.2. tr.5. Miscell. resol. 54.* respectu conseruorum, non verò extraneorum, quos non impediens peccat contra iustitiam, quamuis ei domus cura non sit commissa. At Salon. *2.2.q.62.art.7.controuers.2.* §. *de iis qui tenentur ex officio obstare*, & alij absolutè docent, famulum, cui domus cura non est commissa, non teneri restituere, siue fur sit domesticus, & conservus, siue extraneus. Idem videtur sentire Bonac. *sup. n.7.* & Diana *part.2. tract.6. Miscell. resolut.58.* Quod videtur verius, quia famulus eo ipso, quo alteri famulatur, non tenetur res domini custodire ex iustitia, nisi ad id se speciali officio obligauerit. Ita Trullench, cui adde etiam me citato Machadum *tom.2. lib.6. part.2. tract.11. docum.2.n.2.*

Quæ hic est infra Res.35. §.vlt. ad lin. 9. & vers. Hinc notat. &c.

Quæ nunc hanc sequetur. §. Notandum est, & in Res. not. præteritæ in eodé §. ad medium, vers. nisi fures extranei, & infra in res. 33. §.1. ad lin. 5. & in alio §. eius not.

RESOL. XXXII.

An famulus teneatur ad restitutionem si non manifestet Domino alios famulos res ex aliqua domus officina sæpius furari?

Et quid de famulo, cui cura penus custodiendæ demandata est?

Et quid est dicendum, si fures extranei domum ingrediantur, & famulus eos videt, an teneatur ad reuelandum, si aliter malum impedire non potest?

Et an dictus famulus teneatur restituere si ab alio famulo furante accepit aliquid, si clamet, vel indicet furtum eius Domino, nisi pars accepta sit furti? Ex part.3.tr. 6.& Misc.2. Res.58.

Sup. contento in hoc §. in Res. not. seq. & infra in Res. seq. §. 12.& 3. & in alijs eius not. 1 & 2.

§.1. HIc casus frequenter accidit, & ad illum sic respondet Laym. *in Theol. mor. lib.3. sect.5. tr. 2.c.5.n.7.* si duo eiusdem familiæ famuli sint, quorum vni cura penus custodiendæ demandata est, alteri non est, etsi vterque ex lege charitatis furta impedire debeat, si facilè, & sine suo incommodo possit; ex iustitia tamen fermè is solùm, qui curam penus gerit, quare solus etiam ad restitutionem obligatur. Ita ille, & ante illum Nauar. *c.14. n.7.* Lessius *lib.2.c.15. lib.10.n.74.* & alij.

Sup. hoc in Res. præterita post medium, & in aliseius vlr. not.

2. Notandum est tamen quòd Petrus Nauarra *de restit. lib.3.c.1 n.224.* limitat hanc sententiam, nisi fures extranei in domum ingrediantur, nam, tali casu putat ex iustitia quemlibet famulum obligari ad reuelandum, si aliter malum impediri non posset; cuicunque etenim famulo eo ipso quòd domesticus est, custodia domus aliquo modo incumbit, vt ab extraneorum iniuriis defendat.

3. Sed quæret aliquis, an dictus famulus teneatur restituere, si ab alio famulo furante accepit aliquid, si clamet, vel indicet furtum eius domino? Respondeo negatiuè, nisi res accepta sit pars furti. Ita Sotus *de iust. lib.4.q.7.art.3.* Nauarr. *c.17.n.21.* & alij.

Sup. contento in hoc, & seq. §. in Res. seq. §. Sed fiet infra in Res. 35. §. Notandum est, & supra in tr 5. Res. 89 §. vlt. & in to. 6. tr. 3. ex Res 7. vide §. cæterum, à lin. 4.

4. Verùm huic doctrinæ rectè Nauarra *vbi supra n.132.* & Lessius *n.68.* adhibent limitationem, vt non procedat, si accipiens sua pollicitatione expressa, vel tacita furem animosiorem reddit, qui alioquin abstersitus esset, nam in tali casu tenebitur de illato damno tanquam participans.

RESOL. XXXIII.

An famuli teneantur impedire eos, qui furantur à suis Dominis?

Et quid de famulo, cui custodia domus, pecorum, &c. aliarumque rerum Domini data est?

Nota, quod in textu huius Resolutionis sunt multæ aliæ difficultates, quas hic breuis titulus comprehendere, & explicare non potest, nisi nimis longus sit, pro diuersis aliis furtis, & restitutionibus factis vel faciendis ab aliis specialibus personis distinctis à latronibus, quæ pro suis obligationibus aliquando ad restitutionem obligantur, &c. Ex part.11.tr.6. & Misc.6.Res.6.

Sup. contento in hac, & duobus §§. seqq. supra in Res.31. & 32. §.1 & 2. & infra in Res. seq. §.2. prope finem, v. nec famulus, & in Res.1. post seq. §. Notandum, à lin. 6. & vers. Hinc notat.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pontius, *in curs. theol. disp.52.q.9. concl.2. n.65.* & hoc non solùm de illis, quibus specialiter cura custodiendorum bonorum illorum commissa est, de quibus non est ratio dubitandi; sed etiam de aliis; nam quamuis illa cura specialiter ipsis non sit commissa; tamen ex ratione sui status in genere videtur eos obligari, vt id impediant; nec potest esse dubium, quin illa sit voluntas domini, cui in hoc obtemperare debent. Nec scio, cur aliqui eximant famulum ab hac obligatione respectiuè ad alium famulum domesticum, quasi non teneretur impedire ipsius etiam furtum, nisi quatenus posset formare iudicium quod non acciperet aliquid, nisi id, ad quod haberet licentiam vel expressam, vel interpretatiuam. Ita Pontius.

2. Sed quoad hoc vltimum communis sententia est in contrarium, quam tuetur Lessius, *lib.2.c.17. dub.10. n.75.* Molina *disp.735.n.2* Layman *lib.3. sect.5. tract. 2.c.5. n.5.* Cardin. Lugo *de iust. tom.2. disp.19. sect.3. n.105.* Ioannes Vvigers *de iust. tr.3. c.2. dub.6. nu.51.* & communiter. Dico igitur, famulum qui videt aliquem furari ex rebus Domini, & non impedit, non teneri ad restitutionem, quandò furtum ab alio famulo domestico fieri videt, nisi si cura & custodia speciali munere commissa sit: vnde teneretur etiam famulus quando ei datur clauis ad extrahendum aliquid de aliquo loco, quia pro tunc custodia eius loci demandatur. Tenentur etiam, qui curam penus habent, vel ad custodiam, & vigilantiam supra res domesticas, vel familiam præficiuntur.

3. Quoad alteram verò partem libenter assentior sententiæ Patris Pontij, licet etiam quod quando famulus communis, cui peculiariter custodia, aut cura demandata non est, videt non à domestico, sed ab extraneo furtum de rebus domesticis fieri, non teneri etiam ad restitutionem, licet non impediat, aut manifestet; videtur clarè docere Molina loco cit. dicit enim, quando vnus famulus videret alterum famulum, aut quemuis alium accipere aliquid de rebus, quarum cura aut custodia, aut defensio nullo modo esset ei commissa, ac taceret, non teneretur id restituere. Cui consentire videtur Rebellus 1. *par. de obligatione Iustitiæ, l.2. q.14 sect.8.n.62.* dum solum dixit, teneri ad restitutionem famulos quibus custodia domus, pecorum, aliarúmve rerum demandata est, & eum cui traditur clauis ad pecuniam, vel aliud detrahendum ab aliquo loco, si indè aliquid furari permittat. De aliis verò seruis, vel famulis nihil eiusmodi dicit. Clarius id docet Azorius, *to.3.l.8.c.13. de locato, & conducto, quæsito 8.* & Bonac. *disp. prima de restitutione, q.2. punct.7.* Alij dicunt tunc teneri famulum ad restitutionem, cum quibus, vt visum est sentit Pontius, & etiam ego, & idem docet Petrus Nauarra *lib.3. de restitutione, c.1. n.224.* Lessius, *c.13. num.75.* cum Soto *l.4. de Iustitia, q.7 art.3* quia aliqua domus custodia eis videtur commissa, licet non cum speciali vigilantia, & ita videtur habere communis hominum sensus. Vnde infero, Primò idem esse si famulus videret alium famulum ex rebus domesticis congregare, vt noctu cum illis fugiat; quia iam tunc esset quasi furtum ab externis factum. Infero secundò, idem dicendum si famulus dum dominum extrà domum comiattur, videret furem Domino crumenam furari, quia famuli sunt tunc quasi custodes domini, vt eum defendant. Et hæc omnia docet Eminentissimus Lugo vbi supra.

Sup. hoc fure extraneo, in res.1. nor. præteritæ in fine, & in res. 2. §. 2. & in 1. in eodem §. & vers. & in Res. 4. in eodem vers.

4. Sed si aliquis hîc quærat, an si latro det alicui aliquid ne ipsius latrocinium impediat clamando aut aliter

Sup. hoc in res. præterita §. penult. &

vlr. & infra in Ref. 35. §. Nicandum est, in principio, & supra in tr. 5. Ref. 89. § vlr. & in to. 6. tr. 7 ex Ref. 7. vide Cæterarum, a lin 4.

aliter manifestando, vtrum hîc tenebitur ad damni reparationem? Dominicus Soto *l. 4. q. 7. art. 3.* simpliciter asserit, eum non teneri, nisi fortassis id quod latro dedit, sit pars furti; hanc enim tenebitur restituere ratione rei acceptæ. Fundamentum esse potest, quia non idcirco videtur quis magis obligari ad impedimentum, quia accepit pretium vt non impediat; nam accipiendo pretium non videtur iniuriam facere illi, quem latro parat inuadere, Nihilominus contrarium est verius, & ita docet Petrus Nauarra *cit. lib. 3. c. 4. n. 132.* Lessius *lib. 2. cap. 13. dub. 10.* Rationem indicat Petrus Nauarra, quia tunc non tantùm est quædam non impeditio, sed etiam quædam veluti positiua cooperatio, quatenus scilicet sic paciscendo cum latrone, animat eundem, securioremque facit; sine quo pacto, aut non fecisset, aut tam liberè, & audacter fecisset; vnde positiuè suo modo in factum influit, coque nomine venit meritò ad restitutionem obligandus.

Sup. omnibus personis & casibus contentis in hoc §. in ref. seq. §. 2 paulo post initium à vers. Dicendum, & in aliis not. 2. dicti. §.

5. Et notent hîc Confessarij, quod omnes qui ex officio obligantur impedire damna aliorum, si ex culpa graui negligant, tenentur ad restitutionem, & reparationem damnorum. Est communis doctrina. Hinc infertur primò, Principes, Magistratus, Prætores, Duces belli teneri ad restitutionem, si omittant impedire furta, iniusta monopolia, latrocinia, & similia mala, quando ea impedire in ipsorum est potestate; quia ratione officij ex iustitia ad illa impedienda tenentur, tanquam ad hoc assumpti, & conducti; ideò namque stipendia à Repub. accipiunt, & honores eis deferuntur. Infertur secundò, idem dicendum esse omnibus illis, qui per modum contractus ad aliquarum rerum custodiam sese obligarunt, stipendium ea de causa promerentes; quia lege iustitiæ tenentur hi custodiam præstare: quam si hanc negligant, tenentur de damno secuto, siue ab hominibus infertur, vt à furibus, siue ab animalibus Syluestribus, quæ coercere & abigere debuissent. Sic tenentur custodes hortorum, vinearum, syluarum, & stagnorum, si ex ipsorum negligentia damna inferantur: non tamen tenebuntur custodes syluæ communis, si permittant iis auferre ligna, quibus iniustè id fuerat prohibitum, vt habet Petrus Nauarra *l. 3. cap. 4. n. 142.* Quod si verò eiusmodi custodes, pretio accepto, permittant alios auferre ligna, vel res suæ custodiæ commissas, obligabuntur tunc ad restitutionem etiam ante illos, qui res abstulerunt; quia censentur illi tum principales authores damni, quia quodammodò quasi vendunt res alienas, idque siue pretium exegerint, siue oblatum acceperint. Infertur. Tertiò, etiam Tutores, & Curatores ad restitutionem teneri, qui negligunt impedire damna pupillorum, aut minorum, vt notat de Graffis *l 2. c. 26. n. 27.* Nauarrus, *c. 17. n. 21.* & alij. Ratio est, quia ex iustitia ad hoc obligantur, quamuis enim stipendia non recipiant, nihilominus lege iustitiæ tenentur. Nam potestas publica potest hanc obligationem eis imponere, & iuxta communem sensum habetur imposita. Vide Vvigers *vbi supra* hæc omnia rationibus confirmantem.

Sup. hoc infra in Ref. 35. & in aliis eius primæ not. & in §. nor. præteritæ.

Sup. huis infra in Ref. seq. §. 2. inter principium, & mediũ, vers. Et tutor & etiam Curator.

RESOL. XXXIV.

An qui potuit absque proprio incommodo impedire damnum, & non impediuit, teneatur ad restitutionem?

Et docetur omnes, & solos qui ex iustitia, & ratione officij, & contractus tenentur damna impedire, & si desinant culpabiliter impedire culpa lata teneri ad restitutionem damni non impediti; pro quibus multæ, & diuersæ personæ, & casus assignantur in textu huius Resp. pro supra dicta obligatione.

Sed quæritur etiam, an illi, quibus ex officio incumbit, teneantur cum periculo mortis loqui, obstare, ac manifestare?

Et an Miles fugiens à bello Maurorum, & extrahens torquem auream ab alio Christiano demortuo in acie, teneatur eam restituere hæredibus?

Et an licitum sit Christianis emere à Turcis vel Piratis Hereticorum res furto ablatas?

Et è cõtra an qui extrahunt à Piratis naues, omissas mercibus à Catholicis captas, teneatur eas Domino restituere, vel hæredibus eorum, aut pauperibus, &c?

Et late alia difficultas in §. vlt. huius Resp. proponitur pro custodibus ciuitatis, &c. & quid quomodo, & quando verò teneantur ad restitutionem: Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 18.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Caietanus, *in Summa verb. Restitutio*; docet enim, eum qui occurrente necessitate potuit absque proprio incommodo impedire damnum, & non impediuit, teneri ad restitutionem damni sequuti; quia tunc non impediens est causa voluntaria, quamuis tantum negatiua, & indirecta damni sequuti. Hinc doctrinæ consentit Angelus, *verb. furtum, n. 26.* quando non impediens definit impedire ex prauo animo.

2. Mihi verò placet contraria sententia; quia iste, vt supponimus non tenetur ex iustitia, quia non tenetur ex officio, nec ex contractu, sed si aliquando tenetur, tantùm tenetur ex charitate, vel potius ex misericordia erga proximum: ergo non tenetur ad restitutionem dãni sequuti, quia obligatio restituendi damnum, orta ex delicto, tantùm oritur ex violatione iustitiæ non ex violatione charitatis nec misericordiæ. Dicendum est igitur, omnes, & solos qui ex iustitia ratione officij, vel contractus tenentur damna impedire in fauorem damnificati, & culpabiliter culpa lata, & in nostra sententia etiam culpa Theologica, desinunt impedire, teneri ad restitutionem damni non impediti. Vnde debitor tenetur ad restituendum creditori damnum, quod ei sequitur ex eo quòd ei culpabiliter dicto modo omittit soluere. Et superior, v. g. gubernator culpabiliter non impediens furta, & alia damna, quæ suis subditis eueniunt, tenetur ad restitutionem eorum damnorum. Et Tutor, & etiam Curator tenetur ad restituenda damna quæ culpabiliter non impedit Pupillo, & minori: & custos vinearum, hortorum, saltuum, & stagnorum, tenetur ad restituendum dominis dictarum rerum damna, quæ culpabiliter omittit impedire, quia omnes prædicti tenentur ex iustitia, vel ratione officij, vel ratione contractus dicta damna in fauorem damnificatorum impedire; non tamen tenentur ad solutionem pœnæ quam delinquens soluisset si denunciatus fuisset; quia non tenentur ad denuntiationem, vt pœna ipsa damnificati locupletentur, sed ne damnificentur, & ob id tantùm tenentur ad restitutionem damni & non ad restitutionem pœnæ. Vnde custos non tenetur ad restitutionem mercium, quarum Princeps, aut exactor vectigalium acquisiuisset si delinquens fuisset denunciatus, sed ad summum tenetur ad restitutionem pretij quod soluendum erat à mercatore pro vehendis mercibus: & iudex non condamnans delinquentem applicatione bonorum ipsi fisco non tenetur ea fisco restituere, quia custos nó tenetur ad eam denunciationem ad locupletandũ Principem, nec exactorem mercibus illis: & iudex non tenetur ad eam condemnationem faciendam ad locupletandum fiscum, nec confessarius omittens monere pœnitentem ad restitutionem, tenetur ad eam restitutionem; qui confessarius non tenetur ad eam monitionem ex iustitia in fauorem eorũ quibus restitutio debet fieri, sed ex Religione in fauorem perfectionis Sacramenti Pœnitentiæ; & ad summum etiam ex iustitia in fauorem pœnitentium in bonum spirituale ipsorum, nec famulus cui non est specialiter commissa custodia rerũ heri sui, tenetur ad restitutionem

Et pro famulo contento in hoc textu in Resol. præcedenti, §.12. & in aliis eius primæ & secundæ annot.

stitutionem damni illati per furtum non solùm factum à conseruis suis, in quo Doctores communiter conueniunt, sed nec damni illati per furtum factum ab extraneis; quia absque fundamento famulis imponitur obligatio custodiendi res heri adhuc respectu extraneorum. Et hæc omnia docet Caspensis, *in Cur. Theolog. tom. 2. tract. 18. disp. 1. sect. 9. §. per totum*. Hurtadus *de iustitia & iure disput. 5. difficult. 10.* & alij communiter.

3. Sed si quæras, an illi, quibus ex officio incumbit teneantur cum periculo mortis loqui, obstare, ac manifestare. Respondet Magister Soto *lib. 4. de iust. qu. 7. art. 3. ad 1.* pensandum esse damnum, & cum periculo conferendum. Haud enim semper tenetur præter in quocumque casu obiicere morti vitam; sed vbi detrimentum Reipublicæ id exposcit, & ipse iustum recipit stipendium, & vbi citrà temeritatem potest obsistere. Idem sentit Nauarr. *c. 17. n. 21.* & colligit ex D. Thom. hic *ad 3.* dicente: *Quibus ex hoc non multum imminet periculum*: Vnde si multum periculum vitæ famæ, aut rei familiaris eis immineret, non tenerentur damna particularium furta scilicet, aut homicidia impedire, nisi fortè maius esset stipendium eorum, quàm damnum particularium; tunc enim cum damno rei familiaris, tenerentur damna priuatorum impedire. Damno verò communi hæresum, proditionum Reipublicæ, & similium, etiam cum periculo vitæ tenentur obsistere, cùm hoc præponderet bono particulari: Vide Magistrum Serra *in 2.2. D. Thomæ, tom. 2. q. 62. art. 7* circa finem.

4. Non deseram hic obiter apponere decisionem illius difficultatis, an miles fugiens è bello Maurorum, & extrahens torquem auream ab alio Christiano demortuo in acie, teneatur eam restituere hæredibus? Respondetur cum Fagundez *lib. 7. cap. 20.* teneri, deducto pretio laboris, & periculi, si cui se exposuit. Cuius ratio est, quia Mauri cùm iniustum Bellum contra nos gerant, non possunt dominum spoliorum habere, sed adhuc permanet, & perseuerat in antiquis dominis, illorumque hæredibus; & ita tenet etiam Molina *tom. 1. disp. 118.* qui rectè obseruat, *disp. 119.* licitum esse Catholicis emere à Turcis, vel Piratis hæreticis res furto ablatas, quando verisimile est illas numquam deuenturas esse ad manus suorum dominorum, ita vt si proprius dominus comparuerit, illam accipiat reddito sibi pretio pro illis dato, vel sibi retineant si non comparuerit; hæc enim est rationabilis voluntas dominorum. E contra verò, qui extrahunt à Piratis naues onustas mercibus à Catholicis captas, tenentur eas dominis restituere, vel hæredibus eorum, vel pauperibus in defectum illorum, deducto pretio laboris, & periculi, cui se exposuerunt.

Quoad hoc in tom. 6. tr. 3. lege doctrinam resol. 116. per totam §. quanter § 2. in fine. vers. vt si amat. & melius in tom. 7. tr. 7. Resol. 19. §. Sed hic & seq. & in resol. 33. §. vlt.

5. Nota hic obiter cum Dicastillo *de iust. lib. 2. tractat. 2. disp 4. dub. 8. num. 186.* quod quamuis probabile sit tantùm teneri soluere damna custodes, & non pœnam quam soluissent, si accusarentur mercatores transportantes vetitas merces; probabilius tamen esse ad vtrumque teneri (cum limitationibus tamen dictis à Molina) vt enim rectè notauit Medina *lib. 1. capit. 14. §. 30.* in transferendis de Regno in Regnum pecuniis, aut equis, & aliquibus aliis mercibus nulla Gabella, aut tributum impositum est, sed tantum pœnæ, quia omninò prohibentur transferri. Vnde transferentibus omissio rei translatæ imposita est in pœnam: ergo, si hanc non deberent custodes restituere, possent liberè ab omni restitutione non denuntiare eos, quos deprehendissent tales merces transtulisse, & defraudare, ac priuare omni vtilitate publicanos, qui magno pretio emerunt has pœnas à Rege, & à quibus ipsi custodes stipendium accipiunt pro denunciando prædictos transgressores, quod est absurdum, Vnde absque dubio in isto casu custodes tenentur ad soluendam totam pœnam; quia tota illa defraudant Publicanos, & nulla alia re; quia ad nihil aliud ius habebant. Aliæ vero merces permittuntur transferri; non tamen sine solutione tributi; & in his aliqui dixerunt (vt Medina *quæst. 15.* custodes non denuntiantes teneri ad restitutionem pœnæ, & etiam tributi: pœnæ quidem ob prædictam rationem, & quia, vt ait Medina, Publicani, Hispanicè, Arrendadores, maius pretium dederunt pro gabellis simul, & pro iure exigendi pœnam abijs, qui clam res prohibitas transferunt, quàm si sola gabellas emissent, ac proinde defraudantur hi, si illis restitutio debitæ pœnæ non fiat; tributi verò, quia illud etiam ante condemnationem debebatur. Hoc tamen rectè impugnat Rebellius, *quæst. 16. concl. 2.* quia sub disiunctione alterum, non vtrumque, siue Rex siue Publicanus poterat habere, nimirum, aut tributum, aut merces ipsas in pœnam non soluti tributi, si interciperentur. Quare satis est (inquit Rebellius) quod ex duplici interesse illud tantùm, quod maius est damnificatis soluatur, quale est quod ex amissione mercium prouenire debuisset, si delictum à custodibus, provt tenebantur, denunciaretur. Quæ doctrina mihi verissima videtur quando custodes deprehendunt eos translatores transgressos fuisse legem illam pœnalem, de re manifestanda, & soluendo tributum. Si tamen se manifestarunt, & custodes, vel gratis, vel pro aliqua pecunia tributum illis remiserunt, tunc tantum tenentur restituere tributum, quod aliis remiserunt, quia pœnam non incurrerant. Hoc argumentum adducit Molina, sed in contrarium obiicit, quòd facultas illa facta à custode iniqua est, ac proinde illa non obstante alter transgreditur legem, & incurrit pœnam. Vnde custos post illam incursam tenetur ex officio reuelare, & curare; vt executioni mandetur. Quod si non faciat iniustè priuat dominum eo emolumento. Ideò Molina in hac re dubius quodammodo hæret, sed tandem docet aliquam restitutionem arbitrio prudentis esse iniungendam illi; non tamen integram. Verum ratio, quia non tenetur ad omnem, probat ad nullam, & è contra, ideò puto non incurrisse pœnam. Hæc omnia Dicastillus quæ quidem menti tenenda sunt, quia quotidiana.

Sup. his custodibus in 1. 6. tr. 1. resol. 78. § 2. & in Resol. 107. §. Quinto & sexto. & hic in Resol. præcedenti. §. Et notent. & legetiam §. 2. huius Resol.

RESOL. XXXV.

An custodes portarum, siluarum, &c. teneantur restituere pœnam pecuniariam impositam contra eos, qui certas merces exportant, vel ligna, &c. si dissimulant?

Et si fur tibi aliquid det, ne impedias ipsius furtum clamando, vel manifestando, an tenearis ad restitutionem?

Et quid est dicendum, si aliquis ex domesticis furatur res è domo, an teneantur ad restitutionem alij famuli, qui hoc vident, vel ille tantum, cui cura domus est?

Et quid si fures extranei domum ingrediantur ad furandum? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 54.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. restitutio, diff. 39.* Rebellius *lib. 2. q. 16. n. 2.* Graffius *part. lib. 2. cap. 127. num. 41.* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 4. n. 142.* Salonius *tom. 1. q. 62. art. 6. controu. 5.* Molina *to. 3. disp. 139. num. 5.* Medina *de rest. q. 12. & 15.* Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 11. diffic. 9. num. 3.* vbi sic asserit. [Todas estas guardas y ministros publicos, que hancogido al que

Sup. hoc sup. in Resol. 33. §. Et notant. Late medium à vers. Inferatur. secundo. signanter ad medium &c.

Sic tenentur. & seq & in Resl.34. & 2. ad medium, à vers. Vnde custos. & §. vlt. & in to. 6 tt. 1. Resl. 78 §.2. & in Resl.107.cursim in §. Quarto.

que haze el daño ò passa las mercadurias vedadas,y los dissimulan estan obligados à pagar la pena à la persona,que lo auia de auer,no en quanto es pena, si no por se daño,que se haze contra justicia contra el arrendador,ò la persona que lo auia de auer.]Sic ille.

2. Sed contrariam sententiam ipsemet Villalobos putat probabilem esse,& illam tenent absolutè Lessius *lib.2.c.13.dub.10.art.73.*Nauarrus *c.25. nu.34.* Sylvester *verb.restit.3.q.5.§ 7.*Tannerus *in 2.2. disput.4.q.6. dub.2.num.83.* & alij. Et ratio est, quia pœna non debetur ante sententiam;vel meliùs,quia custodes huiusmodi non tenentur ex iustitia accusare, vt dominus, vel respublica dicetur multis, sed solum vt damna impediantur,& vectigalia soluantur; ergo, &c. Et eadem ratione putat Tannerus publicos æstimatores rerum venialium,non teneri pecuniariam illam mulctam soluere,quam soluissent denuntiati sci,etiam si eos deferre negligant.

Sup hoc supra in Resl. 53 §.Sed si.& in aliis eius not.

3. Notandum est etiam hîc obiter, quod Lessius *vbi supra n.68.*Nauarra *lib.4.c.4.n.112.*& alij notant,quòd si fur tibi aliquid det, ne impedias ipsius furtum; clamando,vel manifestando, teneberis ad restitutionem. Sed contrarium docet Sotus *lib.4.q.7.art.3.*& Nauarrus *cap.17.n.21.* & alij,dum hoc facere non teneris ex officio Hinc notat Layman *in Theol. moral. lib.4.sect. 5.tract.2.cap.5.numer.7.* Nauarrus *cap.24. numer.7.* Lessius *vbi supra,num.74.*& alij,quòd si aliquis ex domesticis furaretur res ex domo, non tenentur ad restitutionem alij famuli,qui hoc vident, sed ille tantùm cui cura domus.Sotus *lib.4. q.7. art. 3.* Nauarra *lib 3. c.1.n.224.* & alij, nisi fures extranei domum ingrediantur ad furandum, nam tunc ex iustitia ratione famulatus censentur obligari ad res domini ab iniuria externorum tuendas: & ex eodem principio docent Molina, & Sylvester, quos citat, & sequitur Lessius *lib.2.c.30. dub 8.n.59.* quibus ego addo Tannerum *in 2.2. D.Thomæ,disp.4. q.6. dub. 2. n. 79.* testem quantumuis citatum præcisè ob denegatam testificationem, non teneri de tali damno partis, quia non ita certò constat talem ex officio, siue ex iustitia ergà alteram partem actricem teneri ad bonum eius procurandum, vel eiusmodi damnum eius impediendum.

Et pro contento à lin.9. huius §. supra in Resl. 31. & 32. §.1. & 2.& in resl. 33.§.1.2.& 3.

RESOL. XXXVI.

An qui bona fide expendit monetam falsam teneatur ad restitutionem?

Et quid,si mala fide in alium transtulerit prædictam monetam falsam? Ex p.3.tr.6.& Misc.2.Resl.3.

§.1. HIc casus frequenter accidit, Sylvester *verb. falsarij,q.6.* & Angelus *eodem verb.*§ 4. asserunt, quòd ignoranter accipiens falsam monetam, & scienter expendens, tenetur damnificato ad restitutionem. Igitur ex eorum sententia, si eadem bona fide in alium transtulit,non tenetur.

2. Sed contrarium docet Petrus Nauarra *de restit. lib.2.c.1. n.312.* error enim meus, ait ille,nulli nocere debet,sed error suos tenere debet auctores.Idem docet Nauarrus *in man. c.17. n.167.* Vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XXXVII.

An Principes,& alij Domini, in quorum territorio viatores patiuntur depræda tiones, teneantur eis damnum resarcire?

Et qua ratione damnum probari debeat? Ex p.8. tr.7.& Misc. Resl.38.

§.1. LIbenter hanc quæstionem fusiùs præter morem meum pertracto, vt Confessarij videant onus,quod Principes premit vt tueantur vias pro securitate mercatorum & aliorum. Et suppono Principes teneri resarcire damna,quoties norunt vias publicas in suo territorio prædonibus infestas esse, nec tamen securitati viarum prospiciunt;sicuti etiam si postea quam certiores facti sunt de rapina confestim latrones non insequuntur,vt capti viatores res suas recuperent.Difficultas est,an extra casus iam dictos Principes teneantur ad rapinę emendationem?& negatiuam sententiam tenet Henricus Bocerus, & quia codex rarus est, ponam omnia eius argumenta per extensum;sic enim asserit *in tract.de Regalibus.c.2. num.156.* Existimo non esse obligatum territorij dominum,vt mercatori,aliue viatori resarciat damnum, quod prædonis iniuria contraxit in via publica.

2. Primum est illud:Non est vlla obligatio, nisi quæ iure aliquo,vel ciuili,vel prætorio,constituta,vel comprobata sit. *§.omnium autem.Inst.de obligat.& l.legitima 6.ff.de pact.*Id quod agnoscit etiam Donell. *lib.12. commentar. c.2. in princ.* vbi scribit,id in primis in iure obligationis inquirendum esse, an sit aliqua constituta obligatio.

3. Hinc nuda pactio,vt destituta iuris auxilio, hac in parte efficacem obligationem non parit.*l.legem 10. ff.de pact.& l.iurisgentium 7.§.sed cum nulla*, ibi, *idèo nuda pactio actionem non parit*, & *§.quinimò*, ibi,*ne ex pacto actio nascitur,ff.d.tit.& l.si tibi 27. de locat. & conduction.* Vnde vsuræ ex mutua pecunia pacto promissæ,non debentur. *l.3.C.de vsuris*,proindeque indebitæ dicuntur *l.1.§.Imperator.ff.de solutionibus.* Vt igitur ex pacto efficax oriri possit obligatio & actio, necesse est,vt singulari quadam lege ciuili, vel prætoria inde constituta sit obligatio, *d.l.legitima 6.ff.de pactis.* Sic pactum donationis,qua promittitur alicui domum, antiquitus nullam producebat efficacem obligationem;Iustiniani tamen singulari quadam lege postmodum efficax inde producta est obligatio, & actio, *§. alia autem,vers.& ad exemplum.Inst.de donationib.& l.quis argentum 35. in princ.& §.1.C.de tit.*

4. Atqui nulla lege, nulla constitutione,nullo prætoris decreto constitutam legimus, vel comprobatam obligationem aliquam in Principem aliúmve dominum,in cuius territorio prædones iter facientibus aliquid per vim abstulerunt, ad damnum illud eis resarciendum. Id ergo sine lege affirmandum non erit, per text.*in l.5.in princ. ff.de probat. & l.illam 19.* ibi, Eo quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset. *C. de collationib.& §. actionum autem.vers. quamuis enim. Inst.de actionib.*

5. Atque huius conclusionis certitudinem secundo loco ex causis obligationem facilè dignoscere possimus. Obligationum causæ à Iustiniano Imperatore proponuntur quatuor,contractus,quasi contractus,maleficium,quasi maleficium.*§.sequens diuisio. Institut. de obligat.* Ex contractu si obligatus est territorij dominus,vel ex stipulatione obligatus est,vel ex innominato contractu, do,vt facias; si quidem cæteros contractus hîc locum habere non nisi ineptè dixeris, Sed ex stipulatione non tenetur; tum quia nulla conuentio, nullus consensus de resarciendo illo damno inter dominum territorij, & viatorem intercessit; cùm tamen omnis contractus conuentionem & consensum desideret. *l.1.§.conuentionis.ff de pactis.*Tum,quia omnis stipulatio non nisi inter præsentes contrahitur. *l.1. in princ.ff.de verb. oblig.& § item verborum obligatio.Instit.de inutil.stipul.* Cùm tamen sæpenumerò viator, quando transit per alicuius domini territorium,ne quidem videat ipsummet dominum.

6.Neque hîc dici potest per publicanũ vectigal exigentem contrahi stipulationẽ, quippe cùm publicanus accipiendo

accipiendo vectigal, nihil verbis promittat iter facienti,& stipulatio non nisi verbis contrahatur; vnde verborum obligatio dicitur, quæ inde nascitur.

7. Et licet stipulanti viatori promiserit publicanus dominum territorij resarturum, si quid publica in via prædonum impetu amiserit, non obligatur ex eo dominus. §. *si quis alium. Inst. de inutilib. stipulat. l. inter* 83. *ff. de verb. oblig.*

8. Neque etiam verè dici potest, quòd obligetur territorij dominus ex contractu innominato, do, vt facias; veluti, do tibi vectigal, vt mihi in territorio hoc securitatem præstes, & si alicubi à prædonibus fuero spoliatus, damnum mihi illud resarcias. Huiusmodi enim negotium nunquam contrahunt iter facientes, vel cum ipsomet domino, vel cum publicano eius.

9. Similiter nec ex quasi contractu obligatus dici potest, quippe cùm neque sub tit. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contractu nasc.* neque vsquam alibi quasi contractibus hæc etiam associetur species. Et quia omnis ex quasi contractu obligatio, legis cuiusdam, vel edicti beneficio constituta est, vti omnes arguunt quasi contractus species, quæ collegi sub *thesi* 2. 3. *& 4. disp. 1. class. 2.* Nusquam tamen vlla lege, vel edicto constituatur obligatio in territorij domino resarciendo damno, quod viator publica in via passus est, nisi in casu, de quo infrà, certè non erit nostrum affirmare, dominum territorij ad damnum illud resarciendum viatori ex quasi contractu obligatum esse, per text. *in l. 5. in princ. ff. de probat. & in l. illam* 19. ibi, eo quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset, *C. de collation.*

10. Multò minus ex maleficio ad hoc obligatus censeri debet, vti ex inductione omnium maleficiorum facilè est colligere. Nullum furtum commisit, damnum illud non dominus, sed prædo intulit viatori, nō ab ipso domino, sed à prædone facta est rapina, non iniuria etiam viatorem affecit, quæ quatuor priuata delicta à Iustiniano proponuntur, *sub tit. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. in princ. vers. Nam omnes. & tribus tit. seqq.* neque vllum aliud ab eo commissum esse hac ratione priuatum delictum facto delinquētis contineatur, dominus autem territorij nihil hic fecerit, sed solus prædo fecerit, dominus autem territorij aliquid saltē prætermiserit, accuratam scilicet territorij sui custodiam.

11. Ad extraordinaria, aut publica maleficia non pertinet hæc culpa domini: tum quòd illa crimina omnia dolo delinquentis continentur, qui dolus abest à domino territorij, siquidem hic nihil fecerit, sed omiserit tātùm aliquid, dolus verò duntaxat quodam alicuius facto demonstretur. *l. 1. §. 2. ff. de dolo malo, & l. dolum 6. C. eod. tit.* tum quòd ex criminibus extraordinariis, vel publicis, non obligatur delinquens ipsi, in quem crimen commisit ad priuatum scilicet commodum aliquod, sed obligatur vel ad pœnam corporalem, vel ad pecuniariam pœnam fisco inferendam. *l. vlt. ff. de princ. de l. vlt. ff. de furtis. l. vlt. ff. de iniur. l. 2. ff. de public. iudic.*

12. Videamus ergo, an ex quasi delicto ad resarciendum hoc damnum territorij dominus teneatur? DD. quidem ita sentiunt, quos refert, & sequitur Andr. Gail. *lib 2. obseruat. practic. obseru. 64. n 6.* Sed vt rectè inuestigemus, ad quasi delictum duo coniunctim requiruntur; *primum* est culpa, siue negligentia alicuius, non dolus, vti arguit *tot. tit. Inst. de obl. quæ quasi ex delict. nasc.* & text. *in l si quis 5. §. si iudex litem, & §§. seqq. ff. de obl. & act. Alterum* est, vt ex ea culpa, siue negligentia iuris ciuilis, aut prætoris decreto nominatim constituta sit aliqua obligatio, & actio priuata: siquidē, vt & *supra* ostendi, omnis obligatio vel ciuili, vel prætorio iure sit constituta, vel comprobata, & §. *omnium autem. inst. de obl. & l. legitima 6. ff. de pact.* Idque pactē etiā ex omnibus speciebus, quasi delicti, propositis *sub tit. inst. de obl. quæ quasi ex delict. nasc. & sub l. si quis 5. §. 4. 5. & 6. ff. de obl. & act.* Sic de culpa eius, ex cuius cœnaculo quid deiectum est, vel effusum; quo alicui nocitum est, & de obligatione & actione ex huiusmodi culpa constituta extat nominatim edictum prætoris *in l. 1. ff. de his, qui effud. vel deiec.* De culpa illius, qui aliquid positum, aut suspensum habet supra eum locum, vbi vulgò iter fit, aut consisti solet; & de obligatione & actione ex ea culpa in hunc constituta extat edictum prætoris *in l. 1. §. prætor ait. 6. ff. de his, qui effud. vel deiec. & in §. cui simile, Inst. de obl. quæ quasi ex delict. nasc.* Sic etiam lex XII. Tab. constituit obligationem & actionem ex culpa eius cuius animal pauperiem alicui fecit. *l. 1. in princ. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur & eod. tit. Inst. in princ.* Eadem quoque lex XII. Tab. constituit obligationem & actionem ex culpa illius, cuius pecudes in alieno prædio herbas, vel quid aliud depastæ sunt. *l. qui seruandarum 14. § vlt. ff. de præsc. verb.* Iul. Paul. *lib. 1. sent. tit. 15. in princ.* Idem quoque sentiendum est de cæteris quasi delicti speciebus, quas exposui *in disp. 17. sub certia classe disputationum mearum*; ex quibus speciebus omnibus planè cognoscimus, duas illas res quasi delictum constituere, quarum prior est culpa, & posterior priuata obligatio, & actio, ex ea culpa iuris decreto constituta. Quod cùm ita sit, licet territorij dominus in culpa sit, quando non curat, vt territorium suum pacatum sit & quietum, ac malis hominibus purgatum; nec ad hoc vllos in locis periculosis stationarios milites dispositos habet; verùntamen cùm nulla lege, nulla constitutione ex isthac culpa obligatio aliqua, & actio priuata constituta sit & comparata iter facientibus, quibus damnum à prædonibus est allatum, certè id temerè sine lege affirmandum non erit, cùm erubescamus sine lege loqui. *Nou. 18. de trientē & semisse, c. 5. in princ.*

13. Præmissis duobus argumentis hoc tertium quoque addi potest. Omnis obligatio de causa aliqua familiari & priuata iure alicui comparata, rem aliquam continet, quam actione quadam persequi possumus, & aduersarius nobis soluere tenetur, §. 1. ibi. *alicuius rei soluenda. Inst. de obl. iunct. § 1. inst. de act.* Et quidem eā quæuis obligatio rem continet, quæ iure nostro definita est, secuti ex omni contractus, & quasi contractus, delicti & quasi delicti obligatione cognoscimus.

14. Sed posito, quòd obligatus sit dominus territorij ex isthac culpa & negligentia sua; attamen nusquam & iure nostro proditum est, quòd ea obligatio contineat rem quandam, quam iter facientibus territorij dominus soluere teneatur: vt proinde putandum non sit, ipsis viatoribus à prædone publica in via spoliatis obligatum esse dominum ad resarciendum illud damnum.

15. Ad hæc iuris est impediti, quòd nemo sine actione experiri & consequi aliquid ob inuito aduersario possit. *l. si pupilli 6. § vlt. vers. certè*, ibi, quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere potuit. *ff. de negot. gest. & l. qui seruandarum 14. §. fin.* ibi, non sibi occurrere legitimam actionem qua experiri possint, *ff. de præsc. verb.* Nusquam autem in iure nostro legitimus, quòd actio aliqua iter facientibus à prædonibus in alicuius domini territorio spoliatis comparata sit de damno illo aduersùs dominum territorij. Proindéque viatores de isto hoc damno contra territorij dominum experiri non possunt. Ergo, &c. Hucvsque Henricus Bocerus.

16. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam tuentur Mynsingerus *cent. 5. obseru. 70.* Gail. *lib. 2. obseru. 64.* & nouissimè Ferdinandus Vvaizenegger. *in tr. de seruitutibus personalibus, & realibus, dissert. 4. c. 5. n. 29. & seq. Primò*, quia generaliter constitutum est, quemuis magistratum curare debere, vt malis hominibus Prouinciam purget, *l. congruit 13. de offic. præs. Secundò*, cuiuscunque prouinciæ Præses teneatur dispositos habere stationarios, & limitaneos milites ad tuēdā

popularium quietem, & ad referendum sibi, quid vbique agatur. *l. 1. §. quies quoque, ff. de offic. præf. vrbi. Tertio*, ad principes custodia territorij non minùs pertinet, quàm ad patremfamilias ædium cura. Sicut ergo dominus ædium ex quasi delicto tenetur, si quid ex his deiectum, vel effusum est, *tot. tit. de his qui effud. vel deiec.* & nautæ, caupones, ex eorum facto, quorum opera vtuntur in naui, caupona, *obligantur tot. tit. ff. nautæ caup. stabul.* ita etiam Principes tenebuntur. *Quartò* domini territoriorum pro saluo conductu à victoribus pedagium accipiunt: ergo ad securitatem eisdem præstandam obligantur, argum. *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. cap. quis sentit onus, de reg. iur. in 6. Quinto*, Principes ideò regale viarum publicarum ab Imperatore habent, vt eo, propter excellentiam, regaliter vtantur, hoc est, regia manu vias regias securas ac liberas à latronibus, plagiariis, ac prædonibus seruent. Mynſ. & Gail. *dd. locis*, præsertim cum publicè interſit, sine metu & periculo per itinera commeari. *l. 1. §. summa, ff. de his qui effud. vel deiec.* Quibus rationibus motus Mynſ. *d. loco*, post Bart. *in l. ne quid, n. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* Principes etiam tum obligat, quando rapina culpa Præfectorum ac Magistratuum ab ipsis constitutorum commissa est quasi officialium negligentia domino imputari debeat.

17. Nec satisfacit Bocerus dum scribit, dominos territoriorum ad pœnam arbitrariam teneri, non ad damnũ resarciendum spoliatis. Est enim iuris aperti pœnam arbitrariam, quæ reipubl. penditur, non impedire, quò minùs ob damnum expedire liceat. Et certè sæculares magistratus communione priuantur iure Canonico vsque ad condignam satisfactionem, si ad postulationem Clericorum rapaces refrænare neglexerint. *d. c. administratores 23. q. 5.* Minùs placet, quòd damnum per culpam omissionis datum negat priuata actione vindicari posse. Nam etsi Couarr. *de sponſ. & matr. p. 2. c. 6. §. 8. n. 15. & seq.* simile quidpiam asserere videtur, id tamen doctissimè refellit Molin. *de iust. & iure, tr. 2. disp. 697. n. 9.* Et certè licèt actio directa & vtilis hic deficeret, subsidiaria tamen in factum deneganda non erit arg. *l. quoties 11. ff. de præscr. verb.* dummodò meminerimus, si habita rationum, temporúmque ratione in procuranda viarum securitate domini territoriorum moralem diligentiam adhibent, eis culpam frustrà imputari, adeóque contra ipsos actionem dandã non esse, si extra ordinem se quis spoliatum conqueratur. Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem.

18. Non desinam tamen hic ad complementum quæstionis adnotare, quòd si aliquo casu actio contra dominos territorij, in quo rapina commissa est, locum sibi vendicat, alia tunc quæstio vertitur, qua ratione damnum acceptum probari debeat. Mynſ. *cent. 5 obſerv. 71.* & Gail. *1. obſerv. 64. n. 7. & seqq.* post Panorm. *in cap. super eo, vt n. 5. extrà de his quæ vi metusve.* Bart. *in l. ſi quando. C. vnde vi* & alios, opinantur damnum iureiurando probari non posse, sed testibus duntaxat probandum esse. Potest rapinam passus damnum rerum amissarum, & id, quod interest, iuramento suo probare. *l. 2. l. in actionibus 5. §. ſed in his. ff. de in lit. iur. l. ſi quando. C. vnde vi* attamen hoc ob dolum raptoris siue in odium rapinæ constitutum est. In præsenti specie emendatio damni petitur ex maleficio, rapina scilicet alterius, & ob culpam domini, qui viarum securitati non idoneè prospexit; dolus autem ipse penes prædonem est; ergo cessante ratione *d. l. ſi quando*, quæ palam de iureiurando contra prædonem dolosum præstando loquitur, cessabit etiam priuilegium iurisiurandi. Quòd si dominus territorij sciuit, prædones in sua Prouincia grassari, & cùm potuisset, non prouidit, aut prohibuit, à dolo parum videtur abesse, ac proinde, si spoliatus contra ipsum, veluti criminis participẽ, ex proprio dolo ageret, sacramento rerum, quas perdidit, æstimationem probare non minùs sinendus esset, quàm si contra præbonem iudicio consisteret. argum. *ad. ſi quando, 9. C. vnde vi*, ne deficientibus cæteris probationibus delictum domini maneat impunitum, contra *l. ita vulnerauit. ff. ad l. Aquil.* Bocerus *de Regal. d. c. 2. n. 106.*

19. Est tamen hìc aduertendum, spoliato tum demum compensandum esse, si in via regia rapinam passus fuerit. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 22.* Si verò viator à via publica & solita, qua vulgò iter fit, deflexerit ad vias insolitas, sibi debet imputare si in manus prædonum incidit. Andr. Gail. *d. obſerv. 64. n. 10.*

RESOL. XXXVIII.

An liceat cuilibet Christiano bona possessa à Turcis sibi vsurpare, & cum aliquibus limitationibus sine aliquo onere restitutionis?

Et an possint ex tacito consensu Principis defraudare vectigalia à Turcis imposita similiter sine onere restitutionis?

Et an quando seruus Christianus iniustè detinetur à Turcis, non solum possit fugere, sed etiam iure belli possit subripere, quæcumque voluerit, ex tacito sui Principis consensu? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Rel. 98.

§. 1. DE hoc casu per Epistol. in Aleppo datam sibi die vigesimo sexto Augusti, millesimo sexcentesimo trigesimoseptimo, interrogatus fui à Reuerendo Patre Ioanne Stephano de Sancta Theresia Carmelita discalceato, qui testatus est mihi ibi affirmatiùs sententiam docuisse Patres Societatis Iesv, & præcipuè inter illos Patrem Gasparum Meniglier Gallum, & ex Patribus Minorum Obseruantium, Patrem Antonium Veglia Neapolitanum, asserentes quòd quicquid possident Turcæ, sunt bona Christianorum tyrannicè vsurpata, & ideo omnis Christianus tanquam membrum Ecclesiæ potest ea in Ecclesiam deferre. Probatur etiã hæc opinio ex authoritate Samuelis de Lublino ex inclyta Religione Diui Dominici *in sum. verb. seruus, n. 1.* vbi sic ait. Quãdo seruus Christianus iniustè detinetur à Turca, non solùm potest fugere, sed etiam iure belli potest subripere quæcumque voluerit ex tacito sui Principis consensu. Ita ille, qui citat Caiet. *in 2. 2. q. 66. art. 8.* & idem docet Victorellus *in Notis ad Emanuelem Sa, verb. seruus, n. 1.* & noster Pater Naldus *in summa, eodem verb. & n.* nec valet dicere, quòd isti Authores loquuntur tantùm de seruis: nam ratio in eorum fauorem adducta militat etiam in aliis Christianis, quamuis serui non sint. Etenim cùm Principibus Christianis sit ius aduersùs Turcas bellum gerendi, & proinde eos iure belli rebus suis spoliandi, quia, vt inter alios obseruat Duuallius *in 2. 2. tract. de Fide, quæst. 7. art. 10. concl. 4.* Rebell. *part. 1. lib. 1. quæst. 12. num. 8.* Valascus *tom. 1. consult. 30. num. 8.* Couarruuias *in reg. peccatum, part. 2. §. 11. numero 6.* Christianorum Prouincias occupauerunt, & occupant, sequitur ex hoc posse omnes Christianos ex tacito Principum consensu, & ex eorum interpretatiua licentia quæcumque voluerint è Turcis surripere. Et ideo Doctores citati non concedunt posse seruos ratione seruitiorum surripere æquiualentem à dominis, sed quantum voluerint, & hoc non solùm ab ipsis, sed etiam ab aliis: ergo hoc eis non concedunt ratione tantùm famulatus, sed ratione taciti consensus Principum secularium, quam interpretatiuam licentiam adesse quoad omnes, etiam non seruos, dicendum est, & quia, vt dictum est, in eis militat eadem ratio, & quia quanto plures sunt qui a Turcis surripere possunt, tanto magis eorum vires debilitantur: Doctores verò exemplificant hoc tantùm in seruis, quia vtpluri

vtplurimum Christiani in terris Turcarum commorantes sunt mancipia, & ipsis magis commoditatem habent subripiendi,non sequitur autem, quòd alij non possunt.

2. Verùm his non obstantibus non desinam hîc apponere ea, quæ in sacra Congregatione propaganda fide consuluerunt aliqui Theologi septimo Aprilis, millesimo sexcentesimo vigesimo nono, circa casum similem propositum à Patre Francisco Longobardo Ordinis Minimorum Missionario in Africa, Tuneti nempe(teste Laurentio de Peyrinis *in priuilegiis Minimorum, tomo 3. cap.4.numero 19.*) Christianis captiuis licere bona surripere non modò Principis Sarraceni ex tacita voluntate Principum fidelium,sed adhuc dominorum particularium, sub quorum violenta seruitute detinentur iure compensationis pro iniuria captiuæ libertatis pro debita laboribus mercede, pro lucro cessante & damno emergente in suis negotiationibus, & bonis ob absentiam à patria. Quòd si fideles captiui à stipendiis militaribus Christianorum Principum per Sarracenos in seruitutem iniustam redacti sunt, eos quorumcumque infidelium indistinctè tuta conscientia posse bona auferre sub quacumque via, & industria ex interpretatiua eorumdem fidelium Principum voluntate.Ita illi Theologi. & cùm supradictus casus propositus à Patre Longobardo denuo ab aliis Theologis discuteretur in Congregatione sancti Officij die decimo tertio Augusti, millesimo sexcentesimo trigesimo, teste etiam Peyrino *vbi supra num.* 44. sic resolutum fuit. Qui captiui iniustè detinentur ab infidelibus, possunt à dominis particularibus accipere sine iniustitia, vel aliqua eius specie, quantum sufficit ad congruam compensationem, etiam pro sufficientia redemptionis ab illis, vel aliis, qui sunt partes Reipublicæ, siue Iudæi, siue Turcæ. Ex quibus apparet supradictos Theologos non tribuisse seruis Christianis in terris Turcarum tam amplam licentiam, quam illis tribuunt Doctores citati *vbi supra*. & ita etiam Filliucius *tom 2. tractat. 22. cap.5. numer.* 123. & ante illum Azorius *tom.1. lib* 8. *cap.* 24. *quæst.* 13. vbi docet fas esse Christiano seruo apud Turcas, vel Sarracenos capto auferre domino suo ea omnia, quæ sunt necessaria ei ad fugam, & ad iter faciendum, quo reuertatur ad suos, eo quòd iniquè possideatur à domino, item quia vim patitur dum detinetur, item quia potest iure operas,quas præstitit,compensare aliis rebus.Ita ille.

3. Sed ego,vt verum fatear non auderem de peccato mortali damnare eum, qui contrariam sententiam sequi vellet. Nam serui Christiani apud Turcas, non solùm possunt sibi applicare eorum bona, ratione laborum,famulatus,iniuriarum,lucri cessantis,damni emergentis,&c. sed etiam ratione iusti belli:nam Principes Christiani sunt domini rerum Turcarum, & cùm ipsi sint hostes publici, & tyrannicè bona Christianorum possideant, sequitur posse Christianos ex tacito Principum consensu bona illorum surripere. Et ita præter Doctores citatos hanc sententiam tenet etiam sapientissimus Molina *de Iustit. tom.1. tr.2. disp.* 37.*n.*1. vbi sic ait. Cùm Turcarum,& Maurorum bellum aduersùs nos ex eorum parte sit iniustum, fas est iis, qui apud illos capriui detinentur, in recompensationem iniuriarum, & damnorum quæ acceperunt, nec non obsequiorum, quæ illis exhibuerunt, & quia perpetuò nostris cum illis bellum est, accipere non solùm ab eis, à quibus iniuria sunt affecti, competentem compensationem damnorum, & iniuriarum, sed etiam tam ab illis,quàm ab aliis iure belli, atque ex præsumpta nostrorum Principum voluntate accipere quæcumque voluerint.Ita Molina,

4. Confirmatur supradicta opinio ex auctoritate *l. non solùm, C. de rer.permutat.* vbi sic habetur. Non solùm barbaris autem minimè præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerint, subtili auferatur ingenio, vbi glossa ait:Erant hi barbari hostes populi Romani; sed hodie Turcæ, vt patet, sunt hostes publici: ergo licitum erit per dictam legem bona eorum surripere. Et tandem Albertinus *in rubrica de hæret. & in* 6.*q.*8. *n.* 4. asseruit ex his præceptum Decalogi septimum, Non furtum facies, non habere locum in Christianis surripientibus res ab infidelibus ex consensu Principum. Vnde hanc sententiam puto probabilem esse; cum hac tamen limitatione,vt actio illa sumendi bona Turcarum non sit annexa cum aliquo scandalo, vel cum damno aliorum Christianorum, vel mendacio, conscientia erronea, vel fractione fidelitatis, ad quam tenentur,qui sub fide regia ibi adsunt, aut negotiantur. Et aliqui putant etiam in his casibus peccare quidem Christianos bona Turcarum surripiendo, non tamen teneri ad restitutionem, quia primò restituendo præberent vires hostibus Ecclesiæ: secundò,quia in dictis casibus si non quoad modum, quoad substantiam tamen præsumitur consensus, & licentia Principum Christianorum:ergo non adest obligatio restitutionis, licèt in modò peccetur; sicut multi excusant Regulares, qui furantur aliqua è Monasterio, inuito tantum Superiore quoad modum. Ita Mendoza *quæst.* 8. *post* 7. *concl. & concl.*8 Nauarr.*de rest.lib.*3 *c.* 1. *dub.*1.*n.*160. Lessius *lib.*2.*c.*41.*dub.*9.*n.*80. Rebellius *part.*1. *lib.*3. *qu.*15.*n.*22.& alij communiter; sed ego hanc sententiam non approbarem in casu, quo inter Christianos, & Turcas adesset Tempus treugæ, vel alicuius salui conductus: in his enim casibus non potest præsumi consensus propriorum Principum, neque quoad substantiam,neque quoad modum. Et hæc lecta, probabilia etiam esse censuit Pater Franciscus Bardi, sanctæ Theologiæ Professor in Collegio Panormitano Societatis IESV, vir doctus, & mihi clarissimus.

Sup. hoc in tom. 7 tr 3. Res.38. §. 2. postmediũ, vers. non autem est inuitus,& in res. 39. §. Sed opinio, prope finem, à vers. quia ad summum.

5. Notandum est etiam hîc pro confirmatione supradictorum ex tacito consensu Principum, posse Christianos fraudere vectigalia à Turcis imposita;quia sicut terræ illæ pertinent ad Principes Christianos, ita & tributa, quæ ratione talis dominij exigunt; sed hoc intelligendum cum limitationibus superiùs appositis. Vide Sanchez *in opusc. tom. 1. lib.2. c.4. dub. 5. num.*3. 8.*&* 9. qui etiam alias adducit rationes,vnde non est audiendus Megala *in part.2. lib. 2. c.17. qu.6. num.*85.

Sup. hoc ex tom 7.tr.8. ex doctrina res.39. signãter in §. vlt.

RESOL. XXXIX.

An quis tuta conscientia possit detinere rem, quam iuxta leges præscripsit, si postea cognoscat fuisse alterius?

Et an semper præscriptio transferat dominium, vel tantum aliquando? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Res.12.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit nouissimè Cyprianus Regnerus *de iustitia quarundam legum Romanarum lib.* 1.*cap.* 11. eo quòd omne illud, quòd fit sine bona conscientia & fide,Deo placere non possit. *Roman. 4. vers.* 23. *Hebr.* 11. *vers.* 6. Secundò quòd dicto Christi omnes leges Ciuiles reuocatæ sint ad æquitatem naturalem pariter omnibus insculptam. *Matth.7. vers.*12. Quando igitur sacræ literæ approbant ordinationes politicas,eas tantùm approbant,quæ iudicio rationis,quod nostris mentibus tanquam dedicatum aliquod simulachrum diuinæ iustitiæ inditum est, congruè respondeant. Iam autem qui post præscriptionẽ comperit rem esse alienam, versatur in mala fide:nouit enim naturalem dictitare rationem,neminem cum alterius detrimento debere fieri locupletiorẽ

l. 206. ff. de Regul. iur. ergo nec tutus in conscientia. Quæ cùm ita se habeant, non video quo pacto iudex exterioris fori dominum agentem repellere possit, & malæ fidei possessorem defendere. Num igitur iudici placebit, quod Deo displicet? Ministernè erit supra herum suum: homonè Deo sapientior? *Matth. 10. vers. 14.* Possuntne iudex exterioris fori, & iudex interioris de eodem contraria iustè pronunciare? Hucvsque Regnerus cui etiam addo Henningum Arnisæum *de iure Maiestatis lib. 1. cap. 2. num. 5.* vbi sic ait. Habet omnis præscriptio aliquid iniquum, quod vergat contra naturalem, & positiuam iustitiam: & sic consistit quidem in iure bono sed non æquo, cùm tueatur aliquam contra verum dominum rei, & locupletet eum cum aliena iactura. Sustinetur autem solis his ratiuncuis, vt homines ad res suas custodiendas reddantur attentiores: quomodo & Lacedæmonij sua furta probarent, ne dominia rerum incerta fiant; quas omnes rationes notandum in foro ciuili aliquid verisimilitudinis habere apud conscientiam verò neminem excusare, quia peccatum non excusant in ipso animo, sed tantùm in Republica. Ita Arnisæus.

2. Sed hi Auctores malè olent: & licèt cum ipsis sentiat Ioannes Vankel *in regula possessor. de Reg. iur. in 6.* & *ibi* Ioan. Andreas, Alciatus, *de quinque pedum præscriptione 23.* & *50.* Corneus *lib. consil. 252. numero 4.* & alij, quos citat Valboa de Magrouejo *in cap. vigilanti, de præscript. num. 35.* Tamen ipse meritò *numer. 38.* affirmatiuam sententiam tenet. Dicendum est igitur completa præscriptione, si postea superueniat rei alienæ scientia, præscribentem neque in foro exteriori, neque in foro conscientiæ ad vllam restitutionem teneri.

3. Et ratio est, quia per legitimam præscriptionem non tantùm adimitur priori domino actio in foro externo, sed etiam dominium secundùm legum dispositionem illi tollitur, & in præscribentem transfertur, vt clarè probari potest *ex lib. 3. ff. de vsur. & vsucap.* vbi vsucapio definitur esse adiectio (siue, vt alij legunt, adeptio) dominij per continuationem possessionis tempore legibus definito. Neque Canones in eo vsquam reprehendunt, aut corrigunt ius ciuile, quamuis præscriptionem cum mala fide tollant: quin potiùs videntur idipsum omnino supponere & approbare, quando iuxta illam legum dispositionem iudicant, & iudicari volunt, vt patet *ex causa 16. quæst. 3. per diuersos Canones*: & *in cap. Sanctorum, de præscript.* ait Pontifex, se irrefragabiliter confirmare, vt omnes possessiones ad singulas prouincias suorum Confratrum pertinentes, à quibus per 30. annos possessæ sunt, quietè & syncerè perpetuò teneantur: quod eodem titulo in aliis capitibus iudicatur. Ergo quando legitima præscriptio est absoluta, licèt præscribens postmodum intelligat rem fuisse alterius poterit, tamen eam sibi tutò retinere. Probatur consequentia, quia res illa iam in eius transiuit dominium, ita disponente Imperatore, aut aliis Superioribus, qui potestatem habent dominium ab vno transferendi in alterum, quemadmodum propter delicta, ita & ex aliis iustis causis bonum publicum concernentibus. Quòd si res in præscribentis transierit dominium, nulla est ratio dicendi, quòd non possit eam nunc tuta conscientia retinere.

4. Vnde ex his patet responsio ad ea, quæ in contrarium adduxerunt Regnerus, & Arnisæus, & ad id quod ex lege naturali locupletari quis non debeat cum alterius iniuria, & iactura. Respondeo quod regula iuris allegata sic accipienda est, quod nemo locupletari debet cum alterius iniuria, aut iactura, iniquè scilicet illata: non autem quòd nullo modo id fieri possit cum alterius iactura. Nam qui ludis licitis, aut sponsione aut certamine debitis circumstantiis vestitis lucrum faciunt, locupletantur, cùm iactura aliorum, nec tamen ad restitutionem obligantur.

5. Ex his etiam infertur contra Adrianum *in 4. de rest.* & Medinam *Cod. de rest. q. 18.* asserentes aliquando præscriptione transferri dominium, non autem semper: sed tunc solùm quando intercessit prioris domini negligentia notabiliter culpabilis: & proinde tunc, non autem aliàs posse detineri rem præscriptam, si postea constet fuisse alterius. Fundamentum horum est, quòd leges & Canones videantur subinde iudicare præscriptionem esse inductam ad executiendam dominorum segnitiem in rebus suis curandis, vt potest colligi *ex c. vigilanti, de præscr.* ac proinde volunt in pœnam negligentiæ esse introductam. Quare vbi non est grauis negligentia, existimant eam non procedere in foro conscientiæ, quia cessante causa cessat effectus.

6. Sed opinio ista est singularis, & parum solida, aut probabilis: quòd enim ad fundamentum istud attinet. Respondeo præscriptionem non esse introductam saltem principaliter ad tollendam negligentiam prioris domini, minus ad eam puniendam: sed ob alias causas maioris momenti, ex quibus etiam leges præscriptionis iustificari solent: quarum in primis vna principaliter indicatur *in l. 1. ff. de vsucapionib.* vbi sic habetur. Bono publico vsucapio introducta est, ne scilicet quarumdam rerum diu & ferè semper incerta dominia essent. Altera huic affinis, & est quasi huius finis, vt contentiones & lites in Republica vitentur, & aliquando finiantur, vt dicitur *l. vltima ff. pro suo.* vbi concessa dicitur vsucapio, vt aliquando litium esset finis.

RESOL. XL.

Quidam vir Nobilis possidebat multa bona dubitans esse sua, quæsiuit à me, an teneatur illa restituere? Sed difficultas est, quando quis inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, vt res alienas sit, quid in hoc casu faciendum erit? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 44.

§. 1. Respondi, vel incepit possidere dubitans, vel non; in primo casu tenetur adhibere diligentiam, vt inueniatur verus dominus, & ei restituere bona illa cum fructibus etiam consumptis: post adhibitam verò diligentiam, si manet adhuc dubius, non est obligandus ad integram restitutionem, sed solùm ad partem pro ratione dubij, quam debet tribuere creditori, de quo dubitat: si verò talis persona sit ignota, pauperibus tribuenda est. Itaque si quantum sit æquale, dimidium restituere debet, & quominus probabile est rem esse alienam, tanto minus non tenetur restituere, iuxta quantitatem dubij perseuerantis. Sic Lessius *de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 4 num. 25.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 23. num. 17.* Rebellius *de oblig. iust. par. 1. lib. 2. quæst. 5. n. 7.* Molina *de iust. tom. 3. disp. 721. n. 3.* & alij.

2. In secundo autem casu, scilicet quando initio rem bona fide accepit, vel habuit; si postea incipiat dubitare, tenetur etiam inquirere veritatem, & manente dubio, &c. si æqualiter dubitet, non tenetur quidquam restituere; nam in dubio melior est conditio possidentis, *reg. in pari 65. de reg. iur. in 6.* & ita communiter docent Doctores Salonius *in 2. 2. qu. 62. art. 6 concl. 4.* Rodriquez *in summa, tom. 2. c. 43. n. 4.* Medina *in part. 2. qu. 19. art. 6. propos. 1.* Molina *de iust. tom. 1. tr. 2. disp.* 35. Henriquez *in summa lib. 14. de iregul. c. 15. in fin.* Sayrus *in Claui Regia lib. 10. tr. 2. c. 3. n. 29.* Coninch *de Sacr. disp. 34. dub. 10. n. 85.* Lessius, Rebellius *vbi supra*, & alij.

3. Sed difficultas est, quando quis inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, vt res alienas sit, seqq. &

& in hoc casu Valentia *tom 3. disp. 3. quæst. 16. punct. 2.* Bannez *in 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 5. concl. 4.* Ledesma *de matr. qu. 45. art. 1 ad 3.* & Salonius *vbi supra*, asserunt, sic dubitantem teneri partem restituere pro ratione maioris illius propensionis. Et ratio est, nam in pari causa, vt diximus melior est conditio possidentis, sed quando possidens magis inclinat eam partem, vt res sit aliena, non dicitur potior causa. Ergo ratione istius imparitatis, & inclinationis tenetur aliquid restituere illi, cuius rem esse dubitat.

4. Secunda tamen opinio, cui tanquam probabiliori adhæreo, asserit, sic dubitantem non teneri ad vllam restitutionem; quia possessio certa prævalet rationibus inducentibus in partem oppositam, dummodo non sint adeò efficaces, vt illius partis assensum generent. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 9.* Vasquez *in p. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. c. 7. n. 42.* Aragon. *in 2. 2. q. 62. art. 1.* Imò addit Salas *in p. 2. q. 21. tr. 8. disp. vnic. sect. 23. n. 231* hoc esse verum non solùm, quando rationes pro contraria parte assensum non generant, sed etiam quando eum generant, dummodo non conuincant, nec assensus sit certus physicè, aut moraliter, sed merè opinatiuus, adhuc enim verè res est dubia, ac possessio omnibus rationibus non conuincentibus præponderat.

5. Ad argumentum contrariæ sententiæ respondetur, Possessionem certam, vt dictum est, prævalere, & meliorem esse possidentis conditionem, etiamsi dubium non sit par, & æquale. Ex his patet responsio ad suprà positum quæsitum.

RESOL. XLI.

An possessor bonæ fidei, si inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, vt res est aliena, teneatur iuxta inclinationem, & propensionem aliquid restituere? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 10.

Sup. hoc in Res. præteri. 12. §. Sed difficultas, & seqq. & in resl. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bannez *2. 2. quæst. 62. in præambulo ad 1am dub. vlt. concl. 2.* Ledesma *de matr. q. 5 art. 1. ad 9. primæ sententiæ dubij secundi.* Salon. *in 2. 2. q. 62. a. 6. contr. 4. concl. 4.* Sanch. *de matr. to 1. lib. 2. disp. 41. n. 10.* & hanc sententiam puto etiam tenere Sayrum *in Claui Regia, lib. 10. tr. 2. c. 3. n. 29* Barthol. à Fausto *in Speculo confess. disp. 4. q. 260.* vbi asserunt, in dubio æquali possidentem bona fide, non esse obligatum ad restitutionem.

2. At mihi semper contraria opinio visa est probabilior, quam tuetur, & docet Vasquez *in part. 2. tom. 1. disp. 66. art. 7. numer. 42.* vbi loquens de supradicta opinione asserit: [Ego hanc sententiam existimo nulla ratione esse admittendam. Nam quamuis pro altero, qui non possidet rem, fortiores videantur rationes, & coniecturæ circa res proprietatis, tamen si non sunt vsque adeò efficaces, vt generare possint assensum illius partis, sed rem adhuc dubiam relinquant, non debet censeri maius, & potius ius proprietatis vnius, quàm alterius, cùm adhuc in dubio res maneat, dubia enim res æquè videtur vtramque partem respicere. Ergo si rei in dubio existenti accedat certa possessio, potior erit causa possidentis. Quocirca quamuis vrgentiores videantur rationes pro eo, qui non possidet, si tamen non sufficiunt assensum generare, non obligabunt ad vllam restitutionem. Doctrina verò de dubio, in quo melior est conditio possidentis, intelligitur, quando nullius est assensus pro altera parte. Hæc Vasquez. Igitur in casu, quando possidens bona fide inclinat, vt res sit aliena, non tenetur iuxta talem propensionem aliquid restituere; quia possessio certa est potior, quàm rationes inducentes in partem contrariam, sed non generantes assensum.

3 Post hæc scripta, iuueni etiam Bonacinam docere hanc sententiam *de rest. disp. 1. q. 2. punct. 2. n. 6.* qui citat Salas *in part. 2. qu. 21. tr. 8. disp. vnic. sect. 23. n. 231.* & notat Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. nu. 9.* retractasse dicta de matrimonio *vbi supra*, quod non solùm retractauit in isto loco, quem citat Bonacina, sed etiam *in lib. 2. c. 23. n. 179.*

RESOL. XLII.

An si præmissa debita diligentia, adhuc dubius sis, propendas tamen magis rem esse alienam, tenearis eam restituere, vel diuidere? Ex p. 4. tr. 3. Res. 26.

Quæ hic est supra res. antecedens, & in res. prima post præteritam, §. Sed difficultas, & seqq.

§. 1. HAnc quæstionem declarauimus *in p. 2. tract. 15. resol. 10.* & teneri iuxta inclinationem, & propensionem aliquid restituere, diximus docere Bannez, Ledesmam, Salonium, & Sanchez, quibus nunc addo Coninch *de Sacr. disp. 34. dub. 10. n. 93.* Valentiam *tom 3. disp. 3. qu 16. punct. 2. §. si autem*, quia in tali casu non est par causa tua, & aliena, vt possessio tibi suffragetur.

2. Nihilominus in dicta resolutione ego contrariam sententiam docui cum Vasquez, Bonacina, Salas, & Sanchez se retractante, quibus nunc addo Merollam, me citato, *in suis disputat. Theologicis, tom. 1. disputat. 3. c. 3. coroll. 3. n. 24.* Castrum Palaum *tom. 1. disp. 3. punct. 2. num. 11.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5 §. 3. num. 21.* & Filliucium *tom. 2. tract. 21. cap. 4. n. 158.* & ratio est, quia possessio præponderat omnibus rationibus non conuincentibus.

RESOL. XLIII.

An facta sufficienti diligentia, an res sit sua, possit possessor bonæ fidei adhuc dubius illam retinere, & alienare, vel teneatur rem diuidere cum persona, de qua dubitatur, an eius sit?

Et an durante inuestigatione Domini, possit vti re, quæ vsu non consumitur, vt equus, mancipium, &c?

Et an possessor, qui adhibita diligentia, an res, quam possidet, sit aliena, si manserit adhuc dubius teneatur in posterum vero Domino comparenti restituere?

Et quid est faciendum, si spes moralis non est, vt verus Dominus compareat?

Et quid, quando probabilis spes est Dominum comparituram? Ex p. 4. tract. 3. Res. 25.

Sup. hoc supra in res. 40. §. 1. Sed lege eam per totam, & doctrinam res. 41. & 42. vt facilius dissoluas hanc quæst.

§. 1. NOn posse asserit Adrianus *quodlib. 2. à n. 2. ad 2. confirm. argum. 1.* vel saltem teneri diuidere rem cum persona, de qua dubitatur, an eius sit docet Sotus *de iust. lib. 4 q. 5. art. vlt.* Martinus de Ledesma *2. part. 4. q 18. art. 1. dub 14.* & Aragon. *in 2. 2. q. 62. art. 1. tr. de dominio, ante §. his constitutis*; nam extante æquali dubio, videtur ius esse æquale vtriusque partis: ergo, &c.

2. At his non obstantibus contrariam sententiam communiter docent DD. vt Villalobos *in summa tom. 1. tract. 1. diffic. 1. num 1.* Coninch *de Sacram. disp. 34. dub. 10. num. 93.* Azorius *tom. 1. lib. 2. c. 19. q. 5.* Vasquez *in 1. 2. disp. 66. cap. 7. à num. 36.* Salas *in 1. 2. tr. 8. disp. vnica, sect. 23. num. 233.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 9.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 36. concluſ. 1. & tom 3. disp. 721. num. 4.* Valentia *tom. 2. disp. 2. qu. 14. punct. 4.* Salonius *in 2. 2. quæst. 82. art. 6. contr. 4. concl. 2.* Bañez *in 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 5. concl. 4.* Saucius *in selectis disp. 43. n. 11.* Merolla *to. 1. disp. 3. cap. 3.*

cap.3. corollar 3. n. 11. & alij penes ipsos. Ratio est, quia in pari causa melior est conditio possidentis:ergo, Quod etiam probatur : nam in foro externo in tali casu possessor dubius non esset spoliandus:ergo neque in foro interno.Probo consequentiam,quia forum internum semper externo conformari debet,quando externum falsa præsumptione non innititur , vt docet Merolla *loco citato n.*7. Garsias *de benefic. t.*2.*p.*9.*c.*1. *n.*10.Salas *in* 1.2.*tr.*8.*disp. vnica, sect.*18. *n.*176.171. *&* 220.Sanchez *de matr.tom.*1.*lib.*1.*disp.*5.*n.*20 Suar. *de cens.disp.*40. *sect.*5. *n.*16. Sancius *in selectis disp.*48. *n.*5. ergo,&c.

3. Notandum est tamen hîc primò quòd durante inuestigatione veri domini, non potest quis vti rebus, quæ vsu consumuntur, nam frustrà dominus quæreretur; potest tamen vti illis, quæ vsu non consumuntur, vt equus,mancipium,&c.dum tamen adsit animus soluendi vero domino pretium illius vsus, deductis expensis alimentorum. Ita Villalobos *in summa t.*1. *tr.*1. *diffic.*20.*n.*4.& alij.

4. Nota secundò possessorem,qui adhibita diligentia , an res , quam possidet, sit aliena , si mansit adhuc dubius , non teneri in posterum vero domino comparenti restituere, nisi instar bonæ fidei possessor, nempe rem ipsam si apud se extat,vel si consumpta sit, aut sit alienata,tenetur solùm quatenus factus est locupletior. Ita Lessius *lib.*2.*c.*14.*dub.*4.*n.*23. Rebellius *part.*1.*lib.* 2.*qu.*5.*n.*11.Vasquez *in* 1.2 *disp.*66.*c.*7.*n.*38. Sanchez *in summa tom.*1. *lib.*2.*c.*23. *n.*186.& alij penes ipsos. Vnde non sunt audiendi,Aragonius *in* 2.2. *qu.*62. *art.* 5.*dub.*1.& *ibi* Bannez *dub.*2.*concl.*3.Salonius *contr.*2. Salas *in* 1.2.*tr.*8.*disp vnica.sect* 23.*n.*227. & alij asserentes hunc teneri restituere pretium rei venditæ ; sed aduersùs dictos Doctores, & meritò,insurgit Merolla *tom.*1.*disp.*3.*c.*3.*corollar.*3. *n.*18. docens hanc opinionem tunc esse veram , quando ex pretio locupletior euasit,tunc enim tenetur esse paratus restituere domino totum pretium , si in toto factus est ditior , vt si rem illam ipse dono acceperat, ac postea vendidit, vel partem pretij, vt si illam emerat,sed postea pluris vendidit,quia in eo excessu tantùm factus est locupletior.

5. Et tandem nota , quòd si spes moralis non est vt verus dominus compareat , non teneris monere de dubio emptorem, quia tunc emptor morali periculo non exponitur , secus autem dicendum est quando probabilis spes est dominum compariturum. Ita Sancius *in selectis disp.*43.*n.*12.Bannez *in* 2.2 *q.*62. *art.*6. *dub.*5. Castrus Palaus *t.*1.*disp.*3.*punct.*2.*n.*13.

RESOL. XLIV.

An possessor bonæ fidei, qui dubitans rem esse suam neglexerit inuestigare verum Dominum,vnde impotens effectus est ad eum sciendum , teneatur ad restitutionem? Ex part.4.tr.3. Resol.29.

§.1. TEneri restituere illi , cuius rem esse dubitat, vel eo ignoto teneri restituere pauperibus iuxta qualitatem dubij , & spem quam habebat inueniendi dominum,tradunt Villalobos *in summa tom.* 1. *tract.*1. *diffi.*10.*n.*2. Salas *in* 1.2. *tract.*8. *disp.vnica, sect.*23. *num.*238. Alphonsus de Leone *de potest, confess.part.*1. *recollect.* 15.*enum.* 76. Sanchez *in summa tom.*1.*lib.*2.*c.*23.*n.*183. Molina *t.*1.*disp.*36. *concl.*1. & alij.

2. Verùm secundùm Bonacinam *de contract. disp.* 1.*qu.*2. *punct.*2. *num.*8. non sine probabilitate videtur dicendum non teneri ad restitutionem; tum quia quãuis peccauerit negligendo inquisitionẽ veritatis,nihilominus possidere incepit bona fide ; sed melior est conditio possidentis : ergo,&c. tum quia non constat an damnum aliis intulerit non inquirendo rei veritatem:qui autem dubitat, an sua actione, vel omissione, fuerit aliis causa damni,non tenetur ad restitutionem. Ergo, &c. Et hanc opinionem probabilem etiam esse putat Castrus Palaus *tom.*1.*disp.*3.*punct.*2.*n.*9.

RESOL. XLV.

Felix dedit Confessario vncias septuaginta,vt restitueret Ioanni suo creditori. Post duos annos scit Confessarium non restituisse ; quæritur,an denuo dictus Felix debeat restituere? Ex p.2.tr.17.& Misc.3.Resol.2.

§.1. QVidam Theologus magni nominis, respondit debere restituere , & probabiliter quidem:nam non desunt DD.qui hanc affirmatiuam tuentur sententiam , hi sunt Nauar.& D. Antoninus apud Lessium *vbi infrà*.Syluius *in* 2.2. *D.Thom. qu.*62. *art.* 6.*quæritur* 9.Fabr.*de rest.in* 4. *sent. dist.*15. *qu.*2. *disp.* 50.*c.*4.*n.*159. Lazarius *de monitoriis, sect.*4.*qu.*5. *n.*5. *&* 6.Conrad.*in resp.cas.conscr. part.*2. *quæst.*445. Petr. Nauarr. *lib.*4.*c.*5. *dub.*1.*n.*19. Clauis Regia *lib.*10. *tr.* 5.*c.*9.*n.*3.*&* 9.Tolet. *lib.*5.*c.*24.*n.*2. & Homobon. *de exam.Eccl.part.*2. *tr.*10. *c.*2.*qu.*2. *suppos.*1. Et confirmatur ratione:nam res ex delicto debita, antequam ad creditorem perueniat,ipsi perit debitori;non enim debet creditor damnum pati ob debitoris delictum , vt bene probat Rebellius *part.*1.*lib.*2.*qu.*1.*sect.*3, Molina *de contr.*10.2.*tr.*2.*disp.*296.*n.*... Azor.*p.*3.*lib.*4.*c.*35. & alij.

2. Sed mihi etiam probabilis semper visa est contraria sententia , & sic in praxi non condemnari dictum Felicem ad denuo restituendum : nam cùm ipse non deberet cum infamia restituere , quantum in se est fecit quod potuit:& si Ioannes creditor ad restituendum non consentiret , esset irrationabiliter inuitus. Et sic Lessius *lib.*2.*cap.*16.*dubit.*6. *n.*67. *in fin.* cum Filliuc. *in quæst. mor. tom.*1. *tract.* 32. *cap.*5. *num.*135. probabilem vocat hanc opinionem,& in terminis illam amplectitur nouissimè Cenedo *de paupertate religiosa, dub.*34 *n.*8.

RESOL. XLVI.

An si quis daret alicui centum,ignorans,quod ex iustitia tantum etiam illi debebat,teneatur postea alia centum soluere?

Ex quo infertur , quod si quis , ex deuotione inuiteret hanc, vel illam Ecclesiam,& non recordatur,quod ad id teneatur ex voto, vel ex pœnitentia , à Confessario iniuncta, si postea recordatur voti, aut pœnitentiæ non teneatur illas Ecclesias iterum visitare? Ex part. 5. tract.13. & Misc.1. Resol. 94.

§.1. CAsus est curiosus , & erit multum plausibilis ex benigna opinione, quam proferam. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *in summ. to.*1.*lib.* 1, *cap.*13. *n.*11. vbi sic ait. Debentem cuidam centum satisfacere huic debito,si debiti prorsus immemor tantidem tundem ei donet , nisi in remunerationem tantidem muneris accepti donatio fieret, & similiter obnoxium restitutioni incertorum pauperibus, posse omnes eleemosynas , quas postea ignarus , aut illius obligationis immemor ex sua deuotione largitus est, computare in eius restitutionis partem. Quia si hi conscij, aut prædictæ obligationis memores essent, non animo liberandi, sed satisfaciendi dedissent. Sed contrarium credo cũ

Ludouico

Ludouico Lop. *lib.2.de contractibus, c.vlt. col.antepenult.verb. supereſt nunc.* vbi bene ait huiuſmodi diſpoſitiones conditionales minimè ſpectandas eſſe, ſed id quod voluntas tunc intendit: quia in obligatione iuſtitiæ id peculiare eſt, vt illi minimè ſatisfiat, quando alio titulo, vt donationi, vel eleemoſynæ, quàm ſoluendi debiti redditur. Nec conditionalis illa tollit, quin hîc & nunc ſit vera donatio, & eleemoſyna, & non debiti ſolutio. Ita Sanchez, & præter Lopez tenet etiam ſuam ſententiam Salas *de legibus, diſp. 9. ſect. 2. n. 35.* & Bonacina *de leg. diſp. 1. qu. 1. punct. 10. n. 13.* quia obligationes iuſtitiæ neque contrahuntur, neque tolluntur, niſi dependenter à voluntate contrahentium, quæ tamen in his caſibus ratione obliuionis, & incogitantiæ ponitur non fuiſſe.

2. Sed negatiuam ſententiam tanquam probabilem non deſinam hîc admittere per ea, quæ nouiſſimè adducit Nicolaus Baldellus, vir quidem doctus *in Theol. moral. tom. 1. lib. 5 diſp. 25. n. 18.* vbi ſic ait. Nec negari poteſt quin etiam in materia iuſtitiæ poſſit ſufficere ad illius obligationes tollendas intentio generalis, & implicita, quæ de facto habetur ab vnoquoque ſatisfaciendi omnibus ſuis obligationibus, quibus abſolutè poteſt ſatisfacere per vnamquamque ſuam actionem. Neque obliuio & incogitantia huius, vel illius obligationis ſpecialis poteſt tollere, aut impedire voluntatem generalem, & implicitam faciendi omnibus, quæ habentur, ſed ſolùm tollit, aut impedit voluntatem ſpecialem, & explicitam ſatisfaciendi huic, aut illi obligationi in ſpecie, vt ex ſe patet, & ideo etiam in caſibus poſitis obligationes iuſtitiæ dicendæ ſunt verè tolli dependenter à voluntate eorum, qui per illas ſunt obligati. Nam hoc modo *Idem ex pluribus, ff. de ſolut.* expreſsè dicitur, quòd qui ex pluribus cauſis vni alicui debet pecuniam, neque exprimit, aut demonſtrat, dum illam ſoluit ex qua cauſa ſoluat, & cui obligationi intendit ſatisfacere, cenſendus eſt pro illa ſoluere, quæ apud ipſum eſt potior: vt, v.g. ſi aliqua ex cauſa teneatur ſoluere ſub pœna infamiæ, vel ſub aliqua alia, vel ſub iure hypothecæ, aut pignoris, & ſimilibus. Et ratio ſubditur, quia veriſimile eſt diligentem debitorem ſi eſſet admonitus, ita fuiſſe geſturum ſuum negotium. Ex quo textu clarè habetur, quòd voluntas implicita & generalis, quam vnuſquiſque habet ſatisfaciendi prout poteſt per vnumquemque actum ſuis obligationibus, poteſt habere locum etiam in obligationibus, & in materia iuſtitiæ, idque non ſolùm eſt verum, quando in actu ſoluendi nulla cauſa nullúſque titulus exprimitur, aut determinatur, ex quo fiat ſolutio, ſed etiã quando exprimitur, & determinatur vnus aliquis minus principalis ex aliorum obliuione, & incogitantia: nam hæc obliuio, & incogitantia facit ſolutionem pro illo alio titulo ſimpliciter inuoluntariam, eámque reſoluit in hanc conditionalem: Trado, vel ſoluo ex hoc titulo, niſi teneor ex aliquo alio potiore, & maioris momenti, vt diximus paulò antè. Et hæc omnia docet Baldellus *loco citato*. Dicendum eſt igitur, quòd intentio implendi quamcumque obligationem, ſemper videtur haberi ſaltem generaliter, & ſemper poteſt præſumi ab vnoquoque, quando non conſtat de intentione contraria, quia vnuſquiſque in ſuis actionibus generaliter ſemper intendit ſatisfacere obligationibus, quas habet; vnde licèt prima opinio ſit probabilior, poſteriorem, vt dixi, puto probabilem eſſe. Et ideò ex his à fortiori ſequitur, quòd ſi quis ex deuotione inuiſeret hanc, vel illam Eccleſiam, & non recordaretur, quòd ad id teneretur ex voto, vel ex pœnitentia à Confeſſario iniuncta, quando poſtea aduerteret debitum, & recordaretur voti, aut pœnitentiæ, non tenetur iterum illas Eccleſias inuiſere, ſed poteſt exiſtimare vtriſque ſatisfeciſſe,

Sup. hoc in tom. 6. tr. 3. Reſ. 146.

Sup. hoc ſupra in tr. 4. ex Reſ. 49. lege doctr. ibi §. Notandum. & alterius §. Ius not.

RESOL. XLVII.

An parentes diuites, ſi propter aliquam iuſtam cauſam exponant filios hoſpitali, teneantur reſtituere expenſas circa eorum nutritionem? Ex p.3. tract.6. & Miſc.2. Reſ.40.

§.1. AFfirmatiuè communiter reſpondẽt Doctores, & ita tenent Homobonus *de exam Eccl. part. 2. tr. 10. c. 4. q. 14.* Bellochius *in praxi mor. Theol. part. 2. q. 7. n. 25.* Azor. *part. 2. lib. 2. c. 5. q. 7.* & alij. Ratio eſt, quia hoſpitalia inſtituta ſunt ad nutriendos hos infantes pro egenis, & non pro diuitibus.

2. At his non obſtantibus, non grauabor hîc apponere ſententiam Rodrici Acugna *in Decretum Gratiani part. 1. diſt. 87. c. 9. n. 13.* vbi ſic aſſerit. An parentes expoſitorum, ſi ſint diuites, teneantur in conſcientia ad ſumptus nutritionis hoſpitali reſtituendos.

3. Et non teneri verius videtur, cùm hoſpitalia ſint inſtituta pro præſentibus neceſſitatibus, abſque vllo onere miſerorum; & expoſiti quantumuis eorum parentes ſint diuites, præſentes neceſſitate vrgente exponuntur, & ita nihil tenentur, poſtquam fuerint ſui iuris, hoſpitalibus reſtituere. Accedit quòd peregrini ſpoliati à latronibus, & ſimiliter ægrotantes, quamuis in ſua patria ſint ditiſſimi, gratis curantur, & ſuſtentantur in ſimilibus hoſpitalibus ſine vllo onere reſtituendi, vt ex vſu conſtat. Et confirmatur, quia alioquin hoſpitalia redditus haberent, non vt liberaliter, & gratis propter Deum neceſſitati patientium ſuccurreretur, ſed potiùs vt mutuum miſeris daretur, quod eſt inconueniens, & non præſumendum de fundatoribus hoſpitalium. Sed forſan dici poteſt, tres claſſes hominum eſſe diſtinguendas; in prima continentur homines pauperes in re, & in ſpe; in ſecunda pauperes tantùm in re, & non in ſpe, vt filiifamilias; in tertia alij diuites in re, impediti tamen propter metum, vel aliam iuſtam cauſam filios alere nequeunt, & hos teneri ad reſtitutionem hoſpitalibus faciendam dicendum videtur. Ita Acugna *loco citato*.

RESOL. XLVIII.

An ſi quis vi, & fraude impediat, ne nepos filius ſpurij inſtituatur hæres ab auo, teneatur ad reſtitutionem?

Idem eſt dicendum de illo, qui fraude, & vi, impedit, ne aliquis conſequatur officium, vel beneficium, &c.

Et ſupponitur nepotem filium ſpurij poſſe inſtitui hæredem ab auo.

Et quid eſt dicendum, ſi quis impediat, ne omnia ſupradicta bona aliquis aſſequatur non vi, fraude, vel mendaciis, ſed precibus, blanditiis, muneribus, &c. etiam ſi hoc ab aliquo efficeretur cum odio, & inuidia, an peccet mortaliter, ſed non teneatur ad reſtitutionem?

Et in corpore huius Reſ. adducuntur 77. diuerſi caſus pro praxi, &c. Ex part.3. tr.6. & Miſc.2. Reſol.33.

§.1. SVppono nepotem filium ſpurij poſſe inſtitui hæredem ab auo, ſi hæc inſtitutio non efficiatur intuitu filij ſpurij, vt illa bona ipſe habeat. Ita Vaſquez *opuſc. de reſt. c. 5. §. 7. dub. 7. n. 123.* Molina *de iuſt. t. 1. tr. 2. diſp. 167. concl 9. num. 16.* & ex Iuriſtis Iulius Clarus *de teſt. qu. 32.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 3. ex lata doctrina Reſ. 114. curſim in fine, ſed lege eam per totam.

2. Hoc ſuppoſito de hoc caſu olim interrogatus affirmatiuè reſpondi, quia qui vi, aut fraude impedit aliquem ne inſtituatur hæres, vt eſt in caſu noſtro, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem; quidquid aſſerant aliqui apud Emanuelem Sà *ver. reſtit. 21.* aduerſus

sus quos, & rectè insurgit nouissimè doctus Tannerus *in p. 2. D. Thom. disp. 4. quæst. 6. dub. 2. num. 65.* cum Bonacina *de contract. disp. 1. quæst. 2. punct. 12. num. 5.* & Syluio *vbi infrà, concl. 5.* Layman *in Theolog. mor. lib. 3. tract. 5. cap. 7. n. 3.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 22. num. 21.* Turriano *vbi infrà.* Et ratio est; nam violatur ius ipsius, quod habet ad illud bonum; quod ius non est quidem absolutum, sed conditionatum, quia in libera voluntate collatoris positum; si enim velit, res tibi debetur; si nolit, non debetur. Vnde si quis voluntatem eius qui proposuit, vel deliberat tibi dare per vim, aut fraudem directè impediat, alióve inflectat, verum tibi iniuriam facit: nam ius tuum in libertate collatoris constitutum violat. Ergo, &c. Et ideo hanc sententiam sustinent etiam Nauarrus *in man. c 17. n. 76. & ibi* Victorellus *in notis n. 67.* Lessius *lib. 2. c. 12. dub. 18. n. 123.* Vasquez *in part. 2. D. Thomæ, tom. 2. disp. 175. c. 2. n. 13.* Azorius *part. 3. lib. 4. c. 9. qu. 1.* & alij penes ipsos. Idem dicendum est de illo, qui fraude & vi impedit, ne aliquis consequatur officium, vel beneficium, &c.

Sup. hoc infra in §. Quinto huius Res.

3. Notandum est tamen, quòd hæc restitutio non est integrè facienda, sed quanti iudicio prudentis spes illa potest æstimari. Ita Doctores citati.

Sup. hoc in tribus Res. seqq. & hic infra in §. Quarto, huius Res.

4. Verùm non grauabor hîc adnotare, quòd si impediatur, ne omnia supradicta bona aliquis assequatur, non vi, fraude, mendaciis, &c. sed precibus, blanditiis, muneribus, &c. etiamsi hoc ab aliquo efficeretur cum odio, & inuidia, peccaret quidem, sed ad restitutionem non teneretur; quia omnes supradicti, qui impediuntur ab assequendis istis bonis, ius ad illa non habent, nisi, vt dictum est, in libera voluntate collatoris; ergo si relinquas collatorem in sua libertate, nec aliquid facias quod illi libertati repugnet, non censeris hoc ius violare. Igitur cùm preces, munera, blanditiæ non repugnent libertati, nullo modo infers alicui iniuriam. Et ita aduersùs Caietanum *in 2. 2. quæst. 62. art. 2.* Couarruuias *in reg. peccatum, part. 2. § 7. n. 8.* Paludanum *in 4. dist. 15. qu. 2. art. 2. concl. 4.* Scotum *eadem dist. & qu. ad arg. vlt.* Richardum *ibidem circa 5. principalem qu. 4. art. 6.* docent communiter Doctores, vt Lessius, Azorius, *vbi suprà*, quibus adde Villalobos *in summa tom. 1. tract 11. diffic. 43. n. 10.* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 5. n. 11.* Turrianum *in 2. 2. tom. 2. disp. 26. dub. 1. n. 7.* Rebellium *part. 1. lib. 3. qu. 1. concl. vlt. n. 5.* & Syluium *in 2. 2. quæst. 62. art. 2. quæritur 25. conclus. 2.* Nec obstat intentio nocendi, odium, & inuidia; nam si non sequatur opus contrarium iustitiæ, hæc omnia inducunt onus restituendi; vnde quod ad restitutionem attinet, videndum est, quo iure fiat quicquam, non autem quo animo; animus enim nocendi est contra charitatem, sed non violat iustitiam, nisi accedat opus iustitiæ repugnans.

Sup. hoc in Res. seq. & in Res. 1. post seq. §. 2.

5. Hinc ex dictis infertur primò, aliquem non teneri ad restitutionem, si sine vi, & fraude impediuit, v.g. ne Paulus institueret hæredem, vel legatarium Petrum, quem gratis instituere volebat, etiamsi ex odio, & malo animo fecerit, & orauerit vt se ipsum, vel alium amicum loco Petri, Paulus institueret.

Sup. hoc in fr. in fine Res. 50.

6. Secundò, non tenetur ad restitutionem, qui sine vi, & fraude curauit aliquod testamentum iam factum mutari, & alium hæredem institui, vel aliquid sibi, vel amicis relinqui.

7. Tertiò, si absque vi, & fraude procuras, vt beneficium daretur indigno, non teneris quidem restituere aliis competitoribus dignis, quia nihil contra ius illorum fecisti, sed teneris Ecclesiæ vel Reipublicæ, cuius iura violasti, procurando ei ministrum indignum, & in tali casu seruandus est ordo, vt primo loco teneatur is qui officium administrauit, & stipendia accepit. Secundo loco tenetur collator, & tertio suasor.

8. Quartò, si absque vi, & fraude impediuisti di- Sup. hoc gniorem, vt daretur minus digno officium, vel benefi- cium, peccasti quidem, non tamen teneris ad restitutio- nem non digniori, quia contra ius eius nihil actum est, nec etiam Ecclesiæ, vel Reipublicæ, quia nullum dam- num per iniuriam illis illatum est; nam in potestate collatoris erat eligere dignum, relicto digniori, quam- uis in eo non sit fidelis dispensator.

9. Quintò, qui impediuit per vim, & fraudem, ne Sup. h alter consequeretur beneficium, vel officium, quo di- gnus erat, tenetur ad restitutionem, quanti iudicio pru- dentis ea spes valebat; nisi tamen dignus nullam spem haberet ad dictum beneficium consequendum.

10. Sextò, qui per vim, & fraudem impediuit di- gnum à consequutione alicuius beneficij, vel officij, vt daretur indigno, tenetur ad restitutionem, non solùm digno, qui fuit iniustè impeditus, sed etiam Ecclesiæ, & Reipublicæ, quæ damnum patitur, non habens ido- neum ministrum.

11. Septimò, qui vi, & fraude impediuit multos com- petitores ad aliquod beneficium, vel officium assequen- dum, tenetur singulis restituere, quanti, vt dictum est, iudicio prudentis spes eorum valebat.

12. Octauò, qui per vim, & fraudem impediuit, ne piscator, aut venator, piscaretur, & venaretur, tenetur ad restitutionem arbitrio prudentis viri.

13. Nonò, qui per mendacium impediuit Petrum, ne faceret eleemosynam Paulo pauperi, dicendo illum non esse pauperem, tenetur ad restitutionem.

14. Decimò, si vi, & fraude procurantem aliquod of- ficium retrahis & auocas, teneris ad restitutionem. Idem dicendum est de eo, qui verbis, & precibus, etiam absque vi, & fraude, addit Bonacina, retrahit procura- torem alicuius, vt desistat ab aliquo incepto opere, vnde sequitur alteri damnum.

15. Vndecimò, si aliquis dignus spem habebat ad obtinendum aliquod officium, vel beneficium; & tu fraude, & vi illum impediuisti, vt conferretur digniori, multi putant te teneri ad restitutionem, quanti illa spes illi valebat, sed verius est te non teneri. Secus di- cendum est, si procurasti, vt æquè digno conferretur, tunc enim teneris illi, quem iniustè impediuisti: nam respectu alterius æquè digni, ius habebat, vt collatori sua libertas relinqueretur.

16. Duodecimò, is, qui secretum alterius cognouit per iniuriam, si eo vtatur in suum commodum cum incommodo alterius, aliquando non tenetur ad resti- tutionem, v. g. Petrus scribit Romam ad Paulum va- care beneficium in mense Pontificis; literæ veniunt in manus Ioannis, qui illas aperit, & postea clausas reddit Paulo, sed illum præueniens impetrat beneficium; in tali casu si Ioannes literas tempestiuè tradidit, probabi- lius est non teneri ad restitutionem; quia etsi commisit iniuriam aduersùs Paulum in legendis, & aperiendis literis, non tamen in comparando beneficio, cum Pau- lus non haberet maius ius, quàm alter. Et hæc exem- pla colligere volui ex supradictis DD. in gratiam Con- fessariorum, vt ex illis promptè, & facillimè multa in facto occurrenti solui possint.

17. Sed claudam hanc resolutionem cum dubitatio- ne, quam ponit Syluius *in 2. 2. quæst. 62. art. 2. quæri- tur 25. concl. 5.* vbi sic ait. Petes, quid de illis dicendum, qui etsi non per vim, & fraudem, per preces tamen, aut aliter illicitè impediunt quempiam idoneum à consequutione boni, quod principaliter institutum est in singulorum vtilitatem; cuiusmodi sunt ærarium pu- blicum, montes pietatis, piæ fundationes, &c. Re- spondeo eos teneri ad restitutionem, quia ad tale bo- num singuli habent ius quoddam particulare, à quo iniuriti impediuntur. Vnde non est eadem ratio illorum bonorum, quæ beneficiorum, vel officiorum publi- corum; cùm hæc principaliter in bonum commune ordinen

ordinentur, non autem id bonum particulare singulorum. Vnde Nauarrus Sotum sequutus *in man. cap. 17. n. 72.* inquit. Non sunt beneficia, & munera publica communitatis, ita debita iis, inter quos sunt diuidenda, sicut centum aurei communitatis diuidendi singulis eius membris, sunt debiti eis, eo quòd beneficia & officia publica sunt instituta, principaliter propter seruitium Ecclesiæ, vel Reipublicæ, & non propter eos qui seruituri sunt. Et collatores eorum non distribuunt tanquam debita eis, quibus distribuuntur, sed tanquam debita seruitia Ecclesiarum; ita quòd per bonam, vel malam electionem eorum, non fit principaliter commodum, vel damnum iis, qui eliguntur, sed Ecclesiis, vel illi Reipublicæ, ad quam regendam perficiuntur. Sed quando, v. g. centum aurei communis ærarij sunt distribuendi particularibus membris illius communitatis, vnusquisque eorum habet aliquod ius, ob quod illis debetur sua pars; quia illi sunt destinati principaliter in vsum, & vtilitatem eorum, non verò in commodum Reipublicæ. Hæc omnia Syluius. Verùm quia ex principiis in ista resolutione positis, resoluuntur duo casus in praxi sæpiùs occurrentes, de illis speciatim disserere existimaui, ideo quæritur:

Quod primum 'ea- sum inuenies infra in Resol. secundum vero in tom. 6. tr. 1. res. 107.

RESOL. XLIX.

De impediente, ne aliquis obtineat beneficium, an teneatur ad restitutionem? Ex p. 11. tract. 4. & Misc. 4. Res. 36.

§. 1. COllator iam destinauerat conferre beneficium Sempronio, Titius malo animo & odio in ipsum collatorem ne hoc faceret, impediuit; postea pœnitentia ductus, quærebat à Theologis an teneretur ad restitutionem? Quidam ex ipsis affirmatiuè respondit, nixus, vt ipse asserebat auctoritate Patris Thomæ Hurtadi *var. tom. 2. tract. 2. c. 1 §. 10. num. 730.* quia habet expresè *in l. 2. §. 9.* Idem latro D. *de aqua pluuia arcenda*, vbi dicitur, *non teneri ad restitutionem, si aquæductum, qui venit per tuum fundum ad vicini possessionem, dummodò (ait Paulus Iurisconsultus) hoc non faciat animo, vt tibi noceat.* Idem expresè determinat Iurisconsultus Vulpianus *l. 1 §. 12.* denique D. eodem, quæ leges cùm rationis naturalis ductu sint factæ; non solum habent vim in foro externo, sed in interno; sunt enim expressiuæ obligationis naturalis, & ego non solum habeo actionem ne me ex odio, & vindicta impedias à consecutione beneficij aut legati, quia nec charitas, aut iustitia legalis permittunt tuum malitiosum impedimentum, sed etiam ex iustitia commutatiua.

Sup. hoc in ref. præteriti §. Verum. & § Quarto. & in ref. seq. §. 1 & signanter §. 2. & in Res. 1. post seq.

2. Et ratio est, quia quilibet habet ius strictum, ne alius illi iniuriam faciat, atqui ex odio, & vindicta impedit ne aliquis consequatur beneficium aut legatum; vno modo iustè, & sic non peccat; alio modo iniustè, putat si intendat eius nocumentum, cùm impedit propter odium aut vindictam, aut aliquid huiusmodi, & tunc peccat mortaliter, & tenetur restituere pro ratione damni.

3. Sed ego de hoc casu interrogatus negatiuè respondi, & præter Doctores à me adductos; hanc sententiam tenet Zapata *de iustitia distributiua p. 3. c. 4. n. 9. cum seq. cap. vlt. n. 23. cum seq.* & Gerunda *de Episc. tom. 2. lib. 6. disp. 13. c. 3. num. 2. cum seq.* Probatur hæc opinio, tum quia odium, siue nocendi animus ex se non sunt contra iustitiam, sed contra charitatem; quapropter si quod externè fit, iustè alioquin fiat, vt miles, v. g. occidens quempiam in bello iusto, non facit contra iustitiam, neque obnoxius erit restitutioni, etiamsi ex odio, & contra charitatem id præstaret, & iudex reum iustè condemnans, vel mutans testamentum testator, licet ex odio, neque contra iustitiam facient, neque ad restitutionem obligabuntur: tum quia motiua ratio actus interni etiam iniustitiæ non facit ad obligationem inducendam restituendi, ni ex eo acta inæqualitas aliqua deriuata esset: quamobrem tametsi posset qui ex prauo iniustitiæ motiuo, operari, quando formaliter ex iniustitia quidem operaretur: nihilominus tamen, ni ex formalissima illa iniustitia sequeretur aliquod inæquale, iniurium, vel iniustum, sicut non censeretur verè & completè facere contra iustitiam; ita ad restitutionem non obligaretur. Demum quia inæqualitas, iniustum, vel iniuria, damnique alteri illatio, atque ex hoc, vel illo motiuo fieri potest, hoc igitur accidentarium respectu illius erit.

Hinc si absque odio, quod fit, alteri erit nociuum eodem etiam pacto odio addito erit.

4. Itaque ad summam, vt ad rem nostram propius accedamus, odium, ex quo impedimentum alicui ad aliquod bonum sternitur, vel rationem potuit habere signi ostendentis illud, quod factum est esse contra ius fasque iustitiæ non seruatæ; Idque plerumque licet non semper verum existimem, cum infallibile signum non sit: vel causa erit, ratióque impulsiua, seu inductiua iniustitiæ, iniuriæ, vel inæqualitatis; malum enim quod inimico volumus efficaciter ni vires desint, facicili negotio inferimus, quod subindicatur. Alio præterea modo declarari potest, si intendas nocumentum illius, quem impedis propter odium, vel vindictam, aut aliquod eiusmodi; nam particula, propter, causalitatem finalem, seu rationis formalis importat, vt habet ipsemet D. Thomas *1 p. q. 19. art. 5.* quando nimirum refertur ad voluntatem, quæ propter finem operatur, vt in casu nostro, & probè notauit Vasquez *1. 2. disp. 4. c. 4. §. quod verò.*

5. Restat modo respondere ad argumenta Patris Hurtadi, & ad auctoritatem sancti Magistri respondeo cum Nauarro, D. Thomam ibi loqui de eo, qui non quomodocumque animo nocendi, sed simul iniustè impedit quępiam ab aliquo bono, siue quia ad id alter habet ius ex firma dantis voluntate, quam sufficere ostendit Cardinalis Toletus *l. 5. summæ cap. 19.* ex M. Soto *l. 2. de iustitia q. 6. art. 3.* siue quia per vim, fraudem aut dolum, quis alterum impedit, quod est iniustè impedire: sic D. Thomam interpretatur M. Soto, quem sequitur M. Valentia. Vel illum cum M. Rebellio exposuerim, D. Thomam non existimasse, animum nocendi secundum se obligare ad restitutionem; sed asserere voluisse, vt plurimum esse causam, qua quis mouetur ad aliquid impedimentum à bono consequendo, vel ipsi ex iustitia debito, vel per modos iniustos.

6. Ad *legem verò 2. ff. de aqua pluuia arcenda*, Primò respondeo, in ea non tractari de obligatione restituendi, sed de actione, quæ datur contra alterum, quasi ex iniuria, & dolo, quæ actio non datur quando deficit animus nocendi; sed quantum ad obligationem restituendi, quamuis ille qui bono animo fecit, non teneatur restituere, non sequitur à contrario sensu, vt ille, qui malo animo facit, teneatur ad restitutionem.

7. Nam argumentum à contrario sensu valet in iure, quando in iure contrarium non disponitur iuxta *glossam capitis significasti, de foro competenti, per l. autem Proculus. & l. fluminum §. vltimo ff. de damno infecto absolutè habetur*, eum qui in suo aperit puteum; etiamsi venas vicini inferioris præscindat, non teneri, ac merito, quia aqua transiens iure naturali tua est, saltem quoad tibi opus fuerit, & animus in mente retentus nihil operatur: & quando factum de se non est iniustum ex intentione mentis, non inducitur restitutionis obligatio.

8. Secundò ad eandę legem respondeo, illam non loqui

qui de intentione interna, sed de facto ipso exteriori, quod quidem iudicatur iniustum, quando eo modo fit vt noceat alteri, & non ad vtilitatem propriam, & hoc constare potest ex ipso modo, quo impedimentum præstatur proximo ad consequendum bonum sibi debitum, vel quando datur occasio ad eius nocumentum, quæ occasio necessaria non erat ad vtilitatem propriam neque ad vtendum iure suo.

8. Hoc autem, quod Valentia duplici verificatur exemplo. Primum est; quando riuus aquæ per vnius fundum deriuatur ad agrum alterius, & ille ad cuius agrum prius accedit, aquam aut præscindendo venas, aut fossa aliqua sibi inutili, impedit, ne deriuetur ad agrum alterius, tunc enim ex facto ipso malus animus nocendi constat, & obligatio ad restitutionem, quam non incurreret, si vtendo iure suo in proprio agro tantum aquæ insumeret vt parum alteri superesset, vt diximus in primo intellectu.

9. Secundum exemplum in legibus citatis constituitur, quando aliquis aquam pluuiam ab agro proprio diuertit, quæ quidem ex illa deriuatione alteri nocet; Nec datur actio, neque obligatio restituendi. Si tamen poterat, sine alterius nocumento, proprium damnum impedire, ex illo facto; alteri nociuo constat malus animus, & datur actio de iniuria, & obligatio ad restituendum, non ex malo animo interiori, sed ex facto exteriori malum animum, prauamque & iniquam voluntatem ostendere.

Et ita ex supradictis apparet, me in hoc casu satis probabiliter consuluisse, Titium, ad nullam restitutionem teneri Sempronio, & ita mecum senserunt viri docti.

RESOL. L.

An qui precibus, & suasionibus adducit collatorem beneficij Ecclesiastici, vel Cathedræ iam determinatum ad conferendum beneficium, vel Cathedram Titio, vt sibi, vel alteri magis digno conferatur, teneatur ad restitutionem?

Et quid est dicendum, si hoc quod ex malo animo, & odio faciat?

Et quid, si alicui res ex iustitia debita non erat, sed conferenda ex libera voluntate, an tunc, qui sine vi, aut fraude Collationem suasione, aut precibus mouet, vt officium, legatum, hæreditatem, &c. non conferat ei, cui animo destinaret, sed sibi, vel alteri; an inquam, is non peccet, contra iustitiam, nec teneatur ad aliquam restitutionem, etiam si totum hoc ex odio efficiat?

Et ex doctrina huius Resol. multa dubia solui possunt. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 53.

Sup. hoc supra in resol. 48. §. Verū, & § Quarto & in resol. 49. & infra in Resol. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondent Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 2. Syluester *ver. restitutio* 3. *q.* 12. Caietanus *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. & Bannez *dub.* 12. *concl.* 7. Nauarra *de rest. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 10. Garsias *de benef. tom.* 2. *part.* 7. *c.* 16. *n.* 30. Ioan. de la Cruz *in direct. part.* 1. *pr.* 2 *art.* 2. *dub.* 8. *concl.* 3. & communiter Thomistæ cū Villalobos *in sum. t.* 2. *tr.* 21. *diffic.* 4 *n.* 9. vbi sic asserit. [El que haze que el beneficio, ò cathedra se de al digno dexando al mas digno, aunque lo haga con solos ruegos sin fuerça, esta obligado à restituir al mas digno. El fundamento es porque fuera de quebrar la justicia distributiua hizo daño al mas digno contra iusticia commutatiua, en cosa que estaua ya cerca de tenerla; de manere que si el distribuydor estaua determinado firmamente de dar el beneficio, ò cathedra al mas digno, que sino fuera por la persuasion à restituyr le todo ò casi todo, y sino estaua tan cerca como esso estara obligado à restituyr conforme à la propinquidad el otro tenia.] Ita Villalobos, qui etiam citat Aragonium, & Couarruuiam.

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem etiam esse puto; etiam si hoc quis malo animo, vel ex odio faciat. Et ita docent Lessius *lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 18. *num.* 128. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 2. Nauarrus *cap.* 17. *num.* 72. Sà *ver. restitutio. num.* 22. Sotus *de iust. lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. Turrianus & Layman *vbi infrà*, Sylueste *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 4. *concl.* 2. cum aliis. Et ratio est, quia Titius, v. g. non habet ius nisi in libera voluntate collatoris: ergo si relinquas collatorem in sua libertate, non censeris hoc ius violare. Igitur cùm, v. g. preces, munera, blanditiæ, &c. non repugnent liberari (non enim collator inuoluntariè censetur facere, quod ita inductus facit) nullo modo Titio iniuriam infers. Ergo, &c. Malus verò animus non obligat ad restitutionem, quia non est peccatum contra iustitiam, sed contra charitatem.

3. Ex his infertur etiam contra Sotum *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 2. *ad vlt. argument.* Richardum *art.* 4. *qu.* 4. *ad* 7. Paludanum *qu.* 7. *art.* 2. Syluestrum *verb. restitutio* 3. *qu.* 12. & alios; si alicui res ex iustitia debita non erat, sed conferenda ex libera voluntate, tunc qui sine vi, aut fraude collatorem suasione, aut precibus monet, vt officium legatum, hæreditatem, &c. non conferat ei, cui animo destinaret, sed sibi, vel alteri, is contra iustitiam non peccat, & ideo ad nullam restitutionem tenetur, etiamsi totum ex odio efficiat, ex ratione *suprà* allata. Ita Layman *in Theol. mor. lib.* 3. *sect.* 5. *tr.* 2. *c.* 7. *n.* 1. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 16. *dub.* 1 n. 5. & 7. & DD. citati; hinc ego his diebus liberaui ab onere restitutionis quendam, qui suaserat domino, qui liberum seruum in testamento relinquebat, vt illum liberum non relinqueret; nam in voluntate domini erat, dimittere aut non dimittere mancipium, ex qua doctrina multa dubia solui possunt.

RESOL. LI.

An qui sine vi, & fraude, sed tantum suasionibus & precibus impedit, ne beneficium, aut Cathedra conferatur digniori, sed digno, teneatur aliquid digniori restituere? Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. Resol. 34.

§. 1. De hac quæstione alibi dictum est, & affirmatiuam sententiam præter Caietanum *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 62. *art.* 2 tenent ex neotericis duo viri doctissimi, Vasquez *de benefic. c.* 2. §. 3. *dub.* 19. *numero* 140. & Villalobos *in sum. tom.* 2. *tract.* 11. *diffic.* 44. *numer.* 9. vbi sic ait. [El que haze que el beneficio, ò cathedra se de al digno dexando al mas digno, aunque lo haga con solos negros sin fuerza, ni fraude, esta obligado à restituyr al mas digno. El fundamento es, porque fuera de quebrar la justicia, hizo daño al mas digno contra justicia comutatiua, en cosa que estaua ya à cerca de tenerla, de manera que si el distribuydor estaua determinado firmamente de dar el beneficio, ò cathedra al mas digno, de suerte, que sino fuera por la persuasion, infaliblemente le lleuara, tendra obligacion à restituyr le todo, ò casi todo; y sino estaua tam cerca como esso, estara obligando à restituyr conforme à la propinquidad que el otro tenia.] Sic ille, qui citat Aragon. & Couarruuiam.

2. Sed si hæc opinio esset vera, heu quàm multi in Aulis Principum, & Prælatorum Ecclesiasticorum tenerentur ad restitutionem. Ideo contrariam sententiam probabilissimam esse censeo, quam præter Lessium. *lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 18 *num.* 129. Valentiam *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 8. *punct.* 2. Sotum *lib.* 4. *q.* 6. *art.* 3. Nauarrum *in manuali cap.* 17. *n.* 72. & alios tenent nouissimè Sylueius *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 62. *art.* 2. *quæritur* 25. *concl.* 1. Filliuc. *tom.* 2.

tom.2.tr.32.c.8.n.185. & Layman *in Theol.mor. lib.3. sect.5.tr.2. c.6. n.1.* vbi sic asserit. Probabile est, quòd neque is contra iustitiam peccet, vel ad restitutionem teneatur, qui Ecclesiastici beneficij collatorem, iam determinatum ad alicuiconferendum suasione,aut precibus eò perducit, vt sibi, vel alteri etiam minus digno conferatur. Ita Layman, quì citat etiam Adrianum, Toletum, & Sà. Vide etiam Azorium *p.3.lib.4. c.9.q.3.*

sup. hoc in tom. 3. tr. 3. ref. 101. & in aliis eius annotationi, signanter ibi in §. Quarta opinio.

3. Ratio est,vt bene explicat Guttierrez *can.qq. lib. 2.c.11.n.47.*cum aliis,nam qui confert Ecclesiasticum beneficium,propriè nullam iniuriam infert digniori,si, eo prætermisso conferat minus digno, & consequenter contra Vasq. *vbi suprà*, neque ille iniuriam infert, qui collatorem suasione,aut precibus,ad id faciendum monet; neque collatoris peccato ita suadens cooperatur aduersùs digniorem;vnde neuter restitutionem illi facere tenetur,quippe ei beneficium propriè, & strictè debitum non erat. Post hæc scripta inueni Bonacinam *de contr. disp.1. q.2. punct.12. n.7.* primam sententiam cum Vasquez, & aliis tenere; sed tu tutò potes secundam opinionem amplecti.

RESOL. LII.

An acceptum pro eo,quod ex charitate solum aut alterius virtutis obligatio erat debitum, quis teneatur restituere?

Et an iudex, si fortè circa litem aliquam est varietas opinionum, & sententiarum, vt iudici liberum sit vtramlibet partem in iudicando sequi, possit aliquid recipere ab vna parte, vt in eius potius fauorem iudicet sine onere restitutionis?

Absolute chancillese esta vlt. quæst. y no se imprima.porque en la impression mas nouissima viene quitado el texto de dicha questiõn. Ex p.3.tr.5.&Misc.1.Res.55.

§.1. AFfirmatiuè respondet Medina *de restit. q.27.* Nauarrus *cap.17.n.33.* Salonius *in 2.2. q.62. art.5.contr.3.* Couarruuias *in reg.peccatum.part.2 §.2.* Carbo *de rest.qu.5.* & alij:vnde ex mente dictorum, si alicui detur aliquid ne fornicetur, ne blasphemet, &c. esset restituendum.

2. Sed contrariam sententiam puto probabiliorem, quam tuentur Sotus *de iust. lib.4.qu.7. art.2.* Valentia *in 2.2.qu.6.punct.5.* & Lessius *lib.2. c.14. dub.9 n.72.* qui *n.69.* excipit ea,quæ nullam habent difficultatem, vt odium deponere.

3. Sed nec istud, vt obseruat Tannerus *in 2. 2. disp. 4. quæst. 6. dub. 10 n. 291.* caret difficultate, & voluntatis mortificatione.Ergo ita faciens,& aliquid accipiens non teneretur ad restitutionem. Notandum est tamen, stante iure naturali, quòd si fortè circa litem aliquam ea est varietas sententiarum,vt iudici liberum sit vtramlibet partem in iudicando sequi, esse contra iustitiam si iudex aliquid ab vna parte accipiat, vt in eius potiùs fauorem iudicet;vnde in tali casu iudex tenetur ad restitutionem. Ita Tannerus *vbi suprà*, *numer.290.*

Sup.hoc in ref. seq. §. Vnde.& lege doctrinam §. vlt. & alio num eius not.

4. Licèt contrariam sententiam stando in solo iure naturæ doceat Lessius in editione Parisiensi apud Bolinum Theodoricum anno 1618.*num.64.* quia non tenetur ad alteram determinatè, sed liberum ei est, sequi quam maluerit; ergo si aliquid accipiat, vt hanc sequatur potius, quam illam, non facit vlli iniuriam. Consequentia patet, quia cùm res non est debita, non est contra iustitiam (si solùm ius naturæ spectemus) exigere pro ea re pretium, si alioquin pretio sit æstimabilis. Deinde in tali casu non accipitur pretium pro iustitia sententiæ; sed quia in hac causa hæc opinio præfertur isti, ad quod nullo modo iudex tenebatur. Cæteras rationes vide apud Lessiũ,quæ omnia procedunt secluso iure positiuo, quod tamen id fieri prohibet,vt ipsemet Lessius *loco vltimo cit.* docet

RESOL. LIII.

An electores ad Maioratum, ad Cathedram, Capellam, &c. & qui debent eligere pauperes, pro diuidenda eleemosyna, possint sine onere restitutionis pro his actibus aliqua munera recipere?

Et quid est dicendum, quando dantur duo vota æqualia, an possit iudex sine onere restitutionis accipere aliquid pro electione partis, pro qua ferat sententiam?

Et notatur Iudices, & Ministros publicos accipientes munera,sola lege positiua sibi prohibita,non esse obnoxios restitutioni, in foro conscientiæ, nulla expectata sententia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia,aut ex gaudio,& gratitudine. Ex part.6. tract 6. & Misc.1.Res.59.

§.1. NEgatiuæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo per ea,quæ adducit Sayrus *in Claui Regia,lib.10. tract.5. cap.3. num.8.* Turrianus *in 2. 2. disput.4.dub.3.* Rebellius *part.2. lib.18. q.20. num.1.* Lessius *lib.2.cap.14. num.67.* & alij. Et ratio est, quia omnia supradicta non conceduntur ab Electoribus,sed à fundatoribus, testatoribúsque, & institutoribus Emphyteusis: quare posito quòd quis sit Dominus directus, & quòd alij munus electorum, aut testamentariorum spontè & voluntariè, minimeque coactè acceptarint, tenentur ex officio, & veluti ex contractu ad hanc electionem, quæ est intrinseca muneri, quod spontè & liberè acceptarunt: per hanc acceptationem se ad id spontè obligarunt; quare non possunt postea aliquid pro ea electione accipere,& tenentur ad restitutionem pretij,si quod fortè ob eam rem acceptarunt. Et ita etiam docet Fagundez *in præcepta Decalogi, tom.2.lib.8.c.26.n.41.*

2. Sed non desinam hîc adnotare affirmatiuam sententiam probabilem existimare Fagundez *vbi suprà n.40.* pro qua *num.39.* adducit Rodriquez, Lopez, & Bannez: quia in prædictis casibus datur locus fauori, seu gratificationi, vt aiunt, possessor enim Maioratus ex consanguineis potest præferre vnum, quem maluerit in æquali gradu. Item Administrator Capellæ potest eligere hoc monasterium præ illo, vt in eo ædificet, ac constituat Capellam cum suis emolumentis:& cæteris paribus potest eligere hunc pauperem præ illo, & idem ex suffragantibus ad Cathedras, quando oppositores sunt æquales: atqui illa prælatio pendet ex voluntate, libertate, & fauore eligentis, quia non est debita huic determinatæ personæ: poterat enim alter sine illius iniuria præferri;ergo videtur pretio æstimabilis, quia est valdè vtilis menti, & consequenter vendi potest.

3. Vnde ex his posset aliquis inferre, secluſa prohibitione iuris positiui vetantis & prohibentis munerum receptiones, quando dantur duo vota æqualia, posse iudicem licitè aliquid accipere pro electione partis, pro qua ferat sententiam. Et hanc opinionem præter Lessium à me *in 3. part. tract. 5. resolut. 55.* citatum probabilem esse putat nouissimè, Fagundez, *loco citato, numer. 34.* & alter Lusitanus Fragoso *in Regim.Christ.Reipub.tom 1. lib.4 disputat.9. num.42.* quibus etiam adde Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 8. cap. 1. dub. 6. numer. 10.* Neque hæc opinio videtur leui inniti fundamento: quia illa sententia iusta non est debita huic parti determinatæ: potest enim iustè iudex sine iniuria illius pro alia parte ferre sententiam, & lectio illius partis, pro qua est ferenda sententia,

Quæ hic est ref. antecedens, §. Sed nec, & hic infra lege doctrinam §. seq. huius Resol. & aliorum eius annot.

tentia, est in manu & arbitrio iudicis: sed eligere & determinare hanc partem litigantem, pro qua feratur sententia, est fauor pendens ex voluntate iudicis, & est pretio æstimabilis, quia est valde vtilis litiganti, & simul est coniuncta cum aliquo incommodo iudicis, quia perdit gratiam & amicitiam alterius partis: ergo iustè potest iudex pro eo fauore pretium accipere. Secundò, quia hîc non datur acceptio personarum, quæ iustitiæ distributiuæ opponatur: hic enim iudex videtur esse liber ad faciendum quod voluerit: vnde illi parti, à qua pretium petitur, & accipitur, nulla fit iniuria in eo petendo, quia petitur pro re quæ non est ei debita, vel alioquin est ei vtilis: ergo talis donator voluntariè donat; ergo res accepta à iudice ex duplici titulo ab eo retineri potest: primò, titulo pretij iusti; secundò titulo liberalis donationis.

4. Sed re meliùs considerata ego nunc sententiæ negatiuæ adhæreo, quia actus iustitiæ est inuendibilis, & vt iudex non potest manere suspensus; sed tenetur ex iustitia pro aliquo sententiam ferre, imò tenetur ex officio se determinare ad vnam partem: ergo gratis, nam in ea determinatione consistit exercitium sui muneris. Sed si aliquis vellet stare in supradicta Lessij sententia cùm, vt dictum est, adsit prohibitio iuris positiui verantis munerum acceptiones. Quæritur an iudex munera recipiens in casu, de quo loquimur, teneatur restituere ante sententiam condemnatoriam iudicis? Respondeo negatiuè cum Fagundez *vbi suprà num. 32. iuncto num. 33. in fine*. Sed ego vt dixi Lessij sententiam modò non admitto. Verum ex his nota hic obiter Iudices, & Ministros publicos accipientes munera sola lege positiua sibi prohibita non esse obnoxios restitutioni in foro conscientiæ nulla expectata sententia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio & gratitudine. Ita docet Molina *de iust. tom. 1. disp. 88.* Fagundez *loco citato, c. 27. n. 9.* & alij, quicquid in contrarium asserat Sotus *de iust. lib. 4. qu. 7. art. 1. ad 2.* Sylvester *verb iudex 1. numer. 3. 9. 8.* & alij. Quia hæ donationes seclusa lege humana positiua illas prohibente, stando in solo iure naturæ, validæ sunt: sed leges positiuæ tam iuris communis, quàm aliquorum Regnorum, licèt illas prohibeant, non illas inualidant. Ergo non tenentur iudices illas ante latam sententiam restituere.

Sup. his in tom. 6. tr. 1. Res. 30. §. Sed, & in res. 87. §. vlt. & in Res 90. & lege doctrinam §. præterea huius res. & alterius annot.

RESOL. LIV.

An quando prouisio sit per concursum, si quis eligat dignum, omisso digniori, teneatur ad restitutionem? Et an in foro externo dicta electio sit nulla, & subreptitia, & conquerente digniori, an debeat reuocari collatio facta digno? Ex p. 4 tr. 4. & Misc. Res. 210.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. res. 104. in fine, & in res. 107. §. Notandum est, & in res. 108. & §. difficultas.

§. 1. Affirmatiuè respondet Molina *de primogen. lib. 2. cap. 25. num. 59.* Guttierrez *canon. quæstionum lib. 2. cap. 12. num. 55. & seq.* Vasquez *opusc. de benefic. cap. 2. §. 3. num. 117.* Fernandez *in examin. Theolog. moral. part. 4. cap. 4. §. 1. num. 2* & alij; quia in tali casu eligens dignum, omisso digniori, non solùm peccat contra iustitiam distributiuam; verùm etiam contra commutatiuam ortam ex illo, quasi contractu proueniente ex edicti propositione, & ex fide in illo data.

2. Scio Martinum Ledesmam *2. 4. qu. 18. ad fin ver. secunda conclusio*, Mercadum *de contract. lib. 6. cap. 17. §. y an si dizen los Theologos, ver. esto no lo siguo.* Garsiam *de benefic. part. 7. cap. 16.* Nauarrum *in manuali cap. 17. num. 74. ver. nec obstat*, & alios contrariam sententiam probabiliter docere; sed tu ne discedas ab opinione affirmatiua, tanquam probabili, & tutiori; quòd autem in foro externo dicta electio sit nulla, & subreptitia, docet Azeuedus *consil. 9. n. 39.* & declarauit Rota *in vna Tudensi 18. Aprilis 1603.* coram Socrato; & *in vna Dertunensi 18. Decembris 1581.* coram Giptio; & obseruat Beltraminus *in annot. ad decis. 11. Gregor. XV.* vnde Io. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. electio, different. 2. num. 4.* aduertit, conquerente digniore reuocari collationem factam digno de beneficio curam animarum habente, mediante concursu, &c.

RESOL. LV.

An Ecclesiastici, & Religiosi peccent semper venando, & teneantur restituere animalia capta? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 40.

§. 1. Casus passim potest accidere, & ad illud sic respondet Pater Dicastillus *de iustitia, lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 10. n. 300.* Assero quòd Ecclesiastici, qui contra prohibitionem ipsis factam ratione sui status venantur, rarò peccant mortaliter propter solam venationem, & animalia capta restituere non tenentur. Hoc vltimum satis manifestum est; quia cum animalia sint communia, & per prohibitionem non fiant incapaces dominij, sua faciunt, quæ capiunt sine onere restituendi. Primum verò probatur, quia venatio sine tumultu & apparatu, illis non prohibetur; ac proinde sæpè potest esse licita, nisi ex aliis circumstantiis fiat culpabilis. Deinde nec venatio cum apparatu illis prohibetur, nisi fiat frequenter. Si tamen venatio frequens, præsertim si domi haberent aues, canes venaticos, & famulos venatores de mortali timere deberent; quia prædictis iuribus intuitu Religionis hoc illis videtur prohibitum sub graui suspensionis pœna. Non tamen audeo eos mortalis damnare ob solam venationem; quia nec Auctores eos damnare audent. Nam Caietanus *verbo. Clericorum peccata*, seclusa scandalo, & contumacia, generaliter docet non peccare mortaliter. Ita etiam Bañez *2. 2. qu. 64. articul. 1. dub. 1. in fine.* Sylvester *venatio*, etiam non audet damnare, & Nauarrus *de Regular. comment. 4. num. 26.* propter alias indecentias mortaliter damnat. Molina verò *disput. 44.* Caue, inquit, ne ex solo venationis capite facile damnes Clericos culpæ lethalis, Lessius etiam *dub. 9.* non obstante quòd *num. 40* dixisset propter iura citata frequentationem esse mortale peccatum, *num. 41.* ait, ordinariè non esse, nisi tantùm veniale, modò absit scandalum, vel periculum occisionis, vel mutilationis. Rebellius autem *sect. 2. num. 10.* de mortali, inquit, timere debent, si venatio clamorosa, & frequens sit, ratione videlicet scandali, quod resultare posset, in quo scandali euentu videtur procedere pœna suspensionis posita *cap. 1. de Clerico venatore.* Ex quibus Auctoribus & aliis multis recentioribus concludo, frequentem venationem cum apparatu prohiberi Clericis sub illa graui pœna propter incommoda, quæ consequi illam solent, subtrahendi se ab aliis muneribus, verbi gratia dandi eleemosynam, prædicandi recitandi, studendi, vel assistendi Choro, vel administrandi Sacramenta, & ob periculum etiam celebrandi inquieto, aut tumultuanti spiritu, & hac occasione ducendi canes, & aues in Ecclesiam, & Chorum sub scandalo aliorum, & impedimento attentionis debitæ, quod non semel mihi vidisse contingit. Seclusis tamen his omnibus non videntur damnandi peccati mortalis. Hucvsque Dicastillus.

2. Sed non deseram hîc etiam apponere verba Patris Gasparis Hurtadi *de iustit. disputation. 1. disc. 2. sic* asserentis: Tertiò est illicita iure Ecclesiastico Clericis, *sub* & Religiosis venatio animalium terrestrium, & volatilium.

tilium. Quia ratione status sacri est ipsis prohibita Clericis *in c.1.& 2.de Cler. venatore*, & in Trid. *sess. 24.c.12.de reformat.& religiosis in Clement.1. de statu Monachorum.* §. *Porrò*: est autem religiosis prohibita qualiscumque venatio ; adhuc ea, quæ non est clamorosa,& quæ non est cum strepitu:imò eis etiam videtur prohibitum interesse tali venationi,quamuis id negent communiter Doctores, Clericis verò tantùm est prohibita venatio clamorosa cum magno strepitu canum, & armorum, quæ fit per modum consuetudinis; vnde quæ non est dicto modo clamorosa, non est ipsis prohibita,nec ea,quæ est dicto modo clamorosa,si non fiat per modum consuetudinis. Venatio autem Clericis,& religiosis prohibita,est peccatum sacrilegij contra obseruantiam sacram,seu Duliam,vt potè prohibita intuitu status sacri eorum:non contra virtutem religionis, eadem ratione, & proportione, qua tractat de Incarnatione *disput. 10. difficultat.* 8. diximus, irreuerentiam eis factam non esse contra Religionem,sed tantum contra Duliam sacram virtutem minorem Religionem, sed non erit peccatum mortale,vt aduertunt Salonius 2.2.*q.*64.*art.*1.Valentia *punct.*1. & Lessius *c.*5.*dub.*9.quia dicta venatio præcisè, ratione status sacri prohibita, secluso quocumque alio,non videtur grauiter dissona rationi. Hæc Pater Hurtadus, vir inter Theologos Inclytæ Societatis Iesu, & nostri æui doctissimus,quem cum magno cordis dolore intelligo, dum hæc scribo,cum obiisse;& quidem respublica litteraria magnum virum amisit, & ego amicum mihi valde addictissimum.

RESOL. LVI.

An quis venando, vel piscando in locis pecunia alteri locatis,vel in quibus prohibitum est venari,vel piscari teneantur ad restitutionem?

Et quid,si venatio sit in loco circumsepto,& clauso?

*Et ita venantes an peccent mortaliter,vel tantum venialiter?*Ex p.9.tr.9.& Misc.4.Res.59.

§.1. CAsus est practicabilis, & ad illum affirmatiuè respondet Bonacina *de rest. q.*3.*punct.*7.*num.* 22.quia venando peccat contra iustitiam, & facit contra ius illius cui reseruata est venatio, sed qui peccat contra iustitiam tenetur ad restitutionem damni quod patitur is, ad quem ius venandi pertinet non quidem habita ratione valoris animalium, sed habita ratione damni,vel lucri cessantis,&c. & ad rationem Vasquez respondetur,Venatorem,seu Piscatorem non teneri ad restitutionem eò quod præcisè rem communem accipiat,sed violat ius,quod alter habet à Communitate ad capiendas res communes:alioquin sequeretur, capientes res Communitatis, aut Piscantem cum magno Communitatis detrimento,aut facientem magnam lignorum stragem in sylua communi, non teneri ad restitutionem,quod est falsum.

2. Sed contra Bonacinam meritò insurgit Ioseph de Ianuario *in Resolutionib. moralibus,part.*1. *resol.*67. *per totam*, defendens opinionem negatiuam Vasquez, & Lessij,qui tamen limitat hanc sententiam ad casum in quo faciat magnam deuastationem ferarum, quia tunc (inquiunt) lædit ius alterius, cùm tollat materiam venationis,aut piscationis,quam dominus illius loci poterat exercere.Deinde,quia illa deuastatione,aut crebra venatione factum est vt locus ille parui æstimetur, & minus fructuosus reddatur : ergo damnum illatum est. Molina verò probat, quia ex tali venatione damnum, & lucrum cessans domino subsequitur, si plura animalia per ipsum, vel per suos forent capienda, nisi ea ab alio iniustè essent capta. Cùm verò tot remanent, vt non esset plura capturus,quàm capiat,nulla est restitutio iniungenda, quia tunc venatio solùm in iniuriam, non verò in damnum cessit;pro iniuria verò præcisa à damno, non debetur restitutio,sed pœna.

3. Sed mihi placet opinio docti Patris Dicastilli de *iust. lib.*2. *tr.*2. *disp.*9. *dub.*10.*n.*308.qui putat huiusmodi damnum non esse contra ius domini, & multo minus contra ius locatoris syluæ, aut loci illius, atque adeo neque contra iustitiam. Consequenter ad nullam restitutionem huius damni, etiam magni, teneri ante sententiam iudicis, quia dominus fundi non habet ius ad rem circa animalia illa,quæ iure gentium sunt communia, & nulli per legem appropriata, vt concedunt Auctores appositæ sententiæ : ergo qui ea capit, non capit alienum ; quandiu illa animalia manent in eo statu. Lex autem, titulus quem habet dominus,solùm dat illi ius ad licitè, & impunè capiendum animalia toto illo ambitu, aut nemore, & ad prohibendum, & mulctandum pœna aliqua eos,qui ingrediuntur venatum, & hoc tantùm ius, est quod conductor emit, aut conducit à domino illius loci. Qui autem ibi venatur, non impedit hoc ius venandi,quia quoad hoc liberum dominium relinquit,sed impedit consecutionem,& facit iacturam huius animalis, ad quod non habebat ius dominus fundi, nisi media apprehensione. Ergo sicut qui loco communi prohibito, & etiam in non prohibito capit quod alter capturus erat, nihil tenetur restituere,ita neque iste,sed tantùm tenetur post sententiam soluere pœnam.Confirmatur,quia si dominus loci, vel eius conductor ante apprehensionem animalium haberet ius ad illa, & ad illos solos pertineret, non possent alij venatores adquirere dominium illorum solo titulo venationis,quia venatio contra ius alterius, esset acceptio iniusta. Cùm ergo venatores illi adquirant dominium animalium per venationem, vt fatentur auctores oppositæ sententiæ : inde colligitur, quòd dominus non habeat ius vllum ad alia animalia, sed tantùm ad ea capienda.

4. Non tamen quòd supradicta videntur,secundum aliquos procedere de venante in loco prohibito non circumsepto,nec clauso,quia de eo,qui venatur,aut piscatur in loco circumsepto,& clauso, vniuersaliter docent esse obligatum restituendi animalia in tali loco capta;quia censent esse propria domini talis loci,atque adeo furtum committere,qui ea venatur & consequenter dicendum est esse peccatum mortale in tali loco venari, nisi ex leuitate materiæ excusetur.Sed hoc,Dicastillus loco citato *n.* 312. putat tantùm esse verum, quando sylua, seu locus circumseptus ita paruus est, vt dominus arbitratu suo possit,cùm velit capere,& vsurpare feras, aut animalia ibi inclusa ; quia tunc propria censentur quoad dominium,& possessionem doni talis loci;si tamen animalia existant in magnis stagnis, siue riuulis, aut in loco circumsepto,sed ita vasto, vt in eo difficillimè capiantur,censenda sunt communia,& non propria ; atque adeo ea venantes, neque mortaliter peccant, nec ad restitutionem talium animalium tenentur. Quod inde satis confirmatur, quòd animalia, quæ sunt in insula duarum,vel trium leucarum,naturali libertate fruuntur, & fiunt primò occupantis : ergo idem dicendum de saltu, vel ipso amplissimo clauso etiam industria humana.

5. Nec obstat aduersus supradicta asserere, quòd ius venandi ; aut piscandi, est pretio æstimabile ; & de facto emitur. Ergo si aliquis venatur, aut piscatur lædit aliquid pretio æstimabile, & per consequens tenetur ad restitutionem. Respondet Ianuarius *vbi supra*.quòd qui piscatur,verbi gratia sine licentia,non piscatur iuridicè, neque ad suum libitum, & ideò non lædit ius piscandi, quia non piscatur tanquam potestatem habens piscandi ad suum libitum ? sed piscatur faciendo contra legem prohibentem. Piscari enim tali

modo pretio æstimari non potest, & sic piscari tanquam potestatem habentem est pretio æstimabile, non verò piscari subiiciendo se pœnis impositis pro tali piscatione. Respondeo igitur ad argumentum in forma, ius piscandi est pretio æstimabile, distinguo, ius piscandi tanquam potestatem habendo liberè, & ad libitum, concedo. Ius piscandi feras, vel pisces retinentes suam libertatem, clam, & occultè, & cum periculo soluendi pœnas, nego. Idenim, quod emitur, non est ius ad animalia; cùm dum retinent suam naturalem libertatem, nemo habet ius ad illa, & vnusquisque ius habet capiendi à iure gentium; sed emitur tantùm jus liberè, & ad suum libitum in hoc loco piscandi, sine periculo luendi pœnas, & cum potestate applicandi sibi pœnas piscantium sine licentia, quæ pœnæ debentur post sententiam, & sic negatur consequentia, quia ius conductoris non læditur per piscationem clandestinè factam, cum ius conductoris sit tantùm piscari liberè, & sine periculo luendi pœnas, vt dixi & pœnas piscantium sine licentia sibi applicare, quæ omnia nullo modo læduntur. Hæc Ianuarius, qui postea cum Lessio docet etiam, in supradictis casibus venantes, aut piscantes non peccare mortaliter, sed tantùm venialiter.

RESOL. LVII.

An si corruptor virginis non adhibuerit vim aut dolum, sed importunis precibus, vehementibus blanditiis, & persuasionibus, induxerit illam ad consensum, teneatur ad restitutionem?

Et quid, si preces, &c. factæ fuissent à Principe, Domino, Superiore, &c?

Et notatur, quod si puella vi, aut fraude violata foret, postea æque commodis potita est nuptiis, ita vt nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessario restitui?

Et quid, si stuprator virginis obtineat ab ea remissionem damnorum eidem ratione stupri illatorum, an requiratur, vt etiam à Patre ipsius obtineatur?

Idem dicendum est, si virgo sponte consenserit, tunc nihil restituendum est Parentibus pro violata integritate virginali, & grauata dote vel similibus damnis inde sequutis: Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Res. 48. alias 50.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent communiter. Ita Medina *in sum. lib. 1. c. 14.* Cordub. *lib. 1. q. 13. dict. 4. &* 7. Caiet. *in sum. ver. rest. §. quia verò.* Ang. *in Flor. de rest. bon. c. ... dub. 7. concl. 4.* Malder. *in 2. 2. tr. 3. c. 4. dub. 4.* Salon. *in 2. 2. D. Thom. qu. 62. art. 2.* Valent. *tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3.* Nauarr. *c. 16. n. 16. &* 17. Tolet. *lib. 5. c. 11.* Syluius *in 2. 2. q. 62. art. 2. quæritur 5. concl. 2.* Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. restitutio differ. 10. n. 1.* & alij.

2. Sed mihi contraria sententia videtur etiam probabilis, & illam absolutè docet Tanner. *in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 3. n. 134.* Turrian. *tom. 2. in 2. 2. disp. 30. dub. 2. n. 15.* Nauarr. *lib. 2. c. 3. n. 444.* nam preces, & suasiones potius augent, quàm minuunt voluntarium. Nec obstat secundùm eum aliter consensuram non fuisse. Fateor, inquit, sed sponte consensit. Multi enim multa non facerent, nisi rogati; & tamen non ob id dicemus, iniuriosè ab eis esse illud extortum.

3. Limitanda tamen, ait, hæc sententia, nisi preces essent factæ à persona, cui deberet puella reuerentiam, vt esset eius dominus, vel Princeps; preces enim Principis, vel Superioris inducunt metum. Notandum est etiam, quod si puella vi, aut fraude violata foret, postea æquè commodis potita est nuptiis, ita vt nihil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam necessariò restitui. Ita ex Nauar. Lessius *lib. 2. cap. 10. dub. 2. n. 11.* cum Tannero *vbi supra, n. 133.* & Turriano *dub. 3. n. 2.* Filliucio *t. 2. tr. 32. c. 8. n. 221.* & Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 11. dub. 30. n. 14.* quicquid Rebellius, & alij in contrarium asserant. Sicuti etiam stuprator virginis, si obtineat ab ea remissionem damnorum eidem ratione stupri illatorum, tutus est in conscientia, nec requiritur, vt etiam à patre ipsius obtineatur. Valerius *vbi supra differ. 11. n. 1.* & 2. cum Tannero *loco citato, n. 139.* Idem dicendum est, si virgo sponte consenserit, nihil restituendum esse parentibus, pro violata integritate virginali, & grauata dote, vel similibus damnis inde consecutis, docet Sotus *lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2.* Tannerus *vbi supra, n. 130.* Filliuc. *n. 219.* contra Valent. *loco citato*, & Carbonium *de rest. q. 16.* & alios.

RESOL. LVIII.

An meretrix semper teneatur restituere accipiendo aliquid à filiisfamilias, qui alienare non possunt?

Idem est de Religiosis.

Et quid est dicendum de aliis fœminis impudicis, si accipiant aliquid à filiisfamilias, & Religiosis, & ab aliis, qui alienare non possunt; Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. Res. 65.

§. 1. Casus est practicabilis, & aliqua, ac strictè circa illum loquitur Trullench *in Bulla Cruciatæ lib. 3. cas. 17. numero 9.* Verùm optimè temperanda esse obseruat Pater Mendo *in Bull. disput. 34. c. 19. n. 104.* aliàs multi scrupuli insurgerent, cùm filij familias in Curia, in Academiis, aliisque in locis non exiguos sumptus cum fœminis impudicis, adhuc occultis faciant, quas ad restitutionem obligant viri docti, & timorati in omnibus casibus. Censeo igitur, tunc eas teneri ad restitutionem, cùm immodici sumptus fiunt à filiis familias: Etenim licet Parentes, (idem dico de Curatoribus respectu minorum) sint inuiti circa filiorum culpas, & lasciuiendi licentiam; attamen si semel peccent iudicantur spontanei circa eos moderatos sumptus cum fœminis, & sciunt hoc ipso quod cum eis turpiter agatur, aliquid fore insumendum, circa quod absoluto non sunt inuiti. Et discrimen versatur circa hoc inter eos, & Prælatos Religionum: nam illi sunt veri Domini suarum facultatum, & possunt permittere, quod à filiis etiam turpiter operantibus transferatur dominium aliquorum munerum, & quod valida sit donatio à filiis facta, & conuentio cum fœminis: quod nequeunt præstare Prælati; quia munus gerunt dispensatorum duntaxat, non Dominorum. Cæterum Curatores in ordine ad facultates minorum succedunt loco parentem quoad hoc, quare eis permittere valent quod possent Parentes.

2. Et quia his casus potest etiam accidere circa Religiosos: apponam ad hoc etiam verba dicti Patris Mendo *vbi supra n. 202.* sic asserentis; Tenetur autem restituere quæcumque fœmina impudica, quod accepit à non potente alienare. Et quidem si à Religiosis accipiant, alienum retinent: quippè Religiosus nihil proprium habet, cuius dominium transferre possit, atque adeò opus habet facultate Prælati, vt aliquid donet. Prælatus autem facultatem concedere non valet, vt subditus præstet aliquid in ordine ad actum turpem consequendum, vt in simili diximus *cap. 14.* Attamen, si fœmina sit meretrix publica, & aliquid à religioso acceperit non excedens mercedem debitam operis corporis, quas locauit, censeo posse post actum turpem illud sibi retinere; quia actu completo iusta est solutio, & ad eam valet Prælatus licentiam indulgere. Quare meretrix in vtroque foro potest petere quod sibi pro actu turpi debetur, eo quòd solutio sit iusta, etsi ex iniquo actu sequuta. Aliæ autem fœminæ similem actionem non habent ad exigendum, & retinendum quod accipiunt: actioque solum in illis datur ex conuentione partium.

partium, quæ est quidam contractus: ea autem conuentio facta cum Religioso, non solum est illicita, sed inualida: quia fit cum eo qui alienare non potest. Sicut ludus est quidam contractus onerosus, & lucrum inde adquisitum à Religioso excedens id, ad quod potest licentia Prælati extendi, seu id, ad quod de facto extenditur, inualidus est, & lucrum nequit reportari, quia obtinetur à non potente alienare.

Sup. hoc di-crimine, & pro ludo in Res. 5. nor. seq. sed lege etiam alias dictæ annot.

3. Id autem discrimen inter vtrumque intercedit, quòd ad ludum, in quo exigua quantitas exponitur iacturæ; potest à Prælato facultas concedi, vtpotè ad actum non peccaminosum, imò honestum, si fiat debitis cum circunstantiis; At nequit facultas dari ad eam conuentionem cum fœmina etiam si conuentio sit de exigua quantitate, quia est peccaminosa, & contra votum castitatis. Nec fœmina hæc, secuto actu, gaudet aliquo titulo, ratione cuius retineat acceptum à Religioso; cùm id non sit pretium locationis, siquidem ipsa non locat operas sui corporis, quod est proprium publicæ meretricis, & conuentio antecedenter facta ei non fauet: nec donatio gratuita Religiosi transfert dominium, cum non possit donare. Imputet autem sibi hæc fœmina quod omnia perdiderit, quandoquidem cum Religioso non potente insumere quidquam turpiter conuenit, aut quasi contraxit. Hæc omnia Mendo.

Sup. hoc late in to. 7. tr 3. Res. 23. §. Nota tertio, & in Res. 55. §. 2. in fine, & in res 58. 59. 60. & 65. §. vlt. ante medium, v. quin etiam. & ibi in tractat. 1. Res. 195. §. vlt. ad medium, vers. Deinde.

4. Sed ego hanc vltimam sententiam, probabiliter limito, in casu quo Religiosus habuisset licentiam expendendi pecunias generaliter in quoscumque vsus, nam tunc probabiliter, vt dixi, meretrix à dicto Religioso pecunias accipiendo non teneretur illas Monasterio restituere. Et ideò præter alios sic asserit Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 1. disput. 3. sect. 7. num. 42.* Non puto probabilem sententiam, quæ dicit quando Prælatus, dat subdito plenam, & liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, non intelligi limitasse suam intentionem solum ad vsus honestos, & pios, sed potiùs abstulisse (quantùm erat ex parte sua) totum impedimentum, vt vsus ille non esset contra votum paupertatis ob defectum licentiæ, atque ideò accipientem ab ipso, non teneri aliquid restituere. Ita ille, & ego latè alibi.

5. Non nego tamen contrariam sententiam esse probabilem, & consulendam; Qua retenta, subdit Lugo *numero* 143. pro praxi posse frequenter eos qui ob turpia acceperunt à Religiosis, excusari ab onere restituendi etiam retenta sententia contraria, quia licet ab initio donatio fuisset inualida propter malum titulum nunc tamen potest idem, qui dedit, & aliunde habens licentiam ad vsus licitos, potest inquam, mutato animo donare illud eidem fœminæ, verbi gratia, quia pauper est, aut ob alium titulum honestum, ad quam donationem licitam habet sufficientem facultatem.

6. Sed post hæc scripta inueni Magistrum Nicolaum Brauo, virum quidem doctum *in Tractatu Monastico cap. 20. num. 4.* distinguere duo genera rerum, scilicet earum, quæ procedunt ab ipsa communitate, & sunt & vocantur propria domus, vtpotè ab eius iuribus vt sic profectæ; & earum quæ prosiscuntur ex peculiari ratione huius vel illius, & vocantur eleemosynæ, aut depositum illorum singularium. Et hoc non ob aliquod dominium, aut proprietatis possessionem (absit) sed propter permissionem Prælati, & destinationem ad vsus singularis personæ, dum ex Missis, aut Concionibus, vel scriptis vel donatiuis consanguineorum, aliisque modis, cum respectu ad eam conceduntur ex consensu, & licentia Abbatis, & ab eius nutu dependentes in vsu; cuius neque in consumptibilibus dominus est Monachus, taliaque mobilia, aut pecuniæ, neque in ratiociniis, neque in sumptibus domus admiscentur: & quodãmodò extranea, & adiectiua reputantur, vsitata differentia in praxi, & notorio discrimine æstimata à Petro de Ledesma, qui rem tetigit, *2. part. sum. tract. de statibus: c. 4. de statu Religiosorum pag. mihi 66. colum. 2.*

7. His suppositis, postea *num. 12. & 13.* quantùm ad obligationem restituendi Religiosorum differentiam esse censet, vt omninò illa constringat respectu bonorum prioris generis, modo possibili Monacho ad satisfaciendum, quod inde, vel corraserit, vel læserit, ex bonis posterioris generis, priuando se illis, aut abstinendo ab aliàs sibi concessis, &c. in aliis verò bonis secundi generis, vt non vrgeat restitutio eo modo. Quod quo pacto ita sententiam iam declaro.

8. Et quidem id ita esse mihi persuadeo ex differentia admissa inter illa duo genera bonorum, quam loco citato recognouit Ledesma, & quam reuera videmus practicari. Nam si quis Abbas, aut Prior, vel minister rerum temporalium, in reddendis ratiociniis deficiat, cogitur auctoritate Superioris, & Ordinis satisfacere, & restituere defectum, & de eleemosynis illis, aut deposito, sibi peculiariter permisso nec ignorat Religio, totum illud ad dominium Domus, & Communitatis læsæ pertinere; ergo considerat illud quodammodo alienum, & indebitum domui, cui per illud satisfactum esse vult. Similiter si Religiosus male expendat eas eleemosynas, aut peculiare depositum, etiamsi quoad mores, si Prælatus sciat, corrigatur, reprehenderturque, tamen de restitutione expensi, nec ad ratiocinium venitur, nec curatur, tanquam si sibi soli damnum intulerit. Quæ signa sunt voluntatis Religionis, aut Superioris, non sanè consentientis peccatum, aut potentis illud suo consensu, & licentia excusare; sed remittentis obligationem restitutionis, quam non reputat iniuriosam domui, quia restitutio adhuc impropria, qualis est omnis facta à Religioso, qui nunquam in rigore de suo restituit; in hoc secundo genere bonorum adhuc est magis impossibilis. Nam etsi per impossibile ea fieret, satis erat restitutionem fieri eisdem eleemosynis, & peculiari depositi, & tamen manebat adhuc in conditione bonorum secundi generis, in quibus Religio, aut Superiores nunquam ab inferioribus expetunt satisfactionem; aut restitutionem. Sed quasi admittunt vt ij, qui seipsos defraudauerunt, patiantur damnum & peccati, & amissionis, absque aliquo alio. Hucusque Magister Brauo.

RESOL. LIX.

An habens rem cum meretrice teneatur in conscientia soluere ei mercedem solitam, siue eam promiserit, siue non?

Et notatur, quod datio, & acceptio pro fornicationis actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra iustitiam; ideo meretrix non tenetur restituere.

At an cætera fœmina accipientes munera à suis amatoribus spe consequendi ab ipsis, quod præuè concupiscunt si non consentiant, teneantur restituere munera, quæ acceperunt? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. Res. 38. alias 40.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, inter quos videndi sunt, homobon. *in exã. Eccl. part. 2. tr. 9. c. 9. q. 24.* Regius *in resc. 8. per totum*, Sayrus *in Claui Regia, lib. 10. tr. 5. c. 3. n. 34.* Aragon. *in 2. 2. q. 32. art. 7. & q. 62. art. 5. cõcl. 8.* Azor. *p. 3. lib. 4. c. 21. q. 2.* Salonius *in 2. 2. q. 62. art. 5. cont. 4. concl. 1. & 2.* Caiet. *in 2. 2. q. 32. art. 7.* Cordub. *lib. 1. q. 32. art. 2.* Sotus *de iust. lib. 4. q. 7. art. 1.* Syluius *in 2. 2. q. 32. a. 7. concl. 3.* Tannerus *in 2. 2. disp. 4. dub. 10. n. 300.* Malderus *in 2. 2. tr. 1. c. 9. dub. 7.* Turrianus *in 2. 2. to. 2. disp. 14. dub. 1.* Villalob. *in sum. to. 2. tr. 11. diffic. 16. n. 8.* Rebellius *p. 2. lib. 18. q. 1. num. 9.* Lopez *p. 1. c. 105.* Lessius *lib. 2. c. 14. dub. 8.*

Sup. hoc sup. in tr. 4. Res. 56. & in to. 6. tr. 7. ex doctrina res. 140. per totã & signanter § 1. in fine, & in alia Res. eius nor. & vt facilius ista quæst. soluatur lege ibi doctrinam §. penult. & vlt. Res. 143.

*dub.*8. Ratio est, quia pro omni actu pretio æstimabili potest accipi merces; sed actus meretricius, si consideretur, non vt turpis, & illicitus, sed vt naturalis, & delectationi hominum accommodatus, potest pretio æstimari. Ergo, &c.

2. Igitur materia, pro qua datur turpe lucrum, etsi sit res illicita, non est tamen res inuendibilis, & de actu fornicationis, etsi prohibitum sit sub mortali, ne fiat, non est tamen iustum, vt si committatur, gratis committatur, & per consequens, neque prohibitum, vt pro illo merces accipiatur. Et licèt sit illicitum, dare, vel recipere pretium, ante fornicationem commissam, quia talis datio, vel acceptio includit consensum in fornicationem. Post peccatum verò commissum datio, & acceptio potest esse absque peccato, si nimirum detur & accipiatur, non ex complacentia peccati, sed ratione obsequij, vel laboris alteri præstiti.

3. His tamen non obstantibus, non desunt DD. qui probabiliter contrariam sententiam docent, vt Durandus *in* 3. *dist.* 39. *q.* 4. Medina *C. de rest. q.* 20. Nauar. *c.* 17. *n.* 40. *in fin.* & ex neotericis Paulus Comitolus *in resp. mor. lib.* 5. *q.* 5. & Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, vers. Promissio, differ.* 8. vbi putat supradictos Doctores supponere falsum, nempe vsum corporis meretricis ad actum venereum esse in foro conscientiæ vendibilem, ipsúmque separari posse ab ipso peccato. Nam in ipso vsu corporis turpi consistit perfectio, & consummatio peccati; quomodo igitur potest separari in rei veritate, ab ipso peccato? Reuera enim meretrix petit mercedem, propter delectationem illam libidinosam, quam debet exhibere ad se accedenti, per vsum sui corporis, & propter eandē promittit vir mercedem, & sic propter peccatum. Cæteras rationes vide apud Valerum, & Nauar. *vbi supra*. Ex quibus apparet, vtramque sententiam esse probabilem, licèt prima sit probabilior. Vnde non erit negāda absolutio, si aliquis rem habuerit cum meretrice, si postea nollet soluere mercedem consuetam, etiam si eam dare promiserit.

Sup. hoc in Resol. & §§. not. præteritæ.

4. Notandum est tamen cum Valero *vbi supra* & Tolet. *lib.* 5. *c.* 21. *n.* 7. quòd datio, & acceptio pro fornicario actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra iustitiam, & ideo etiam secundùm hanc posteriorem sententiam, meretrix non tenetur restituere. Idem dicendum est contra Lopez, fœminas accipientes munera à suis amatoribus, spes consequendi ab ipsis, quod prauè concupiscunt, si non consentiant non esse obnoxias restitutioni, quia nullus est amator, qui non verecundaretur, & erubesceret, si præfata munera sibi remitterentur, verè enim ea donant, licèt ob deflexum finem, & supradictæ, fœminæ, non recipiunt ea sub pacto, siue tanquam pretium impudicitiæ, sed tanquam incitamentum. Et ita docet Valerus *vbi supra*, *verb. Restitutio, differ.* 54 & Rebellus *part.* 1. *lib.* 3. *q.* 7. *n.* 6.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 7 Resol. 116. § penult. post medium.

RESOL. LX.

Fuit sapius à diuersis Confessariis ad me delata ista quæstio. An gabella possit imponi rebus ad proprios vsus necessariis, nimirum carnibus, piscibus, sali, frumento, o'eo, &c. & si pœnitens nollet restituere defraudationem talis gabellæ, an sit deneganda illi absolutio? Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. Res. 28.

Sup. hoc primo, & an dictæ gabellæ possint imponi, & sint iustæ vt. 4. tit. 5. leg. latam doctrinam Res. 68.

§. 1. MEmini tunc me respondisse, Molinam *tom.* 3. *disp.* 669. *n.* 2. Suarez *de legibus, lib.* 5. *c.* 15. *n.* 3. Vasquez *opusc. de rest. c.* 6. §. 3. *dub.* 1. Azorium *part.* 3 *lib.* 5. *c.* 21. *qu.* 1 Malder. *in* 2. 2. *tr.* 5. *c.* 6. *dub.* 6. Ioan. de la Cruz *in direct. conf. p.* 1 *præcept.* 7. *art.* 3. *dub.* 1. *concl.* 1. Turrian. *in* 2. 2. *tom* 2. *disp.* 14. *dub.* 3. *num.* 2. & alios, affirmatiuam sententiam tenere. nam tales gabellæ non sunt prohibitæ iure naturali; sed tollendi & pro vbicumque talis consuetudo extiterit, talis gabella non erit iniusta. Suarez verò probat impositionem huius gabellæ non esse iniustam, quia prohibita, & reprobata ad ius ciuile, neque quia mala. Ergo, &c. Hanc opinionem sequuti sunt Lessius *lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 7. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 25. *n.* 377. Molfesius *in summa, tom.* 2. *tr.* 12. *c.* 22. *n.* 96. non absolutè, sed in his quatuor casibus. Primò, quando vrget necessitas publica, & vectigalia aliunde colligi non possunt, neque sufficiunt. Secundò, quando hæc gabella ex communi, & libero consensu populi statuitur. Tertiò, quando securitati præstitarum rerum deuectarum, alia via consuli non potest. Quartò, quando consuetudo, quæ hominum memoriam excedit, obtinuit, vt super huiusmodi rebus vectigalia imponantur.

2. Sed hanc sententiam non esse amplectendam defendunt non infimæ classis Theologi. Hi sunt Caiet. *ver. vectigal.* Zanardus *in suo director. part.* 1. *c.* 11. *in expositione septimi præcepti.* Medina *in part.* 2. *qu.* 96. *art.* 4. *fol. mihi* 513. Sotus *de iust. lib.* 5. *qu.* 6. *art.* 7. Tolet. *lib.* 5. *c.* 73. *n.* 1 Angel. *ver. Pedagium, num.* 3. Sayrus *de cens. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 9. Bertazzol. *vol.* 1. *cons.* 107. *n.* 4. Roland. *vol.* 3. *cons.* 42. *n.* 18. Becius *cons.* 96. *n.* 5. & 18. & alij. Probatur hæc opinio. Quando non seruatur iusta forma gabellæ, gabella est iniusta. Sed in nostro casu non seruatur iusta forma gabellæ; Ergo est iniusta. Maior est certa, Minor probatur; quia in tali genere tributorū, pauperes plus grauantur, quàm grauari debeant, postillat enim iusta forma tributorum, vt pauperes non magis onerētur, quàm diuites. Sed in nostro casu non seruatur proportio geometrica inter diuites & pauperes. Ergo, &c. Hæc sententia mihi videtur probabilis, sicuti etiam visa est Martino Bonacinæ *de contr. disp.* 2. *q.* 9. *punct.* 1. *nu.* 5. licèt ego sequar contrariam probabiliorem. Quare dicendum videtur, non debere confessarium denegare absolutionem pœnitenti, qui nollet restituere talium gabellarum defraudationem.

RESOL. LXI.

An si quis narrat peccata alterius audita, & expresse asserit se nihil certo scire, sed tantum recensere quæ audiuit, an peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ illius? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. 1. Res. 28.

§. 1. HIc casus sæpissimè accidit. Affirmatiuam sententiam docent Sotus *de iust. lib.* 4. *qu.* 6. *art.* 3 *ad* 4. Nauarrus *c.* 18. *num.* 10. Villalobos *in summa, tom.* 2. *tr.* 11. *dub.* 36. *n.* 6 Tannerus *vbi infra*. Malderus *in* 2. 2. *tr.* 7. *c.* 1. *dub.* 13. Syluius *in* 2. 2. *D. Thomæ, qu.* 63. *art* 2. *quæritur* 16. *concl.* 3. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 53. *dub.* 10. *n.* 8. & alij; quòd si teferunt peccata aliorum, eo ipso sunt causa, vt alij talia peccata nouerint, & per consequens sunt causa, vt fama alterius apud plures amittatur. Et hanc opinionem multi recentiores, vt Azor. *part.* 3. *lib.* 13. *c.* 6. Lessius *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 5. Layman *in Theol. mor. lib.* 3. *tract.* 5. *part.* 1. *c.* 5. *n.* 7. Io. de la Cruz *in direct. pr.* 8 *q.* 2. *art.* 1. *dub.* 3. *concl.* 4. & alij tenent, quando qui refert, sit vir tantæ auctoritatis, vt ei credatur, etiamsi tantum audita referat; vel quando eo modo narret, vt aliquos ex leuitate quidem credituros putet, sed nulla per se data causa sufficiente.

2. His tamen non obstantibus; licèt supradictæ opiniones sint probabiliores, & amplectendæ, contrariam probabilem etiam esse puto cum Tannero *in* 2. 2. *D. Thomæ, disp.* 4. *q.* 8. *dub.* 7. *n.* 139. & illam docent Cajetanus 2. 2. *q.* 33. *art.* 2. *dub.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 1. *art.* 1.

art. 1. Sylvester *ver. detractio, qu.* 4. *except.* 5. Armilla *ver. restitutio, num* 4. *except.* 7. Sà *ver. informare*; post Gabrielem, Adrianum, & alios. Dico igitur auditum crimen simpliciter sine noua assecuratione, vel confirmatione narrare, etiamsi quis animaduertat aliquos ex audientibus temerè credituros non esse peccatum mortale. Et ratio est, quia damnificatio famæ, in tali casu, non tam est dicentium, quàm credentium. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Faber *de rest. in* 4 *sent. dist.* 15. *qu.* 3. *disp.* 53. *c.* 1. *n.* 29. Nisi ergo, qui sic narrat, addat aliquam maiorem certitudinem quàm sit, quæ ex communi relatione habetur, non tenetur ad restitutionem, etiamsi sinistra opinio non tam generetur ex relatione, quàm ex leuitate audientium vel infirmitate, aut malitia.

RESOL. LXII.

An qui falsum dicendo alterum infamauit, teneatur, si opus fuerit, iurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit?

Et an etiam si opus fuerit iuramento retractationem suam confirmare, & testes adhibere teneatur?

Et quid est dicendum, & faciendum si qui falsum dicendo alterum infamauit, sit Episcopus, Prælatus, Comes, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 29.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Caietanus, & Aragon. *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 62. *art.* 2. Sotus *de iust. lib.* 4. *qu.* 6 *art.* 3. Faustus *in speculo conf. disp.* 21. *q.* 21. Sylvius *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 62. *art.* 2. *quæritur* 22. *tr.* 32. *c.* 10. *n.* 245. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 53. *dub.* 1. *n.* 9. Nauarrus *c.* 18. *n.* 45. Nauarra *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 137. Salonius *de iust. tom.* 1. *q.* 62. *art.* 2. *contr.* 13. Carbo *de rest. q.* 18. Villalobos *in summa, t.* 2. *tr.* 11. *diffic.* 37. *n.* 2. & Tann. *in* 2 *D. Th. disp.* 4. *q.* 6. *dub.* 6. *n.* 141. vbi sic ait. Qui falsum dicendo alterum infamauit, tenetur (si alia via comodiori fama restitui non possit,) fateri falsitatem, & cum id scienter fecit, ac si opus sit iuramento retractationem suam confirmare. Ita ille, & ego.

2. Nota etiam, quòd Molina *tom.* 1. *disp.* 41. Io. de la Cruz *in direct. part.* 1. *pr.* 77. *art.* 2. *dub.* 5. *concl.* 3. Sotus, Aragona, & Salonius asserunt esse, etiam si opus fuerit, testes adhibendos.

3. Sed his non obstantibus Philippus Faber lector publicus in Academia Patauina *de rest. in* 4. *sent. dist.* 15. *qu.* 3. *disp.* 53. *c.* 1. *n.* 32. contrariam sententiam docet, & ita asserit. Ego puto solum sufficere ad restitutionem famæ in conscientia, quòd diffamans se retractet seriò coram illis, apud quos proximum diffamauit absque iuramento, & multo magis absque testibus & aliis sumptibus, ad faciendum, vt ij, qui ex causa detractionis malam opinionem conceperunt, illam deponant. Antiqui enim Doctores, vt Alsensis *part.* 2. *q.* 129. *membr.* 6. D. Thomas 2. 2. *q.* 82. *art.* 2. *ad* 2. Scotus *hic*, apertè nihil aliud requirunt. Nam D. Thomas *loco citato* declarando quomodo huiusmodi diffamator teneatur restituere, habet hæc verba. Alio modo falsum dicendo, & iniustè, & tunc tenetur restituere famam confitendo se falsum dixisse. Ita Faber, qui hoc etiam probat ex verbis Alexandri de Ales, & ex multis aliis rationibus, & respondet ad argumenta contraria. Non esse etiam testes adhibendos, docet vterque Nauarrus *vbi suprà* cum Tannero.

Sup. hoc in fi. in Resol. 66. cursim in §. Septimo.

4. Notandum est etiam, quòd stando in prima opinione, excipiuntur viri magnæ auctoritatis, vt notant Doctores citati, & inter illos Sylvius *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *quæritur* 10. *in fine*, & Villalob. *in summa, to.* 2. *tr.* 11. *diffic.* 37. *n.* 3. sic asserens. [Hase de entender esta doctrina regularmente, porque si el fuesse Obispo, Prelado, ò Conde, ò otra persona de gran authoridad, no estara obligado con tan gran perdida de su honor à confessar que mintio, y ansi estara obligado à restituir con el maior modo que pudiera, que serà como diremos luego del que restituie, quando dixo verdad.] Sic ille. Ideo quæritur.

Istud quæsitum hic est infra in Res. 65.

RESOL. LXIII.

An qui occultum crimen sine causa iusta manifestauit vni, vel duobus viris prudentibus, quos scit non vulgaturos, peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem famæ? Ex p. 3. tract. 5. Res. 33.

§. 1. HAnc quæstionem alibi, sed breuiter tetigimus, nunc verò fusiùs illam explicabo. Affirmatiuam sententiam docet Turrianus *in* 2. 2. *D. Thomæ, tom.* 2. *disp.* 53. *dub.* 8. *num.* 2. Sotus *de iust. lib.* 7. *q.* 10. *art.* 2. *concl.* 4. Molina *de iust. tr.* 4. *disp.* 29. *n* 7. Lessius *lib.* 11. *dub.* 11. *num.* 70. Bannez *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2 Azorius *t.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. Filliucius *t.* 2. *tr.* 4. *c.* 4. *n.* 91. Suarez *tom.* 4. *disp.* 34 *sect.* 1. *n.* 2. Villalobos *in summa tom.* 2. *tr.* 11. *diffic.* 36. *n.* 8. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 17. *punct.* 2. Malderus *in* 2. 2. *tr.* 7. *c.* 1. *dub.* 4. Layman *in Theol. mor. lib.* 3. *sect.* 5. *tr.* 3. *par.* 2. *c.* 3. *n.* 6. Ioan. de la Cruz *vbi infrà*, & Salonius *in* 2. 2. *qu.* 62. *art.* 2. qui asserunt hanc opinionem esse communem inter recentiores Thomistas. Et ratio videtur clara, quia si consideretur famæ detrimentum iudicio prudentis, maius erit reuelare illud crimen vni graui virò, quàm si decem infimis hominibus reueletur, & tamen hoc esset peccatum; quod explicatur ex eo, quòd quilibet maius bonum putat virum aliquem gratem habere rectam opinionem de alicuius moribus, quàm illud iudicium habeant homines plures abiectæ conditionis. Secundò, iudicium temerarium, est ex suo genere peccatum mortale, vt patet, etiamsi illud non producatur exteriùs, neque frater amittat bonum nomen apud alios, quàm apud iudicantem; ergo nec detractio desinet esse mortalis, ex eo quòd fratris existimatio tantùm lædatur apud vnum. Tertiò, prudens cui reuelas, & à te prudenter audit, poterit etiam alios similes prudentes inuenire, atque ita apud plures prudentes periculum infamiæ subibit frater. Quartò, ex ista opinione sequitur aliquod oppositum communi doctrinæ DD. & Sanctorum, nempe auditorem detractionis, quando ipse solus detractorem audit, non debere detestari detractionem tanquam lethale peccatum, sed propter prudentiam suam, qua celaturus est, posse tolerare tanquam veniale.

Alibi in to. 1. tr. 7 Resol. 52. à lin 3. & in Res. 53. §. vlr. ad medium, à vers. si opinio illa, & in fine Res. 50. & in t. 7. tr. 4. Res. 67. ad lin. 5. & breuiter in Resol. 3. not. seq. ex doctrina eius §. 1.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 4. Res. 6. § Facit, & in Res. 7. §. Castrus, cursim ad medium, & magis late in Res. 72. & 73.

2. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam docet Caietanus *in* 2. 2. *qu* 62. *art.* 2. Nauarr. *de rest. lib* 2. *c.* 4. *num.* 134. Graffius *lib* 2. *c.* 137. & alij. Et hanc sententiam probabilem esse docent multi ex DD. contrariis, vt Tannerus *in* 2. 2. *D. Thomæ, disp.* 4. *qu.* 8. *dub.* 7. *n.* 138. & Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. pr.* 8. *qu.* 2 *art.* 2 *dub.* 3. *concl.* 2. & alij. Et ratio est, quia talis non lædit famam notabiliter, cùm reuelet occultum delictum apud vnum, vel duos, qui non sunt aliis reuelaturi; ergo non peccat mortaliter, & sicuti non est fama vno dicente, ita nec erit infamia nisi pluribus dicatur. Et hæc sententia videtur mihi etiam probabilis, sicut etiam visa est Filliucio, qui suam sententiam vocat tantùm probabiliorem.

RESOL. LXIV.

An infamator criminis occulti teneatur restituere famam tantum apud suos auditores, licet ipsi auditum crimen

aliis notum fecerint? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Res. 34.

§. 1. Affirmatiuè respondent aliqui. Sed Philippus Faber *de rest. in 4. sent. dist. 15. qu. 3. disp. 35. c. 1. n. 37.* contrarium docet, sic enim asserit. Dubitant alij, an sufficiat retractare impositionem criminis coram his tantùm, apud quos ille diffamauit, an etiam apud alios, quibus illi audientes retulerunt? Aliqui asserunt, sed hæc opinio est irrationabilis. Cùm enim verba ex ore prolata in infinitum crescant, est impossibile diffamatorem posse se retractare apud omnes, ad quos talis diffamatio peruenit. Proinde Alensis innuit sufficere, vt se retractet coram iis, apud quos ipse detraxit. Ita Faber; & ratio etiam potest esse, quia posterior infamia fortuitò quasi sequitur, & ex propia malitia audientium, qui proinde vtique tenentur ad restitutionem. Sicut qui indirectè scandalum præbet, non contrahit specialem illam malitiam, cui per accidens causam dedit.

2. Sed ego sine metu, hanc sententiam amplectendam esse puto, in casu, quo, vt ait Villalobos *in summa to. 2. tr. 11. diffic. 37. n. 11.* [el peccado del proximo se descubrio à vn hombre de confiança de quien se entendiera, que de ninguna manera lo dixera à nadie, y el lo dixo, con esse solo se aura de hazer la diligencia para la restitucion y esse con los demas.] Ita ille, sed circa præsentem quæstionem vide Tannerum *in 2. 2. D. Thoma, disp. 4. qu. 6. dub. 6. n. 147.* & alios penes ipsos.

RESOL. LXV.

Ad quid teneatur, qui verum dicendo occultum crimen alicuius propalauit, illum infamando, & quomodo debeat restituere famam illius?

Et si infamator non possit famam restituere, an teneatur famam pecunia compensare?

Et an infamatus possit sibi ipsi satisfacere ex debito pecuniario infamatoris, si is alia ratione satisfacere nolit, aut non possit?

Et in textu huius Resolutionis alios quinque casus decisos inuenies sæpius contingentes in praxi, pro restituenda, vel non restituenda fama. Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. Res. 30.

Sup. contenti in hoc §. in res. 65. §. 5. penult. & vlt.

§. 1. Quia in praxi pœnitentes difficulter famam restituunt, probabilis mihi videtur opinio Caiet. *in 2. 2. q. 72. art. 2.* & Soti *de iust. lib. 4. q. 5. art. 3. ad 4.* quam affert, & approbat Villalobos *in summa, t. 2. tr. 11. diffic. 37. n. 4.* vbi sic asserit.] Otro modo ay mas vsado entre los Doctores, y ponelo Caietano, Soto, Nauarro, y otros, y es que el que infamo descubriendo pecado secreto no hable mas del, sino que procure tomar ocasió de tratar del disfamado con las personas, cerca de lasquales le infamo, y hable del honorificamente, y trate familiarmente al disfamado en algun caso, que con esse honra, si el es honrado.] Ita ille. Et hic modus suauis est, & illum facilè pœnitentes obseruabunt; secus autem asserendo se perperam loquutos, vel iniuriam fecisse, vel fuisse deceptos, vel quod aliqui volunt, se falsum dixisse, vel fuisse mentitos. Ergo ad nihil aliud tenetur diffamator, quàm laudare eum, quem priùs diffamauerat, nec amplius de illa re coram illis, apud quos eum diffamauit loqui. Et hunc modum restituendæ famam approbant etiam Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 143.* Valentia *t. 3. disp. 5. qu. punct. 5. & q. 17. punct. 2.* Lessius *lib. 2. c. 11. dub. 10.* Aragon. *in 2. 2. q. 62. art. 2.* Faustus *in speculo conf. disp. 21. q. 74. n. 6.* quidquid in contrarium asserat Laym. *in Theol. mor. lib. 2. sect. 5. t. 3. part. 2. c. 7. n. 2.* Nauarra *lib. 2. c. 4. n. 370.* Faber *de rest. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 33. n. 46.* Syluius *in 2. 2. D. Thom. qu. 62. art. 2. quæritur 22.* Filliucius *tom. 2. tr. 32. c. 10. n. 246.*

2. Notandum est tamen primò, quòd si infamator non possit famam restituere, non tenetur famam pecunia compensare. Ita Layman *in Theol. mor. lib. 1. tract. 3. part. 2. cap. 7. n. 3.* Filliucius *t. 2. tract. 32. cap. 10. n. 239.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 53. dub. 7. n. 3.* Faber *de rest. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 53. cap 4. n. 122.* Malderus *in 2. 2. tract. 7. c. 7. dub. 8.* Nauarrus *cap. 17. n. 19.* Bannez *in 2. 2. q. 62. art. 2.* Syluester *ver. detractio. q. 4.* Nauarra *lib. 2. cap. 4. n. 416.* Lessius *lib. 2. c. 11. dub. 11.* & alij. Sed quia contraria sententia est probabilis, quam tenet Villalobos *in summa tom. 2. tract. 11. diff. 39. n. 5.* Sotus *de iust. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 4.* Aragon, *in 2. 2. q. 62. art. 2.* Valentia *to. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5.* Couar. *lib. 1. var. c. 2. n. 8.* Molina *tract. 4. disp. 45. n. 3.* Sà *ver. infamia n. 7.* Syluius *in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. quæritur 22.* post Rebellium, Sotum, Richardum, Adrianum, Caietanum, & alios; cùm, inquam, hæc opinio sit probabilis, puto cum Ioan. de la Cruz *in direct. part. 1. prac. 7. art. 2. dub. 6. conclus. 2.* Tannero *in 2. 2. D. Thom. disp. 4. q. 6. dub. 6. num. 150.* qui citat Lessium, & Aragonum, posse infamatum sibi ipsi satisfacere ex debito pecuniario infamantis, si is alia ratione satisfacere nolit, aut non possit; quod est valdè notandum, quidquid in contrarium dicat Malderus *in 2. 2. D. Thom. tr. 7. c. 2. dub. 14.* licèt, vt dixi, contraria opinio sit etiam probabilis, nempe non debere famam pecunia compensari, quando aliter compensari nequeat.

3. Notandum est secundò contra Turrianum *in 2. 2. D. Thom. tom. 2. disp. 53. dub. 5. n. 7.* Tannerum *in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 6. n. 155.* & alios, qui se mutuò infamauerunt, posse vti compensatione, dummodo infamia non sit inæqualis, & non oritur scandalum, vel si vnus velit alteri famam reddere: tunc enim etiam alter tenetur ipsi restituere, & tandem compensatio non potest fieri reddendo maledictum pro maledicto. Exceptis igitur his casibus admittenda est contra præfatos DD. compensatio famæ, & ita docent Syluius *in 2. 2. D. Th. q. 62. art. 2. quæritur 10.* Malderus *in 2. 2. tr. 7. c. 2. dub. 14.* & alij penes ipsos.

4. Notandum est tertiò secundùm opinionem Fabri *de restit. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 13. cap. 2. num. 56.* quòd etiam quando reus est accusatus, & interrogatus iuridicè de crimine vero, & negat, non tenetur ad restitutionem famæ; quod est valdè notandum contra Caietanum *in 2. 2. q. 68. art. 2.* Sotum *de iust. lib. 4. q. 6. art. 3 ad 4.* Azorium *tom. 3. lib. 5. c. 9. q. 8.* Molinam *tr. 4. disp. 43.* & alios.

5. Notandum est quartò, quòd non adest obligatio restituendi famam, quando detractio effecta est cum verbis generalibus videlicet aliquem esse mendacem, ambitiosum, &c. nisi ratione dignitatis personæ, vt si de Prælato, aut Religioso ex grauioribus talia dicta essent; quamuis Filliucius *t. 2. tr. 32. c. 9. n. 229.* noter Syluestrum & Nauarrum vniuersaliter asserere detractionem, vt obliget ad restitutionem, debere esse de peccatis mortalibus.

6. Notandum est quintò, quòd licèt Sotus *de iust. lib. 4. qu. 6. art. 3. ad 4.* Couar. *in regul. Peccatum par. 1. num. 7.* & Rebellius *lib. 4. q. 13.* dixerint vitam alicuius nobilis, plebeij reputari posse viliorem fama alicuius nobilis, eóque casu plebeium debere reparare nobilis famam cum periculo propriæ vitæ; tamen contrariam sententiam in tali casu tenendam esse existimo; vide Caietanum *in 2. 2. q. 62. art. 6.* Syluestrum *ver. detractio. q. 4.* Nauarrum, & Nauarram, quos citat, & sequuntur Tannerus *in 2. 2. disp. 4. qu. 6. dub. 6. num. 149.* Malderus *in 2. 2. tractat. 7. cap. 2. dub. 9.* & cum aliis penes ipsos; nam bona inferioris ordinis non sunt restituenda cum detrimento boni superioris ordinis. Sed vita est bonum superioris

superioris ordinis, quàm famæ. Ergo, &c. Et hoc etiam procedit, etiamsi infamia esset maxima, vtpote de hæresi, de crimine læsæ maiestatis, &c. vt notat Faber *de rest. in 4. sent. dist.* 15. *q.* 3. *dis.* 53. *c.* 4. *n.* 121. vide etiam Ioannem de la Cruz *in direct. pr.* 7. *q.* 5. *art.* 6. *dub.* 6. *concl.* 1. Ex his adultera etiam infimæ sortis, & nupta viro nobili, cui supponit filium alterius pro successione maioratus, omissis filiis legitimis, non se prodat etsi sciat profuturum, nec tenetur adultera hoc reuelare filio spurio, nec filius tenetur credere; tenebitur tamen adultera in tali casu, si potest, ex iustitia satisfacere, aut conferendo bona libera filiis legitimis, aut consulendo spurium intrare Religionem. Ita communiter DD.

Sup. his sequentibus in tom. 2. tr. 6. Res. 234. à principio v/q; ad §. Hinc, & in aliis eius not. 1. & 2. Sed lege eam per totam, & in to. 6. tr. 8. lege ex Res. doctrinam §. vlt. & alterius eius not.

RESOL. LXVI.

An si quis infamaret aliquem, de furto, qui postea fur inuenitur esse, teneatur ad restitutionem?

Et an non sit peccatum saltem mortale publicare aliquod crimen minus illius, qui de grauioribus criminibus est infamatus, & infamis?

Et notatur multas esse causas excusantes à restitutione famæ.

Et pro praxi nouem causa in corpore huius Resolutionis proponuntur.

Et tandem docetur, nullum esse faciliorem modum restituendi famam propter peccatum occultum propalatum posse inueniri, quam laudando illum, quem prius infamauerat. Ex part. 11. tr. 6. & Misc 6. Res. 56.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pontius *in cur. Theol. disp.* 52. *q.* 8. *concl.* 3. *n.* 48 vbi sic ait: Multa liberant à restitutione pro infamia, si postea in eadem materia infamatus, perdidit famam, vt si falsò imponeres, quod furatus fuerit, & postea constet, quod ipse sit fur. De quo tamen valde dubito quia magis infame est, quod aliquis sæpius furatus fuerit, quam quod semel tantum: ergo, si quis falsò dixit, quod semel furatus fuerit; quamuis constet quod postea furatus fuerit, non tollitur obligatio restituendi famam perditam ratione falsæ impositionis prioris furti. Ita ille.

2. Tu cogita, nam circa hanc sententiam habeo magnam difficultatem, nam Doctores communiter asserunt, quod si quis, v.g. infamaret aliquem de delicto non vero, si de eodem delicto ex alio capite laboraret adhuc infamia, excusari à restitutione famæ, ergo & in casu nostro.

3. Verùm, quicquid sit de sententia Pontij, sciendum est, quod Sylues. *verb. detractio. q.* 1. & Paludanus *in* 4. *dist.* 19. *qu.* 4 dicunt non esse peccatum saltem mortale publicare aliquod crimen minus illius, qui de grauioribus criminibus est infamis, vt v.g. de illo, qui infamis est de homicidio & furto, putat non esse peccatum mortale dicere quod fuerit fornicatus. Hoc tamen non est simpliciter admittendum, quando minus connexionem non habet cum aliis maioribus, sicuti fornicatio non habet cum homicidio, aut furto: idque propter rationes iam allegatas. In certo tamen casu posset locum habere, vt si quis de tam multis, & variis criminibus grauioribus sit infamatus vt passim habeatur talis, qui nullum scelus tempore, & loco verecundatus fuisset, perpetrare, quia huiusmodi persona totaliter, & quasi per omnem virtutis materiam amisit famam suam, vnde ex relatu alicuius inferioris criminis non censetur eius infamia notabiliter augeri, imo vix augeri. Et ita docet Ioannes Vvigers *de iust. tr.* 4. *c.* 1. *dub.* 6. *n.* 28. cum Gaspare Hurtado *vbi supra*.

4. Notandum est hîc obiter, multas causas excusare à restitutione famæ. Excusat Primò iusta condonatio facta ab eo, cuius infamia non redundat in alios.

5. Secundò, iusta compensatio, vt si ab eo, quem infamasti pari modo sis infamatus. Sup. hoc secundo, in res. præterita §. Notandum est secundo & in alio §. eius annot.

6. Tertiò, si fama sit alia ratione recuperata.

8. Quartò, si infamia prudenter existimatur abiisse in oblitionem, tunc enim non teneris, siue falsum imposueris, siue verum.

8. Quintò, si crimen occultum, quod aliquibus dixisti, alia via & ratione fiat publicum, tunc enim amisit ius restitutionis Lessius *l.* 2 *c.* 11 *dub.* 26 & Nauarr. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 198. Nam si re vera factum est publicum, nihil proderit retractatio. Secus autem si non sit publicum; nam fieri potest, vt illius exemplo alij retractentur. Hoc tamen certum existimo cum Nauarr. pro medio tempore antequam fieret publicum non teneri restituere famam, benè dicta eo tempore sequuta.

9. Sextò, si restitutio sit impossibilis. Sup. hoc sepe, timo supra in Res. 62. §. vlt.

10. Septimò, si non possit fieri sine amissione famæ, quæ sit longe maioris momenti, vt si Prælatus, vel vir illustris infamauit plebeium.

11. Octauò, si bona fide persuasus esse verum & publicum, narrasti, nec possis sine damno tuæ famæ restituere.

12. Nonò, si re vera nulla fuit infamia sequuta, eo quod infamator esset nullius fidei, quod sæpè accidit vel quia illi apud quos infamatur, sciebant similia, ita vt infamia non sit notabiliter aucta. Hæc autem omnia remissiuè inuenies apud Trullench *in decal. t.* 2 *l.* 7. *c.* 10. *dub.* 10. quæ tamen latè antea in aliis dubiis pertractauerat.

13. Aduertant tamen hic Confessarij faciliorem modum restituendi famam propter peccatum occultum propalatum non posse inueniri, quam laudando illum quem prius infamauerat. Et ita ex Caietano, & Soto, docet Amicus *r.* 5. *disp.* ... *sect.* 11. *n.* 145. quoniam ex vna parte talis modus efficax est ad famam restituendam, maximè apud prudentes, & ex alia parte modus per retractationem est periculosus, ne infamator mendacium committat, vel ex conscientia erronea, vel non rectè vtendo verbis verum sensum habentibus. Cæterum moner loco citato Caietanus etiam hunc modum cautè esse adhibendum, ne auditores in sua opinione magis confirmentur. Vnde non de fictis, sed veris virtutibus laudandus est, eoque tempore, loco, & modo, quo prudentes auditores suspicari non possint, quod id fiat ad laudati famam restituendam. Debet autem tamdiu publicè coram iis, coram quibus fuit infamatus, laudari, eiusque occultæ virtutes depromi, quamdiù eius laudatio prudentis arbitrio censeatur sufficiens ad obscuratam ipsius famam illustrandam. Sup. contento in hoc, & seq. §. in Res. præterita §. 1.

14. Et hanc sententiam admittit etiam Syluius *loc. cit. q.* 24 & docet nouissimè Ioannes de Soria *de epilogo summarum p.* 2. *tr.* 2 *sect.* 3. *disp.* 1. §. *circa restitutionem famæ* vbi sic ait: Qui verum alterius crimen propalauit, ad nihil aliud tenetur, quam laudare eum, quem primus infamauerat, nec amplius de illa re loqui coram illis apud quos eum diffamauit. Ita ille, & hunc modum restituendi famam etiam approbat Ioannes Pontius *vbi supra concl.* 2. *p.* 4. Hurtadus *de iust. disp.* 12. *diffic.* 18. cum aliis. Notent hoc Confessarij, quia, vt dixi, nullum faciliorem modum, ac minus onerosum pro pœnitentibus inuenient ad famam ablatam restituendam; ego scio quam difficiliter pœnitentes famam restituant, & in quantis tricis se inuoluant, quando aliis modis volunt famam restituere.

RESOL. LXVII.

An sit peccatum mortale saltem contra charitatem detegere peccatum notorium facti, vel iuris in alio loco, vbi ignorabatur, & in quem facile eius fama non erat peruenitura? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 17.

Sup. hoc in Resol seq. & in tom. 5. tr. 10. Resol. 131. §. Sed ego. sed lege eam per totam.

§. 1. MVltum practicabilis est quæstio ista, & in explanatione illius plurimos, & fortissimos aduersarios habemus; ideo sententiam affirmatiuam docent communiter DD. ita Lessius *lib. 2. cap. 11. dub. 13. n. 78.* Sotus *de iust. lib. 5. q. 10. art. 2.* Villalobos *in summa tom. 2. tr. 11. diffic. 36. n. 13* Fabrus *de rest. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 53. c. 4. n. 130.* Salon. *in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. contr. 18.* Nauar. *lib. 2. c. 4. n. 288.* Sayr. *in clau. Regia lib. 11. c. 6. n. 25. & 26.* Mald. *in 2. 2. tr. 7. c. 1. dub. 6.* & alij quam plures penes ipsos. Probatur hæc opinio, quia in tali casu læditur proximus in re magni momenti, quod meritò ægerrimè ferrem mihi fieri. Nec valet dicere, quòd taliter infamatus ius ad famam non habet, quia sine cuiusquam iniuria, & absque fraude eam possidebat, eâque adhuc diu fuisset fruitura. Ergo contra charitatem est, illum bono nomine spoliare, præsertim si nihil commodi proueniat de detractione. Ita Lessius, qui limitat hanc sententiam. Primò, si ille parum curet se alibi infamari, quod sæpè fieri solet, præsertim si procul absit. Secundò, si quis ob graue crimen fuerit publicè punitus; tunc enim sæpè expedit talia ad ædificationem narrari.

2. Sed ad tollendos omnes scrupulos, his non obstantibus existimo probabiliter sic detrahentes non peccare, neque contra iustitiam, neque contra charitatem. Et ita docet nouissimè Fagundez *prac. 2. lib. 5. c. 3. n. 14.* vbi sic asserit. Vera sententia docet non esse peccatum mortale, neque contra charitatem, neque contra iustitiam, detegere notorium crimen facti, vel iuris, hoc est, vel per rumores, & famam publicam, vel per sententiam iudicis in alio loco, & regione, vbi ignorabatur, & personis qui nihil de illo sciebant, siue fama illuc breui; siue post longum tempus, siue nunquam peruentura sit. Sic ille, qui validissimis rationibus probat hanc sententiam, & citat pro illa Caiet. *tom. 2. opusc. 31. respons. 9.* Nauarrum *in summa c. 18. n. 26.* & Maiorem *in 4. dist. 21. qu. 2.* Hanc opinionem docet etiam Azorius *p. 3. lib. 13. c. ... dub. 8.* & Filliucius *tom. 1. tr. 32. c. 9. n. 235.* qui se remittit ad Nauarrum, & Caietanum *vbi supra.* Et illam probabilem esse putat Hugnus *in 3. part. tom. 1. q. 80. art. 6. diffic. 3. §. hac difficultas*, nam opinionem contrariam, quam ipse tenet, vocat probabiliorem.

3. Fundamentum verò contrariæ sententiæ, quod docet Lessius, reprobatur solidè à Fagund. *vbi sup.* Igitur viatores abstineant à similibus detractionibus, sed si detrahant non peccabunt mortaliter, vt patet ex dictis, neque contra charitatem. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. LXVIII.

An sit peccatum mortale detegere alterius peccatum notorium notorietate iuris, vel facti in aliqua ciuitate, vbi ignorabatur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 128.

§. 1. COntra plures negatiuam sententiam docui *part. 3. tr. 5. resol. 17.* in cuius confirmatione adduxi aliquos Doctores, quibus nunc addo Samuelem Lublinum *in summ. cas. conse. ver. fama, n. 28.* vbi sic ait. Infamatum alicubi iuridicè, aut publicè alibi prodere non est mortale, nec vlla restituendi obligatio. Ita ille; & ante illum Emanuel Sà *ver. infamare, n. 5.* igitur in tali casu non peccatur contra iustitiam, neque contra charitatem. Sed scio contrariam sententiam multos docere, asserentes tales peccare contra charitatem, sed nostra opinio non est minus probabilis.

In indice primo huius Tom. 8. lege Apendicem ad hunc Tract. 7. Vbi inuenies alias quam plurimas Dissic. missas & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 7. de Furto, & Restitutione, &c.

TRACTATVS OCTAVVS
DE CASIBVS OCCVRRENTIBVS TEMPORE MORTIS.

RESOLVTIO PRIMA.

An morituro liceat respuere medicamentum, dum adest spes salutis?

Et an infirmus teneatur parere Medico applicanti medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantum præcepto, quo est adstrictus propriam vitam conseruare?

Et an infirmus, si comedat, vel bibat rem nociuam putans, vel non aduertēs, quod ei nocebit, non peccet mortaliter, imo si credat, quod ob id eueniet ei aliquod nocumentum sed non magnum: Ex p. 5. tr. 3. Resol. 135.

Sup. hoc supra in tr 5. Tertiò licitum est omittere, cursim ad fin. 4.

§. 1. RESpondeo negatiuè, notandum est tamē hîc obiter, licitum & meritorium esse vitis perfectis respuere medicinā in aliquibus morbis, & doloribus grauibus non asserētibus periculum mortis, v. g. in dolore passionis iliacæ remedia omittere ad profectum spiritualem & carnis mortificationem, & ad experiēdum dolores Christi in passione.

2. Nota etiam quòd si infirmus comedat, vel bibat rem nociuam, putans, vel non aduertens quòd ei nocebit, non peccat mortaliter, imò etiam si credat, quòd ob id eueniet ei aliquod nocumentum, sed non magnum, vt dolor aliquis capitis, vel maior aliqua febris, non peccaret mortaliter, quia nocumentum non est magnum, imò licèt ex intentione illud intenderet, neque etiam peccaret mortaliter. Sic docti iuniores. & hæc omnia docet Sanchez *in opusc. 1. 1. lib. 5. c. 1. dub. 33. n. 7.* & 8. cum Nauarro *c. 11. n. 41.* Caietano *in 2. 2. q. 97. art. 1.* & aliis.

3. Non desinam tamen hîc adnotare quòd infirmus non tenetur parere Medico applicanti medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantùm præcepto, quo est adstrictus propriam conseruare vitam, & ita docet Sancius *in select. disp. 13. n. 8.* & Salas *de legib. disp. 10. sect. 1. n. 2.*

RESOL. II.

An fœmina etiam ignobili in periculo mortis liceat non ostendere verenda Chirurgo?

Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab obstetricibus, vel aliis fœminis: an tunc vtique teneantur fœminæ etiam nobiles illa sufferre, & verenda suprædictis obstetricibus ostendere? Ex p. 5. tr. 3. Resol. 138.

§. 1. Respondeo

§. 1. REspondeo affirmatiuè, cum Ioanne Sancio *in sobrietat. disp. 3. in 2. editione.* vbi sic ait: Rationę pudoris potest fœmina recusare membri pudendi curationem cum probabili vitæ periculo. Ita ille; & idem nouissimè docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 4. dub. 13.* vbi docet fœminam cancro, vel alio morbo grauissimo in verendis laborantem, non teneri sustinere curari à chirurgis, quia cùm pudicitia sit tantum bonum, potest illam præferre vitæ; licèt possit sine peccato permittere curari. vide etiam Lessium *lib. 4. c. 3. dub. 8. n. 60.* vbi sic asserit. Cõtactus partium verendarum si fiat causa medendi, vel alia, quæ censeatur necessaria, aut iusta, nullum est peccatum: est communis sententia DD. talis enim contactus est honestus moraliter, quia consentaneus rectæ rationi. Nec refert quòd interim aliqua delectatio, vel motus turpis suboriatur, quia id est planè inuoluntarium. Aduerte tamen mulieres præsertim virgines, non teneri huiusmodi genus medendi in locis secretioribus à viris admittere, vt rectè docet Nauarr. *d. c. si cui. n. 13.* Ratio est, quia nemo tenetur admittere curationem, à qua non minùs abhorret, quàm ab ipso morbo, vel morte: at multæ virgines pudicæ malunt tolerare morbum, vel mortem, quàm à viris contingi. Deinde nemo tenetur admittere id, cui coniunctum est periculum turpis motus, aut delectationis carnalis, imò ad heroicum castitatis gradum pertinet malle mori, quàm permittere in se turpes imagines, aut sensum vllum libidinis. Hæc Lessium, cui etiam adde nouissimè Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 15. n. 5.* & Turrianum *vbi infrà concl. 10.*

sup hoc in tom. 7. tr. 5. res. 51. in fi ne.

2. Non tamen quòd si medicamenta possent adhiberi ab obstetricibus, vel aliis fœminis, tunc vtique tenerentur fœminæ, etiam nobiles, illa sufferre, & verenda supradictis obstetricibus ostendere, nam cessant in hoc casu rationes pro affirmatiua sententia adductæ, cùm medicamenta non à viris, sed à mulieribus adhibeantur, ex quorum contactu, nec verecundia, nec motus sensualis oriri potest. Vide Turrianum *Summa part. 1. c. 163. dub. 5. concl. 11.*

RESOL. III.

An sit licitum pulsare Campanas in signum, quod aliquis malefactor mane furca suspendendus sit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 37.

§. 1. CVm olim per quandam Italiæ ciuitatem pertransirem, sensi per spatium ferè integræ noctis campanam propè hospitium sonantem: & quia ex hoc dormire non poteram, quæsiui, an pulsatio illa ad aliquid deseruiret: responderunt in signum, quòd cras malefactor suspendendus esset. Tunc ego maximè dubitaui, si campana illa esset benedicta, an licitè hoc efficeretur: & tunc inueni ita prorsùs sentire Franciscum Syluium *in resol. variis, verb. Campana.* Et quia casus est curiosus, & asserunt mihi in multis locis accidere, visum est mihi hic per extensum eius verba apponere. Sic enim asserit. Quæritum est, An sacræ Campanæ, hoc est, quæ sacro ritu sunt benedictæ, pulsari possint; siue ad conuocandum populum, siue in signum quòd aliquis malefactor sit mortis supplicio plectendus. Respondeo non licere, cùm hoc habeat aliquam indecentiam, quòd res sacræ ad vsus prophanos applicentur, cósque tales, à quibus per se exequiendis abhorret Ecclesia, eiusmodi sunt causæ sanguinis. Accedit quòd Campanæ benedicuntur pro conuocandis populis ad diuinum cultum, vel pro illis ad orationem monendis, atque sicut in Pontificali dicitur, *vt cùm melodia earũ auribus insonent populorum, crescat in eis deuotio fidei, procul pellantur insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, temperentur infesta tonitrua*, &c. Nequaquam verò, vt sint signum alicuius vel iugulandi, vel suspendendi. Vbi tamen non est commoditas alicuius alterius campanæ, tolerari potest, quòd vna ex sacris siue ex benedictis pulsetur in signum prædicti supplicij: partim quia tunc est quædam necessitas, partim quia interuenit, aut supponitur consensus Episcopi, qui talis loci tenuitatem, & qualitatem non ignorat.

2. Sed ego omninò scitum in casu sonum campanæ benedictæ admitterem, si illa pulsaretur; vt ex eius sono populus excitans funderet preces pro bono transitu delinquentis manè iustitiandi.

RESOL. IV.

An si quis inueniatur laqueo suffensus, vel mersus in puteo, debeat sepeliri in loco sacro?
Et quid, si constet publice in Paschate non communicasse?
Et quid si hoc sit occultum?
Et an vsurarius publicus careat sepultura Ecclesiastica?
Ex part. 5. tract. 3. Res. 100.

§. 1. REspondeo quoad primum negatiuè. Nec desinam hîc apponere verba Villalobos *in summa, tom. 2. tr. 31. diffic. 3. n. 4.* vbi sic ait. [Acerca desto se ha de aduertir mucho, que no por hallar à vno en vn pozo ahogado, o hallarle ahorcado, se le ha de negar luego la sepultura Ecclesiastica. Porque esta es pena, y en materia criminal, y no se deue dar, si no es, quando la culpa es clara y euidente, de manera que se entienda que el mismo se desesperò; porque en causas criminales han de ser las prouanças mas claras que la luz del medio dia, como consta del derecho; y ya que no pueden aqui ser tan claras ha de hauer fortissimas coniecturas, pues se procede sin oyr la parte, y assi pudiendo ser que diessen à vno garrote, y le ahorcassen despues por deslumbrar la justicia, o echassen al otro en el pozo no se ha de juzgarlo contrario, y si el vulgo se escandalizare, instruyrle, que es facil hazerlo vn Predicador docto en vn sermon. Para esto es muy notable vn consejo de Nauarro, que refiere tambien el Padre Fray Manuel, cuyo caso es de vn religioso que se hauia cõfessado por la mañana y absuelto, y toda la mañana, y tarde estuuo alegre, y despues fue hallado en su celda colgado de vn lazo al cuello, ni bien colgado, ni echado, sino medio de rodillas ahogado cerrada la puerta, y preguntrado si pudia, o deuia ser enterrado en lugar sagrado, respondio Nauarro, que intrepidamẽte se deue dezir, que no se le deue negar à este la sepultura Ecclesiastica, porque no se deue negar à ningun Christiano, sino en los casos que estan expressos en derecho, y deste no consta que el se ahorcasse, ni se ha de presumir delito conforme à derecho, mayormente vn delito tan graue, y contra la inclinacion humana, y yo verdaderamente creyeria, mas ay que este auia perdido à caso el juyzio, que no al contrario, y Couarruuias siguiendo à Socino junior dize, que el que se halla echado en el pozo no ha de ser priuado de sepultura Ecclesiastica, que no se presume hauerse echado el, y al fin dize, que si con algunas conjeturas se pudiere presumir que no se matò el, o que estaua fuera de si, no se le deue negar la sepultura Ecclesiastica, lo qual se ha de notar mucho, porque se hã visto en esto muchos y erros, y ha de hauer mucha euidẽcia para presumir de nadie que se matò el mismo, estãdo en su juyzio: y digo mas, que se sucediesse que el Prelado supiesse el secreto, que el mismo se hauia ahorcado, o echada en el pozo, no le deue negar la sepultura Ecclesiastica, porque no le puede cõdenar, por lo que el sabe en particular, conforme à lo que se dixo arriua; y mas que deue hazer en esto mucha pronança primero que le condene y hazer el aqui las partes del reo, sino es, que aya abogado, que buelua por

Quoad hoc in to. 5. tr. 1. ex res. 214. lege §. 1. ad medium, & signanter §. vlt. res. 72. & in to. 7. tr. 5. ex res. 67. vide §. 1. & alias res. & §. eius primæ annot.

por el, que quando esso falta, ha lo de suplir el juez, como dize vna ley.] Ita Villalobos, cui adde Marchantium *in resol. pastoral. tr. 5. c. 3. qu. 4. cas. 3.* Genuensem *in praxi Archiep. c. 61. n. 16.* Barbosam *de officio Parochi, c. 26. n. 46.* & Iulium Lauorium *in variis elucubration. tit. 2. c. 12. n. 31. & 32.* qui etiã docent, quòd si publicè constet aliquem non sumpsisse in Paschate Eucharistiam, priuandum esse Ecclesiastica sepultura, secus autem si hoc esset occultum, & ideo Villalobos *vbi supr. n. 5.* sic ait. [Se niega la sepultura al que es cierto y manifiesto que no se confessò, o no comulgò vna vez en el año, conforme à vn texto; saluo si mostrasse señales de contricion, o de la emienda, y basteria que esto se prouasse con vn testigo, conforme à lo que dize Siluestro con otros. y en otro caso lo dize vna glosa. Mas hase de aduertir que no luego que se sabe que no comulgò, o no se confessò le deuen negar la sepultura, que pudo confessarse con algun religioso, y mandarle que no comulgasse, y en duda no se ha de presumir, que se oluida nadie de su salud.] Quando verò vsurarius manifestus careat sepultura Ecclesiastica, quia casus non est ita practicabilis nihil dicam: si fortasse acciderit, consule Vgolinum *tr. de vsura, c. 24. §. 4. & seq.*

RESOL. V.

An qui in ipso actu venereo correptus morbo amisit loquelam, & paulo post expirauit, sit priuandus Ecclesiastica sepultura?

Et an moriens extra locum duelli sit sepeliendus in Ecclesia?

Et an omnes, qui moriuntur in peccato notorio, seu manifesto sine signis pœnitentiæ, vt meretrices, concubinarij, vsurarij, hæretici, excommunicati, torneatores, &c. sint priuandi Ecclesiastica sepultura?

Et an pro supradictis possint suffragia offerri? Ex p. 5. tr. 3. Res. 99.

Sup. hoc hæretico, & excommunicato in tom. 5. tr. 1. Res. 70. 71. & 72. & pro torneamentariis, vbi in res. 66. §. Verum.

§. 1. REspondet negatiuè Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disp. 76. sect. 1. §. 21.* vbi sic asserit. Etinè peccatum tumulare hæreticum in templo? est enim publicus peccator absque pœnitentiæ signo; est autem eadem ratio de quouis peccatore publico non pœnitente exteriùs, vt qui in torneamentis occumbunt, aut in aliqua actione moraliter mala; censeo eiusmodi homines (nisi se ipsos occiderint) posse licitè donari Ecclesiastica sepultura, quia *c. 2. de vsuris in 6.* facta restitutione permittitur sepultura vsurario absque discrimine quòd egerit, vel non egerit pœnitentiam exteriùs, imò & pro eiusmodi peccatore video offerri sacrificia (non ago de excommunicato) quia non sumus certi de eius damnatione, potuit enim conuerti absque signis exteriùs. Ita ille qui §. 22. contra Suarez *in 3. part. t. 5. disp. 31. sect. 2. n. 8.* Pectè docet etiam pro supradictis posse suffragia offerri, quia Ecclesiæ constare non potest vtrùm internam non egerint pœnitentiam, & orationes publicæ, & priuatæ sunt ex hypothesi, quòd ij, pro quibus offeruntur, sint in statu, in quo illis prosint.

2. Non desinam tamen hic apponere verba Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 31. diffic. 3. num. 10.* vbi sic ait. [Ay vna duda, y es, de vna muger publica que se hauia confessado, y comulgado la Pascua, y fue hallada muerta à puñaladas en casa de su amigo, y no constò si murio contrita o no. En este caso se duda si se le deue negar la sepultura Ecclesiastica, y aunque parece que sì, por vn texto donde se niega la sepultura al que fue muerto estando hurtando, donde se colige, que el que verisimilmente muere en pecado mortal, no ha de ser enterrado en lugar sagrado, y segun Abad, y Ananias no se presume que muera contrito el que muere offendo cometiendo el pecado. Con todo esto Nauarro responde, que no se le deue negar à este la sepultura Ecclesiastica, porque no se sabe el intento con que el amigo la llenò à su casa, pues la mato; y se ha de presumir que dixo Iesus, quando le dieron las puñaladas, y mostrò otra señal de contricion, y suelen estos decir: Encomendad os à Dios que os tengo de matar, con lo qual no se le deue negar sepultura Ecclesiastica: y el texto citato habla del que fue muerto stando cometiendo el hurto, y assi diria yo por esse texto, que quando el marido hallò al amigo de su muger en fragante delito, y los matò ambos, no deuen ser enterrados en lugar sagrado.] Ita ille. Sed in vltimo casu aliqui discrepant, nam, vt dicebat Nauar. in alio casu præsumendum est tales aliqua signa contritionis fecisse, nemo est enim in illo casu immemor suæ salutis, imò, vt ait suprà Hurtadus, potuerunt conuerti absque signis externis, ideo asserunt contra Villalobos vxorem & amasium in flagranti à marito occisos non esse puniendos priuatione Ecclesiasticæ sepulturæ. Verùm his non obstantibus Iacobus Marchantius *in resol. pastor. tract. 5. de moribund. c. 3. q. 4. fol. mihi 639.* docet priuandos esse sepultura omnes, qui moriuntur in peccato mortali notorio, seu manifesto, sine signis pœnitentiæ vt meretrices, concubinarij, vsurarij, & qui in flagranti delicto occiduntur, addit tamen, quòd sufficit vnus testis fide dignus, qui atteste tur dedisse signa contritionis, vt possint sepeliri.

3. Notandum est etiam hîc obiter morientem extra locum duelli esse sepeliendum in Ecclesia, vt alibi cum aliquibus Doctoribus satis probaui, quibus nunc addo cum Hurtadum *in 2. 2. disputat. 170. sect. 1. §. 178.* vbi sic ait. Negare tamen non possum, has leges, quamuis iustissimæ sint, esse quidem pœnales, & maximè acerbas, ac propterea accipiendas quàm strictissimè. Cùm igitur Concilium Lateranense. dixerit, si ibi moriatur, accipiendum videtur de ipso loco pugnæ Physico & in sensu Physico. quapropter si quis extra palæstram moriatur, iam non moritur ibi. Confirmatur, quando in vrbe ponitur interdictum Ecclesiasticum, non ponitur in suburbiis, quamuis vrbi sit attiguum, quia suburbia sunt extra vrbem, odia autem sunt restringenda: ergo eadem ratio militat de loco palæstræ. Conflictus item Tridentinus videtur accipiendus physicè, itavt ibi moriatur paululum post acceptum vulnus, itavt inter illud & mortem vix sit locus breui confessioni sacramentali, qui ita moritur in conflictu; qui verò ita non moritur, moritur extra conflictum. Cui fauet phrasis communis, Hæc sunt aptissima ad euellendos omnes scrupulos in duellatoribus, & torneatoribus humandis, quæ non audeo dicere non esse probabilia. Ita ille.

RESOL. VI.

An pueri baptizati in secundina, si illico moriantur sint in Ecclesia sepeliendi? Ex p. 5. tr. 3. Res. 112.

§. 1. QVi negant Baptismum collatum infanti secundina induto, non esse validum, vt Valentia *tom. 4. disp. 4. qu. 1. punct. 2.* & alij, negabunt in loco sacro sepeliendum esse. Ego verò, qui cum Valquez *in 3. t. 1. disp. 145. n. 31.* & aliis *vbi supra*, in hoc contractu citatis, teneo hunc Baptismum esse validum: existimo consequenter talem puerum esse in Ecclesia sepeliendum nec aliter tenendum est; nam cùm pro validitate Baptismi adsit saltem opinio probabilis, qua ratione dictus infans debet carere sepultura Ecclesiastica?

RESOL.

RESOL. VII.

An quando dubitatur, sit ne infans baptizatus, sepeliendus sit in loco sacro, v.g. vt si infans fuerit baptizatus in secundina, *pede, &c. siue dubium sit in suscipiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma?* Ex p. 4. tr. 3. Res. 69.

§. 1. VT, v.g. si infans in pede fuerit baptizatus; & affirmatiuè respondendum est cum Homobono *in consult. casuum conscientiæ, volum. 2. part. 7. respons.* 67. vbi firmat hanc sententiam, scilicet baptizatum Baptismo dubio non esse Ecclesiastica sepultura priuandum, siue dubium sit in suscipiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma, & qui si superuixisset, rebaptizandus fuisset. Ita ille, vbi etiam optimè addit infantem secundina indutum, ac sic baptizatum, in loco sacro esse sepeliendum, & adducit Bonacinam *de contr. disp. 3. q. 21. punct. 2.*

sup. hoc in resol. præteriti.

RESOL. VIII.

An si filius, & seruus impuberes moriendo non elegerint sepulturam, Pater, vel Dominus possint istam eligere? Idem dicendum est de auo.

Et notatur, quod facultatem non habens eligendi sepulturam, in Maiorum suorum sepultura humari debet. Ex part. 5. tract. 3. Res. 107.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 31. diffic. 1. num. 2.* [No vale la elecion que el Padre haze de la sepultura à su hijo impubere, sino es, hauiendo costumbre en contrario à la tierra (laqual creo ay en todas partes) como expressamente lo dize vn texto, por el qual lo tienen Siluestro, y Nauarro contra Hostiense, y otros que tuuieron lo contrario, fundados en que el Padre puede hazer testamento por su hijo impubere, y sustituyrle, aunque sea en los bienes de su Madre, y està obligado à hazer el gasto de los funeralles. lo qual no obsta por hauer texto expresso en contrario, y los Doctores que tuuieron la otra opinion, escriuieron antes que Bonifacio VIII. que fue autor de aquel testo, el qual ordenò assì, porque las otras cosas que puede hazer el padre por el hijo impubere son temporales, y esto es cosa espiritual, y lo mismo que dezimos del padre, se ha de dezir del abuelo en este caso: y lo mismo es del Señor, respeto de su esclauo impubere, como dizen los Doctores citados.] Ita Villalobos, cui adde Bonacinam *de contr. disput. 3. q. 21. punct. 3. num. 8.* Bellettum *in disquisit. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore § 3. nu. 17.* Genuensem *in praxi cap. 61. num. 4.* licèt obseruet hanc consuetudinem non adesse in ciuitate Neapolitana, vnde standum est consuetudinibus locorum. Verùm post hæc scripta inueni sacram Congregationem Episcoporum *in vita Faglinen. 27. Octobr.* 1587. decreuisse sepulturam pro filio minori posse patrem in vita, non autem post mortem eligere. Nota etiam dictam sacram Congregationem decreuisse, quòd facultatem non habens eligendi sibi sepulturam, in maiorum suorum sepultura humari debet, vt obseruat Barbosa *de officio Parochi, cap. 26. nu. 28.* vbi sic ait. Cùm filia Antonij Scarpellini in minori ætate ex hac vita migrasset, Præpositus S. Martini sub noui Ritualis prætextu in eius Ecclesia illam sepeliri prætendebat, non obstante, quòd illius maiorum sepultura in Ecclesia Fratrum Minorum Cõuentualium S. Francisci existeret. Quapropter sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum *in vna Æsculana 21. Octobris* 1616. dictæ filiæ cadauer dictorum Fratrum Ecclesiæ restituendum censuit, cùm qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habet, in maiorum suorum sepultura humari debeat.

RESOL. IX.

An si filius impubes moriatur sine sepultura electione, si Maiores sunt sepulti in diuersis locis, iste vbi erit sepeliendus?

Et notatur, quod vxor, quæ sepulchrum non elegit, sepelienda est in sepulchro viri. At si detur casus, vt mulier duos, vel plures viros habuerit, sepelienda sit in sepulchro vltimi viri.

Et quæritur, an frater fratri, Pater filio puberi, mater filiis, vel tutor pupillo, aut auus nepoti, vel amicus possint sepulturam eligere? Ex part. 5. tr. 3. Res. 108.

§. 1. TRactat hanc casum optimè, vt semper solet, Villalobos *in summa tom. 2. tract. 31. diffic. 2. n. 4.* vbi sic ait. [Duda es, si estuuiesse el padre enterrado en vna Eglesia, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, o estuuiessen vnos en vna, y otros on otra que se hauia de hazer en este caso? A lo qual respondo, que si el padre, y el abuelo estuuiessen enterrados en vna Eglesia, alli se deue enterrar, aunque los demas mayores estuuiessen enterrados en otra, como tienen Oldrado, y Siluestro, porque el derecho de la sepultura para los defuntos es como el domicilio entre los viuos, y consigue cada vno el domicilio, o naturaleza del padre o abuelo, y no de los de mas antepassados, como dizen los Doctores; Tambien porque el adunarse las sepulturas nace del mucho amor, y este le ay mayor con los padres y abuelos, que con los demas ascendientes. Mas si el padre està enterrado en vna Eglesia, y los demas antepassados en otra, deue enterrarse en la de sus antepassados, y no en la de su padre, como tiene vna glosa, que sigue Abad, y Siluestro, y lo coligen de algunos textos, y si en vna sepultura està el padre, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, de suerte que en ninguna ay mas que vno de los mayores, en tal caso de derecho se auria de enterrar en la Paroquia, porque no tiene sepulcro de sus antepassados, mas de costumbre se ha de enterrar con el padre, de la qual testifica Iuan Andrez, y passa con ella Gregorio Lopez, y refiere Abad, que dize que tambien es derecho.] Hæc Villalobos, cui addendus est Barbosa *de officio Parochi, c. 26. num. 31.* & Iulius Lauorius *in elucubrat. tit. 2. c. 11. n. 113. & 114.* Ex his apparet non esse admittendam opinionem Lapi *alleg. 59.* vbi docet, quòd filius pubes moriatur sine electione sepulturæ, esset sepeliendus in Ecclesia Parochiali, non autem in sepultura maiorum.

2. Notandum est etiam hîc obiter vxorem esse sepeliendam in sepulchro viri, si sepulchrum non elegisset, at si datur casus vt mulier duos, vel plures habuerit viros, sepelienda est in sepulchro vltimi viri, *c. is qui §. mulier. de sepulturis, in 6.* Ex quo sequitur vxorem, quæ in aliena Parochia mortua est, & sepulturam non elegit, transferendam esse ad tumulum sui viri. Ita Molfesius *in sum. tom. 2. tr. 12. c. 8. n. 22.* & alij penes ipsum, quibus adde Bellettum *in disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, § 3. nu. 15. & 16.* vbi etiam *num. 18.* docet quòd frater fratri eligere sepulturam nequit, pater filio puberi, nec mater filiis, nec tutor pupillo, nec auus nepoti, *c. licet*, vbi Farinac. *de sepult. in 6.* Vbaldus *de Canon. Paroch. c. 11. num. 2.* Medices *de sepult. au. 8.* Io. Asinius *in l. familiaria sepulchra ff. de relig. & sumpt. funer.* Burlatus *de cons. 226. n. 118. vol. 3.* neque amicus amico sepulturam eligere potest. Riccius *in praxi resolut. part. 1. resolut. 567. num. 1.* nisi aliud

existerat

existeret de consuetudine, Gratian. *lib.1.discept.forens. c.94.* post Franc. *in d.c.licet,n.3.*

RESOL. X.

An Canonicus, si non elegit sepulturam sit sepeliendus in Parochia, vel in Ecclesia Cathedrali? Ex p.5.tr. 3. Resol.111.

§.1. AD partes hanc quæstionem pertractat Iul.Lapurius *in elucubrat.tit.2.c.11.à n.62.vsque ad n.85.* Bonacina verò *de contr.disp.3.qu.21.punct.3.n.6. §.10.* vult Canonicum Ecclesiæ Cathedralis sepeliendum esse in Cathedrali, quia hæc est ipsius Parochia, & circa præsentem quæstionem in casu occurrenti, vide Lapum *alleg. 63. nu.4.* Ancharanum *cons.369.* Tuschum *tom.6.lit.I.concl.99.n.5.* Archid. *in c.statutum,§. cum verò, de rescript. in 6.* & alios penes ipsos.

RESOL. XI.

An peregrini morientes sine electione sepulturæ sint in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi?
Et quid de vagabundis, & illis, qui in villam ruralem se transtulerunt, recreationis causa, ibique mortui sunt? Ex p.5.tr.3. Resol.113.

§.1. SI commodè possent transportari ad sepulchra maiorum suorum, id fieri debet, alias sepeliuntur in Parochia, in qua moriuntur, vt docet Syluester *in sepultura,qu.8.* quem probat Iodoc. *in eodem ver. n. 5.§.2.* quamuis Zabarella *cons.90.num.1* quem probat Tuschus *in ver.sepeliri,concl.189. n.5.* affirmet in Ecclesia Cathedrali sepeliendos esse, quia tanto minori spatio non possunt dici facti Parochiani, & idem probat de vagabundis; sed si Parochia administrauit illis Sacramenta,ad ipsam spectat ius sepeliendi,nam sepultura magis accedit ad communionem Sacramentorum, quàm,ad communionem diuinorum officiorum. Et ita docet Molfesius *in summa tom.2. tr.13.c.8. n.30.* vide etiam Gratianum *c.298.n.15. & sequent.* Seraphinum *dec.1035.* & Bellettum *in disq. Clericor. part.1 tit. de Clerico debitore, §.3. n.21.*

2. Notandum est tamen hîc obiter quòd qui in villam ruralem sé transtulerit recreationis causa, ibique mortuus est,non electa alibi sepultura,hic sepeliendus est in Parochia ciuitatis,si ad eam commodè transferri potest. Ita Panorm. *in cap.in nostra,num.10. de sepult.* Ita alij.

RESOL. XII.

An si quis testatur infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri, sit in illa sepeliendus?
Et an in dicto casu sufficiat dictum Confessarij tantum, vel codicilli inualidi? Ex part. 5. tract. 3. Resol.106.

§.1. RESpondeo negatiuè, nam ad probandam electionem sepulturæ requiruntur saltem duo, vel tres testes, cùm sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Ecclesiæ parochialis, sicut quælibet dispositio ad causas pias requirit numerum duorum,vel trium testium,*c.cum esses,de testam.* & docet Genuensis *in praxi, c.61.n.10.* & Iulius Lauorius *in var.elucubr. tit.2.c.11. n.18.* vbi addit, probari sepulturam etiam codicillo inualido, vel per scripturam manu propria subscriptam, & etiam per testes singulares, vt si deponat audiuisse electam sepulturam à Francisco in tali loco, sed diuersis temporibus. Imò in tali casu sufficere dictum Confessarij tantùm tradit Molfesius *in sum.tom.4.tr.13.c.8.n.32.* & ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur Lauorius *vbi supra n.20. in fine.*

RESOL. XIII.

An si moribundus committat vxori, filio, vel alteri electionem suæ sepulturæ, talis electio fieri debeat, eo viuente? Ex p. 5. tract. 3. Resol. 105.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Geminianus *in c.is qui,§ mulier, n.6. de sepult.* Lapus *in c. 1. de sepul. in 6.* quia talis commissio expirat morte mandantis, & licèt electio committi potuerit, & ipse committens decesserit commissione iam facta, non tamen decessit facta electione, & ideo acquisitum fuit ius Ecclesiæ, in qua debebat sepeliri non electa sepultura; aliud enim est eligere sepulturam, aliud electionem committere, & ita Neapoli seruatur, vt docet Genuensis *in Praxi Archiep. cap.61. n.1.*

2. Verùm Guttierrez *de sacram. Confirm.part.2.c.4.* Menochius *cons.60.n.6.* Anchar. *cons.214.* & alij docent tenere huiusmodi electionem etiam post mortem committentis, vide illos; sed ad tollendas lites, supradicta electio efficiatur ante mortem committentis.

RESOL. XIV.

An si bona hæreditaria non sufficiant ad soluenda debita, possint adhuc deduci expensa necessaria ad funus debitoris iam mortui?
Et an expensas superfluas ad honorem, & pompam mundanam hæres facere possit? Ex p.5.tr.3.Resol.116.

§.1. RESpondeo deduci posse moderatas expensas necessarias ad funus debitoris iuxta qualitatem ipsius, antequam fiat solutio creditoribus, etiamsi creditores habeant hypothecam in bona debitoris sepeliendi,seu defuncti. Ratio est,tùm quia impensæ funeris præcedunt omne debitum, *l.penult.ff.de religiosis & sumptib.funerum, & l.at si quis §.1. tit.eodem*, tum quiæ grauis necessitas excusat à restitutione, tum quia creditores censentur hoc rationabiliter permittere pro re tam necessaria, præsertim cùm illa bona censeantur adhuc esse ipsius debitoris, & ita in hoc casu hæres præferatur cæteris creditoribus. Vide Molfesium *in summ.tom.2.tr.13.c.8.n.42.* Petrum Nauarra *de rest. lib.4.c.fin.n.27.* qui addit expensas superfluas ad honorem & pompam mundanam tuta conscientia hæredem facere non posse, quæ quidem verba, vt apparet, non negant quòd hæres non possit facere expensas moderatas,vt dixi, iuxta qualitatem mortui in numero Clericorum, & Religiosum in quantitate luminum, vel cultræ,&c.

In indice primo huius Tom. 8. Vide Apendicem ad hunc Tract.8. Vbi reperies alias multas quæst. mistas & diuersas per alios Tom.Tract.& Resol.quæ simul pertinent ad hunc Tract.8. de Casibus occurr.Tempore mortis.

TRACT.

TRACTATVS NONVS, DE MVTIS, SVRDIS, ET COECIS.

RESOLVTIO PRIMA.

An surdi, & cœci priuentur iure eligendi?
Et an mutus possit signis, & nutibus ad Emphyteusim nominare? Ex part. 5. tr. 6. Res. 13.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 137. §. vlt.

§. 2. NOs non esse eligibiles ad Prælaturam, vt & mutos, infra patebit. Sed difficultas est, an surdi & cœci sint priuati iure eligendi alios: Et ad hoc dubium respondet doctus & amicissimus Sigismundus à Bonacina *in tract. de elect. part. 2. cap. 4. dub. 89. n 11.* vbi sic ait: Cæterùm hi omnes non priuantur iure eligendi, cùm liberè reuera consentire possent, solùm videntur cœci & surdi tutiori conscientia acturi, si renuncient eidemmet voci actiuæ, cùm ipsi videantur facillimè decipi posse. Sic ille.

2. Notandum est tamen hîc obiter posse mutum signis & nutibus ad emphyteusim nominare. Ita ex Peyra docet Barbosa *in collectan. tom. 2. lib. 3. tit. 18. c. 4. n 143.*

RESOL. II.

An surdi, & cœci possint abesse choro, & lucrari distributiones quotidianas? Ex part. 5. tr. 6. Res. 14.

Sup. hoc in tom 3 tr. 6. Res. 31. cursim pro surdo. §. Nota etiam.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 6. n. 7.* asserens cœcitatem, & surditatem non esse sufficientem morbum, vt Canonicus deficiens choro lucretur distributiones quia adesse choro non nocet huic morbo, & sua præsentia chorus authorizatur. Ita ille, qui citat Nauarrum.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ ego hæreo cum Moneta *de distribution. b. part. 2. q. 6. n. 16. ex l. 1. C. qui morbo se excus. lib. 10.* vbi qui vtriusque oculi aciem amisit, leuamen sentit munerum personalium, eorum nimirum, quæ corpore sunt implenda, vt *ibid. gloss.* explicat. Et ita hanc sententiam docet etiam Cenedus *in qq. canon. q. 1. n. 13.* & Barbosa *de canon. cap 23. n. 30.* vbi testatur quòd sacra Congregatio Concilij *sub die 20. Iulij 1629.* censuit Canonicum, qui lumen oculorum amisit, & propterea Missas, & diuina Officia celebrare non potest, distributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucrari, perinde ac si diuinis interesset, & antea in eadem *sub die 11. Augusti 1618* fuerat resolutum prouisum de Canonicatu, si capta possessione lumine orbetur, & non possit promoueri ad Ordinem requisitum, reputari præsentem, quoad fructus, sed non teneri assistere in choro.

RESOL. III.

An cœcus possit esse iudex, & dignitatem obtinere?
Idem dicendum est de surdo & muto.
Et docetur mutum & surdum non posse esse arbitrum. Ex part. 5. tr. 6. Res. 36.

§. 1. COEcum posse esse iudicem & dignitatem retinere, patet ex *l. 6. ff. vbi quis agere, vel conueniri, & l. 1. ff. de postulan. in 5. colum.* ibi. *Quamuis autem cœcus pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur.* & *l. 8. C. de Decurionibus lib. 10.* licèt gloss. ibi limitet quando amborum oculorum cœcus esset, & de surdo & muto facit *d. l. 1 ff. de postulan. & l. 7 ff. de decurionibus*, & multa dicit Hizzarellus *in dec. 26.* cui adde Dominicum Tassonium *in Pragmat. de Antifato ver. 14. obseru. 2. n. 2.* & Megalium *var. resol. tom. 2. resol. 183. num. 9.* vbi adducit *l. cœcus. de iudicijs.* Quoad hoc in tom. 1. tr. 1. lege doctrinam n. 6. & 7.

2. Non desinam tamen hîc admonere Molinam *de Iust. to. 5 tract. 5. disp. 39. n. 1.* docere mutum & surdum non posse esse arbitrum.

RESOL. IV.

An surdus, & cœcus possint munus Aduocationis exercere?
Et an si mutus scripto consulat, peccet?
Et quid, si esset in causa propria? Ex part. 5. tractat. 6. Res. 27.

§. 1. SVrdum omnino, mutum, & cœcum vtroque orbatum oculo non posse munus aduocationis exercere, nisi esset in causa propria, ex Vigilio tenet Tasson. *in pragm. de Antifato ver. 14. obseru. 2. n. 2.* & docet Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 7. dub. 2. n. 1.* qui etiam *dub. 4.* docet, quòd si mutus scripto consulat, non peccat, neque venialiter, dummodo iuris peritiam, vel negotiorum experientiam habeat.

RESOL. V.

An mutus possit esse curator?
Et an surdo, & muto curatorem dari debeatur, & maxime si sint surdus, & mutus à natiuitate? Ex part. 5. tr. 6. Res. 35.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Gratianus *in discept. tom. 4. cap. 447. n. 8.* vbi sic ait: Non videtur auctorari curator præsens & tacens, cùm requiratur quòd expressè loquatur, vt notat glos. *in l. 3. C. de auctor. tut.* vbi Bart. *n. 1.* dicit esse veriorem opinionem, quicquid alij male sentiant. si enim non esset opus, vt curator loqueretur, etiam mutus posset esse curator, & auctorari, quod tamen non est verum, *l. 1. in fin. ff. de tutel. l. vn. C. qui morb. se excus.* siue simus in tutore testamentario, siue in datiuo & legitimo. *l. pen. ad fin. ff. de legit. tut.* glos. *in d. l. 1. in fin. in ver. non potest. ff. de tutel.* Ita ille, cui adde Gurtierrez *de tutelis part. 1. c. 7. n. 4.* & ideò Doctores communiter asserunt requiri loquelam in curatore & tutore, neque sufficere præsentiam, vt docet Dynus *in c. qui tacet, de reg. iur. in 6.* & tantum abest, quòd mutus possit esse curator, vt potiùs ipse curatorem habere debeat: & ideò Gizzarellus

decis. 216. *num.* 2. ex Bart. docet, surdo & muto curatorem dari debere, & maximè si sit surdus & mutus à natiuitate, quod etiam docuit Spino, *in speculo Testam. gloss.* 9. *rubrica, n.* 1.

RESOL. VI.

An mutus, surdus & cœcus possit succedere in feudo?
Et an mutus & surdus possit succedere in Maioratu, licet in iurisdictione consistat, dum tamen perfectè intelligat per signa exteriora?
Et notatur, quod casu, quod mutus à natiuitate non possit succedere in feudo, debentur tamen ei ex dicto feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro quibus non tenetur aliquo modo seruire. Ex part. 5. tr. 6. Resol. 21.

§. 1. Licèt aliàs mutus & surdus non succedat in feudo tamen obseruat Spino *in speculi testamenti. gloss.* 9. *rubrica, numer.* 4. Quòd si seruitium quod domino præstatur, sit tale, quòd à quolibet sana mente & intellectu posset præstari, succedit in tali feudo, tenet Gregor. Lopez *d. l.* 6. *idem in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Hinc fit posse mutum & surdum succedere in maioratu, licèt in iurisdictione consistat, dum tamen perfectè intelligat per signa exteriora, tenet Molina *lib.* 1. *de primogenitis, Hispan. cap.* 13. *num.* 40. Sed circa præsentem quæstionem vide Rosenthal *de feudis, cap.* 5. *conclus.* 8. *num* 1. *& cap.* 8. *concl.* 8. *numer* 10. cum nostro Intrigliolo *de feudis, cent.* 2. *art.* 1. *à num.* 554 *usque ad num.* 577. vbi latè pertractat hanc materiam.

2. Nota tamen quòd in casu, quo mutus à natiuitate non potest succedere in feudo, debentur ei tamen ex dicto feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro quibus non tenebitur aliquo modo seruire. Sed hæc omnia procedunt in feudo recto, nam in improprio mutus indistinctè succedit, vt notat Menochius *vol.* 1. *cons.* 65. *n.* 14. & alij.

RESOL. VII.

An mutus, surdus, & cœcus possint esse Fideiussores? Ex part. 5. tr. 6. Resol. 29.

§. 1. Ad hunc casum respondet Philippus Richter *tractat. de contractat. disputat.* 8. *thes.* 1. *fol. mihi* 202. vbi sic ait: Septima persona, quæ pro fideiussore adhiberi non potest, est mutus & surdus, hoc'ce non simpliciter accipi velim, sed illum, qui verbis, lingua figuratis, & palam prolatis interrogare, verborum articulos integrare, & ad interrogationes congruè respondere nequit; hunc verò qui planè nihil audit. § *mutum, Instit. de inutil. stipulat.* vbi Anton. Richard. Vinnes *numer.* 7. § *item surdus, Instit. quibus non est permiss. facere testament.* quorum vtrumque tamen in stipulatione requiri nouissimi iuris est, *l.* 1. §. *vltim. ff. de O. & A. l.* 1. *ff. de V. O.* Gœddeus *de contrab. stipul. cap.* 2 *conclus.* 15. aliàs si quis sine verbis stipulanti annuat, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur, nec fideiussorem pro tali putatiua obligatione à se datum relinquit obligatum, *l.* 1. §. *si quis ita, ff. de V. O.* vbi Gotofredus *in lit. Y* pulchrè id explicat Gœddeus *d. conclus.* 5. *numer.* 282. *&* 283. Hodie, vt infra in hac ipsa litera demonstrabo, ius stipulationum & fideiussionum quodammodo mutatum est, & extensum, vt probabiliter dici posse arbitrer mutum & surdum scripturæ rectè posse obligari, quod post Ioannem Ferrarium Montanum *in comment. Instit. de inut. stipul.* etiam VVesenbecio *in* §. *item inutilis, Inst. de inutil. stipul.* & Heringio *d. tract. de fideiuss. c.* 7. *n.* 149. placuit, si modò per scripturam animum declarare possint. Valentin. Franc. *de fideiuss. c.* 2. *n.* 26. Hæc tamen tum vera esse statuunt, si surdus sponte ad talem fideiussionem deueniat, aliter se habet, si à Notario, vel quolibet alio fraudulenter ad fideiubendum & scribendum inducatur. Alciatus *in l. senium. n.* 3. *C. de transact.* Cœcum quod attinet, licèt ille quoque corporis vitio laboret, tamen quoniam ratione intellectus, loquelæ, & auditionis ipsi nihil deficiat, ideóque ipsum fideiubere posse statuo, cognitum est enim illorum intellectum aliquando in tantum se extendere, vt in artibus mechanicis, necnon in litteris ad miraculum & stuporem vsque excellant. Hering. *de fideiuss. c.* 7. *n.* 159. vbi perplura exempla refert, quem vide. Hucvsque Richter: cui adde Didacum de Mari *in addition ad Gizzarellum dec.* 26. *n.* 1. asserentes cœcum non excludi à fideiussione, qui quidem de Marie ex Sebastiano Medices idem de illo asserit, quoad societatem contrahendam.

RESOL. VIII.

An mutus, surdus, & cœcus sint immunes à muneribus publicis?
Et an monoculi, surdastri, & balbutientes minimè excusentur a muneribus publicis?
Et quid, si mutus, & surdus ex solo motu labiorum percipiant mentem loquentis? Ex p. 5. tr. 6. Resol. 33.

§ 1. Affirmatiuè respondeo cum Nauarro *tract. de elect. fori, sect.* 2. *q.* 8. *nu.* 10. vbi quia aliqua notat circa mutos & surdos, ponam eius verba per extensum: sic itaque ait. In *l.* 1. *C. qui morbo se excusant, & ibi* per Bartolum & Doctores, lumimbus capti, surdi & muti habent excusationem à muneribus, & sic in vtroque membro debilitati: monoculi autem, surdastri, & cæteri his similes minimè excusantur: facit text. *in l. honores, ff. de curat.* vbi mutus & surdus si in totum non audiunt, aut non loquuntur, ab oneribus ciuilibus excusantur, & *ibi* per DD. at secus in eo, qui tardè loquitur, aut tardè audit, *l.* 2. §. *minus audiens, de vocatione muner. l. fin. ff. de leg. tut.* & idem dicunt DD. vt excusationem non habeat si mutus & surdus ex solo motu labiorum percipiat mentem loquentis, per doctrinam Bartol. *in l.* 1. *in princip. ff. de verbor. obligat.* facit text. *in l. mutum, ff. de ædilitio edicto*, vbi mutus dicitur, qui nullo modo potest loqui, non autem qui potest loqui, sed grauiter & ponderosè: facit text. *l. qui damnum, eodem titul.* vbi minimè dicitur morbosus, qui vnicum oculum habet; quare surdi, muti & cœci licèt fideiubere non possint, tamen id intelligitur de his, qui nihil prorsus vident, audiunt & loquuntur. Alexand. *cons.* 12. *lib.* 1. Honded. *cons.* 37. *volum.* 1. at secus in iis, qui male loquuntur & exaudiunt, vt sunt balbutientes & surdastri, Maur. *in tract. de fideiuss. cap* 10. *titul.* 1. *sect.* 8. & regula illa, quòd surdus & mutus non faciunt testamentum, intelligitur de surdo, qui omnino non audit, & de muto, qui nihil eloqui potest, & non de illo, qui tardè loquitur. Hucvsque Nouarius. Cui addo Gizzarellum *dec.* 26. *n.* 4. *c.* 29. *per totum.* vbi sic asserit: Cœci vtriusque oculi luce carentes excusationem merentur à muneribus publicis, & personalibus, ex *l.* 1 *C. qui morbo se excus. lib.* 10. quem textum extendit ibi Ioannes de Platea ad surdum & mutum. Sic ille. Et tandem circa præsentem quæstionem ne deseras videre Sylueſtrum *vo. Gabella* 5. *n.* 5.

RESOL.

RESOL. IX.

An mutus & surdus possint ferre testimonium?
Et quid, si mutus literas scribere sciat, an in criminalibus admittatur, & recipiatur eius testimonium? Ex p. 5. tr. 6. Res. 32.

§. 1. DIco primò, quòd mutus tantùm, vel surdus tantùm non prohibetur ferre testimonium super re cadente in sensum, in quo non est impeditus. Dico secundò, quòd mutus qui non caret intellectu, sed mentem suam nutu, & signis certis & indubitatis exprimere potest: non repellitur à testificando, & hoc intelligitur in ciuilibus, secus autem in criminalibus, & si literas scribere sciat, admittitur & recipitur eius testimonium per scripturam, licèt alias testes non in scriptis, sed viua voce deponere debeant: & hæc omnia probata inuenies apud Farinacium *q. 60. per totam*, vbi ponit formam seruandam in interrogatione & responsione supradictorum.

2. Neque desinam hîc apponere verba Didaci Spino *in speculo testament. gloss. 9. rubrica, numer. 2.* vbi sic ait: Mutus qui perfectè intelligit, potest esse testis, & eius testimonium valet. Sic gloss. *in cap. testes. 3. q. 9.* communiter recepta secundùm ripam *d. l. 1. de verb. oblig. num 37.* secundùm Ias. *l. qui iurasse, in fine principij, de iureiurand.* Ioan. Igneus *l. 3. §. ignoscitur. ad Syllanian.* Et ita tenendum, licèt contrariam sententiam, immò quòd non possit mutus esse testis, teneat Ioan. Faber *in §. testes, n 3. de testam.* Sed quidem falsa est eius opinio, cùm mutus perfectè intelligens per signa mentis conceptum explicantia, valet eius testimonium, cùm nihil referat, quomodocumque veritas appareat, & cognoscatur, argum. *c. ego solis. dist. 9. l. nec omissa. C. de liberali causa* Huc vsque Spino, cui etiam adde Doctores, quos citat & sequitur Guazzinus *tom. 1. defens. 14 c. 7. n. 3.* omnino videndus.

RESOL. X.

An mutus, surdus, & cœcus, vt personæ miserabiles possint forum declinare? Ex part. 5. tr. 6. Res. 30.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. lege doctrinam Res. 306. & 307.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum docto amicissimo Nouario *tract. de elect. fori sect. 2. quæst. 8. n. 6. & 7.* qui *n. 9.* docet hanc sententiam procedere in illo, qui vtroque lumine est orbatus, & plenè surdus, pleneque mutus est: & ratio est, quia, vt docet Chokier *de iurisd. part. 4. q. 108.* & Marta *de iurisd. part. 2. c. 21. n. 5.* Castillo *quot. contr. lib. 1. c. 21.* supradicti annumerantur inter miserabiles personas, & ita hanc sententiam præter Nouarium docet etiam de cœco Thesaurus *dec. 177.* & alij, quos citat & sequitur Didacus de Mari *in addit. ad dec. 26. Gizzarelli n. 1.*

RESOL. XI.

An mutus, & surdus possint puniri pro delicto perpetrato pœna ordinaria?
Et quid si mutus, & surdus sciret scribere, an posset per iudicem cogi ad respondendum per scriptum?
Et an, si mutus, & cœcus confitearntur fecisse homicidium & ex ea confessione cum testium attestationibus, dato eis Curatore, an possint damnari? Ex p. 5. tr. 6. Res. 31.

§. 1. DE hac quæstione agit Plaça fusè *in epitome delict. lib. 1. c. 32 n. 17.* Gomez *de delictis c. 1 n. 69.* & Farinacius *in pract. crimin. q. 98.* vbi si mutus & surdus intellectum habeat, ponit practicam quomodo possit per signa interrogari, quomodo Notarius debet illius nutus, actus, & signa describere, & quomodo etiam dicta signa interpretari debeat per se, vel per alios interpretes, qui cũ muto cõuersationem habeant. Attamen cùm confessio sic signis, & nutu significata non sit tuta & clara, provt ad reum condemnandum requiritur, ideircò ex tali confessione ipsum mutum condemnari non posse apertè voluit Bald. *in l. 1. n. 17. C. de Confess.* vbi magistraliter, more suo, disputata materia tandem concludit, mutum & surdum non posse ex sua confessione condemnari, sed tamen ex testium depositionibus, qui ipsum plenè de delicto conuincant. Imò si mutus & surdus sciret scribere, posset per iudicem cogi ad respondendum per scripturam, & si legitima præcederent indicia, potest etiam torqueri, vt delictum per scripturam fateatur, & si fatebitur, & in scriptis suam redegerit confessionem, videtur ex ea ipsum posse condemnari. Vide etiam Additiones ad Iulium Clarum *in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 55. lit. F.* vbi habetur, quòd mutus & cœcus potest confiteri fecisse homicidium, & ex ea confessione cum testium attestationibus dato ei curatore damnari, secus autem ait Baiardus *quæst. 60. n. 26.* si constet mutum & surdum carere intellectu, tunc enim infanti æquiparatur, & ideò minimè puniri potest, & omnia supradicta inuenies etiam peracta non solùm à Farinacio *vbi supra*, sed etiam à Sebastiano Quazzino *tom. 2. defens. 32. c. 29. per totum:* & tandem Gizzarellus *decis. 26. n. 9. & 10.* docuit, quòd mutus & surdus, qui habet intellectum, quem potest saltem demonstrare signis, tunc reputatur habilis ad delinquendum, & tenebitur ex delicto, & si est legitimæ ætatis, non dabitur curator, & quidem mutus fuit suspensus, qui fuit socius cum alio in homicidio. Ita ille. Sed quid dicendum est de cœco, infrà dicemus.

Infra in Res. quæ hanc sequitur.

RESOL. XII.

An cœtus possit torqueri & puniri pœna ordinaria?
Et an cœcus, surdus & mutus non possint accusare, & repellantur ab accusando? Ex p. 5. tr. 6. Res. 37.

§. 1. HAnc quæstionem latè pertractat Gizzarellus *decis. 26 per totam*, & negatiuam sententiam docet, quia facilius excusatur cœcus, quàm mutus & surdus, vide illum, vbi pro hac sententia multas adducit rationes, & obseruat etiam pro nostra materia in fine dictæ decisionis *n. 12.* quòd secundùm Angelum *de malefic. ver. & ad querelam Titij, num. 30* cœcus, surdus, & mutus non possunt accusare, & repelluntur ab accusando; sed huic opinioni consentit cum distinctione Decianus *in tract. crimin. to. 1. lib. 3. c. 11.* & hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum de mutis, surdis & cœcis. Faxit Deus, vt ad mala loquenda, audienda, & videnda nos muti, cœci, & surdi deueniamus.

In indice primo huius Tom. 8. lege Apendicem ad hunc Tract. 9. Vbi inuenies alias multas Diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. qua simul pertinent ad hunc Tract. 9. de Mutis, Surdis, & Cœcis.

TRACTATVS DECIMVS, MISCELLANEVS.

In quo sunt tantum 18. singulares Resolutiones, & quæ ad nullum specialem Tractatum huius totius operis pertinent.

RESOLVTIO PRIMA.

In copilatione processus pro Canonizatione P. N. B. Andreæ quæsitum fuit à me, quanam esset differentia inter miraculum, & gratiam? Ex p.2. tract. 17. & Misc.3. Res.48.

§.1. RESPONDI miracula fieri subitò, in instanti, & perfectè, sic Genuensis *in praxi Archiep.c.49.n.1.* Piasec. *in praxi Episc. p.2.c.3.n.3.n.7.* Aloys.Ricc. *in praxi fori Eccl.p.1.res. 495.n.7.* Cerola *in praxi Episcop.p.1. ver. miraculum, q.2.* & D.Th. *in 3.p.q.44.a.3.ad 2.* vbi respondet ad argumentum illius cœco *Marc.8.* qui non recepit statim visum; sed audiamus eius verba. Christus in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat, vnde super illud *Matth.8. & surrexit, & ministrabat illis*, dicit Hieronymus. Sanitas, quæ confertur à Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo cœco contrarium fuit, propter infidelitatem ipsius, vt Chrysostomus dicit, vel sicut Beda dicit, quem vno verbo totum simul curare poterat paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redeat. Hæc D.Thom. Quando ergo apparet infirmos successiuè, & non in totum fuisse liberatos ab infirmitatibus, dicendum est illa non esse miracula, non tamen negandum, quin non sint gratiæ; quarum quotidie infinitum numerum misericors Deus elargitur nobis intercessione, & merito Sanctorum. Post hæc scripta inueni miraculum posse fieri successiuè, & non in instanti, sic Caiet. *quæst. 2. ientac.12. ad 3.* & Vazquez *in 1. part. tom. 2. disputat. 214. capit.2. numer.9.* Maluitius *de canonizat. Sanct. dub.3. numer.51. in tract. tom.14 fol.mihi 101.* & noster Molfesius *to.2.concl.46. mihi ...*

RESOL. II.

Quænam sit extrema necessitas, in qua quis teneatur cum vitæ periculo opem ferre alienæ saluti? Ex part.5.tr.13. & Misc.1.Res.24.

§.1. MVlti asserunt casum extremæ necessitatis esse, quando aliquis non potest nisi cum graui difficultate vitare damnationem æternam, quamuis physicè possit. Ita docet Suarez *de charitate disp.9.sect.2. n.3.* Valentia *to.3.disp.3.q.4.punct.3.* Azor. *to.2.lib.12.c. 4.9. Primus casus*, Bannez *in 2.2.q.23.a.5.* Filliucius *to. 2.tr.28.n.32.* & Lorca *in 2.2.disp.28.à num.32.* & alij. 2. Sed contrariam sententiam mordicus tenet Hurtado de Mendoza *in 2.2.disp.144 sect.3.§.28.* existimat enim necessitatem extremam eam esse, in qua physicè est impossibilis Petro, v.g. salus, nisi me illi opitulante; si verò Petrus physicè suis viribus, adiutis gratia Dei, possit salutem adipisci, quamuis difficillimè & ægrè, ille non est in extrema necessitate opis alienæ. Et ratio est, quia extrema necessitas est illa, qua nullus potest sibi prouidere, indiget autem externis auxilijs ad salutem; qui verò sibi potest prouidere, & salutem adipisci, nisi id præstet, est illius vitio: at nullus tenetur cum vitæ dispendio eripere alium à malo, quod ipse vitare potest, & quod, si non vitatur, est ob vitium pereuntis: ergo illa sola est necessitas extrema. Minor probatur primùm ratione, quia ad id teneor subuenire Petro cum meo dispendio, quia ipse sibi non est satis, & pro viribus illi deficientibus, subrogandæ sunt alienæ; sed in eo casu vires non deficiunt Petro, cui gratia Dei est præstò, vt supponitur in controuersia: ergo non tenemur illi tunc prouidere. Secundò, exemplo apud omnes constanti. Si quis me aggreditur iniustè, non teneor abstinere ab eius cæde, licèt apertè illum videam damnandum, si occidatur; sed hoc nulla alia ratione, nisi quia cùm ipse sibi prouidere possit, non teneor illud præstare: ergo de ratione necessitatis extremæ est, vt egens non possit sibi prouidere.

3. Ex quibus primò deducit me non teneri per se lege charitatis ad commorandum in vrbe purgandâ, aut defendenda ab hæresi, ob salutem priuatam huius, aut illius hominis; tum quia hæresim nullus contrahit, nisi suo vitio: ergo potest ipse suo arbitrio cum gratiæ viribus se tueri. Secundò deducit nullum teneri adulto opitulari cum vitæ discrimine, quoties ipse adultus se potest eripere cum Dei gratia ab interitu æterno; ratio redditur à Soto, quia tunc ille non eget absolutè mea industria. Verùm supradicta intelligenda sunt per se, & ex vi præcepti charitatis; secus autem dicendum est, quando quis ex voto, aut ex officio tenetur ad subueniendum aliis. Vnde Episcopus non potest fugere vim hæreticorum, si adsit spes fructus, quia bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Idem dico de Curione tempore pestis, aut persecutionis, nisi subrogent pro se alios, qui tam benè, quàm ipsi eo munere fungantur, vt dicunt Bannez, immò & Sotus. Illi autem debent esse soluti alia obligatione assistendi. Ita facit sanctus Maximus Nolanus, qui Nolæ reliquit Fælicen, qui-quamuis erat Presbyter, at non legitur eum fuisse Beneficiatum, hac lege tenentur omnes Beneficiati, quia beneficia conferuntur ob spiritualia subsidia populi, qui illis tunc maximè egent. Idem dico de Canonicis, Milittes Ordinum Militarium non tenentur, quia beneficia dantur ob bellum, tenentur tamen tueri armis eos, à quibus beneficium habent. At Sacerdotes Curati tenentur, vt cæteri, quia ea cura omnia ea munera amplectitur.

Quamuis non plenè sup. hoc, lege tamen doctrinam Res. seq. & in t.7. tr.4 Res.18. & signanter ...

RESOL. III.

Reprobantur aliqui casus, in quibus homo non teneatur exponere propriam vitam pro salute spirituali proximi.

Et tandem quæritur, an infans non baptizatus, si iam sit morituus, teneatur quicumque potest mortem subire, si ab aliquo impediatur, vt illum baptizet?

Et

Et an mater grauida teneatur permittere se secari, vt fœtus baptizetur: Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 51.

Quamuis nō plene sup. hoc lege tamen, si placet, doctrinā præcedentis Res. & aliarū eius annot.

§. 1. GRegorius de Valentia eximius Theologus Societatis Iesu *tom. 2. disp. 3. quæst. 4. punct. 6. post. 5. asserit.* ponit aliquos casus, in quibus putat quemlibet teneri exponere vitam propriam pro salute spirituali alterius. Primus casus est, si aliqui v. g. seducantur ab hæretico concionatore, ita vt illi vincibiliter ignorent veritatem; atque adeò sint in peccato mortali, nec facilè pateat aliis aditus ad eos rectè informandos. Tùc si ij indocti alioqui sint, qui non videantur per se posse diiudicare veritatem, omnino censeri debent esse constituti in extrema necessitate spirituali. Quare si quis efficaciter possit subuenire illis, etiam cum discrimine propriæ vitæ, id tenebitur facere ex charitate. Secundus casus est, si quis exerceat aliquem iniustum contractum, quem vincibiliter ignoret esse iniustum, nec sit ita intelligens, vt videatur per se cogniturus iniquitatem contractus, nec adsit alius qui eum doceat; vt si omnes in aliquo loco probent talem contractum, &c. tunc censeri potest talis esse in extrema necessitate spirituali, quandoquidem est in peccato mortali propter vincibilem ignorantiam, vt suppono, nec potest ipse, moraliter loquendo, sibi consulere. Tertijus casus est, si quispiam velit filiam prostituere, & tales sint circumstantiæ, vt, moraliter loquendo, videatur filia peritura spiritualiter, si prostituatur; tunc enim laborare extrema necessitate in spiritualibus censeri potest eiusmodi filia; itaque tenetur ei subuenire, qui potest etiam cum detrimento vitæ propriæ. Hæc omnia Valentia *vbi suprà.*

2. Sed omnino in his casibus contrariam sententiam tenendam esse existimo cum Lorca *in 2. 2. sect. 5. disp. 28. membr. 2. n. 34.* & Coninch *1. de fide, disp. 25. dub. 7. n. 92. vsque ad n. 95.* & quoad primum, & secundum casum, dico quòd illæ personæ, vel laborant ignorantia vincibili, & sic non sunt in extrema necessitate, quia possunt se iuuare: vel laborant ignorantia inuincibili, & tunc in errore existentes non peccant. Ex alio autem capite quis in primo casu ad hoc teneretur, quod exponit Coninch *vbi suprà n. 91. & 92.*

3. Quoad tertium casum, illa filia etsi initio secundùm quid in vita peccet, tamen absolutè voluntariè id facit, vnde in hoc casu extrema necessitas non interuenit; non enim est talis fœmina in periculo ineuitabili prostitutionis, cùm voluntariè resistere possit, sicut ait Lorca *vbi suprà*, si adulteram me admonente desisteret ab adulterio, non teneor admonere, si ab adultero occidendus sim: nam in tali casu adultera non indiget extremè.

Sup. contenta in hoc §. in tom. 7. tr. 4 Res. 19. §. penult. & in aliis eius not.

4. Notandum est tamen hîc obiter, quòd aliquid quærunt, an infans non baptizatus iam sit moriturus, teneatur quicumque potest, mortem subire si ab aliquo impediatur vt illum baptizet: Negatiuè respondet Sotus *de regendo secreto, membr. 2. q. 2. post 6. concl.* quia necessitas illa paruuli ab extrinseco inducta est. Et hanc sententiam probabilem putat Emanuel Sà correctus à magistro Sacri Palatij *ver. charitas, n. 4.* vbi sic asserit. Infantem alioqui sine Baptismo morituru teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, secùndùm quosdam, quod alij probabiliter negant, nec enim cum tanto damno debetur ei tale officium, alioquin & mater grauida teneretur permittere se secari, vt fœtus baptizaretur, aliàs sine Baptismo moriturus esset, quod nemo docet. Ita Sà.

Sup. hoc in § not. præteritæ, & in to. 1. tr. 1. Res. 71. § vlt. & in aliis eius not.

5. Sed contrariam opinionem docèt Syluius *in 2. 2. q. 26. art. 5.* Suarez *de fide disp. 9. sect. 2. n. 5.* Lorca *in 2. 2. disp. 28. membr. 2. num. 32.* qui citat Azorium, Syluestrum, & Maiorem; idem etiam docent Tannerus *in 2. 2. disp. 2. quæst. 3. dub. 4 numer. 61.* Coninch *tract. de fide disp. 25. dub. 7. num. 88.* & alij, non enim refert, vt asserebat Sotus, quòd necessitas inducatur ab extrinseco, si verè extrema sit, vt est in nostro casu; immò quanto plus est ab extrinseco, & violenter prouenies ab aliena malitia, tanto est maior necessitas.

RESOL. IV.

An si quis habens voluntatem committendi omnia peccata venialia, peccaret mortaliter?

Et an peccet mortaliter, qui apud se statuit nullum peccatum veniale vitare?

Et an Religiosi, qui tenentur progredi in via perfectionis, peccent mortaliter, si nolint obseruare omnes Regulas, licet non obligent sub mortali?

Et si quis vouit quotidie v. g. per integrum annum recitare semel salutationem Angelicam, ita vt singulæ salutationes sint adstrictæ singulis diebus, an peccet mortaliter, etiamsi nunquam illam recitet?

Idem est dicendum de voto elargiendi modicissimam eleemosynam huic, vel illi pauperi, pro libito elargientis; & secus vero si vni & determinato pauperi, quia haberet ius ad magnam quantitatem. Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 24.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 4.* & alij, ac proinde peccat mortaliter, qui apud se statuit nullum veniale vitare. Probatur hæc opinio. Primò qui vult se exponere proximo periculo peccati mortalis, peccat mortaliter, sed qui vult committere omnia peccata venialia vult se exponere proximo periculo peccati mortalis. Ergo peccat mortaliter. Vnde Sot. *in 4. dist. 16. q. 2. art. 1. §. hic animaduertendum est*, licèt cum aliqua formidine, sic ait: Forsan est mortale contemnere omnia venialia, ratione imminentis periculi. Secundò probatur, quia Religiosus tenetur progredi in via perfectionis, & peccat mortaliter, si nolit obseruare omnes regulas, licet non obligent sub mortali. Ergo etiam tenebitur sub mortali non velle omnia venialia. Et ideo Sylu. *ver. Religio 1. q. 12.* asserit, in Religioso sancti Dominici esse mortale velle transgredi, omnia principalia statuta, quibus perueniturad perfectionem. Hæc opinio propter hæc argumenta est probabilis.

2. Sed negatiuam probabiliorem esse eximo, quam nouissimè tuetur doctus Iacob. Granad. *in p. 2. D. Thom. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 7. per totam.* Et ratio est, quia committere omnia peccata venialia, etiamsi id foret possibile, non est peccatum mortale; nam eo ipso quòd venialia sint, sunt leuis, & non mortalis offensa. Ergo non erit peccatum voluntas committendi omnia venialia. Probo consequentiam, quia malitia interni actus voluntatis desumitur ab obiecto, prout proponitur à ratione: sed obiectum huius internæ voluntatis sunt omnia venialia, & nulla maior malitia proponitur à ratione præter malitiam venialem. Ergo interna voluntas committendi omnia venialia, non potest esse culpa mortalis. Responsiones verò ad argumenta affirmatiuæ sententiæ inuenies apud Granadum *vbi supr. n. 61. & seq.*

Sup. hoc supra in tr. 4. Res. 10. 13. & 14.

3. Notandùm est hîc à fortiori ex supradictis, quòd si quis vouerat quotidie, verbi gratia, per integrum annum recitare semel salutationem Angelicam, ita vt singulæ salutationes sint astrictæ singulis diebus, non peccat mortaliter, etiamsi nunquam illam reciter, imò etiamsi statuat in toto anni exordio nunquam illas salutationes dicere. Et idem dicendum est de voto elargiendi quotidie modicissimam eleemosynam, huic, vel illi pauperi pro libito elargientis; secus autem, si vni determinato pauperi, qui promissionem istam acceptasset, & consequenter haberet ius ad magnam quantitatem, licèt singulis diebus modica esset.

Sup. hoc in ref. 2. not. præteritæ prope finem, & vers. Notandum est tamen. & in ref. 14. ex doctrina §. 2. & 2.

Ita Granadus *vbi supr. sect. 6. nu. 56.* qui citat Sanchez, Vasquez, Azorium, & alios.

RESOL. V.

An maledictio, seu alicuius mali imprecatio sit semper peccatum mortale? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 13.

§. 1. HIc casus passim occurrit, & nimium Confessarios scrupulosos angit, ideo ponam hîc verba Ioannis Azorij *tom. 3. lib. 13. cap. 10.* vbi sic ait. An maledictio sit peccatum mortale? Respondeo, ad hoc vt sit peccatum mortale requiri, vt ipsa imprecatio mali sit ex animo. Secundò, vt sit ex plena deliberatione animi. Tertiò, vt malum, quod imprecamur alteri, sit graue, quare si aliquid istorum desit, erit veniale tantùm peccatum. Vnde non semper in mulierculis maledicentibus suis liberis, vel ancillis; vel in rusticis mulionibúsque maledicentibus sibi, vel iumentis aliisve est peccatum mortale, quia frequenter ex ira quadam, vel ex deprauata consuetudine maledicunt, non animo imprecantes malum. Item frequenter in his est imperfecta animi deliberatio: Item leuis quædam negligentia, vel inconsideratio in maledicendo. Ita Azorius, & ego.

RESOL. VI.

An tristari de bono alterius, quia tibi proprium bonum diminuit sit peccatum mortale inuidiæ ex genere suo?
Et an auaritia, & vana gloria non sint semper peccata mortalia, nisi aliquando aliqua circumstantia vestiantur? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 85.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Coninch *de act. supernat. disp. 30. dub. 2. n. 20.* Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 13. punct. 2.* Suarez *de charitate, disp. 6. sect. 4. n. 4.* Reginald. *in praxi, tom. 2. lib. 7. n. 129.* & alij.

2. Verùm Lorca *in 2. 2. D. Thomæ, q. 36. in addit. ad art. 3.* affirmat (attende Lector) inuidiam solum esse mortale, cùm ita vehementer bono proximi inuides, vt ex illo affectu monearis ad iniustè remouendum proximi bonum, secus si absque hoc periculo inuideas; sicut auaritia, & vana gloria, quæ non sunt peccata mortalia, nisi aliqua circumstantia mortali vestiantur. Et probari potest, quia dolere de bono proximi, quatenus tuum bonum diminuit, non est absolutè de bono proximi dolere, sed dolere de illo, quatenus hunc effectum causet; & licèt non causet media volitione iniuriosa, negari tamen non potest esse tibi molestum, & iniucundum, siquidem tollit opinionem, & honorem singularem antea à te possessum. Ergo talis tristitia, & dolor non videtur ordinatus, vt peccatum mortale constituat. Adde, si doleas de bono alterius, quia inde proximus occasionem sumit te vexandi, non peccas, quia doles, præcipuè de tuo incommodo. Ergo idem erit cùm doles, quatenus ex se causat tibi incommodum; nam esse causam per se, vel per accidens parum videtur referre.

At his non obstantibus non est recedendum à prima sententia, quam etiam tuetur Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 40. diffic. 20. n. 1.*

RESOL. VII.

An si quis narrauit alicui amico iniuriam sibi ab aliquo secretò illatam, ad leniendum dolorem peccet mortaliter?
Et an peccet mortaliter, si persona secretò graviter iniuriata non valens se à dolore cohibere in querimonias prorupit publicas, si iniurians infametur? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 32.

§. 1. NEgatiuè respondeo, nimis enim durum est, & præter humanam consuetudinem, vt quis cogatur acceptas iniurias solus ferre, nec possit eas amico communicare, non animo detrahendi, sed ad suam commoditatem, & vt eas leuiùs ferat. Ita Syluius *2. 2. D. Thomæ, q. 62. art. 2. quæritur 15.* Lessius *lib. 2. cap. 11. dub. 12. n. 72.* Nauarra *lib. 2. cap. 4. n. 345.* Molina *tract. 4. disp. 29. n. 5.* Layman *in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 2. c. 3. n. 6.* Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ disp. 4. lib. 2. dub. 7. n. 145.* & alij Doctores communiter. Sed plus addit Ioan. de la Cruz *in direct. confess. part. 8. q. 2. art. 2. dub. 3. concl. 1.* vbi sic asserit. Si persona secretò graviter iniuriata, non valens se à dolore cohibere, in querimonias prorupit publicas, non illico de culpa mortali damnatur, si iniurians infametur: durum enim videtur, sic afflictum animum cohibere, ne in querimonias prorumpat, cùm hoc naturalissimum sit. Ita ille, qui citat etiam pro hac sententia Ludouicum Lopez.

RESOL. VIII.

An aliquando licitum sit aperire literas alienas?
Et an si quis literas ad se missas in publicum lacerates abiiciat, possit alius sine peccato, collectis literarum fragmentis, legere?
Et in tali casu ille, qui literas legit, an teneatur non manifestare secretum aliquod in ipsis contentum, si in damnum alicuius cederet? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 55.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, etiam inuito eo ad quem mittuntur; puta si id fiat iure belli, instæ defensionis contra inimicum insidias molientem, vel si Prælatus paterfamilias, &c. suspicentur, aliquid mali patrandi in literis contineri, vel si Religionis statutum, aut consuetudo licentiam aperiendi literas Regularium Prælato tribuat. Vide Peirinum *de Regul. to. 2. q. 2. c. 3. §. 13. per totum*, & alios penes ipsum.

2. Sed difficultas est, quæ potest sæpiùs accidere, vt Venetiis testatur Sylueſter accidisse; videlicet an si aliquis litteras ad se missas, in publicum laceratas abiiciat, possit quis sine peccato, collectis literarum fragmentis, eas legere? Negatiuè respondet Rebellius *part. 2. lib. 9. q. 7. n. 9.* Sed mihi placet opinio contraria, quam cum Archidiacono tenet Sylueſt. *verb emptio, q. 17.* vbi sic ait. Si quis literas in publicum locum obiectas legit, solùm vt sciat, curiositas est, si vt sibi prouideat, commodisque suis studeat, humana, non vitiosa prudentia est. Ita Sylueſter, quem citat, & sequitur Layman *in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 3. part. 1. c. 4. n. 4.* vbi etiam bene aduertit ex charitate in tali casu eum, qui illas literas legit teneri non manifestare aliquod secretum in ipsis contentum, si in damnum alicuius cederet.

RESOL. IX.

An comedere carnes crudas animalium absque necessitate sit peccatum mortale? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Resol. 84.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Azorius *part. 1. lib. 7. cap. 33. quæst. 4.* vbi sic ait: Illa quoque, quæ in communem humanæ vitæ vsum veniunt, non quouis modo circa peccatum comeduntur. Quis enim liberum à vitio & culpa putet illum hominem, qui absque vlla necessitatis causa, crudas & adhuc sanguine imbutas animantium carnes, canum, luporúmve, aut coruorum more deuorat? Ita ille: cui adde Victoriam *relect. ad temperam. n. 5.* & alios.

2. Sed secluso damno notabili salutis ego non cõdemnarem

narem de peccato mortali comedentem carnes animalium crudas sine necessitate, per ea quæ adducit Baldellus *tom.1.lib.2.disput.29.num.6.* cum Fagundez *de præcept.Eccles.pr.4. lib.1. c.1.num.9. & seq.* Et omnia supradicta docet etiam Machado *de perfecto Confessor. tom.1. lib.2.part.5. tractat.2.docum.2. num.4.* vbi sic ait. *Quanto al pecado de gula, que se puede cometer en comer carne cruda de animales, ò beuer su sangre, digò que aunque algunos Dotores han querido defender, que comer brutalmente las carnes de los animales crudas, y sangrientas, à fuer de lobos, ò cuervos, es pecado mortal; por el desorden contra la razon, sino es que le escu fasse el aprieto de la necessidad. Los demas comunmente enseñan lo contrario, excepto en caso, que esse redundasse en daño notable de la salud, ò vida. Y vemos, que entre nos etros està recebide beuer la leche cruda, que sustancialmente es la sangre blanca del animal; y comer crudos los queuos especialmente siendo frescos, los quales sin duda son carne liquida y en muchas partes se comen sardinas crudas y otras cosas en diuersas naciones.* Ita ille.

RESOL. X.

An si quis in die Veneris delectetur sensibili delectatione de esu carnium mente concepto, perinde ac si eas re ipsa comederet, peccet mortaliter? Ex p. 3.tract.5. & Misc.1. Res.5.

§.1. AFfirmatiuè respondet Medina *C. de restit.q.21.* & alij. Sed negatiuam sententiam omnino amplectendam esse, affirmo. Dico igitur, quòd delectari de rebus, positiuo solùm præcepto, aut voto voluntario prohibitis (non quia prohibitæ sunt) non esse peccatum mortale. Et ratio est, nam præceptum positiuum humanum per se non prohibet actus internos, sed solùm externos; ergo &c. Et ita docet Tannerus *in part.2. D.Thomæ disp.4.q.8.dub.7.n.137.* Layman *in Theol. mor. lib.1.tr.13. c.2. n.9.* Villalobos *in summ.lib.1. tr.3.dub.3.n.5.* Malderus *in p.2.D.Thomæ, q.74.art.10.* Lessius *lib.4.c.3. dub.15. num.114.* & alij cum Vasquez *in part.2. disp.110.c.1.*

RESOL. XI.

An comedentes, & bibentes absque necessitate, ob solam voluptatem capiendam, peccent venialiter? Ex part.3. tr.5. & Misc.1. Res.6.

§.1. POnam hîc opinionem doctissimi Ioann. Sancij, vt illam studiosi legant, & iudicent; sic itaque ait *in selectis, disp.2. n.14.* Deficiente nocumento corporis, & salutis, comedere, vel bibere absque necessitate, solùm ob delectationem capiendam, scilicet ob frigiditatem potus vel suauitatem cibi, neutiquam contra rationem erit; sed talis comestio, aut potio liberè fit, vt appetitus naturalis suis fruatur actibus. At velle appetitum delectari suis operationibus, quæ contra rationem non sunt, nullatenus peccatum est, cùm scelus reperire sit impossibile, nisi contra rationem tendat operans. Dicas quæso, quare contra rationem operatur edens, aut bibens, absque fame, dum aliàs esus, aut potus nocumentum saluti non inferant: Nam si ob solam cibi delectationem gula committeretur, deficiente etiam corporis nocumento, peccatum etiam esset odorari res aromaticas ob solam delectationem capiendam boni odoris. Et esset scelus res inspicere pulchras ob solam delectationem, quam visus in visione capit, & esset crimen audire musicam, ob capiendam auditus delectationem. Quis autem damnet hæc? Igitur nec gustus sensum; ex eo quòd appetat cibum ob solam eius delectationem, damnari erit tas, & cur peioris erit conditionis quàm alij? Ita ille, qui etiam illum versiculum quem adducit D. Thomas 2.2. *q.184. art.4. Properè, lautè, nimis, ardenter, studiosè*; non sic absolutè esse intelligendum arbitratur, sed in certis quibusdam casibus, quos ipse latiùs explanat, & sic ipse ait. *Properè* edit quis, quando tempore ieiunij ante horam comedendi fit comestio. *Ardenter*, quando ex modo comedendi læditur modestia. *Lautè*; quando perquisitione ciborum læditur modestia, quærens tanta sollicitudine, & cura, quòd in illis felicitatem esse etiam ostendatur. *Studiosè* quærens cibos nimis accuratè præparatos. *Nimis*, quando ex nimio cibo, & potu, damnum aduenit saluti. Hæc omnia Sancius.

RESOL. XII.

An sit per se peccatum non orare pro anima patris defuncti?

Et quid, si ex permissione diuina parentis defuncti anima sibi appareat, rogetque Sacrificia Missarum pro se offerri, vel eleemosynas aut orationes facere?

Et an teneatur filius captiuum Patrem redimere ab hostibus?

Et docetur, quod si ad suspendium, vel triremes esset iustè damnatus pater, & pars offensa punitionem remitteret, oblatis centum denariis, non tenetur filius ex præcepto offerre prædictam quantitatem, nec tenetur filius liberare patrem, licet re vera sit innocens.

Ex quo infertur non teneri fideles ex præcepto charitatis animas fidelium defunctorum orationibus, Missarum Sacrificiis, & aliis operibus adiuuare.

Sed difficultas adhuc superest; an ad extremam necessitatem redacti filij, & parentes, cuinam teneãtur filij parentibusnè potius succurre, an propriis liberis?

Et an parentibus, & creditoribus ad extremum redactis, teneantur filij potius parentibus, quam creditoribus subuenire?

Et quid, quando creditor, & simul debitor ad eandem extremam necessitatem deuenerunt?

Et cursim alij diuersi casus deducuntur pro filiis erga parentes in aliis specialibus casibus. Ex part.9.tr.9.& Misc.4. Res.61. aliàs 60.

§.1. CAsus est nimis practicabilis. Et affirmatiuam sententiam tenet noster P. Peliccionius, vir quidem doctissimus, & cui multum debeo; nam ipse principalis impulsor fuit vt ego Opera mea Moralia Typis ederem ea selectione, & modo scribendi quo vsus sum, quem posteà Lectores ex eorum benignitate tantopere approbauerunt. Pater igitur Pelliccionius ad propositam quæstionem affirmatiuè respondet in Quinquagena *qq.vtrinsque iuris q.42.* vbi docet, teneri filium ex vi quarti præcepti, nempe, habeas in honore parentes, animæ patris in Purgatorio existentis subuenire per eleemosynas, & suffragia arbitrio prudentis Confessoris: nam tenetur filius patri in corporali necessitate existẽti subuenire, vt omnes Theologi, Canonistæ, & Iuristæ docent apud Expositores quarti præcepti, ergo & eo magis in necessitate spirituali. Itẽ tenetur filius captiuum patrẽ redimere ab hostibus, post alios Molfesius *in 1. part. summæ, cap.18.* Ergo multo magis in purgatorio detentum. Accedit constitutio Regni de Officio secreti, in qua præcipitur, quòd succedente fisco decedentibus ab intestato, quando nullus superest in gradu successibili, tertia pars bonorum distribuatur à Stereto pauperibus pro anima defuncti. Si fiscus id facit decedẽtibus ab intestato, fortius id debet facere filius erga patrem. Et in specie, quòd teneatur filius hæres patris adiuuare animam patris, erogando

eleemosynas affirmant Sayrus, & Azorius explicantes quartum præceptum. Sayrus *c.5.in fine*, Azor. *c.2.q.8. & 9.* & facit text.notab.*in l.in testamento*, ibi, pios tamen filios debuisse manumittere, *ff. de fideicom. liberi.* Arbitrium autem Confessarij resultandum est iuxta quantitatem patrimonij; non enim grauandus est filius supra vires pro liberanda anima patris à purgatorio, Azorius *d.q.9.* & iuxta disposita in testamentis, licèt inualidis: nam actus nullus probat intentionem. *l.fin.ff.de reb.eor.* & potest sufficiens coniectura voluntatis Testatoris capi à Testamento nullo, & inualido. Hucusque Pelliccionius.

2. Sed negatiuam sententiam tenet Sancius *in selectis, disp.4.n.6.* quia præceptum charitatis, & pietatis erga parentes, solùm obligat dum ipsi viuunt. Dicetnè aliquis (ait ipse) teneri me, quamuis diuitem, elargiri centum, aut minus ducatorum eleemosynam ob liberandum damnatum ad suspendium ob eius mala facinora, aut triremes? quem Respublica non tenetur liberare, imò punire, tenebor ego? Absit: iustè patitur; iustam verò mortem proximi impedire nullatenus tenear, quod expressè docet Malderus *de virtutibus tr.3. t.1.dub.15.fol.353.* Nauarrus *in c. non inferenda 23. q. 3.num.24.* Sà, *ver. Charitas. n.6.* Sic licet pater meus in purgatorio detineatur, & possim illum meis precibus, aut eleemosynis iuuare, ad id nequaquam ex præcepto tenebor, cùm iustè ibi patiatur. Ita Sancius. Et ad auctoritatem Azorij dicentis, peccaturum filium differendo subsidium impertiri parentibus defunctis ob leuem iacturam bonorum temporalium, non tamen ob grauem. Respondetur, id intelligendum esse, quando subsidia offerre esset à parte iussum. Vel quòd solùm sit debitum ex honestate quadam, non ex mortali obligatione, quando à patre non esset impetratum, & alias absque graui iactura bonorum posset filius eum iuuare, vt à purgatorio liberaretur. Quòd si ex promissione diuina parentis defuncti anima filio appareat, rogetque Missarum sacrificia pro se offerri vel eleemosynas, vel orationes; licèt impiissimum esset illum non iuuare, tamen contra aliquod præceptum illum acturum omittendo, non arbitror: cùm à iusta pœnæ infligione ob delicta eripere non teneatur. Vnde licèt ad suspendium, vel triremes esset iustè damnatus pater, & pars offensa punitionem remitteret oblatis centum ducatis, illos offerre ex præcepto non teneri filium, probabile videtur, iuxta dicta ab Azorio *t.2.lib.2.c.3.q.15.* in fine, dicente esse probabile, filium posse patri publicè proscripto alimenta denegare. Quamuis valde indecorum, & inhumanum esset à largitione abstinere: nam, vt supra dictum est, cuius Respublica non tenetur indemnem seruare vitam, nec particularis licèt filius, nequaquam tenebitur. Nec obstat, filium teneri reuereri patrem, Rempublicam verò ad id non astringi pari vinculo, cùm in pluribus casibus, in quibus debet filius parentibus reuerentiam, Respublica non sit deuincta. Non obstat, inquam, hoc: nam quamuis id verum sit in præceptis affirmatiuis, deficit in negatiuis: semper enim quòd Respublica non est astricta aliquod præceptum negatiuum seruare, nec etiam particularis erit obligatus non omittere talis præcepti fractionem. Dixi, non omittere, nam per commissionem tenebitur non infringere præceptum, quod seruare Respublica non astricta est; sicut malefactorem non tenetur Respublica non occidere, & tamen tenetur particularis non perimere, positiuè necem inferendo; non verò tenebitur positiuè iuuare ad conseruationem vitæ; sicut damnato iustè ad mortem famis, non tenebitur cibum subministrare, licèt possit; nec damnatus sumere; imo ad non ministrandum teneri censent plures. Præterea nec teneri filium liberare patrem, licèt reuera esset innocens, probatum tamen esset delictum commisisse, tanquam probabile tutabuntur plurimi, tenentes, iudicem non teneri non punire innocentem, tanquam nocentem conuictum. Quamuis filium ad id teneri verissimum rear, sicut teneretur quisque liberare à carcere detentum iniustè ob falsam testium dispositionem, absque resistentia tamen inferenda ministris iustitiæ. Vnde credendum non est Patri Diuas *tract. de Purgatorio cap. 29.* censenti teneri fideles ex præcepto charitatis, animas fidelium defunctorum, orationibus, Missarum sacrificiis, & aliis piis operibus iuuare. Quæ enim ibi congerit, solùm conuincunt esse optimum opus consilij illis fauere, & ad id exhortandos esse fideles, non tamen criminis damnandos, hoc ipsum agere omittentes. Hæc omnia Sancius; quem postea sequutus est Ioannes Machadus *de perfecto Confess.to.2.lib.6. parr.7.tr.7.docum.1. n.6.* vbi sic ait: [Esta obligacion que nace del respeto, amor, y obediencia, que el hijo deue a sus padres en vida, le obliga tambien en muerte, a enterrarle decentemente, y a cumplir, si le es possible, su testamento. Si tambien estè obligado à encomendar à Dios à sus padres muertos, y dezirle Misas pudiendo, han dudado los Dotores; y de manera, que algunos sienten que peca el hijo, si en esta razon fuesse notablemente remisso. Lo contrario es mas probable, y recebido y por tal lo defienden el Dotor Iuan Sanchez; porque el precepto de amar a los padres, solo obliga mientra ellos viuen; si bien no por esto dexa de confessar, que es gran virtud, y muy acepta à Dios vsar desta piedad con los padres muertos.] Ita ille.

3. Sed ego puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia Patris Pellicionij; nec admittendum puto id quod Sancius asserit, filium non teneri alimenta præstare patri per sententiam damnato. Dico igitur, quòd tenentur filij etiam ex complexu damnato nati, parentibus indigentibus, & non habentibus, vnde se honesta arte, & decenti labore sustentare possint, etiamsi sint Pagani, Iudæi, vel Hæretici, iure naturæ alimenta dare, quod existimo dicendum cum Villalobos *2.part.tr.41. diffic.6.n.11.* etiamsi pater damnatus sit à iudice vt fame pereat; vel quando est pœna grauissima imposita, ne quis Titio proscripto, alimenta, aut aliquid ad vitæ subsidium impendat: nam pietas dictare videtur has leges filium non comprehendere, nisi pater esset hostis, aut proditor Reipublicæ. Et ita docet Fagundez *in Decalog.to.1.lib.4.c.1.n.4.& 5.* Trullench *in Decalog. tom.1.lib.4.c.1. dub.2.n.17.* & alij.

4. Sed difficultas hîc obiter tractanda venit, an ad extremam necessitatem redacti filij, & parentes, cuinam teneantur filij parentibus ne potius succurrere, an propriis liberis? Et respondeo cum Schola Thomista rum post D. Thomam *in 2.2. qu.26. art.8. ad tertium.* Quòd parentibus secus extra necessitatem extremam: nam tunc potius filiis, quàm parentibus succurrendum est. Aliqui contrarium putant, vt Angelus *verb. Filius nu.24.* & alij Iurisperiti. Dicunt enim in extrema necessitate succurrendum potius esse filiis, quàm parentibus, quod est probabile; id autem quod dicimus, probabilius, nam filij totum suum esse, & vitam, & quicquid habent, à parentibus habent, parentes autem nihil habent à filiis præter iacula, spinas, & curas, quibus maximè anguntur, ac stimulantur, vt eis vitæ remedium quærant, iuxta dictum Iacobi Geneseos 49. Ruben primogenitus meus, principium doloris mei: vbi principium doloris sui eum appellat, quia cùm primus illius filius esset, primò cœpit parentem curis stimulare circa vitæ illius remedium quærendum.

5. Secundò quæro, an Patribus, & creditoribus ad extremum redactis, teneantur filij potius patribus, quàm creditoribus subuenire? Et hac de re duplex esse potest opinio. Prima est eorum, qui docent, quando eius debitor, & creditor simul ad extremam necessitatem deueniunt, teneri debitores potius creditoribus suis, quàm sibi ipsis. Et ita tenent Doctores penes Azorium *to.2. lib.12.*

lib. 12, cap. 8. quæst. 5. Quia duplici iure, ac nomine ea res creditoribus tenetur, & quia res est sua, & ab eo accepta fuit; debita enim non computantur rebus debitoris, & quia est in extrema necessitate constituta; debitor autem vnico tantùm iure, & titulo eam potest retinere, ratione scilicet extremæ necessitatis: ergo tam ipso debitore, quàm patre, aut matre illius ad extremam necessitatem redactis, tenetur debitor eam rem potius creditori reddere, quam sibi retinere, aut illa parentibus subuenire. Secunda opinio est eorum, qui dicunt teneri potius debitorem ea re sibi, & suis parentibus subuenire in ea extremæ necessitatis circunstantia, quàm creditoribus in eadem similiter circunstantia existentibus. Et hanc opinionem tenet Azorius *tom. 2. instit. moral. lib. 12. cap. 8. quæst. 5. vers. Sed quid si creditor.* Paludanus *in 4. distinct. 15. quæstion. 2. art. 1. conclus. 1.* Sotus *lib. 4. de institut. quæst. 7. art. 1. ad 4.* Caietanus *2. 2. quæstion. 62. art. 5. ad 4.* Tabiena *verb. Restitutio. q. 4.* Et id probant, quia in extrema necessitate omnia quoad vsum tantùm, non quoad dominium sunt communia, *l. 2. §. Cùm in eadem. ff. ad legem Rhodiam de iact.* fuerunt enim res à principio diuisæ sub conditione redibilitatis, vt scilicet in extrema necessitate ad suum priorem statum Communitatis quoad vsum tantùm redirent; vnde cùm vsus ipsius rei in ea extrema necessitate factus sit communis, & alioquin magis quis patri adstringatur, quàm creditori, & melior sit conditio tenentis, & possidentis: hinc fit, vt patre, & creditore ad extremam necessitatem deuenientibus, potius patri, quàm creditori ea re subuenire debitor teneatur: fit etiam, quòd quando debitor, & creditor simul ad eam extremam necessitatem deueniunt, non teneatur debitor rem creditori suo soluere, cùm sibi potius quàm illi succurrere ea teneatur, & quia possidet, & quia res in ea circunstantia, quoad vsum tantùm ad priorem statum Communitatis rediit. Et ideò ego huic posteriori sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quicquid in contrarium asserat Toletus *lib. 4. cap. 25.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 7. Res. 47 & late in alia Res. eius annot.

RESOL. XIII.

Quidam vir Nobilis recitabat quotidie Officium defunctorum pro animabus Purgatorij, dum tamen esset in peccato mortali, quæsiuit à me, an dictis animabus orationes illæ prodessent? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 79.

Sup. hoc cur. sim cum eodem Soto infra citato in to. 4. tr. 5. Re. 3. §. 1. inter medium, & finem, vers. Præterquam. & ibi in tr. 1 Res. 4. §. 1. prope finem. vers. Ex his.

§. 1. REspondi affirmatiuè, nixus auctoritate doctissimi Petri Nauarræ *de restit. lib 2. cap. 2. num. 254.* vbi sic ait. Sed rogat curiosus, quid si non vt Minister Ecclesiæ, sed v. g. laicus, Horas Canonicas, & Orationem Dominicam dicat, numquid si in peccato mortali eas fundat, proderunt saltem his, pro quibus oratio fit? Sotus putat non prodesse, quia ex eo quòd non est Ecclesiæ Minister, non habent illæ preces aliam vim, quàm si ab eo essent factæ. Sed longè melius Nauarrus & Couarruuias oppositum sentiunt, quia ex eo quòd Ecclesia eas instituit, eo per se sunt Deo gratiores, & Ecclesia quolibet suo membro Deo offerri voluit. Ita Nauarra, licèt alij etiam probabiliter contrarium sustineant.

RESOL. XIV.

Iustus, si offert pro alio sua bona opera, an valeant eo inscio?

Et pro intelligentia huius quæstionis aliqua primo supponuntur; & etiam pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorij.

Et quæritur, an qui ex iniuncta pœnitentia in confessione, aut ex alio capite habeat mandatum offerendi suffragium pro defuncto: & opus impleat existens in peccato mortali, teneatur iterum implere in statu gratiæ? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 54.

§. 1. SVppono, ex parte eius, in cuius fauorem bona opera offeruntur, necessarium esse, quod indigeat tali suffragio, & non sufficit si non indigeat, sed indigebit. Deinde opus est vt talis sit in gratia. Difficultas est, vtrum necesse sit suffragium acceptari ab eo, in cuius fauorem sit? & aliqui affirmatiuè respondent, vt Nugnus *in addit. ad 3. part. qu. 27. art. 4 diffic. 2.* & Coninch *disp. 12. dub. 10. num. 47.* asserentes necessarium esse vt animæ Purgatorij acceptent indulgentias, vt illis prosint. Addit tamen ad hoc sufficere generalem voluntatem, qui omnes cupiunt à pœnis per suffragia nostra liberari. Probabile tamen putat iis nuntiari per Angelos Custodes, quinam pro eis indulgentias lucrentur, absque particulatim acceptare; vtrumque sanè probabile, & pium vel tamen certum. Certè non puto necessarium ita acceptari. Et ita docet Suarez *disp. 52. sect. 7 n. 6.* Cardinalis Lugo *disp. 17. n. 78. in fine.* Et hanc negatiuam sententiam, tam in ordine ad animas Purgatorij, quàm in ordine ad viuentes tenet Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 17. n. 239. & disp. 3. dub. 2. n. 19.* quia in tali casu tam animæ Purgatorij, quàm viuentes passiuè se habent, ergo ad id non est necessaria scientia: quod patet ex vsu Ecclesiæ, in qua receptum est orari, & offerri suffragia pro amicis absentibus, ipsis etiam ignorantibus. Vide Suarez *disp. 38. sect. 7. tract. 7.*

Sed hîc oritur dubium satis practicabile, an qui ex iniuncta pœnitentia in confessione, aut ex alio capite habet mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus impleat existens in peccato mortali, teneatur illud iterum implere in statu gratiæ?

Non consentiunt Auctores. Negat Sà *verbo Indulgentia n. 2. & alij* apud Bonacinam *disp. 6. q. 2. punct. 2.* remissiuè ad alia loca.

2. Ipse verò Bonacina distinguit inter suffragia, quæ ex opere operato habent effectum, quale est sacrificium Missæ, & (vt ipse etiam ait) satisfactio Sacramentalis: item orationes fusæ nomine Ecclesiæ; eiusmodi enim suffragia, etiamsi fiant in peccato mortali, putat non esse ex obligatione repetenda. Secus verò si suffragia solum ex opere operantis prosint.

3. Hanc doctrinam approbat Dicastillus, *vbi suprà dub. 3. num. 14* secluso illo quod dicit de satisfactione Sacramentali: Satisfactio enim Sacramentalis, etiamsi concedatur habere effectum ex opere operato, non habet illum respectu illius defuncti, pro quo offertur, sed respectu ipsius exequentis pœnitentiam sibi impositam: solùm enim tale opus remittit ex opere operato pœnam debitam, & relictam à peccato ipsius pœnitentis quoad culpam remisso. Vnde quando quis habet præceptum à Confessario offerendi orationem pro anima Purgatorij, illa pœnitentia imposita non est vt offerat id, quod ex opere operato præstat, sed quod ex opere operantis: quod enim præstat ex opere operato incommunicabile est. Vnde eadem ratio est de pœnitentia imposita in confessione, atque de operibus, quæ solùm sunt satisfactoria ex opere operantis: nam comparatione alterius, idem dicendum est de tali opere. Hæc omnia Dicastillus, cui ego etiam adhæreo.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 6. lege latam doctrinam Res. 15 & trium sequentium.

RESOL. XV.

An Parochus, qui nunquam, vel raro concionem habet ad populum, peccet, etiamsi in sua Parochia non desine

sint Concionatores? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Res. 12.

§. 1. RESpondent aliqui recentiores non accusari à peccato, dum legitimo impedimento non detinetur. Ratio est, tum quia iure diuino Parochi tenentur concionari: tum quia Tridentinum Concilium determinat tempus, quo Parochi teneantur per se, vel saltem per alios concionari, si legitimè impedito fuerint: si ergo nullo rationabili impedimento laborent, non videntur oneri suo satisfacere, si per se ipsos non concionentur.

2. Alij verò putant excusari: quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur & censetur: tum quia populus nullum patitur detrimentum, & ipsius necessitati sufficienter occurritur, alio concionem habente, vt suppono.

3. Mihi dicendum videtur satisfacere obligationi iuris diuini, vt patet ex rationibus pro secunda sententia allatis, modò Concionatores apti sint & idonei, sufficienterque occurrant necessitatibus populi indigentis prædicatione verbi Dei: non verò videntur simpliciter satisfacere obligationi iuris humani, quo decernitur, vt Parochi solùm per alios concionentur si legitimo detineantur impedimento. Et hæc omnia docet Bonacina *tom. 2. disp. 5. quæst. vnica, punct. 2. num. 29.* qui, vt vides, tenet Parochum in nostro casu satisfacere obligationi iuris diuini, non autem iuris humani, Concilij videlicet Tridentini.

4. Sed si hæc opinio esset vera, ferè omnes Parochi hodie obligationi Concilij minimè satisfacerent: ideò puto cum Ægidio Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 1. dub. 4. num. 15.* in nostro casu Parochum, qui nunquam aut rarò Concionem habet ad populum, eò quòd in eius Parochia non desint Concionatores, satisfacere non solùm obligationi iuris diuini, sed etiam iuris humani. Et ratio est, quia hæc videtur mens Concilij: si quidem populus tunc nullum salutis patitur detrimentum. Ergo, &c.

RESOL. XVI.

An instrumenta musica sint in Ecclesiis adhibenda? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Res. 44.

§. 1. TEmpore D. Thomæ, vt patet *in 2. 2. quæst. 91. art. 2. ad 4.* Ecclesia nondum receperat vsus musicorum instrumentorum, & D. Augustini testimonio constat cytharam ab Ecclesia fuisse proscriptam: nonne, inquit *in psalm. 32. concio. 1.* id egit institutio in nomine Christi vigiliarum istarum, vt ex isto loco cytharæ pellerentur? Auctor quæstionum ad Orthodoxos apud Iustinum *q. 107.* affirmat sublatum esse in Ecclesiis vsum instrumentorum inanimorum, & relictum esse canere simpliciter.

2. Verùm quod post multa sæcula vsu receptum sit, vt in Ecclesiasticis officiis instrumenta musica adhiberentur, nullo modo est improbandum; modo Christianam præseferant cum grauitate, & suauitate modestiam: quia deprehensum est, multos Christianorum infirmos, & imperfectos, ita esse ad deuotionem prouocandos.

3. Vnde in his posse peccari non est negandum, vt si quis prophana cantet organis, eáque inferat velut partem diuini officij, vt loco alicuius Sacri Versiculi, vel Asinphonæ peccatum est ex genere suo mortale, tum quia est crimen falsi. Si non inferat ea velut partem officij, sed tantum applicet consonantiam soni ad verba diuina, videndum est quænam sit istius soni natura, vel conditio, quis euentus: si conditio talis sit, vt iudicetur esse prouocatiuus ad malum, peccatum est mortale, aut veniale secundùm quantitatem mali, & prouocationis ad illud: & similiter si audientes incitantur ad malum. Alioquin potest nullum esse peccatum, secluso scandalo. Si organis velit significare prophana, solùm causa delectationis, non autem inferendo tanquam partem officij, & ea prophana sint honesta, peccatum dumtaxat veniale: si inhonesta, mortale.

4. Neque refert, quod sonus abstrahit à materia, & quod quælibet melodia soni potest applicari ad verba sacra: certum est enim, quod quidam soni fiunt, vt accommodati ad delectationem audientium etiam qui non nouerunt illos nisi vt sonos verborum prophanorum, aut lasciuorum: vnde, & per eos excitantur ad illa profana, vel turpia.

5. Itaque, vt habetur *in c. cantantes dist. 92.* ex S. Hier. *in c. 5. epist. ad Ephes.* non sunt in Ecclesia in tragœdiarum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ: idest electuariis ad vocem clariorem edendam, vt exponit ibi Gloss. nec theatrales moduli & Cantica sunt audienda, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. Et in eandem sententiam contra huiusmodi cantus, quibus deuotio contemnitur, & lasciuia propalatur multa habentur *extrauag. vnic. de vit. & honest. Cler.* & in Trid. *sess. 22. in decreto, de obseruandis in celebr. Missæ*, iniungitur Ordinariis locorum, vt arceant ab Ecclesiis eas musicas, quæ siue organo, siue cantu lasciuum aliquid, & impurum miscent, & illos grauiter improbant Doctores communiter, vt Palud. *in 4. dist. 15. q. 5. art. 2.* Caietan. *2. 2. q. 91. art. 1. vers. inter hæc, & in summa verb. organor. vsus.* Nauarr. *in man. cap. 12. num. 88.* Valent. *2. 2. disput. 6. q. 9. pun. vnic.* Suarez, *de hor. Can. cap. 13. num. 16. & 17.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 37. nu. 7.* Baldellus *tom. 2. lib. 3. disp. 42. n. 16.* Syluius *in 2. 2. D. Thom. q. 91. art. 2. circa finem*, & alij.

RESOL. XVII.

An rectè, & laude dignum faciant, qui in Monasteriis, Ecclesiis, ornamentis, & ab eisdem fundari, & confectis arma sua gentilitia reponunt?

Et quid maximè de personis Ecclesiasticis? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Res. 38.

§. 1. HAnc quæstionem latè, & ad partes pertractat eruditus Iurisconsultus Andreas Magenis *in suo tract. Iuridico-Historico Politico, de Aduocatia armata, cap. 18. num. 134. & seqq.* & pro negatiua huius sententia videtur obseruandum, illos, qui signa sua in Ecclesiis, quas construunt, affigunt, graue periculum incurrere, ne meritum omne amittant, quod fieri tradidit ex antiquioribus, Geminianus *in cap. Duæ sunt 45. dist.* quem refert, & sequitur Bernardus de Landriano, *in addit. Panormitanus in cap. Dilecta. de excessib. Prælator.* Idem cum aliis admisit Chassanæus *conclus. 13.* vbi rotundè dicit, aduertendum esse quod ponentes arma sua in Ecclesiis quas faciunt, aut in ornamentis, quæ donant Ecclesiis, siue Monasteriis, meritum perdant. Et præter hos dissuasorem eiusdem rei se inter modernos præbet Anton. Sola *super. dist. Decret. de armis, & insignis, gloss. 2. num. 8.* Vbi grauiter monet Ecclesiarum Fundatores, ornamentorumque Ecclesiasticorum largitores, ne in capellis, vel ornamentis insignia depingi, vel insui curent, eò quòd per id boni operis meritum amittant. Denique hanc ipsam satis superque confirmatam decisionem summæ authoritatis ac nominis Iurisconsultus Gabriel Palæottus, *de Imagin. lib. 2. cap. 47. versic. Potest etiam*, expresè tuetur inquiens, grauiter errari, si insignia in Ecclesiis ponantur, aut cum rebus sacris, & diuino cultui addictis coniungantur, quòd inde non parua indignitas,

dignitas,& summa analogiæ offensio consequatur.Ibidem subiungens, licèt hæc in Laïcis fortè dissimulanda sint, in personis tamen Ecclesiasticis minus tolerari, & maius argumentum spiritus, & prudentiæ eos præbituros,si ista prætermittant. Nam cum Clerici, & charactere,& vestitu,& piis fidelium oblationibus, & eleemosynis, quibus fruuntur, item officiis quæ sustinent, & sacris omnibus quibus initiati sunt, publicè profiteantur,se à multo abesse longius,& summo Deo verè dedicatos; æquum, & eorundem muneri conueniens est,vt in his familiarum insignibus,in his titulis affinitatum,se cæteris præbeant dissimiles, in ipsorum locum Ecclesiarum titulos, si habent, inferant; aut ab officio Ecclesiastico, cui addicti sunt, aut aliundè aliquid petant,quod & studiis ipsorum respondeat, & cum instituto viuendi genere congruat, denique re ipsa aliquid significent,quòd ab eo, quod insignia facere solent,longissimè absit.Nam cùm ista ostendant res illius esse proprias, cuius insigne ferunt, debent ista quidem ostendere, id quod possidetur, esse Ecclesiæ proprium, esse dignitatis, aut officij, in quo positi sunt, aut aliquid aliud, cum vita Ecclesiastica consentiens. Hæc hactenus ex Palæoto.Existimo autem præcitatos Authores in hac traditione potissimum respexisse ad abusum huius rei, quem Palæotus *dict. cap.* 48. tam longè processisse, adeoque hominum animis dicit insedisse, vt si cui venit in mentem Ecclesiam ædificare,aut singulari aliquare illam exornare, statim etiam ante cœpti operis initium cogitare incipiat, quem reperire possit illustriorem locum, vbi insignia sua collocare possit, vt si fortasse in primis nobiliter, accuratè prospiciendo, vt signum suum summè conspicuum, impenseque elaboratum,omnium oculis appareat.

2. Verùm licèt Magerus *vbi suprà* pro parte negatiua varias adducat rationes, & ad argumenta contraria respondeat; tamen *num.* 182. sic asserit: Cæterum his ita dissolutis, licèt asserta hucvsque negatiua opinio theoricè disputando iure optimo defendi posse videatur, ne tamen quis sensum nostrum durius interpretetur, existimando, nos magnis Prælatis, & Principibus viris penè innumerabilibus qui summa pietate præditi, in construendis Ecclesiis, iisdemque insigni munerum thesauro augendis, toti insudarunt,& insignia ibi sua reliquerunt, aliquâ reprehensionis notam inurere, idcircò quia propositi non est nostri, tantorum virorum facta redarguere, aut de alienis consiliis iudicium ferre, sentimus prædictam decisionem cum mica,quod aiunt,salis accipiendam esse, adeóque institutum illud affigendorum insignium,quod latius inter Prælatos Ecclesiarum dimanauerit, per se non esse reprehendendum: Cùm enim signi natura indifferens sit, & in medio quasi loco inter virtutem, & vitium cõsistat,quod totum à vano hominis proposito alium, & alium finem respiciente proficiscitur. Ea propter hisce in rebus agentis intentionem spectandam rectiùs asserit Purpuratus *in l.1.n.156.ff.si cert.pet.* eumque sequutus Anton. Sola *super d.decret. de Arm. & Insign. gloss.1.n.* 8. quæ si recta sit, armorum positio non solùm ab omni vituperatione aliena, verum etiam admodum Deo accepta, & meriti loco esse,sicut è diuersò,quando deest rectus finis,per eandem peccati labes contrahi potest. Quare Prælatos illos excusatione dignos putamus,qui cùm videant, consuetudinem hanc Titulorum,& insignium retinendorum vsu,& consensu penè omnium, qui dignitates in Ecclesia obtinent, receptam, eandem ipsi quoque vt ad virtutes, quibus dignitates promeruerunt, consanguineos successores excitent. Itaque si quis est,qui insignia sua in turribus Templorũ,vel ipsis etiã in Ecclesiis ponere vult, illud in primis illi curandũ esse existimo, vt eum sibi finem præfigat, vel alios exemplo suo in exornandis Ædibus Sacris excitandi. Hucvsque Magerus: Et sic tot Pontifices, Episcopos, Reges, & alios viros nobiles fecisse, & facere existimandum est, & est vsus communis omnium Fidelium timoratorum conscientiæ, qui etiam in vasa aurea,vestes, & alia ornamenta Ecclesiis donata,apponere solent arma gentilitia.

RESOL. XVIII.

An mulier sit homo? Ex part. 11. tract. 3. & Mis. 3 Res. 2.

§. 1. RIsti-ne? Ænigma dissoluam, quod pro praxi satis necessarium esse uidebis. Quæro igitur sicut fœmininus sexus masculino continetur, an quoque hominis appellatione contineatur fœmina? Respondeo, quod hoc in dubium reuocauit Iacobus Cuiacius, quinimò seriò affirmauit appellatione hominis non contineri fœminam,motus autem fuit *l.* 38. §. *qui abortionis ff. de pœnis*, in qua hoc asseri videtur, quod fœmina homo non sit, cùm homini illic opponatur, verba textus istius hæc sunt: *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant; tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum,honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegantur, quod si eo mulier, aut homo perierit,summò supplicio afficiantur.* Ex hac igitur appositione infert Cuiacius,& alij nonnulli ipsum secuti,mulierem non esse hominem, nec hominis appellatione comprehendi.

2. Sed tamen grauiter errat Cuiacius, cùm textu iuris euidentissimo doceri possit, fœminam hominem esse;Nam in *l.* 152. *de verb. signif.* ait Gaius, hominis appellatione tam fœminam, quam masculum contineri non dubitatur,quibus verbis significat I.C.fœminam non minus esse hominem atque masculum, & hoc adeò esse certum,vt de eo non dubitetur.

3. Ad *d.l.* 8. respondetur, hominem ibi non opponi mulieri,sed cùm illic agatur de duobus poculis amatorio,& abortionis, subiici per relationem poculo abortionis mulierem, quæ sola abortire potest: poculo vero amatorio hominem, vtrumque sexum comprehendentem, cùm certum sit vtrique sexui hoc propinari; nam per hominem intelligitur is qui in vtero est; de quo nondum constat an masculus sit futurus, an fœmina, quippe tam facile possit nasci fœmina quam masculus, vt proinde hîc ipse textus rectè consideratus, sententiam nostram perspicuè demonstret, atque euincat & fœminam in iure hominem appellari.

4. Itaque generaliter receptum est,masculinum,concipere fœminum *l. qui duos* 60.*in fine, ff. de legat.* 3. *l. inter stuprum* 101. *ff. de verb. signific.* cum aliis adductis per Franc.Molin. *de ritu nupt. lib.* 3.*quæst.* 16.*a princ.* Quod alij ex propria significatione, vel ex interpretatione comprehensiua venire tenent, vt per gloss. *in lib.* 1. *ff. de verb. signif.* Rimin. Iun. *cons.*737. *n.*4.*l.*7. Alexand.*cons.*55.*col.vlt.vers. præterea illa verba lib.*3.*& cons.*17.*col.*3.*vers.quarto quia lib.*7. Bero. *cons.*113.*n.*1. *lib.*2. Cephal. *cons.*484. *num.*32. Anguse. *cons.*64.*n.*2. *lib.*6.

5. Hinc in constitutione odiosa,& pœnali continentè odium rationabile sub masculino, fœmininum comprehenditur, Tiraq. *in tract.de vtroque retractat. part.* 1.§. 1. *gloss.* 9.*num.*233. tum quia etiam in pœnalibus dispositum de masculis regulariter ad fœminas extenditur,Bal. *l.ne passim.*13 *C.de iur.& fact ignor.* Hyppolit. de Marsil. *l.si quis viduam* 5. *numer.* 5. *cum sequen. ff.de quæstion.* Idem Hyppolit. *l.* 1. *num.* 261. *cum* 8. *sequentibus C.de rapt. virg.* vsque adeo, vt etiam pœna *l. quisquis* 5. *C.ad l.ul. maiest.* licet illa lex vtatur termino masculino,in fœminis locum habeat glos.*d.l.*

quisquis

quisquis §. *ad filias*, & ibi Iacob. But. Bald. Alberic. Oldrad. petr. Dyn. Hieron. Gigas *tract. de crimin. læs. Maiest. rub. de pœn. commit. crim. laes. Maiest. q.* 15. *n.* 7. *rubric. de pœnis quas filij incurrunt, patre committente crimen læsæ maiestatis qu.* 17. Angel. *in tract. de malef. vér. & hai tradita la tua Patria, vers. & aduertendum est.* Angel. §. *interdum instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt*; Vbi attestatur hanc opinionem communiter receptam, tum quia hoc casu contrarium in fœmina statutum non reperitur, & certum est, quod fœminæ regulariter vtantur eodem iure quo masculi, nisi tantum in casibus specialibus in iure expressis. Hoc tamen fallit in illis casibus, in quibus inter fœminam, & masculum ratio diuersitatis assignari potest: Ideoque iudico, licet Vassallus habens rem cum vxore, matre, filia, vel sorore domini, feudo priuetur, Vassallum tamen habentem rem cum marito, patre, filio, vel fratre Dominæ, feudo non priuari; quia hoc casu maxima diuersitatis ratio militat. Secundò hoc fallat vbi agitur de odio irrationabili; Cùm itaque irrationabile sit, quod filius innocens propter delictum patris plectatur, Ego iudico consuetudines feudales disponentes, quod propter felloniam Vassalli, filij feudo priuentur, non extendi ad Vassallam fœminam eiusque liberos; Et Confirmatur ex eo, quòd aliqui Doctores tradunt, licet pœna *d. l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.* de masculo loquentis, etiam extendatur ad fœminas delinquentes, hoc tamen habere locum tantum quoad puniendum ipsas delinquentes, secus autem esse quoad pœnam liberis infligendam. Oldrad. *d. l. quisquis*, ibi Alberic de Rosat. *num.* 4. Salicet *n.* 9. *C. ad l. Iul. maiest.* Hieron. Gigas *tract. de crim. læsæ maiest. rubric. de pœnis quas filij incurrunt, patre committente crimen læsæ maiestatis, qu.* 17.

6. Vnde ex his ego olim interrogatus, an in legato relicto filiis, v.g. Petri, comprehenderentur filiæ fœminæ; Respondi affirmatiuè, ex regula quòd nomine filiorum, filiæ etiam continentur.

In indice primo huius Tom. 8. lege Apendicem ad hunc Tract. 10. Miscellan. vbi reperies alias quamplurimas quæst. etiam Miscellaneas, & difficillimas inuentu, perlege eas, & non pigebit, &c.



DECISIONES NOVISSIMÆ SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in diuersis Tractatibus à P. Diana aduocatæ sunt, in gratiam studiosorum per extensum impressæ.

DECISIO PRIMA

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. Coccino Decano.

Barchinonen. exemptionis.

Lunæ 20. Iunij 1636.

§. 1. DVBITAVI pro quibus rebus sit præstanda exemptio Capitulo, & quomodo in casu, & ad effectum de quo agitur. Et Domini censuerunt esse distinguendum inter bona separabilia, hoc est, quæ extant apud ipsos Clericos, & inseparabilia, videlicet, quæ sunt penes venditores, & in eorum dominio: firmarunt quantum ad bona separabilia, nullam adesse difficultatem, quod illa sint exempta à quibuscumque gabellis *cap. non minus & cap. aduersus, de immunit. Eccles. quamquam de censib. in 6. cap. tributum, & cap. secundum 23. quæst. 8. cap. benè quidem distinct. 96. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Const. cap. nouerint, de sentent. excomm.* quod & ius ciuile prius agnouit, *l. Sancimus, C. d. Sacros. Eccles.* & admittunt etiam leges Hispaniarum partit. *vt in l. 50. & 51. tit. 6. part. 1. & l. 11. tit. 3. lib. 1. & l. 6. tit. 18. lib. 9. in noua recopilat.* & late Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 31. §. 5. num. 3. & seq.* Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 92. & 93.* & fuit non minus doctè, quàm latissimè deductum in causa *Albon. Gabellæ, seu Onerum*, 28. *Iunij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino.* Ita vt exigentes tales gabellas incurrant sententiam excommunicationis Cœnæ Domini, vt admittit Sanchez *consil. moral. to. 1. lib. 2. cap. 4. consil. 49. in princ.* Gutt. *de gabell. quæst. 92. numer. 22.* Nauarr. *in Manual. cap. 27. num. 128. & cap. 17. num. 201. in vers.* 83. Azeued, *in l. 3. num. 2. tit. 3. lib. 1. nouarum recopilationum*, Roder. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 8. fol. mihi* 142. *in vers. sexto*, Beia *respons. casuum consc. to. 1. casu 26. in princip.* Suarez *de censur. disp. 21. de excom. Papæ reseruatis in Bulla Cœnæ num. 99. cum seq.* Dominus, & Præceptor meus Ludouicus Carbo *de restit. quæst. 33. in vers. septima dubitatio, in primo dicto*, addens in tertio dicto, quod Episcopi obligati sunt ad denunciandum eos, qui in censuras Ecclesiasticas incidunt ob hanc causam. Neque suffragatur in isto casu exactio animo restituendi in fine mensis, Alterius *de censur. lib. 5. disp. 19. c. 3. ad finem vers.* 6. Duardus *ad Bullam Cœnæ can. 18. q. 15. n. 3. & q. 20. à n. 2. vsque ad quintum.*

2. Et prædicta verissima sunt, quia agitur de immunitate Ecclesiastica, quæ Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constituta est, vt dixit Concil. Trid. *sess. 25. cap. 20. de reform* & est de iure diuino, vt clarè innuunt illa verba, *Dei ordinatione*, vt considerat Gerunda *de priuileg. n. 1030* Guttier *dict. quæst. 9. n. 20. vers. sic. Non itaque.* Neque valet consuetudo etiam longissimi temporis in contrarium, vt tenent quamplures Doctores quos allegat Cenedus *in collect. canonic. quæst. num.* Nec est curandum, quod Couar. *lib. 2 var. cap. 20. num.* quem sequitur Tiberius Decianus 2. *tom. criminal. lib. 6. cap. 25. n. 2. post princip.* Farinac. *tom. 1. Crimin. qq. de carcere, & carcerat. q. 8. n. 1.* teneat contrarium. Quia communis opinio nedum Doctorum Italorum, sed etiam Vltramontanorum est in contrarium, vt videre est ex allegatis per Gerundam *loco modo allegato*, & per Cenedum *loco pariter supra citato, num. 1.* & latissimè Guttier. *de Gabell. d. q. 91. allegato n. 20.* vbi cumulat plures Doctores id tenentes, & per totam quæstionem multa dicit, quæ optimè faciunt.

3. Quantum verò ad bona inseparabilia, quæ sunt penes venditores venalia, vt puta panem, carnem: & similia: Domini firmarunt, quod si istis imponatur gabella, vtique ad illam soluendam Clerici, & personæ Ecclesiasticæ non teneantur per supradicta, & in puncto dicit Nauar. *in Manual. cap. 16. num. 203. vers. rogatus à multis.* Candelabrum aureum *in explicat. Bullæ in Cœna Domini n. 116. tom. 2.* Guttier. *de tract. de gabell. dictæ quæst. 92. num. 23. vers. & quod Rectores & populi.* Laurent. Portel. *in dub. regularibus in secunda impressione in vers. tributum, n. 8. in fin. vers. addo præterea*, Gratian. *discep. 390. num. 16.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 4. c. 11. vers. in dubium vertitur.* Ferdinandus de Castro Palao *de Relig. part. 2. disp. vnic. punct. 9. num. 10.* Hieron. Rodriquez *in compend. qq. regular. resolut. 63. num. 32. versic. & Azor.* Barbos. *de iure Ecclesiast. c. 39. §. 5. n. 12.* Vnde quicquid dicant aliqui in contrarium ista est communis, & vera sententia.

4. Remanebat solum videndum quomodo istæ exemptiones essent practicandæ, nec ciuitas defraudaretur: & Domini dixerunt quoad bona separabilia: si inter Ciuitatem & Clericum oriatur quæstio, an dicta bona sint ipsius Clerici, & non causa negotiationis: quod stetur iuramento Clerici Gloss. *in Clem. præsenti in versic. non negotiandi*, vbi etiam Vitalin. *n. 26. de censib.* Iason. *in l. catera, §. Sed & si quis num. 10.* post Baldum

quem allegat *ff. de legat. 1.* & consentit Abbas *in c. ex part. 27. in primo notabili, num 2. de priuileg* vbi quod clericatus probatur iuramento, Carolus de Grass. *de effectibus Clericat. effectu tertio, nu.* 258. Claudius Tutius *alleg. 19. n. 3.* & quando est locus præstationi iuramenti adeundus est index Ecclesiasticus, & non procurator Cæsaris, cum sit Laicus, Bertacchin. *in tract. de gabell. in 7. qu. colum. 5. versic. nec præterea.* Roland. *cons. 71. in. 25. lib. 4.* Carolus de Grass. *de effectib. Clericat. effectu primo n. 1268. & effectu 3. n. 258.*

Quoad bona inseparabilia præter alia remedia à iure, & a Sede Apostolica permissa placuit Dominis sequi Azorium *institut. moral. dicta part. 2. lib. 9. cap. 11. in 5. priuilegio.* Qui dicit in multis locis vsu receptum esse, vt Ecclesiasticis soluentibus gabellam intra annum ad exitum, & finem anni reficiatur damnum pecuniaria compensatione; ita tamen vt concurrat consensus Cleri, & præcedat beneplacitum eiusdem Sedis Apostolicæ, & si oriatur aliqua controuersia super isto defalco terminetur iuramento Ecclesiasticorum, vt in istis terminis dicit Ferrettus *de gabellis. n.* 174. quod iuramentum debet pariter præstari coram iudice Ecclesiastico per superius deducta.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

DECISIO II.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. Coccino Decano.

In causa Hispalen. Sponsalium.

Veneris 6. Martij 1637.

§. 1. FRanciscus Antonius contraxit sponsalia, cum Barbara eius consanguinea, in secundo gradu, sub conditione, si Papa dispensauerit, vt constat ex testibus in causa examinatis. Quare dubitaui, an ex talibus sponsalibus, Franciscus possit cogi contrahere, cum fuerit obtenta à Sanctissimo Domino Nostro dispensatio. Et quia pro vtraque parte adsunt Doctores, quorum multi loquuntur de matrimonio ante Concilium Tridentinum, quod solo consensu contrahebatur, absque præsentia Parochi; & duorum testium, & dubitant dicti Doctores, An illud valeat sub illa conditione, si Papa dispensauerit; itavt non requiratur nouus consensus, & alij tenent affirmatiuam, alij negatiuam, sunt tamen in eo concordes, quod matrimonium contractum per verba de præsenti, si non valet vti matrimonium, puta ex defectu ætatis, iuris interpretatione resoluitur in sponsalia, quamuis ex conceptis verbis matrimonium censendum foret. *cap. vnico §. 1. de desponsat. impub. in 6.* & idem probatur *in capit. à nobis secundum Præpositum, ibi n. 4. & in cap attestationes, & in cap. fin. eod. tit.* & quamvis in aliis contractibus hæc conclusio posset habere aliquam difficultatem, tamen secus est in matrimonio; quia sub contractu matrimonij etiam sponsalium conuentio comprehenditur, latè Couar. *in epitome de sponsal. part. 1. cap. 1. per tot.* vbi ita concludit, *& part. 2. cap. 3. num. 7.* Propterea nos videbimus, an vera sit opinio, quod matrimonium ante Concilium Tridentinum post dispensationem sustinebatur absque alio consensu, nam sustinebuntur etiam sponsalia, si verò non sustinebatur, nec etiam sponsalia hodie sustinebuntur absque nouo consensu. Et ista æquiparatio inter matrimonium & sponsalia non est noua, sed elicita ex DD. vt patet ex Innocent. *in cap. super eo 5. in princ. de condit. apposit.* inquit enim si quis contraxit matrimonium sub conditione si Papa dispensauerit, quidam credunt valere, subdit tamen, quod alij dicunt, non tenere sponsalia, ex quo requirebatur dispensatio, Alexand. de Neuo *ibid. n. 3.* Et sic apparet DD. eandem rationem considerare in matrimonio, & in sponsalibus, idem sensit Sanchez *de matrim. lib. 5. disput. 5. num. 5. vers. hanc sententiam, & num. 12. vers. & ideò hanc sententiam*, vbi quærens, an valeant sponsalia inter coniunctos contracta cum conditione, si Papa dispensauerit allegat sine distinctione DD. loquentes de matrimonio ante Concilium Trid.

2. Hoc prænotato, quod ista sponsalia valeant, sequuta dispensatione absque alio consensu tenet Butr. *in dicto cap. super eo. num. 8. de condit. apposit.* Mouetur, quia hoc commercium non est prohibitum, sed solum finis contractus confertur in conditionem euentus possibilis, & ideò valet, allegat notata *in cap. nisi cum pridem, de renunciat.* vbi Innocent. dicit, quod electio nulliter facta ex defectu personæ inhabilis, ratificatur si postea superueniat dispensatio. DD plenius *in cap. innotuit, de elect.* & idem Butr. *in c. at si Clerici, §. 1. de iudic. & in cap. in causis de elect.* dicit, quòd talis actus respectu potentiæ disponendi habet aliquod esse à sui principio, & hoc dictum sequitur Gaspar. de Calderin. & dicit Præpositus *in d. cap. super eo, num. 5. circa medium versic. amen opinio Domini Antonij*, referens rationes huius partis, licèt ipse postea relinquat cogitandum, quòd hęc opinio potest sustineri per *text. in simili, in l. si rem meã 31. ff. de verbor. oblig.* vbi licèt quis non possit rem suam stipulari purè, *l. nemo rem 82. ff. eod. tit.* tamen si stipulatur sub conditione, & tempore venientis conditionis non reperiatur sua, cùm esset impedimentum sublatum, valebit stipulatio, ergo si per dispensationem cesset impedimentum, valebit matrimonium, & subdit, quod facit *l. 4. iunct. l. fin. de opere publico.* Nam opus publicum sine permissu Principis est prohibitum fieri à priuato, & tamen si mandat priuatus fieri opus, Principe postea annuente valebit. Multa alia exempla deducit Pontius de Leon. *de matrim. lib. 3. cap. 35. n. 4. videlicet text. in l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis*, vbi legatum relictum à testatore in hunc modum: si aliquis ex meis hæredibus, vel amicis restitutionem mihi impetrauerit, & ante decessero, quàm ei gratias egerim, volo eidem dari centum; impetrauit vnus ex eis restitutionem prædictam, & antequam sciret testator, ille decessit, respondit T. C. legatum deberi, & tamen relictum dependebat à conditione, quæ erat in voluntate Principis. Et prædicta comprobantur. Primò, quia valet institutio filij spurij sub ea conditione, si Princeps legitimauerit, vt per DD. *in l. Gallus. §. vt institutus. ff. de liber. & posthum.* latè Couarr. *in epitome de sponsalib. part. 2. c. 8. §. 2. num 17.* & est textus in *l. in tempus 62. in princip. vbi Angel. de Perusio, ff. de hæredibus inst.* vbi de benignitate magis quàm de rigore iuris potest legari incapaci, vel potest institui, cùm capax erit, & tamen potest esse incapacitas, quæ pendet à sola voluntate Principis, provt est casus noster. Comprobantur etiam secundò, quia quando inter duos de aliquo beneficio lis est, licet illis inter se pacisci, & promittere pensionem, si Papa dispensauerit, quod sine illa conditione illicitum esset. Tertiò comprobantur, quia si quis contrahat cum infideli sub conditione, si conuertatur ad fidem, validus erit contractus, vt habetur *in l. 4. Partitar. tit. 4.* & docent Soto, & alij, vt notat Pontius *loco præcitato.*

3. Et hanc sententiã ponderando prædictas rationes, tenent vltra Butr. Calderin. & Pont. quamplures alij DD. quos allegat Sanchez *de matrim. lib. 5. disp. 5. videlicet* Angel *in verb. matrimonium tertio, impedim. 3. n. 4.* Dec. *in l. ea, quæ ratione 14. ff. de regul. iur.* Zacharias *ad Abbatem in c. super eo, in verb. dispensauerit, de condit. apposit.* Viuius *commun. opin. p. 2. opin. 487. n. 2. vers. in contrarium*, sub nomine Gabrielis allegatus à Sanchez. Et quod hæc opinio de consuetudine seruetur dicit Boër. *decis. 263. n. 26.* Couar. *in Epitom. de sponsal. 2. part.*

2.part.cap.3.num. S.Nauarr. *lib.4.titul.de sponsal.consil. 25. num.2. verſ.tertius caſus in prima editione, quod eſt in ſecunda editione conſil.5.num.3.de conſanguinit.* Clar. *recept.ſent. lib.5. verb. inceſtus, verſ. ſed quid.* Tabien. *in verb.ſponſalia, quæſt.8.num.9.* Armil. *num.11.* & ex Theolog.Adrianus Sextus *in 4.ſententiarum de Sacramen.matrim.quæſt.3.dub.10.* Filiarch. *in ſumm.paru.de offic.Sacerd.de ſponſalib.* Veracruz *append.ad ſpecul.conin.ſuper articul.19.de condit.* Petr,de Ledeſm. *de matr. quæſt.47. art.5. dub.2. concluſione 3.* Ludouicus Lopez *2.part. inſtruct.Sacerd.cap.42.de matrim.* Angles *floribus prima part.queſt.2. de matrimon. condition. articul. vnic.dub.5.* Bartholom.de Ledeſma *de matrim.dub.25.* & in hanc ſententiam videtur inclinare Iaſon.*in l.apud Iulianum, alias incipit: Aphricanus, §. conſtat, num.11. ff.de legat. primo*, & nouiſſimè illam ſequitur Petr. de Ochagauia *de Sacram.tract.de Sacram.matrim.part.19. num.7.*

4.His tamen non obſtantibus DD.cenſuerunt ſponſalia fuiſſe nulla ſtante dicto impedimento conſanguinitatis inter contrahentes, etiam quod fuerint contracta ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, nec poſſe ſuffragari diſpenſationem obtentam,cum poſt illam,& illius executionem non interuenerit nouus conſenſus, & ratio eſt, quia ius perpetuò prohibet dicta ſponſalia, & propterea,nec ſub conditione contrahi poterunt, *l. inter ſtipulantem,*82.§.*Sacram.ff.de verb. oblig.* vbi ſi res à commercio eximatur,ſuper ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, nec reuiuiſcit impedimento ceſſante, *l.continuus* 137.§.*cum quis, ff. eod. tit.* vbi cum quis ſub hac conditione ſtipulatus ſit, ſi rem ſacram,aut religioſam Titius vendiderit,vel forum aut Baſilicam, & huiuſmodi res, quæ publicis vſibus in perpetuum relicta ſint, vbi omninò conditio iure impleri non poteſt, & ſi velit facere, ei non liceat, nullius momenti fore ſtipulationem, perinde ac ſi ea conditio, quæ natura impoſſibilis eſt inſerta eſſet. Nec ad rem pertinet, quod ius mutari poſſit,& quod nunc impoſſibile eſt, poſtea ſit impoſſibile fieri. Non enim ſecundùm futuri temporis ius, ſed ſecundum præſentis æſtimari debet ſtipulatio,& notat *ibi gloſſ.in verb.natura*, quod intereſt ſiue de natura, ſiue de iure impoſſibilitas proueniat, *l.ſi ſtipulor, ff. de verb.oblig.* Silueſt. *in verb.matrim.3. num.9.in fin.* & iſta eſt ratio Innocent. *in dict.cap.ſuper eo. in princip. de condit. appoſit.* quem alij DD.ibi communiter ſequuntur, & Card. *ibid.nu.2. verſ.quæro,* aſſignat rationem dicti ab Innocent.nempè quia euentus diſpenſationis non habet facere, vt liceat contrahere ſuper illicito, vt eſt matrimonium inter coniunctos, & ita dicit ſe contuliſſe, & benè, quia de hoc habetur in eius *conſil.57.n.2.* vbi dicit,quod ſponſalia ſunt contracta ſub conditione impoſſibili,cum diſpenſatio per ſolum Principem fieri poſſit *d. l.apud Iulianum* 45.§.*fin.ff.de legat.1.* Anchar.*in d.c ſuper eo,n.7.* Prob.*ad Menoch.in cap.vnico.num.11. de ſponſalib.in ſexto.*

5.Et quamuis ſumma Angelica *in dicto verb.matrim. 3.impedimento 3. num.4.* dicat quod textus in *d. §. Sacram.* loquitur de re, quæ non erat in commercio,nec eſſe poterat, quod non eſt in matrimonio ſublato impedimento per diſpenſationem, & ad rationem Cardinalis deductam ex d.l. apud Iulianum reſpondet, eam debere intelligi, quod conditio ſit impoſſibilis, quando pendet à voluntate Principis, in his, quæ Princeps concedere non ſolet, ſecus in ſolitis concedi diſpenſatiuè,vt eſt *text.in l.intercedit.ff.de condit.& demonſtr.*& allegans cæteruam Doctorum dicit Sanchez *de matr. d.lib.5.diſp.5.n.12.* vbi quod pendens à voluntate Principis reputatur impoſſibile quando princeps id concedere non ſolet : ſecus quando ſolet. Attamen Summæ Angelicæ reſpondet Silueſter *in ſumm.in verb.matrim. 3.quæſt.9.num.9.* nempè rationem differentiæ deductam inter *text.in d.§. ſacram.* & matrimonium de quo nos agimus, non tollere obiectum, quia etiam res publica ſublato impedimento per publicam poteſtatem poteſt vendi priuato & valebit ſtipulatio, & ad ſecundum motiuum eiuſdem Summæ Angelicæ reſpondet quod dicta lex apud Iulianum loquatur in omnibus in quibus ſine conſenſu Principis non eſt commercium, & ſubdit, quod hæc eſt ratio omnium exemplorum,quæ ibi ponuntur vt patet in fine. Poſſet etiam dari alia reſponſio, videlicet, quod id, quod petitur à Principe, ſi pendet à mera gratia reputatur impoſſibile. Tiraquell. *de retract.lignag.§.32. num.59.* ſi autem pendet à iuſtitia,& tunc dicitur poſſibile, idem Tiraquell. *ibidem num.63.* & eſt de mente Probi *ad Monach. in dicto c. vnico,num.11. de ſponſal.in ſexto.* Sed non verſamur in diſpenſatione concedenda in ſecundo gradu, in quo iuxta diſpenſationem *Concilij Tridentini ſeſſ.24.c.5.de reformat.matrimonij,* diſponitur, quod nunquam in ſecundo gradu diſpenſetur, niſi inter magnos principes, & ob publicam cauſam,Enriquez *in ſumm. lib.12. cap. 3.num.6. in Comment. littera X.* Güttier. *de matrimon. cap.128.num.14.*Sanchez *de matrim.lib.8.diſputat.19. n.5.* & licet Summi Pontifices poſſint, & ſoleant aliquando diſpenſare inter inferiores.Zerol.*in prax. Epiſcopal.part.1.verb.diſpenſatio §.ſecundò,*hoc fit ex mera gratia,& propterea non ceſſat ratio impoſſibilitatis, vt modò dictum fuit.

6. Alias rationes aſſignat Abbas *in dict.cap.ſuper eo, n.8.*videlicet,vt actus retro extendatur, oportere, quod potuerit intercedere à principio *l.ſi is, qui pro emptore, ff.de vſucap.* Sed matrimonium,& ſponſalia non potuerunt eſſe à principio temporis, quo fuerunt inita, obſtante impedimento,ergo non potuerunt retrotrahi.Secundam affert rationem quod ex facto à iure improbato non poteſt oriri aliqua obligatio *l.cum lex,ff.de fideiuſſor.* See in contractu conditionali ſola ſpes eſt in obligatione, & propter illam ſpem contractus retrotrahitur,ſed in noſtris terminis nulla fuit obligatio ratione prædicta,ergo opus eſt nouo conſenſu.

7.Et iſtam ſententiam,vltra Innoc.Cardinalem Abbatem,Anchar.Prob.ad Monach. & Silueſtrum ſupra allegatos, tenuerunt Ioan. Andr.*in dicto cap.ſuper eo, in verb.aſſenſum.*Hoſtien.*num.1.* Alex. de Neuo *num.13. vſque ad* 18 Henric.Boich.*in cap.fin.num.2.verſ.aut eſt talis, eodem titul. de condit. appoſit.* Franc.Aretin.*in l. cum ſeruus,num.11.poſt princ.verſ.& ad materiam*, vbi teſtatur opinionem *Innocentij in dicto cap.ſuper eo, eſſe communem.* idem Franc.Aretin. *in conſil.*142. *à num.1. vſque ad quartum,*Addit.ad Dec. *in l.ea quæ,num.64. in littera A, ff.de reg.iur.* Loazes *de matrimon.dub.12. in princ.*Roſell.*in verb matrimonium 5.q.vltima.*Aſten. *in ſumm.lib.6.titul.3.de mod.contrahen. ſponſalia,* Cucch. *Inſtr.maior.lib.5.tit.11.de Sacramen. matrim. num.56.* Villalob. *in ver.matrimonium,n.40.& 41.*Tell. *ad l.22. Theſauri.num.18.*Mazient.*lib.5.recopilat.titul.6. lib.6. gloſſ.5. nu.2.* Et ex Theologis Victoria *ſum.de matrim. n.258.* Soto *ſuper 4.diſt.29.q.2.art.1.* Ledeſma *ſecunda quartæ,quæſt.45.art.1. col.3.* Veracruz *prima parte Specul.art.19.verſ.quod ſi quæris,*Henriq. *lib.12.de matrim. c.10.n.4.*Viuald.*in Candelabro de Sacram.matrim.part. 1.n.55.*& hanc ſententiam eſſe probabilem,dicunt Petr. de Ledeſma *de matrim.quæſt.47.n.5. dub. 1.* & Vega *in ſumma lib.2.cap.334.*& verè eſſe probabilem dicit Sanchez *de matrim.dict.lib.5.diſp.5.n.5.in fin.*Et hanc ſententiam tenet Rota,vt in deciſ.Seraphini 1156.vbi reddit rationem, quia conſenſus impeditorum per ſe non valet, & Papa diſpenſando non validat actum, ſed ſolùm dat facultatem contrahendi,non autem approbandi, & ratum habendi,quod illicitè geſtum eſt, & prius dixit eadem Rota *in cauſa Taurinen.ſponſalium 2. Decemb.1594.coram bon.men.Petro Franciſco Gyptio,Cardinal. Mantic.deciſ.201.n.4.Sim.Gregor.deciſ.410.vbi*

Add. & fuit resolutum in causa Vlixbonen. matrimonij 21. *Iunij* 1613. *coram don. mem. Card. Sacrato*, & in causa Colimbrien. Sponsalium 26. *Octobris* 1616. *coram bon. mem. Buratto*, & in Bonon. transactionis 5. *Decemb.* 1607. *coram me, quæ est decisio impressa* 374. *n.* 6. & 7. vbi quod stante gradu prohibito deficiunt materia, & forma, & propterea requiritur nouus consensus, quod non est in alienatione rerum Ecclesiæ, quia ex eo non requiritur nouus consensus, quod alienatio habet implicitum statum validitatis Ecclesia non reclamante.

Non obstant in contrarium adducta, & præcipuè illud, quod potest fieri institutio de filio spurio sub conditione si legitimabitur, quæ potestas legitimandi penderet sola voluntate Principis, & ideò impossibilitas, quæ oritur ex dispensatione obtinenda à Principe non causat impossibilitatem; huic namque fundamento respondetur, quod impossibilitas dupliciter potest considerari, vel per naturam, vel de iure stipulandi, vt aduertit, licèt ad aliud propositum, Sylvester *in dict. verb. matrimonium* 3. *num.* 9. *in fin.* In casu institutionis spurij si legitimabitur, & in similibus casibus, non adest impossibilitas natura, nec de iure stipulandi, quia ex *dict. l. in tempus, in principio, de hæred. instit.* de benignitate magis quàm de iuris rigore potest legari incapaci, & potest etiam institui, cum capax erit, & sic non adest incapacitas de iure prout est in matrimonio, vt aduertit Sylvest. *loco prædicto dict. nu.* 9. *in fin.* & patet ex prædictis. Franc. Aret. dat alias solutiones *in d. consil.* 142. *n.* 3. quæ potuerunt videri, licèt visæ fuerint DD. satis subtiles & ex hac responsione tolluntur alia similia deducta in obiecto.

Non obstat, quòd electio nulliter facta ex defectu personæ inhabilis ratificetur, si postea superueniat dispensatio, quia respondetur, quòd in matrimonio carnali nulliter contracto, & in sponsalibus nulliter contractis reperitur aliter dispositum, quia si matrimonium fuit simpliciter contractum inter inhabiles, quamuis postea esset inhabilitas, & impedimentum, non ratificatur ex priori consensu, sed ex nouo, propterea, quod nouum matrimonium contrahatur, & ita probatur *in c. penultim. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, & tenent *gloss.* & Doctores *in c. 1. eod. tit.* & potest esse speciale in causa electionis, ne Ecclesiæ diutius vacent, & prouisio fiat celebrior, ita respondet Franc. Aret. *in d. consil.* 142. *n.* 1. *vers. item electio*, & insuper Butr. ipse vt aduertit Aretin. *loco prædicto in d. c. innotuit. de elect. nu.* 11. intelligit prædicta habere locum, quando causa nullitatis, vel inhabilitatis erat occulta, & contra conclusionem firmatam à Butrio *in d. cap. super eo est regula*, quod quando persona est ipso iure inhabilis à principio, quo geritur actus, habilitas postea superueniens non ratificat actum, *l.* 1. *§. si filius*, & ibi per Bart. *& alios ff. de legat. tertio, & in c. dudum. de elect. & in cap. si eo tempore*, & ibi notatur *de rescript. in sexto*. Propterea, quæ dicuntur de electione non sunt trahenda in consequentiam, quatenus sunt contra iuris regulas, alioquin etiam dici posset, quod si matrimonium, & sic sponsalia purè contraherentur, & postea obtineretur dispensatio, ratificaretur matrimonium, quod nullus dicet, vt aduertit Aretin. *loco citato, num.* 2. & est verum, quod probat Sanchez *de matrim. d. lib.* 3. *allegat. disp.* 3. *c.* 26.

Ex quibus, & ex aliis supra deductis cum sint sublata obiecta, fuit conclusum non constare de talibus sponsalibus, itavt Franciscus Antonius sit cogendus ad contrahendum matrimonium.

DECISIO III.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino.

In causa Gerunden. Scribaniæ.

Mercurij 1. *Iulij* 1637.

§. 1. INsigni Iurisconsulto d. Ioanni Petro Fontanella, per Abbatem S. Patri Bisulduni, Ordinis S. Benedicti, de anno 1614. concessa fuit in Emphyteusim Scribania, de qua agitur, pro annua pensione librarum 70. quam concessionem cum impugnaret modernus Abbas, pro iustificanda illius validitate, ab eodem Fontanella petita fuit remissoria, & DD. hodie denegandum censuerunt huiusmodi remissoriam,

2. Quo enim ad articulos in quibus asseritur Scribaniam istam ab annis 40. & vltra, solitam fuisse locari pro libris annuis 70. indéque tanquam rem solitam alienari, potuisse absque solemnitate, & beneplacito Apostolico concedi Cæs. Graf. *decis.* 3. *numer.* 14. *& decis.* 4. *numer.* 8. *de reb. Eccles. non alien.* cum aliis. Visum fuit DD. non esse dandam remissoriam, quia solitum huiusmodi potest probari per scripturas, & instrumenta concessionum, vnde non est indulgenda probatio remissoriæ per testes Rot. *apud Card. Seraphin. decis.* 1466. *num.* 3. *& in recent. decis.* 314. *num.* 1. *p.* 1. *& apud Card. Caualler. decis.* 87. *num.* 1. Et in terminis soliti, seu consuetudinis similis fuit dictum in Lodien. vsusfructus 28. *Ianuarij* 1628. *coram Reuer. Vegellen.* & in Romana, seu Spoletana successionis 30. *Maij* 1631. *coram me.*

3. Quo verò ad alios articulos, in quibus explicantur merita laboris impensi, & patrocinij præstiti per ipsum Fontanellam in causis Ecclesiæ, necnon obligatio eiusdem Fontanellæ, & successorum, sedulam nauandi operam in futurum, pro tuendis iuribus in causis Ecclesiæ, sine vlla mercedis spe, quorum meritorum motium esse solet causa sufficiens pro concessione bonorum Ecclesiæ, vt inuitentur homines ad benefaciendum Ecclesiis Alexand. *consil.* 55. *n.* 6. *lib.* 1. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. q.* 22. *n.* 23. *& 24.*

4. Existimauerunt DD. merita expressa non esse equialentia, & coæqualia concessioni inuestituræ, & damno inde resultanti ipsi Ecclesiæ, cum Scribania alias ante hanc concessionem fuerit locata pro libris annuis 150. & Fontanella eam receperit solum pro annua pensione librarum 70. & sic eum damno Ecclesiæ vltra dimidiam antiquæ pensionis; labor autem, & aduocatio impensa in causis eiusdem Ecclesiæ patrocinandis non tanti facienda videntur, vt dictam iacturam resarcire valeant, cum præsertim pro operis in præteritum nauatis patronus præsumi possit satisfactus, stante cursu quindecim annorum, per quod tempus præstitum fuerit patrocinium, vt asseritur in Inuestitura facta D. Fontanellæ de anno 1614.

5. Quod verò ad patrocinium pollicitum pro causis in futurum, cum fieri possit Ecclesiam in posterum nullas passuram esse forenses controuersias, & sic aduocatione promissa non egere, sequitur omnino incertum, & euentualem esse huiusmodi vtilitatem, quæ tamen, vt suffragetur pro alienatione bonorum Ecclesiæ, debet esse clara, & euidens, non autem turbida, ita vt conditio Ecclesiæ patenter melior fiat, & locupletior, vt per Abbat. *in c. ad aures num.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* Rot. *apud Cæs. Graf. decis.* 4. *num.* 7. *de reb. Eccl. non alien. & diuers. decis.* 65. *num.* 4. 20 *& 23. & decis.* 367. *num.* 6. *& 7. part. decis.* 165. *num.* 4. 20 *& 23. & decis.* 367. *num.* 6. *& 7. part. 5. recent.* Merita autem gratis impensa, & beneficia in Ecclesiam collata, eatenus sunt causa sufficiens pro concessione bonorum Ecclesiæ, quatenus sunt ad eam commensurata, & correspondentia, illorumque respectu

adhuc

adhuc Ecclesia,non obstante tali concessione,seu alienatione remaneat cum lucro,& vtilitate euidenti iusta tradita per Oldrad. *consil.*126. *num.*8, Ioan.Lop. *in repet.sub.de donat.int.vir.& vxo.*§.50.*nu.*28.& benè explicat Molin.*de iust.& iur.disp.*145.*vers.de remuneratoriis,& vers.de moderatis.* Nec enim sufficit,si beneficia sint colorata,& in occasionem sumpta: sed debent esse vrgentia,& insignia,vt monuit Io.And.*in addit.ad Speculat.in rub.de reb.Eccles.non alien.*Oldrad.*d.consil.*126. *n.*6.Ioan.Lop.*d.*§ 50.*num.*31.Monach.*consil.*112.*n.*11. *vers.& ista.*Sanch.*de matrim.lib.*6.*disp.*6. *num.*5. Adeo vt aliqui auctores existimauerint,si beneficia non præstent ius aliquod agendi,& beneficiatum nedum ex antidorali obligatione,sed & ciuili,vt saltem officio Iudicis compellant ad remunerandum,concessionem remanere liberalem , & gratuitam donationem, non autem propriè remuneratoriam,ita Penel.*in l.*1. *part.*3. *n.*60. *vers.mihi semper placuit C.de bon. matern.* Ceual. *com. con.com.q.*237.*n.*22.Cost. *de portio.rat.quæst.*52.*num* 8. Giurb.*ad consuetud. Messan.part.*1.*cap.*14.*nu.*12. Quæ opinio vbi agitur de concessione facta per Ecclesiam,in qua semper requiritur euidens vtilitas,videtur multum rationabilis,& benè scripsit Natt.*consil.*295.*sub num.*4. quod tunc Prælatus remunerare potest si habeat tantundem,prudentérque etiam monuit Rosental.*de feud. c.*4. *concl.*39. *n.*4. conclusionem illam,vt Prælatus ob bene merita possit condere,vel alterare in puncto iuris periculosam esse. Quæ magnitudo & qualitas meritorum , & proportio cum alteratione pensionis à libris 150.ad 70.in casu præsenti nullo modo considerari potest ex supradictis , sed inde apparet euidens damnum ipsius Ecclesiæ vltra dimidium.Et propterea materia articulata apparet irrelevans, & sic non est danda remissoria,ad probandum id quod probatum non confert ad causam,& dispendium potius,quàm commodum adfert litigantibus.Mohed.*decis.*5.*n.*6.*de probat.*Cassad.*dec.*2. *n.*1.*de dilatio.*Cuputaq.*decis.*54.*n.*3.*& decis.*66.*n.*3.& fuit dictum in Romana, seu Spoletana successionis 30. *Maj* 1631. *coram me.*

6. Præsertim , quia data sine veri præiudicio, etiam meritorum vrgentia , adhuc illa sola non suffragatur, cum non causa tantùm,sed & solemnitas,hoc est beneplacitum apostolicum , copulatiuè exigatur in alienationibus bonorum Ecclesiæ : Rot. *apud Card. Seraph. decis*508.*n.*1.*& in recent.decis.*430.*n.*4.*part.*2.*& denis.*367.*n.*1.*part.*5 quæ solemnitas hic deficit, vt supra fuit deductum.

7. Neque dicatur, quod vbi probatum fuerit Scribaniam esse solitam locari,tunc non sit necessaria solemnitas beneplaciti Apostolici. Quoniam omisso , quod pro facienda ac probatione , remissoria non est opus, cum per instrumenta fieri possit , vt suprà dictum est; quatenus etiam id legitime probaretur, non reuelaret, tum quia vbi solitum alteratur provt factum fuit in casu præsenti à libris annuis 150.ad 70.non potest adhuc res in emphyteusim concedi sine beneplacito apostolico iuxta doctrinam Dec.*in authent.qui rem n.*22.& ibidem Cognal.*n.*58.*Cod.de Sacrosanct. Eccles.*Curt.Iun. *de feud. part.*2. *q.* 6. & sequuta fuit Rotâ in Rauennaten.emphyteusis 22. *Maij* 1628.*coram Reuerendiss.D. meo Decano.qua est decis.*176.*n.*42.*& seq.part.*5. *recent.* Altercatio quippe est noua alienatio , vt post alios aduertit Ferdinan.à Castro Palao *de relig.tom.*2.*tract.*11. §. 4. *num.*4. Et in concessione rei solitæ alienari debet adesse euidens vtilitas Ecclesiæ etiam inspecto tempore præsenti,quo fit renouatio ,non autem tempore,quo res cœpit alienari , seu in emphyteusim concedi primo loco *per text.in extrauag.ambitiosæ* ibi, *tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate,de reb. Eccl.non alien.*& tradunt Honded.*consil.*51.*n.*60.*&* 61.*lib.*1.Borgnin.*decis.*30.*nu.*15. *&* 79.*part.*2.Molin.*de iust.& iur.disp.*468. *n.* 17. Gratian.*discept.forens.c.*813.*n.*37.*&* 41.Ferdinand.de Castro Palao *d.*§.4.*n.*4. *vers. secunda conditio.* Rot. *apud Cas.Gras.decis.*3.*n.*16.*& decis.*4.*per totam de reb. Eccl. non alienan.& decis.*382.*ante n.*2. *& decis.*607. *num.*1. *part.*1.*diuers.*& in Romana domus 29. *Nouemb.*1587. *coram Blanchetto,*& in Vlixbonen. prædij 14. *Ianuarij* 1603.*coram Ortembergo* , & nuper in Æsina bonorum 27.*Martij præteriti coram R.P.D.meo Buccabella,* quæ vtilitas deficit vbi solitum alteratur in præiudicium Ecclesiæ , & res conceditur vni pro minori pretio , & cum deterioribus conditionibus, quam antea fuit concessa,vel tunc possit concedi alteri, vt per Gabr. *de iur. emphyt.concl.*1.*n.*28. Honded. *d.consil.*51.*n.*59.*lib.* 1. Trentacinq.*var.resol.lib.*3.*tit.*1. *resol.*5. *n.*8. Maresc ot. *var.resol.lib.*1.*c.*3.*n.*24. Gratian. *discept.forens.c.*88.*n.* 36.*&* 37. Rosental.*de feud. part.*7. *concl.*24. *n.*19. *vbi addend.littera X.*Ferdin.à Castro Palao *d.*§.4 *sub.nu.*4. Rot.*decis.*195.*n.*9.*part.*2.*diuers.*

8. Tum etiam quia ad hoc vt res solita alienari possit fine solemnitate concedi, requiritur,vt duret eadem causa primæ concessionis,& res perseueret in statu primo,neque sit mutata,secus autem si cessauerit,& fuerit mutata,vt per Abb. *in cap.vt super n.*11.*vers.ego crederem de reb.Eccles,non alien.*Rebuff.*eodem tr.n.*33.Borgnin.*decis.*30.*num.*8.*&* 10.*num.*48.*&* 53. *&* 85. *& decis.*31 *nu.*113.*& sequent.* Schrader.*de feud.part.*4.*c.*2. *n.*20.Rot.*apud Cas.Gras. decis.*4.*num* 17. *de reb. Eccl. non alien.& coram Card. Seraphin. decis.* 1490. *num.*7. & in Mediolanen. bonorum 23. *Ianuarij* 1593. *coram Orano;*Quod requisitum neque fuit articulatum in casu præsenti.

9. Et demum quia quando res solita concedi fuit applicata,& incorporata mensæ Prælati,tunc sine solemnitate amplius concedi non potest,iuxta Guid.Pap.*dec.* 154.Clar.*in* §.*feudum q.*13.*vers.bene verum.*Schrad. *de feud.part.*4.*c.*2.*n.*14 Rosental.*de feud.c.*8.*concl.*33.*per tot.*Ferdinand à Castro Palao *d.*§.4.*n.*3.*& sub n.*4.*vers. tertia conditio.*

Ex quibus vtraque parte informante resolutum fuit denegandam esse remissoriam.

DECISIO IV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino.

In causa Gerundensi Scribaniæ.

Veneris 27. *Nouembris* 1637.

§.1. DOmini steterunt in decisis,scilicet deneganda esse remissoriam & permittebant tres conclusiones in iure verissimas,& passim à Rota receptas.

Prima est conclusio quod non datur remissoria ad probandum per testes , quod potest probari per scripturas. Bellamer. *decis.* 9. vbi testatur de stylo palatij , & Romanæ Curiæ. Felin. *in cap.*1. *num.*4. *de appellat.* Rot. *decis.* 271.*num.*2. *part.* 5. *recent. & apud s.m. Gregorius XV. decis.*253. *numer.*2. *& coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.*131. *numer.* 13. præter allegatos in alia decisione huius causæ. Cùm enim probatio per instrumenta sit sincerior , expeditior , & magis tuta, frustra recurrimus ad testes, qui vel obliuione, vel alio defectu labi possunt , & ideò incertior redditur eorum depositio, & minus secura probatio , vt per Bellam. *d. decis.*9.& Bald. *consil.*109. *in princ.lib.*4. vbi quod instrumentis lux veritatis assistit. Cranet. *consil.*54.*n.*15. *cum aliis.*

2. Secundam præmittebant conclusionem quod non admittuntur testes,& sic denegatur remissoria, vbi articulus non respicit factum , quod subiaceat oculis,seu notitiæ testium , si enim sit articulus iuris , & pendeat à iudicio , tunc iudex ex sua peritia, & ex dispositione

iuris depromit determinationem causæ, non autem ex testium opinione, vel credulitate, vt fuit dictum in Corduben. decimarum 26. *Martij* 1607. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano*, in Toletana Canonicatus 13. *Nouembris* 1609. *coram Card. Lancelloto* in Viterbien. bonorum 30. *Decembris* 1613. *coram bon. me. Pariaycha Manzanedo*, in Hispalen. præeminentiarum 15. *Nouembris* 1617. *coram bon. me. Andrea, quæ est decis. 593. n. 1. & 8. part. 4. recent.* & in Valentina iuris sedendi 15. *Decembris* 1634. & 16. *Martij* 1635. *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

3. Tertia conclusio est quod non datur remissoria, quando materia articulata est irreuelans; conteritur enim tempus, & litigantes vexantur tædio, & expensis dum ad inanes probationes conuertuntur. Rot *decis.* 126. *n.* 2. *& decis.* 503. *n.* 2. *part.* 2. *ac decis.* 250. *n.* 1. *& dec.* 129. *n.* 1. *part.* 5. *recent.* & in dicta Valentina iuris sedendi *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

4. Ex his postea Domini inferebant non esse dandam in casu præsenti remissoriam, quia si respicimus primos articulos, illi continent, quod res solita fuit locari, & quod de hac Scribania factæ fuerunt plures concessiones, pro annua pensione librarum 70. ex quibus deducunt informantes pro D. Fontanella potuisse etiam illi concedi pro eadem pensione absque alia solemnitate. Verum cum emphyteusis de sui natura requirat scripturam, nec aliter probari possit, secundum communiorem sententiam de qua testatur Socin. sen. *consil.* 120. *n.* 14. *lib.* 4 Rolan. *consil.* 87. *num.* 9. & 10 Surd. *decision.* 10. *nu.* 1. Valasch. *de iur. emphyt. quæst.* 7. *num.* 2. & 7. Molin. *de contract. disp.* 447. *n.* 4. *& sequent.* Gratian. *discept. forens. c.* 188. *n.* 1. & 2. & dixit Rot. *apud Card. Seraphin. decis.* 627. *n.* 1. *& in recent. decis.* 400. *nu.* 10. *& decis.* 630. *n.* 6. *part.* 1 Et consuetudine vniuersali vbique locorum receptum est, vt fiant inuestituræ, & publica documenta super emphyteoticis concessionibus, præsertim in his, quæ ab Ecclesia recipiuntur. Propterea si de articulatis per D. Fontanellam concessionibus, extant scripturæ, debent illæ in actis exhiberi, ad effectum probandi solitum, non autem super hoc testes induci.

5. Quo verò ad articulos, qui concernunt valorem meritorum patrocinij præstiti à D. Fontanella; & periculum, quod subire poterit monasterium in futuris litibus, quas defendere promisit idem Fontanella indéque etiam an requiratur beneplacitum apostolicum, & an adsit vtilitas, benè intrat secunda conclusio, vt Rota hæc omnia debeat diffinire ex iuris principiis, & iuxta Doctorum axiomata, non autem depromere resolutiones ex iudicio, & opinionibus.

6. Circa alios autem articulos intrat tertia conclusio de irreuelantia, quæ est patens ex eo, quod in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum requiruntur duo copulatiuè, & solemnitas nempe beneplacitum apostolicum, & causa nempe necessitas, seu vtilitas euidens, ac indubitata, vt colligitur *ex c. 1. de rebus Eccl. non alien. in 6. ex Clem. 1. ne non ex extrauag. ambitiosa eod. tit.* Dec. *cons.* 142. *n.* 4. Surd. *consil.* 181. *nu.* 14 Rot. *decis.* 160. *n.* 1. *& decis.* 178. *n.* 1. *& 10. part.* 2. *diuers. & in recent. dec.* 430. *num.* 1. *& 4. part* 2. *& decis.* 367. *n.* 1. *part.* 5. & fuit firmatum *in* 1. *decis.* & præter ibi allegatos ex recentior. comprobant Donat. Anton. Marin. *quotid. resol. c.* 6. *per tot.* Ferdinand. à Castro Palao *tr.* 11. *disp. vnic.* §. 2. *n.* 1 *& sequent.*

7. Hic autem deficit vtrumque, solemnitas quidem deficit, quia licet ea non requiratur in re solita locari, quotiescumque docetur de vna locatione solemni, ac legitimè facta, nempe cum beneplacito apostolico, vel de duabus solemnibus per 40. annos effectum sortitis, iuxta doctrinam Alex. *in consil.* 9. *n.* 6. *lib.* 3. *& consil.* 189. *n.* 19. *lib.* 2 Rota *apud Card. Seraph. decis.* 434. *n.* 5. *& in rec. decis.* 367. *n.* 18. *&* 19. *part.* 5. & in Nucerina prædij 24. *Maij* 1621. *coram me*, in præsenti casu duæ quidem exhibeantur concessiones, prima de anno 1570. & altera de anno 1590. vsque ad 1614.

8. Tamen huiusmodi solitum non suffragatur, quia dictæ inuestitutæ antecedentes non sunt conformes huic postremæ inuestituræ receptæ de anno 1614. per D. Fontanellam. Vna enim ex dictis antiquis concessionibus facta fuit ad vitam vnius tantùm personæ, altera verò est facta ad vitam vnius, & illius dumtaxat successoris. Postrema autem hæc inuestitura D. Fontanellæ est ad tertiam generationem, cum facultate nominandi attributa tam ipsi D. Fontanellæ, quàm eius filio, seu nominando, vt in processu compulsoriali fol. 23. Et sic non leuis adest alteratio, ac proinde intrat inclusio, quod expediendum erat beneplacitum apostolicum, etiamsi res ipsa materialis solita fuerit alias concedi, si in conditionibus, vel alio modo fuerit alteratum, tunc enim dicitur noua concessio, & noua alienatio, Dec. in *authen. qui rem n.* 22. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* Clar. *in* §. *emphyteusis q.* 6. *vers. scias tamen benè*, Vrsil. *ad Asslit. decis.* 305. *n.* 8. *vers. primo quod ista, & num.* 9. *vers. secundo.* Cauagnol. *ad Menoch. consil.* 79. *n.* 2. & 3. & fuit firmatum in alia decisione atque etiam in Imolen. bonorum 21. *Maij.* 1593. *coram bon. me. Card. Pamphilio.* Et in terminis alterationi huiusmodi resultantis ex facultate nominandi concessa vltimo inuestito, quæ in antiquis concessionibus non legebatur, est Cardin. Seraphin. *decis.* 1499. *n.* 7. & Rot. *decis.* 367. *n.* 20. *part.* 5. *recent.*

9. Neque applicantur *dec.* 622. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* & in Cæsaraugustan. officij notariatus 27. *Nouemb.* 1610. atque in *Turritana Scribaniæ* 1. *Iulij* 1633. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quia illæ decisiones emanarunt in casu quo concessiones factæ fuerant ad vitam vnius tantùm, hæc verò D. Fontanellæ est in tertiam generationem, & in defectum generationum ipse poterat tam in contractu, quàm in vltima voluntate, etiam in articulo mortis nominare, & primo nominatus poterat eodem modo quandocumque aliùm nominare, vnde non potest negari, quin hic agatur de maiori præiudicio Ecclesiæ, quæ diuturniori tempore erit priuata vtili dominio Scribaniæ, quòd non cadebat in casu dd. decis.

10. Vtilitas etiã deficit, imò euidens est damnum Ecclesiæ, concessa enim fuit hæc Scribania D. Fontanellæ pro libris annuis 70. vt in processu compulsoriali fol. 22. & sequ. & tamen anno antecedenti locata fuerat prò annuis libris 150. dicto processu fol. 21. Quæ locatio licet esset ad triennium, tamen nec in huiusmodi locatione ad breue tempus præsumitur quod conductor voluerit iacturam facere, & concurrit etiam quod Dominus Fontanella statim sublocauit per duo triennia, imò continuauit ab anno 1615. vsque ad annum 1628. semper pro annuis libris 150. vt in processu compulsoriali fol. 32. fac. 1. & fol. 34. fac. 2. & fol. 36. fac. 2. & fol. 66. fac. 2. & fol. 79. fac. 1. Ex quibus locutionibus excluditur vtilitas, imo probatur damnum Ecclesiæ, quia si & ipsa locasset temporaliter, non autem in emphyteusim concessisset; longè duplo plus percepisset quàm percepit ex hac concessione emphyteotica, & vtilitas ad hunc effectum debet considerari de tempore renouationis, siue vltimæ concessionis factæ D. Fontanellæ, vt in verbis dispositum est *in extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* ibi, *tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate.* Rot. *apud Cas. Graf. decis.* 4. *per tot. eod. tit.* Gratian. *discept. forens. c.* 379. *num.* 22. & 23. & fuit in alia decisione firmatum, nec non etiam in Bononien. deuolutionis 15. *Decemb.* 1621. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Et huiusmodi vtilitas requiritur etiam in concessione rei solitæ in emphyteusim concedi, vt post alios aduertit Honded. *consil.* 51. *n.* 62. *lib.* 1. & *consil.* 37. *n.* 12. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. c.* 415. *n.* 5. & 6.

11. Nec dicatur patrociniũ D. Fontanellæ æquipollere annuæ

annuæ illi præstationi lib.150,& sic excludi damnum, & læsionem Ecclesiæ. Quoniam si pro tempore præterito consideratur patrocinium,potest intrare præsumptio satisfactionis,non est enim , verosimile , quod D. Fontanella per spatium quindecim annorum, post tot impensos labores, vt asseritur in inuestitura,& obtentas in causis monasterij fauorabiles sententias , nusquam salarium exegerit , & hic potius videtur color quæsitus pro cohonestenda concessione emphyteotica facta à patruo,qualis erat ille Abbas monasterij in fauorem D.Fontanellæ nepotis ipsius Abbatis,quæ sanguinis coniunctio oscitantiam in scrutanda Ecclesiæ vtilitate solet inducere,& suspicionem concessionis,vt notant Doctores *in authent. quibuscumque C. de sacrosanct. Eccles.* Alciat. *de præsump. reg.* 1. *præsumpt.*29. *n.*1.*& seqq.* Rot. *decis.* 181. *n.*1. *& decis.*360. *nu.*16. *pars.*1.*& decis.*18. *n.*5. *& decis.*65.*n.*18.*part.*2.*diuers.* & post Cinc. *de censur. decis.*8. *n.*9.*& decis.*36.*n.*11. Nec assertio contrahentium in hoc attenditur , vt benè in his terminis per Iason *consil.* 73. *per tot. lib.* 3. Federic.de Sen. *consil.*143. & Rolan.*consil.*25.*num.*19. *lib.*1.Rot.*decis.*27.*n.*4.*& decis.*28.*n.*1.*ac decis.*36.*n.*9. *& decis.*37.*n.*6. *&* 7. post Cin. *de cens. & decis.*160. *n.*4.*part.*2. *diuers.*

12 Pro futuro autem tempore patrocinium erat omnino incertum,& an D.Fontanella esset superuicturus,& an monasterium passurum esset vexationes forenses,ita vt opus fuerit pollicito patrocinio , quæ incertitudo tollit vtilitatem requisitam pro alienationibus bonorum Ecclesiæ , quæ vtilitas de tempore contractus debet esse certa,& euidens ,adeo vt non sufficiat Ecclesiam remanere sine damno,sed opus sit ipsam fieri euidenter locupletiorem,& lucrum consequi à concessione,ex traditis per Archidiacon. *in cap. sine exceptione n.*15.Bellam.*n.*6.*&* 12.*q.*2. Rot. *decis.*65. *n.*4.*part.*2. *diuers.*Card.Seraphin.*decis.*433.*n.*2.*& decis.*508.*n.*12. & in.d. Bononien deuolutionis 15. *Nouembr.*1621.*coram Reuerendiss.D.meo Decano* ; sempérque obstat defectus solemnitatis,nempe beneplaciti apostolici,quod vt supra fuit ostensum,requirebatur propter alterationem ; & demum quatenus concurreret vtilitas hoc pendet à Iudicio Rotæ proferendo , secundum Iuris conclusiones, non autem ab assertionibus testium.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit standum esse in decisis.

DECISIO V.

Sacræ Ratæ Romanæ coram R. P. D. Merlino.

In causa Geronden. Scribaniæ.

Veneris 26. *Februarij* 1638.

§.1 BIs Rota resoluit , denegandam esse remissoriam Domino Fontanellæ;& quamuis Rota non soleat multiplicare in disputationibus super remissoriis, attamen cùm agatur in causa commissa appellatione remota , & in articulo huiusmodi denegationis remissoriæ opus fuerit tangere nonnulla , quæ etiam ad decisionem negocij principalis conferre videntur Domini indulserunt vt tertiò super iam decisis Informantes pro Domino Fontanella audirentur,quibus auditis , & strenuè per eos impugnatis decisionibus , adhuc Domini vnaniniter tertiò steterunt in decisis pro denegatione remissoriæ.

2. Ineuitabile enim visum fuit motiuum quod in alienatione bonorum Ecclesiæ duo copulatiuè requiruntur.Primum necessitas seu vtilitas euidens;alterum solemnitas,scilicet beneplacitum Apostolicum,*c.sine exceptione* 12.*q.*2.*c.nulli,de reb.Eccles. non alien. & c.*1. *eod.tit.in* 6. latè Couarr. *var.resolut.lib.*2.*c.*17.*num.*2. Rot. *in impress. coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis.*374.*num.*3. *& decision.*145.*num.*1.*&* 3. *& in Messanen.seu melius feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram me.*

3.At esto millies D.Fontanellam per 15.annos egregium patrocinium impendisse pro Monasterio, quòdque per tantum tempus nullum salarium percipisset, quod tamen admodùm inuerisimile videtur , nedum attenta diuturnitate tempris,sed & quia D.Fontanella,qui pro suis clientibus tam acer Aduocatus fuit,non præsumitur propriam causam mercedis sibi à Clientibus debitæ deseruisse , argumento *l. Præses C. de seruitut.& aq.cap.si non licèt* 23. *q.*5.*& cap.non satis* 88. *distinct.*Bald. *consil.*312.*n.*3.*lib.*4. Crauet. *consil.*6.*n.*25. *& consil.*8. *num.*17. & dato etiam sine veri præiudicio quod hæc merita D.Fontanellæ illam concessionem ad tertiam generationem meruerint , attamen semper requirebatur beneplacitum Apostolicum, quod cum deficiat, hinc irreuelantia omnium articulorum resultat, & sic deneganda est remissoria, *l.ad probationem, C.de probat.* Rot. *coram sanctæ mem. Gregorio XV. decis.*81. *nn.*3.*& decis.*456.*n.*1. *& aliæ cumulantur in decisionibus huius causæ* 1. *Iulij* 1637. *&* 27. *Nouembris eiusdem anni coram me.*

4.Nec obstat,quod hęc Scribania fuerit aliàs per duas Inuestituras concessa, & propterea non sit opus beneplacito Apostolico tanquam de re solita locari ; quoniam iam fuit in vtraque decisione responsum , hoc suffragari, si nedum eadem res materialis fuisset tertiò locata , sed etiam cum iisdem conditionibus , & pro eisdem personis , sed cum fuerit alteratum solitum & quidem notabiliter opus erat beneplacito Apostolico, quia stante alteratione censetur noua concessio,& alienatio vltra allegatos in primis decisionibus benè Redoan. *de rebus Eccles.non alien.q.*51.*c.*6.*n.*19. *& pluribus sequentibus,* Decian. *consil.*73.*n.*43.*lib.*2.

5. Alteratio autem est patens,vt in prima decisione *vers.*neque dicatur & in secunda decisione *vers.*tamen huiusmodi solitum;fuerunt enim additæ plures generationes in hac vltima Inuestitura , quæ non fuerunt in primis concessionibus appositæ;& quod sufficiat talis alteratio ad effectum , vt opus sit beneplacito Apostolico vltra allegatos in aliis decisionibus docent Molin. *de Iust. & Iur. c.* 468. *n.*19. Ferdin. de Castro Palao *moral.part.*2.*tr.*12.*punct.*15.§.4.*n.*4.

6.Neque vrget,sedulum illud, & doctũ patrocinium D.Fontanellæ exposcere hanc alterationem;Quoniam hæc merita respiciunt primum requisitum necessarium pro alienatione bonorum Ecclesiæ, nempè, vtilitatem Ecclesiæ, non autem secundum requisitum,scilicet solemnitatẽ beneplaciti Apostolici : neque plus possunt operari hoc patrocinium, & labores impensi pro Monasterio,quàm si ingentem pecuniæ summam erogasset,& tamen si pecunia emisset hanc Scribaniam,adhuc opus fuisset beneplacitò Apostolico , licèt euidens fuisset vtilitas Ecclesiæ.Idem ergo est dicendum , dum loco pretij D. Fontanella in acquisitionem Scribaniæ exposuit patrocinium,& labores.

7. Ad decisiones autem 622. *lib.*3.*p.*3.*diuers. & Reuerendiss. D.mei Decani in Cæsar Augustana officij Notariatus* 27.*Nouemb.*1620.*& in Turritana Scribania* 1. *Iulij* 1633. *fuit responsum in secunda decisione vers.neque applicantur,*quæ responsio, & hodie Dominis placuit ; non enim sunt ampliandæ , & extendendæ conclusiones in materia alienationis bonorum Ecclesię,vt cũ huiusmodi officia non possint per ipsos Monachos exerceri , si possunt ad vitam vnius concedi sine beneplacito Apostolico,possint etiam concedi ad tres generationes cum facultate etiã in articulo mortis attributa extraneos nominandi tam Domino Fontanellæ,quàm eius filiis,& etiam primo nominato,vt fuit conuentum

in hac tertia concessione,& sic præsens casus toto cœlo distat ab illis decisionibus; Agitur quippe hic de maiori,& diuturniori præiudicio Ecclesiæ, & in illis decisionibus erat propemodum necessarium ad vitam vnius periti,& informati cócedere Scribaniã,cum Monachi per seipsos munus illud obire possint,res autem plena periculi foret tantam Scripturarum molem, & vniuersam illius regionis negotiorum notitiam,& custodiam modò vnius, modò alterius fidei committere viuente primo informato; Quæ cautiones non militant in concessione ad tres generationes,& cum facultate nominandi etiam in articulo mortis extraneos, & ipsis Monachis ignotos, & fortasse minus officio idoneos.

8. Verum quod in concessionibus officij Scribaniæ non requiratur beneplacitum Apostolicum, & alia similia non pendent à depositione testium,sed à Iudicio Iudicis,& ideo non est super his concedenda remissoria,sed appositè cadunt sub dubio principali,& à Rota, non autem à testibus erunt definienda.

Postremò non obstat;quod stante illo patrocinij credito vtile fuerit Ecclesiæ concedere hanc Scribaniam, & obligatio Ecclesiæ videatur posse sustineri,si illis sit vtilis, vt dicimus de contractu minoris,qui sustinetur etiam sine solemnitatibus si minori sit vtilis, Socin. sen. *consil.*80.*n.*28.*& seqq. lib.*4. Rota *decis.* 599.*n.*3. *part.*1.*recent.* Et idem dicunt nonnulli de pupillo, & de aliis personis priuilegiatis.

9. Quoniam quicquid sit in contractibus minorum, & pupillorum in quibus terminis nec desunt qui contradicunt,certum est,in alienatione bonorum Ecclesiæ duo requiri copulatiuè,& vtilitatem, & beneplacitum Apostolicum,& vnum sine altero non suffragari, vt in primis decisionibus,& in foro externo nemo contradicit, ita vt alienatio etiam vtilis sine beneplacito non sustineatur, nec beneplacitum sinevtilitate,seu necessitate sufficiat,Couar. *var.resol.d.lib.*2.*c.*17.*n.*2.Redoan. *de reb.Eccles.non alienan. q.*51.*c.*7. *n.* 21. *vbi de communi,& q.*35. *per tot.& q.*36. *nu.* 19. & omnium melius Sarmien. *de redditib.honor.Eccles.c.*2. *n.*2.*part.*1. Surd. *consil.*301. *n.*25. Molin. *de iust. & Iur.cap.*468. *concl.*6. *n.*4. & millies dixit Rota, & nuper in Bononien. transactionis 14. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. Ghisterio.* & nouissimè explicat Ferdin. de Castro Palao *in Moral. part.*2.*tract.*12. §.6. *punct.*15.*n.*5. *& in vers. finis autem.* benè respondet motiuo, quod stante vtilitate fuerit satisfactum intentioni Canonis prohibentis alienationem bonorum Ecclesiæ, Canon enim voluit consulere in vniuersum vtilitatibus Ecclesiarum,non autem in aliquibus casibus particularibus,& aliàs daretur ansa Prælatis quotidie faciendi alienationes sub prætextu vtilitatis spreto beneplacito Apostolico,& assiduis vexarentur litibus Ecclesiæ,dum omisso beneplacito Apostolico opus esset postea inquirere de hac vtilitate; & rationes etiam differentiæ inter prohibitionem alienationis bonorum pupilli,& minorum,& bonorum Ecclesiæ notat Bero *in c. quæ in Ecclesiarum n.*35.*& seqq.de Constit.* Villagut. *de reb.Eccles.mal.alienat.reuoc. lib.* 2. *c.*5. *n.* 189. *& seqq.* Sarmien. *de redditib.honor.Eccles.part.*1 *c.*2.*n.*5.10.& 12. Hocque tantùm operatur vtilitas, quod si deficiat beneplacitum Apostolicum,tunc contractus nullitas non potest opponi,nisi ab ipsa Ecclesia, non autem à contrahente cum ipsa,& hoc est priuilegium Ecclesiæ, vt fauore illius detur claudicatio, & possit Ecclesia ratum habere quod à principio non ritè contractum fuit,Sarmient.*de redditib.Eccles.part.*1.*c.*2.*n.*14.18.& 19.*vbi loquitur in terminis extrauagantis Ambitiosæ n.*20. Quarant. *in summa Bullar.in verb. Alienatio rerum Ecclesiæ n.*34. *vers.declara,* Redoan. *d.tract.q.*20. *n.*193. Ferdin.ae Castr.Palao *d.*§.4.*n.*5.*vers.ex his manat.* & dicti Rota in Romana Census vitalitij 22. *Maj* 1626.& 29.*Ianuar.*1627. *coram me* Socin. verò *d.consil.*8.*lib.*4. *n.*8.*& seqq.* loquitur in contractu pupilli,& ad effectum vt pupillus possit stare contractui vtili licèt à se nulliter initi à principio, *vt in n.*12. & in iisdem terminis intelligenda est *d. decis.* 599. quæ Socinum allegat.

10. Amplius in alienatione bonorum Ecclesiæ est particularis ratio,quia defectus beneplaciti Apostolici nedum dicitur defectus solemnitatis, sed est etiam defectus formæ substantialis contractus, nempe consensus veri Domini;Papa enim vti totius Ecclesiæ Gubernator supremus,& Dei Vicarius est Dominus bonorũ omnium Ecclesiarum,& habet liberam, & plenam administrationem super his bonis Ecclesiarum, Bald. *consil.*165.*n.*2.*post med.vers.præterea Dominus Papa, lib.* 2 Castr. *consil.*287.*n.*3.*lib.*2. & sequitur Peregr. *de iur. fisc.lib.* 1 *tit. vlt. n.*85. *& seqq.* Redoan. *de reb.Eccles. non alien. q.*44. *n* 6. *& q.*19. *n.*120. & inferiores Prælati dicuntur habere administrationem ab ipso Papa, Innoc. *in c.cum super, num.*3. *de caus. poss. & prop.* & Hostien, *ibi n.*4. Ioan. Andr. *num.*4. *Imol.n.*7. Turrecrem. *in c.videntes.n.*4.*& 5.caus.*12. *q.*1. & potest liberè alienare dicta bona concurrendo, vel præueniendo inferiores Prælatos, vt latè, & doctissimè fuit explicatum in Forosempronien.emphyteusis 16. *Iunij* 1636. *coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Ideo dum Paulus Secundus *in extraua. Ambitiosæ,* iussit ne fierent alienationes bonorum Ecclesiarum inconsulto Papa, censetur ademisse facultatem prius attributam inferioribus Prælatis,& quod ipsius Papæ *tanquam veri, & Supremi Domini, & immediati dispensatoris,* expectaretur consensus; & sic dum deficit beneplacitum Apostolicum, contractus caret nedum solemnitate à Iure positiuo inducta, vt sit consultum vtilitati Ecclesiarum,sed caret etiam consensu veri Domini, in quo consensu consistit potissima substantia contractus etiã attento iure naturali, & benefaciunt tradita per Abb. *in c.*1.*n.*19.*vers.vltimo hic quæro* 20.*de restit.in integr.* Redoan. *de reb. Eccl.non alienan.q.*46. *n.*34. & 35.& melius per Villagut. *de rer. Eccles. mal. alienat. reuoc.lib.*2.*part.*2.*n.*24.& 25. & Samien. *d.tract.de redd. Eccles.c.*2. *n.*1.2.3.4. *& seqq.* quæ ratio cessat in alienationibus bonorum minorum, & aliorum, quia in his solùm deficit solemnitas Iuris positiui;& si sola vtilitas sufficeret sine isto beneplacito,sequeretur quod Ecclesia data vtilitate posset compelli ad vendendum, & alios contractus peragendos, quod est absurdissimum,vt per Sarmient. *d.c.*2.*n.*2.*part.*1.

Et ita tertiò Domini vnanimiter steterunt pro denegatione remissoriæ vtraque parte informante,&c.

DECISIO VI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Carillo.

In causa Corduben. Decimarum de Lucena.

Veneris 29. *Februarij* 1638.

§.1. PRo confirmatione sententiæ Rotalis responderunt Domini,attenta eius validitate,contra quam nihil est quod obiici possit,& iustitia clare patet ex decisionibus in hac causa factis coram Illustrissimo D.meo Decano,in quibus firmatur priuilegia per Romanos Pontifices Paulum III. Pium IV. & Gregorium XIII. Venerabili Societati IESV concessa pro exemptione à solutione decimarum, vtpote amplissimis derogationum clausulis concepta suffragari admis uersùs immemorabilem possessionem, quam vna cum fama priuilegij habet in iure decimandi pro se Excellentissimus D.Dux de Cadona. Primò

2. Primò enim Paulus III. de anno 1549. concessit huiusmodi exemptionem Societati IESV, verbis amplissimis,& clausulis prægnantibus *à solutione quarumcumque decimarum prædialium, personalium, ac etiam Papalium, cum clausula generali derogatoria, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus,ac iuramento,confirmatione Apostolica roboratis, statutis vel consuetudinibus. Guttier. consil.5.n.2.*

3. Secundò, Pius IV. *confirmans,seu approbans,vel de nouo concedens,quatenus opus sit,prædictam exemptionem à solutione decimarum, & quarumcunque impositionum, pro potiori cautela, vniuersam Societatem IESV,omniáque & singula illius Domus Probationis,& Collegia vbilibet existentia,præsentia & futura, eorúmque personas, fructus,redditus,ac prouentus, etiam bonorum Ecclesiasticorum, secularium & regularium quorumcumque illis pro tempore vnitorum,aliáque res, & bona quæcumque eximit à quibuscumque decimis etiam Papalibus, prædialibus,personalibus,quartis,mediet atibus, & aliis fructuum partibus,subsidiis etiam charitatiuis,& aliis ordinariis oneribus,etiam pro expeditione contra Infideles,defensione Patria,& aliis,quomodolibet ad instantiam quoque Imperatorum,Regum, Ducum & aliorum Principum pro tempore impositis;quamuis in illorum impositione caueatur quòd nulla prorsus exemptio cuicumque aduersùs illa suffragetur,cum clausulis,quod de obreptione,subreptione,aut nullitatis vitio,seu defectu intentionis, quouis præextus,quæsito colore impugnari non possent,cum clausulæ sublatæ,& de iure quæsito non tollendo.*

4. Tertio, fel. rec. Greg. XIII. prædicta priuilegia confirmauit,& cap. *nuper,de decimis* derogauit, cui vsque tunc derogatum non fuerat, prout requirebatur; attento quod *in d. c. nuper* extet Constitutio Conciliaris Rebuff. *de decim.q.14. n.36.* Rot. *decis.122. & 123.part.1.diuers.*

5. Ex quibus priuilegiis sæpiùs à Rota canonizatis constat, prædictam Societatem habere exemptionem non decimandi,etiam aduersùs habentem immemorabilem cũ fama priuilegij:id enim important illa verba, *quibuslibet,& quæcumque*,quæ tanquam vniuersalia, omnia comprehendunt.*l.omnes,C.sine cens.vel reliq.l.1.§. quod autem,de vi,& vi armat.* Socin. *consil.297.num.5. volum.2.* & habent vim specialis expressionis etiam in casibus,vbi nominatio specifica requiritur.Curt.senior. *consil.49.* Crauett. *consil.294.& 297.*Siluan.*consil.66. n.13.& 14.lib.2.* Guttierez *d.consil.5. nu.3. cum seqq.* ponderatis illis verbis,ibi,*etiam si decimæ sint Papales*: quæ dictio *etiam* stat augmentatiuè,& ampliatiuè,*l.3. C.de testibus. Gemin. consil.125. n.10.* & exprimit casum magis dubitabilem.*l.etiam.ff.de verb. signif.* Surd. *cons.445.n.28.*Seraph.*decis.530.num.6.* & cùm tenor priuilegiorum in primis ponderandus, & inspiciendus sit,*cap.recipimus.c.porrò, de priuileg.* verba vniuersalia sunt propriè prout sonant intelligenda, vt notat Angel. *in punct.de priuil. exemptionis in l. fin. vers. tertio quæritur,ff.de constit. Princip.* quem sequitur *Dec.* alios allegans *cons.113. n.6.* Vnde ab illis abhorret omnis interpretatio restrictiua. *Bald.consil.271. col.2. vol.1.* Quia verba clara non mutant propriam significationem in priuilegiis,*cap.ad audientiam*,vbi Abb. *n.2. de decim.*Rebuff. *de benefic.part.1.tit.de decim. priuileg. & præscript.n.8.* Sed extenduntur quoque in præiudicium tertij,*cap.quamuis,de rescript. lib.6.* cui Summus Pontifex præiudicare potuit, & voluit. Dec. *d. cons. 113.n.7.*Rebuff. *de decim.q.14.num.finali*, vt patet ex clausulis derogatoriis, præsertim regulæ de iure quæsito non tollendo.

6. Vnde licet aliàs Rota senserit,quod similia priuilegia præiudicarent tantùm illis, ad quos spectat ius decimandi de iure communi, cuius Papa scientiam habere præsumitur.Cassad. *dec.1.de priuileg.n.2.* non autem illis,quibus tale ius competit ex priuilegio,vel ex alio particulari titulo: & ratio est, quia prædicto iuri numquam censetur derogatum per secundum priuilegium,nisi facta de illo speciali mentione,propter præsumptam ignorantiam Pontificis,*l.decurionibus, C. de silentiar.lib.12.*Suar.*alleg.28.n.9.* nouissimè Castill. *de tertiis reg.c.36.tom.7.n.29.*

7. Attamen re postea maturiùs perpensa, & inter Dominos discussa,illis visum fuit contrarium,recedendo à decisionibus relatis in decis. huius causæ sub diebus 27. Februarij 1636.& 20.Ianuarij 1637. §. *tamen.* & ab aliis relatis per Castill. *supra nu.40.* & meritò, quia cum simus in decimis antiquis, non est facienda mentio in priuilegio exemptionis, ex eo quod Papa sciebat,vel cogitabat has decimas ab aliquo percipi,& sic quòd præiudicabat iis,quibus de iure communi vel aliàs debebantur. Verall. *decis.263,lib.1.* in manuscriptis,vbi allegat.Cassad. *in dict.dec.1. n.2. de priuileg.* Et ideo cùm illa verba *aut alias* posita sunt post mentionem iuris communis, verificari non possunt in alio quam in iure speciali. *l.ius singulare*,vbi Ant.Fab. *ff.de legib.glos.in clem.1.verb.debitis,de decim.*& propterea concludunt cum Cassadoro interptetes, quod censeatur derogatum habenti ius speciale super exactione decimarum,cum id potuerit Papa cogitare. Abb. *in cap. dudum, de priuileg n.1.*Innoc.*n.4.* Ioann. Andr. *nu.5.* Ancharan. *n.3.*Butr.*n.6.* Rot. *dec.48.n.1.& 2.part.1. & decis.614.num.2.part.2.recent.* vbi firmatur, quòd quamuis non fuerit facta mentio quòd decimæ de iure speciali poterant spectare ad aliquem, siue ex priuilegio, donatione vel præsumptione;censeatur nihilominus derogatum;& ratio est,quia cum simus in materia de sui natura præiudiciali, *iuxta d. decis.1.* Cassad. *de priuil.* & Papa concesserit exemptionem à quibuscumque decimis,etiam impositis ad fauorem Imperatorum, Regum, & Ducum, ad quos spectare possunt de iure speciali; certum est,quod cogitauit de Laicis, præsertim derogando priuilegiis Vniuersitatum, & quibuscumque consuetudinibus: indéque apparet voluisse eximere Societatem à prædictis decimis. Quod verò potuerit,nefas est dubitare. Crauett. *consil.206.n.4.& 241.nu.5.vers.2.cum alleg.in d. decis. Illustriss. D.mei Decani.*

8. Nec obstat quod Excellentiss. D.Dux habeat immemorabilem pro se cum fama priuilegij, & ita possit allegare infeudationem ante Concilium Lateranense sub Alexandro III.de anno 1179,de quo tempore laïci erant capaces,ex quo Episcopi, & alij Prælati inferiores poterant eis decimas in feudum concedere, *c.cum Apostolica,de his,quæ fiunt à Prælat* Hostiẽ.*in summ. tit. de decim.§.3.quæritur,circa finem, c.1.Episcopum, vel Abbatem in vsibus feud.* Couarr.*lib.1.var.c.17.num.5.* Guttier.*lib.1. practic q.15.per tot.præcipuè n.4.* Aragon. *2.2.q.87. art.1.* & propterea allegando titulum infeudationis non fuerit ligatus priuileg. Ven. Societatis, ex doctrina Ioan. Andr. *in c.nuper. n.4. de decim.* vbi Butr. *n.5.* Anchar.*n.8.* Rot. *dec.48.n.9. part.1.recent.*

9. Quia cum D.Dux si Laïcus, & consequenter incapax decimarum,*cap.causam de præsc.c.fin. de ver.permut.*Rebuff.*in tr.de decim.q.10.n.17.*Monet.*eod.tract. c.5.q.3.n.57.* ex Theolog.D.Thomæ *2.2.q.87. art.5.* Azor. *moral.part.1.lib.7. c.34. q.7.* solùm potest illas habere vel ex priuilegio,*c.ex parte il terzo decim.c. à nobis.c.1.§.statuimus eod tit.in 6.*Guttier.*lib.1. practi.q. 14.n.1.&* Monet.*de decim.d.c.5.q.3 n.83.* Valboa *in d. c.causam,de præscript. n.30. & 51.* vel ex immemorabili cum fama priuilegij, Rip. *in c.2. colum.fin.de iud. idem* Monet.*d.c.5.q.5.& 6.n.118.& q.3.n.74.vers.puto tamen* Rot.*dec.215.part.2.diuers.*vel ex infeudatione ante Concil.Lateranense,aut alio æquipollenti titulo Rebuff. *q.12. de decim.n.79. &* 80. Couarr. *lib.1. var.d.c.17.n.5.* Idem Monet. *d.quæst.3.n.66 cum seqq.* De priuilegio non constat,& quatenus de eo cõstaret, censeretur

censeretur illi derogatum, etsi in priuilegiis Ven. Societatis, illius nulla fuisset facta mentio, ex suprà adductis *in §. attamen n.7.*

10. Immemorabilis verò cum fama priuilegij licèt constet ex textibus pro parte d. D. Ducis examinatis, non tamen suffragatur: quoniam allegando immemorabilem non dicitur allegare meliorem titulum de mundo, sed titulum ex priuilegio, de quo extat fama, cuique clarè derogatum fuit per Pontificem, qui sciebat has decimas antiquas de iure communi, vel speciali ad aliquem spectare. Cassad. *d. decis. 1. de priuileg. is cum aliis suprà allegatis.*

11. Nec ex d. immemorabili cum fama priuilegij inferri potest ad infeudationem prætensam per D. Ducem, super qua olim, & hodie eius informantes insistebant. Quia vltra quod huiusmodi infeudatio in hoc casu videtur impossibilis, ex quo facultas infeudandi concessa Episcopis, siue fuerit prohibita per Concil. Lateranense sub Alexandro III. de anno 1179. siue secundum alios sub Vrbano I I. de anno 1088. vt notat Valboa *2. decretal. in cap. causam 7. de præscript. n 14. 15. & 16. cum seqq.* Ciaccon. *de vit. Pontif. pag. in* 430. *&* 566. & de vtroque tempore constat Cordubam & Lucenam, de cuius decimis agitur, fuisse in potestate Maurorum, à quorum manibus fuerunt recuperatæ de anno 1240. vt testantur historici, & præcipuè Mariana *de reb. Hispan. lib. 13. c. 1.* & Stephan. de Garibay *lib. 13. c. 2.* & sic ad minus per 60. annos post infeudandi prohibitionem cessat omnis difficultas, cum non doceatur de aliqua recognitione feudali; nec aliquid deducatur, ex quo appareat decimas fuisse possessas vti feudales: sed solùm prætenditur hoc allegari posse vigore immemorabilis. Nec sufficit ista possibilitas, nisi etiam probetur quod D. Dux eas tenuerit vt feudum cum fama inuestituræ ante Concil. Lateranense; ad quem effectum requiritur saltem quod testes deposuissent esse famam quod Dux habuerit in feudum ab Episcopo has decimas ante Concil. Lateranen. Couarr. *lib. 1. var. d. c. 17. n. 6.* Rebuff. *de decim. q 13. n. 70.* Valboa *lib. 2. decretal. in cap. causam 7. nu. 50. & 51. de præscript.* & benè ratiocinatur Illustrissimus D. meus Decanus *in prima decis. causa §. huic fundamento in fine* Rot. *decisione 215. part. 2. diuers. & decisione 702. num. 1. part. 2. recent.* & ideo meritò excluditur allegatio infeudationis.

12. Nam eo ipso quòd quis se restringit ad vnum titulum, prout fecit D. Dux, ad immemorabilem cum fama priuilegij, excluditur præsumptio alterius tituli, scilicet infeudationis Bellamer. *decis. 287. &* 293. Rota *dec. 731. n. 20. part. 1. diuers. Gregor. decis. 353. n. 19. vbi addent.* Maximè quando vnus titulus excludit alium, prout in præsenti: quia dum obtinentur decimæ vigore immemorabilis cum fama priuilegij, tunc liberè, & tanquam allodiales possidentur à laico: quando verò possidentur iure feudi, tunc dominium directum remanet penes Ecclesiam, quæ etiam similiter possidet, & dominium vtile cum possessione naturali dumtaxat transfertur in laïcum, qui possidere dicitur nomine Ecclesiæ, Berous *consil. 21. n. 1. vol. 1.*

13. Nec suffragatur D. Duci, quod dicatur habere prædictas decimas ex titulo oneroso, propter recuperationem terrarum factam à Mauris: cui priuilegio ex tali titulo prouenienti non est verisimile Papam voluisse derogare. Gonzal. *regul. 8. gloss. 25. & 28.* Cassad. *dec. 1. de pact. & dec. 4. de priuileg.* nouissimè Castill. *de tertiis reg. d. c. 36. n. 28. vers. responsio.* Nam quicquid sit, An priuilegium ex causa onerosa concessum censeatur derogatum, non facta de eo in secundo mentione; de qua re idem Gonzal. *gloss. 9. §. 2. n. 18. 29. &* 49. Carol. de Tap. *in l. fin. ff. de constit. Princip. n. 119. cum seqq.* Greg. Acac. *lib 2. c. 5. ex n. 43.* Ferrer. *consil. 129. num. 2. lib. 3.* Roland. *consil. 13. num. 69. vol. 3.* Crescent. *decis. 285. de priuileg.* Put. *decis. 47. nu. 3. lib. 1.* Lato Castill. *suprà n. 40. cum seqq.* Non applicantur in præsenti ex supra adductis *in §. nec ex d. immemorabili n. 11* dum ipse Dux se restringit in suis probationibus ad probandam solam immemorabilem cum fama priuilegij: cui censetur derogatum ex supra citatis; & consequenter non potest se fundare in titulo oneroso, qui censetur exclusus per electionem alterius tituli, ex traditis per addent. ad Gregor. XV. *in dicta decis. 353. num. 19.*

14. His igitur stantibus dixerunt DD. nihil reuelare renunciationem factam per Prouincialem Priuilegiis Societatis à solutione decimarum ad fauorem D. Ducis, Quia vltra quod dicta renunciatio fuit conditionalis ob pactum in ea adiectum, quòd confirmari deberet auctoritate Apostolica; & sic conditione non adimpleta, illa imperfecta remansit; diluitur penitus obiectum ex defectu potestatis in prouinciali transigente, qui id facere non valuit absque consensu Reuerendissimi P. Generalis, penes quem tota residet Religionis auctoritas. Vnde cum versemur in priuilegio concesso ad fauorem totius Ordinis, non autem personæ priuatæ, statim eidem Ordini fuit ius quæsitum; vt in fortioribus terminis respondet Rot. *in decis. 14. 22. & 23. part. 2. diuers.* vbi dicitur renunciationem factam priuilegio à solutione decimarum per Carolum Quintum Imperatorem tanquam nimis præiudicialem vniuersæ militiæ non posse subsistere sine eiusdem Religionis seu militiæ consensu, quamuis fieret reditus ad ius commune: & propterea ex mera simplicitate d. Prouincialis non debet præiudicium inferri vniuersæ Religioni, vt benè in decisione causæ *coram Illustriss. D. meo Decano sub die 10. Maij 1635. §. Non obstat.*

15. Nec aduersantur moderationes priuilegiorum factæ per Sanctæ mem. Leonem X I. & S.D.N. Quoniam emanarunt ad fauorem Ecclesiasticorum, & ita non extenduntur ad laïcos, qualis est Excellentiss. D. Dux de Cadona.

Et sic conclusum vtraque parte informante.

DECISIO VII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Roias.

In causa Formana Professoris.

Veneris 2. Decembris 1639.

§. 1. INtroducto iudicio coram A. C. ad instantiã Pauli & Aurelij de Roscis contra Conuentum Sancti Augustini Montis Fortini super successione q. fratris Ioannis de Roscis, pro excludẽdo dicto Conuentu opponebatur de inualiditate professionis per Paulum, & Aurelium præfatos, & cùm articulus esset exemplaris, placuit A. C. consulere Rotam, & dato dubio, an constaret de validitate vel inualiditate professionis dicti fratris Ioannis, pro inualiditate adducebantur sequentia.

2. Primò, nullam esse professionem, vti factam non seruata forma Constitutionis Sixti Quinti inordinela 71. super capienda diligenti informatione parentum, patriæ, vitæ, ac morum, cum approbatione in Capitulo Generali, vel Prouinciali, quam Constitutionem inducere formam, annullando professiones aliter factas, itaut forma ibi præscripta non potuerit alterari, nec immutari, vt firmauit Rota *in recent. decis. 175. n 4. part. 1.* vbi refert ita fuisse decisum in vna Toletana professionis 27. *Februarij 1595. coram bon. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio.*

3. Secundò, non cõstare de professione secuta, ex quo scriptura existens in libro Monasterij, ex qua probatur professio, contineat cassaturam circa diem, mensem, & annum,

annum, cum apostilla superlineata, in qua aderat 20. Octobris, in præsenti adesse 20. Nouembris, absque approbatione Notarij; quæ cassatura, & apostilla in parte substantiali, prout est dies, mensis, & annus, vitiant Instrumentum *per text. in l. si vnus*, vbi Bart. Bald. & alij DD. *de testibus* Bero. *cons.* 90. *n.* 7. & 14. *vol.* 3. vlterius cassaturam esse diuersi atramenti, propterea reddatur suspecta fides illius, & inexequibilis, cum in Ciuilibus sola suspicio falsitatis admittatur pro retardanda cuiuscumque Instrumenti executione, aut tollenda illius fide, Surd. 6. *consil.* 6. *nu.* 4. Greg. XV. *decis.* 546. *num.* 11.

4. Tertiò, Instrumentum datum continens professionem esse sumptum de sumpto, non ex protocollo Notarij Rogati, sed ex libro Religionis, in quo sunt registrata Instrumenta continentia interesse Monasterij, nec reperiri registratum in Protocollo, seu matrice Notarij, à quo dicitur confectum hoc Instrumentum professionis.

5. Quartò, non probari dictum fratrem Ioannem feciſse annum probationis, iuxta formam Sacri Concilij Tridentini, & eiusdem Regulæ Sancti Augustini, nec quod permanserit in Monasterio per annum continuum, vt requiritur, religiosè viuendo, vt firmauit Rot. *decis.* 175. *n.* 1. *part.* 1. *recent.*

6. Quintò, obseruantiam anni nouitiatus remanere exclusam per testes deponentes, fratrem Ioannem passim fuisse solitum vagari per Terram Montis Fortini; vlterius non apparere vnquam interuenisse in Capitulis nec feciſse aliquem actum conuenientem professis, nec constare de continuatione in Religione, imò nec apparere vbinam fuerit post quatuor annos, itaut potius veniat dicendum fratrem Ioannem obiisse extra Religionem, quàm in Religione, & cum fratres transmittantur, de vno loco ad alium, & de tali transmisione non constet, ex hoc colligi dictum Ioannem non esse verè professum, & consequenter bona illius non spectare ad Monasterium. Gratian. *discept. for. c.* 640. *num.* 5.

7. Supradictis tamen non obstantibus Domini hodie resoluerunt, Professionem esse validam, ex dicendis infrà.

8. Primò, & principaliter quia ex publico instrumento constat, dictum fratrem Ioannem de Roscis 20. Nouembris 1592. post annum probationis tria vota solemnia, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis emisisse; cum professione viuendi secundum Regularem Sancti Augustini, ex quorum emissione inducitur solemnis, & expressa professio *iuxta text. in c. cum ad Monasterium in fine, de stat. Monach. c. omnes fœmina* 27. *qu.* 1. de Ruff. *consil.* 2. *nu.* 11. Nauarr. *consil.* 10. *n.* 6. *de Regul.* Rot. *decis.* 216. *n.* 3. *part.* 2. *diuers. & decis* 579. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* Caualer. *decis.* 271. *n.* 2. vlterius dicta vota fuisse emissa in manibus Prioris Monasterij, præuio fratrum Capitulari consensu, quo casu validissima professio reputatur, quinimo si in manibus solius Prioris Monasterij emittatur, absque licentia alterius Superioris, illa sustinetur, ex gloss. *in cap. vltimo in verbo pertineat, de regul in* 6. P. Azor. *instit. moral. lib.* 2. *c.* 5. *q.* 3. *in fin.* Sanchez *in præcept. decalog. lib.* 5. *c.* 4. *q.* 2. *per tot.* dictámque professionem remanere plenè probatam per dictum publicum Instrumentum, cum & illa etiam probetur per aliam authenticam scripturam, *per text. in c. vidua* 20. *q.* 1. *gloss. in c.* 1. § *postquam à verbo inscriptis de censib. in* 6. Caualer. *decis.* 271. *n.* 2. *vers. minus videbitur.*

9. Secundò, quia dictum instrumentum remanet adminiculatum, tum ex præcedenti admissione dicti fratris Ioannis ad habitum Religionis Sancti Augustini, biennio, ante emissam professionem, vt in Summario dictum fuit. Tum ex testibus deponentibus, fratrem Ioannem per plures annos habitum Regularem detulisse, & in Monasterio cum fratribus vitam duxisse. Tum & etiam ex alio publico Instrumento, celebrato de anno 1591. in quo de licentia Prioris Prouincialis fuit Monasterio ex persona fratris Ioannis reddita ratio, ac reliquatus bonorum eiusdem fratris Ioannis per Roscios, dum in sæculo viuebat, administratorum.

10. Tertiò, quia quæstio validitatis Professionis non vertitur principaliter inter fratrem Ioannem, & Religionem, sed accessoriè, & incidenter inter consanguineos fratris, ac Conuentum, ad effectum successionis, nec frater est in causa, quo casu leuiores sufficiunt probationes, Gemin. *consil.* 27. Seraphin. *dec.* 182. *n.* 6. & fuit dictum in Bononien. fidei commissi de Nascentoriis 19. *Nouembr.* 1638. *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

11. Quartò & vltimò, quia ab anno 1592. vsque ad litem motam elapsi fuerunt anni vltra 40. ex quo vel intrat tacita professio, & præcedentis approbatio, si frater Ioannes vixit, vel præscriptio Iuris succedendi, si decessit, cum hæc prætensio 30 annis præscribatur ex gloss. *in l. quamdiu la prima, ff. de acqu. hæred.* Gozad. *consil.* 56. *n.* 1. cum aliis adductis in Romana Diuisionis 20. *Iunij* 1639 *coram R. P. D. meo Bichio.*

12. Nec obstare dictum fuit in contrarium adducta, & Primò, quod professio reputetur nulla ex non seruata forma Constitutionis Sixti Quinti la 71. quia obiectum tollitur ex verbis Instrumenti, ibi qui omnes informati de moribus, vita & qualitatibus, &c. & credendum est assertioni fratrum de informatione capta, cum potuerint se extraiudicialiter, & absque aliquo processu informare. Zabar. *cons.* 139. *n.* 7. & fuit dictum in Narnien. seu Romana fructuum Dotis 8. *Februarij* 1627. *coram bon. mem. Card. Virili.*

13. Minus facit quod huiusmodi informatio non fuerit approbata in capitulo Generali, vel Prouinciali prout requiritur in dicta Constitutio Sixtina. Quicquid enim sit, an ex hoc capite remaneat irrita professio, & negatiuam sententiam latè tuetur Rodriq. *q. regul. tom.* 3. *q.* 54. *art.* 6. dicta Bulla Sixti non annullat receptiones aliter factas, sed tantùm imponit pœnam Superiori, licèt ibi annulletur professio ex aliis capitibus, vt videre est *in* §. 4. dictæ Bullæ, in simili Burat. *decis.* 688. *nu.* 11. & 13. In omnem casum cessat difficultas, stante Constitutione Greg. XIII. moderatoria dictæ Constitutionis Sixtinæ, relata per eundem Rodr. *post dictam q.* 54. *fol.* 190. in qua Gregoriana Constitutione disponitur, quod in Religionibus, *in* quibus Capitula Generalia; vel Prouincialia raro fiunt, prout accidit in Religione sancti Augustini, sufficiat informatio capta à Superiore & Capitulo Monasterij.

17. Nec obstant, quæ in secundo adducuntur, desumpta ex cassatura Instrumenti etiam in apostilla, quia vltra quod testes dati in Summario Conuentus *num.* 2. deponunt, dictam apostillam fuisse scriptam manu eiusdem Notarij, quæ propterea probat etiam absque eiusdem Notarij approbatione. Tob. Non *consil.* 80. *num.* 1. & 5. *ad* 6. Farinac. *de falsit. & simul q* 153. *n.* 10. Caualer. *decis.* 122. *n.* 6. *Reuerendissimus Dominus meus Decanus decis.* 467. *nu.* 2 eò magis dum hæc veritas aliunde comprobatur. Paris. *consil.* 28. *numer.* 45. *cum seqq. lib.* 2. Bero *consil* 91. *n.* 4. *lib.* 3. Surd. *cons.* 61. *n.* 29. vlterius hic non agitur de apostilla scripta diuerso atramento, quo apparet esse scriptum corpus scripturæ, sed eodem, prout testes dicunt, ex quibus cessat omnis suspicio falsitatis, ex congestis per Farinac. *de falsit. & simul. q.* 153. *n.* 15.

15. Vltra quod dicta apostilla solùm variaret tempus, in quo secuta fuit professio, non autem constaret de non facta; vnde cum aliunde, scilicet ex toto tenore Instrumenti constet professionem fuisse secutam post annum probationis integrè elapsum, non potest dubitari de illius validitate; & quæ dicta sunt, non fuisse emissa vota cum eisdemet verbis descriptis in formula, ac Constitutionibus

stitutionibus,nihil facit,dum Constitutiones non progrediuntur vlterius declarando irritam professionem aliter secutam,cum benè sufficiat,quibuscumque verbis ea facta fuerit,vt in terminis dixerunt Azor. *instit. moral. lib. 12. c. 5. q. 7. in fin.* Sanchez *in præcept. Decal. lib. 5. c. 3. n. 4.* qui allegant concordantes.

16. Minùs obstant adducta in tertio quod sit sumptus de sumpto,& propterea non probet, quia dictum Instrumentum non est susceptus de sumpto, cum fuerit extractum ab ipso originali,prout iacet cum cassatura, & apostilla,vigore litterarum compulsorialium, citata parte coram iudice compulsoriali, cum recognitione originalis facta per testes, cum interrogatoriis partis etiam circa verba apostillæ, quamuis fuerit extractum ex libro Instrumentorum originalium Conuentus, vbi extant, registrata Instrumenta concernentia interesse Conuentus in publica forma,manu Notariorum rogatorum, propterea cum habeat omnia instrumenta requisita,non fuit dubitatum,quin sit in forma probanti. Neuizan. *cons. 25. n. 2. &* 3. Seraph. *dec. 1236. n. 1.* Greg. *decis. 292. n. 2.* Quæ vero dicuntur, illud non extare in protocollo Notarij, qui se rogauit,fuit responsum, dictum Instrumentum Monasterij tamen probare, cum potuerit per incuriam Notarij, protocollum non redigi, Caual. *decis. 122. n. 11.* & fuit factum in Nepesina Hæreditatis 17. *Nouembris* 1600. *coram bon. mem. Lancelloto.*

17. Nec pariter obstant quæ in quarto obiiciuntur, scilicet quod probetur fratrem Ioannem feciſse annum probationis,nec integrè per annum permansisse in Monasterio, quia cum contrarium explicitè dicatur in dicto Instrumento professionis ibi, cumque per annum iam continuum elapsum semper steterit vna cum aliis fratribus in dicto Monasterio, & confirmatur, quia probatur fuisse receptum ad habitum, feciſse ingressum in Religionem de anno 1590. vt ex partita extracta,in qua continetur,nedum decretum de recipiendo, sed ipsa actualis receptio, & ingressus, cum alioquin non fuisset subscripta à fratribus, ibi, *tutti si sotto scriuaranno quando si fara à Frate.* Professio verò eiusque Instrumenta,est de anno 1592. vt in corpore ipsius Instrumenti, ideò cessat obiectum cum illud habeat pro se præsumptionem veritatis. Crauett. *consil. 131. n. 7.* Dec. *cons. 423. n. 10.* Caual. *decis. 205. n. 10.*

18. Tandem non obstante quæ in quinto,& vltimo fuerunt in contrarium allegata, desumpta ex non obseruantia anni Nouiatus, & fratrem Ioannem vagasse per Terram,aliis ibi enumeratis, quia placuerunt Dominis responsiones datæ quod in illis Terris,ac paruis Cœnobiis non seruatur iste rigor,cum benè sufficiat, nunquam fratrem reliquisse habitum Religiosum, & mansionem, & vitam duxisse in Monasterio, & licèt Nouitius ibi egrediatur, vel pro necessitatibus Monasterij, vel recreationis gratia,annuente Superiore,non propterea Nouitiatus fiat irritus,ex Nauarr. *consil. 12. de regul.* qui refert ita censuisse Sacram Congregationem. Sanchez *super Decalog. dicto lib. 5. cap. 4. num. 27.* Nec deambulatio per locum, siue Castrum excludit continuam habitationem in Monasterio: & quod facit cessare omnem difficultatem, est quod constat de permansione in Monasterio dicti fratris post susceptum habitum per tres annos,quo temporis spatio fuit inducta tacita professio, quæ pariter sufficeret pro professione inducenda, ex quo tacita operatur sicuti expressa,etiam post Concilium Tridentinum: imo ex sola tacita professione bona spectare ad Monasterium secuto obitu post annum professionis, dixit *Menoch. consil. 346.*

19. Quod dicitur,de tempore secutæ professionis nõ adfuisse in Conuentu Montis Fortini nisi tres fratres, nihil facit,cùm satis fuerit,quod superior, qui eum recepit, haberet potestatem incorporandi Religioni, prout habebat iuxta nota *in cap. porrectum de Regul. Franc. in cap. 1. n. 2. vers. & intellige de voti. Ruin. consil. 128. n. 3. lib. 1.*

20. Quibus stantibus,cùm præsumptio stet pro validitate professionis,& Nauarr. *consil. 13. num. 10. de regul.* Sanchez *super Decal. lib. 5. c. 4. n. 12* præcipuè stante obseruantia postea secuta, præsumuntur omnia præcessisse requisita, quæ debent concurrere pro validitate professionis,Menoch. *consil. 396. num. vltimo.* & constet de ingressu in Religionem, præsumitur in eadem continuasse vsque ad obitum secutum longè post instrumentum professionis, præsertim non constando de contrario.

Et ita resolutum vtraque parte informante,&c.

DECISIO VIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Merlino.

In causa Maioricen. Indultorum.

Lunæ 11. Aprilis 1639.

§. 1. ROmani Pontifices Ioannes XXII. Eugenius IV. & nuper s. m. Pius V. propter benemerita Incolatum Regni Maioricen. & ex aliis rationabilibus causis concesserunt,vt beneficia solùm naturalibus Incolis, & originariis dicti Regni conferrentur, ac vetuerunt Episcopo,& aliis Collatoribus, ne de cætero exteris prouiderent, huiusmodique Papalia indulta inserta sunt inter Constitutiones Regni. Ortis postea dissidiis inter Episcopum, & Regnum Maioricen. & causa coram me in Rota introducta, informantes pro Episcopo dederunt articulos in quibus probare intendebant dicta Indulta Romanorum Pontificum non fuisse vsu recepta, & allegabant plurimas collationes factas exteris, & ideo petebant remissoriam, & domini denegandam esse dixerunt ex capite irrelenantiæ,& ex eo quod non sit necessaria huiusmodi probatio per testes.

2. Irreleuantiam deducebant DD. quoniam dato millies probari istas collationes factas exteris,attamen non inde infringebatur vis, & auctoritas Indultorum Apostolicorum contra quæ Indulta,& Constitutiones Apostolicas non potest dari de non vsu, Abb. *in cap. fin. n. 4. vers. Vnde ibi, de treug. & pac.* Felin. *in c. 2. n. 6. vers. lex noua. eod. tit.* Couar. *var. resolut. lib. 2. c. 16. n. 6. vers. 5. sunt.* Put. *decis. 1. in fin. lib. 1.* Card. Caual. *decis. 77. n. 3. &* 85. *n. 2. &* 91. *n. 7. &* 111. *n. 1.* Ratio est, quia Principes sæculares auctoritatem habent à populo,& ab homine, ideo eorum leges eatenus obligant, quatenus moribus vtentium, qui auctoritate contulerunt, approbentur, *l. 1. in fi. ff. de Senator.* Dec. *consil. 162. col. pen. vers. vltimo non obstat,* & egregiè explicat,D. Thom. *part. 2. quæst. 97. art. 3. ad tertium.* Papa autem habet immediatè, & solum à Deo auctoritatem absque vlla dependentia à consensu subditorum,& ideo non exigitur pro firmitate illius Constitutionum,quod alij vsu recipiendo,illas admittant,sed statim ac à Papa promulgatæ sunt, & innotuerint, etiamsi in singulis Prouinciis non sint publicatæ, vim habent, & auctoritatem, & obligant. Ita Præpol. *in cap. istis §. leges, num. 3. vers. nisi dato consensu Papa 4. dist.* Archid. *in cap. leges promulgantur, distinct. 4. & in cap. cum de benef. circa fin. vers. nec miretis, de preben. in 6.* Franch *ibidem n. 4.* Rot. *apud Card. Con. decis. 85. num. 2.* & in Conchen. beneficij de Valde indios 14. *Nouembris* 1611. *coram Cardin. Sacrato,* & in Foroliuien. Census 25. *Februarij* 1622. *coram bon. mem.* Manzanedo *in fine, qua est dec. 365.* post Cinc. *de Cens.* Molin. *de contract. disp. 395. nu. 1.* Cinc. *de Cens. q. 34. n. 48. & 50. in vlt. impress.* Nauarr. *consil. 1. lib. 1. nu. 9.*

in

infin. de Constitut & omnium clarius Suarez *de legibus, lib. 4. cap. 16. numer. 2.* & sic contrarius vsus Pontificiis Constitutionibus non illas elidit, nisi tamen cum toti contrario vsu populi concurreret etiam positiua scientia Papæ,& illius consensus,quia tali casu ipse Papa videretur abrogasse antecedentem suam Constitutionem, Archid.*d,locus.* Felin.*in d.c.1.num.6.de treug.& pac.* Federic. *consil.117.num.2.* Vitalin.*in Clement.1.num.26. de probat.* Franc.Aret. *consil.11.num.5.ante med.viden.* Sot.*de iustit.quæst.7.art.2.versic.ergo sicut i Gabr.concl.2. numer.12.eod.tit.* & Rota *in d.decis.coram Card.Caual.* & in Rom. Societ. Officij 15. *Nouembr.* 1624. *coram bon.me. Vbaldo.* Quæ scientia hic positiua Papæ non probatur, & multo minus consensus in hunc contrarium vsũ,immò dissensus apparet,quia vbi Episcopus cõtulit extero S.D.N.inhærendo indultis s.m.Pij V. concessit Michaëli Originario Maioricen.cuius impetratio in contradictorio obtinuit coram Reuerendiss.D.Episcopo Meltio tunc Locum tenente A. C.,cum possessione subsecuta in fauorem dicti Michaëlis, expulso dicto extero.

3. Et multò minus attendendus est dictus non vsus tum in Constitutione Pij V.adsint clausulæ;*non obstantibus quibuscumque*, &c. *& decreto irritanti*, per quas clausulas eneruata est omninò vis actus contrarij subsequentis, & in obseruantiæ Constitutionibus, vt in puncto est decisio Crescen.4. *de priuil.n.3. & 4. & sequent.*& Caputaq.*decis.103.n.1.part.3.& decis.* in Barchinon.Vicariæ 7.*Decembris* 1616.*coram bon.mem.Buratto Lott.lib.1.de re benef.quæst.34.n.51.*Gratian. *discept.559.num.35.* Rot. *decis.152. num.4.part.2.recent. & coram Reuerendi. D. Decano, decis.51.num.2.*& in Valentina Iuris Sedendi 12. *Iunij* 1634. *coram me.* Sic enim apponitur, quod Papa voluit resistere actui contrario suæ Constitutioni, & adhuc illam voluit seruari Scrader. *de feud.part.10.sect.20.num.161.*cum aliis supra relatis.

4. Nec applicari visa est immemorabilis cum constet de initio saltem respectu Constitutionis s.m.Pij V.quę tunc statim cœpit ligare, & sic contra eam non potest dari nec de Centenaria, nec de immemorabili,vt in simili considerat Gratian.*d.discep.559. n.34.35. & 36.* Rota decis.in Ratisbonen.Canonicatus 23.*Iunij* 1617. *coram D.meo Pirouano,qua est decision.542.n.3. part.4. recent.*

5.Et alio etiam capite apparet de irreleuantia articuli circa non vsum dictæ Constitutionis, & Indulti Apostolici, quoniam si huiusmodi Indultum concessum est Vniuerso Corpori Ciuium, & Incolarum Regni Maioricen. quemadmodum expressus consensus particularium non potuit præiudicare ipsi Corpori vniuersali,ita multo minus tacitus consensus qui posset resultare ex illa acquiescentia, poterit auferre beneficium dicti Indulti ab aliis Ciuibus,quibus competit,nec illis ptæiudicare gloss. *in cap. dudum il 2. in versio. de veritate in fin. de elect* Roman.*consil.374.nu.5.*Menoch. *consil.39. num.5.*Rot.*decision.13.de procur.in nou.*& in Mediolanen.Decimarum 9 *Iunij* 1630.*coram me.* Adeo vt ipsis Ciuibus permittatur, tam in petitorio, quam in possessorio nomine Vniuersitatis, & Regni agere,eorumque iura vindicare Caput.*ad decis.170.& 182.part.3. Adden ad s.m.Greg.XV.decis.116.n.5.*& in Collimoncen.præstimoniorum 27.*Iunij* 1633.*coram Reuerendiss. D.Decano,*& in dicta Valentina iuris Sedendi 17.*Iunij* 1634.*coram me.*

6. Nec videbatur etiam necessaria hæc probatio per testes;quia cum super collationibus beneficiorum fiant Scripturæ, & publica Instrumenta, & in Cancellariis conseruentur memoriæ, & Aduocationes, huiusmodi Scripturas Episcopus posset exhibere, & idcodum probatio fieri potest per scripturas non est admittenda per testes, & sic deneganda est remissoria. Bellam. *decis.9.& decis.384.* Felin.*in cap.1.n.4.de appellat.* Rot. *in rec.decis.314.n.1.p.1.& decis.45.n.2.& 589.n.1.p.2. & alias sæpissime.*

7. Nec releuat subterfugium Episcopi, quod scilicet fuerint deperditæ tot Scripturæ per tot annos confectæ,quoniam vltra quod est inuerisimilis talis amissio, & eo magis quia ipsi informantes pro Episcopo dant adnotationem collationum cum certo anno,mense,die & aliis particularibus circunstantiis,quæ dari non possent, si verè non extarent dictæ scripturæ.Respondebant DD.quod asserere,deperditas fuisse tot Scripturas, est allegare negligentiam,& delictum illius,cuius munus erat circa custodiam Scripturarum,& tale delictum non præsumitur.Bart.*in l. si quis ex argumentariis 3. §. pen ff. de eodem latè.*Surd. *consil.109.n.9.*Honded *consil. 19.n.17.lib.1.* Rot. *coram bon.mem.Buratto, decis.505. n.11.& 12.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit pro denegatione remissoriæ.

DECISIO IX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Merlino.

In causa Corduben.Decimarum de Lucena.

Lunæ 7. Februarij 1639.

§. 1. PEr sententiam Rotalem coram Reuerendiss.D. meo Decano, præmissis multis decisionibus, fuit pronunciatum,R.P.Prouinciales Prouinciæ Betitæ,& Patres Societatis Iesv,ex Indultis, & Priuilegiis Apostolicis,exemptos esse,& immunes à solutione Decimarum super bonis per dictos Patres Societatis possessis,nec eis obstare moderationes fel.rec. Leonis XI. & Sanctissimi D.Nostri, impositúmque fuit Excellentissimo D. Duci Cardonæ super petitione istarum Decimarum perpetuum silentium, hæcque sententia, iterum negotio noua disputatione discusso, fuit præcisè confirmata coram R.P.D.meo Carillo;& hodie vnanimiter coram me,examinatis omnibus decisionibus,responsum fuit, dictas sententias Rotales esse validas, & iustas,& ideò confirmandas.

2. Validæ, quia seruatis omnibus rite latæ, nihilque prætermissum, quod ad talem iudiciariam requiratur.

3.Non obstat,quod coram R.P.D.meo Carillo institerint Agentes Excellentissimi D.Ducis pro admissione articulorum, & illis denegata & interposita appellatione deuentum fuit ad publicationem sententiæ, & ideò tanquam lata pendente appositione fuerit nulla dicta sententia, Castr. *consil.281. numer.5. in princ. vers.1.quia,lib.1.*Crau.*consil.103.num.5.*Magon. *decis. Lucan. 37.num.7.* & dabatur appellatio ab huiusmodi denegata admissione articulorum,Bald *in l.arbitrio tuo, num.4.vers.in ergo, ff. qui satisd.cog.*Surd. *decis.336.per tot.*Osasch.*decis.25.num.14.vers.contrarium tamen,*Rota Auenionen. *decis.102. numer.2.* Quoniam hæc conclusio non procedit quando articuli continent materiam non releuantem, & probationes, quæ ex articulis debent resultare, sunt impertinentes,si enim Iudex tales articulos reiicit, non grauat, Bart. *in l.2. num.25. vers.3.quæro ff.de appellat.*Bald. *in l.2.num.19. quæst.13. Cod de Episcop. aud.* Si autem non grauat iudex, nec consequenter pars legitimæ appellat,& in terminis admissionis articulorum in Curia fuit resolutum in Maceraten.legitimæ 22.*Iunij* 1629.*& 18. Febr* 1639.*coram Reuerendiss. Vrgellen.* quæ sunt inter eius impress, illa *decis.213.hæc decis.239.*Rot.*decis.vltim.n.3.& seqq.p.1. rec.*tradit Scacc.*de appell. quæst. 17. limit.47. membr.1. num.141.* Quod autem materia articulata esset irrele-

uans,& impertinens,luculenter patet ex *decisione emanata in hac causa 5.Iulij superioris anni vers.irreleuantia coram R.P.D.Carillo.*

4.Nec dicatur quod fuit petitum,admitti articulos in Curia, quo casu nunquam solet denegari examen,Caputaq.*decis.*47.*part.*1.Rot.*decis.*14.*de restibus in antiq.* Quia istæ decisiones intelligantur quatenus probationes, ex d.examine faciendæ, sint profuturæ, vt colligitur *ex ead.decis.*24.*de rest.in antiq.* ibi,*vt tamen sint boni,& pertinentes in materia,& forma,*& tradit idem Caputaq.*decis.*68.*part.*3 ibi:*Dummodo sint releuantes*,frustra enim expectamus probationes, quæ non releuant, Cassad,*decis.*1.*de dilat.* Rot.*decis.vltim.num.*5.*&* 6.*p.*5.*rec.* Nec D.meus Carillus detulit appellationi,nec à se abdicauit iurisdictionem, dum simpliciter dedit testimoniales,ex quibus solum resultat testimonium iudicis circa illud factum, quod nempe pars appellauit,& per tales testimoniales nihil dicitur à iudice approbatum circa admissionem appellationis, vt post alios explicat Scacc. *de appellat.q.*13.*n.*6.

5.Iustitia autem sententiarum benè deducitur ex priuilegiis,& indultis concessis Societati Iesv per fel.rec. Paulum III,Pium IV. Gregorium XIII. in quibus Societas, & singula Collegia eximuntur à quibuscumque decimis,& vberrimis,& amplissimis clausulis huiusmodi indulta muniuntur, & signanter derogatur *cap. nuper,de decim.* quod promulgatum fuit in Concilio generali, & huiusmodi indulta Societatis Iesv pluries in Rota fuerunt discussa, & semper canonizata, vt in dedecisionibus bon. mem. Bubali, & in tribus sententiis eiusdem Bubali,Seraph. & Blanchetti,vt habetur apud *Leon.in Thes.for.Eccles.part.*2.*c.*24.*n.*71 & omnes allegantur *in decisione Ciuitatis Castelli decimarum* 25. *Iunij* 1629.*coram R.P.D.Ghislerio.*

6.Neque obstat illa immemorabilis per centum,& vltra testes,iustificata, quod Excellentiss. D.Dux Cardonæ, & eius Antecessores perceperunt omnes Decimas in Agro Lucen. quoniam iterum domini pro responsione repetebant duas conclusiones à Doctoribus frequenter receptas,& Rota millies approbatas.

7. Prima quod sola immemorabilis, & quæcumque antiquissima consuetudo,non suffragatur laïco,vt decimas Ecclesiasticas recipiat, *cap. ad hæc decim.cap.causam que,de præscript.* Felin.*in cap.cum contingat.num.*4.*vers.*2.*fallit, de for.compet.* Marc,Mant.*in cap.vigilanti sub.num.*4.*de præscript.* Zabarell. *consil.*88. *num.*4. Menoch.*consil.*291.*num.*41. Peregr. *de iur.fisc.lib.*6.*tit.*8. *num.*19.*& decis.*141.*num.*4.*& decis.*144. *num.*3. Rota *in Mediolanen.restitutionis permutationis* 21.*Maij* 1597. *coram Pamphilio*, *in Valentina Decimarum de Ayora* 27.*Nouemb.*1602.*coram Penia.* Cum enim à iure diuino institutæ & præceptæ fuerint in subsidium,& alimentum Sacerdotum,& Dei Ministrorum, vt populo spiritualia ministrantes, temporalibus non egeant,& sic dicuntur de Sanctuario Dei, & sunt cibus in Domo Domini,& etiam in recognitionem dominij vniuersalis ipsius Dei,huiusmodi Decimæ eidem Deo,& per ministerium illius Sacerdotum & Ministrorum, quasi eiusdem Dei Procuratorum,exhibendæ sunt, *c. reuertimini* 16.*q.*1.*c.admonemus* 16. *quæst.*2. Abb. *in cap.tua nobis, n.*4.*& in c.in aliquibus,n.*3.*&* 9.*de decim.* Rip. *responsi.* 26.*n.*14 Peregr. *decis* 143.*num.*3.4. Non autem laïcis, qui omninò huiusmodi rerum spiritualium incapaces sunt,*c.placuit & cap. peruenit* 16. *quæst.* 4. *prohibemus, de decim.cap.cum & plantare, de priuileg.* Abb. *in cap. quamuis,num.*1. *&* 2.*in cap.ad hæc n.*1. *de decim.* Felin. *in c.causam que,num.*3.*de præscript* Marc.Mant. *d.cap. vigilanti d.num.*4.*eod.tit.de præscript.* Zabarell.*d.consil.* 88.*n.*3.4.Menoch.*d.consil.*291.*num.*42.Giouagn.*consil.* 27.*n.*3.*&* 4.*lib.*2 Peregr.*consi.*74.*n.*2.*&* 17.*lib.*1.*&d. decis.*143.*n.*4.

8. Altera conclusio est,quod immemorabilis eatenus suffragatur laïco circa perceptionem decimarum,si adsit datur,& concurrat, vel fama priuilegij, vel recognitio, vel aliud æquipollens probetur, ita Ioan.Andr.*in cap. cum Apostolica sub num.*9. & ibidem etiam Abb.*n.*12. *vers.*1.*quod iste laicus*, *de his quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in d.cap.causam que,num.*3.*de præscripti,& d. cap.cum contingat.d.numer.*4.*vers.si tamen simul,de for.compet.* Rip. *in cap. decernimus, num.*75. *versic. contrarium est verius,de iudic.*& sequitur Auffrer.*ad Capell.Tholos.decision.*440.*sub n.*2.*versic.primum quando.* Gabr. *de præscript.concluf.*1.*num.*18.Menoch.*de præsumpt.*86.*num.*5.*&* 6.*& d.consil.*291.*n.*43. Peregr. *de iur.fisc.lib.*6.*tit.*8.*n.*22. & tenuit Rota *decis.*215.*n.*2. *part.*2.*din.* Seraph.*decis.*1102.*n.*1.Mant.*decis.*289.*n.*2. *& coram Pamphilio in illa Mediolanen.rescissionis permutationis*, *& coram Penia in illa Valentina Decimarum de Ayora*; Monet.*de decim.c.*5.*quæst.*3.*n.*59. *vers. in concessione decimarum*,& fuit doctissimè explicatum *in* 3.*decisione Reuerendissimi D.mei Decani.*

9.Verùm nullum ex præmissis in hoc casu obstat Patribus Societatis Iesv quominus fruantur exceptione decimarum sibi à tot Romanis Pontificibus concessarum.

10.Nam fama Priuilegij,quia si nedum fama Priuilegij,sed etiam ipsum Priuilegium exhibeatur,adhuc Patres gauderent eorum indultis ; quamuis enim aliter aliquando Rota senserit,hodie postquam diligentissimè examinauit articulum ; retinet sententiam,quod indulta Apostolica, circa exemptionem à solutione decimarum antiquarum,suffragentur,nedum contra Rectores, & alios, qui de iure communi percipiunt decimas, sed etiam contra illos,quibus ex iure speciali competit tale ius decimas exigendi & sunt in possessione istius iuris decimandi, Papa quippe sciebat alicui præiudicare dum exemptionem concedat à solutione decimarum, nec distinguebat in quem caderet præiudicium,solùmque præ oculis habebat fauorem illius,cuius meritis erga Ecclesiam, rependebat, dum immunem fecit à decimis, ita duce Cassad. *decis.*1. *n.* 1. *de priuileg.* perpensis illis verbis,*quia Papa Iulius sciebat,quod præiudicabat his, quibus de iure communi vel alias decima erat debita.*& Caputaq.*decis*263.*lib.*1.*in manuscript.* firmauit Rota in Valentina Decimarum 10. *Decembr.*1601. *coram bon.mem. Ittta,quæ est decis.*48.*part.*1.*recent.* in Gerunden. Decimarum 5. *Iulij* 1621.*coram bon. mem.* Manzanedo *in Placen.Canonicatus* 5.*Decembr.*1614.*coram.Reuerendissim. Domino meo Decano*, & sequuta est in hac causa in omnibus decisionibus tam coram Reuerendissim. D. meo Decano, quàm coram R.P. D. meo Carillo,& est etiam decis.in Conchen. exemptionis decimarum 30.*Ianuarij* 1589.*coram Orano.*& ipsius etiam idem sensit Abb. *in cap.*1.*dudum,num.*3.*vers.& potest esse,de priuil.g.* ibi, *Papa,concedendo priuilegium, voluit derogare possessoribus*, & ibi Hostien. *numer.*6. *versic. nec obstat*, Ioan. Andr. *num.*5. *circa fin.* & Zarabell. *num.*1. *circa fin.vers. quæro*, & alij, quos allegat *d. decis.* 48. *numer.*1.*part.*1.*recen.* Egregiè viden. Zas. *consil.* 16. *per tot. præcipuè*, *num.*12.*&* 18.*vers. quod si etiam*, qui loquitur etiam stante immemorabili præscriptione exigendi decimas, vt patet ex principio ante *num.*1.Sicque tota vis istius articuli consistit in voluntate Papæ scilicet,quibus voluerit præiudicare,dum alteri concessit immunitatem à solutione decimarum; certè,si indubitanter intellexit præiudicare illis,quibus de iure communi, & quidem Diuino, competit decima, nempè Rectoribus Ecclesiarum, qui etiam ex causa onerosa, nempe administrationis Sacramentorum, exigunt decimam, & qui perpetuò sustinent pondus diei, & æstus, multo magis dicendum est voluisse præiudicare laïcis, & quibus solum ex priuilegio, & sic iure positiuo, quamuis etiam ex causa semel onerosa præsumpta, concessum fuit ius decimandi, vt perpen-

dit

dit *d. decis.48.nu.1.part.1.recent.*& in simili etiam Rota in Mantuana pensionis 13. *Nouembr.1626.coram me, quæ est decis.224.p.1.recent.*

11. Nec infeudatio seu recognitio potest suffragari Excellentiss.D.Duci,qui non probatur ; nec potest deduci ex sola immemorabili , quæ quidem valet producere meliorem titulum de iure, sed hoc intelligitur, quatenus titulus allegatus sit congruus , possibilis & proportionabilis,vt dixit Rot.in Cracouien.Iurisiegendi 21. *Maij 1627.coram Reuerendissimo D.meo Decano, quæ est decis.71.part.5.recent.& in eadem 3. Decembr. 1613.coram Reuerendissimo P.D.meo Gh sterio quæ est decis.325.ead.part.*Hic autem titulus infeudationis non est proportionabilis,quia,si D.Dux vult allegare maiores suos fuisse infeudatos de hoc iure decimandi,deberet constare , quod recognouerint dominum directum Ecclesiæ,& quod ipse,& antecessores sui se profitebantur Vassallos Ecclesiæ , ratione istius iurisdicimandi, Ioan.Andr.*in d.cap.cum Apostolica sub. num.9. vers. ad alias dic*, ibi , *vbi non possedisset vt Vasallus*, & ibidem Abb.*num.12.* Rebuff.*de decim.quæst.13. num.76.* Peregrin.*de Iur.fisc.lib.6.tit.8.num.22.& decis.144.num.22.* Menoch. *d.consil.291.num.43. & 44.* Infeudatio enim est contractus vltrocitroque obligatorius. Abb. *in cap. quæ Ecclesiarum,num.15.de constit.*Paris.*consil.22.n.47. & consi.23. num.79. lib.1.* Ruin. *consil. 7. numero 31. lib.1.* & sic, si Ecclesia infeudauit , debet etiam doceri de adimplemento Vasalli per recognitionem, *argum.l. Iulian.§.offerre ff.de act.empti & not.per Bart. in l.quæro,§.inter locat.ff.locat.& facit d.decis.221.5.num 4.5.6. part.2.din.*

12.Præterea,aut istam infeudationem Excellentiss.D. Dux deducit post Concilium Lateranense , quod sub Alexando III. editum fuit anno 1179. & talis titulus non suffragatur, quia ibi accerrimè impugnata fuit, & prohibita infeudatio decimarum, nec ideò tenet infeudatio laicis facta post d. Concilium *d. c. cum Apostolica,de his quæ fiunt a Prælat d.c.prohibemus,de decim.& cap.2 §.sanè.eod.titul.in 6.* Couarr.*var.resol.lib 1.c.17. num.4.vers.olim sanè,*Azor.*in summ.part.1.lib.7.cap.36. alias 25.quæst.13.*Monet. *de decim,dicto cap.5.quæst. 5. num.66.*

13.Aut vult allegare infeudationem ante d.Concilij, quæ illo tempore omninò non erat interdicta infeudatio decimarum in fauorem laicorum vt per Couarr.& alios præalleg. Doctores;& hæc possibilitas non congruit casui nostro,qui ante,& de tempore Concilij Lateranensis Corduba,& Lucena laborabant sub tyrannide Maurorum,à quibus solùm vindicatæ fuerunt longè post expletum Concilium Lateranense , nempe de anno 1240. vt eleganter ex temporum Chronologia , & rerum Hispaniarum Scriptoribus deducitur *in vlt. decis.29.Maii præteriti coram R.P.D.meo Carillo.*

14. Nec releuat,si diceretur,ex illa immemorabili potest allegari , quo istud ius decimandi fuerit infeudatum priusquam Corduba , & Lucena in seruitutem Maurorum inciderent , & sic ante Concilium Lateranen. libertate verò vindicata, post Concilium, iterum laïcis fuerunt infeudatæ decimæ,quoniam nec talis titulus sufficeret ; licet enim in aliquibus casibus posset ante Concilium Lateranense fieri laïcis infeudatio decimarum , attamen post Concilium non potest repeti infeudatio decimarum, eorumdem etiam bonorum , vt bene explicat Felin. *in d. cap. causam quæ sub num. 4. vers.facit etiam, de præscrip.* Imol. *in cap. cum apostolica,n.19.& seqq.de hi,quæ fiunt à Prælat.* Bero *consil. 21. num.9.12.& 19.lib.1.* Couar. *var.resol.d.c.17.sub n.5. vers. præter hæc* , Menoch. *d.præsumpt.86. sub numer.5.* Rebuff. *de decim.quæst.10.num.12.& seqq.* Monet.*ad tract.d.cap.5.quæst.3.num.73.* Giouagn.*d.consil.27.n.38. lib.2.*

15. Denique nec suffragari potest aliud æquipollens quia nullum deducitur sufficiens, & Canonistæ nullum efficaciorem titulum deducunt , quam infeudationem. & tamen, vt supra ostensum fuit , hic non sufficit.Nec titulus diuinatus ab informantibus pro D. Duce, scilicet titulus ex causa onerosa , cui non intelligitur in dubio derogatum , potest excludere Patres Societatis IESV ; quoniam antecessores D, Duci habere potuerunt hoc ius decimandi ex causa onerosa , facit quidem , vt ipse D.Dux possit exigere decimas, & si Papa alteri concederet priuilegium exigendi decimas , non censeretur in dubio tollere ius ex causa onerosa , prius competens ipsi Excellentiss. D. Duci circa exactionem decimarum, sed hæc causa onerosa non facit, nec impedit,quin Papa alteri amplissimis clausulis,& derogatoriis,concedendo exemptionem à solutione decimarum voluerit præiudicare ipsi , etiam habenti ex causa, præsumpta tamen onerosa:quia;concedendo exemptionem,intelligebat præiudicare illi(qualiscumque ille sit) qui decimas exigebat. Nec de defectu intentionis Papæ hic potest dari,cum ipsa materia exemptionis à solutione decimarum sit sui natura præiudicialis.Nec distinctio facienda est personarum, quæ percipiunt decimas,immò credendum est,Papam facilius voluisse præiudicare laïco,cui impropria,& incongruissima est exactio decimæ spiritualis,quamuis habeat ex titulo præsumpto onoroso,quàm Rectoribus Ecclesiarum, quibus ab ipso Deo ex titulo vero , & ob continua onera Ecclesiastici Regiminis, decima assignata fuit:& esset absurdissimum,quod ius decimandi esset potentius, & efficacius penes laïcos ex titulo præsumpto, quam penes Parochos,qui titulum verum habent, vt optimè considerat Zas.*d.consil.16.n.16.viden.*quod absurdum sequeretur, dum Patres Societatis IESV essent immunes à solutione decimarum respectu Parochorum , non essent immunes respectu laïci,qui tamen plus iuris in istis decimis habere non potest, quàm habeat Parochus in cuius locum , ex quocumque titulo præsumpto oneroso, successit,& est subrogatus.

16.Nec prædictis obstare videntur tradita per Ioann. Andr.*in cap.nuper,nu.4.de decim.& alios concord.* quoniam videntur loqui contra communem,& à Rota approbatam opinionem,quæ est,vt priuilegia Papalia,circa exemptionem à decimis soluendis , faueant contra quoscumque etiam titulo speciali decimas percipientes,& Ioan.Andr.loquitur in laïco, qui titulum verum & parentem haberet ante Concilium Lateranense, Excellentiss.autem D. Dux habet solum titulum præsumptum,& est impossibile,vel saltem multum in verisimile,quod ei competat ante d.Concilium, ex supra deductis. Præsertim , cum priuilegium concessum Patribus Societatis IESV , sit etiam concessum ex causa onerosa, intuitu nempe laborum,quos egregiè sustinent ipsi, & vtiliter pro Christiana Republica ; vnde facilius etiam censeretur derogatum cuiuscumque iuri,etiam ex causa onerosa , laïcis competenti , circa exactionem decimarum,ex tradit,per Gonzal. *ad reg.8.gloss 28. numer.26.* Maximè , quia per hoc priuilegium exemptionis non multum læditur ius laïci , & priuilegium Societatis IESV habet clausulas , & derogationes amplissimas, etiam si à Regibus , & quibuscumque Principibus exigantur , placuerúntque dominis aliæ responsiones circa hunc titulum præsumptum ex causa onerosa , datæ in prædictis decisionibus *coram Reuerendissimo D. meo Decano,& R.P.D.meo Carillo.*

Et ita , vtraque parte informante , fuit resolutum, sententias Rotales esse validas , & iustas , ideò confirmandas.

DECISIO X.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.D. Coccino Decano,

In causa Toletana Nullitatis Matrimonij.

Veneris 18. Februarij 1639.

§. 1. DOmina Antonia cùm esset annorum decem; mensium quatuor,& dierum viginti octo, vt constat ex partita libri baptismi qui probat ætatem. Rota *decis.643.num.1.part.1.in posthum.vlt.die Octobr.* 1629.non adhuc pubes,quia pubertas in muliere requirit ætatem annorum 12. *cap.continebatur,de desponsat. impuber.* Sanchez *de matrim.lib.7.disput.104.n.1.* contraxit matrimonium cum D. Didaco præuia dispensatione, vt deponunt testes, quia malitia supplebat ætatem, hoc est aderat potentia generandi, & sufficiens discretio ad obligandum, quo casu validum est matrimonium *cap.de illis il 2. cap.puberes, & cap.fin.de desponsat.impub.*Sanchez *loc.citat.numer.5.*& die Septembr. 1632. quæ est dies festiuitatis S. Hieronymi, quo tempore d. D. Antonia erat ætatis annorum 11.mensium quatuor, & dierum 25. vir, & vxor cœperunt simul cohabitare, dormientes in separato lecto,sed cum facili, & libero transitu de vno ad alium; quia Camaræ erant contiguæ, & illarum fores apertæ, vt probatur ex confessione d.Antoniæ facta coram Vicario, & etiam ex testibus examinatis.

2.His ita se habentibus D.Antonia 4.Maij 1633. introduxit iudicium coram D. Vicario Matriti super dissolutione matrimonij ob impotentiam perpetuam D. Dicaci in coeundo,& Vicarius, adhibitis quatuor Medicis, ac duobus Chirurgis inspici fecit d. Didacum, & Medici prædicti præuio iuramento retulerunt die 19. Augusti 1633. quod ille non patiebatur defectum potentiæ naturalis, quæ posset videri,aut cognosci ex dicta inspectione,quæ fieri debet de iure,*argum.text.in c. fin.vers.post modum, de frigid. & malef.*& ita fuit seruatum in caus.Taurinen Nullitatis matrimonij 2.*Decemb.* 1591.*coram bon.mem.Card.Blanchetto,* & superioribus annis in causa Romana Nullitatis Matrimonij *coram bon.memor.Francisco Penia tunc Rotæ Decano,quæ est decis.226.post.2.volum.consil.Farinac.*Vnde Vicarius præfatus 6.Nouemb. 1634. decretum fecit, quod præfati coniuges continuarent suam cohabitationem cœptam in d.die S.Hieronymi anni 1632,vsque addiem S.Hieronymi 1635. & commisit eorum conscientiis, quod procurarent, quantum in ipsis erit, consummare matrimonium, & interim frequentarent Sacramenta, & offerrent sacrificia,elargirentur eleemosynas,& operarentur opera pia loco pœnitentiæ.

3. Hoc Decretum in aliqua parte visum fuit dominis iuridicum, & iustum, sed non in ea parte, in qua decernit cohabitationem triennalem incœpisse, & esse computandam à die primæ cohabitationis ante decretum: Quia licet in hac materia quando fuit habita relatio Medicorum,& apparet impedimentum esse naturale,non sit necesse quod coniuges confiteantur peccata sua antequam deueniatur ad cohabitationem triennalem,Hostien. *in cap.fin.n.5.de frigid.& malef.*Attamen si dubitatur. An impedimentum sit naturale, vel accidentale, vel à maleficio operæ Dæmonum, vel Magorum perpetrato, vbi non apparet de vitio, aut morbo, vel defectu membrorum genitalium visibili ad remedia naturalia, diuina, & Ecclesiastica recurrendum est. *c.si per sortiarias 33.q.1.* vbi DD.& concordant Theologi *super 4.sent.* S.Thom.S. Bonauent. Petrus de Palude,Sotus, Durandus,& alij, Ioannes Hider. *in fornicario,lib.5.cap.6. vers. pro solutione*, Martinus del Rio *to.3.disquisit magicar.lib.6.cap.2.sect.3.* & debet etiam deuenire ad exorcismos, qui quomodo sint faciendi, praxim ponit Frater Hieronymus Menguas in suo fusis dæmonum, siue flagello dæmonum exorcismo 6. sed doctius & melius theoricam ponit Syluester *de strigibus,lib.2.c.12.*& omnia debent fieri iussu Iudicis, & sic in isto casu cum dubitaretur, An impedimentum esset perpetuum naturale vel accidentale bene fecerit Vicarius deuenire ad cohabitationem triennalem cum requisitis dicti *c.laudabilem,*& ibi Præpositus,*num.4.in oppositum.de frigid.& malefic.*Cardin.*in c.1.ed.titulo* & ibi Præpositus *num.7.* Brunell. *de sponsal.conclusione 28. limitat.1.* & fuit resolutum in d. causa Taurinen. Matrimonij 27. *Aprilis 1592. coram bon. mem. Blanchetto.*Sed dictam cohabitationem triennalem incipere, & computari debere à Decreti Iudicis, non obstante quod multi DD. teneant contrarium ex allegatis per Sanchez *de matrimon.lib.7.disp.10.num.4.& 5.* tutius esse dicunt Hostiens.*in dict. cap.fin. de frig. & malef. n.10.& in summ.eod.tit.§.qualiter,& quando,n.12.vers. vtrùm dici potest*, Ioan.Andr.*in d.cap.fin.num.8.& 11.* Ancharan.*num.9.* Butr.*num.10.* vbi dicit hanc opinionem esse veriorem. Henric. Boich.*num.1.& 2.* Brunel *de sponsal.d.conclus.28.num.10. & 14.* Capel.Tholos. *decis.381. num.6. in fin.* Et hanc sententiam perpetuò Rotæ seruauit vt *in decis.132.num.4.& 5.& decis.226. num.1.post.2.volum.consil.Farinac. & decis.277.n.13. part.4.coram bon.mem.Curat.decis.763.num.12.* & 13. & propterea cum à die Decreti non adsit cohabitatio triennalis DD.responderunt non constare de triennali cohabitatione,quæ suffragaretur.

4. Non obstat, quod videatur arbitrarium esse Iudici posse vti habitatione præcedenti decreto,vt *in d.decis. 226.num.1. vers.nihilominus,post.2. volum.consil.Farin.* Quia est aduertendum quod in maleficiato semper expectatur lapsus triennij:in frigido non semper Hostien. *in d.cap.laudabilem,de frig.& malef.num.1.* Ioan.Andr. *n.8.*Abb.*n.2.* Alexander de Neuo *n.3.* Præpositus.*num.2. vers.secus est in maleficiato,* Butr. *n.15.vers. quod autem in maleficio.* Rota *decis.192. num.2. vers.propterea,post 2.vol.consil,Farinac.*Et in casu nostro cum Didacus potens sit cum aliis mulieribus coire, vt ex multis constat, eius impotentia cum vxore potius est iudicanda accidentalis,quàm naturalis ex frigiditate Capel.Tholos.*decis.381.vers.ad primum,*& fuit resolutum in causa Bononien. rescissionis Matrimonij 12. *Ianuarij 1598. coram bon.mem.Cardin.Blanchetto*; & propterea cessat dictum arbitrium abbreuiandi triennium, sed illius lapsus expectandus est, vt patet ex prædictis.& ex Petro Ledesma *de matrim.quæst.18.art.2.*& dicitur *in d.Bononien.* remoueturque omnis difficultas; ex eo quòd in casu decisionis bon. mem. Peniæ constabat ex relationibus maritum, esse frigidum,& debilem, non maleficiatum,vt patet ex lectura decisionis.

Et ita conclusum vtraque parte informante,&c.

DECISIO XI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Peutingera,

Maioricen. Indultorum.

Veneris 16. Nouembris 1640.

§. 1. OVamuis Domini sub die 11.April.1639.coram D.meo Merlino.Indulta à Romanis Pontificibus Ioanne XXII.Eugenio IV.& s.m.Pio V. propter benemerita, aliisque de causis concessa Incolis regni Maioricensis prohibendo ne de cætero exteris,sed originariis eiusdem regni beneficia Ecclesiastica conferantur, Episcopo per remissoriam probare contendente,vtu

te,vsu non fuisse recepta,& contrariis actibus præscripta;hanc denegandam esse respondissent ex fundamentis in eadem decisione luculenter deductis. Placuit tamen Episcopum remissoriam denuò vrgentem hodie coram me iterum audire.Quare dubio accuratè discussa iterum resolutum fuit remissoriam ex capite irreleuantiæ esse denegandam.

2. Nam quidquid sit,& circunscripta consideratione, An indulta hæc sonent in priuilegium, vel legem vniuersalem , vt etiam ex hoc capite contraria quælibet probatio excludatur , de quo satis *in d. decis. D. mei Merlini* ; nihilominus articulos pro parte Episcopi datos de non vsu,& contrario vsu supradictorum priuilegiorum vt exinde amissio eorundem resultare possit, censuerunt esse omnino irreleuantes.

3. Quia licèt verum sit, quod tam Vniuersitas, quàm plures particulares proprio priuilegio per non vsum;& contrarium vsum possint renunciare , cum ex pluribus actibus plures repetitis plurium particularium resultet notitia,& consensus ipsius Vniuersitatis;vt tradit Abb. *consil. 18 n. 4. & 7. vers. non obstat , circa med. & consil. 61. n. 7. part. 2.* Gail. *obseru. 60. num. 12. lib. 2.* Attamen quotiescumque in priuilegio adest decretum prohibitium , ac clausula irritans , prout legitur in Indulto Pij V. directo Ordinario Maioricensi ; tunc cessat effectus non vsus, seu contrarij vsus , vt benè aduertit Felin. *in cap. cum accessissent , num. 30. vers. quarto limita, de constit.* Innocent. *in cap. accedentibus, de priuileg.* Rot. *decis. 3 de priuileg. in antiq.* Gabr. *conf. 151. n. 16. & 17. lib. 2.* Tali enim casu nec per contrauentionem,nec per præscriptionem priuilegium potest amitti,vt habet Archidiacon. *in cap. cum de benef. num. 2. vers. sed pone, quòd Papa, de præbend. in 6.* Ioan. Andr. *ibid. ante num. 1. vers. si Papa :* qui ponunt exemplum, si Papa dat priuilegium prohibendo Abbati ne beneficia monastica conferat sæcularibus , non est huic priuilegio derogatum per contrauentionem , quia quando de Superioris intentione constat , tunc inferioris contrauentio nihil operatur, *c. dilecto, de præbend. & ibi* gloss. *in verb. clausula.* Gail. *obseru. 60. n 12. lib. 2.* ac idem determinat Crescent *decis. 6. priuil.* Adeo vt populus Maioricensis, quamuis passus fuerit ab Ordinario conferri beneficia exteris,nec reclamasse prætendatur,prout poterat;nihil per hoc egerit contra Indultum, nec priuilegium amisisse dici possit per non vsum,cuius executio non à positiuo aliquo actu Maioricensium , sed à solo dependebat Episcopo, ad quem beneficia incolis conferre spectabat,vt in puncto Crescent. *d. decis. 4. de priuileg.*

4. Propterea bene euitantur rationes Abbatis *d. cons.* 18. & 61 multum enim interest,quod Episcopus acquirat libertatem contra indultum per actus positiuos conferendi exteris beneficia regni contra prohibitionem Papæ in quibus terminis loquuntur Felin.& Crescen.supra allegati,propter contrariam Papæ intentionem , & dispositionem , aut quod ipsimet Incolæ , & Regnicolæ siue tanquam particulares , siue vt vniuersi propter possibilem , vel præsentationem , aut nominationem , aut electionem ipsi respectiuè competentem præsentauerint , nominauerint , aut elegerint exteros: nam tunc benè procederent rationes, Abb. *in consil. 18. & 61.* quoniam prohibitio Papæ cum decreto irritanti non se extendit contra voluntatem personæ priuilegiatæ,in quibus terminis nos versamur, quia neque particulares, neque vniuersitas regni deuenit ad actum positiuum,sibimet respectiuè præiudicialem, sed tantummodo asseruerunt non reclamasse.

5. Non obstat,quod indulta Apostolica regno concessa non legantur derogare immemorabili , adeo quod immemorabilis articulata per Episcopum sit releuans,quia ipsi non est expressè derogatum,vt requirit Gonzal *ad reg. 8. gloss. 33. n. 2.* cum aliis ibi per eum cumulatis ob eius prærogatiuam,& excellentiam,de qua per gloss. *in auth. de cætero cum mutationes, §. de cætero, verb. præscriptione, cellar. 5.* & immemorabilis consuetudo nunquam censeatur sublata , nisi specialiter exprimatur. Immo suffragatur etiam contra ius ad text. *in c. 1. de præscript. in 6.* sic multò magis in præsenti casu iuri conformi suffragari debet:cum quilibet iure sit capax beneficij vndecumque sit, *c. ad decorem, de iustit.*

6. Quia,vltra quod per actus contrarios pro obseruatione indulti , qui pro regno dantur immemorabilis destruitur, quippe quæ nihil debeat habere in contrarium. Firma semper remanet supradicta conclusio, quod vbi adest decretum irritans , & prohibitum per quoscumque actus contrarios inferioris , priuilegium non amittitur : cum illud decretum tollat , & inficiat, quæ deinde sequuntur *cap. si eo tempore , de elect. in 6.* Cassad. *decis. 11. num. 5. ad reg. Cancell.* & fuit dictum in Queten. Canonicatus 7. *Iunij 1618. coram D. meo Verospio* relata per Posth. *de manut. decis. 279. num. 3.* & in Vlxbonen declarationis concordiæ 5. *Maij 1599. coram Iusto,* & in Corduben. Capellaniæ 24. *Maij 1596. coram Corduba,* & in Treueren. Abbatiæ S. Maximini 20. *Nouembris 1624. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Adeo quod præscriptio impeditur , vt docet Felin. *in d. cap. cum accessissent, n. 30. ver. quarto limita, de constit.* ac in puncto similis indulti conferendi beneficia , tradit Lotherus *de re benefic. quæst. 34 n. 51.* & Crescent. *d. decis. 4. n. 6. de priuileg.* vbi expressè habetur,quod prouisiones factæ forensibus obstante dicto decreto sunt nullæ. Vnde actus contrarij Indulto, qui dantur pro Episcopo Maioricensi , ob eandem clausulam remanent nulli, nec propterea potest dici per illos fuisse quæsitam Episcopo possessionem conferendi beneficia exteris : sine possessione autem non datur præscriptio, *c. sine possessione, de reg. iur. in 6. c. causam, de præscript.* Abb. *in c. querelam sub n. 9. de elect.*

7. Nec in contrarium facit ponderatio Gabr. *consil. 162. nu. 10. lib. 1.* vbi vult decretum irritans non aliter operari suum effectum ; nisi quando priuilegium per vsum est acquisitum , aliàs quando non constat de iure quæsito , contrarius vsus semper releuat contra priuilegiatum : nam respondetur quòd Incolis regni Maioricensis, & regno fuit ius quæsitum eodem instanti quo priuilegia à Pontificibus fuerunt concessa per ea, quæ tradi Crescent. *decis. 4. de priuileg.*

8. Nec releuat quod contrarius vsus,vel non vsus particularium personarum maximè spatio vltra 40. ann. tollit priuilegium concessum Vniuersitati, & sic Incolæ Maioricenses permittendo per tot annos Episcopum alienigenis beneficia conferre non reclamando, censentur præiudicare regno.

9. Quia clausula facultatiua , quæ legitur in indulto Pij V. reintegrationis,& electionis nouæ datæ,est tantæ efficaciæ , vt priuilegium sic concessum numquam tolli possit , nec etiam per subsequentes derogatorias Papæ , nisi specialiter de hac speciali clausula in derogatione fieret mentio *ad trad. per Seraphin. decis. 1271. n. 3.* Addo , quòd multò minùs poterit tolli per solam patientiam Incolarum, qui licet non reclamasse dicantur contra Ordinarium introducentem vsum priuilegio contrarium, saluum tamen ipsorum ius remanebat per prohibitionem Papæ : per quam cum efficiatur, vt nullus sit locus probationi contrariæ priuilegio remissoria videbatur omnino deneganda, Rot. *decis. 720. n. 3. part. 2. recent.*

9. Quamquam in casu proposito allegata pro parte Episcopi præscriptio corruit etiam ex alio capite,nimirum defectu lapsus temporis ad præscribendum , dum ex tenore Indulti Pij V. apparet Pontificem nullo vnquam modo, nec temporis tractu voluisse priuilegium hoc in controuersiam posse deduci , vel per quamcumque derogatoriam , vel reuocatoriam etiam expressam sub quibuscumque clausulis insolitis,& irritantibus decretis,

cretis per se, vel successores suos posse abrogari;iubendo his non obstantibus in sui vigore & efficacia remanere, ac si contra fuerit attentatum, toties quoties, denuo esse restituta, ac reintegrata. Immò sub noua data per Iuratos,& Incolas regni Maioricensis eligenda, de nouo censeri concessa : qua via semper impeditur initium,ac progressus præscriptionis, *ad trad. per Seraph. alleg. decis.*1271 *n.*2.

11. Deinde alia etiam ratione,articulata per Episcopum immemorabilis est irrelevans, quia si intelligatur post indultum Pij V.implicat contradictionem,si verò ante,nihil prodest;quando quidem collationes ab Episcopo factæ de beneficiis ante indultum processerunt ex dispositione Iuris communis *c.ad decorem,de Instit.* cui fuit per indultum derogatum,Cassad. *decis.*388 *ad reg. Cancell. n.*11 Rot.in Ferrarien.Canonicatus 30. *Mart.* 1626 *coram D.meo Decano.*

12. Quare cùm datis etiam omnibus pro parte Episcopi articulatis pro probatis;nihil relevarent, nec daretur remissoria ad probandum id,quod probatum non relenaret. Domini vtraque parte acerrimè informante dixerunt ex articulatarum materiarum irrelevantia remissoriam esse denegandam.

Et ita,&c.

DECISIO XII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Roias.

In causa Romana Donationis.

Mercurij 1.*Februarij* 1640.

§. 1. CAmillus Latinus dum erat ætatis 15.annorum cum narratiua,quod volebat ingredi Religionem:donauit Virginiæ matri omnia bona sua præsentia,& futura, iura, & actiones reseruatis sibi scutis 25. annuis vita sua durante per dictam Virginiam suósque hæredes soluendis post emissam professionem cum protestatione, quod donatio & renunciatio nullo modo valeat, nec suum sortiatur effectum, nisi emissa & secuta professione, & non aliàs, aliter necalio modo. Vlterius se obligauit dictam donationem non reuocare etiam ex causa ingratitudinis,&c.

2. Successiuè Camillus ingressus fuit Religionem Cœlestinorum, & in præsenti vocatur D. Virginius, emisitque professionem in dicta Religione,sed prius renocauit dictam donationem præcedente absolutione à iuramento præstito in dicta donatione facta ad fauorem matris, aliámque fecit donationem ad fauorem Monasterij; discussa causa coram A.C. super validitate dd. donationum fuit ab eo pronunciatum pro prima donatione ad fauorem matris : causa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, & commissa Reuerendiss. Vrgellen, in cuius locum subrogatus proposui plaries dubium, an sententia A. C. esset confirmanda necne, & hodie tandem esse confirmandam censuerunt Domini.

3. Pro cuius resolutione Domini voluerunt plures videre inspectiones. Prima an dicta donatio facta matri sit irrita, ex quo non fuit seruata forma Concilij Tridentini *sess.*25.*cap.*16. *de Regul.* Secunda quatenus non,an in hac facti specie potuerit reuocari. Tertia an validè fuerit reuocata. Quarta quatenus sic,an donatio facta Monasterio sustineatur.Quinta quatenus non, an nihilominus bona prædicta spectent de iure communi ad Monasterium.

4. Deueniendo igitur ad primam inspectionem DD. non discrepant,quod donatio facta ante ingressum non facta mentione ingressus sustineatur etiam non seruata forma Conc.Trid.*sess.* 25. *cap.*16. *de Regul.* vt tradunt Mand.*consil.*22.*n.*8.late Ceuall.*pract.conclus.comm. contra comm.quæst.*806.*n.*14.qui dicit,quod hoc habuit in practica, & ita per ipsum obseruatum fuisse tanquam arbitrium,& sic etiam fuisse iudicatum,& pro absoluto tenet Sanchez *in summa,lib.*7.*c.*1.*n.*2.Hector Capicius Latro *decis.Neapol.*32.*n.*2.

5. Sed controuersia fuit inter DD.an dispositio facta ante ingressum Religionis, facta tamen mentione ingressus eiúsq;intuitu subiaceat dispositioni dicti Conc. Trident. & affirmatiuam sententiam tenuerunt Lessius *de iust.& iur.lib.*2.*c.*41.*num.*39.Nauar *consil.*81.& 82. *de regul.lib.*3. Flamin.Paris.*de resignat.lib.*3.*q.*13.*n.*9. qui refert per S.Congregationem ita fuisse declaratum Rojas *in Epitom.succes. cap.*7. *num.*30.Spin.*in specul. testament.gloss.*12.*in princip.n.*50. Menoch. *consil.*388. *num.*7. Emanuël Sà *in summa,in verb. Religio.* Læsius Zecchius *de republ. Eccles. tit.de regul. cap.*3.*num.*10. Azor. *instit. Moral.tom.*1.*lib.*13.*c.*9.*vers.secundò quæritur, circa fin.* qui dicit, quod quotiescumque est facta renunciatio siue donatio intuitu ingressus Religionis eam esse factam in fraudem, & non valere dixerunt Lopez *de contract.lib.*2.*cap.*39.*not.*5. Paulus Fuscus *de Visit.lib.*2.*cap.*18.*n.*37. Mari.Ant.Macerat. *var.resolut. lib.*1.*resol.vlt.cap.*62.Miranda *in Manuali Prælat.q.*23. *art.*2.*&* 3.Molin.*de iust.& iure,disp.*139.*tract.*2.*vers. ambiget rursus,n.*14.*& disp.*149.*n.*4.*vers.ad Ecclesiam.* Cancer. *var.resol.lib.*2.*c.*8.*n.*81.Guttier.*in cap.quamuis pactum, §. dum nuptui tradebatur, in fin.de pact.in* 6. Ceuall. *comm. contra comm.quæst.*121.*num.*4. Layman *tract.*5.*c.*6.*de vltim.volunt.cap.*7. & dixit Rot.in causa Rom. *de Mongellinis* 14.*Ianuarij* 1636.*coram R.P.D. meo Carillo,* quæ habetur apud Tambur. *de iure Abbatiss.decis.*8. Est etiam declaratio Concilij per hæc verba : *Si donatio aut renunciatio facta fuerit intuitu Religionis ingrediendæ semper tanquam facta in fraudem huius Canonis videtur subesse illius dispositioni;*vt refert in declarationem ad dictam *sess.*25.*c.*16.*de regul.* Matsilla.

6. Supradicta sententia firmatur duplici fundamento. Primò, quia aliter dicendo redderetur elusoria dispositio Concilij, semper enim procuraretur donatio vel renunciatio ante ingressum, consequenter fieret in fraudem dicti Concilij, quæ fraus irritat dictam donationem.

7.Secundò,quia licet Concilium loquatur de ingressis in Monasterium, attamen lex etiam exorbitans, & pœnalis extenditur ad alium casum,ad quem si non extenderetur, redderetur frustratoria eius dispositio.Ita Nauarr.*d.consil.*81.*&* 82.

3. Contrariam tamen sententiam quod dispositio dicti Concilij Tridentini non habeat locum,quando donatio,vel renunciatio fit ante ingressum intuitu ingressus reuocando antiquas declarationes tenet Sacr. Eminentissim.Congreg.Concil.vt referunt,eámque sequitur infra scripti DD.Quarant. *in summa Bullar.in verb. dubium,pag.*330.Passarel *de priuileg. Minimor.c.*37.qui refert,quod pro hac opinione fuit iudicatum, Gratian. *decis.March.*37.*per tot.* vbi hanc opinionem ex multis comprobat Add.ad Nauarr.*in d.consil.*81. & 82. *in fin.* Bened.Ægid.*in repert.lib.*1.*§.*4.*n.*22.*in fin.C. de sacros. Eccles.*Augustt.Barbos.*in remiss.DD.ad Concil.Trident. d.sess.*25.*cap.*16.*de Regul.& de potest Episcop.alleg.*99. *num* 1.*& per tot.* Riccius *coll.*454.*&* dec.*295. part.*2. *num.*10.Borgn.*decis.*110.*n.*113. *part.*3. Vega *in summa, tom.*1.*cap.*91.*cas.*4.*& tom.*2.*cap.*50. *cas.*3. Confect.*in priuileg.mendic.in not.ab. positis post. Bullar. Apostolicas tit.*13.*c.*12.*in fin.& cap.*13.Costa *de remed.subsid.c.*12. *remed.*85.*in fin.* Menoch. *sibi contrarius. de arbitr.iudic. cap.*436.*num.*4.*& in addit.ad lib.*2.*cap.*430.*num.*3.*vbi miratur de Nauarr.& Molin.qui contrarium tenuerunt.* Garz.*de benefic.part.*11. *cap.*9. *n.*15. Pater Dian. *resolut. moral.tom.*3. *tract.*2. *de dubiis Regul cap.*55. vbi quod hæc opinio verior sibi videtur, & refert de verbo ad verbum

verbum declarationem Concilij. Vgolin. *de potest. Episcop. c.* 20. §. 7. *n.* 3. Villalob. *in sum. tom.* 2. *tr.* 5. *diffe.* 17. *n.* 4. Armendar. *in addit. ad recopil. ll* Nauarr. *lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Relig. num.* 20. *&* 23. Galleg. *in margar. cas. conscient. in verb. Religiosus. pag.* 216. *col.* 1. *verb. Nouitius* Marta *de succes. legal. part.* 3. *q.* 13. *art.* 1. *sub n.* 23. Mandos. *consil.* 22. *n.* 8. Zanard. *in direct. Theolog. p.* 2. *c.* 17. *vers. primo si facta.* Thesaur. *qq for. lib.* 2. *quæst.* 16. *n.* 8. Megal. *lib.* 1. *c.* 2. *& lib.* 24. *n.* 24. Cutell. *de donat contempl. matrim. tract.* 1. *discuss.* 2. *part.* 3. *num.* 153. Nald. *tit. Religiosus, nu.* 1. Fr. Bartholom. de Vecchis Capuc. *in praxi obseru. in admit. nouit. disput.* 8. *dub.* 8. *n.* 4. Franc. Molin. *de ric. nupt. q.* 97. *lib.* 3. *n.* 4. Campan. *in diuers. iur. Canon. rub* 12. *c.* 3. *num.* 17. Bartholom. de S. Fausto *in thesaur. Relig. lib.* 5. *q.* 183. qui DD. cumulat. Sorb. *in addit. ad compend. mendic. verb. Nouitius, & vers. sed hic sunt aliqua aduertenda.* Rodet. *qq. Regul. to.* 2. *q.* 47. *art.* 8. vbi quod pro hac opinione fuit iudicatum, & refert quod pro ea consuluerunt quam plures ibi nominati Cened. *qu.* 6. *nu* 8. vbi de veriori. Negus. *iun. consil.* 10. *num.* 49. Molina *d. rit. nupt. lib.* 3. *q.* 99. *n.* 29. *vers. his non obstantibus, & n.* 39. *&* 40. Cauagnol. *consil.* 17. *num.* 22. *lib.* 1. qui refert in praxi receptam esse istam sententiam Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 5. *n.* 4. Aldana *in compend. canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 5. Hector Capicius Latro *decis.* 31. *nu.* 7. vbi quod hæc opinio frequentiori DD. calculo est approbata, decisionibus supremorum tribunalium roborata, & declarationibus Eminentissimorum Cardinalium sic Sacr. Concil. est interpretatum Rota in Tarentina donationis 3. *Februarij* 1607. *coram Sacrato*, & in Parmen. Transactionis *coram Duarn. decisp.* 121. *n.* 37. *in impress. in Perusin. hæreditatis* 10. *Decembr.* 1628. *coram. bon mem. Card. Virili.*

9. Cuius opinionis ratio præcipua est, quia dictum Conc. est correctorium iuris communis, & proinde non potest intelligi, nisi in casu, de quo loquitur, qui est, quando ingressus Monasterium vult renunciationem, seu donationem facere.

10. Neque obstare videntur in contrarium adducta, ex quo dispositio Concilij redderetur elusoria, & quod lex etiam exorbitans deberet extendi, quando frustraretur illius dispositio.

11. Quia cum Concilium voluerit disponere tantum post ingressum dando formam renuntiationibus, vel donationibus faciendis post ingressum, & nihil dixerit de donationibus factis ante, propterea non debet talis dispositio extendi ad casum non expressum, quia redderetur frustratoria, cum illa procedat in propriis terminis, in quibus loquitur, ex supracitatis DD. & aduertebant Domini textum prædictum Concil. Trid. *sess.* 25 *c.* 16. *reperiri positum. in tit. de Regul.* propterea non esse aptum comprehendere meros sæculares, quales sunt, qui habitum nondum susceperunt, qui inter nouitios adhuc non sunt adscripti. Ita Sanchez *in summ. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 5. *n.* 4. nec esse curandum de illis DD. tenentibus, quod talis donatio, vel renunciatio facta ante ingressum non sit valida non seruata forma Concilij, cum eorum dictum reprobetur ex eo quod Concilium in tali dispositione exorbitaret à iure communi, propterea non esse extendendum ad casum non expressum.

12. Supradictis stantibus Domini hodie resoluerunt pro hac secunda opinione, vti magis æqua, & quæ minus aberrat à iure communi, & quamuis pro prima sententia adsint vltra viginti DD. qui expresse eã sequuntur, ac etiam Rotæ decisio in Romana de Mongellinis, tamen quia pro hac secunda adsunt duo, & quadraginta DD. & tres Rotæ decisiones omnes validissimis fundamentis munitæ tuentes hanc sententiã magis æquitati adhærentem & declarationes recentiores Sacr. Congr. Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum, vt supradixi, & referunt dicti DD. ac Rotæ decisiones, ideo ab hac secunda opinione in iudicando non est recedendum, & sufficeret solum, quod sic hodie teneat d. Sacr. Congregat. Concilij, cum agatur de facienda illius interpretatione. Duran. *d.* 39. *n.* 1.

13. Deueniendo igitur ad secundam inspectionem, scilicet an in hac facti specie prima donatio facta matri potuerit reuocari, Domini tenuerunt, ex duobus fundamentis dictam primam donationem potuisse reuocari. Primam deducitur ex eo, quod nos versamur in donatione proueniente matri ex mero titulo lucratiuo, & facta cum clausula quatenus donans professionem emittat, & non aliàs, quo casu ista conditio suspensiua non est casualis, vel mixta, sed mere potestatiua, a qua propterea bene potuit D. Virginius recedere, prout ab ea recessit. Ita Menoch. *consil.* 388. *num.* 34. 35. *&* 40. Molfes. *consil.* 1. *n.* 31. *&* 32. Burat. *in puncto, dec.* 581. *n.* 12. *&* 13. & fuit dictum in Romana de Mazzatostis 22. *Iulij* 1626. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

14. Secundum fundamentum deductum fuit ex eo, quod prima donatio facta matri non fuit valida, vti donatio omnium bonorum, iurium, & actionum, præsentium, & futurorum, quamuis adfuerit iuramentum, cum sibi non reseruauerit aliquam portionem pro facultate testandi, propterea non tenuit, vt post Bart. *in l. fin. n.* 12. *C. de pact.* tenent Guidop. *consil.* 214. *num.* 5. Crauet. *consil.* 139. *nu.* 8. & hanc esse communem opinionem testatur Iulius Clarus *in §. donatio, qu.* 20. *nu.* 1. Bald. *in d. l. fin. n.* 19. *vers. communis opinio. C. de pact.* Abb. *consil.* 48. *n.* 1. *vers. sed his, lib.* 1. Rom. *consil.* 171. *princip.* Rouit. Aldobr. *consil.* 23. *num.* 2. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 1219. *n.* 6. quæ conclusio locum habet etiam si fuerit sequuta donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quia nihilominus nec sustinetur quoad bona præsentia tantum, nec quoad bona futura tantum iuxta communem opinionem de qua Clarus *loc. cit. n.* 2. Guidop. *d. consil.* 214. *post n.* 5. Duenas *in reg.* 219. *in* 5. *ampliatione.*

15. Nec obstat pactum appositum in prima donatione ad fauorem matris de ea non reuocanda cum iuramento; tum quia à iuramento fuit absolutus antea, & pactũ huiusmodi tanquam positum in clausulis exequutiuis non alterat qualitatem contractus, nec obligat vltra eius naturam, prout in terminis donationis dixerunt Michaël Crassus *in §. donatio causa mortis, q.* 1. *n.* 6. Menoch. *præsumpt.* 35. *n.* 28. *lib.* 3. Mantica *de tacit. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 7. Addent. ad Burat. *dec.* 581. *n.* 18. *vers. hæc tamen.* Tum etiam quia illud prout assertio irreuocabilitatis intelligendum venit euenientе ipsa cõditione, hoc est, post sequutam professionem. Menoch. *consil.* 388. *nu.* 43. Tum denique quia pactum loquitur de ea non reuocanda ex capite ingratitudinis, &c. & consequenter ex causis, quibus regulariter donatio pura reuocatur, non tamen comprehendit reuocationem prouenientem ex natura contractus, prout erat dicta donatio facta matri, iuxta notata per Add. ad Burat. *decis.* 442. *n.* 6. & dixii Rot. in Rom. de Mazzatostis 7. *Maij* 1618. *coram bon. mem. Card. Verospio.*

16. Nec pariter obstat, quòd in d. prima donatione D. Virginius matri promiserit donationem habere ratam, gratam, & non contrafacere, &c. Quia cùm ex supradictis reuocatio veniat ex natura dictæ donationis, donans reuocando non dicitur contraueniisse ex Bald. *in l. cum quis, n.* 2. *ff. de condict. caus. dat.* Angel. *consil.* 254. Gabr. qui testatur de communi *consil.* 96. *nu.* 6. *lib.* 2. Rot. *decis.* 581. *n.* 6. *coram Burat.*

17. Nec aliquid facit quod Fontanella *de pact. nupt. part.* 1. *claus.* 4. *glos.* 21. *num.* 68. *cum seqq.* teneat, quod donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum sustineatur, quando adest iuramentum quoad bona præsentia: tamen pace illius loquitur contra communem, vt dixit Clar. *in dict §. donatio quæst.* 20. *num.* 2.

qui allegat concordantes, quæ opinio in iudican. est tuenda.

18. Minus facit, quod D. Virginius reseruauerit sibi vita sua durante annua scuta 35. quia ex quo in dicta reseruatione conuentum fuit, quod d. scuta 25. donatori præstarentur tantummodo post emissam professionem, quo tempore nemo est, qui dubitat, quin de illis non posset testando disponere, iuxt. text. *in c. quia ingredientibus 19. q. 3. auth. ingressi*, vbi Bald. *num. 3. & 4.* Ias. *n. 7.* Dec. *n. 18. C. de sacro sanct. Eccles.* Crass. *in §. testamentum, quæst. 39. num. 1. & 2.* Couarr. *in c. 3. n. 3. in fin. vers. secunda autem obiectio, de testament.* Rot. *decis. 76. num. 1. & decis. 87. n. 1. part. 2. recent.* propterea dicta reseruatio scutorum 25. nihil operatur, cum fuerint ea promissa post emissam professionem, & sic tempore quo non poterat disponere, vt autem donatio suffragaretur, erat opus, quod valuisset de illis scut. 25. testari, & in eis hæredem instituere. Ita Bald. *in dict. l. fin. nu. 19. vers. alioquin diceremus, & vers. quia licet, C. de pact. & Instit. ad l. Falcidiam, in princ.*

19. Quo verò ad tertiam inspectionem, an donatio facta matri fuerit validè reuocata, affirmatiuè responsum fuit, ex quo processit absolutio à iuramento, quæ operatur ad effectum agendi, & dicendi de nullitate. Vlterius, obtinuit sibi dari curatorem, & postmodum de consensu Vicarij Episcopi & dicti curatoris donationem prædictam reuocauit.

20. Deinde igitur ad quartam inspectionem, scilicet an donatio facta Monasterio sustineatur, Domini non sustineri respondebant, quia donatio fuit facta Monasterio 13. Martij 1626. & postea dictus D. Virginius, qui fecit donationem, emisit professionem 26. Maij eiusdem anni, & sic per 13 dies ante duos menses, & propterea esse contra formam præscriptam à Conc. *in d. sess. 25. c. 16. de Regul.* quæ annullat cessiones, & donationes factas ab illo, qui ingressus fuit Religionem, & professionem emisit ante duos menses à die factæ donationis, cum d. Concil. videatur statuere certum determinatum tempus Sanchez *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 7. c. 5. n.* 82. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi admitt. nouit. disp. 8. dub. 9. n. 5.* August. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat. 99. num. 11.* cum in Concil. adsit decretum irritans, quo non seruato actus corruit. Felin. *in c. cum delicta. n. 6. de rescript.* Guttier. *lib. 3. pract. q. 15. n. 3.* Menoch. *de arbitr. q. 30. n. 5.* Ceued. *pract. q. 6. n. 4.*

21. Tandem & vltimò quantum attinet ad quintam inspectionem, an alia via sit succurren. Monasterio, dictum fuit quod sic. Ex quo de iure communi successio Monachorum non disponen. de bonis suis salua legitima debita ascendentibus, & descendentibus spectet ad Monasterium, per text. *in auth. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles. c. quia ingredientibus 19. quæst. 3. Auth. si qua mulier, §. nunc autem, C. de sanctiss. Episc.* Innocent. *in cap. in præsentia, num. 4.* vbi Ioann. Andr. *num. 13. 16. 20. & 21.* Bald. *numer. 4.* Abb. *num. 2. de probat.* Nauarr. *de Regular. comment. 2. num. 55.* Sanchez *in summa, lib. 7. cap. 12. num. 4.* Molina *de iustit. & iur. disp. 140. lib. 2. vers. à regula. n. 6.* Et quis est, qui dubitet, quod statim atque D. Virginius professionem emisit, dicatur mortuus ita & taliter quòd statim bona peruenerint ad Monasterium vti eius hæredem.

22. Quibus stantibus bene Domini hodie censuerunt sententiam A. C. contrarium firmantem approbando primam donationem factam ad fauorem matris esse vti iniustam reuocandam.

Et ita resolutum, &c.

DECISIO XIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino.

In causa Perusina Oblationum.

Veneris 27. Ianuarij 1640.

§. 1. TImotheus, Rector Capellæ S. Antonij, locauit Monachis Oliuetanis nonnullos prouentus ad suam Capellã spectantes, pro triennio, & vitæ; Vix inchoata conductione, reclamarunt Patres; & denegarunt pensionem. Iudices Commissarij Perusini pro primo triennio condemnarunt Monachos ad soluendum pensiones: pro aliis verò, post dictum triennium decursis, & decurrendis, absoluerunt Monachos; super qua sententia hodie proposito dubio Domini dixerunt esse reuocandam in prima parte, in quantum condemnat pro primo triennio, & confirmandam in secunda parte, in qua absoluit post triennium. Et moti sunt Domini, quia iudices debebant absolutè pro toto tempore, & sic etiam pro primo triennio, absoluere Monachos, & declarare nullam, & inualidam dictam locationem, cum non fuerit obtentum beneplacitum Apostolicum, quod necessarium erat, etiam in locatione, & conductione, vt in verbis cauetur *in Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 10. vers. tertiò quæritur* Quarant. *summ. Bullar. verb. alienatio rerum Eccles. n. 18.* P. Molin. *de contract. disp. 466. nu. 5. & 8.* Carocc. *de locat. & conduct. part. 2. q. 4.* Dixitque Rota in Tiburtina locationis 5. *Decembris 1597. coram bon. mem. Card. Millino* & in Comen. locationis 20. *Martij 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio*, etiamsi contractus fuerit celebratus cum alia Ecclesia, vt in Treueren. Bonorum 15. *Martij 1621. coram bon. mem. Reuerend. Selecien.* benè facit Nauarrus *consil. 10. de reb. Eccles. non alienand.*

2. Et quamuis inter se Doctores certauerint, an cõtractus locationis de bonis Ecclesiasticis, vltra triennium, sustineatur saltem pro primo triennio, cum ad tale tempus sit permissa locatio, absque beneplacito, & multi tenuerint sustineri tanquam contractum, ratione temporis, diuiduum. Attamen Rota contrarium semper censuit, & in totum locationem improbauit, vt nec etiam pro primo triennio sustineatur, provt *in decis. 709. n. 6. part. 1. diuers.* in Brixien. locationis *coram bon. mem. Penia.* Quæ est apud Marches. *de commiss. part. 1. fol. 118. & ead. cum decis. 30. part. 1. recent.* licèt posita sub diuersa die, & mense, ac in ead. Brixien. 17. *Maij 1595. coram Orano*, & in d. Tiburtina locationis *coram Cardin. Merlino*, in d. Comen. locationis *coram Card. Pamphilio*, in Ferrarien. Bonorum *coram Reuerendiss. Selecien. quæ est dec. 631. n. 7. part. 2. recent.* 26 in Aretina bonorum *coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est. 336. n. 3. part. 3. recent.* & in Romana seu Terracinen. Afflictuum 27. *Ianuarij 1627. coram R. P. D. meo Pirouano* in Regien. prædij 6. *Martij 1617. coram eod.*

3. Requiritur enim pro forma beneplacitum Apostolicum; vnde non potest euitari hæc forma, diuidẽdo in plura tempora, nec possunt contrahentes illudere præscriptum Papæ *in d. Extrauag. Ambitiosæ*, ne vtile per inutile tali casu vitietur, & intrat regula, quod potui nolui, quod volui, adimplere nequiui, *Et cum hæc opinio, semper recepta fuerit in hoc sacro nostro Tribunali, non est amplius de ea dubitandum*, quam, & etiam viri grauissimi amplexi sunt, vt præter multos relatos in d. Brixien. & in d. Aretina bonorum *coram R. P. meo Decano 435. part. 3. recent.* Eandem Rotæ sententiam tenuerunt Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 5. vers. tandem, vt liberè sententiam dicam.* Ias. *in authent. qui rem. n. 21. vers. teneo in Ecclesia*

C de

C. de sacrosanct. Eccles. & in n. 1. §. *Sed & si mihi, n.* 10. *ff. de verbor. obligat.* Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *n.* 21. Gaz. *de benef. part.* 2. *c.* 1. *nu.* 55. & 56. & facit in simili Andr. Isern. *in cap.* 1. §. *profecto, de iege Corradi.*

4. Non obstat, quod non fuerint locata bona Ecclesiæ sed fructus, & prouentus, quia hæc cautela sublata est ex verbis *d. Extrauag. Ambitiosæ:* vbi prohibetur locatio vltra triennium, & in locatione non transferuntur, nec venduntur bona, sed solum fructus, & reditus, & ibi solum permittitur alienatio fructuum, qui seruando seruati non possunt, & in puncto fuit consideratum in d. Comen. locationis *coram bon. mem. Ardin. Pamphilio.* & in præsenti cessat omnis difficultas, quia, nedum concessi fuerunt prouentus, sed omnis factio, & sic ius ipsum illos percipiendi, quod sanè non potuit in alium transferri sine beneplacito Apostolico, quatenus etiam sola commoditas transferri potuisset, Garz. *de benefic. part.* 2. *c.* 1. *n.* 28. & 29. & ponderauit Rot. in Ferrarien. Decimarũ 23. *Iunij* 1617. *coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio, quæ est dec.* 545. *n.* 1. *p.* 4. *recent.* Priusque etiam considerauerat in Mediolanen. rescissionis permutationis 21. *Maij* 1597.

5. Non obstat, quia Monachi Oliuetani non reclamauerint, immo prouentus illos locatos, perceperint, & contractus factus ab Ecclesia, etiam sine beneplacito Apostolico, sit in implicito statu validitatis, & eatenus non sustineatur, quatenus Ecclesia nolit stare contractui. Rota *part.* 2. *diuers. decis.* 33. *n.* 11. *decis.* 1. *de locat.* in Perusina rescissionis contractus 34. *Februarij* 1588. *post. Pacific. de Saluian. decis.* 34. in Vlixbonen. nullitatis locationis 1. *Iulij* 1596. *& decis.* 201. *nu.* 1. cum aliis. Quoniam reclamatio Monachorum est clara, qui statim dixerunt de nullitate contractus, & noluerunt soluere pensionem locationis, etiam pro primo triennio, nisi coacti ex mandato Vicarij Perusini: Quod autem exegerint prouentus, vel non, probatur, vt ostenditur in responsione facti pro Monachis: Vel quatenus probaretur non obstaret; quia asseritur dicta perceptio facta à famulo dd. Monachorũ, vel ab vno, vel alio ex Monachis, quorum nemo habebat auctoritatem præiudicandi Monasterio, vt in his terminis dixit Rota in d. Tiburtina locationis 5. *Decembris* 1597. vbi affictus fuerant soluti Cellerario Monasterij: & cum d. perceptio possit intelligi facta citra animum ratificandi contractum, quæcumque alia interpretatio est accipienda, nempe, vel vt euitaretur scandalum, quod sequeretur, si sponte pro pietate oblatum recusaretur, vel vt aliquo modo Monachi se releuarent pro pecuniis, quas in vim mandati Vicarij soluerant, vel dubitabant se soluturos Timotheo, & iltæ receptiones factæ per monachos omnes emanarunt, pendente lite, & sic, dum Monachi acriter impugnabant validitatem locationis; & facienda est interpretatio, vt talis receptio non sit contraria liti, quam sustinebant, & ne Monachi vno eodémque tempore sibi contrarij essent, adnotat. per Bald. *consil. vlt. n.* 4. *vers. quando factum, lib.* 3. Angel. *in l. si quis, §. prætor. n.* 2. *vers. solum ergo, de acquir. hæredit.* & Rota *coram Mem. Greg. XV. dec.* 7. *n.* 9.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO XIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunczetto.

Pampilonen. electionis Canonicorum.

Veneris 11. *Maij* 1640.

§. 1. EX nouem Canonicis Ecclesiæ Regularis Pampilonen. quæ dicitur esse receptitia, quinque nępe D. Martinus de Argaiz Prior, & consortes sub die 8. Aprilis 1638. elegerunt alios vndecim Canonicos, reliqui verò quatuor, nempe D. Michaël de Librixa & consortes die sequenti elegerunt alios quindecim Canonicos, connumeratis inter eos septem ex prioribus vndecim Canonicis ab altera parte electis; Hinc orta controuersia, dictus Michaël, & consortes appellarunt extraiudicialiter à priori electione, causámque huiusmodi appellationis coram Nuncio Apostolico introduxere, qui inhibitionem vigore dictæ appellationis simpliciter relaxauit, eámque deinde sub die 26. Iunij eiusdem anni moderatus fuit quoad effectum suspensiuum sine præiudicio iurium partium tam in petitorio, quàm in possessorio mandauitque vlteriùs procedi ad receptionem Canonicorum prius electorum, quorum nonnulli vigore dicti decreti habitum susceperũt: Appellarunt ab isto decreto Nuncij dictus Michaël, & consortes, ac deinde causam in Rota mihi committi simpliciter obtinuerunt, interim autem cum Nuntius eorum appellationem non nisi quoad effectum deuolutiuum admisisset, recursum habuerunt ad Regium Consilium Nauarræ, & deinde ad supremum Consilium Castellæ, à quo emanauit præceptum contra Nuntium Apostolicum, vt deferret dictæ appellationi quoad vtrumque effectum, & omnia gesta reuocaret, in cuius præcepti executionem Nuntius appellationem prædictam ad vtrumque effectum admisit, ac successiue in exequutionem aggrauatoriæ, & reaggrauatoriæ relaxauit censuras contra Canonicos electos, ad hoc vt habitum canonicalem dimitterent provt cum effectu dimiserunt. Quocirca d. Michaël, & consortes obtinuerunt à Sanctissimo Breue de absoluendis à censuris ob huiusmodi recursus mihi directum cum clausulis, *renunciato prius recursui, & sine litis ac litigantium præiudicio, ac dummodo exponentes nullum ius de nouo propterea adquirant.* Quapropter dato dubio, an danda esset absolutio, & quomodo, illam non esse dandam hodie responsum fuit. Quoniam facultas absoluendi d. Michaëlem, & consortes fuit concessa non simpliciter, sed cum dd. clausulis, *renunciato prius recursui*, &c. quæ cum inducant conditiones, iuxta *l. à testatore de ff. e condit. & demonstrat.* Paris. *consil.* 41. *nu.* 14. *lib.* 4. Seraph. *dec.* 615. *n.* 4. & in terminis de clausula *renunciato prius recursui*, Rot. *decis.* 173. *n.* 1. *part.* 6. *recent* & de clausula dummodò, Gabr. *consil.* 65. *n.* 1. *lib.* 1. Rota *coram Gregor. XV. dec.* 311. *n.* 12. *& decis.* 110. *n.* 6. *part.* 4. *recent.* vtique non est locus petitæ absolutioni, nisi doceatur dd. conditiones adimpleras fuisse: cum facultas, seu iurisdictio concessa sub certa conditione adimplenda; ea non adimpleta perinde habeatur, ac si data non fuit, Mant. *decis.* 343. *num.* 1. Gregor. XV. *decis.* 378. *n.* 1. & in his terminis Rot. *in d. decis.* 174. *n.* 1. *p.* 6. *recent.* & fuit dictum in Vlixbonen. professionis 27. *Martij* 1637. *coram R. P. D. meo Carillo.* de quarum tamen conditionum adimplemento non visum fuit constare sufficienter.

2. Non obstat, quod Michaël de Bidaxum vnus ex electis à d. Michaël de Lebrixa, & consortibus in Vrbe præsens tam suo nomine, quam aliorum absentium renunciauerit in actis omnibus recursibus, & quibuscumque actibus illorum vigore gestis, ac declarauit illis se vti nolle, Quoniam omissa inspectione respectu aliorũ absentium, & quorum speciali, & sufficienti mandato non constat, adhuc respectu d. Michaëlis commorantis in Vrbe, talis renunciatio non visa fuit suffragari ad effectum obtinendi absolutionem, quia cum ex prædicta facti serie ac iuribus datis in summario appareat Canonicos prius electos vigore decreti lati à Nuntio Apostolico habitum canonicalem suscepisse, illumque deinde fuisse coactos dimittere ob iteratos recursus ex aduerso habitos ad consilia Regia, dicebant DD. non esse satisfactum dd. clausulis, nisi d. Michaël, & alij recurrentes

currentes curent, quod iidem Canonici electi reassumant habitum Canonicalem, & reponantur in eodem statu, in quo erant ante dd. recursus, ex quorum causa fuerunt coacti habitum dimittere, cum huiusmodi recursus, omniáque illorum vigore gesta purgari debeant in odium recurrentium ad instar attentatorum, quæ regulariter operantur, vt omnia in pristinum restituantur Rot. *coram Buratt. decis. 446. n. 11. & d. decis. 173. nu. 13. part. 6. rec.* aliàs enim huiusmodi renunciatio esset solum verbalis, quæ non sufficit ad hoc vt quis dicatur renunciasse recursibus, sed vera & effectualis requiritur, adeò vt omnia impedimenta illata vigore recursuum in partibus sublata sint, illaque nec de iure, nec de facto nocere possint, vt in his terminis fuit aliàs resolutum in Calaguritana de Brancatuilla 9. *Iunij* 1603. *coram Sacratio* & Regien. Capellæ 1. *Iulij* 1630. *coram R. P. D. meo Pirouano* cum aliis relatis *in d. decis. 173. n. 10. cum trib. seqq. p. 6. recent.*

3. Idque comprobatur ex aliis clausulis in eodem Breui adiectis, *& sine litis & collitigãtium præiudicio, ac dummodo exponentes nullum ius propterea acquirant.* Etenim si dd. Recurrentes consequerentur absolutionem non restitutis Canonicis in statu, in quo erant ante recursus, acquirerent saltem per indirectum aliquod ius ex dd recursibus, nempe priuationem dd. Canonicorum, quoad habitum, & possessionẽ Canonicalem contra mentem Pontificis, qui censetur d. absolutionem demandasse iuxta iuris communis dispositionem, *c. causam, quæ*, & ibi Felin. *n. 5 de rescript.* Rom. *consil. 334. n. 1.* Ferret. *consil. 308. n. 5.* & fuit dictum in Ianuen. pecuniaria seu prætensorum attentatorum 20. *Aprilis* 1640. *coram me*, quo attento absolutio à censuris ob recursus ad iudices laicos non conceditur, nisi præcedat satisfactio de iniuriis, damnis & interesse, quę pars ob huiusmodi recursus passa fuit *c. quoniam, §. si quis vero*, & ibi gloss. *in verbo satisfactum, de immun. Eccles. in 6.* Anchar. *n. 2. in 7. notab.* Monach. *nu. 19.* Archidiac. *in cap. quamquam ad fin. in verb. restituat, de cens. in 6.* & fuit dictum in Vlixbonen. professionis 27. *Martij* 1637. *coram R. P. D. meo Carillo.*

4. Non obstat, quod reassumptio habitus vti pendens non à potestate d. Michaëlis aliorúmque recurrẽtium, sed à voluntate Iudicum laicorum, iudicetur ferè impossibilis, & ideo sufficiat simplex renunciatio *iuxt. decis. 64. num. 2. vers. & licet part. 3. rec.* quia vltra quod non omnia, quæ pendent à voluntate Principis iudicantur impossibilia, cùm ea facilitate, qua consiliũ Regium ad instantiam, & preces d. Michaëlis, & consortum præcepta pro dimissione habitus relaxauit, ea pariter ad contrarias preces eorumdem eadem præcepta forsan reuocaret, vt in proposito ponderauit Rot. *d. decis. 173. n. 14. & seq.* adhuc admissa huiusmodi impossibilitate dd. Recurrentas tenentur facere, quantum possunt ex eorum parte, & sic specialiter & indiuiduè renuntiare omnibus & singulis in vim Regiarum prouisionum gestis, & consequenter consentire reassumptioni dict. habitus adeò vt dd. Canonici quoad omnes iuris effectus habeantur pro illis possessoribus, qui erant ante prouisiones Regias, vt dixit Rot. *in ead. decis. 64. n. 2. vers. voluerunt tamen DD. p. 6. recent.*

5. Nec obstat prætensio, quod assumptio habitus Canonicalis fuerit attentata tam ex eo quod illa fuit sequuta post appellationem extraiudicialem ab electione dd. Canonicorum, quam etiam ex eo, quod deinde fuit appellatum iudicialiter à decreto Nuntij mandantis procedi ad receptionem eorumdem Canonicorum, & Signatura causam deinde simpliciter commiserit. Quoniam omissa huiusmodi inspectione, sat esse dicebant DD. quod ante dd. recursus Canonici electi erant in habitu Canonicali, illúmque deinde fuerunt coacti dimittere vigore dd. recursuum, ad hoc vt d. Michaël, & alij recurrentes teneantur curare, quod omnia reducantur ad primæuum statum, in quo erant ante dd. recursus, cum sola detentio, seu status, qualiscunque ille sit siue bonus, siue malus, in quo quis reperitur tempore attentatorum sufficiat, vt illi competat restitutio, Rota *decis. 11.* incip. *Nota quod vbi aliquis post appellationem. n. 1. de appell. in antiq.* Lancellot. *de attent. part. 3. c. 24. q. 8. n. 7. & seqq.* cum aliis relatis à Rot. *decis. 393. n. 1. part. 2. recent.*

6. Sed visa fuit cessare difficultas, quia cum attentata ex aduerso commissa in vim dd. recursuum, sint posteriora, intrat conclusio quod vltima attentata sunt prius purganda, *c. fin. de ord. cognit.* Lancell. *de attent. part. 3. c. 24. q. 8. n. 29.* Rot. *decis. 27. in fin. de appell. in non. & decis. 860. n. 2. p. 4. diuers. & coram Gregor. XV. dec. 500. n. 10.* & in Mantuana iurispatronatus 26. *Iunij* 1628. *coram bon. mem. Tard. Virili.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carillo.

In causa Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Veneris 17. Maij 1641.

§. 1. FRanciſca Coronella postquã vti expresse professa spatio 24. annorum permanerat in Monasterio S. Dionisij de Odiuellas Ordinis S. Bernardi sub prætextu, quod professio ibidem emissa secuta fuisset ob vim, & metum, obtinuit de anno 1628. à Sanctissimo D. N. breue restitutionis in integrum aduersus lapsum quinquennij à Conc. Trident. præscripti *sess. 25. c. 19. de regular.* cum solita clausula (dummodo professionem huiusmodi tacite, vel expresse nõ ratificauerit) causámque prætensæ restitutionis in integrum in Rota introduci curauit cum clausula (appellatione remota) contra d. Monasterium, & Antonium, & Ioannem eius fratres, factisque hinc inde probationibus proposuit dubium, An constet de nullitate professionis,

2. Pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro d. Franciſca dicebant expressam professionem per eam in manibus Superioris emissam anno ætatis suæ 16. nullius esse momenti ob metum reuerentialem patris sibi incussum cum minis mortis, vt diserte deponunt plures testes de visu, & auditu proprio, & præcipuè 3. 6. 7. & 10. *Summ. d. Franciſca, n. 5 & seqq.* & signanter *n. 10.* qui metus dicitur iustus, & irritat professionem. Abb. *in cap. virum, n. 8. de regular.* Felin. *in c. causam matrimonij, num. 5. de offic. delegat.* Couarr. *de sponsal. 2. part. c. 3. §. 6. nu. 8.* Azor. *instit. moral. lib. 12. c. 5. qu. 4. vers. Si roges, part. 1.* Sanchez *de matrimon. lib. 4. disp. 6. n. 36. & in præcept. Decalog. lib. 4. cap. 3. n. 26.* Rota *decis. 779. n. 10. part. 3. recent.* præsertim in muliere, & minore, vt de muliere in qua requiritur minor metus quàm in masculo, tradunt gloss. & Doctor. *in c. cum locum, de sponsal.* Innocent. & alij *in d. cap. causam matrimonij, de offic. deleg.* Calderin. *cons. 1. vers. tertio quid, sub tit. quod met. caus.* Anchar. *consil. 24. n. 7.* Abb. *consil. 4. n. 5. lib. 1.* & de minore, in quo minor metus exigitur quam in maiore perfectæ ætatis notant Paul. de Castr. *consil. 174. post. n. 3. lib. 1.* Purpurat. *consil. 579. n. 7.* & Rimin. sent. *consil. 15. n. 22.* concurrentibus præcipuè tum explicata protestatione, quam eadem Franciſca fecit coram Sanctissimo Crucifixo in Choro existente dum accedebat ad proferendum, quod scilicet benè idem Crucifixus sciebat non sua propria voluntate, sed per metum patris erat professura, vt vno ore concludunt vndecim testes *de Summ. numer. 13.* & *seq.* ad text. *in l. oui in aliena, in fin. ff. de acquirend. hæredit.* benè Rebuff. *consil. 69. num. 9.* tum, & etiam successiuis lamentationibus de professione per metum emissa,

emissa,vt dicunt iidem testes a *Summu.nu.* 12.quæ probationem metus valdè coadiuuant. Angel. *in l. metum la 3.ff.quod met.caus.* Dec.*in cap.fin.num.21.vers. benè verum est,de appell.* Couarr. *in epitom. de sponsal.part. 2.c.3.§.5. n.*12. Rebuff. *d.consil.*69.*num.*10. *vers.quod etiam factis*, Rota *coram s. mem. Gregor.XV. in decis.* 326.*n.*25.*&* 26.

3. Provt nec tacitam professionem adesse iidem informantes subiungebant ex eo , quod d.Franciſca postea receperit velum nigrum à veris professis recipi solitum,quia vltra quod ad illius susceptionem fuit pariter coacta,vt deponunt testes *d.Summ. n.*19. quatenus etiam actus videretur sponte factus adhuc non obstaret cum tunc temporis viueret pater , & sic vigebat quoque eiusdem metus causa,quæ facit vt actus succedanei ea durante facti patiter meticuloſi dicatur. Bart. *in l.penult.ff. de condict. ob turpem caus.* & passim DD. *in l.*2.*C.quod met.caus.*Abb.*in c. consultationi, de sponsalib.* Couarr.*in epitom.*4.*Decret.d.part.*2. *c.*3. §.5.*n.*1. Rolan. *consil.*2.*n.*86.*lib.*1. Paris. *consil.*60. *n.*34.*lib.*4. Rota *coram Seraph.decis.*771.*n.*8. *&* 9.*in fin.* attentis præcipuè lamentationibus,& expressis declarationibus à d.Franciſca factis tam ante, quam post emissam professionem , ac etiam post mortem patris, & fratris, & omni tempore , vt asserunt testes *d. Summ.n.*22. *vsque ad fin.* deponentes cum dictionibus (vnquam)&(semper)quæ omne tempus includunt *l.*1. vbi gloss.& DD. *ff.solut.matrim. l. quia semper, ff.de in ius vocand.* Rot. *decis.*24.*n.*14.*part.*1. *recent.* istæ namque lamentationes,& declarationes excludùt tacitam,& præsumptam professionem resultantem ex delatione habitus per 20. annos , & vltra ex hilaritate , ac ex exercitio actuum professis propriorum , quia præsumptio cedit veritati in dd.declarationibus expressæ, vt notant Innocent. & alij communiter *in c.*1.*de eo,quod met.cauſ.*Suar. *de regular.tit.*3.*qu.*17. *art.* 15. *in princ.* Barbat. *consil.* 59. *col.*2. *libr.*2. Dec. *consil.*18. *n.*5. *& seq. lib.*2.Honded. *consil.*78. *n* 25. *lib.* 2. *in puncto.* Rota *decis.*533.*nu.*4. *&* 5.*part.*4 *recent.* & in terminis professæ , quæ per plures annos permanserat in Monasterio. Rebuff. *in consil.*68.*n.*26. *in fin. & n.*29. Rota *decis.*397.*sub n.*6. vbi quod Monialis præsumitur interuenisse actibus iussu,& ob reuerentiam Abbatissæ *part.* 4. *recent.* latè *Adden.ad Gregor. XV. in decis.*385.*n.*6.*vers.excluditur*, quicquid esset dicendum si professa animum sum in contrarium non aperuisset in quibus terminis loquuntur decis.Meten. professionis 2. *Iunij* 1636.*coram me, impress.apud Modern.de iur. Abbatiss. quæ est* 3. *in ordine*, & decis.Messanen. professionis 5.*Decemb.anni proximè præteriti,coram R.mo D. Peutingero.*

4. Nec contrarium elici asserebatur ex reditu dictæ Franciscæ ad Monasterium vnde egressa fuerat ad curandam ægritudinem , nec ex confessionibus emissis in dispensationibus obtentis vbi ipsa enunciatur professa. Nam quoad reditum ad Monasterium testes probant eam fuisse coactam à D. Collectore Lusitaniæ ad redeundum mediantibus comminationibus censurarum,confessiones verò quatenus demonstrant, professionem fuisse emissam, non ideo important eius validitatem,vel quod Franciſca illi consentiat , sed restringuntur ad illam causam pro qua emanarunt , *ad l.si certa*, vbi Bart. & DD. *C. de transact.* Aym. *cons.* 407.*n.*30. Natt. *cons.*546. *n.*12. & facit decisio Meliten. pensionis 7. *Iunij , & 9. Decembris* 1630. *coram bon.mem. Coccino.*

5. Quibus non aduersari dicebatur testes contra dictam Franciscam examinatos ad probandum,quod ipsa verè,& realiter professionem emiserit absque vllo metu,tum quia sunt Moniales eiusdem Monasterij, cuius interest professionem esse validam , & ideo non sunt integræ fidei dum adsunt alij testes iuxta magistralem distinctionem,quam sequuta est Rota in Calaguritana Parochialis de Alzola 20. *Martij, & 22. Iunij* 1620. *coram bon.mem. Coccino.* Tum etiam quia in hac materia magis creditur duobus testibus affirmantibus metum quam mille dicentibus actum fuisse sponte factum ea ratione,quia deponentes super metu deponunt super actu perceptibili sensu corporeo. Sed alij de actu imperceptibili nempè de intrinsecis cordis, vt post Abb. *notat.in specie Innoc.in c.*1.*sub nu.*10.*vers. imo plus , de his,quæ vi metusve caus.* Gutier. *cons.*14 *nu.*9. *& cons.* 16.*n.*4. Rebuff. *d.cons.*68.*n.*33. Sanch. *de matr. lib.*4. *disp.*27. *n.*1. & sequuntur quamplures relati *in d. decis.*326 *n.*46. *coram Gregor.XV.*

6. Absque quod aliquid releuet nullitas opposita contra aliquos ex dictis testibus prò Franciſca examinatis , & quod aliqui eorum fuerint examinati extra diem citationis,alij verò extra dies præfixos in remissoria cuius forma debebat ad vnguem seruari, *cap. cum dilecta,& ibi* notat. *de rescript.c.statutum, eod.tit. in* 6.*l.aut qui aliter, in princ.* & *ibi* Bart. *ff.quod vi,aut clam.* Caputaq.*dec.*143.*n.*5.*part.*3.Rot. *decis.*466.*n.*1. *part.*2.*recent.*Quia cum testes Franciscæ iurauerint presente procuratore partis aduersæ,vt *in proceſſ.de partib. fol.*71,*à tergo in fin.vsque ad fol.* 76. dicuntur ritè examinati,talis enim præsentia supplet defectum citationis ad text.*in l.de vnoquoque ff.de re iud.*Rot.*coram Seraph. in decis.*388.*n.*4.*& inter recent.decis.*79.*n.*15.*part.*5.

7. Prædictis tamen minimè obstantibus articulo per plures positiones ab omnibus Dominis exactè discusso contrarium fuit resolutum,hoc est constare de valida professione ea præcipua ratione , quia quidquid sit, an realiter dd. testes sint validè omnes examinati , & concludant prætensum metum,continuum , provt requiritur,& non conquassentur ex aliis pro monasterio, & fratribus eiusdem Franciscæ examinatis contrarium deponentibus,super quo Domini non fuerunt concordes,certum est,quòd dicta Franciſca post diu agitatam litem super hac prætensa nullitate professionis pendente examine testium remissorialium in partibus positiuè liti huiusmodi renunciauit, professionémque ratificauit coram Vicarij Ordinarij Notario, & testibus in hæc verba ibi,*quòuis monialis non esset , hodie monialis esse volebat*,quod sufficit ad hoc , vt ipsa professionem amplius impugnare nequeat,vt de muliere,quæ dixerat se velle esse monialem ex doctr. Hostiens. *in c.porrectum,col.*1. & *ibi* Abb.*in* 3.*notab.* firmauit Rot. *in decis.*216.*part.*2. *diuers.n.*10. etiamsi non interuenerit noua acceptatio Monasterij cum aliis solemnitatibus, nã quando provt hic professio fuit ab initio solemniter emissa,sed solùm inualida ob defectum consensus professionis per vim,& metum eo ipso dicitur validè ratificata , quo superuenit consensus eiusdem monialis sic professæ vt tenent P.Suar.*to.*3.*de Relig.lib.*7.*c.*1 Emanuel Rodrig.2.*tom.Summæ,c.*92.*concl.*5.*n.*5.Anglés *in Flor.tit.de regular.consil.*24.*in priori editione, &* 50. *in posteriori*, Sanctarell. *var.resol.q* 48.*n.*30.Less. *de iust. & iur.lib.*2.*c.*41. *n.*67. Bartol. de Vecch. *in praxi observand.in admitten.ad relig.disp.*14.*dub.*4 *n.*7.Sanchez *de matrim.l.*2.*disp.*32 *n.*9.*vers.ergo satis,& n.*14.*& in lib.*7.*disp.*17.*n.*60. *&* 61.

8.Et ratio est,quia quatenus noua acceptatio requireretur ea suppletur à Papa, qui est supremus Religionũ Prælatus,& media religione semper acceptat,suúmque consensum de facto præstat quoties professus suũ præstiterit,& religio expresè non contradixerit,vt colligitur ex *cap.ad nostram & cap.significatum,de regular. & c.*1.*eod.tit in* 6. & ex Conc.Trident. *sess.*25.*c.*19. *de regular.*& expresè docent Sanch.*d.lib.*7.*disp.*97. *n.*64. & Ferdinand.de Castr.Palao *tom.*3.*disp.*2.*punct.*5.*n.*4. *in fin.* quod proculdubio procedit in præsenti ex eo, quòd Sanctissimus in commissione restitutionis in integrum excepit professionem tacitam, in qua non requiritur noua,& solennis Monasterij acceptatio ,cum ea

ea inducatur ex sola delatione habitus professorum, *c. vnic. vers. si verò de regul. in 6. Clem. quod. tit. ac ex eorum exercitiis, c. vidua 4. de regul.* Sanch. *super Decalog. lib. 5. c. 3. n. 10. & 13.* ergo multò magis censetur inducta ex expresso consensu apertis verbis declarato per Franciscam in actu d. renuntiationis, vt admonet ad hoc propositum Henriq. Boic. *in c. 1. n. 5. in fin. de his, quæ vi metusve caus. fiunt.*

9. Hincque patet non applicari d. decisionem 395. coram Gregor. XV. in qua fuit dictum matrimonium non esse ratificatum ex simultanea cohabitatione, nec ex superuenientia consensus ulterius coniugis, vel ex aliis actibus, & quod ad illius ratificationem requirerentur eædem solemnitates, quæ requirebantur in ipso contractu, quia licet in reliquis valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, quale dicitur professio *cap. inter, de transl. Episc.* Rebuff. *d. consil. 69. n. 9.* Non valet tamen in hoc articulo stante diuersitate rationis ex eo resultante, quod Pontifex, seu Ecclesia non potest supplere alterutrius coniugis consensum, Petr. de Ledesma *de matrim. p. 45. art. 3. in solut. ad vlt.* secus verò in professione, vt constat ex superius allegatis, & tradit in puncto Sanchez *de matrim. d. lib. 7. q. 7. disp. 37. n. 64. vers. est enim.*

10. Non obstat, quòd Monasterium suum consensum reuocauerit, & contradixerit ante superuenientiam noui consensus d. Franciscæ, vt probari prætenditur, ex fidibus extraiudicialibus 76. Monialium attestantium se non habuisse Franciscam pro Moniali, & quod nomine Abbatissæ id ipsum fuerit Sanctissimo expositum, vt in summario Franciscæ *n. 7.* quo casu limitatur conclusio supra firmata, cum Pontifex non intendat admittere ratificationem superiore, id est, eodem Monasterio repugnare. Less. *de iustit. & iur. d. lib. 2. c. 41. dub. 7. in fin.* Barthol. de Vecch. *in praxi d. disput. 14. dub. 4. n. 3. in fin.*

11. Quoniam licet vera sit limitatio, non potest applicari huic casui, cum dictæ Moniales Sanctissimo scripserint, & dictas fides fecerint absque consensu Capituli, & ideo reuocatio, seu contradictio ex eis desumpta nullius est momenti. Nam sicuti in prima acceptatione adhibitus fuit capitularis Monialium consensus sine quo, nec satis fuisset consensus Superioris, gloss. *in cap. porrectum. verb. Monachum, de regul.* Anchar. *ibid. n. 6. & in cap. fin. in 2. not. eod. tit. in 6.* Nauarr. *cons. 9. n. 12. de constit. lib. 1* Roderic. *quæst. regular. tom. 3. q. 17. art. 7.* Lap. *allegat. 1. n. 1. & 3.* ibique Adden. *litt. A.* vbi quod receptio monialis spectat ad Abbatissam, & Conuentum, vti ad Collegium, Sanchez *in præcep. Decalog. lib. 5. c. 4. q. 2. n. 65.* ita requirebatur vel consensus capitulariter præstitus in eiusdem acceptationis reuocatione iuxta vulgatam regulam quod actus eodem modo destruitur, quo construitur, *l. 2. C. si aduers. donat. auth. contra. C. de repudiis* Pinell. *in l. 1. n. 4. vers. quæro cum donat. C. quando lic. ab empt. disced.* Menoch. *consil. 1095. n. 24.* Surd. *decis. 128. n. 14. & 15.* vel quod Superior reuocasset prætio Monialium capitulari consensu, quem non inducunt dictæ attestationes seu declarationes ab Abbatissa, & Monialibus emissæ vti singulis, non autem in loco capitulariter congregatis, Bald. *in l. & suum, §. dic tamen, vers. notat*, Angel. *ibid. n. 1. ff. de pact.* Felin. *in c. cum omnes, n. 24. de constit.* Rot. *decis. 484. n. 6. part. 1. recent. & decis. 351. n. 11. coram Buratto, ibique adden. n. 13. litt. C.*

12. Nec dicatur, quòd ad effectum, vt ratificatio sit valida, requiratur scientia nullitatis professionis præcedentis. Caietan. *in 2. 2. q. 189. art. 5.* Nauarr. *consil. 28. n. 7. & consil. 89. n. 3. de regular. & in manual. c. 12. n. 71.* Rota *decis. 179. n. 7. & decis. 397. n. 5. part. 4. recent.* Quia vltrò quod prædictam opinionem vti minus tutam Sacra Congregatio Eminentiss. Cardinalium Sacr. Concil. Interp. non amplectitur, sed contrarium pluries tenuit, vt in declarationibus relatis in d. Meten. professionis *coram me impress. apud. Modern. de iur. Abbatiss. sub n. 12. cum seq.* vbi quod Sanctiss. D. N. Vrbanus VIII. huiusmodi declarationes obseruari mandauit 1. Februarij 1631. in vna Romana nullitatis professionis, cessat in præsenti omnis scrupulus cum ex testibus pro Francisca examinatis, & suprà in principio ponderatis probetur ipsam nunquam se habuisse pro Moniali, nec ab aliis Monialibus pro tali reputatam, quod clarius patet, ex propria confessione emissa in actu renunciationis, ibi, *quamuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, qua nulla datur maior probatio, *l. cùm te, C. de transact.*

13. Minus obstat, quòd d. ratificatio desumatur ex dictis verbis in renunciatione liti prolatis, & ideò sicuti d. renunciatio corruit, ita corruere debeat ipsa ratificatio vti accessoria, quia renunciatio liti corruit ex quo pars, ad cuius fauorem fuit renunciatum, non fuit præsens, nec aliquis pro ea stipulatus fuit, provt requirebatur ex text. *in l. certum, §. si quis absente. ff. de confess. & notat. in specie*, Ias. *in l. postquam liti, n. 1. in fin. C. de pact.* & propterea meritò potuit reuocari ante acceptationē. Alciat *in d. l. postquam liti, n. 19. vers. sed tamen*, cū aliis allegat. in particulari decisione super de renunciationis nullitate emanata *sub die 30. Ian. anni proximi præteriti*, quæ quidē ratio cessat in ratificatione professionis, quæ fit Deo vbique præsenti, & sic parum refert, quòd non fuerit acceptata à parte collitigante, imò cum religio suum ab initio præstiterit consensum, cuius perseuerantia præsumitur ex retentione eiusdem professæ in Monasterio. Nauarr. *cons. 50. sub n. 1. vers. nec potest dici, de reg. lib. 3.* Rodrig. *q. regul. to. 3. q. 17. a. 3. vers. aut nullitas*, sufficit, quòd Papa Religione non contradicēte de facto acceptet, provt acceptasse præsumitur eo ipso, quo professa suum præstiterit consensum, vt supra fuit firmatum ex doctr. Ferd. de Castr. Palao *to. 3. moral disp. 2. punct. 5. n. 4.* vbi concordantes cumulantur. Nec est nouum, quod idem actus possit valere respectu vnius licet sit nullus respectu alterius, quando provt hic est de sua natura diuiduus, vt tradunt Alban. *cons. 38. n. 8.* Gabr. *cons. 36. n. 45. & 46. vol. 1.* quos refert, & sequitur Ciriac. *controuers. 198. n. 23.* ex regula, quod in diuiduis vtile per inutile non vitietur, *cap. si confirmationem 39.* vbi Gemin, *notat. 3. de elect. in 6. cap. vtile 36.* vbi Rin. *n. 7. de reg. iur. in 6.* Surd. *cons. 428. n. 20.*

14. Et quāuis in eadem decisione 30. Ian. subiungatur ex d. renunciatione litis non posse inferri ad ratificationem professionis cum Francisca non dixerit vel ratificare professionem, sed potius declarauerit per antea se non fuisse Monialem, vt colligitur ex sæpius recitatis verbis, ibi, *quāuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, & ideò dum constat ipsam non fuisse Monialem nō possit intrare ratificatio professionis, ex quo non detur ratificatio eius, quòd nō est, vt notat Bart. *in l. obseruare 4. §. fin. n. 6. de offic. Proconsul. & legat.* non obstantibus illis verbis, *hodie Monialis esse volebat*, quia cōcesso quod non fuisset Monialis, prædicta verba importarent tantum nouam professionē, & consequenter nullam ob defectum solemnitatū requisitarū, ex *c. porrectum, de reg* relat per Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 2. c. 5. q. 7.*

15. Tamen hodie melius negotio per DD. examinato recedendo in hac parte à dicta decisione, respōsū fuit, quod dum d. Fracisca habitum monialem gestauit professionémque solemniter emisit, & spatio tanti temporis in Monasterio permansit faciendo actus professis conuenientes negari non possit, quin ipsa saltem apparēter Monialis reputari deberet, licet inualidè professa ob metum sibi incussum, & propterea quando dixit, quamuis Monialis non esset, dicendum est intellexisse de vera Moniali, non autem de Moniali, saltem habitu, & consequenter retorquetur conclusio in dicta decisione firmata,

firmata, quod scilicet illud quod est, sed ab initio nullum postea ratificari possit, quando provt hic actus peccat in his, quæ pendent à solo consensu ratificantis, vt post Abb. tradit Felin. *in c. nonnulli*, §. *sunt & alij*, *col.* 3. *de rescript. in* 3. *ampliat.* quam ibi ponit *vers. pro ista ratione*, bene Natt. *consil.* 201. *n.* 10. Surd. *cons.* 28. *n.* 123. *in fin.* quo supposito stante, non debet dici, quod Francisca in illis verbis, *hodie Monialis esse volebat*, voluerit nouam professionem emittere, sed tantum præcedentem nullam ratificare, in qua non requiruntur aliæ solemnitates, vt fusè suprà fuit ostensum ex dispositione S. Concil. Trid. *d sess.* 25. *c.* 19. *de reg.* & ex text. *in c. ad nostram, & c. significatum, eod. tit.*

16. His igitur sic positis non vrget, quòd Francisca seducta fuerit ad professionem ratificandam illecebris, & promissionibus Antonij fratris, quia omisso, quod testes ad id examinati deponunt promissiones fuisse factas mediantibus Fr. Iacobo Peregrino, Fr. Didaco de Areda, & Fr. Emanuële de Vasconcellos, qui tamen medio iuramento contrarium attestati sunt, quod confirmatur ex ipso euentu, dum ratificatio purè, & simpliciter facta fuit, quæ propterea debet attendi, quidquid antea tractatum fuerit, *c. dudum*, §. *sed ad ista*, *vers. insuper, de conuers. coning.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 40. & in terminis matrimonij carnalis, idem Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 45. *n.* 19. vbi plures cumulat, & nuperrimè fuit in Rota decisum in Romana matrimonij 10. mensis currentis coram Reuerendissimo Patre Domino meo Decano?

17. In omnem euentum non inde inferri posset ad conditionem suspensiuam eiusdem ratificationis, nam cum promissorum executio deberet subsequi actum ratificationis importat modum dumtaxat, non autem conditionem, *l. cum tale*, §. 1. *ff. de condit. & demonstrat.* Bart. *in l. quibus diebus*, §. *Termilius*, *n.* 11. *ff. eod.* Natt. *cons.* 413. *n.* 28. Rota *dec.* 295. *n.* 14. *& 15 part.* 5. *recent.* & in puncto quod matrimonium sic contractum dicatur purum, cum obligatione tamen præstandi; quod promissum est, tradit Basil. à Ponte *de matr. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 4 *vers. deinde*, modus enim non suspendit actum neque illum si deficit, resoluit, sed ad promissorum adimplementum est agendum, vt inter modum, & conditionem distinguit Bart. *in leg. sicut*, § *videmus ff. quibus mod. pign. & hypothec. solut.* Negus. *de pignor. membr.* 3. *part.* 6. *n.* 31. *vers. secus autem.* Surd. *dec.* 156. *n.* 6. & 7. & in terminis matrimonij notat Sanch. *lib.* 5. *de matr. disp.* 19. *n.* 9. vbi plures concordantes refert.

18. Denique non releuat, quod Francisca protestata fuerit se accedere ad ratificandum tanquam ad malam crucem, vt se subleuaret ab ære alieno, quo valdè grauata reperiebatur, quia præterquà quod de hac protestatione non deponit, nisi vnicus testis, & per consequens nihil probans *c. veniens* 10. *& cap licet ex quadam* 47. *de test. l. iurisiurandi* 8. *C. eod. tit.* adhuc non releuaret cum non doceatur emissa coram iudice, vel coram ipso promittente, seu metum inferente, Bart. & alij *in l. qui in aliena*, §. *final. ff. de acquir. hæred.* Abb. *in cap. tua nos, de sponsal.* Aym. *consil.* 120. *n.* 1. & 5. Paris. *consil.* 10. *n.* 42. *& seqq. lib.* 1 Dec. *consil.* 41. *n.* 122. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *præsumpt.* 127. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. & eo minus, quia post prætensam protestationem purè ratificauit, quod fit, vt etiam si errasset in spe maioris fortunæ, seu diuitiarum, valeat nihilominus ratificatio, vt in puncto professionis tradit Nauarr. *in consil.* 50. *n.* 2. *de regular.* ex *c. constituit* 20. *quæst.* 3. *& in matr. carnal.* idem Nauarr. *notar. in manual. c.* 22. *n.* 32. & semper in dubio est facienda interpretatio, & professio sustineatur. Nauarr. *consil.* 13. *n.* 10. *de regular.* Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 37. *n.* 12. *in fin.* Rot. *coram Seraph. dec.* 136. *in fin.*

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO XVI.

Sacræ Rotæ Roman. coram R. D. Dunozet Decano,

In causa Meleuitana Marescialatus.

Veneris 27. Ianuarij 1643.

§. 1. DOmini responderunt D. Commendatori Fratri Ioanni Lafay de la Tour non esse adiudicandam dignitatem Marescialatus, de qua agitur, moti præcipue ex eius incapacitate, quæ resultare visa fuit ex eo quod ille alienauit propria auctoritate Molendinum vnà cum Pratis, & Tenimentis spectantibus ad Commendam, quam obtinebat, illudque concessit in emphyteusim perpetuam cuidam laico recipienti pro se, & successoribus cum expressa obligatione stabilium d. Commendæ pro talis contractus obseruantia, propter quam alienationem factam sine beneplacito Apostolico, vel Magni Magistri, & Capituli Generalis incidit in pœnas comminatas per statuta Religionis 6. & 7. de contract. & alienat. Et consequenter censetur priuatus omnibus Commendis, & beneficiis, etiamsi id non fuerit expressum, provt disponitur in altero statuto 27. *de verb. signif.* quæ statuta conueniunt cum dispositione iuris communis iuxta quam res Ecclesiæ regulariter alienari non possunt *cap. sine exceptione* 52. *caus.* 12. *quæst.* 2. *c. nulli liceat* 5. *de reb. Eccl. non alien. c hoc consultissimo* 2. *eod. tit. in* 6. Clem. 1. & Extrauag. *ambitiosæ eod. tit.*

2. Neque alienatio d. Molendini visa fuit excusari posse sub eo prætextu quod minaretur ruinam, quia periculum assertæ ruinæ, quatenus deseruire potuisset pro sufficienti causa alienandi, non tamen est sufficiens ad sustinendam alienationem factam absque solemnitate, cum alienatio rei Ecclesiæ duo copulatiuè requirat, causam scilicet, quæ debet esse necessitas, vel euidens vtilitas Ecclesiæ, & solemnitatem, nempe beneplacitum Apostolicum, aut alterius superioris auctoritatem habentis, *c.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6. Clement. 1. *eodem tit.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 10. *vers. duo enim sunt necessaria de his quæ vi metusve caus. fiunt, & in cap. ad nostram* 11. *num.* 8. *de reb. Eccles. non alien.* Dec. *in auth. qui rem n.* 21. *vers. & in alienatione bonorum Ecclesiæ. C. de sacros. Eccles. & consil.* 142. *num.* 4. Couarr. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 2. Redoan. *in tract. de reb. Eccles. alien. vel non, quæst.* 51. *c.* 7. *n.* 21. Molin, *de contract. disp.* 468. *n.* 2. *&* 14. Quarant. *in summ. Bullar. verb alienatio rerum Ecclesiæ n.* 2. Rota *coram Seraph. dec.* 508. *num.* 1. *& in diuers. dec.* 160. *num.* 1. *&* 178. *num.* 1. *part.* 2. *& in recent. dec.* 430. *n.* 1. *part.* 2. *& dec.* 367. *n.* 5. *part.* 5. *& in Gerunden. Scribaniæ* 1. *Iulij* 1637. §. *præsertim quia, &* 27 *Nouemb. eiusdem anni* §. *circa alios autem, &* 26 *Februarij* 1638. §. 1. *coram bon. mem. Merlino.*

3. Non obstat quod prædictum Molendinum fuerit aliàs locatum, seu concessum in emphyteusim, & præterea tanquam locati solitum potuerit relocari absque solemnitate, *cap.* 2. *& ibidem gloss. in verb. inuestire*, Abb. *num.* 3. *de feudis*, Dec. *in d. auth. qui rem. num.* 29. *vers. prima est. C. de sacrosanct. Eccles.* Calderin. *consil. vltim. circa med. vers. sed nego consuetudinem tit. de consuet.* Ruin. *cons.* 41. *n.* 39. *lib.* 1. Bero *consil.* 86. *nu.* 1. *lib.* 1. Iul. Clar. *lib.* 4 *sentent.* §. *Emphyteusis quæst.* 6. *post princ. vers. si verores Ecclesiæ*, Molin. *de contract. d. disp.* 468. *num.* 17. Couar. *var. resolut. d. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 4. Quarant. *in summ. Bullar. in d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ n.* 38. *vers. bona igitur*, & in terminis bonorum huius Religionis consuluit Gabr. *cons.* 71. *num.* 2. *&* 7. *lib.* 2. Tum quia huiusmodi solitum non probatur, nisi ex assertione eiusdem Fratris Ioannis cui non creditur, sed debet

bet aliunde iustificari nimirum, vel ex vna locatione solemni, ac valida, vel ea deficiente ex duabus non solemnibus spatio tamen 40. annorum effectum sortitis Text. *in d. auth. qui rem. n.* 20. *C. de sacrosc. Eccles. & d. const.* 142. *sub n.* 4. *vers. solum superest respondere.* Molin. *de contr. de disp.* 468. *n.* 20. Ruin. *d. consil.* 41. *n.* 39. *vers. dicitur autem inducta consuetudo lib.* 1. Alex. *consil.* 189. *n.* 19. *lib.* 2. *& consil.* 9. *n.* 6. *lib.* 3. Seraph. *dec.* 434. *n.* 5. Rota *dec.* 367. *n.* 18 *& 19. p.* 5. *recent.*

4. Tum etiam quia ex instrumento eiusdem locationis seu concessionis in Emphyteusim apparet illam factam fuisse pro minori quantitate Canonis in perpetuum, & cum aliis conditionibus in asserta præcedenti locatione non appositis. Vnde dicebant Domini illâ non potuisse fieri absque solemnitatibus scilicet beneplacito Sedis Apostolicæ, vel Magni Magistri, cum res Ecclesiastica etiam locari solita non possit iterũ locari absque solemnitate, quando solitum alteratio, Dec. *in auth. qui rem n.* 22. *C. de sacrosc. Eccles.* Clar. *in d. §. Emphyteusis quæst.* 6. *vers. scias tamen bene.* Alex. *d. Consil.* 9. *n.* 2. *lib.* 3. Vrsill. ad Afflict. *dec.* 305. *n.* 8. *vers. primo quod ista, & n.* 9. *vers. item &* 2. Decian. *consilio* 73. *num.* 53. *lib.* 2. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst.* 51. *n.* 19. *& seqq.* Molin. *de iustit. & iure c.* 488. *n.* 19. Ferdinand. à Castro Palao *moral. part.* 2. *punct.* 15. *§.* 4. *num.* 4. Quarant. *in d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ n.* 40. *vers. conclusionem hanc,* Rota *dec.* 176. *n.* 42. *& seq. part.* 5. *rec. & in d. Gerunden. Scribaniæ* 1. *Iulij* 1637. *§. Neque dicatur, &* 27. *Nouemb. eiusdem anni §. circa illos vers. tamen huiusmodi solitum, &* 26. *Februarij* 1628. *§. Nec obstat. vers. alienatio autem coram bon. mem. Merlino.*

5. Minus obstat quod pœna priuationis beneficij, quæ imponitur contrà malè alienantes bona Ecclesiæ licet incurratur ipso iure, non tamen habeat locum nisi præcedat sententia declaratoria facti, scilicet alienationem factam fuisse ex relatis à Sanchez *ad Decal. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 20. Quarant. *in summ. Bullar. in d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ n.* 49. *vers. in pœna verò priuationis.* Farinac. *cons.* 205. *sub n.* 32.

6. Quia dicta conclusio non procedit quando factum alienationis, provt hîc, est notorium, neque aliquid probatur quod excusationem præbere possit, cum in notoriis deueniri possit ad executionem absque alia sententia declaratoria, Abb. *in c. peruenit il primo n.* 7. *& ibid.* Præpos. *n.* 8. *de appellat.* Bero. *consil.* 176. *n.* 96. *lib.* 1. *cum aliis cumulatis in Bononien. successionis de Zanis* 17. *Maij* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

Calaguritan à Matrimonij.

Veneris 13. *Martij* 1643.

§. 1. FVit dubitatum in hac causa, An Ioannes de Anguiano posset cogi ad contrahendum matrimonium cum Angela de Taldiuar vigore promissionis ab ipso Ioanne factæ, vt ex summario eiusdem Angelæ *n.* 1. in quo per septem testes deponentes vnanimiter de fide præstita per d. Ioannem, apparet, eum promisisse illam in vxorem velle accipere, nec cum alia se matrimonium contracturum esse; Et affirmatiuè per Dominos fuit responsum, vt in simili ferè casu fuit resolutum etiam in *Vlixbon. matr.* 4. *Maii* 1639. *coram bon. mem. Piron.* & dum Ioannes promisit se ducturum Angelam in vxorem, fidem promissam implere debet, quia studiosè agendum est, vt quæ promittuntur, opere compleantur *cap.* 1. *& cap. qualiter in Sardinea de pact.* Graue enim est, fidem fallere *l.* 1. *in princ. ff. de constit. pec.* & dum sponsus recusat sponsam in vxorem ducere debet modis omnibus induci, vt fidem promissam seruet 2. *in princ. de spons.* & quamuis simpliciter id promiserit, nec iurauerit; tamen mortalis culpæ reus intelligitur, si consensum coniugalem præstare deneget. Diuus Thom. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 2. *col.* 1. Imol. *in l. Titia in fine princ. de verb. oblig. cum aliis adductis per* Didac. Couar. *in epit. lib.* 4. *decret. part.* 1. *cap.* 4. *in princ. n.* 2. quam sententiam sequitur Socin. iun. *cons.* 30. *n.* 3. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 386. *n.* 1. *&* 2. Et nihilominus fidem seruare tenetur *c.* 2. *c. sicut, c. requisiuit de spons.* Surd. *cons.* 364. *n.* 8. qui iuxta text. *in c. ex litteris de spons. &* not. Abb. *in c. de illis de spons. impub.* Couar. *super* 4. *decret. part.* 1. *c.* 4. *in princ.* Caual. *dec.* 415. *n.* 1. quod eo magis est seruandum in casu isto, cum per carnalem copulam subsequentem, sponsalia etiam simpliciter contracta ante Sac. Concil. Trident. transibunt in matrimonium, Abb. *in c. præterea de spons. n.* 4. *c. ex tenue n.* 4. *de test. & c.* 1. *de spons. impub. l.* 6 *circa medium,* ibi, nisi per carnis copulam, Gemin. *cons.* 61. *n.* 6. *vers. ad contrarium.* Federic. de Sen. *cons.* 194. *circa med. vers. Item cohabitando.* Castr. *cons.* 155. *in princ. lib.* 2. Deus enim non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam; & promittens omninò cogi debet ad contrahendum, dummodò non dubitetur de validitate sponsalium, vt inquit idem Surd. *cons.* 364. *n.* 10. & dum à principio ista sponsalia fuerunt contracta mutuo contrahentium consensu, de iure canonico non possunt nunc vnius tantùm consensu dissolui *c.* 2. *vbi gloss. & c. sicut de spons.* Sanch. *de matr. lib.* 5. *disp.* 6. *n.* 4. Butr. *in c. de illis n.* 6. vbi etiam Præp. *n.* 4. *de comedit. appos.* Dec. *cons.* 368. *&* 603. *n.* 4. Menoch. *cons.* 15. *n.* 1. Surd. *cons.* 364. *n.* 10. cum sponsalia requirant mutuum consensum, qui eodem tempore conueniat, *c. Tua de spons.* 2. *ff. eod. c. sufficit, & c. matr.* 27. *q.* 2. Io. Andr. Bald. Butr. Præpos. & alij citati à Paris. *cons.* 55. *n.* 14. *vol.* 4. & Arch. *ind. c. sufficit,* firmat, non contrahi sponsalia, nisi consensus concurrat simultaneus; Ergo etiam in eorum dissolutione erit necessarius consensus simultaneus, & hoc videtur probari in *c.* 2. *de spons.* ibi sin autem se ad inuicem admittere voluerint, vbi Abb. *n.* 15. & Præpos. *n.* 6. Rim. *con.* 538. *n.* 16. *& seq.* Surd. *cons.* 136. *n.* 18. *& seq.*

2. De copula in isto casu non videtur posse dubitari, quæ licet sit difficilis probationis, vt inquit, Hond. *cons.* 15. *num.* 31. *lib.* 1. tamen illa rectè probatur, dum testes pro d. Angela examinati concludenter probant Ioannem post sponsalia illam adduxisse ad locum de Onnate, vt in summario eiusdem Angelæ *num.* 1. ibique eosdem commemorasse per spatium 40. dierum, & tanquam coniuges habitos, & ab omnibus reputatos fuisse, dum ad eamdem mensam comedebant, ac insimul semper conuersatione vtebantur, Bald. *in l. non ignorat num.* 5. *C. qui accus. non poss.* Angel. *inter cons. matrim.* 45. *num.* 10. Menoch. *præs.* 1. *num.* 81. *lib.* 3. *& cons.* 199. *num.* 50. *lib.* 2. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsum.* 38. *n.* 1. Rot. *dec.* 143. *num.* 37. *coram Buratto.* Quod eò magis colligitur ex denominatione, cum scilicet vir, & mulier se inuicem conuocarent coniuges, vel maritum, & vxorem, ita scribunt Anchar. *c.* 1. *de despons. impub. in* 6. Abb. *in c. lator qui fil. sint legit.* & ibi Præpos. & Luc. de Penn. *in l.* 3. *in præs.* 13. *C. de apoc. publ. lib.* 10. Cepoll. *cons.* 5. *n.* 18. *in ciu.* Ceph. *con.* 431. *n.* 60. *lib.* 3. Surd. *cons.* 364. *n.* 5. & Ioannes pertractaret mulierem honorificè, eo scilicet modo, quo vxores pertractari, & haberi soleant in vna, eademque domo, Castr. *in l. donationes in princ. de donat.* Felin. *in c. illud, num.* 10. *&* 11. *de præs.* & vt plenius inquit Menoch. *præs. num.* 74. *&* 75. *lib.* 3. & facit cessare omnem dubitationem eorumdem cohabitatio in eodem lecto, *c. litteris, & c. Tertio loco de præs.* Surd. *cons.* 364. *num.* 5. ibi, & quod cohabitauerint, qui cõgressus non potest ad aliud inferri, Lap. *in alleg.* 53. *n.* 3.

53.n.3.vers.ita in casu proposito, Alexand. *in l.1. n.19. vers.exemplum.ff.si cert.pet. & cons.19. num 24.vol.7.* Host.Abb. & Felin.*in cap.præterea, de test.* Ruin.*cons.* 53.*n.*1.2.& 10.*vol.*5. Rim.Iun.*cons.*174. *n.*10.13. & 21.*vol.*2 Rota *in Pacen. matrimonij* 5. *Martij* 1610. *coram Cardinali Pamphilio*, & idem est dicere,talis iacuit cum tali muliere, quantum est dicere, adulterauit eam, vt inquit Alex. *cons.*77.*n.*2.*lib.*7.

3. Non obstat prætensa disparitas inter Ioannem, & Angelam, propter quam Ioannes præsupponitur non cogendus ad contrahendum matrimonium,ea ratione, quia summa illa beneuolentia,mutua amicitia,concordia,& familiaritas, quæ beatitudinem quamdam inter virum, & vxorem parit,ab ipsorum coniugatorum inæqualitate, & dissimilitudine destrui soleat, vt inquit Menoch.*præsumpt.*10.*n.*40.*lib.*10. Gabr.*cons.*186.*n.*4. *lib.* 2. & quod tantùm Ioannes teneatur illam dotare, dum recusat virginem, quam cognouit ducere, *text. in c.*1.*de adult.* Gabr.*d.cons*186.*in fin. lib.*2.

4. Quia dum Angela ex promissione Ioannis tradidit ei corpus suum,ac passa fuit defloratione,m, partem suam adimpleuit, vnde alter tenetur etiam adimplere, etiamsi ficte contraxerit, dum ex iustitia verè contrahere tenebatur, & sic fictus promissor adimplere tenetur eam ducendo in vxorem: ita docent D. Tho. 4. *d.* 28.*q.vn.art.*2.*ad* 4 Riccardus *ibi art.*1.*q.*3.*in fine.* Scotus 4.*dist.*30.*q.*2.*vers.respondeo stante illo dolo.* Adri.4. *q.*2.*de matr.ad* 2. Sanchez *de matr. lib.*1. *disp.*10. *n.*3. *vers.secundum,quia,& disp.*11. *num.*4. quod procederet etiam si promissio non fuisset mutua, quia dum mulier promissioni viri inniteus,tradidit corpus suum,contractus est perfectus,& sicuti ipsa iam impleuit, per consequens vir etiam tenetur perficere, illam scilicet in vxorem ducendo, vt inquit idem Sanch. *d.qu.*10. *n.*4. & debet considerari graue damnum, quod inferretur mulieri, dum illi non permitteretur aliud inire matrimonium, cogeretúrque continenter viuere, vt inquit idem Sanch.*de matr.d. disp.*11. *n.*4.& 5. nec tali casu satis est pecuniis satisfacere,cùm in propria specie posset satisfieri,& sponsalia contrahens, ac sub spe futuri matrimonij virginem deflorans, tenetur eam ducere, & moraliter loquendo,nequit aliter iniuriam resarcire, ad quod persona iustitiæ vinculo est alligata, nec vnũ pro alio,inuito creditore reddi potest,*text.in l.*2.§.*mutui,ff.si cert.pet.* Nauar.*lib.*4.*cons.tit.de voto, in* 1. *edit. cons.*6.*in fine*,idem Sanch.*de matr.lib.*1.*disp.*10.*q.*3.*n.* 20.*& disp.*44.*eod.lib.*1.*n.*3.vbi de communi Theologorum sententia firmat, promittentem sponsalia non posse ab illis recedere, si fœminæ infamia sequatur, etiam copula non secuta, & talis disparitas non potest considerari in hoc casu; quia ex summario Angelæ *n.* 9 apparet Ioannem scientiam habuisse,parentes Angelæ fuisse macellarios; Vnde dum ipse etiam tali scientia non obstante, contentus fuit sponsalia contrahere, videtur voluisse iuri suo renunciare, & excessus donationem facere,cùm debuerit sibi prospicere,sciens qualitatem, & conditionem huius mulieris, *l. si quis domum,*§.*vlt.ff.locat.* Salic.*in l.si familiæ in fin.vers.secundo,quod vbi res euincitur.num.*6.*Cod. famil.ercisc.* idem Sanch.*lib.*1.*disp.*14.*n* 2.Grat.*disc.forens.c.*205.*n.*24.

5. Quæ autem dicuntur de impudicitia Angelæ, nec etiam visa fuerunt reuelare, quia depositio testis super illa deponentis refertur ad auditum à tertio,quia obiit; Et clarum est,testem de auditu non probare, *l.testium, C.de testibus,c.tam is, eod.tit. c.testes,* 3.*q.*9. Caputaq. *dec.*278.*n.*2.*p.*3. Rot.*dec.*521.*n.*4.*p.*1.*rec. Aquita Prioratus,*4.*Iul.*1625.*coram Vbaldo.& dec.*517.*n.*14.*coram Gregor.XV.* quatenus etiam talis depositio probaret,tamen Ioannes teneretur eamdem Angelam in vxorem ducere,tum ob superiùs dicta, tum ob graue damnum eiusdem mulieris,cùm continenter viuere compelleretur. Vltra quòd isto casu Angela communiter virgo reputabatur,& honesta, vt in summario eiusdem *n.* 8. Sanch. *de matr.lib.*1.*disp.*11.*num.*6.*& q.*14.*n.*2.*c.quemadmodum de iureiur.* vbi Burr. *n.*3.*& Doct.*

6. Nec pariter Dominis visa fuerunt obstare ea, quæ opponebatur de inualiditate, & nullitate examinis testium ad fauorem Angelæ,& primò, quòd in tali examine erat assumenda persona Ecclesiastica iuxta formam Receptoriæ; Quia commissio in hoc proposito emanata,duo continet: Alterum,quod Notarius Receptor se conferat ad locum Onnate, & recipiat iuramẽta,& depositiones testium,nullo verbo existente de associando aliquam personam in dict. examine: Alterum verò, vt possit per censuras quascumque personas nominandas compellere,&ad hunc effectum assumat personam Ecclesiasticã, cuius assumptione non fuit opus, cùm non euenerit casus coactionis; vnde cùm in tali commissione fuerit facta talis mentio, illius tenor debebat obseruari, provt fuit obseruatus, Rot. *in Ferrar. bon.* 24. *Ianuarij* 1600. *coram Cordub. apud Marc. de commiss.part.*1.*fol.*170. Rot. *dec.*39. *n.*1.*p.*1.*recent.*

7. Tandem non obstat,quod in intimatione pro examinandis testibus non fuerit expressus locus examinis, dum soleat intimari locus præcisus, quando facultas examinandi est data in aliqua Diœcesi in genere; Rot. *dec.*23.*n.*1.*part.*4.*diuers.& 118.n.*16.*coram bon. mem. Buratto.*

8. Quia sufficit,quòd Procuratores partium consenserint decreto super expeditione Receptoriæ directæ ad Oppidum de Onnate,& alia loca,& sic in loco certo pro examine testium, scilicet in loco de Onnate, vt in processu fol.121.& 124.Et facta præsentatione Receptoriæ, & commissionis fuerunt personaliter citati tum Ioannes,tum etiam eius Procurator ad interessendum, & videndum iurare testes, & in eodem oppido, nec alibi testes iurarunt, provt ibi examinati fuerunt; Vnde in hoc examine nulla potest cadere nullitas: dum pars erat bene informata de tali examine, Gonz. *in annot.contra nullit.& attent n.*72.Seraph.*dec.*1010. *n.*3.*& 4.& dec.*1489.*n.*1.*in Conchen. dec. de Infantado coram bon.mem. Andrea,quæ est* 686.*n.*1. *in fin.part.* 1.*rec.* & ex eo magis apparet de tali scientia:dum examen Ioannis ab eodem Receptore, eodem tempore pro vtraque parte discedente cum simili citatione, & receptoria, continente easdem clausulas, & facultates, factum fuit,& sic par forma, & ordo in vtriusque partis examine fuit seruatus; Vnde per talem actum pars dicitur conualidare examen, etiam nulliter citata cùm faciat præsumere, eam esse certam de eo, de quo fuit facta citatio,Seraph.*dec.*1010.*n.*6. *vers.sed & tollitur difficultas.* Gonz.*loco cit.n.*73. Caputaq. *dec.*293.*n.*2.*p.* 3.Grat.*discept.forens.c.*694.*n.*9. Rota *dec.*18.*num.*14. *part.*7.*recent.*

Et in vtraque parte informante, fuit resolutum.

DECISIO XVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carillo.

In causa Meleuitana bonorum.

Luna 4. *Maij* 1643.

§.1. REsponderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis,qua declaratum fuit testamentum Cæsaris sustineri, quia constat de eius validitate & iustitia.

2. Validitas namque apparet ex reuolutione processus, vbi constat seruata fuisse omnia requisita recensita in vulgata decisione Caputaq. 260. *part.* 2. & iustitia probatur ex decisionibus in causa factis *sub diebus* 11. *Aprilis* 1639. *&* 22. *eiusdem mensis* 1641. *coram bonæ mem. Merlino.*

3. Quarum primum fundamentum Dominis placuit, nempe quod dicti Cæsaris testamentum sustineatur tanquam factum inter liberos, etiam quoad legatum relictum Mariæ vxori, licet absque integra solemnitate fuerit conditum, quia est scriptum, & subscriptum ab ipso Cæsare patre, qui coram duobus testibus declarauit idipsum, quod in eodem testamento scripserat, & in fine apposuit clausulam generalem significantem voluntatem seruandi ea, quæ dixerat, & scripserat, iuxta dispositionem Textus in §. *nos igitur, ver. si tamen authen. de test. imperf. collat.* 8. Ant. Gomez *in l. 3. Tauri n.* 58. *vers. tamen intellige*, Molin. *de iust. & iure disp.* 128 *vers. illud etiam, cum aliis pluribus relatis in prædictis decisionibus.*

4. Quibus non aduersatur, quod aliqui testes dicant, testatorem eiici fecisse omnes è cellula in qua iacebat, dum confecit testamentum; vnde inferebatur ad contrarietatem, & falsitatem testium, quasi quod impossibile sit adfuisse testes in publicatione testamenti, si omnes adstantes testator è cellula eiici iusserat. Quia, vt bene respondit secunda decisio, ad euitandum testiũ periurium, eiectio præfecta intelligenda est de aliis omnibus, qui ibidem adstabant otiosi, & qui potius impedimento erant testatori, non autem debet verificari in Capellano Triremis, qui testatorem morti proximum ad fruitionem cælestis Patriæ hortabatur, nec in alio, qui ipsi atramentum apponebat, vt testamentũ scriberet, provt in fortioribus terminis, quod saluari debeant testes, si alter neget alios fuisse presentes, alter verò affirmet, tradunt Bart. *in l. 1. §. si quis neget, sub n. 6. vers. ad contrarium, ff. quemadmodum test. aperian.* Ias. *in l. 3. §. iurar. n. 21. ff. de iur.* Ang. *cons. 175. n. 5. vers. non obstat.* Corn. *cons. 202. num. 2. lib. 4.* Curiac. *controu. 407. n. 149. & fuit, dictum in Romana alimentorum 28. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bicho.*

Idque eo magis dicendum fauore vltimarum voluntatum, quæ coadiuuandæ, & sustinendæ sunt quantum fieri potest etsi nisi contrarium perneceſſe, & concludenter probetur, *Alex. cons. 33. n. 15. lib. 3. & fuit dictum in Regien. hæreditatis 20. April. 1637. coram bon. mem. Coccino.*, cùm nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, vt inquit *Imperator in l. 1. C. de sacrof. Eccl. latè* Spino. *de test. p. 1. Rubricæ n. 16. cum plur. seqq. fol. mihi 11.*

5. Secundum verò fundamentum, quo in prædictis decisionibus firmabatur testamentum præfatum posse quoque sustineri ex priuilegio militari, eo quòd Cæsar testator esset scriba triremis, non visum fuit solidum, quia scriniarij non gaudent priuilegio militari in factione testamenti, nisi reperiantur in loco hostili de tempore confectionis, vt declarat gloss. *in l. scriniarios, de test. mil.* vbi Donel. *n. 4 §. fin. ff. de test. mil. l. vn. ff. de bon. poss. ex test. mil.* Iul. Clar. *lib. 3. sent §. test. quæst. 15. n. 5.* & hoc suadetur summa ratione, quia in tantum scriniariis, & aliis Paganis communicatur priuilegium militare in quantum subeunt periculum in loco hostili, & in procinctu conflictus, vt ait Paris. *cons. 57. n. 25.* vbi quod illis priuilegium conceditur ob necessitatem & periculum lib. 2. alias periculo cessante ipsi iuxta leges Paganis præscriptas testari tenentur, vt expressè decidit Text. *in d. l. scriniarios, C. de test. mil.* ne alioquin essent melioris conditionis gaudentes priuilegio per communicationem, quàm ipsi milites priuilegiati, qui extra aciem quamuis sint in expeditione tenentur testari, saltem coram duobus testibus rogatis, *gloss. communiter, approbata in d. l. 1. ff. de test. mil.* Guttier. *in l. nemo potest. n. 165. de leg. 1.* Menchac. *de succeſſ. creat. §. 24. n. 15. & 18.* Velasq. *cons. 104. n. 16.* Gabriel *cons. 100. n. 3. & seqq. lib 1.*

6. Cùm igitur Insula S. Petri, vbi classis maritima appulerat tempore conditi testamenti non esset locus habilis, vt deponunt testes asserentes insulam prædictam subesse dominio Maiestatis Regis Catholici, & ibi milites per plures dies commoratos fuisse otio, & cantibus vacantes, nullatenus Cæsar Scriba Triremis poterat testando gaudere priuilegio militari, quia locus hostilis ad hunc effectum dicitur ille in quo hostes adsunt, vel bellum geritur, vt in puncto inter milites, & scriniarios distinguit Alberic. *in l. milites 45. n. 4. vers. ipse autem.* vbi quod si hi non sunt in bello, non possunt testari iure militari, Rip. *in l. Centurio, num. 11.* vbi loquitur in specie de classe maritima, & ait priuilegium competere, si moriantur in bello nauali *ff. de vulgar. & pupill.* ex Textu *in d. l. fin. ibi, si in hostico deprehendatur, & illico decedat, ff. de test. mil.* Ang. *in l. quod constitutum, n. 4. ibi, si testantur in actu belli, ff. eod.* sequitur Simon de Pret. *vlt. vol. inter pr. 2. dub. 1. solu. 2. n. 7.* *lib. 3.* Franc. de Barry *de test. mil. n. 6.* Paris. *de cons. 32. n. 25. lib. 2.* Magdalen. *de nu test. p. 2. c. 28. n. 67.*

7. Adeo quod non sufficiat, quod testes dicant in dicta Insula S. Petri frequenter adesse Barbaros Piratas, nisi probarent eos adfuisse tempore conditi testamenti, ita vt necesse esset stare semper in procinctu, vt notat Conan. *Comment. iur. ciu. lib. 9. c. 5. in fin.* Donel. *in d. leg. scriniarios, n. 4. C. de test. mil.* vbi dicitur locum hostilem esse illum, qui ab hostibus occupatur, & sub num. 5. asseritur in hostico dici deprehensum, qui in conflictu ita circumuentus sit ab hostibus, vt effugere non possit, & stare in procinctu, dicitur quando est in puncto ipsius congressus, & prope concinentibus tubis, vt bene explicat Franc. de Barry *d. tr. de test. mil. num. 4. vers. nam in acie.*

8. Quare Domini dixerunt testamentum Cæsaris sustineri vti factum inter liberos, & consequenter sententiam Rotalem esse confirmandam ex hoc primo fundamento dumtaxat; omisso secundo desumpto ex priuilegio militari tanquam non subsistente ex allegatis.

Et ita vna tantum, &c.

DECISIO XIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio.

Valentina Iuris sedendi.

Lunæ 8. Iunij 1643.

§. 1. CVm lata fuisset sententia coram R. P. D. meo Ghisserio, in eáque pronunciatum Præpositos Ecclesiæ Valentinæ occupare posse sedes vacuas dignitatum à Choro absentium, & causa per appellationem mihi commissa, dubitaui semper eiusdem sententiæ confirmatione pro qua DD. responderunt. Quia illius validitas non impugnatur, & iustificatur ex reuolutione processus, ex quo apparet omnia interfuisse requisita, quæ recensentur in *decisione* Verall. 160. *part. 2.* Iustitia vero probatur ex latè deductis *in decis. Rener. P. D. mei Ghisserij sub die 5. Iunij anni 1637.* Cùm enim ex particulari Constitutione Ecclesiæ Valentinæ, illius Canonici possint occupare vacuas sedes dignitatum absentium, eadem facultas concessa censetur Præpositis, quibus à sanct. mem. Sixto V. in limine erectionis attributæ fuerunt omnes prærogatiuæ, præeminentiæ, ac priuilegia, quibus tam ex dispositione Iuris communis quam particularium Constitutionum eiusdem Ecclesiæ Canonici fruebantur, dum enim fuerunt Præpositi Canonicis æquiparati, talis æquiparatio idem debet operari, ac si specialiter fuisset concessum dictum ius occupandi sedes vacuas, quod Canonicis competebat ex notatis *in leg. Principes, ff. de legib. DD. in l. 1. ff. de legat. 1.* vbi Alex. *n. 10.* Ias. *n. 15. & seq.* Castrens. *num. 7. & 8.* Rota *coram Cre-*

scen.

scent. dec. 9. n.5. ne diuerso ore censeantur ij, qui ex æquiparatione idem reputantur contra dispositionem, text.*in cap.cognouimus 12.q.2.& in l.eum qui ade.ff.de vsucap.*&in terminis præeminentiæ considerauit Rota *in Cæsaraugustana præeminentiarum 2. Nouemb. anni 1627.coram bon.mem.Coccino.*

2. Quæ facultas occupandi sedes dignitatum absentium præterea colligitur ex Bulla erectionis,in qua illis attributum fuit Ius sedendi immediatè post ipsos Canonicos: hoc enim iure vti non possent,nisi occuparent sedes in quibus, absentibus dignitatibus manent Canonici, cùm verbum illud, immediatè operetur, vt sessio Præpositorum nullo interposito medio continuatiuè copulari debeat sedibus Canonicorum, iuxta doctrinam Bald.*in l.1.n.3. C. de condit. insertis.* Capra *cons.22.n.12.*Castrens. *cons.411.n.4. vers.3.opponitur li b.1.* & alij quos refert Decian. *cons. 9. n. 10. lib. 2.* & secuta fuit Rota *in hac eadem causa sub die 16.Decemb.ann.1633.coram bon.mem.* Merlino *& 27. Iunij 1635 coram R.P.D.meo Ghisterio.* Quæ eo facilius admitti debet tanquam consonans, & conformis decori Ecclesiastici Ritus, quo attento in Choro non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas ad instar triumphantis Ecclesiæ, vt considerauit Rota *coram bon.mem.Coccino dec.197.n.4.*

3. Et licet in gratia præposituris concessa in Bulla erectionis fuerint excepti actus capitulares inter eos tamen comprehensa non fuit sessio in Choro, dum Bulla expressè illis sessionem concessit, & post illius concessionem capitulares actus excepit,generalis enim illa exceptio facta censetur salua sessione antea concessa argumento *text.in l.doli clausula ff.de verborum obligat.*vbi Barth.& Cuman.*n.1.*idem Barth.*cons.72.n.3. vers.sed positio.*Surdus *cons.456.n.1.& sequent.*Præsertim cum hoc sit conforme dispositioni iuris,secundum quam stallum in Choro non comprehendatur sub actibus capitularibus, vt notat Gloss. *in Clementina vt ij de ætate, & qualitate in verb. c.vbi etiam* Abb. *n.6.* Ancharan.*n.3.*Cardinalis *n.14.* Rota *coram Reuerendissimo Vrg.dec.198.n.3.& in Valentina præeminentiarum 19. Nouembris 1640. coram bon.mem. Coccino, & 21.Martij 1641.coram bonæ memoriæ Pirouana.*

4. Non obstat quod sedes dignitatum absentium occupari non possint ab aliis tanquam propriæ, & fixæ. Quia tales dici possent in casu quo præsentes fuerint dignitates in Choro,secus verò si illæ sint absentes;tunc enim sicut permissum est Canonicis illas occupare,ita permissum censeri debet Præpositis quibus concessæ fuerunt eædem prærogatiuæ quæ Canonicis competebant, vt alias respondit Rota *in hac eadem causa in decisione 252.n.10. part.6.& 214.in fine part. 7.recent.*Quin immo sicuti non dicuntur fixæ respectu Canonicorum,qui absentibus dignitatibus eas tenent, ita neque etiam fixæ dici possunt respectu Præpositorum, qui gaudent eodem priuilegio Canonicorum; Æquiparatio enim inter vtrosque inducta à Constitutione Apostolica æqualem determinationem inter eosdem debet operari, ex notatis in *c. ad audientiam de Clericis non residentibus* Gloss. *in leg.si quis seruo in verbo corrumpi, Cod. de furtis, & in l.quod verò circa finem.ff.de legibus.*Ripa *in l.si constante n.69. ff. soluto Matrimonio.*Ias.*in §.ex maleficiis n.39.*Institutionibus de actionibus Roman. *cons.129. in principio, & cons. 231 n.3.*

5. Non obstat quod istæ sedes dignitatum quando vacare contingerent nunquam possessæ fuerint à Præpositis: Adeo vt vel illis nocere debeat præscriptio temporis, vel obseruantia contraria quæ potissimum attendi solet in hac materia præeminentiarum iuxt. doctrinam Bald.*in c.olim.n.1. de consuetudine*; quam sequuta fuit Rota *coram Cardinali Seraph. decis.964. num.1.& coram Caualerio dec.649. num.1. & in Placentina Præcedentiæ 27. Iulij 1633. coram bon. mem. Mellino.*

6. Quia cum Præpositi impediti fuerint ex facto Canonicorum (cuius causa fuit orta lis) talis obseruantia tanquam litigiosa illis nocere non potest, vt considerauit Rota *coram Seraph.dec.748.n.1.& in hac eadem causa sub die 27. Iunij Anno 1635. coram Reu. P. D. meo Ghisterio*, nam tanquam legitimo impedimento detenti nullo temporis cursu affici potuerunt ex notatis in *leg.18. ne autem Cod.de annalibus exceptionibus, & in c.1.de præscriptionibus, & in edict. si tatem de concessione præbendæ* Rota *dec.2.de dilationibus num.1.in nouis, & coram Cassad. dec.8. n.2.de præbendis.* Quin imò permissum est Præpositis etiam si eorum alij consensissent obseruantiæ contrariæ agere nomine Præpositurarum, quibus concessum fuit hoc Priuilegium; & illarum iura vindicare, vt notat Ripa *in c.sæpe de restitutione spoliatorum n.14.* vbi alij DD.communiter Abb. *in c.accedens n 19.* vt lite non contestata Rota *in Neapolitana spolij 3.Iunij 1601.coram Cardinali* Lancell.*& in dec.473.n.2.part.2.recent.* & in aliis relatis in hac *eadem causa sub die 12. Iulij 1634.coram bon.mem. Merlino.*

Et ita altera,&c.

DECISIO XX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Verospio.

Montis Alti Primiceriatus.

Lunæ 8.Iunij 1643.

§.1. CVm sanct. mem. Sixtus V. singulari motus erga Patriam, vnde originem duxerat, charitate,in Cathedrali Ecclesia Montis Alti à se prius erecta,Primiceriatus dignitatem instituisset, eiusque electionem, quocumque mense vacare contingeret, ad Capitulum eiusdem Ecclesiæ spectare voluisset, non obstantibus quibuscumque Regulis Cancellariæ editis, vel in futurum edendis, quibus motu proprio, ac de plenitudine potestatis derogauit,sublatis omnibus derogatoriarum derogatoriis, etiamsi sub data posteriori emanassent,ac tali aduersarentur Indulto,quod quoties foret abrogatum, toties voluit reuiuiscere: Cuius Indulti vigore ad eam Primiceriatus dignitatem vacantem per mortem Cornelij,qui de mense Octobris decesserat, fuit electus à Capitulo Rosatus de Rosatis; Cúmque illi mota fuisset controuersia à Ioan.Baptista Lucido, qui eam dignitatem vti reseruatam ratione mensis à Sede Apostolica impetrauerat; Dubitaui super validitate electionis Capituli, adeò vt ea dignitas debeat eidem Rosato adiudicari. Et Domini negatiuè responderunt.

2.Quia illi obstat Regula 9.Cãcellariæ,ex cuius dispositione Romano Põtifici sub pœna nullitatis,& motu proprio reseruãtur omnia,& singula beneficia quocumque modo pertinentia ad collationem,seu electionem quorumcumque Collatorum, quæ præsertim in mense Octobr. vacare contingerent, non obstante, & sublata quacũque consuetudine, etiam immemorabili, & quocumque priuilegio,seu indulto Apostolico,etiã in limine electionis concesso, & munito quibuscũque derogatoriarũ derogatoriis,aliisque insolitis,& efficacioribus clausulis,quarum tenores in eadem regula ad effectũ reuocandi habeantur pro expressis cum Decreto irritanti; Cuius Regulæ dispositio derogare potest cuicumque Priuilegio, & indulto Apostolico, vt ad eã notat Gonz. *gloss 35.num.1.& seq.* & firmauit Rota *in Compsana Iurispatronatus 19.Ianuarii & 3. Decembris 1604.coram Litta*, quæ confirmata fuit *in Cæsaraugustana Parochialis de Maiella 14. Nouembris 1616.*

& 6. Nouembris 1617. coram bonamem. Coccino, & coram Gregorio dec. 153. n. 2. & in dec. 588. n. 5. p. 1. recent. Etiamsi indultum contineat electionem dignitatis, quæ spectet ad Capitulum provt contingit in casu huius decisionis, vt resolutum fuit coram *Gregorio in dec. 240.* & notat Gonzal. *ad eamdem reg. glos. 19. n. 16. in fin.* vbi rationem considerat, quia in Regula reseruantur beneficia pertinentia ad omnimodam dispositionē Ordinarij quæ efficacior, & potentior reputatur quàm sit electio, quæ minus tribuit ex not. *in c. Auditoriæ, de elect. lib. 6. Rot. dec. 6. n. 2. eod. tit. in nou.*

3. Et licèt in Indulto fel. record. Sixti adsint plures clausulæ pondere, & numero prægnantes, quæ ex superuenienti regula reseruatoria non videntur tolli potuisse, vt in similibus terminis tenuit Rot. *in una Astoricen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram Seraphino inter impressas dec. 291.*

4. Tamen cum in hac materia inspici debeat quænam dispositio contineat potentiores clausulas, & derogationes, vt aduertit Garz. *de benef. 5. p. 1. n. 566.* Rot. *coram Greg. d. dec. 240. n. 1.* Non videtur obstare ea Seraphini decisio dum loquitur in terminis Regulæ Pauli III. & aliorum Pontificum, quæ non habebant clausulas ita amplas, & efficaces provt continet Regula nona reseruatoria à Clemente VIII. Pontifice potentioribus & efficatiocibus clausulis fulsita, vt ad eam decisionem Seraphini respondit Rot. *in dicta Compsana Iurispatronatus 23. Ianuarij 1603. & 3. Decembris 1604. coram Litta.* Quod verò efficaciores derogationes & clausulas contineat Regula reseruatoria mensium Clementis VIII. quàm habeat Indultum Sixti Capitulo Montis Alti concessum, ex eo colligitur quod illæ fuerunt appositæ in Regula quæ vim legis Constitutionis habet, vt considerauit Lotter *de re benef. q. 36. n. 2.* & aduertit Rot. *dec 666. n. 5. in fin. part. 1. recent.* & ideo censetur sufficienter derogatum quibuscumque derogatoriarum derogatoriis contentis in Indulto, seu concessione particulari, vt tradit Ias. *in l. vltima n. 5. C. si contrà ius, vel vtilit. public.* Felin. *in c. constitutus n. 5. in 2. limitat. de rescript. & in c. accedentes n. 5. de præscr.* Geminian. *in c. cum non deceat n. 6. de elect.* Couar. *in rub. de test. part. 2. n. 20. vers. Quartum,* Garz. *de benef. c. 1. part. 5. n. 567.* Rot. *in Tirasonem, suis præsentan. 19. Ianuarij 1583. coram Robusterio,* relata per eundem Garz. *eadem part. 5. n. 959.* & in *Cameracen, Canonicatus 4. Iulij 1578. coram Lancellotto.* Præsertim cum in eadem regula fuerit à Sanctissimo D. N. apposita clausula, Quorum tenores, quæ tantæ reputatur efficaciæ, vt per eam censeatur derogatum Indulto Sixti perinde, ac si tenor dictarum literarum cum derogatoriarum derogatoriis, fuisset insertus in hac Regula, iuxta *consil.* Butrij 49 sæpius approbatum in hoc Tribunali, vt testatur Cassador. *dec. 16. n. 2. & dec. 38. n. 3. super Regulis,* Put. *dec. 415. n. 5. & 6. lib. 2.* Rot. *dec. 213. n. 1. part. 1. & dec. 161. n. 1. part. 2. diuers. & not.* Bald. *in c. cum dilectus n. 12. de rescript.* Gonz. *ad hanc Reg. glos. 36. num. 29.* Gomez *in proœm. Regul. q. 6. n. 8.*

5. Præterea in ea continetur clausula generalis reuocatoria Indultorum cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, & efficatiocibus, & insolitis clausulis, quæ operantur derogationem indulto tam in ea parte in qua continebatur, quod illud nunquam sub reseruationibus Apostolicis comprehenderetur etiam sub Data posteriori, vt considerauit Rot. *in dicta Cæsar augustana Parochialis de Maiella 14. Nou. 1616. & 6. Nou 1619. coram bon. mem. Coccino inter impress. p. 4. rec. dec 329. & 568. & in dec. 666. n 2. part. 1. rec.* & aduertit Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 38. n. 33.* quàm etiam in altera parte, vt toties de nouo reuiuiscceret, quoties fuisset abrogatum; vt considerauit Rot. *in dicta Compsana Iurispatronatus 13. Decembris 1604. coram Litta;* & notat Gonz. *ad d. Regul. 8. glos. 36. n. 88.* Quinimo talis reseruatio apposita in adulto aduersus Regulas Cancellariæ per futuros Pontifices edendas, solum suffragari potest in vita Pontificis, qui illud ita concessit, eo vero defuncto non tuetur à Regula Successoris, in qua adsit clausula derogatoria quorumcunque Priuilegiorum. Quorum tenores habeantur pro expressis, vt tradit Ioann. Monachus *in c. licet Romanus num. 1.* & ibi Prob. *n. 11. de constit. in 6.* Surd. *cons. 47. n. 11. vers. & dicit. Ioann. Monach.* & aduertit Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 39. n. 15.* cum Antecessor, legem Successori imponere non valeat, ex notat. in Authent. *quomodo oporteat Epis. in princ. & in leg. digna vox,* vbi post glos. *in verb. iudicamus not.* Bald. *num. 4 & in cons. 161. num. 2. lib. 3.* Rot. *in Perusina pensionis 12. Ianuarij 1614. coram Sacrato,* Gratian. *discept. forens. c. 548. num. 6. & sequent.*

6. Non obstat quod indultum fuerit Capitulo Ciuitatis Montis Alti concessum, quæ erat patria Pontificis, & ita personis valde gratis, & dilectis, vel saltem bene meritis, quæ comprehendi non debent sub hac Regula, Roman *in cons. 498. n. 18. & 19.* Scin. *de benef. 3. part. quæst. 15. n. 23. & not.* Gonzal. *ad hanc eandem Reg. glos. 26. n. 70.* Dum enim in eadem Regula fuerunt appositæ derogatoriæ derogatoriarum, non debent examinari causæ Priuilegij, vt aduertit Rot. *in dicta Cæsaraugustana de Maiella 14. Nouembris 1616. coram bon. mem. Coccino.* Præterea cum in Regula facta fuerit mentio quorumcumque collatorum, sub ea comprehendunt etiam collatores ex Priuilegio, etiam Capitula, & Communitates, vt firmauit Rota *in addita decis. 240. n. 3. coram Gregorio, & not.* Garz. *de benef. 5. part. cap. 1. num. 619.* Simonett. *de reseruat. q. 68. num. 2.* Doct. *in c. cum Clericus §. final. de Prab. lib. 6. post glos. in verb. spectat.* non obstante affectione, & benemerentia, dum illa considerari non poterat in successore cui Antecessor non valuit legem imponere, ex not. in *l. digna vox. C. de legibus,* cum aliis per Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 39. n. 16.*

7. Non obstat altera obiectio fundata in contraria obseruantia eligendi, etiam si talis dignitas vacauerit in mensibus reseruatis, quæ obseruantia potissimùm attendi solet pro interpretatione Legis, & Constitutionis Pontificis, vt dixit Rota *in dec. 503. n. 1. & 2. part. 1. diuers. & in dec 455. in 1. part. 4. recent. & in Elboren iuris conferendi 13. Nouemb. 1637. coram R.P.D. meo Carillo.*

8. Hæc enim obseruantia non iustificatur; & licet probata fuisset, suffragari non posset, dum ea expressè tollitur à Regula, & Decreto irritanti quod annullat obseruantiam contrariam, & operatur vt inferior contrauenire non possit sub pœna nullitatis, ex not. in *c. si eo tempore 45. de elect. lib. 6.* Abb. *in c. dilecto 25. n. 14. de præben.* Cum aliis per Gabr. *de claus. concl. 3. n. 57. & 58. coram Bellam. dec. 536. de rest. spoliat. & dec. 301. n. 13 p. 5. recent.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XXII.

Sacræ Rot. Roman. coram R.P.D. Ghisterio.

In causa Ragusina Electionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

§. 1. VAcante per resignationē in manibus Ordinarij Archipresbyteratu Cathedralis Ragusinæ, Capitulum elegit D. Annibalē Palmottam, deinde recedens ab hac electione elegit D. Draghū Georgium, quem Archiepiscopus instituit, & immisit in possessionem.

nem. Ab his appellauit Palmotta introduxit causam appellationis coram A. C. à quo per sententiam obtinuit declarari, electionem Draghi, & institutionem esse inualidam, electionem verò de eo factam esse validam, sibique deberi dictam dignitatem; A qua sententia interposita appellatione per Draghum, & commissa mihi causa appellationis, prætendens Palmotta, gesta post eius electionem esse attentata, & ideo esse apponendum sequestrum, obtinuit in Rota iuxta petita responderi pro appositione sequestri. Quia quando possessio est vitiosa, & attentata, vt citius lites finiantur Rota passim in Beneficialibus solet apponere sequestrum. Cassad. *dec.* 3. *n.* 6. *de rest. spoliat.* Caputaq. *dec.* 157. *part.* 1 Rota *dec.* 1370. *inter impressas diuers. part.* 3. *& dec.* 658. *n.* 10. *part.* 2. *recentior.*

2. Quod autem possessio capta per Draghum sit vitiosa & attentata, satis patet, quia illa fuit capta, postquam Palmotta iam electus appellauit, à noua electione quam Capitulum facere intendebat, & illa deinde facta, ab illa iterum appellauit, & nihilominus Capitulum post dictam primam appellationem elegit Draghum, & vlterius post aliam appellationem ab electione Draghi, ipsum etiam mandauit præsentari Archiepiscopo, qui illum instituit, & in possessionem immisit. Vnde talis possessio videtur attentata vti capta post appellationem, quæ licet extraiudicialis operatur, vt omnia, quæ fiunt contra, & post appellationem subiaceant vitio attentatorum ad text. *in c. cum nobis de elect. vbi* Innoc. *n.* 2. Butr. *n.* 23. Imol. *n.* 8. Ioann. Andr. *n.* 12. Abb. *n.* 7. qui & hoc idem firmat *in c. bonæ mem. n.* 10. *vers. duodecima differentia de appellat.* vbi Dec. *n.* 34. & Franc. *n.* 29. *& seqq* Lancell. *de attent. lit. pend. c.* 12. *p.* 2. *limit.* 3. *n.* 6. *& seqq.* alios cumulat *bon. mem. Burratt. dec.* 859. *n.* 1. *&* 5. vbi quod appellatio extraiudicialis non causat attentata, nisi possessio capta fuerit contra, & post appellationem, & fuit dictum *in Mileuitana Marescialatus* 10. *Dec.* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & priùs idem censuit Rota in *Vrgell. Archidiaconatus* 24. *Nouembris* 1581. *coram Gipsio*, coram quo Rota censuit possessionem apprehensam post interpositam appellationem extraiudicialem esse attentatam, ideo ex officio Iudicis sequestrandam iuxta stylum Rotæ ex ibi allegatis, vt in copia data atque ideo possessio capta à nouo electo est sequestranda iuxta decisiones supra allegatas.

3. Vlterius censuerunt DD. iustificari causam appellationis interpositæ per Palmottam, tum quia licet electus in paritate votorum, quæ regulariter non faciet electionem, *c. Ecclesia vestra, c. in Genesi de elect.* cum aliis allegatis *in Campilonem. de Roncisualles coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Toletana Canonicatus* nuperrimè resoluta coram *R. P. D. Cerro*, tamen quia alia mediatas eligentium elegit scienter inhabilem ob defectum ætatis, Palmotta fuit canonicè electus, cum vota eligentium inhabilem non computentur, & ius eligendi fuerit consolidatum, in aliis electoribus, qui Palmottam elegerunt. Nam quotiescumque eligentes eligunt scienter (prout hic) personam incapacem, ius eligendi remanet penes alios, qui non concurrunt in electione incapacis, etiam si sint in numero pauciores *de postulat. Prælat. c. bon. mem. il primo cap. cum in cunctis, & cap. cum Vintoniensis, &c. dudum in primo de elect. gloss. in c. si forte* 66. *distinct.* Abb *in cap. cum in iure in fine de elect.* quod procedit etiam si ius eligendi remaneat penes vnum dumtaxat, & ratio est, quia pœna eligentium incapacem, non debet afficere innocentem, *cap. quæsuit de his. quæ fiunt a maior. & Capit.* Barbos. *de iur. Ecclesiast. cap* 19 *n.* 86. ita censuit Rota *in Leodien. Abbatissatus* 4. *Iulij* 1642 *coram me* tum quia Palmotta in omnibus Capitulis asserens dignitatem sibi deberi accessit suæ electioni, quod in paritate votorum facere potuit, adeo vt dicatur, maiorem numerum votorum habuisse, vt non potuerit deueniri ad nouam electionem. Abb *in Cons.* 25. *n.* 2. *circa fin. vers. hic notanter lib.* 2. *& in c. cum in iure n.* 8. *vers. nam. & compromissarij de elect.* Paris. *de resign. lib.* 9. *quæst.* 17. *n.* 108 Franc. Marc. *dec.* 931. *bon. mem. Burat. dec.* 213. *n.* 4. & stante iustitia appellationis interpositæ à noua electione quam Capitulares facere tentarunt ratione talis appellationis, attentata deinde fuit noua electio cum omnibus inde sequutis tanquam directè contraria appellationi.

Et ita pro appositione sequestri fuit resolutum, &c.

DECISIO XXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carillo.

In causa Lucana Suffragiorum.

Lunæ 7. Aprilis 1642.

§. 1. IN Castro, Camaioris Lucen. Diœc. extat Ecclesia collegiata cuius Clerus constat quindecim personis nempe Priore, octo Canonicis, & sex Capellanis; qui omnes vocem habent in Capitulo. Cum autem de anno 1638. variæ subortæ fuissent controuersiæ inter dd. Canonicos, & Capellanos, Ordinarius sententiam protulit, in qua inter cætera mandauit, vt in posterum *l. partiti, che si porporranno in Capitolo non s'intendano vinti se non per li due terzi de voti, come si costuma dal Capitolo della nostra Cathedrale, e dalle collegiata della Città* ab hac sententia Canonici appellarunt, & causam appellationis committi obtinuerunt Ordinario Pisarum, hinc que super incidenti interpositæ per Capellanos appellatione, & causa ad Rotam deuoluta, *dubitauit an suffragia votorum sufficiant pro maiori parte, & affirmatiuè fuit responsum.*

2. Quia clara est iuris regula, quod id, quod fit à maiori parte Capituli, dicatur à toto Capitulo factum, vt textus *in c. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.* ibique DD. communiter *l. quod maior. ff. ad municip.* Ioan. Andr. *in c. quod omnes num.* 8. *& seqq. de reg. iur.* Abb. *in cons.* 57. *num.* 1. *lib.* 4. Cassad. *dec.* 2. *num.* 2. *de iure patr.*

3. Quod eò magis venit dicendum in præsenti, vbi apparet ita fuisse seruatum ab anno 1579. citrà in resolutionibus capitularibus extractis ex libro ipsius Capituli *summ. Canonicorum n.* 2. qui quidem liber, vti retentus ab officiali deputato per Capitulum sine dubio probat inter ipsos Capitulares, Ancharan. Iun. *q.* 60. *n.* 6. *lib.* 1. Genua *de scriptura priuata, lib.* 5. *tit. liber. Capit. alicuius Eccles. fol.* 20. Vnde resultat etiam longæua obseruantia, cum tamen, ex quo sumus in materia iuri conformi, non quadragenaria requireretur sed decennalis sufficeret iuxt. Gloss. *in verb. consuetudo in c. fin. de consuetud. in* 6. Felin *in c. statuimus n.* 5. *de maiorib. & obed.* & tradunt communiter Canonistæ *in c. fin. de constit.* Rot. *coram Caualer. dec.* 107. *n.* 2.

4. Nec obstat, quod aliquando in dd. resolutionibus interuenerint duæ tertiæ partes Capituli, quia in maiori parte inest minor *l.* 1. *§. si stipulanti ff. de verb. oblig. l.* 3. *vers. si quia plus ff. de adim. legat. l. qui concubinam §* 1. *ff. de legat.* 3. Ad docendum autem, quod duæ tertiæ partes requirantur, opus esset probare quod resolutiones Capitulares factæ cum minori numero votorum fuerint irritæ, nam aliàs actus remanent æquiuoci, cum forsan casus tulerint vt duæ tertiæ partes conuenerint, & per consequens inde desumi nequit probatio contrariæ consuetudinis, Aretin. *cons.* 115. *num.* 3. *c. in præsentia*, & ibi Dec. *n.* 58. *de probationib.* Rot. *dec.* 240. *n.* 2. *& dec.* 394. *num.* 6. *p.* 2. *diuers. & coram Burat. dec.* 464. *n.* 6.

5. Et hinc patet non aduersari prædictam sententiam, seu potius statutum Episcopi; quia ipse non potest statuere contra consuetudinem legitimè præscriptam sicut non potest contra ius, nam consuetudo parem vim habet cum lege *l. de quibus ff. de legib. §. ex non scripto Instit. de iur. natur. c. consuetudo dist. 1. cum aliis* quos ad hunc propositum allegat Barbos. *in tr. de offic. & potest. Episcopi in alleg. 93. n. 3.*

6. Minus releuat consuetudo Ecclesiæ Cathedralis, de qua fit mentio in dicta sententia, seu statuto Episcopi, quia, vltra quod non probatur, adhuc probata non suffragaretur stante supradicta particulari consuetudine loci controuersi, quæ est seruanda Glos. *in c. super eo verb. vicino in fin. de censib.* Paris. *cons. 25. num. 41. & 42. lib. 4.* Aym. *cons. 208. n. 14. Rot. coram Caualer. dec. 95. n. 2. & 3.* & debet præferri consuetudini generali, Rot. *dec. 189. n. 9. p. 5. recent.* vbi allegantur concordantes.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, altera sæpe sæpius citata, diuque expectata, & informare non curante.

DECISIO XXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D. Roias.

In causa Lucien. Quartæ.

Veneris 27. Iunij 1642.

§. 1. COntra Archipresbyterum, & Presbyteros Terræ Liquilarum tantum informantes fuit hodie resolutum non constare de bono iure Ecclesiæ Parochialis dictæ terræ pro consequenda quarta funerali, ab Ecclesia Fratrum Reformatorum Sancti Francisci de Obseruantia eiusdem loci, quamuis de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parochos, vt in *Clem. dudum §. verum ne Parochiales Ecclesiæ de sepult.* Stantibus tamen amplissimis Priuilegiis, ac exemptionibus antiquissimis per Summos Pontifices Religioni Franciscanæ, in quibus expressè eximuntur à solutione cuiuscumque quartæ funeralis illa non debetur, vt in Constit. 4. Clem. IV. Bullar. Constit. 6. Sixti IV. p. 1. Constit. 11. sanct. mem. Pij V. Bullar. p. 2. necnon Breue Iulij III. cum derogatione expressa d. Clem. dudum vti Constitutionis conciliaris, prout requiritur, Rot. *dec. 112. p. 1. diuers* Caual. qui plures cumulat *dec. 101. num. in d. Bulla Sixti IV. §. & dudum Viennensi Concilio* Sylu. *in sum. verbo canonica portio n. 8.* Lælius Zecchius *de Republica Eccl. in tit. de Parocho c. 28. num. 18. vers. 8. si quis per priuilegium* & in puncto dixit Rot. *in Ispalen. quartæ funeralium 4. Iulij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in alia Iicien. quartæ funeralis 25. Iannarij 1618. coram bon. mem. Coccino*, cum bene per priuilegium Papæ Religio possit à solutione cuiuscumque quartæ funeralis eximi, vt in præsenti *c. priuilegia 3. dist. c. officij de test* Lauor. *var. lucubrat. in tit. de priuil. & recen. fundit. 2. c. 17. n. 48. & in d. Iicien quartæ dixit Rot. coram bo. mem. Coccino*, quæ priuilegia expressè derogant d. Clementinæ, & sunt munita clausula sublata, & decreto irritanti quæ claudunt os parti, & ligant manus iudicis aliter iudicandi Bart. *in l. fin. n. 1. od. de canon. frum. Vrb. Rom. lib. 11.* Gonz *super reg. 8. glos. 66. n. 3. cum seqq.* Put. *dec. 48. n. 6. p. 1.* Caputaq. *dec. 134. n. 4 p. 3.* Rot. *in recent. dec. 77. n. 9. n. 5.* Caual. *dec. 430. n. 1.*

2. Nec obstat quod in limine fundationis Monasterij sequutæ anno 161., fuerit conuentum, vt Fratres soluerent quartam funeralium, quod potuisse fieri videtur esse de mente Rotæ coram Caual dec. 101. in fine, quia in præsenti talis conuentio non probatur, cum testes ad eam probandam adducti fuerunt examinati lite pendente in Rota absque litteris remissorialibus, & absque vlla iurisdictione, nullum propterea gradum probationis constituunt Mantic. *dec. 199. n. 1.* Rot. *p. 1. rec. dec. 570. n. 3.* Caual. *dec. 40. n. 1. & dec. 159. n. 10. post Moder.* Peruſin. *de manut.* Præsertim dum dictæ litis pendentia fuitin partibus pluries protestatum, Rot. *dec. 570. p. 1. rec. n. 3. in fin.*

3. Minus obstat attestatio Episcopi data circa transactionem, ac reseruationem quartæ funeralis, quia tali attestationi non venit standum, cum non fuerint iurata nec fuerint citati illi, de quorum interesse agitur, Menoch. *cons. 322. n. 45. vers. quorum agitur interesse* Aldou. *cons. 75. n. 28. licet etiam à Cardinali add. ad Greg. XV. dec. 214. sub littera B.* præsertim quia dicta fides videtur tendere in fauorem ipsius Episcopi, Rot. *dec. 583. n. 3. p. 4. diuers. & dec. 13. n. 4. p. 1. rec.*

4. In omnem causam dicti Fratres non potuerunt præiudicare successoribus, aut Monasterio, nec renunciare priuilegiis toti Ordini concessis *c. cum accessissent, vbi dec. col. penult. vers. secunda prædicta concl. & num. 18. de const.* Valenz *cons. 43. n. 84. cum seq. lib. 1.* Rot. *in de Ispalen. quartæ funeralium 4. Iulij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Treueren. bonorum 15. Martij 1621. coram bo. mem. Dunozet.*

4. Et demum dicebant Domini pro Fratribus Franciscanis emanasse quamplures resolutiones Concilij Tridentini, in quibus expressè firmatur fratres esse exemptos à quacumque quarta funerali stante priuilegio Iulij III. in omnibus Monasteriis constructis post annos 40. vel quæ in dies ædificantur, nec illa comprehendi in Concilio Tridentino sess. 25. de reform. c. 13. vt refert Fr. Ioannes de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. c. 19. dub. 5. concl. 2. in fin.* quas Sacri Concilij declarationes hoc nostrum Tribunal reuerenter amplectitur, & sequitur, vt per Garz. *de benef. in præfat. circa med. vers. & ita Burati. dec. 479. n. 3.*

6. Quod verò Conuētus de quo agitur fuerit ædificatus ab annis 40. citra, vltra quod non controuertitur, redditur manifestū tam ex licentia Ordinarij concessa de anno 1613. quam etiam ex publica attestatione Vniuersitatis, ac etiam ex testibus ex aduerso examinatis,

DECISIO XXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D. Queipo.

In causa Elnen. Iurium Parochialium.

Veneris 6. Iunij 1631.

§. 1. PArochus Cocolibri Elnen. Diœcesis vrgebat hæredes, & executores Testamentarios eorum, qui in Monasterio Prædicatorum eiusdem loci sepulturam elegerunt, ad celebrandum Nouennarium, & Caput anni in Ecclesia Parochiali postquàm in dicto Monasterio Prædicatorum celebratum extiterat, super quo orta controuersia, & causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, proposui Dubium; An Parocho liceat cogere hæredes, seu executores Testatorum defunctorum, qui sepeliuntur in Ecclesia Fratrum, ad celebrari faciendum in Ecclesia Parochiali Diuina Officia Nouennalia, seu Capo damno, quæ iam in Ecclesia Fratrum fuerant celebrata, & Dominis visum fuit id Parocho non licere, quia iure communi, quo libera cuilibet sepulturæ electio remissa est, dūtaxat quarta Canonica Parocho reseruatur *capite 1. cap. is qui, cap. in nostra, cap. certificari. cap. cum super de sepult.* quæ non generaliter, sed cū restrictione de qua in *c. vlt. de sepult.* comperebat, quāuis per text. *in Clem. dudum. de sepult.* fuerit ampliata, vsum tamē, & cōsuetudine generali ad quartam

quartam funeralium restricta fuit, vt post Card. *in dicta Clement. Dudum* §. *verum* tradunt Couarruu. *in d. c. fin. de test. n. 6.* Molin. *de iust. & iur. tr. 2. disp.* 217. Roder. *q. regul. tom. 1. q.* 39. *artic. 2. in fin.* & de ea tantùm loquitur *Concilium Tridentinum cap.* 13. *sess.* 25. *de reform.*

2. Funeralia autem sunt quæ cum funere deferuntur, vt tradit *Glos. ver. funeralib. in d. Clem. Dudum, de sepulturis*, & Petr. de Vbald. *de Canonica Episcopo*, & *Parocho debita p. 2. c. 4. n. 10. & 16.* quem dumtaxat consistere in cera, & in aliis oblationibus quæ deferuntur tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, & legatis, aut aliis oblationibus eorum, qui apud dictos Fratres sepeliuntur declarauit *sanct. mem. Pius V.* 17. *Kalendas Iulij anno Domini* 1576. vt referunt Gut. *de Iuram. confir. 2. p. c. 5. n. 2.* Roderic. *in dicta q.* 39. *art. 2.* vnde cum iure communi oblationes factæ, aut relictæ in Monasterio non deberetur nisi quarta Ecclesiæ Parochiali, & hoc vsu, & consuetudine ad quartam funeralium fuerit restricta, & ex *constitutione sanctæ memoriæ Pij Quinti declarantis Concil. Trident. in dicto c.* 13. fuerit constitutum, vt à Fratribus non deberetur nisi quarta eorum funeralium, quæ tempore sepulturæ fuerint oblata, idque Sixtus Quartus ad Fratrum fauorem iam constituerat, vt refert Syluester *in summa verb. canonica in fin.* prætensio dicti Parochi omni iure destituta videtur, præcipuè quia *sanct. mem. Pius V. die 9. Iulij* 1571. in statuto directo ad Principatum Cathaloniæ prohibuit ne Parochia Fratribus vltra quartam funeralium quidpiam exigerent.

3. Et cum hæc omnia fuerint tam fauore liberæ sepulturæ, quàm Fratrum constituta, omnino, & directè impugnantur per Parochos agentes contra hæredes, & testamentarios eligentium sepulturam in Monasteriis, cùm per hoc grauamen ab huiusmodi sepulturæ electione fideles auerterentur, atque ita finis dictarum Constitutionum fraudaretur, quod licere non debet per *Reg. text. in leg. non dubium, C. de legib. c. quod vna via, de reg. iur. in 6.*

Et ita vna tantùm parte informante, &c.

DECISIO XXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Pamphilo.

In causa Hispalen. quartæ funeralium.

Mercurij 4. Iulij 1590.

§. 1. FVit resolutum, Monasterium S. Pauli Ciuitatis Hispalen. non teneri ad solutionem quartæ funeralium, à qua per ampliſſima priuilegia Apostolica concessa toti Ordini Prædicatorum est exemptum, *c. constitutus de religiosis dom. c. officiis de fin. de test. c. in nostra de sepult.* quæ priuilegia, vt ex eorum lectura liquet, sunt clarissima, & de eorum validitate & vsu non est dubitatum, cùm fuerint per Rotam pluries canonizatam tam ad fauorem fructuum Ordinis S. Francisci de Obseruantia in vna Hispalen. coram bo. mem. Finetto, & D. meo de Grassis, quam etiam ad fauorem fructuum Ordinis Prædicatorum, quales sunt isti de quibus agitur, in alia Pampilonen. coram D. meo Blanchetto, vbi ex resolutionibus Illustr. DD. Sacr. Concil. interpretum, fuit dictum non esse abrogata per Concil. Trident. *sess.* 25. *c.* 13. quod loquitur de priuilegiis concessis à 40. annis citra: & non procedit in istis priuilegiis antiquissimis concessis per 40. annos ante publicationem Concilij.

2. Neque obstare quod testes examinati pro parte Beneficiatorum videantur dicere huiusmodi quartam aliquando fuisse solutam, quia sunt nulliter examinati, vt in facto deducitur, & non probant cùm sint Curati, Beneficiati, Capellani, & Sacristæ Parochialium, quorum omnium interest, quòd huiusmodi quarta funeralium, de qua ipsi participant per Fratres, & per Monasterium soluatur; vltra quòd istæ assertæ solutiones, cùm sint factæ, vel ab executoribus vltimarum voluntatum, vel à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare priuilegio toti Ordini concesso, non præiudicat Monasterio ad notata *in c. cùm accessisset* 3 Dec. *col. pen. vers. 2. prædicta conclusio, & c. fin. n.* 18. *vers. 6. & vltima conclusio, & c. de const. & c.*

Sententia lata super exemptione à solutione quartæ funeralis, ac iure deferendi defunctos ad Ecclesias Cælestinorum sine capituli, & cleri consensu, seu interuentu.

§. 1. IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi & singuli hoc præsens publicum sententiæ instrumentum inspecturi, visuri, lecturi, & audituri, quòd nuper seu aliàs introducta lite, & causa coram Perillustri, & Reuerend. D. Camillo Meltio I. V. D. Illustr. & Reuerendissimi D. Auditoris Cameræ in Ciuilibus locũ tenente per viam Monitorij inter admodum RR. Priorem & Monachos Monasterij Sanctissimæ Annunciationis Ciuitatis Tarentinæ Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti ex vna, & RR. Capitulum & Clerum eiusdem Ciuitatis Tarentinæ, de, & super exemptione à solutione quartæ funeralis defunctorũ, rebúsque aliis de quibus in actis, & processu causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illarum occasione partibus ex altera; In qua quidem causa seruatis de iure seruandis, verificatis verificandis, citatísque dd. RR. Capitulo, & Clero prius in partibus, deinde hîc in Curia per Audientiam litterarum Contradictarum S. D. N. Papæ more solito; tandem idem Perillustris, & Reuer. D. Camillus Meltius locumtenens suam in his scriptis in causa & causis prædictis tulit, & promulgauit sententiam diffinitiuam in hunc qui sequitur modum; videlicet; Christi nomine inuocato Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hãc nostram diffinitiuam sententiam, quam de iurisperitorum consilio ferimus in his scriptis, in causa & causis, quæ primo, & in prima, seu alia veriori coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter RR. Priorem, & Monachos Monasterij S. Annunciationis Ciuitatis Tarentinæ Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti Agentes ex vna; & RR. Capitulum & Clerum eiusdem Ciuitatis Tarentinæ reos conuentos de, & super prætensa solutione dimidiæ, seu quartæ funeralis defunctorum deferendorum ad præfatam eorum Ecclesiam, ac iure deferendi defunctos ad eandem Ecclesiam absque interuentu ipsius Capituli & Cleri, rebúsque aliis in actis causæ, & causarum huiusmodi latiùs deductis, & illarum occasione partibus ex altera. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, diffinimus, decernimus, & declaramus; prædictos RR. Priorẽ, & Monachos Monasterij Sanct. Annunciationis Congregationis Cœlestinorũ Ordinis S. Benedicti Ciuitatis Tarentinæ, non teneri, nec obligatos esse ad solutionem dimidiæ, seu quartæ funeralium defunctorum deferendorũ ad præfatam eorum Ecclesiam, sed prædictos RR. Priorem, & Monachos fore, & esse exẽptos, & propterea absoluẽdos & liberãdos à dicta solutione dimidiæ, seu quartæ funeralis prætensæ per dictũ Capitulum & Clerum, provt absoluimus, & liberamus, & pro absolutis, & liberatis haberi volumus; ipsósque Priorem, & Monachos posse, ac debere, ac eis licere deferre ad dictam eorum Ecclesiam defunctos, sine prædicti Capituli,

tuli,& Cleri interuentu,declaramus,ac respectiuè mãdamus molestationes, oppositiones,perturbationes,& impedimenta quæcunque per dictos aduersarios præstitas illatas, præstitáque & illata fuisse,& esse nullas, temerarias, indebitas, iniustas , ac de facto illatas , & præsumptas,illatáve & præsumpta,& de,& super illis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, provt imponimus,victósque victoribus in expensis in huiusmodi causa factis condemnamus , quarum taxationem nobis, vel cui de iure, in postertum reseruamus ; & ita dicimus,pronunciamus,sententiamus,definimus,& declaramus non solùm modo , & forma præmissis , sed etiam omni alio meliori. Ita pronunciaui Ego Camillus Meltius Locum tenens: lecta,lata,& in scriptis promulgata fuit præinserta diffinitiua sententia per eumdem Perillustr. & Reuerendissimum D. Camillum Meltium in Ciuilibus locum tenentem Illustrissimi,& Reuerendissimi D.Auditoris Cameræ,sub anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo octauo,Indictione vndecima,die verò nona mensis Februarij,Pontificatus Sanctiss.in Christo Patris , & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ octaui,Anno eius sexto ; Præsentibus in Palatio solitæ Residentiæ ipsius Reuerendiss. D. Meltij ibidémque audientibus, & intelligentibus DD. Francisco Belgio, & Ioanne Zeppa testibus ad prædicta omnia,& singula vocatis,habitis specialiter,atque rogatis.In quorum omnium,& singulorum fidem, &c. Datum hac die 20. Martij 1630.

Ego Cæsar. Columna Romanus Cur. Cau. Can. Apostol. Notarius de præmissis rogat. præsens Instrumentum subscripsi,& publicaui,requisitus, &c.

Loco signi Notarij,

DECISIO XXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ super confirmatione supradictæ sententiæ pro exemptione à solutione quartæ Funeralis, R. P. D. Quetpo.

Tarentina quartæ Funeralis:

Marc. 5. Decembris 1629.

§. 1. SEntentiam A. C. confirmandam esse Dominis placuit , Nam licet quarta Funeralis Ecclesiæ Cathedrali, vel Parochiali iure communi debeatur, *c. cum super,c.in nostra de sepulturis, c. cum quis in princ. eodem tit.lib. 6. Clem. dudum eod. tit.* Monachi autem Cœlestini exempti & priuilegiati existunt ab hoc onere per fel.rec.Cœlestinum Quintum, sicut de aliis Religionibus,quæ simili priuilegio à diuersis Pontificibus concesso fruuntur,refert Eman. Rodericus *qu. rég.tom. 1.q.39.art.2.* & iam olim huiusmodi exactionem Episcopis interdictam fuisse aduertit P. Gregorius *l.b. 2. sintag.c.25.n.10. per text.in C. Priscis quidem canonibus & C. Vnio 10. qu. 3.* Maximè cum dicti Monachi Cœlestini eodem priuilegio aliis Religionibus concesso vti possint, propter priuilegiorum communicationem ipsis à S.D.N.concessam ex Seraph.*dec.605. n. quarto.*

2.Et quamuis Conc.Trid.*sess 25.c.13.*in fauorem Ecclesiarum Cathedralium , & Parochialium ius quartæ Funeralis confirmauerit , & priuilegiis in contrarium concessis derogauerit , dumtaxat loquitur de Ecclesiis existentibus in possessione percipiendi dictam quartã Funeralem citra quadraginta annos.Atque ita priuilegia Religionum quadraginta annos excedentia non comprehendit , vt S. M. Quintus expressit , & Sacra Congregatio Concilij sæpe declarauit,vt referunt Em. Roderic.*vbi supra* Gutter.*de iur.confirm.secunda parte, capite tertio,num. secundo,* & 3. & fuit dictum in Hispalen.*quartæ Funeralium quarte Iulij 1590. coram bon. memoriæ Cardinali Pamphilio.*

3. Nec visum fuit Dominis præfatam Constitutionem Pij Quinti fuisse reuocatam per Gregorium XIII.quia per Gregorium ex eo quod Bulla Pij Quinti plura contineret, fuit dumtaxat reducta ad terminos Sacræ Congregationis Concilij , refert Ioannes de la Cruz *de statu Religionis lib.2. c.19.dub.5.* & fuit resolutum coram Reuerendissimo Domino meo Decano *in causa Licien.quartæ Funeralis 15.Ianuarij millesimo sexcentesimo decimo octauo.*

Et ita,&c.Vna tantùm parte informante.

DECISIO XXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P. D.Ghisterio.

Lucana Iurispatronatus.

Veneris 10. Ianuarij 1645.

§. 1. PLuries proposito per me dubio, An constaret de Iurepatronatus Parochianorum SS. Ioannis,& Reparatæ Lucanæ Ciuitatis, qui tanquam Vicini Ecclesiæ S.Andreæ, quæ est vnum de Brachiis dictæ Parochiæ, illa vacante nominarunt in Rectorem Alexandrum Trentam,tandem sub die 29.Ianuarij superioris anni fuit resolutum de eo constare,& consequenter dictum Alexandrum præsentatum coram Vicario Lucano esse instituendum ex duobus fundamentis præcipuè.Primò,quia non cadit præsumptio vsurpationis in Iurepatronatus competente non omnibus Parochianis,sed patri ipsorum. Secundò, quia quatenus caderet talis præsumptio,illa tamen cessat, vbi adest Centenaria quasi possessio præsentandi; quæ æquipollet immemorabili requisitæ à Concil.Tridentino *sess. 25. de reform.c.9.* Re proposita causa super eisdem DD.etiamsi in iure subsistant supradicta fundamenta, nihilominus existimantes ea non applicari proposito casui recesserunt à decisis.

2. Nam respectu primi fundamenti certum est,eandé præsumptionem, quæ militare solet in Iurepatronatus Vniuersitatis cessare si non tota Vniuersitas , sed certa pars illius prætenderet Iurispatronatus, vt præter allegatos in decisione in hac causa sub dicta 29. Ianuarij superioris anni tradit *Gonz.super reg.8. glos.18 n.69. Barbos.de potest.Episc.alleg.72.n.64.& in Concil. Trident. cap.9. de reform. n.53* vbi alios allegat,& in terminis Iurepatronatus, *Rota in Lucana Iurispatron.31. Ianuarij 1620.coram bon.mem.Selecien.quæst dec.28. sub n.1. vers.nam etsi aliqua apud Vivian.de Iurepatronat.* sed cum in nostro casu Iurispatronatus prætendatur ab omnibus Parochianis existentibus in Vicinia S.Andreæ, ex quo non solet concurrere integra Vicinia,seu Via ad dotandum beneficium animo retinendi Patronatum,vt animaduertit *Loter. de re benef. lib.2.qu.13. n.136.*sed Ecclesiæ solent fieri ex eleemosyna plurium; vt ponderat *Cresc.dec.1.de iurep. Achill.dec.4. edicti.* cum aliis per *Riccium in prax.prob.Iurispatronat.resol. 101.n.5. in fin.* intrat præsumptio vsurpationis, vt in terminis discusso articulo firmauit *Rota in Cremonen. Capellaniæ 8. Aprilis 1601. coram bon. mem. Coccino dec.25.n.3.& 4 inter eius impressas,& in rec. dec.197. num.36.part.5.* secus autem esset si prætenderetur Iuspatronatus ab aliquibus familiis vnius Parochiæ, quæ non constituerent Viciniam,seu Contratam, nec inhabitarent in aliquo Quarterio,seu Via,tunc enim posset esse difficultas , An intraret suprædicta dispositio Concilij Tridentini sess.25.c.9. de reformat,quia cum tunc

tunc agatur de pluribus familiis vnius Parochiæ licet maiorem partem Parochianorum constituant considerantur tamen vti singuli,& in illis non intrat præsumptio Vsurpationis, cum Vniuersitatem, aut Collegium non constituant,sic *Panorm.cons.26.vol.1.Cald.cons.9. num.2.de iurepatron.* vbi quod quando sunt plures Patroni vnius Ecclesiæ singulariter, nullus ipsorum propriè potest dici Patronus ipsius Ecclesiæ, *Pic. in l. Vitia quæst.31.ff.de legat.2.Spino de testam. gloss.4. n.88.* quos refert & sequitur *Sanchez responsi moral. lib. 2. cap.3.dub.100.num.5.* quæ ratio non applicatur in nostro casu, in quo omnes Vicini S.Andreæ ad Iuspatronatus aspirant,provt insimul conuenerunt in Præsentationibus, & Nominationibus ad illam factis. Vnde sicut præsumitur Vsurpatio Ecclesiæ Parochialis SS. Ioannis & Reparatæ,si omnes illius Parochiani Iuspatronatus prætenderent, ita & præsumitur Ecclesiæ S. Andreæ,dum omnes,qui sub ea vti brachio Parochiali continentur,se illius Patronos prætendunt, quod enim procedit in toto respectu totius, procedit in parte respectu partis, *l.quæ de tota,ff.de rei vindic. Alba. cons. 199. num.2.* Menoch. *cons.671. n.8.* cum in hoc Brachio Parochiali militet eadem ratio, quæ in tota Parochia, nempe inuerisimilitudo, quod ab initio tot familiæ diuersæ insimul conuenerint ad fundandam, vel dotandam Ecclesiam, vt benè firmatur *in d. dec. 197.n.36.p.5.rec.& coram bo.mem.Coccino d.dec.25.n. 5.* non propter potentiam, sed quia non ita de facili plures familiæ conueniunt ad ædificandam, & construendam Ecclesiam,vt dixerunt *Crescent. dict. dec.1. n.2.tit.de iurepatron.* Rota *in rec. dec.235. n.5.part.2. & apud Viuian.de iurepatron.supradicta dec.28.n.1.* & in terminis Ciuitatis Lucanæ, *Mohed. dec.2. ad medium, eodem tit.de iurepatron.*

3. Nec visæ fuerunt applicari resolutiones Rotæ *in Bergom.Capellania 18. Maij 1629.coram bo.mem. Merlino,quæ est dec.290.p.5.recent. & in Cracouien. Parochialis 24. Ianuarij 1628. coram eod.allegata in prima decisione,quia dec.290.num.20.* loquitur de Iurepatronatus competente Confraternitati, in qua non cadit illa inuerisimilitudo superius considerata quæ militat in Vicinia,seu Contrata. Alia verò in causa Cracouien. minus applicatur, cum ibi agatur de Patronatu prætensio à Collegio Iuristarum,quorum respectu fuit resolutum non intrare præsumptionem vsurpationis, quia ex alia parte prætendebatur etiam Iurispatronatus ab Octouillis, vt colligitur ex sequenti decisione sub die 22. Maij 1628. inter recent. 5. Idem dicendum de declaratione S.Congregationis 18.Iulij 1602.qui etiam ipsa procedit in casu diuerso,loquitur enim de Capella existente in Ecclesia sita intra Parochiam,& propterea non applicatur ad præsentem casum, in quo agitur de ipsa Ecclesia non de Capella in ea sita.

4. Minus potest dubitari de secundo fundamento decisionis, quod præsentationes continuatæ per spatiũ 100.annorum probent immemorabilem, vbi de initio contrario non constat, quia tunc Centenaria ipsa concludit ad immemorabilem,cum contineat tempus,quod excedit hominum memoriam, vt per *Rotam. dec.583. n.7.& seqq.p.4.diuers.* Vnde passim traditur ex præscriptione probari Iuspatronatus, modo illa sit,aut Immemorabilis *Achill.dec.4.de iurep. Mohed.dec.3.eod.tit. Rot.dec.199.num.5. part.1. diuers.* cum aliis per *Gonzal.ad reg.8.gloss.18.n.45.* aut centenaria ex *Feder. de Sen.cons.234.Rot.dec.312.n.4.part.1.recent.* latè *coram bo.mem.Burat.dec.825.vbi Adden.n.8. & coram me in Alifana Iurispatronatus 4.Iulij 1629.* Cæterum cum ad eligendam præsumptionem Vsurpationis necessaria sit iustificatio Iurispatronatus ad formam sacr. Conc. supradicta sess. 23. c.9. de reform. requirentis vltra Immemorabilem Præsentationes cõtinuatas spatio 50.annorum, effectum sortitas, & probatas per authentica documenta,cuius dispositio procedit etiam in Vniuersitate parua. Immò etiamsi prætendatur à Parochianis iuxta opinionem approbatam à sacra Congregatione Concilij,& à Rota vt in supradictis decisionibus *coram bon. mem. Coccino dec.25. n.4. coram Mantic. dec.35. num.2.post med. vers. quia in Vniuersitate, in Bon. beneficij 28.Iunij 1613.coram bon.memor.Cardin. Sacrato. in recent.dec.235.num.5.part.2.& d.dec.297.n.36. part.5.* & in hoc casu cum non adsint Præsentationes per 150. annos etiam admisso initio ab anno 1362. & computatis Præsentationibus omnibus vsque ad annum 1499.decursi fuerint anni 137.dumtaxat, Probationes adductæ non relcuant.

5. Sed quatenus non intraret dispositio Concilij,adhuc censuerunt DD. non adesse probationem Iurispatronatus,quæ iuxta dispositionem iuris communis sufficeret in personis non suspectis de vsurpatione. Certam est enim requiri Centenariam, vel Quadragenariam cum fama,& Centenaria debet esse omnino completa ad effectum, vt etiam simplices priuati possint Patronatum prætendere, quia non potest dici constare de Iurepatronatus nisi Præsentationes excedant centũ annos,vt tenuit *Rota in decisionibus relatis per bo.mem. Burattum dec.168.n.10. & in Firmana iurispatronatus 23 Februarij 1628.coram bon.mem.Cardin.Virili.*

6. Præterea ad effectum vt numerentur præsentationes, illæ debent esse claræ, & tales vt nullam patiantur oppositionem, aliàs ex eis non dicitur constare de quasi possessione certa, provt requiritur,vt inducatur Centenaria.*Gonz.super reg.8.gloss.45.§.2.n.38.& seqq. Rota coram bo.mem. Pirouano in Vicen. beneficij 6. Februarij 1637.*

7. Quod Centenaria non sit omnino completa, vt requiritur, probatur ex eo, quia non omnes præsentationes, seu Collationes factæ ab anno 1362. vsque ad annum 1491. quo emanauit vltima sunt attendendæ. Est enim demenda prima Præsentatio facta de dicto anno 1362.cum non sit Præsentatio,sed Collatio facta tantum mentione cuiusdam Electionis,quæ cum possit intelligi de petitione personæ gratæ non concludit Præsentationem,vt in terminis tradit *Ferr. consil.212. n.4.* & quamuis in decisione in hac causa facta dicatur Præsentationem suppleri ex subsequentibus Præsentationibus postea factis,iuxta decisionem *in Papien. Archipresbyteratus 19.Februarij 1601. coram recol. mem. Hieronymo Cardin.Pamphilio.* Talis decisio non applicatur ex quo in illo casu constabat de Præsentationibus antea factis, in præsenti verò ante institutionem dicti anni 1362.non docetur de alia Præsentatione anteriori.Pariter est demenda Collatio facta ab Ordinario de anno 1431.ex negligentia Patronorum in non præsentando,quia aduertendum est Ordinarium contulisse ex Iure deuoluto per negligentiam illorum,*Qui prætendebant ad se pertinere ius nominandi,& præsentandi,* &c. quæ verba, *qui prætendebant*,nihil certi affirmant, imò excludunt Iuspatronatus,cùm tendant potiùs ad negandum, quàm ad firmandum enunciatum, vt fuit dictum *in Assisien.beneficij 26.Iunij 1585. coram eodem recol. mem. Card. Pamphilio, & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec.71.num.4.* & certum est illa non probare Iuspatronatus, nisi illud probetur aliunde, quàm ex temporis decursu,vt pluribus comprobauit. *Rota coram bo. mem. Pirouano in Vicen.beneficij 9.Decembr.1627.& in Geruden.beneficij 1.Iulii prox.præter. coram me.* Ideo talis Collatio sine difficultate non est habẽda in consideratione, nec tempus illud intermedium deseruire potest, aut computari pro implendo cursu Cẽtenario,vt bene *Rota in Vicen.beneficij coram eod.bon.mem. Pirouano 6. Februarij 1637.* Demenda est etiam Præsentatio anni 1191. facta ad fauorem Bartholomæi de Sandominis à Parochianis tanquam Patronis dictæ Ecclesiæ S. Andreæ, quia verè non habuit effectum, ex quo tunc fuit

immissus

immissus Angelus Nucchellus vigore quarumdam litterarum Apostolicarum siue Gratiæ Expectatiuæ ad collationem, & prouisionem Episcopi Lucen. sub datum Romæ apud S. Petrum anno 1486. Kalend. Nouembris,& tamen effectuatio requiritur,

8. Nec est attendenda sententia Ordinarij de dicto anno 1491. in qua fuit pronunciatum dictum Bartholomæum Sandonium præsentatum per Parochianos esse instituendum, & confirmandum ad dictam Ecclesiam, nullúmque ius cõpetere Hieronymo de Balbanis à Sede Apostolica prouiso vti dê reseruato. Quia non iustificatur ex actis,nec fuit effectuata ex quo institutus in ea nunquam fuit in possessione,sed dictus Nucchellus, qui cum ante sententiam esset in possessione, vigore Gratiæ Expectatiuæ illam continuauit ex eodem titulo primæuo, vt ex inuentario, & consignatione bonorum existentium in Sacristia, & Domo Ecclesiæ consignatorum per Capellanum Petro de Nucchellis Procuratori, ex locatione facta ab eodem vti Rectore de redditibus Ecclesiæ, & ex permutatione domus ab eo facta vti Rectore cum licentia Ordinarij. Nec dicta sententia fuit lata citato Promotore Fiscali de cuius interesse agebatur, & dicto Nucchello legitimo contradictore, & possessore ex supradictis, minúsque ex resignatione facta ab eodem Sandonnino Nucchello cum reseruatione pensionis probatur effectuatio dictæ sententiæ,quiaetiam non possessor cedere potest ius,quod habet, seu habere prætendit in beneficio, vt bene per *Rotam dec.564.n.10.vers. quamuis autem. part.4. diu.* considerata præcipuè modicitate pensionis 9.ducat.sibi reseruatæ super fructibus annui redditus scut.200.circiter,ideò talis sententia,etiamsi Ordinarij,& canonizatoria Iurispatronatus, cum non appareat effectuata, non debet attendi,vt dixit *Rota dec.169. n.3.lib.3.p.3. diu.coram Cardin. Caual.dec.159. num.3.dec.560. ante finem coram eodem, coram Buratto dec.168. n.18. in Asculana Iurispatronatus 7. Iunij 1618. coram D.Cardin.Panzirolo*, vbi ex *Capitaq.Seraph.* & aliis ibi allegatis firmatur non stari assertioni Episcopi, quod Beneficium sit de Iurepatronatus in Ecclesiæ præiudiciũ, præsertim si emanauit, non citato Promotore Fiscali, de cuius interesse agitur;idémque dixit *Rota dec. 197. num. 50. & seqq. part.5.recent.* vbi,quod debet etiam ex actis constare cognitum fuisse de Iurepatronatus. Et in terminis, quod sententia Ordinarij canonizatoria Iurispatronatus non effectuata non debet attendi, latè fuit firmatum *in Barchinonen. beneficij 26. Iunij 1643.coram R.P.D.meo Carrillo* Igitur cum dicta sententia lata ab Ordinario de anno 1491. super prima institutione Bartholomæi Sandonnini, non habuerit effectum, nec fuerit lata citato Promotore Fiscali, & dicto Nucchello, sed Balbano prouiso Apostolico ex capite reseruationis, non potest dici,quod tanquam lata super statu Beneficij facit ius contra omnes, vt supponitur in decisione in hac causa.

9. Nec potest prætendi,quod saltem suffragetur Quadragenaria, cum deficiat, fama quæ probetur ex enunciatiuis Rota *coram bon.mem.Coccino dec.209. num.3. coram Cardin.Caual.dec.560. sub n.2.& dec.494. n.4. part.3. rec.* Enuntiatiuæ sufficientes non adsunt, cum requiratur, quod sint plures, & supra centum annos, Rota *coram bon.mem. Buratto dec.178. num.14. decis. 295.n.6.part.1.recent.& in Mediolanen. iurispatronatus 8.Iunij 1618.coram bon.mem.Pirouano inter impressas apud Vivian.de Iurepatronatus dec.73,n.2.& 3.* Vnde cum probetur Centenaria, quia sunt decem annæ supradictæ Præsentationes de annis 1362.1431.& 1491. Nec releuet Quadragenaria, cum Fama deficiat, non adest ordinaria probatio,quatenus Concilium Tridentinum non intraret.

10. Neque ad probandam famam suffragatur Partita extracta ex Quaderno beneficiorum Diœcesis Lucanæ compilato, vt asseritur anno 1560. vbi dicta Ecclesia S. Andreæ enunciatur de Iurepatronatus. Nam vltra quod partita non est recognita, neque legitimè extracta, in omnem casum dicta Enunciatiua vnica, & Recens intra centum annos, & emissa in tempore suspecto,quia non possidebat præsentatus à Parochianis, nihil probat Rota *coram Buratto dict.dec.178. n.12.& 13.& in Asculana iurispatronatus 7.Iunij 1638. coram Eminentiss.D.Card.Panzirolo.*

11. Minúsque suffragatur *Gratia si Neutri* per Nucchellum obtenta ab Alexandro VI. cum derogatione Iurispatronatus,quia in illa narratur, quod à nonnullis asserebatur Ecclesiam prædictam esse de Iurepatronatus,& Papa derogauit,quatenus illud extaret,quo casu potiùs dicitur controuersum, & impugnatum Iurispatronatus,quam admissum,*Rota d.dec.178.n.14.ad medium.& n.17.in fine, coram Buratto, & in dec.71 n.4. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

12. Vlterius considerarunt DD. prætèr præsumptionem iuris,quod in dubio Ecclesiastica beneficia præsumuntur libera iuxta doctrinam *Innocentii in.cum venerabilis,n.9.de except.& ibi Doctores.Dec.consil.802. n.1.* cum aliis adductis *per Menoch. de præsumpt. præsumpt.90.n.1.lib.3.Rotæ coram Card.Seraph dec.1353. n.1.coram Card.Caual.dec.159.n.1. coram Cardin. Sacrato in Bonen.beneficij 28.Iunij 1617.* & sæpè in aliis. Quia Iurispatronatus est quædam seruitus beneficij, quæ non præsumitur, *Abbas consil.59. n.3. lib.2. Gig. cons.48.n.16.* in isto casu concurrit,quod à dicto anno 1491.citra,nulla datur Præsentatio facta à Patronis,neque in resignationibus beneficiorum, nedum non fuit derogatum Patronatui,sed nec etiam facta fuit mentio illius, de eo enim facta fuisset mentio, vel consensus fuisset præseruatus;aut illi derogatum provt fit de stylo per ea quæ tradit *Paris.de resignat.lib.7.q.4.n.31.& 59.Rota coram bon.mem. Baratto dec.178.n.7.* Ita quod cum ab anno 1491. quo Nucchellus prouisus Apostolicus fuit immissus vsque ad vltimam vacationem anni 1641. & sic post Concilium Tridentinum per 150. annos nulla detur Nominatio, seu Præsentatio Parochianorum, & omnes Collationes seu Prouisiones Apostolicæ fuerint factæ tanquam de libero. Hic vltimus status in concursu prævalet, & est attendendus cum non possit dici probatus Patronatus laicalis.

Provt vtraque parte informante fuit per DD. resolutum.

DECISIO XXVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio.

Gerunden. Capellaniæ.

Veneris 27. Ianuarij 1645.

§.1. SVbsistere visa est Dominis decisio edita 13.Iunij proximè præteriti, non obstantibus ex aduerso contra eam deductis. Quod enim possessio Francesch non sit manutenibilis,ex quo capitulariter capta non fuerit, vt requirebatur. *Cassad. dec.8. n.1.de cons. poss.& propr.& dec.5.n.3 de Iurepatr. Roman.cons.482. n.2.& seqq.* Rot.*dec.1156.sub n.1. lib.3. part.3. diuers. dec.91.num.6.part.1. recent.* etiamsi tradita fuerint de mandato Collatoris, vel alterius Executoris, *Put. decis.22.n.2.Mandos.de Signat. grat. tit. de regress.col.4. vers.illa verba, Ioter.de re benef.lib.3.q.5. n.38. cum aliis allegatis in Senen.Canonicatus 21.Iunij 1596.coram bon.mem. Litta.*

2. Non obest quia dignitatis,qualis(vt infrà dicam)est Capellania de qua agitur, nõ est necesse,quòd capiatur possessio capitulariter, cùm dignitates non sint de Capitulo,

pitulo, nisi in illarum erectione exprimatur concessio, Stalli in Choro; & vocis in Capitulo. *Seraph. decis.* 98. *n.* 1. *Rot. dec.* 177. *n.* 4. *& n.* 4. *& 5. inter impress. post modern. Perus. de man. & in Trevteren. Archidiaconatus* 13. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.* Præsertim, quia ipse aduersarius eodem modo, quo Francesch absque facto Capituli cæpit possessionem, in qua petit manuteneri, sic agnouit non requiri quòd possessio capitulariter tradatur & de hoc defectu dare non potest, vt in simili dixit Rot. *in Auximana Tutelæ* 16. *Februarij* 1582. *coram bon. mem. de Rubeis, & in Aretina spolij* 9. *Iunij* 1604. *coram bon. mem.* Coccino, *inter eius impress. decis.* 1604. *n.* 7.

3. Quòd autem Capellania hæc sit dignitas, constat ex publico instrumento anni 1605. dato in *Summa Tauerner. n.* 9. in quo dicitur, quòd est quarta Dignitas post Abbatialem, & contra aduersarium, qui illud produxit, plenè probat, cùm procedendo confessus fuerit vera esse omnia ibidem contenta, *Salic. in l. comparationes sub n.* 13. *C. de fid. instrum. Dec. in cap. cùm venerabilis, n.* 90. *de except. Surd. consil.* 151. *n.* 16. *Buratt. dec.* 934. *n.* 4. atque etiam enunciata. *Ruin. cons.* 141. *n.* 13. *lib.* 5. *Aym. cons.* 134. *n* 8. *Buratt. decis.* 622. *n.* 3. Idémque deducitur ex testibus examinatis in causa *Geronden. Iurisdictionis coram bon. mem.* Coccino, qui licèt examinati in alia causa, quia deponunt super statu beneficij probant etiam in hoc iudicio *Mant. decis.* 350. *n.* 4. *& fuit dictum in Pistorien. Parochial.* 27. *Ianuarij* 1620. *coram bon. mem. Pirouano, & in eadem* 9. *Februarij* 1632. *coram bon. mem. Merlino*, vel saltem multùm coadiuuant probationem resultantem ex d. instrumento *Felin. in cap. causam quæ il primo, n.* 19. *de testib. Natt. consil.* 394. *n.* 24. Rot. *dec.* 294. *n.* 3. *part.* 1. *recent.*

4. Minùs obstat, quòd Capellania ex quo habet curam animarum, nulliter collata fuerit absque concursu requisito ex dispositione *Sac. Conc. Trid. sess.* 24. *de reform. c.* 18. cuius formam sanct. mem. Pius V. *in constit.* 15. *inter eius impress. Bullar. tom.* 2. mandauit seruari sub decreto irritanti, quod inficit titulum, ac possessionem eius vigore subsecutam. *Caputaq. decis.* 307. *num.* 4. 9. 3. *Cassad. dec.* 1. *n.* 2. *de restit. spoliat.* Rot. *eod. tit. decis.* 3. *sub n.* 1. *in nouis, & dec.* 2. *in antiq.* etiam ad effectum manutentionis, *Loter. de re benef. lib.* 2. *q.* 46. *n.* 63. *& sequent.* vbi quòd possessio habetur pro vacua. & pro non possessione. Grat. *discept.* 113. *n.* 72. *Put. dec.* 179. *n.* 2. *& 3. lib.* 2. *in corr.* Rot. *dec.* 215. *n.* 15. *& seqq. inter impress. post Modern. de manutenendo*: itaut secundo possessori licèt posteriori sit danda manutentio. *Mant. decis.* 40. *n.* 8. Coccin. *decis.* 51. *n.* 4. Rot. *inter recent. decis.* 48. *n.* 2. *& seqq. part.* 5.

5. Quia necessitas concursus cessat in Dignitatibus habentibus curam animarum, siue existant in Ecclesia Cathedrali, siue in Collegiata, vt declarasse Sacr. Congreg. Concilij Tridentini refert *Garc. de benef. p.* 9 *c.* 2. *sub n.* 181. *&* 195. vbi dicitur ratio, quia Concilium non fecit expressam mentionem Dignitatum, & notat *Barbos. in collect. ad Concil. de sess.* 24. *de reformat. c.* 18. *num.* 14. *&* 15. *& in tractat. de offic. Episc. allegat.* 60. *n.* 28. *&* 29. Gonzal. *super reg. gloss.* 6. *n.* 162. Et quamuis Capellania aliquando collata fuerit præuio concursu, hoc tamen vti factum per errorem vel ex abundanti, non nocet, *l. testamentum, C. de testament. Roman. consil.* 347. *n.* 7.

6. Et sufficit dubitari posse, fuerit necessarius concursus, vt interim eius omissio non resistat manutentioni Francesch anterioris possessoris, vt ferè in puncto Coccin. *decis.* 124. *n.* 4. *&* 5. nam decretum irritans appositum non super certo corpore beneficij, sed in genere, seu in lege generali non tollit insistentiam saltem facti, donec iustificetur, quòd versamur in casu decreti irritantis. Gonz. *super reg.* 8. *gloss.* 64. *n.* 32. *&* 39. *Loter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 77. *Caputaq. decis.* 325. *n.* 8. *& seqq. p.* 1. *Caualer. decis.* 3 *num.* 4. Rot. *decis.* 341. *n.* 2. *decis.* 562. *n.* 2. *& 3. part.* 1. *recent. & in Legionen. beneficij* 4. *Iulij* 1640. *coram R. P. D. meo Ghisterio.*

Tandem non obstat, quòd collatio Capellaniæ non spectet ad Abbatem, qui contulit Francesch; sed ad Ordinarium, quia hæc reiicienda sunt ad petitorium, cùm respiciant titulum possessionis, qui necessarius non est ad obtinendam manutentionem, vt præter allegatos in prima decisione dixit Rota *in supradicta Treueren. Archidiaconatus* 13. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XXIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio.

Compostellana Parochialis.

Veneris 10. *Februarij* 1645.

§. 1. DEcisum fuerat coram Eminentissimo D. Cardin. meo Cochino sub die 17. Iunij præteriti anni, adiudicandam esse Parochialem controuersam Petro Lopez, qui eius collationem ab Eminentiss. Cardin. Archiepiscopo Compostellano obtinuerat. Re, proposito per me dubio illius confirmatione responsum fuit ex optimis fundamentis in eadem decisione deductis.

2. Dum enim ex reg. 8. hodie 9. Cancellariæ hæc Parochialis erat Apostolicæ Sedi reseruata; tùm ratione vacationis in mense Nouembri eidem sedi semper affecto, vt *aduertit* Gonzal. *super eadem regula gloss.* 46. *n.* 22. tùm ex qualitate Patronatus Ecclesiastici, *vt voluit Felin. in tract. quando lit. Apostol. noc. Patron. n.* 11. *in 3. limit. Couar. qq. pract. c.* 36. *n.* 9. Rot. *coram Cassad. dec.* 4. *n.* 2. *de iur. Patron. & coram Greg. dec.* 48. *n.* 4. *coram Caual. dec.* 178. *n.* 3. *& decis.* 547. *n.* 2. *& in dec.* 48. *n.* 7. *p.* 5. *recent.* Eius virtute reseruationis potuit Eminentiss. Card. Archiepiscopus hanc Parochialem Petro conferre, tùm auctoritate ordinaria sibi, tanquam Cardinali attributa per generale indultum eiusdem regulæ, ex cuius dispositione non solùm remouentur obstacula reseruationum; sed illi tribuitur facultas conferendi beneficia Apostolicæ sedi reseruata, ac si affectiones non emanassent, *vt ponderauit* Rot. *coram Cassad. dec.* 8. *n.* 10. *& 11. de præbend. & in dec.* 585. *n.* 48. *&* 49. *p.* 5. *recent. Mediolanen. Canonicatus* 8. *Februarij* 1638. *coram R. D. meo Decano*; & declarauit sanct. mem. Vrbanus *in Bulla* 59. in ordine ad fauorem tantùm Cardinalium, non autem alterius Collatoris fuisse inductum idem indultum, cuius meminit *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 126. tùm etiam auctoritate delegata sibi debita in vim specialis indulti, *vt tradit idem Lotther. in d. q.* 21. *n.* 117. *& seqq.* Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 628. Rot. *in d. Mediol. Canonicatus, coram Reuerendiss. D. meo Decan.* Hæc verò qualitas Patronatus visa fuit iustificari ex pluribus præsentationibus per spatium longi temporis factis à Priore S. Mariæ de Sar, ex quibus resultat probatio patronatus inter personas priuatas. *Franc. in c.* 1. *n.* 5. *de iure patronat. Federic. de Sen. cons.* 234. *n.* 4. Rot. *coram Cassad. decis.* 2. *num.* 7. *de probat. & coram Achil. decis.* 1. *n.* 1. *de iur. patron. & in Bergomen. Capellaniæ* 18. *Maij* 1629. *coram bon. mem. Merlino, & in Pistorien. Parochialis* 10. *Maij* 1641. *coram Eminentissimo D. meo Verospio*, dum præsertim præsentationes prædictæ probantur effectum sortitæ ex successiua præsentatione vnius per mortem alterius, *iuxta celebre consil. Oldrad.* 229. sæpiùs approbatum in hoc Tribunali, *vt in decis.* 541. *n.* 2. *& decis.* 370. *n.* 7. *p.* 2. *recent. & decis.* 545. *n.* 2 *p.* 1. *coram Gregor. dec.* 115. *n.* 1. *& coram* Seraph. *decis.* 294. *&* 337. tùm ex testibus de publica

voce,& famâ deponentibus,quæ,iuncta dicta possessione præsentandi, probant patronatum,vt sequendo auctoritatem *Baldi in l. cùm super, C. de rei vindic. dixit Rot. coram Cassad. decis. 2. n. 1. de probar. & coram Put. decis. 56. n. 4. & decis. 135. in fin. lib. 1. decis. 346. n. 2. lib. 2.* tùm demùm ex sententia Ordinari, super canonizatione huius patronatus emanata, cui plurimum deferri solet, ex quo admodum difficiles existant in admittendo patronatu, donec de eo plenè doceatur, *vt consideravit Rot. decis. 11. de iure patron. in nou. & coram Seraph decis 1232. coram Burat. decis. 219. n. 6. & in decis. 18. n. 3. & in Tiraſonen. Capellanie, 14. Decembris 1607. coram Sanctiſſ. D.N. & tradit Rocch. de iure patron. in verb. Honorificum, n. 84.* Ex quibus etiam probationibus simul iunctis visa fuit iustificari altera qualitas Ecclesiastica in hoc patronatu; dùm ex his etiam ostenditur, illud spectare ad Priorem Beatæ Mariæ de Sar, ratione Ecclesiæ cui præest, *vt consideravit idem Roch. dicto tractatu, verbo, ius, n. 14. Felinus in tract. quando lit. noc. Patron. n. 11. in 3. limitat. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 39. Oyeda de benef. part. 1. c. vlt. n. 113. Conarr. practic. quæſt. cap. 36. num. 2. verſ. diſtinguitur autem.*

3. Hinc cessat obiectio, quòd indultum in vim regul. 8. Cancell. non inducat reseruationem fauore Cardinalium, sed illos tantùm à regula excipiat, & ita non potuerit Archiepiscopus Compostellanus parochialem Petro conferre, dum nulla eius fauore aderat reseruatio, nec aliàs ad ipsum spectabat præsentatio, *vt tradit* Gonzal. *super regul. 8. gloss. 14. n. 78. & ſeq.* Rot. *in vna Argentina Canonicatus 9. Maij 1611. coram Sanctiſſ. D.N. & in decis. 642. p. 2. recent. & coram Greg. decis. 99. n. 3. & ibi Add. n. 4* Quia fortè procedere posset obiectio in terminis antiquorum Indultorum, de quibus loquuntur præcitatæ decisiones; secus verò in indultis, quæ in vim eiusdem regulæ octauæ à Cardinalibus ordinariis Collatoribus hodie expediri solent, cum hæc illorum ordinariam facultatem augeant, ita vt in Collationibus reseruatis, & auctoritate ordinaria vtantur, & delegata, ac vice ipsius Summi Pontificis, qui beneficia sibi reseruauerat, vt plenè deductum fuit *in d. Mediolanenſ. Canonic. 8. Februarij 1638. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, & antea in Hiſpalenſ. dimidia portionis 17. Decembris 1635. & 14. Iunij 1636. coram bonæ memoriæ Coccino inter impreſſ. part. 5. decis. 585. num. 50.* vbi præterea, quod exceptio in reg. 8. illis tantùm suffragatur aduersus reseruationes, non autem inferioribus Collatoribus, quorum respectu eadem reseruatio adhuc durare censetur, Rot. *coram Reuerendiſſimo Vigellen. decis. 233. n. 10. & declarauit ſanct. memor Vrbanus in dicta Bulla 59.*

4. Ex his quoque cessare visa fuit altera obiectio, quòd Vicarius in collatione huius parochialis vsus non fuerit speciali indulto, & sic auctoritate delegata, sed solùm ordinaria, cum ex superius ponderatis in vim quoque ordinariæ facultatis sustineri valeat ipsa collatio; præterquam remonetur ex facto, constat enim ex dispositiua collationis, Vicarium non se restrinxisse ad ordinariam facultatem: vnde, dum vtraque gaudebat, censetur processisse ex potestate, ex qua resultaret validitas actus, *iuxta text. in l. 3. ff. de teſt. milit. & in l. quoties 13. ff de rebus dub* Alciat. *regul. 3. præſumpt. præſ. 55. num. 5.* Menochius *eodem tractat. lib. 2. præſumpt. 1. n. 2. in fin. & n. 7.* Vant. *de nullit. ex defectu iuris dict. num. 171.* Rot. *coram* Gregor. *decis. 204. num. 16. & coram* Seraph. *decis. 549. num. 2. & decis. 96. n. 1. p. 2. diuerſ.* Etiamsi addita non fuisset clausula, omni meliori modo; dummodo tamen ad certam facultatem non fuerit facta restrictio. Tunc enim actus censeri debet factus eo modo, quo fieri potest, *vt firmauit* Rot. *in Pavmen. beneficij 31. Ianuarij 1642. coram ben. mem. Merlino, & in Spoletana hæreditatis 12. Aprilis 1618. & in Taurinen. adiunctorum 17. Februarij 1620. coram ſanctiſſ. D.N. & in decis. 549. coram* Seraph. in qua præterea ponderatum fuit, quòd licèt quis se ordinarium appellasset, ea appellatio censeri debeat demonstratiuè apposita.

5. Non obstat, quòd hæc parochialis à Priore S. Mariæ de Sar ex titulo Infeudationis translata fuerit in Auctores Petri Lopez, & modo in illius possessione præsentandi existat Bartholomæus, qui Gregorium aduersarium præsentauit, ex cuius possessione Laici idem patronatus reputari debeat laicalis, *vt tradit* Gatz. *de benef. lib. 3. c. 12. n. 6.* Rot. *coram* Seraph. *dec. 420. n. 2. & decis. 144. n. 18. & 19. p. 5 rec. & in Anagnina benef. 23. Iunij 1642. coram bon. mem. Merlino, & 3. Maij 1644. coram R.P.D. meo Meltio.*

6. Quia cum ex titulo Infeudationis solum dominium vtile translatum fuerit in laïcum iuxta naturam feudi, remanente directo penes Ecclesiam, *vt notant Doctores in l. 2. Cod. de iur. emphyt.* Azor. *inſtit. moral. p. 9. lib. 6. cap. 20. q. 12. verſ. ſic vtile,* ea translatio patronatus dum non fuit totalis, prout existebat in superius additis Decisionibus, qualitatem Ecclesiasticam non destruit, nec patronatum reddit laïcalem propter directum dominium ab Ecclesia retentum, quod ad se vtile attrahit, *vt tradit Anchar. in cap. vnico, n. 5. de iurepatron. lib. 6. Rimin ſen. conſ. 344. num. 9. Borgnin. Cauallcan. decis. 22. num. 17. lib. 1.* & è conuerso in terminis feudi Ecclesiæ à laïco concessi, quòd nihilominus remanent laïcale, *Abb in cap. dilectus. 34. n. 4. de præben. poſt. Innocen. in cap. ſolitæ, in verb. in temporalibus, de maior. & obed.* Rot. *in Rom. domus Scapuciis 19. Ianuarij 1611. coram ben. mem. Coccino impreſſ. poſt. 2. vol. conſ. Farinac. 305. num. 6.* præsertim dum in tali infeudatione non probatur interfuisse, vel reseruatum beneplacitum Apostolicum prout in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur, *iuxta text. in c. 1. & c. ſine exceptione de reb. Eccl. non alien. & in Extrauag. ambitioſe eod. tit.* Barbos. *in his terminis de iur. Eccleſ. 3. c. 12. num. 249.* Rota *coram* Seraph. *decis. 2312. n.* quod neque præsumi potest expeditum ex cursu longi temporis, dum obseruata non probatur infeudatio ex præsentationibus exhibitis, ex quibus constat semper Priorem præsentasse, quoties vocatio contigit post secutam infeudationem, quæ tamen obseruantiæ probatio vnà cum cursu temporis necessaria fuisset ad inducendam beneplaciti præsumptionem, *vt aduertit* Rot. *coram Put. decis. 7. de præſumpt. coram bon. mem.* Coccino *decis. 301. num. 2. & 3. & decis 362. n. 6. & in decis. 694. num. 5. part. 1. & in Valentina Baronie 4. Iunij 1603. coram Ortembergo.* vbi, quod obseruantia debet esse continuata, *& in Burgen. Abbatia 20. Nouembris 1611. coram Vbaldo.*

7. Non obstat, quòd hic patronatus reputari debeat laïcalis, vti dependens à patronatu S. Mariæ de Sar, cuius præsentatio ad Serenissimum Regem Catholicum spectat; præterquam enim quòd hoc non iustificatur in facto, in quo nullum exhibetur priuilegium, nec ulla Regis præsentatio, *vt ponderat Decisio præcedens in §. nec obstat, & in §. nihilominus,* vbi præterea dictum fuit ius patronatus Monasterij non extendi ad illius Ecclesias subditas, & filiales tanquam ab eadem segregatas. Reſubditas, & filiales tanquam ab eadem segregatas. Reſponderunt Domini, de hoc non esse quærendum, dum lis cum Serenissimo Rege, vel eius præsentato à feudatario Prioris, ad quem ille spectare patronatum inficiari non potest, cum ius sum deducit ex præsentatione obtenta à feudatario Prioris, cuius ius cognouisse, & approbasse videtur, *vt notant Adden. ad Put. decis. 533. lib. 1. verſ. & ratio,* Rot. *decis. 399. n. 11. part. 4. decis. 511. n. 2. part. 3. recent.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO

DECISIO XXX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.D. Bichio.

Cæsarauguſtana Beneficij de Linares.

Veneris 10. Februarij 1645.

§.1. IOANNES Rojo deſtitutus exceptione recurſuũ ad Iudices laïcos aliàs obiecta contra Ioannem Gargallo, nec non pertinentiæ Iuriſpatronatus ad Iuſtitiam & Iuratos Oppidi de Linares, quam alteram Rota bis reiecit, vt in deciſionibus editis coram me 22. Iunij & 4. Decembris 1643. alteram ſemel, vt in deciſione ſub die 14. Nouembris 1644. produxit nuper articulos, & petiit remiſſoriam, ad probandum quòd Franciſcus Sanchez eſt filius Michaëlis, ac Theodora eſt hæres Ludouici Sanchez; qui Michaël & Ludouicus erant in quaſi poſſeſſione præſentandi vnà cum Gaſpare Seniore, eamque probationem ſibi prodeſſe ad victoriam aſſerebat, quia cùm ſit præſentatus à prædictis Franciſco & Theodora, iuſtificabat exinde gratiam Apoſtolicam obtentam ſub narratiua præſentationis de ſe factæ à medietate patronorum.

2. Sed proteſtante aduerſario ne remiſſoria concederetur, propoſui hodie dubium, an illa ſit danda, & negatiuè reſponſum fuit, quia computata etiam voce Franciſci ac Theodoræ, Rojo non habet medietatem vocum, prout Papæ narrauit. Suppoſito enim quòd agatur de Iure patronatus gentilitio, vt firmat prima deciſio; & colligitur ex verbis fundationis, cùm non fuerit reſeruatum ſimpliciter pro deſcendentibus, diuerſarum perſonarum, in quibus terminis hæreditarium eſſe dixit *Rot. dec. 275. n 4. & ſeqq deciſ. 282. num 8. & ſeqq. part. 7. recent.* Sed pro parentibus propinquioribus ſibi in genere, vel parentela, per lineam maſculinam duntaxat deſcendentibus, & in illorum defectum pro deſcendentibus ex linea fœminina, & vtraque linea deficiente pro Officialibus Oppidi de Linares, quæ verba demonſtrant fundatorem voluiſſe patronatus pertinere ad agnationem & familiam, donec aliquis ex ea ſupereſſet, vt per *Lambert. de Iurepatr. lib 1. p 1. q. 2. artic. 8. & ſequentibus, Loter. de re benef. lib. 2. q. 11. numer. 3. Seraph. dec. 364. numero 1. & ſeq. dec. 378. num. 3.*

3. Suppoſito etiam, quòd de anno 1606. tres adeſſent patroni, nempe Ludouicus, Michaël, Gaſpar ſenior, quódque ex Gaſpare ſeniori progeniti fuerint Gaſpar iuniot, Valerius, Ioan. & Hieronymi, ſequitur primò quòd vox Theodoræ, que fuit vxor, & hæres Ludouici, vt ipſemet aduerſarius aliàs articulauit, & enunciatur in conſenſu, ad eiuſdem aduerſarij fauorem per illam præſtito, ac deponit primus teſtis examinatus in partibus, non ſit computanda inter voces patronorum, quia vxor ſucceſſoris in patronatu non ſuccedit in Iure patronatus gentilitio cùm non ſit de genere & conſanguinitate fundatoris, ſed affinis, *c. non debet, de conſanguin. & ff. Tiraq. de retract, lig. §. 1. gl. 9. numer. 20. Sanch. de matrim. l. 7. diſp. 64. num. 3.* nec admittatur hæres vnius ex patronis dum ſuperſunt alij de agnatione fundatoris. *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 18. num. 10. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 31. Garz. de benef. part. 5. cap. 9. num. 69. Lotter. de re benef lib. 2. q. 11. num. 6. & ſeqq. Sanch. reſponſ. moral. lib. 2. c. 3. dub. 92. num. 3. Seraph. dec. 364. num. 9. & dec. 378. numer. 8.* quidquid ſit in hærede vltimi grauati, vt ex *Anchar. conſ. 81. bene diſtinguit Rot. in Florentina Iuriſpatronatus 20. Decembr. 1632. coram bon. mem. Merlin.* Et gratis dicitur Ius patronatus de anno 1606. fuiſſe effectum hæreditarium, cùm tunc præſentauerit Gaſpar ſenior, quem fuiſſe de genere fundatoris probant teſtes, vt in deciſionibus hactenus editis, nec Iuſpatronatus eſſe poſſit pro parte gentilitium, & pro parte hæreditarium. *Rot. deciſ. 336. n. 4. part. 5. recent.* & fundator in defectum conſanguineorum ſubſtituerit Officiales Oppidi de Linares.

4. Secundo quod defunctis præfatis Ludouico, Michaële, & Gaſpare Seniore. Iuſpatronatus diuiſum fuerit in plures voces, quarum vnam habet Franciſcus Michaëlis filius & author aduerſarj, aliàs habent Gaſpar & Valerius filij Gaſparis Senioris, quæ præſentarunt Gargallum: nam Iuſpatronatus gentilitium deficientibus proximioribus in gradu non defertur ad ſequentes in ſtripes, ſed in capita, quando vt in caſu noſtro omnes eodem gradu conſanguinitatis, iunguntur fundatori *Bald. in l. 2. ſub n. 4. verſ. ſicuti eſt Iuſpatronatus. Cod. ſuis & legitimis hæred. Gabr. conſ. 199. ſub num. 4. verſiſin fuerit lib. 2. Alex. de Neu. conſ. 63. n. 3. & ſeqq. Loter. de re benefic. dict. q. 11. num. 123.* vbi dicit rationem, quia verba fundatoris omnibus de gente conueniunt, *Viuian. de Iurepatron. lib. 4. cap 9. num. 10. Rot. deciſ. 251. num. 5. part. 2. recent deciſ. 280. num. 4. part. 7 deciſ. 83. num. 16. coram bon. mem. Buratto, & in Pictorien. Parochialis 9. Februarij 1624. coram bon men. Merlino:* quicquid dicendum eſſet ſi Iuſpatronatus fuiſſet à principio relictum nominatim pluribus perſonis vt ſingulis, & eorum deſcendentibus, quo caſu deſcendentes vniuſcuiuſque ſuccedere in ſtirpes dixit *Rota deciſ. 1. n. 2. & per tot. part. 7. recent.*

5. Non itaque releuat probaſſe quod Theodora ſit vxor & hæres Ludouici, & Franciſc. filius Michaëlis, quia adhuc Gargallus habet maiorem partem vocum, cùm ſit præſentatus à Gaſpare Iuniore, & Valerio filiis Gaſparis, Senioris penes quos duæ voces patronatus reſidebant. Et vlterius irreleuantia articulorum detegitur, quia ex lege fundationis beneficium debetur Clericis de genere fundatoris, quod Rojo non expoſuit Papæ, vt neceſſe erat, alioquin gratia Apoſtolica tanquam ſubreptitia non ſuffragatur, quia Papa voluit quidem derogare medietati vocum patronorum, non tamen præiudicare vocatis ex lege fundationis quam ignorabat. *Caſtr. Pal oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 1. ſub n. 17. Loter. de re benef. lib. 1. quæſt. 34. n. 17. Serap. deciſ. 1403. n. 3. & fuit deciſum in Tarraconen. beneficij 10. Ianuarij 1639. coram R.P.D. meo Carillo, & in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram me.*

6. Se autem eſſe de genere fundatoris Rojo nec probauit, nec articulauit, niſi heſterna die poſtquam inter informandum articulos anteà productos audiuit eſſe irreleuantes, quod calumniæ non leuem ſuſpicionem ingerit, maximè quia nuſquam id articulauit ſpatio plurium annorum, quibus per tres inſtantias lis agitata fuit in partibus, vbi de facili haberi probationes, vt per *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vltimo, n. 3. verſic. idem ſi cauſa, Caputaq. dec. 65. in princip. 3. Buratt. deciſ. 23. num. 2.* nec huius articuli firmus aliquis hodie datur, vt pro obtinenda remiſſoria requiritur in cauſis beneficialibus *Mandoſ. in prax. commiſſ. formul. 25. verb. remiſſoriam, verſiculo, non tamen, Cocc. deciſ. 165. num. 6. Buratt. deciſ. 23. numer. 4. deciſ. 28. num. 4.* qualis eſt hæc in qua principaliter contenditur inter prouiſos de titulo Beneficij, incidenter aut de pertinentia iuriſpatronatus: *Buratt. deciſ. 50. num. 12. adden. ad ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 174. ſub n. 7. ibi refert. deciſum in Lucana Iuriſpatronat. 19. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Penia.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

DECISIO XXXI.

Sacræ Rotæ coram R.P D. Cerro.

Ciuitaten. Presbyteratus.

Veneris 24. Martij 1645.

§.1. DVbio bis proposito DD. dixerunt Antonio Vsai dandum esse mandatum de manutenendo cum de eius anteriori possessione capta in vim sententiæ exequutoris deputati in litteris Apostolicis constet ex publico instrumento, quod alio non existente in possessione satis probet vulg. *l. prædia, vbi Bart. n. 1. ff. de acquir. possess.*

2. Nec obstat exceptio vnionis, quam prætendit D. Episcopus Ciuitaten. ex litteris Iulij II. ex earum enim lectura apparet tantummodò fuisse vnitas Ecclesias quoad gubernium, & administrationem, vt vnus, & idem esset administrator vtriusque Ecclesiæ, ibi fructusque prouentus & iura quæcumque ad mensam Episcopalem pertinentia percipientem, &c. & ibi, volumus autem, quod propter vnionem præfatæ Ecclesiæ Ampurien. & Ciuitaten. in spiritualibus non lædantur, & in temporalibus detrimentum non sustineant; vnde prætendi nequit fuisse etiam vnita beneficia, cum ex vnione Ecclesiarum non inferatur ad vnionem beneficiorum, & dignitatum, quæ non sunt de mensa sed constituunt corpus separatum à mensa, & Ecclesia vnita, *Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 7. n. 116. vsque ad 125. Rot. dec. 14. n. 7. cum seqq. & plenius dec. 92. n. 6. cum sequent. coram Reuerendissimo D. Vrgellen.* vbi ex eo quòd sit vnita Ecclesia, non infertur quod sit vnitum beneficium, cùm aliud sit disponere de Ecclesia, aliud disponere de benefic.

3. Præsertim cùm Archipresbyteratus de quo agitur sit in statu collatiuo, ob promissiones de eo factas à Paulo IV. de anno 1558. Ex hoc autem manifestè probatur non esse vnitum, cùm aliàs beneficium vnitum nec conferatur, nec vacet. *Gamber. de potest. legat. lib. 6. cap. 1. num. 41. Gonzal. vbi supra d. glos. 5. numer. 20. Card. Seraph. decis. 1011. numer. 1. & 2. in fin.* vltra quod exceptio vnionis tanquam respiciens meritorium, non admittitur in iudicio manutentionis, vt in specie respondit *Rot. decis. 236. n. 12. post. modern. Perusin. de manutent.*

4. Prout non obstat, quod exequutor litterarum Apostolicarum immissionem concesserit non vocato Episcopo possessore, qui tamen erat citandus *ad text. in c. licet Epis. de præbend. in 6.* cùm præsertim in literis adesset clausula, amoto quolibet illicito detentore, quæ facit exequutorem mixtum, vt notat *Felin. in c. de cætero, n. 9. de re iud. cum aliis.* Quia cùm non constaret de Episcopi possessione, potuit eo non citato procedi ad exequutionem & immissionem. Rebuff. *in prax. ben. tit. de form.* & declarant nouæ prouisiones, *vers. Nec virtute huius clausulæ, Gonzal. ad d. cap. 8. glos. 9. n. 126. Garz. de benef. part. 6. cap. 2. num. 141. & fuit dictum in Tremeren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram me.* Idque eò magis, quia exequutor suspicari non poterat quòd Episcopus cœpisset possessionem beneficij, cùm ille non possit occupare bona beneficij vacantis, nec sibi applicare fructus sine causa, & licentia Papæ, maximè ad longum tempus aliàs dicitur esse in dolo, & deliquere, *vt concludunt omnes in c. vnic. vt beneficia Ecclesiastica sine diminut. conferr. vbi Anchar. n. 16. latè. Imol. sub num. 27. Enriq. Boich. n. 8. & sequuntur Aret. cons. 63. n. 5.* sed solùm eo tempore prouidere habet de Oeconomo, qui custodiat & seruet fructus successori, *glos. in cap. 1. in verb. defensore, de reb. Eccles. non alienand. & ibi not. in 6.* Etiamsi collatio ad Papam pertineat, *idem Aretin. vbi supra, n. 3. vers. Et ex his vale.* vbi etiam, quòd Prælati sunt ad instar tutorum, quia sicut illi tenentur vtilia facere pro pupillis, sic illi pro Ecclesiis quærendo, & proponendo earum vtilitatem suæ propriæ, *vt inquit glos. in cap. placuit. il 1. in verb. propriè 7. q. 1.*

5. Et si quæ probaretur possessio: cùm esset infecta ex decreto irritanti, apposita in reg. 4. Cancellariæ reformatoria dignitatum maiorum post Pontificales, qualis est hic Archipresbyteratus: non ideò dici poterat legitimus contradictor, & per consequens nec citandus, nec vocandus erat, quantumuis adesset clausula, amoto. *Staphilius de liter. grat. tit. de vi & effect. clausul. ar. clausul. amoto, n. 2. Mohed. dec. 13. vt litt. pen. Cardin. Caual. dec. 278. n. 8. & 9.* Stante enim decreto irritanti possessio habetur pro vacua. *Loter. de re benef. lib. 2. q. 46. cum aliis allegg. Modern. Perus. de manutent. obseru. 46. n. 5.* & alter possidens dicitur intrusus qui citari non debet. *Lot. vbi supra q. 20. n. 199. Rot. in Messanen. Archiepis. 19. Iunij 1623. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

6. Et in omnem casum cùm possessio dignitatis saltem ciuilis resideat penes Ecclesiam, & Prælatum, *DD. in l. 1. in fin. ff. de acquir. possess.* adeò vt per mortem illam obtinentis non vacet, sed remaneat plena penes Ecclesiam possessio naturalis occupata ab Episcopo remanet posterior, & proinde in concursu manutentio concedi debet prouiso Apostolico, ratione ciuilis possessionis anterioris aduersus eum qui medio tempore naturalem occupauit, si non ex propria persona, seu immissione exequutoris, saltè nomine dignitatis & Ecclesiæ, vt art. maturè discusso firmauit Rot. *in Colimbrien. Præstimoniorum coram bon. mem. Coccino, & coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ sunt inter rec. dec. 78. 139. 226. & 275. part. 6. rec.* vbi conciliantur & declarantur aliæ decisiones, quæ videbantur innuere contrarium, *vt latissimè fuit dictum in Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram* R.P.D. *meo Corrado,* vbi definitæ desiones referuntur.

7. Demùm non facit oppositus defectus Mandati procuræ Ioann. Manchæ fratris D. Episcopi, quia ex pluribus actibus exercitis procuratorio nomine Episcopi intrat illius præsumptio; illud enim ex præsumptionibus & coniecturis probatur. *Cassad. decis. 1. n. 4. de procur. Rot. diu. decis. 350. n. 1. part. 4. Card. Seraph. dec. 1326 n. 2. Card. Caual. dec. 590. n. 10.*

8. Primò autem à tergo commissionis impetratæ describitur legitur Ioann. Manca Procurator, qui commissionem incassauit, & pro incassatione soluit Magistro Cursori iulios quinque, Secundò idem Ioann. expediuit citationem cum inhibitione ad partes, pro qua soluit Notario iulios quindecim, & dicta citatio fuit in patrib. affixa ad ualuas Ecclesiæ. Tertiò idem Ioann. citare fecit in Curia personaliter antonium Vsai ad dicendum contra commissionem, & citationem exequutam in actis causæ produxit, vti Procurator Episcopi. Quartò idem Ioannes citatus ad instantiam Vsai ad dicendum contra, protestatus pleta fuit generalia contra, & non recognosci, nisi intimata die, & hora recognitionis, quæ protestatio impleta fuit pro parte Vsai: ex his enim simul iunctis bene præsumitur mandatum, iuncta præsertim notabili quantitate expensarum expositarum in hac lite, & carta data pro registro, præterquam ad omnes registri impensas remanito obligatus, *vt notat. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. num. 2. cum segg.* Ex impensa autem considerabili præsumi mandatum probat euidens ratio, quòd nemo præsumitur impendere in alienis negotiis, *vt dixit Rot. in rec. dec. 440. num. 2. part. 2. & decis. 166. num. 3. part. 3. & decis. 187. n. 10. part. 6.* vbi reputatur sufficiens impensa excedens iulios decem.

9. Idque tantò magis, quia ipse Ioannes erat frater germanus

manus, Episcopi, in quo faciliùs præsumitur mandatum, *L. 1. C. quibus res iudic. non noceat & ibi gl. in verb. Non oberit. Surd. cons. 355. n. 20. & 24. in fine, Rot. in S. Marco pensionis apud Marches. parte 2. fol. 487. n. 6. versic. coniecturæ autem*, & alia ipsius negotia expediuit, quod etiam ad præsumendum mandatum valdè ponderat *Iason in lege 1. in fin. C. de proc. Vant. de null. tit. qualit. & quib. mod. sent. nulla, n. 96.*

10. Quibus non obstat quòd Antonius Vsai citatus ad instantiam Episcopi opposuerit neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato Procuræ, per quam oppositionem non videtur ampliùs sufficere mandatum præsumptum, *vt dixit Rot. in vna Rom. secret. 20. Nouembris 1592. coram Cardin. Millino. impress. apud Marches. de commiss. part. 3. fol. mihi 39.*

11. Quia præter quòd Rota contrarium tenuit, quando adest notabilis impensa, & concurrunt plura alia, quæ necessariò mandatum inferunt, *vt in his terminis Cardinal. Seraph. dec. 933. n. 2. Addit. ad S. M. Greg. decis. 330. numer. 5.* ab illa protestatione fuit recessum, dùm postèa Antonius Vsai citare fecit eundem Ioann. Mancam vti Procuratorem Episcopi ad dicendum contra iura, & in illius termino comparuit dictus Manca, & protestatus fuit non admitti iura, nisi formiter recognita fuerint; vndè non sumus in simplici casu, quo protestatio non fuerit repetita in omnibus actibus, quod solùm sufficit ad hoc, vt ab ea censeatur recessum, iuxta opinionem quam tenuit *Rot. coram Cardin. Seraph. decis. 1407. & coram bon. mem. Coccino dec. 28. c. 1. & 2.* Sed in casu quo fuerunt facti actus contrarij protestationi approbando Mancam in Procuratorem, quo casu dubium non est, quòd à protestatione dicatur recessum, *vt admittit. Rota in dict. Rom. Secretariatus suprà citata, n. 4.* ibi, cùm effectus protestationis semper duret, donec sit factus aliquis actus contrarius.

12. Prout etiam non releuat, quòd Ioannes produxerit mandatum limitatum ad causam vocationis ad Synodum; ex hoc enim non excluditur præsumptio alterius mandati sufficientis, cum detur multiplicatio mandatorum, & possint simul duo mandata concurrere, aliud expressum, aliud præsumptum, *vt consuluit Ruin. cons. 35. n. 29. lib. 1. cum aliis in Cremonen. pensionis 16. Ian. 1609. coram bon. mem. Cardin. Sacrato, & latius in Rom. Aliment. 4. Decembr. 1641. coram R. P. D. meo Bichio, & in Macerat Magazeni, seu manutentionis 24. Ian. 1642. coram Reuerendiss. D. Episcopo Patauino, & in Rom. domus ad transtiberim 18. Aprilis 1644. coram eodem R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, altera sæpiùs citata, & informare recusante sub prætextu defectus dicti mandati Procuræ.

DECISIO XXXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado.

In causa Barchinonen. Iurispatronatus.

Lunæ 3. Aprilis 1945.

§. 1. LAta per A. C. sententia immissionis possessionem beneficij simplicis sub Inuocatione Conceptionis Immaculatæ Virginis in Ecclesia Cathedrali Barchinonen. ad fauorem Antonij Arrusat prouisi Apostolici in executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ cum declaratoria Censurarum contra Antonium Sala tanquam intrusum in eodem beneficio; commissa mihi fuit causa appellationis, & nullitatis cum facultate manutenendi, quem de iure & absoluendi dictum Sala etiam ad cautelam, cuius vigore ille petebat ante omnia absolutionem: verùm quia agitur de censuris inflictis in Curia, noluerunt Domini illam concedere nisi causa recognita, iuxta receptum huius sacri Tribunalis stylum, de quo attestantur *Put. decis. 44. num. 2. versic. licèt à censuris, & c. libr. Veral. decis. 2. n. 1. part. 1.*

2. Itaque hodie proposito dubio censuerunt concedendam esse absolutionem cum reincidentia ad beneplacitum; quia cùm pro parte dict. Sala fuerint producta plura instrumenta, ex quibus constat beneficium prædictum fuisse vsque de anno 1501. fundatum atque dotatum de bonis q. Petri de Buada, cum expressa reseruatione iurispatronatus ad fauorem Michaëlis hæredis fundatoris, eóque defuncto ad fauorem possessoris domus de Buada, sitæ intus oppidum de Angles Gerundem. Diœcesis, & successiuè fuisse collatum ad præsentationem, vel de consensu dictorum patronorum, ab eo tempore vsque ad annum 1591. quo facta fuit illius collatio de consensu Saluatoris de Buada tunc patroni in personam Geruasij Granelli nuper defuncti, post cuius obitum de illo fuit institutus ab Ordinario Barchinonen. Ipse Salas tanquam præsentatus à Raymundo Olmera moderno dictæ domus possessore, & propterea eiusdem beneficij vero & certo patrono; quidem cessare videtur præsumptio; quod beneficium sit liberum, & ideò comprehensum sub reseruatione *Reg. 8. hodie 9.* Quia sub eius dispositione non comprehenduntur beneficia iurispatronatus laïcorum, sicut nec sub aliis reseruationibus generalibus, *iuxta glossam in c. 2. verb. collatio, de præbend. in 6. ibique not. Germin. sub n. 11. versic. gloss. super verb. collatio, & c. Franc. sub num. 8. versic. & in alia quacunque, & c. Lap. alleg. 96. Beneficia vacantia. & c. Didac. PP. quæst. c. 36. n. 2. versic. hic accedit, & c. Rota penes Put. decis. 319. num. 2. versic. & ratio est, & c. lib. 1. & Achil. decis. 3. numer. 3. vers. Prædictis tamen non obstantibus, & c. de iure patronatus, & bon. mem. Cardin. Seraph. dec. 1232. numer. 5. vers. quare cum regula, & c. & dec. 1263. numero 2. versic. quia expeditum erat, & c. Buratt. dec. 729. n. 4. vers. quod istud Beneficium, & c. dec. 941. sub numero 1. & seq. vers. Nam reseruatio, & c. Andr. dec. 22. num. 6. vers. Quibus omnibus simul iunctis, & c. ac Reuerendiss. Vrgellen. dec. 407. num. 12. vers. cùm ius patronatus laïcale, & c. post plures. Gonzales ad reg. glos. 18. n. 2. vers. Aut enim sumus in iure patronatus Laïcali, & c. & seqq.*

3. Et per consequens cessat omne ius Cameræ, & prouisi Apostolici, ac proinde huiusmodi Breuium executio, quæ in solo reseruatione vel affectione regulariter fundantur, vt fuit dictum *in Vicen. Benef. 21. Februarij 1600. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphil. penes Marches, de commiss. tom. 1. fol. 345, num. 2. vers. ita vt exinde, & c. in Toletana Capellan. 30. Octobris 1602. coram bon. mem. Litta ibid. fol. 348. n. 3. vers. Quæ probatio, & c. ac in Placentin. benef. 2. Maij 1603. n. 2. vers. Secundo quia, & c. ibidem fol. 353. & penes sanct. mem. Gregor. decis. 53, num. 2. vers. & cessante reseruatione, & c. ac Reuerendiss. Vrgell. dec. 12. num. 2. & 3. vers. cessante autem vacatione, & c. & latiùs dec. 340. num. 1. vers. de iure autem est, & c. ac seq. & Buratt. dec. 590. num. 3. vers. sed quia, & c. & in recent. decis. 71. n. 3. vers. iustificatio autem, & c. part. 6. ac in aliis relatis per Gonzal. ad dict. reg. 8. gloss. 9. in Annotat. n. 262. vers. quoniam Breuia huiusmodi, & c. & Garz. de benef. part. 6. cap. 9. cum. 2. & seqq. vers. secundo aduerto, & c. qui sub num. 12. vers. & reseruationem, & c. infert. ad beneficia iurispatronatus laïcorum.*

4. Et licèt opponeretur dictum ius patronatus fuisse reseruatum ad fauorem eorum de familia, & agnatione fundatoris per quorum deficientiam beneficium effectum fuit liberum, non autem extraneorum, qui domum illam materialem possederunt *ad trad. per Corn. cons. 216. viso testamento D. Luc. Antonij à num. 3. vers. his tamen non obstantibus, & c. & seqq. per tot. lib. 2.*

Quia tamen hoc deducitur ex interpretatione testamenti præfati Petri fundatoris, cui plurimùm resistunt verba immediatè adiecta, vt apparet ex eorum contextu ibi. *Volent, ordenant y expressament, manánt que à prima collatione sia conferit à Ioan. Boada son nebot lo inpatrona del qual ò lo presentat à les vacant de a quelluull sia de consentiment de dits mots manumisso si y germans y defalter de aquells sobrauiuiens y apres mors de aquello segnor y possessor della present casa de Buada dens la present vila de Angles del Bispat de Gerona, &c.* verba enim illa Dominus, & possessor præsentis domus suæ intus oppidum, &c. non videntur congrue posse referri ad familiam, & agnationem, sed quidem ad domum materialem de qua in sensu proprio, & naturali ea verba intelliguntur, *iuxta text. in l. lex Cornelia. §. domum, ff. de iniur. l. qui domum, ff. de adulter. l. si finita, §. ex hoc edicto ff. de damn. infect. l. si domus, ff. de leg 1* & latè probat idem Cor. *consil. 198. in proposita consultatione sub num. 5. versic. quandoque enim magis propriè, &c. lib. 3.* dicens quod magis propriè, ac frequentius intelligitur de domo materiali, & habitationis, quam de agnatione, & ideò præferendus est iste intellectus, qui significationi naturali magis adhæret nisi subiecta materia aliter suadeat, *iuxta theor. Bartol. in l. pronunciato, §. familiæ sub n. 2. vers. Puto multum suspiciendam materiam, &c. ff. de verb. signific.* & in specie bene declarant Ruin. *cons. 155. viso testamento sub n. 4. & seqq. vers. sed tamen iste sensus non placet. &c. lib. 3. Gabr. consil. 98. n. 14. vers. tamen absurdum mihi videtur, &c. lib. 1. & latius explicat Cephal. cons. 636. sub num. 11. & seqq. vers. secundo autem loco, &c. & sub n. 35. vers. tertiò illa qualitas, &c. & pluribus seqq.*

5. Eóque magis accedentibus illis *lo qual Miguel vull sia lo verdader patron y presentador del subredit benifici, & c. y apres obie dedit Miguel y pere lo possessor de la present Casa qualis vol que sia. &c.* Quæ sunt vniuersalia, & quoscumque possessores etiam extraneos apta comprehendere, *gloss. in l. si necessaria §. si annua, in verbis, vers. nam hoc nomen* (quisque) *ff. de pign. act. Alexand. con. 38. incip. ponderatis narratis sub n. 14. vers. ponderanda sunt illa verba, &c. & seqq. l. 5 Rota decis. 791. sub n. 10. vers. præsertim, &c. par. 1. & decis. 194. sub n. 3. & seqq. part. 2. diuers. & in Romana prætens. fidei commiss. de Vrsinis 25. Martij 1585. coram bon. memor. Orano in vers. verba autem, &c.* & sæpè in aliis, & bene conueniunt cum proximè antecedentibus, quibus idem testator instituto hærede particulari d. Michaele eius fratre in eodem domo materiali (de qua suprà locutus fuerat) cum eius pertinentiis, disposuit, quod ipso vita functo in ea succederet persona, seu personæ illi bene visæ, vt legitur ibi, *acceptat la present Casa de Buada de lla villa de Angles, que de à quella vull sie hereu meu a solas, &c. Miguel, Buada mentre vueray apres obie de à quell la persona ò personas ell bene visas, &c.* quæ (vt dictum est) non restringuuntur ad agnatos, & illos de familia, sed quoscumque extraneos d. Michaëli bene visos comprehendunt.

6. Ideò visum fuit Dominis huiusmodi interpretationem, & alia deducta pro parte Arrufat exactiorem discussionem exposcere, ea qua cùm pendeat finalis determinatio nullitatis, vel iniustitiæ sententiæ, ac Censurarum A. C. interea dum hæc maturius examinantur Sala est absoluendus, siue in iustitiam simpliciter adducat *iuxta text. int. cum contingat §. in eo verò casu &c. & seq. ibiq; bene explicat gl. fin. extr. de offi. delegat.* siue etiam nullitatem ex quo promulgatæ fuerint, contra intentionem Summi Pontificis, *ad text. in c. fin. de præbend.* vel ex aliis causis (licèt in casu prætensæ nullitatis concedatur absolutio non simpliciter, sed ad cautelam donec in definitione causæ certius appareat an verè fuerit ligatus, ita vt illa sit necessaria) *gl. in c. præsenti, in verb. ad cautelam, &c. de sentent. excommunicat. in 6. & habetur in cap. solet, & in c. venerabilibus, §. si ex causa ibique gloss. 1. in fin. & gloss. vlt. & §. fine. ac §. fin. eod. tit. & in c. per tuas, in vers. nos igitur, &c. extr. eod. & not. DD. ac præ cæteris declarat Abb. in d. c. cum contingat, sub n. 1. & 2. vers. notæ primo, &c. & vers. secunda regula est, &c. & vers. & limita hoc dictum, &c. ac n. 4. vers. Item nota, &c. de offi. deleg. & alij quos sequuta fuit Rota in. Gerunden. absolut. à Censur. 31. Iulij 1624. coram bon. mem. Coccin. in §. attamen si proponens, in vers. sic. & quamuis si allegetur excommunicatio iniusta, &c.* Atque ita in his terminis fuit aliàs resolutum *in Placent. ff. de iussion. 22. Iunij 1592. coram bon. mem. Penia pro nes Marcef. de commiss. 10. 1. fol. 277. n. 5. vers. in hac decisione, &c. & in Barcinon. incurs. Censur. 24. Iunij 1593. coram bon. mem. Cardin. Mantica decis. 237. n. 6. vers. sed vt apertius, ac Segobrien. oper. 26. Iunij 1597. coram bon. mem. Card. Hieron. Pamphil.*

7. Neque obstat quod agitur de censuris latis in Curia non soleat dari absolutio nisi parito iudicato.

8. Quia id procedit quando constat de illarum validitate, & iustitia, vt fuit dictum *in Vicen. Portion. 8. Martij 1639. coram Reueren. D. M. Decano, & sæpe in aliis*, secùs est quando ex præhabita cognitione aliquo modo apparet de earum nullitate, vel iniustitia, vt in proposito casu ex verbis fundationis, ac instrumentis suprà relatis, nam hoc casu conceditur absolutio cum reincidentia ad beneplacitum; & si ex vlteriori causæ discussione appareant validæ, ac iustæ, tunc reuocato beneplacito in eadem reducitur, seu (vt aiunt) reintroditur, reus donec competenter satisfecerit *iuxta text. in c. ad reprimendam, in fin. ibique gloss. fin. in verbi. Hinc etiam patet, quod non præcipitur aliquid absolutè &c. extr. de offi. ordin. & in c. ex parte, il 1. §. si verò dubia est de verb. signific. gl. fin. in d. c. cum contingat, versic. & ideo præceptum differtur de offi. deleg. & probauit Rota in dict. Placent. fidei iussion. sub d. num. 5. & in d. Segobricen. oper.* in quibus agebatur de Censuris latis in Curia; si verò nullæ cognoscantur, denuntiatur illis non fuisse affectus, siuè ligatus. Sin autem iniustæ declarantur quidem tales, sed quia adhuc illis (licèt iniuste) remanet innodatus; ideò diffinitiuè absoluitur, & aduersarius ad interesse condemnatur *iux. text. in d. c. cum contingat ibi gl. final. de offic. delegat. c. final. de præben. & in c. sacro in §. caueat etiam, & in c. sacro in §. cumque aduersus excommunicatorem, & vtrobique not. gl. & DD. de sentent excommunicat. & confert. Rot. decision. 721. lib. 1. part. 3. diuers. Lancellot. de atten. appellat pend. c. 12. amp. 8. n. 6. vers. nec pro purgatione, &c.*

9. Quæ verò dicuntur de possessione dict. Arrufat non pertinent ad præsentem inspectionem in qua solum actum fuit de prædictis ad effectum absolutionis, vt præmissum est concedendæ, quo deinde maturius in causa procedi possit vt pluries seruauit Rota, & præsertim coram bon. mem. Card. Mantica Pamphilius & Penia in decisionibus supra citatis: quarè de aliis particulariter agendum erit.

Atque ita fuit resolutũ vtraque parte informante, &c.

DECISIO XXXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D.

Cerro Valentina Parochialis.

Veneris 28. Aprilis 1645.

§. 1. NOn constare de resignatione valida dictũ fuerat prius vtraque parte informare *die 8. Aprilis 1644.* coram Reueren. P. D. meo Præside Vallisolet. no, licèt decisio propter eius ab vrbe discessum à me in Rota subrogato fuerit extensa. Et postea coram me vna tantum parte informante *die 13. Ianuarij* præteriti dupli-

plici fundamento, Primò scilicet, quia ex registro Datariæ apparebat supplicationem fuisse signatam à fel. rec. Vrbano VIII. 3. *nonas Ianuarij, Pontificatus*, anno 18. qui est, 1641. à natiuitate, & sic postquam resignans obierat. Secundò, quia mandatum ad resignandum erat conditionale cum decreto exprimendi onus antiquum duorum caffitiorum tritici, & reseruata pensione ducat. 200. auri de Camera integre soluen. litteris non expeditis, quæ tamen conditiones impletæ non fuerant, sed imò signata supplicatio cum clausulis omnino repugnantibus, vnde resignatio remanebat nulla ex defectu consensus resignantis, qui sub illis pactis, & conditionibus consensit, vt latius habetur in dictis decisionibus.

2. Sed hodie re proposita causa DD. recesserunt à decisis, quia ex nouiter in facto adductis ab altera parte, visum fuit vtrumque Fundamentum cessare.

3. Etenim licèt supplicatio appareat signata *de anno* 1641. in registro Datariæ cui visu fuerat potius adhiberi debere fidem, quam litteris, quæ solummodo ostendebantur, hodie tamen fuit exhibitum originale eiusdem supplicationis signatæ 3. *Nonas Ianuarij Pontificatus S. mem. Vrbani VIII. anno* 17. quod correspondet *anno* 1640. quo tempore resignans adhùc viuebat; in concursu autem magis standum est originali, quam registro *iuxta Theoricam Bart. in l. si quis ex argentariis §. Prætor ait ff. de edendo. Surd. qui latè exornat materiam cons.* 141. *n.* 8. & in terminis supplicationis firmat Mendos. *ad regul. Cancell. reg.* 15. *q.* 2. *n.* 3. & *in reg.* 27. *q.* 1. *n.* 3. *Caputaq. dec.* 65. *n.* 6. *part.* 1. *Rota coram Reuerend. Vrgellen. dec.* 265. *n.* 11. *cum seqq.* & *dec.* 206 *n.* 1. & *coram bon. mem. Burati. dec.* 294. *n.* 12. Imò secundum originalem supplicationem omnes aliæ scripturæ postea factæ emandari, & regulari debent *glossa in cap. vt veterum librorum. verbic. Græci circa med. in verbo, & est hic argum. dist.* 9. *Rotæ dict. dec.* 265. *n.* 12. & *coram Cardin. Caualer. dec.* 255. *n.* 8.

4. Eóque magis in casu nostro quia cum originali supplicationis cõcordat parua Data, quæ pariter legitur sub eadem die, & anno *Summæ n.* 4. consensus prælitus à Colle Procuratore in Cancellaria pariter sub eadem die, & anno dicto *Summ. n.* 2. & ratificatio resignantis facta *sub* 26. *Februarij* 1640. *Summ. n.* 3. si enim ratificatio facta fuit de anno 1640. consequens est, supplicationem eo tempore iam fuisse signatam, cùm ratificatio fiat de actu iam gesto, actúmque præcedentẽ conualidet, non subsequentem ad instar confirmationis. *Gemin. cons.* 128. *n.* 4. *vers. ratificatio enim*, *Menoch. cons.* 364. *n.* 18. Iunctis etiam litteris ad fauorem Resignatarij expeditis quibus magis standum est, quàm registro, dum eum originali concordant, vt aduertit *Rota coram Vigellen. d. dec.* 306. *n.* 1. cum præsertim de legalitate originalis suspicari non possit, dum Reuerendissimus tunc Datarius eo viso, & diligenter inspecto testatus mihi fuerit, nec alteratum esse, nec in aliqua parte vitiatum, adeo vt propterea potius sit præsumendum erratum fuisse in registro, quod à solo viro registratione conficitur, quàm in originali supplicatione signata manu Papæ, nedum visa per d. Datarium, sed eius manu data, & diligenter vlterius examinata per tot Officiales.

5. Ad alterum fundamentum, quòd ob non seruatam formam mandati, & conditiones in eo oppositas non impletas deficiat consensus resignantis, dictum fuit.

6. Quod, an agitur de non facta expressione duorum cassiciorum tritici, & cùm hoc sit onus perpetuum extractum ab Archiepiscopo Valentiæ ex fructibus istius Parochialis, & assignatum Seminario dictæ Ciuitatis vigore Concil. Trident. *sess.* 23 *c.* 18. *de reform.* fortè non erat de necessitate exprimendum, prout similiter non exprimitur onus subsidij excusati Triremium, & similium; quia scilicet cùm sint onera perpetua, quæ distrahuntur à corpore beneficij, non continentur in valore expresse sed illum minuunt *Gigas de pens. q.* 96. *n.* 2. & 3. *loquens de oneribus Episcopalibus, Put. dec.* 291. *lib.* 3. *in nouis, Rot. in recent. dec.* 158. *num. vlt. part.* 1. *Add. ad Gregor. dec.* 245. *sub n.* 12. *vers. ad istum autem effectum & coram Burat. dec.* 418. *n.* 1. verus enim valor dicitur, qui remanet deductis oneribus, vt notat *Bart. in l. fundi Trebiani, in fin. ff. de vsufruct. l. Rota diuers. decis.* 548. *part.* 1. & *in recent. dec.* 640. *n. vlt. part.* 3. & *coram Card. Caual. dec.* 462. *n.* 1. onera autem intelliguntur de perpetuis, non de temporalibus, vt explicat *Gonzal. ad reg.* 8. *gl.* 5. §. 2. *num.* 21. *Garz. de benef. part.* 5. *c.* 3. *nu.* 161. *cum seqq. addit. ad Gregor. dec.* 490. *num.* 9.

7. Sed quia in contrarium deducebant huiusmodi expressionem fuisse necessariam, provt in terminis perpetuæ pensionis impositæ ad fauorem seminarij vigore Concil. Trident. videbatur decisum *in Valentina pensionis* 25. *Iunij* 1601. *coram bon. mem. Card. Millino*, vbi ratio adducitur, quòd cùm huiusmodi pensio sit perpetua continet in effectu dismembrationem fructuum.

8. Ad hoc pariter fuerunt datæ variæ responsiones, & præsertim fuit allegatum, quod hodie seruetur stylus contrarius in Datatia, scilicet non exprimendi similia onera perpetua, nedum Generalis aliarum Prouinciarum, & diœcesum, sed indiuidualis Valentiæ, & ad hoc comprobandum datæ fuerunt fides & attestationes plurium officialium & curialium *in Summario n.* 6.

Provt etiam deducebatur quod cum hoc onus non sit voluntarium, sed necessarium à iure, vel decret. Concilij iniunctum cuicumque beneficio huius Diœcesis, eius taciturnitas non potuit reddere gratiam subreptitiam. *ad not. per Felin. in cap. super litteris, num.* 8. *de rescript. Rota decis.* 75. *eod. tit. in antiq.* & *dec.* 569. *n.* 15. *part.* 5. *recent. n.* 2. & in simili de onere perpetuo, quo grauantur Prioratus & Commendæ Religionis Hierosolymitanæ dixit *Rota in Monopolitana pensionis* 1598. *coram Orano*, quam refert & sequitur *Garz. de benef. part.* 1. *c.* 5. *n.* 564. ea ratione, quia cum Papa præsumatur optimè scire omnia Concilij decreta, vel cogitauit, vel cogitare potuit super hac Parochiali adesse hoc onus pro Seminario, quæ sola generica cogitatio sufficit in gratiis Apostolicis ad euitandam subreptionem ex taciturnitate resultantem. *Rot. in. consil.* 68. *n.* 4. & *cons.* 75. *n.* 16. *lib.* 3. *Honded. cons.* 89. *n.* 27. *lib.* 1. & *aliis relatis in d. dec.* 100. *n.* 30. *part.* 5. *recent.* firmans vlterius *n.* 32. ea sola esse exprimenda ad euitandam subreptitionem, quæ de stylo & consuetudine Datariæ solent exprimi, non autem alia.

9. At verò agitur de aliis in supplicatione conditionaliter expressis ob quorum inobseruantiam, dictum fuit in decisionibus, fuisse excessum in mandato, & deficere consensum in resignante. Et placuit responsio quòd dum istæ conditiones fuerunt à Procuratore in supplicatione appositæ, & per Sanctiss. delatæ tanquam non solitæ concedi, dicitur satisfactum mandato, & valet resignatio, vt aduertit *Paris. de resignat. lib.* 9. *q.* 17. *n.* 19. *vers. sed dubium est, Loter. de re benef. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 38. *vers. prius autem in his terminis, dec.* 887. *num.* 2. *part.* 4. *diuers.*

10. Et hinc cessat in facto motiuum primæ decisionis, quòd licet non fuerint adhibitæ diligentiæ ad illas obtinendas, dum enim, vt dictum est, fuerunt in supplicatione appositæ, & Pontifex illas deleuit, diligentiæ remanent eo ipso probatæ, quia ex cassatura & delineatura iuxta stylum Datariæ, & Cancellariæ arguitur petitorum denegatio, *Card. Seraph. dec.* 683. *num.* 2.

11. Non obstat clausula, *non aliàs aliter, nec alio modo* apposita in fine mandati procuræ quæ remouere videtur consensum casu quo conditiones impletæ non fuissent, quia cum post appositas conditiones additum

fuerit, *si ita Sanctiss. placuerit*, & subsequatur postea dicta clausula, *non alias, aliter, nec alio modo*, argui debet, resignantem, tunc demum voluisse implementum, casu quo Sanctiss. placuerit, & non aliàs, vnde dum Papa noluit, censetur & resignantem noluisse, vt in puncto extat decisio *Cæsar de Grass.* 10. *de præbend. alias* 121. *n.* 2. 3. & 4. *quam sequitur, & referunt Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 12. *n.* 93. & *Loter. de re benefic. lib.* 3. *q.* 19. *n.* 38. & ita licet procurator consenserit absque his conditionibus, ex hoc tamen non deficit consensus in mandante, quia dum illas conditiones solum voluit quatenus *Sanctissimo placuerit*, eo ipso, quod Pontifex eas delendo noluit admittere, censetur etiam illas noluisse mandantem, quia prædicta verba, *si Sanctissimo placuerit*, ad antecedentia omnia non stant resolutiuè, sed conditionaliter, vt expresè firmatur in *d. decisione Cæsar. de Grass.* 10. *n.* 8.

12. Nec intrat replicatio, quod dicta clausula *non alias, aliter, nec alio modo* referri debeat ad conditiones appositas, non autem ad beneplacitum Sanctissimi quia cùm stet apposita post requisitum d. beneplacitum magis ad illud referri debet, quàm ad alia magis remota, ex doctrina *Bart. in l. fin. C. de reb. dub.* aliàs autem superflua fuisset reseruatio beneplaciti, si non aliter, quàm modo expresso resignatio fieri potuisset.

13. Nec obstant deducta per *Rotam in Corduben. dimidiæ portionis* 14. *Nouembris* 1558. *coram Chiroga in alia decis. allegata*, quia procederent si resignans simpliciter, & absolutè noluisset aliter resignare quam sub pactis & conditionibus in mãdato expressis, secus prout hîc vbi conditionaliter tantũ, & accedente beneplacito Apostolico; Eo enim non accedente, censetur etiam aliter voluisse in puncto respondendo huic obiecto distinxit *Rota apud Cæsar. de Grass. d. decis.* 10. Ex quibus etiam habetur responsio ad allegatam *decis. in causa Sauonen. Cantoriæ*, quia eo casu resignans liberè, & absolutè protestatus fuerat, non aliter in resignationem consentire, quam sub expressis pactis, & conditionibus in mandato appositis, quod non est in hoc casu.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO XXXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Cerro.

In causa Leopolien. administrationis Hospitalis.

Lunæ 15. Maij 1645.

§. 1. AD Priorem Conuentus S. Dominici, & Seniores Confratres Sanctiss. Rosarij spectare curam, administrationem Hospitalis S. Lazari in Ciuitate Leopolien. DD. censuerunt, quia cùm dictum Hospitale erectum fuerit à prædictis Priore & Fratribus vnà cum Confratribus Sanctiss. Rosarij, ab eisque proprio ære dotatum, vt apparet tam ex laudo per Vicarium Leopolien. alióque compromissarios lato vsque, & anno 1618. quam ex litteris Regiis emanatis anno 1634. *Summ. quod datur n.* 1. & 4. consequens est, vt ad eos spectet illius administratio, & gubernium, *vt notat Abb. in cap. de Xenodochiis n.* 2. *de Religios. domib. & in sua q.* 3. *signater n.* 14. *Card. in Clem.* 1. *n.* 13. & *in Clem.* 2. *n.* 5. *cod. tit. Rocch. de Curte de iurepatr. in verb. in Ecclesia sua n.* 9.

2. Eoque magis præfatum Hospitale sit erectum, & dotatum fuit à Sereniss. Rege Poloniæ sub sua immediatè protectione receptum, eiusque bona exempta ab omnibus oneribus, & collectis, cum prohibitione ne quælibet persona auderet se in eius gubernio, & administratione immiscere, ibi, *In patrocinium nostrum assumendi censuimus, vt quod immediatè in protectionem nostram Regiam assumimus, & recipimus, sit aut ad memoratum Xenodochium sub nostra protectione existens haud præsumat quisque sibi authoritatem aliquam vsurpare.* Cum enim ex huiusmodi immediata receptione in Regiam protectionem fuerit exemptum ab Ordinario, nó potest Vicarius Leopolien. nec Canonici illius Ciuitatis se ingerere in illius administratione, quæ tota spectare debet ad Priorem, & Confratres, prout fuit in Indulto Regio dispositum, cùm non repugnet Regulares habere sub se Hospitale, eiusq; Regimini præfici, *Clem. quia contingit* §. *præmissa. vbique Doctores de Religios. domib. & in terminis consuluit Bald. cons.* 460. *lib.* 5.

3. Et ita pariter reddendam esse rationem bonorum, & rerum Hospitalis responsum fuit; iis enim de iure reddi debet, ad quos spectat gubernium, & regimen, & quibus eadem loca subsunt *a. Clem. quia contingit* §. *Illi etiam vbi Vitalin. n.* 66. & 69.

4. Ponderando præsertim quodque Andreas Pruchnicki olim Archiepiscop. Leopolien. & de numero Confratrum piè elargiendo quædam præcia pro augmento Hospitalis, statuit prouisores, & Hospitalarios, ista ratiocinia reddere teneri in Conuentu coram Priore S. Dominici, & Senioribus Confraternitatis, hæc enim determinatio, & confessio Prælati antecessoris adminiculatur, præsertim ex dicta fundatione, & dotatione, ac obseruantia præcedenti, nocet Archiepiscopo successoris. *Ruin. cons.* 142. *n.* 4. *lib.* 1. *cum aliis per S. mem. Gregor. dec.* 506. *n.* 6.

5. Nec obstat quod dum prædictum Hospitale fuit erectum de consensu Ordinarij, habétque annexam Ecclesiam vbi Missæ celebrantur, & Sacramenta infirmis ministrantur. D. Archiepiscopus habet intentionẽ fundatam super assistentia iuris communis secùdùm quòd cura, & gubernium Xenodochiorum, cæterorúmque piorum locorum ad ipsum spectat, qui potest illa ad libitum visitare, vt disponit etiam *S. Concilium Trident. sess.* 22. *c.* 28. Regula enim assistentiæ Iuris communis non attenditur vbi aliter fuit cautum in ipsa erectione & fundatione. Erectionis enim & fundationis forma est attendenda circa gubernium, & administrationem, *Rot. coram S. mem.* Gregor. *dec.* 4. *sub n.* 1. *vers. circa illud cum seqq. & fuit dictum in alia dec. super absolutione à Censuris sub die* 27. *Ianuarij* 1645. *coram me.* Et dum prædictum Hospitale fuit receptum sub immediata protectione Sereniss. Regis Poloniæ, non cadit sub *Concilio, quod in d. c.* 8. expressis verbis excipit Hospitalia immediatè subiecta protectioni Regum.

Et ita resolutum informantibus tantùm Priore, & Fratribus.

DECISIO XXXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio.

In causa Barcinonen. Canonicatus.

Veneris 9. Iunij 1645.

§. 1. RESOLUTÙ fuerat in decisione preterita emanata corã me sub die 4. Decemb. 1644. constare de bono iure Petri Ioannis Arxer in hoc Canonicatu Pœnitentiario Barcinonen. Ecclesiæ, quem à Fel. rec. Vrbino VIII. obtinuerat tanquam reseruatum ratione vacationis in mense Iulij Apostolicæ Sedi semper affecto, ex eo potissimum fundamento quod indultum conferendi Canonicatus Pœnitentiarios per concursum, Sereniss. Regi Catholico concessum pro Ecclesiis confirentibus in Regnis Hispaniarum, non fuerit vsu receptum in hac Prouincia Cataloniæ, Cum verò pro parte Capituli, & Ioannis ab eodem electi denuo impugnaretur

retur eadem obseruantia,repropositi dubium quod iterum ad fauorem Petri Ioannis fuit resolutum.

2. Etenim hæc obseruantia resultat ex pluribus collationibus Apostolicis subsecutis in mensibus reseruatis sine concursu in Ecclesiis Cataloniæ in quibus contigit casus vacationis quæ fuerunt enumeratæ in decisione præterita, & ex alia prouisione Ordinarij sine concursu pariter in Ecclesia Elnen.nuper exhibita Ex quibus comprobatur hæc obseruantia interpretatiua ad quam excludendam satis esset ostendere ita aliquando fuisse obseruatum vt consuluit Aymon. *cons.* 118. *numer.*2.Decian. *cons.*51. *lib.*2. Rota *coram Caualer. decis.*497. *num.*5. *& coram Buratto dec.*647. *num.*11. *& in Mediolanen. Decimarum* 16 *Ianuarij* 1613. *coram S. D. N. inter impress. part.*1. *dec.* 448. *num* 3. cum actus subsecutus declaret concedentis voluntatem, ex notatis in *l. si de interpretatione ff. de legib. & leg. Iulian.*§.*proinde ff. ad Macedon. & cap. cum dilectus de consuetudin.*Rota *coram Cæsar. de Grass. decis.*10. *numer.* . *de praben. & coram Caualer.decis.*199. *numer.*5. & in terminis Indulti concessi Regi Hispaniarum à Gregorio XIII. quod ex actibus gestis tam ab eodem Gregorio, quàm à Sixto V. Successore declaretur quid in eo fuerit comprehensum Rot. *coram Mantic. decis.* 59. *num.*12. *&* 13 vbi pro ratione considerat quod nulla assignari possit melior interpretatio quam conditoris *iuxt. text. in l. vltima C. de legib & in cap. inter alia de sententia excommunic. & in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* & hæc obseruantia licet non probetur in Ecclesia Barcinonen. quia non contigit casus vacationis, sed in aliis tantùm Ecclesiis Cataloniæ, suffragatur nihilominus respectu huius Ecclesiæ in eadem Prouincia consistentis,cùm magis attentatur causa vniuersalis actus, quam ipsemet actus, vt ponderauit Rota *in Assisien.Canonicatus* 14. 1600. *coram Sacrato impressa inter rec. decis.* 39. *numer.*9. *part.* 3. *& in similibus terminis in Messanen. Decanatus* 23. *Maij* 1644.*coram R.P.D. meo Ghisilerio in §. attamen, & in aliis deductis in decisione præterita.*

3. Non obstat,quod obseruantiæ interpretatiuæ locus esse non possit,quoties versamur in claris,vt tradit Castrensis *in l. hæredes palam* §. *si quid post num.* 1. *ff. de testament. & aliis relatis per Gabr. de regul. iur. conclus.*3.*num.*25. Rot. *diuers. dec.*121. *n.*12. *part.*1. *& decis.*39.*num.*11.*part.*2.*& decisione* 319.*num.*2. *part.*6. *recent. & coram Gregor decis.*184.*num.*5. & hæc claritas indulti pro comprehensione Cataloniæ deducatur ex quo illa inter alia Hispaniarum Regna connumeretur, ac consequenter sub indulto Ecclesiarum existentium in Regnis Hispaniarum includatur. Sub hoc enim Regni nomine recensetur à *Borello de præstant. Reg.Cathol.cap.*49. *Bellug. in spec. Princ. rub.*34. *de grauat. contra form.*§. *vltim.num.*1. *Illust. in hist.or.Pontific. ver. Hispan. part* 2. *fol.*44. *data in Sum. numer.*3. Molin. *de ritu nupt. comparat.*1.*num.*2. Lancell. Conrad. *in templ. omnium Iudic.lib.*1. *cap.*3.*nu.*15.Bother. *in suis relat.Orb.in tit.de diuis.* Hispan.*c.*3. & ab aliis Hispaniarum Historicis relatis ab informantibus à quibus etiam asseritur in Ciuitate Barcinonæ Regiam esse Domum,& aulam Regiam, prout etiam Senatus, Curia,Archiuium,Patrimonium, Carceres Regia dominatione recensentur vt ab Oliban. *de iure fisci c.*4. *n.*52.*Berart.in specul.visitat.c.*3. *num.*13. *c.*11. *n.*11.*& c.*19. *n.*41. *&* 43. Ripol. *de iurisd. omnium Iudic. c.*1. *n.*18.*&* 56. *& c.*11. *nu.* 389. *Peguer. decis. Catalon.* 1. *in fine & dec.*24 *num.*30. cuius etiam claritas indulti comprobari videtur ex Bulla Decimarum à Sanct. mem. Vrbano XIII. Regi Catholico concessa in Regnis Hispaniarum, quæ etiam in Catalonia probatur effectum sortita.

4.Ex his enim enunciatiuis Doctorum non excluditur dubietas indulti, dum hæc Prouincia Cataloniæ sub nomine Principatus ab aliis denominetur Historicis, & Doctoribus inter quos adest Mierez *in const.* Catal. *part.*2.*col.*7. *n.*2.*&* 18.*& collat.* 9. *c.*10. *n.*22. Zurit. *lib* 1. *annal.* Aragoniæ *cap.* 36. *circa finem & tom.*2.*lib.*7. *c.*5.*& tom.*3. *lib.*11. *c.*90. Anton. de Ripol. *in suis var. resolut.cod. tit.c.*1. *n.*8.*&* 42.*& de iure emph cap* 7. *num.*6. *Franc. Ferrer. tertia euidentiali ad constit. Hac nostra num.*10. *Oliban.de action.part.*1. *lib.*3. *cap.*2. *num.*9. 12. *&* 17. Fontanell. *de pact.nupt. claus.*3. *gloss.*1. *num* 8. *&* 9.*claus.*7. *gloss.*2.*part.*9. *n.*42. *& seqq.* Ægid.Trullench. *ad Bullam Cruc. lib.*1. *q.* 1. *dub.*1. *sub num.* 3. *Cancer. var. resol. cap.*3. *de priuil. num.*52. *Peguer. decis. Catalon.*18. *&* 46.*num.*1. *&* 5. sub quo nomine expressit Rota *coram Seraph. dec.*337.*num.*1. provt sub nomine comitatus *idem Bother.de relat. Orbis. part.*1. *de diuis. Hispan. cap.*4. *de Catalonia,idem Mierez super constit.*Catal. *c.*5.*collect.* 7.*nu.*7. vbi quod post vnitum Principatum Cataloniæ Comitatui Barcinonæ huius nomine Comitatus comprehenditur idem Principatus, & hæc etiam qualitas Principatus in Catalonia comprobatur; Tum ex demonstratione locumtenentis & Generalis Ducis qua vtitur is cui in ea Prouinciæ moderatio demandatur, prout constat ex *priuil. impress.* post Mierez in quo eadem appellatione Locumtenentis Moderator Prouinciæ inscribitur, & ex expeditione eiusdem regiminis facta de anno 1638. in persona Comitis Sanctæ Columbæ sub nomine Locumtenentis, & Generalis Ducis quæ modò fuit in nouo summ. exhibita, quod etiam aduertit Cancer. *variar.resolut.d.cap.*3. *num.*52. *idem* Ripol. *d.c.*1. *n.*9. *c.*2. *n.*582.*& c.*3. *nu.*29. Tum ex pluribus litteris Apostolicis exhibitis in præterito Sum. sub num. 6. & ex alia Clementis VIII. de anno 1601. expedita occasione translationis Ecclesiæ Elnen. in Oppidum Perpiniani in quibus sub nomine Principatus Catalonia enunciatur.Tum ex priuilegiis Petri Regis Aragoniæ de anno 1339. & Ferdinandi de anno 1515. vbi eadem appellatione vtuntur, tunc demum ex titulo Comitis Barcinonæ quo Philippus IV. Rex inscribitur, & etiam Catalonia comprehenditur post secutam eidem Comitatui Cataloniæ huius Principatus vnionem,vt aduertit idem *Mierez ad Constitut. Cataloniæ, dict. collect.* 7. *cap.*5. *part.*2. *num.*17.

5. Neque vrget,quod à Doctoribus, Senatus, Aula, Domus, & alia eius Prouinciæ regia qualitate decorentur,cùm(vt aduertit Ioannes de Platea *in l.*1.*nu.*1. *C.de dignit.*) hæc qualitas desumi soleat quoties quis duplicem dignitatem obtinet,quo casu maior exprimitur. Alex. *in l.Imperium,ff. de iurisdictione omnium Iudicum,n.*1. *vbi etiam Alciatus num.* 1. Iason. *numer.*3. Decian. *cons.*84.*num.*15. *collect.*5. *& probat text. in l. cum in diuersis,ff.de Religiosis & sumpt. funer.* Rot. *in Terulen.Canonicatus* 2. *Martij* 1638. *coram R. P. D. Carillo.* Neque alia obiectio indulti Decimarum pro Regnis Hispaniarum, quod fuerit in hac etiam Prouincia executioni demandatum: præterquam enim ex parte prouisi Apostolici ostenditur impugnatum, & in modica summa executum ex metu censurarum, quæ executio suffragati non posset etiam ad effectum manutentionis, vt declarauit Rota *in Auersana Pensionis* 24. *Aprilis* 1626. *coram bo.mem. Pirouano,*comprehendi etiam potuit hæc Prouincia cum tam in Indulto, quàm in Bulla Cruciatæ, non solùm loquatur de Regnis Hispaniarum,sed etiam de eorundem Dominiis, vt constat ex tenore ipsius Indulti, & Bullæ, vt in simili Indulto firmauit Rota *coram Mantic, dec.*59. *& explicat Trullench. d.lib.*1. §. 1. *dub.*1.

6. Non obstat,quod nomen Principatus sit generale, & sic genus omne Dominij contineat, vt ponderauit. Menoch. *cōs.*202.*n.*77.*Mastril.de Magistr.lib.*1. *c.*18. *num.*55.

num. 55. 56. Quia licet idem nomen vsurpari soleat pro quolibet Dominio, non tamen Regiam dignitatem amplectitur, vt tradit Cardin. *in Clement. 1. n. 2. de testibus.* Lancell. Conrad. *in templ. omn. indic. lib. 1. c. 3. num. 2. & 3.*

7. Nec demùm visa fuit obstare altera obiectio deducta ex rationis identitate, quæ dum militat in hoc etiam Principatu, ad illud extẽdere debeat indulti dispositionem, *ex reg. text. in l. illud, ff. ad l. Aquil. & in l. cum pater, §. dulcissimè, ff. de legatis 2.* Rota *in dict. Terulen. Canonicatus 2. Martij 1637. coram R. P. D. meo Card. lo in §. tantò magis, circa finem.* Dum enim versamur in priuilegio particulari ex sola identitate rationis illud non extenditur, quidquid sit respectu legis vniuersalis, vt probat *text. in l. ius singulare, ff. de legibus, & in cap. sanè, de priuil. vbi Abbas in princip.* Butr. *n. 1.* Alexander *in l. Scriniarius, n. 2. in fin. C. de milit. testament.* Rota *coram Buratto dec. 19. n. 5.* & in terminis materiæ beneficialis, quòd in ea identitate rationis argui non soleat *coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 154. n. 24.*

8. Et ex his cùm admodum turbida reddatur comprehensio Cataloniæ sub indulto, locus esse debet obseruantiæ Datariæ, quæ potissimùm attendi solet in illius interpretatione, vt dixit Rota *coram Verall. dec. 84. num. 2.* & in terminis Constitutionis Pontificiæ *in Montis Alti Primiceriatus 8. Iunij 1643. coram me:* ex qua obseruantia cùm clarè appareat bonum ius prouisi Apostolici, illi pariter censuerunt Domini concedendam esse manutentionem in Canonicatus controuersi possessione, quæ capta nomine Cameræ, & Petro Ioanni cessa suffragatur ad effectum manutentionis, ac si ab eodem apprehensa fuisset, vt notat *gloss. in l. 2. idem Nerua in verb. experiaris, ff. ne quid in loc. publ.* quam singularem reputat Bal. *in c. licet causam, n. 34. de probat.* Menochius *de retinenda possessione. remedio 3. nu. 259.* Gonzales *ad regulam 8. Cancellar. gloss. 34. n. 118* Rot. *dec. 235. n. 1. part. 9. recent.* Et licèt eadem possessio capitulariter capta non fuerit, nihilominùs dùm fuit petita ab eodem Capitulo, quod sine causa illam tradere denegauit, eumdem effectum manutentionis operatur, ac si capitulariter fuisset apprehensa, ex notatis *in cap. si Capitulo, de concess. prabend. lib. 6.* Rota *coram Gregor. decis. 164. n. 2. & decis. 97. n. 23. part. 5. recent. & in Cæsaraugustana Onerum 3. Iulij 1622. coram bon. mem. Pirouano post Postium dec. 175. n. 6.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XXXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado.

Toletana Matrimonij.

Lunæ 20. Iunij 1645.

§. 1. LAta in partibus sententia pro validitate matrimonij contracti inter D. Ægidium de Ribera. & D. Isabellam de Azeuedo, in qua fuerunt etiam eidem decreti annui ducati octingenti, donec præfatus Ægidius accederet ad cohabitandum cum ipsa, per Odoardum eius patrem soluendi. Et interposita per illos appellatione ad Summum Pontificem causa mihi commissa fuit atque expedita, & executa inhibitio; verùm quia Iudex à quo interea decreuit, & relaxauit mandata, & litteras aggrauatorias pro solutione dictorum ducatorum octingentorum, quarum vigore fuerunt exacti, ideò dubitaui an constet de attentatis, quæ sunt ante omnia reuocanda, & domini affirmatiuè responderunt, quia in processu plenè probatur ea omnia gesta fuisse post interpositam tempore coram ipsomet Iudice appellationem die 7. Septembris 1643. à sententia lata die 3. & intimata die 4. eiusdem mensis, qua pendẽti abstineri debebat ab vlteriori processu, & executione, aliàs dicitur attentasse, *l. 1. & tot. tit. ff. Nihil innou. appellat. penden. l. sciendum, ff. de appellat. recipi. appellatione, C. de appellat. cap. venientes, §. cum ergo, extr. de iureiur. cap. ex parte, il 2. de appellat.* Lancell. *de attent. appellat. pend. in præfat. à n. 83. vers. regula principalis, &c. & seqq. qui à n. 88. & seqq. vers. multiplex tamen, &c.* plures recensẽt rationes, Rot. *penes bo. mem. Card. Mantic. dec. 345. n. 2. & seqq. vers. vnde nulla est dubitatio, &c. & bo. mem. Cardin. dec. 615. n. 1. vers. vnde non visum fuit, &c. ac Reuerendiss. Vrgellen. decis. 96. n. 2. vers. sed etiam, &c. & dec. 313. n. 1. & 2. vers. & in primis, &c. & in recent. decis. 183. num. 1. vers. vnde appellatione pendente, &c. part. 2. & dec. 691. sub n. 1. part. 3.*

2. Hæc autem grauiora redduntur, quia post signatam causæ commissionem, expeditámque inhibitionem, ac eidem Iudici, & parti legitimè intimatam die 24. Februarij 1644. adhuc tamen ille die 4. Aprilis eiusdem anni relaxauit mandatum aggrauatorium, contra dictum Odoardum, quod sanè maiorem præse fert irreuerentiam & contumaciam, ac ideo seuerius coërcendum est, *cap. non solùm in fin. & cap. Romana, §. si autem post sententiam, vbi not. DD. de appellat. in 6. Innocent. in c. cùm M. Ferrariensis, sub n. 9. vers. sed oppones, ibi, nisi qui post motam litem, &c. & sub n. 10. vers. & nota singulariter, &c. extr. de appellat.* Oldrad. *cons. 206. in caus.* Carnoc. *sub n. 1. vers. ex prohibitione quidem, &c.* Alexander *cons. 83. diligenter consideratis, sub num. 9. vers. tamen his non obstantibus, &c. lib. 1.* Decius *cons. 103. in causa possessionis sub n. 1. vers. secundò, &c. lib. 1.* Rot. *dec. 20. de appellat. in nou. & penes Ægid. dec. 622. ac sanct. mem.* Greg. *dec. 305. n. 1. & 2. dec. 360. per tot. & penes Reuerend. Vrgell. dec. 312. n. 1. & 2. vers. quia præsentationem, & in dec. 637. n. 1. & 2. ac dec. 670. n. 1. p. 4.* & fæpè in aliis Lancel. *de attent. post inhib. in præfat. n. 223. vers. regula quod gesta, &c. & seq.*

3. Propterea omnia prædicta, vtpote attentata, sunt ante omnia retractanda, & in pristinum reducenda, vt deducitur *in dict. c. venientes, & cap. ex parte & d. cap. non solùm in fin.* Dec. *d. cons. 103. sub d. n. 1. & cons. 199. in causa propositæ, n. 1. versic. quia cùm pendente appellatione, &c.* Lancel. *de attent. appell. pend. in præfat. nu. 86. & seqq. vers. vnde alias dicebat, &c. & de attent. post inhib. n. 235. vers. &* Dec. *&c.* Rot. *penes bo. mem.* Buratt. *dec. 74. sub n. 1. ac Reuerend. Vrgell. dec. 312. n. 1. & 2. & dec. 313. n. 2. & in recent. dec. 682. sub n. 4. vers. igitur, &c. part. 1. ac dec. 582. sub n. 1. ac dec. 751. sub n. 1. part. 2.* non solùm instante parte, verùm etiam officio iudicis, cuius maiestas eo pacto læsa fuit, Rot. *penes sanct. mem. Gregor. dict. dec. 305. sub n. 4. vers. sed nihilominus, &c. & dec. 465. sub num. 1. & seqq. & sub n. 10. ac seq. vers. vbi etiam, &c. ac in recent. dec. 79. sub n. 2. vers. & in omnem euentum. &c. part. 2.*

4. Neque obstat, quòd cùm à sententia super alimentis in futurum tempus præstandis, non admittatur appellatio ad effectum suspensiuum, ideò licitum fuerit iudici à quo illa etiam pendente ad executionem procedere, vt in hac specie tradit *Afflict. dec. 152. mem. 3. vers. quia talis pendentia litis, &c. & seq.* quem alij sequuntur.

5. Primò, quia regularis illa conclusio non procedebat in proposito casu in quo D. Isabella nec legitimè probauit eius inopiam, itaut aliter viuere non posset, vt necessarium omninò erat; cùm omnia eius bona essent adhuc penes ipsam, nihilque præfato Ægidio, vel eius parti tradidisset, nec alia præcesserat liquidatio, ex qua iudicis arbitrium in ea taxatione iustificari posset, *iuxta l. si quis à liberis, §. si vel parens, vers. si quis ex his, ff. de lib. agnoscend. & l. fin. C. de alend. liber.* bene explicat

Gabr.

Gabr.conſ.25. àn.15.verſ.ſed quando,&c. & ſeqq. vſque ad fin.lib.1. Rot. *dec.179. part.4.recent.* vnde meritò admittenda erat ad vtrumque effectum appellatio, *iuxta theor.Bart.in l.fin.ſub n.1.verſ.& hoc verum,&c. ibi,& ſic propter inopiam,&c.* vbi idem expreſsè tradit Cuman. *ſub n.4.verſ.ſed vbi,&c.ff.de appellat. recip.* quam ſequitur Franc.Aret. *conſ.97.in cauſa,& puncto, ſub n.3. verſ.& iſta concluſio, &c.* Rot. *deciſ.764. n.2. verſ. alias,* vt inquit Cuman. *&c.ac verſ.& quia ceſſat ratio,&c.part 1. diuerſ.* & latiùs penes *bo.mem.* Buratt. *dec.208.ſub n.6.verſ.& tanto magis,&c.ac ſeq.reperita in recent. dec. 782. part. 3.* & per alios comprobat Surd. *de alim.tit.8.priuileg.60.ſub n.21.ac ſeq.verſ. & hoc priuilegium,& alij recentiores ſequuntur.*

6. Secundò,quia cùm dicta appellatio iam fuiſſet admiſſa per ſignaturam Summi Pontificis, & ſimpliciter ac abſolutè Rotæ commiſſa, noſtrum non erat de prædictis vlteriùs inquirere; ſed iudicandum eſt cauſam ipſam à ſui principio fuiſſe appellabilem,quoad vtrumque effectum,& proinde quæcumque intereà geſta per Iudicem à quo attentatorum vitio ſubiacere,eáque ratione in priſtinum reducenda, vt firmauit Rot. *penes bo.mem.Buratt.dec.902.ſub nu.2. verſ. & cùm pariter, &c.ac Reuerẽdiſſ.Vrgellen.dec.96.n.4.verſ.& ceſſat difficultas,&c.& dec.191.ſub n.5.ac ſeq.verſ.præterea, &c. & dec.240.n.3. verſic. quia quidquid de hoc ſit, &c.& in recent.dec.134.n.1.& 2.& ſub n.6.& 7.verſ. & nihilominus,&c.part.6.* ac rurſus *in Gennen.penſionis 23. Iunij 1634. coram bo.mem. Motman,ac in Salernitana Iuriſpatronat.4.Iunij 1642. coram R.P.D. meo Rojas in §.vlterius, quia ſignatura,&c. & in pluribus aliis.*

7. Tertiò, denique quia cùm eiuſdem commiſſionis vigore fuiſſet iam per Rotam cóceſſa inhibitio, cáque non ſolum parti, ſed eidem quoque Iudici legitimè præſentata,& intimata,abſtinendum omninò erat,licèt cauſa fuiſſet ſui natura prorſus inappellabilis, & ipſa executio ſi non fuiſſet conceſſa, denuo concedenda eſſet, quia hæc facit illicitum, quod aliàs fuiſſet permiſſum,non enim licet inferioribus Iudicibus (citra grauis animaduerſionis iudicium)de viribus inhibitionum huius ſacri Tribunalis cognoſcere, nec eas interpretari,vel illis vllatenus contraire,ſed eas reuerenter ſuſcipere, & partes ad ipſum pro oportunis iuris remediis obtinendis remittere debent ad *text.in d.cap.Romana, § ſi autem poſt ſententiam,&c.& in d.cap.non ſolùm,in fin.de appellat.in 6.* & per illum tradit Franch. *in cap. paſtoralis,ſub n.5.vel niſi foret miſſa inhibitoria per Iudicem ad quem,&c. & ſub n.6. verſ. intellige niſi foret attentata poſt inhibitionem,&c. ext.de appellat.* & latè probat Mandoſ. *de inhib. q.20. per tot.& q.75. num.8. verſ.nec mirum, &c.* Lancel. *de att. app. pend. limit.8. n.11.verſ. ſecundò.&c. & limit.25.n 16.& ſeq.verſ.3. quando,&c. & limit. 50.n.144.& ſeq. verſ. primo niſi iudex, &c.& limit.53. n.66. verſ.1. niſi, &c.* & latiùs comprobat *de attent. poſt inhibit. ampl.1.per tot.* Rot. *penes ſanct. mem Greg.dec.435. n.3. & ſeq.verſ.non obſtat,&c. & bo.mem. Card.Mantic.dict.dec.345.n.4.& ſeq.verſ.nec iudex infertur,&c.& Buratt.dec.901.n.4. v.& ſine dubio,&c.ac bo.mem.Coccino dec.355.per tot. & Reuerendiſſ.Vrgellen. dec.104. per tot. & bon.mem. Andr.dec.10.per tot. ac in recent.dec.74.n.3. verſ. tùm quia,&c.& dec.124.n.5.verſ.atque vbi prædicta,&c.& dec.513.ſub n.10.verſ.& in omnem euentum,&c.part.1. & dec.296.n.1.& ſeq. part.6.*

8. Minus obſtat,quod in alia poſteriori commiſſione ad inſtantiam D.Iſabellæ ſignata,reſcriptum mihi fuerit,quod, conſtito de illius paupertate ſubminiſtratis alimentis,& ſumptibus litis arbitrio Rotæ taxandis in cauſa procedam,&c.

9. Quia hinc magis confirmatur vis antecedentis commiſſionis, & inhibitionis vigore emanatæ, nam euidenter apparet quod Signatura voluit omnem eius cauſæ cognitionem abdicare à Iudice à quo tàm reſpectu deuolutiui, quàm ſuſpenſiui, illámque in Rotam omnino transferre, eiuſdem arbitrio committendo taxationem alimentorum, & expenſarum lite pendente ſubminiſtrandarum,quatenus de paupertate conſtaret, nulla habita ratione declarationis iam factæ in ſententia prædicta, atque ideo ſiue attendatur tenor primæ commiſſionis ſimplicis,& abſolutæ, ſiue huius poſterioris ab ipſamet D.Iſabella obtentæ, certum eſt quod Iudex à quo non potuit citra vitium attentatorum poſt appellationem interpoſitam procedere ad actus prædictos,ſed expectanda erat cognitio Rotæ ſuper iuſtificatione illius paupertatis,& eiuſdem declaratio ſuper quantitate alimentorum, & expenſarum litis quæ eidem D.Iſabellæ ſubminiſtranda eſſent, vt ſimiliter reſpondit Rot *penes ſanct mem.Greg.deciſ.312.n.2.verſ. nec facit præſenſa commiſſio,&c.* præſertim vero ſtante inhibitione iam intimata, vt fuit reſolutum in *Tiraſonen beneficior. Iun. 1620. coram bo. mem. Cardin. Caualer.deciſ.544. per tot.*

Quare fuit concluſum conſtare de attentatis ante omnia reuocandis, &c. informantibus tantum Odoardo, & Ægidio,&c.

DECISIO XXXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Cerro.

Tolerana Canonicatus Pœnitentiariæ.

Mercurij 28. Iunij 1645.

§.1. ITerum reſponſum fuit Franciſcum Viarium eſſe Procuratorem Capituli Toletani vſque ad diem intimatæ reuocationis,eique deberi ſalarium taxãdum ad ſcut.150.pro ſingulis annis, cùm de mandato procuræ in eius perſona vſque,& à die 26. Maij 1636. facto dubitari non poſſit, tàm ex antecedenti conſtitutione, vt apparet ex inſtrumento alias dato, quàm ex obſeruantia ſubſecuta, & pluribus litteris miſſiuis de ordine Capituli ſcriptis,ex quibus manifeſtè deducitur Viarium hoc toto tempore ſe geſſiſſe pro Procuratore, eique tanquam tali fuiſſe à Capitulo negotia demandata,vt latiùs habetur in alia deciſione.

2. Nec in facto iuſtificatur tàm primum mandatum factum ſub die 20. Maij 1636. quàm alterum ſub die 15.Maij 1639. eſſe reſtrictum ad certos actus, determinatos ſcilicet ad impediendam reformationem Breuis, & ſubrogationem gratioſam, quin imò mandata ſunt generalia, & ſignanter primum, in quo apparet conſtitutionem eſſe factam ſimpliciter,& cum clauſula ampliſſima ad lites;vnde licet poſteà fuerit ſupra dicta clauſula, *Et ſpecialiter vt compareat ad contradicendum literis & Breuibus Apoſtolicis, quæ contra Capitulum concederentur in lite cum Ferrerio facien. in hac parte, & in annexis & connexis contradictionem,appellationẽ, quæ iudicialiter & extraiudicialiter eſſent neceſſaria, abſque vlla temporis limitatione,cum libera adminiſtratione, &c.* Dum tamen huiuſmodi clauſula ſequitur poſt generalem conſtitutionem, non reſtringit generalitatem mandati;ſed cenſetur appoſita gratia maioris declarationis ad demonſtrandum negotium, quod de præſenti magis vrgebat,vt ad propoſitum,quod clauſula, *Et ſignanter ad comparendum coram A. C.* non reſtringat facultatem generaliter tributam in mandato, dixit Rota *diuerſ.dec.8 nu.9. & 10.part.2. concludens,* quòd licèt mandata ſint ſtricti iuris,quãdo tamen verba ſunt apta nata ad aliquod comprehendendum, tunc debent generaliter intelligi,ibid.n.2. & 3.& generaliter eſt, vt quando ſpecies exprimitur poſt genus ſine dictionibus taxatiuis,illud non reſtringat, ſed expreſſa

tantum

tantum censeatur ad maiorem declarationem, exprimendum casum magis dubitabilem, iuxta *theor.* Bart. *in l. quæsitum. §. fin. de fund. instruct.* Crauetta *consil.* 227. *numer.* 7. *post med.* Afflict. *decis.* 106. *num.* 2. Rota *diuers. decis.* 366. *num.* 17. *&* 18. *part.* 1. *& late dictum fuit in Alben. hæreditatis* 23. *Iunij* 1642. *&* 2. *Martij* 1643. *coram me*, vbi responsum fuit contraria procedere quando species fuit expressa cum dictionibus taxatiuis.

3. Comprobat hoc obseruantia subsecuta, quia Viarius vigore dictorum mandatorum nedum ad impediendam reformationem Breuis, & subrogationem gratiosam, sed vlterius oti, liti, quæ acriter acta fuit cum Ferrer. assistentia præfuit, variósque gessit actus, qui non percutiunt solam reformationem, aut gratiosam subrogationem, sed vlterius totam causam respiciunt, fecit enim commissionem communem, expediuit citationem cum inhibitione, obtinuit litteras compulsoriales, citare fecit alteram partem pro correctione processus, & ad dicendum contra iura, insuper citatus ad dicendum contra cõmissionem & iura, protestatus fuit in termino citationis. Et in termino pariter citationis ad sententiam appellauit, obtinuit superssessoriam ab Eminentiss. D. Cardinale Signaturæ Præfecto, curauit mihi committi causam appellationis, eáque commissa citare fecit Ferrerium ad dicendum contra commissionem, & iuxta illius formam mandati procedi, & inhiberi, qui actus procul dubio respiciunt totam causam, & processum, obseruantia autem subsecuta benè declarat mandatum præcedens, vt benè ponderauit Rota, *Dicta dec.* 8. *num.* 2. *part.* 2. *diuers. cum aliis vulgatis.*

4. Nec revelat, quòd Viarius non sit doctor, nec Procurator in hoc Tribunali approbatus, minúsque & causarum sollicitator; vnde inverisimile est, quòd à Capitulo fuit generaliter ad hanc litem grauissimam constitutus Procurator: omisso enim, quòd idem Viarius pluribus abhinc annis, Variis Hispaniarum negotiis incumbit, quod est Doctoribus & toti Curiæ notissimum, ex quo solo cessat omnis inuerisimilitudo, & probata remanet sufficiens idoneitas personæ. Placuit responsio, quòd qualitas Doctoratus requiritur in iis qui sunt Procuratores ad informandum, non autem ad conficiendum processum. Et notum est mandata procuræ fieri in personis particularibus, quæ tamen diriguntur ab aliis Procuratoribus primariis. Imò experientia docet primarios Curiæ Procuratores, nullam ferè in eorum personis habere procuram, sed omnes confici in personis Agentium sollicitatorum, & aliorum, qui ab eis posteà normam & directionem accipiunt: informationes autem, vt plurimum, non fiunt à Procuratoribus, qui habent mandatum, vt dixit Rot. *in recent. dec.* 104. *n.* 45. *part.* 6.

5. Quoad prætensam reuocationem mandatorum DD. transierunt cum responsionibus datis in alia decisione. Aut enim loquimur de reuocatione expressa facta à Pasquera, & hæc ex defectu protestatis non suffragatur, cum ipse haberet tantummodò facultatem reuocandi Procuratores à se substitutos: aut loquimur de reuocatione tacita, & præsumpta ex constitutione alterius Procuratoris, ad *text. in l. si quis Procurator: §. Iulianus, ff. de Procur.* & hæc præsumptio cessat in casu nostro ex clausula in constitutione noui Procuratoris appositа. *Ita quòd non sit melior conditio occupantis, & peior subsequentis, sed quòd vnus incœperit, possit alius ad finem perducere.* Hæc enim inducit contrariam præsumptionem, quòd primus reuocatus non fuerit argumento *text. in l. pluribus* 32. *ff. de Procur. in cap. si duo, eodem tit. in* 6. qui textus, licèt loquantur, quando in eodem mandato plures constituuntur Procuratores in solidum, quo casu videtur intrare de plano, quòd ex huiusmodi clausula præoccupatio vnius non inducat reuocationem alterius, nec illius prosecutionem impediat. Adhuc tamen applicari possent huic casui, quo Viarius per prius in alio separato mandato fuerat Procurator constitutus. Cùm enim in postremo mandato nullus alius fuerit constitutus Comprocurator, clausula huiusmodi remaneret superflua, nisi intelligeretur de præoccupatione facta à Viario, licèt non in eodem, sed in diuerso mandato multò prius facultatem accepisset. Vis enim textus non stat in vnicitate mandati, sed in præsumpta voluntate constituentis, qui dum noluit præoccupantis conditionem fore meliorem, nec impedire alterius persecutionem, per necessarium antecedens noluit reuocare primum, cùm aliàs ex reuocato non esset locus præoccupanti, ad tradita per *Gration. discept. for. cap.* 201. *numer.* 56. *cum segg.* Ponderando semper quòd reuocatio primi Procuratoris elicita ex secunda constitutione non est expressa, nec certitudinalis, sed tacita, & præsumpta, quæ propterea cessare debet ex contrariis, & efficacioribus præsumptionibus, quæ non solùm ex d. clausula desumuntur, sed fortiùs etiam ex litteris missiuis conscriptis ad eumdem de ordine Capituli, & ex actibus suprà recensitis ab eodem Viario gestis etiam post constitutionem secundi Procuratoris. Animus enim non reuocandi etiam ex actibus subsecutis dignoscitur, vt notat Soc. *cons.* 17. *num.* 12. *lib.* 3. & præsumptio reuocationis cessat, quando adsunt contrariæ præsumptiones, bene Paris. *cons.* 88. *sub num.* 23. *vers. Similiter Procuratorium secundum*, vbi optimè ad nostrum propositum ponderat, quòd constitutio secundi Procuratoris non inducit primi reuocationem, quando secundus fuit constitutus, vt litis etiam prosecutioni assisteret. Hinc enim magis arguitur, quòd voluerit secundum præbere assistentiam primo, quàm primum reuocare. Menochius *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 36. *sub num.* 6. *vers. qua quidem præsumptio*; vbi quòd præsumptio reuocationis contrariis præsumptionibus diluitur cum aliis adductis in prima decisione, *vers. & eò magis.*

6. His positis, consequens est vt eidem debeatur salarium pro quantitate suprædicta à die constitutionis vsque ad diem reuocationis, vt dixit Rota *coram bon. memor. Coccino, dec.* 56. *sub n.* 1. *vers. quantum attinet ad salarium.*

7. Nec obstat *Reformatio sanct. mem. Pauli V. tit. de Aduocatis & Procuratoribus*, §. 3. vbi quòd Procuratores & sollicitatores quarumcumque causarum non possint à suis clientibus petere salarium nisi conuentum. Quia dicta Reformatio prohibet petitionem salarij non conuenti actione ex locato, & conducto, sed non prohibet implorare officium Iudicis nobile pro mercedis constitutione, vt respondendo huic obiecto dixit Rota *in Romana Salarij* 23. *Ianuarij* 1626. *coram bon. mem. Remboldo.*

8. Sed vlterius aduertebant Domini non deficere requisita Reformationis; solitum enim Capituli Conducendi Procuratores & agentem notorium est in Curia, & ab altera parte negari non potest, cùm pinguem mercedem ab eo recipiat; solitum autem Procuratorum, & agentium locandi operas suas in Vrbe pluries probauit Rota *coram Card. Seraph. dec.* 1322. *n.* 1. *coram Card. Caualer. dec.* 400. *n.* 2. *& coram bon. mem. Coccino, d. dec.* 256. *n.* 2. vbi quòd regula illa, quòd salarium non conuentum non debetur, fallit in Vrbe, vbi quilibet est solitus locare operas suas, & de stylo constituendi in vrbe Salario testatur Rota *in recent. decis.* 238. *numer.* 2 *part.* 1.

9. Imò in hoc casu cõstat de speciali prouisione ex litteris ad eumdum Viarium conscriptis, & signanter ex illa sub die 13. Nouembris 1639. ibi. *Et quelli segnirà sodisfaranno, & restaranno obligati nell' occasione a V. S. & il conto si pagherà subitò*; & ex alia sub die 29. Aprilis eiusdem anni, ibi. *Procurerò sua reconoscenza con molta liberalità.* Et ex alia 11. Nouemb. 1636. ibi. *Facciando* V. S.

V.S. con ogni pronitezza, che quella si sp̃lẽderà, & il trauaglio, & sollicitudine di V.S. si soddisfara. Huiusmodi enim verba sufficiunt, vt dicatur satisfactũ Reformationi, vt in his terminis dixit Rot. *in Rom. Salarij* 18. *Febr.* 1622. *coram bo. me. Pironano, & in suprà citata Romana Salarij coram Rẽboldo*, vbi quòd in Reformatione nõ requiritur constitutio certæ quãtitatis; sed sufficit quòd saltem in genere salariũ fuisset conuentũ, facta enim cõuentione in genere subintrat Iudicis officiũ determinanda quãtitate, vt fuit dictũ *Romana mercedis* 19. *Martij* 1599. *coram Card. Lancell. relata in decisionibus supra citatis.* Hanc autẽ quantitatẽ taxarunt Domini ad supradictam summã scut. centum quinquaginta ad minùs quolibet anno attentis non solùm labore & industria Viarij, sed etiam qualitate constituentis, quod est Capitulum insigne & ditissimũ longè maiorem quantitatem constituere solitum, prout eidem Pasqueræ pro assistentia in hac causa nedùm singulis annis, sed singulis mensibus soluitur quantitas scutorum centum quinquaginta, vt deponunt testes examinati: vnde non videtur vt reclamare debeat à simili præstatione siue illam præstari velit proportionabiliter quolibet mense pro mercede, & salario, siue vnica vice quolibet anno in recognitionem, & præmium laboris ab eo præstiti.

10. Quæ dicebantur de cessione litis facta per Viariũ in Curia Eminent. D. Card. Vic. Domini non habuerũt in cõsideratione, quia continent solùm cessionẽ litis, nõ autẽ renunciationẽ salarij, vt patet ex lectura Monitorij in fine; vbi Viarius reseruauit sibi ius petẽdi salariũ. Vnde si quid dixit vrbaniter procedendo cũ Capitulo, eiusdémq; arbitrio se remittendo, non debet sibi præiudicare, cùm verba humanitatis & curialia nõ obligent, *cùm venissent, de restit.* Rot. *coã Card. Seraph. dec.* 1322. *n.* 2. vbi in his terminis, videlicet quòd huiusmodi verba sapiunt potiùs vrbanitatem quãdam, & modũ curialem tractandi cũ viris Nobilibus, quàm quòd indicãt pollicitationẽ aliquã seruitij gratuiti. Et magis in terminis Rot. *in rec. dec.* 238. *n.* 2. *p.* 1. Præsertim cum agatur cum Capitulo, quod liberaliter solet vnicuiq; pro se laborãti suam mercedem retribuere. Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO XXXVIII.

Sacræ Rotæ Roman. coram R. P. D. Arguellio.

In causa Boueñ. Abbatiæ.

Luna 3. Iunij 1645.

§. 1. ABbatia S. Mariæ de Tridentino, vacãs de anno 1604. per obitũ Horatij Olgiati, fuit à sanct. mem. Clemente VIII. commẽdata Ioann. Angelo Spagnolo, ad cuius fauorem emanauit etiã decretũ Executoris Apostolici pro immissione. Sed Capitulum Cathedralis Boueñ. prætendens se læsum prætextu anterioris possessionis, vigore cuiusdã vnionis auctoritate Apostolica de eadem Abbatia ad sui fauorem factæ, appellauit, litem introduxit coram Sanctiss. D. N. tunc tẽporis S. Rotæ Auditore, & mãdatum de manutenendo obtinuit, ipso tamen Capitulo tantùm informante. Nuper per obitum eiusdem Ioann. Angeli eadem Abbatia iterum vacans, fuit ab eodem Sanctiss. commendata D. Ludouico Centoflorenio, cum ampliss. subrogatione gratiosa, *in omni iure, & ad omne ius, quod dicto Ioãni Angelo competebat; & si non obiisset, competeret, & competere posset etiam quoad prosecutionem litis & causæ, in eisdem statu & terminis in quibus reperiuntur.* vt latiùs in litteris Apost. mihi vti Executori directis: Quapropter citato coràm me, eiusdem litis Iudice subrogato, Capituli Procuratore, dubitaui, an eidem Ludou. sit danda immissio: & dandã esse vnanimes Domini respondẽrũt.

2. Ratio resolutionis fuit, quia prædictæ literæ Apostolicæ visæ fuerunt omnimodè iustificatæ; ideóq; iure meritò exequendæ, *text. in c. si Capitulo, ibique gloss. in verb. exequatur, de præbẽd. in* 6. *in c. super literis, de rescr.* Cassad. *dec.* 10. *n.* 8. *eod. tit.* Rot. *dec.* 506. *n.* 1. *p.* 1. *dec.* 628. *eod. n. p.* 4. *& dec.* 258. *eod. n. p.* 7. *rec. & in Tullen. Priorat.* 28. *Iunij proximè præteriti coràm me:* & in illarum executionem prouisus Apostolicus est immittendus in possessionem, & quidẽ iudicio possessorio, ad instar *l. fin. C. de edict. D. Andr. tollend. vt docet Bald. in l.* 2. *n.* 59. *D. de seruit. & aq. arg. l. fin. C. Quor. bon. & Abb. in* 6. *Constitutis, il.* 2. *n.* 15. *de appell. cũ aliis, per* Menoch. *de adipisc. remed.* 6. *n.* 34. *& per* Rot. *dec.* 335. *n.* 15. *coràm Greg. XV.*

3. Siquidem vacatio per obitum Ioann. Angeli extra Romanã Curiã, probatur *ex testib. datis in sum. n.* 3. deponẽtibus de publica voce & fama, *quod sussi ere dixit* Bart. *in l.* 2. *§. si dubitetur. n.* 2. *vers.* 2. *habes. C. quẽ admodũ testam. aper.* Fel. *in c. fi. quamuis per* 5. *§. fin. n.* 24 *vers. vlt. dum tangit, vt lis non cõteſt.* Mohed. *dec.* 1. *n.* 1. *de probat.* Put. *dec.* 508. *lib.* 2. *in correct.* Rot. *in Salmantin. Capellæ del Voto* 20 *Nouemb.* 1598. *coram clar. mem. Card. Vãbilio.*

4. Lis inter dictum Ioann. Angelum, & Capitulũ Bonon. iustificatur ex cõmissione, decisione, aliisq; actis in causa factis, quibus optimè probari litem etiã super titulo beneficij extitisse ad effectũ subrogationis gratiosæ, *est doctrina Innoc. in c. cùm M. Ferrariẽ. sub n.* 9. *vers. sicut autẽ, de cõst.* Rot. *dec.* 607. *n.* 8. *& 9. p.* 5. *& dec.* 187. *n.* 2. *p.* 6. *rec. & fuit dictũ in Messan. Archipr.* 29. *Aprilis* 1641. *& 5. Maij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro, & in eadem causa* 19. *Ian.* 1643. *coram Reuerend. D. meo Dec.*

5. Valor expressus per non excessum ducatorum auri de Camera centum quinquaginta, probatur *ex testibus datis in summ. n.* 4. qui licèt deponentes de publica voce & fama, probãt sufficienter, vt per Caputaq. *dec.* 277. *n.* 8. *p.* 1. Coccin. *dec.* 87. *n.* 5. *& dec.* 428. *n.* 4. vbi quod Rota contentatur semiplena probatione. Necnon ex confessione Capituli, quòd in commissione asserit, hoc beneficium non excedere ducatos centum; exinde enim clarior redditur iustificatio gratiæ Ludouici, quia si non excedit centum, eò minùs excedet centũ & quinquaginta, vt in terminis respondit Rot. *coram Coccino, dec.* 145. *n.* 1. *vers. nec facit, & dec.* 931. *coràm Burat. quas sequuta est etiam in d. Tullen. Priuratus* 26. *Febr.* 1644. *§. nec. releuat, coram Reuer. D. meo Carillo?* sufficit enim quòd non excessus verificetur in minimo, vt aduertit Loter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 53. Mantic. *dec.* 138. *n.* 2. Rot. *in prælleg. Tullen. Priorat. eod. §. nec releuat, in fin.*

6. Clericatus etiam Ludouici remanet probatus *ex testibus in summ. n.* 6. itidem de publica voce & fama deponentibus, quos sufficere inquit Rota *decis.* 14. *de probat. antiq. coram Greg. XV. dec.* 10. *n.* 1. *& dec.* 35. *n.* 3. *coram Reuer. D. Vrgell. dec.* 406. *n.* 2. *& aliàs sæpè.*

7. Qualites quoque & valor obtentorũ iustificantur ex præfatis testibus, qui superabundãt, cùm quoad hoc sat esset qualis probatio. Ægid. *dec.* 974. *& dec.* 682. Rot. *in Nucerina beneficiorum* 10 *Octobr.* 1592. *coràm recent. mem. Card. Lambertin. impress.* post Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 64. *vbi in §. Valor obtentus, testatur, quòd* Rot. *contentari solet etiã minori, quàm semiplena probat. vt de vnico teste, de fama cũ adminiculo, & quod ita fuit pluries decisum.*

8. Gratia quoque Ioan. Angeli, cui Ludouicus fuit subrogatus, & omnia in ea narrata benè probantur ex processu contra Capitulum fulminato per executorem Apostolicam, pro quo præsumitur, *l. ab ea, ff. de probat.* Surd. *dec.* 109. *n.* 9. Rot. *dec.* 293. *n.* 6. *p.* 1. *rec.* iuncta confessione Capituli in commissione exposita, quæ superat omne genus probationum, *l. cùm precum. C. de liber. caus.* Et in puncto de confessione partis emanata in commissione *est dec.* 555. *n.* 9. *coram Greg. XV.* Caputaq. *dec.* 190. *p.* 1. *Caual. dec.* 33. *n.* 1. *Coccin. dec.* 145. *eodem n. cum aliis in d. Tullen. Priorat.* 26. *Febr.* 1644. *§. Primum enim, coram Reuerendiss. D. meo Garillo.*

9. Nec visa fuerunt obstare vnio aut possessio Capituli. Nam cùm vnio emanauerit tempore sanct. mem. Greg. XIII. nempe anno 1574. Possessio verò, sine qua non dicitur vnio effectum sortita. Garz. *de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 281. non fuerit capta nisi anno 1605. & sic post triginta annos vnio penitus euanuit, ex quo fuit reuocata & irritata per regulas Cancellariæ reuocatorias vnionem effectum non sortitarum, emanatas à quinque Summis Pontificibus ejusdem Gregorij XIII. successoribus vsque ad annum 1605. nempe Sixto V. Vrbano VII. Gregor. XIV. Innocentia IV. & Cle-

mente VIII. vt in specie de regalis reuocatoriis emanatis à Sixto V. *est decis. Toletana Beneficij de Vallecas 20. Nouembris 1592. coram Gypsio, & Mediolanen. diſsembrationis 16. Nouembris 1594. coram Orano, relata per Garz. de benef. d. part. 12. c. 2. n. 284. & 285.* Ideò vnio perinde est ac si non emanasset Caual. *dec. 403. ante n. 1.* Rota *dec. 360. n. 3. & dec. 627. n. 2. p. 3. recèt.* & in fortioribus terminis, quòd vnio, etiamsi habeat clausulas amplissimas, & præseruatiuas, & derogatorias ad futuras regulas, quod adhuc per istas subsecutas ante effectuationem censeatur reuocata, fuit decisum *in Toletana Capellaniæ, 23. Ianuar. 1608. coram S. D. N. Innocent. tunc Sacr. Rotæ Auditore.*

10. Prædictamque conclusionem dicebant Domini procedere etiam, quòd vnio sit facta pro augmento Diuini cultus, seu ampliatione dotis, aut mensæ Capitularis; quia nó cesset facta ex causa necessaria, dũ Capitulum per priùs etiam absque d. vnione se sustentauerat; & ideò cadit sub regulis reuocatoriis, vt pluribus relatis firmat Add. *ad Greg. XV. dec. 419. n. 6. vers. verùm hoc debet intelligi.* Gonz. *ad regulam 8. Cancellaria, gl. 5. §. 7. n. 53. vers. Cæterùm cum hodie.* Rot. *in suprà allegatis, dec. Toletana Beneficij 20. Nou. 1593. corã Gypsio. & Toletana Capellaniæ 27. Ianuarij 1608. & 18. Iun. 1610. coram Sanctiss. D. N. & fuit dictũ in Valentina subsidij 14. Martij 1616. coram eodem Sanctissimo,* & in aliis, quas refert & sequitur Caualer. *dict. decis. 403. per tot. &* Add. ad Buratt. *dec. 734. n. 3.*

11. Et consequenter Capitulum, quatenus nititur dicta vnione reuocata, & titulo redacto ad non titulum, non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem Ludouico prouiso Apostolico, vt est text. *in c. si à sede de præb. in 6* Put. *dec. 120. lib. 1. in correct.* cum aliis per Angel. *de Legir. contradict. q. 15. art. 5. n. 158. & seq.* per Rotam *in Elnen. Beneficij Sancti Saluatoris 16. Decembr 1602. corã Penia,* & Caputaq. *dec. 348. n. 4. p. 2.*

12. Nec eadem vnio visa fuit validari possessione, quia immissio est debita Ludouico, non solùm vti exhibenti gratiam iustificatam, *c. si Capitulo, de præbend. in 6. cum aliis in princip. allegat.* Verum etiam vti habenti gratiosam subrogationem ad ius dicti Ioann. Angeli vltimò defuncti. Gonz. *ad reg. 8. §. 7. proœm. n. 212.* Gregor. *dec. 570. n. 1.* Seraph. *dec. 1426. n. 2.* Caual. *dec. 450. dec. 438. vtrobique n. 1.* Buratt. *dec. 409. eodem num cum aliis in proposito cumulatis in Gadicen. beneficio. um 11. Martij 1644. §. verùm etiam subrogationis coram R. P. D. Meltio.*

Et ita fuit decisum vna tantùm parte informante.

DECISIO XXXIX.

Sacræ Rotæ Roman. coram R. P. D. Cerro.

In causa Ciuitaten. Presbyteratus.

Lunæ 3. Iulij 1645.

§. 1. CVm vacante per obitum Michaëlis Angeli Promptæ Archypresbyteratus Ciuitaten. fuisset à Sede Apostolica de eo prouisus Antonius Vsai, & instrumentalem possessionem eiusdem accepisset, vigore mãdati de immittendo obtẽti ab Exequutore Apostolico, ad impedimentum dictæ possessionis effectum Reuerendiss. D. Episcopus Ciuitaten. & Ampurien. prætendés Archipresbyteratum & huiusmodi fuisse Apostolica auctoritate vnitum suæ mensæ, tam suo proprio nomine, quàm etiam Capituli Ampurien. impetrauit commissionem super iactationibus, & manutentione mihi directam qua in actis præsentata, fuit citatus ad dicendum cõtrà prædictus Antonius, qui ad docendũ de suo bono iure produxit suã prouisionem, & instrumentum adeptę possessionis. Quapropter ad eius instantiam dubitaui. An ipsi esset dãdũ de manut. Quod affirmatiuè fuit resolutũ die 24. Martij præsẽtis anni, nõ obstã. quod Episcopus informare noluerit sub prætextu defectus mãdati Procurę.

2. In hoc statu Capitulum, & Canonici Ampurienses obtinuerunt aliã commissionem pariter mihi directam super iactationibus, & manutentione, & super nullitate d. Prouisionis Antonij, sub eodem prætextu, quod idem Archipresbyteratus fuisset ab Episcopo vnitus Capitulo, & instituerunt pro admissione iurium, & articulorum, quæ cum pro parte Antonij protestaretur non esse admittenda, ex quo Canonici non erant legitimi contradictores, cõsulta à me Rota in relationibus memoratis, DD. me propositio causæ lõgius protraheretur voluerũt, vt reproponerem dubium iam resolutum, quodq; tam Episcopus, quam Canonici, & Capitulũ audirentur, quo hodie proposito, informantibus tantum Canonicis, licet noua audientia principaliter esset concessa ad instantiã D. Episcopi, qui prius erat in causa; DD. steterũt in decisis eo præcipue fũdamẽto, quod cũ hic Archipresbyteratus sit prima dignitas post Põtificalẽ, vt aperte deducitur ex literis Prouisionis Pauli IV. in personã dicti Michaëlis Angeli prõptæ; & S. D. N. Innoc. X. in personã Antonij, in quibus maior dignitas post Pontificalẽ enunciatur, ibi, Archipresbyteratũ prædictum qui inibi dignitas post Põtificalẽ maior existit. Sum. Antonij primæ positionis n. 2. & 3. cadit sub reseruatione Regulæ tertiæ, hodie quartæ, vt aduertit Garz. *de benef. p. 1. c. 1. n. 268. & 270.* quæ cùm habeat decretũ irritans, inficit omnẽ titulũ, & possessioné, quatumuis Decretum non fuerit appositũ super certo corpore Beneficij, sed per viã legis generalis emanauerit dũ prout hic reseruatio est clara, & euidẽs, vt optimè explicando dixit Rot. *corã bo. me. Coccino dec. 511. n. 3. & dec. 48. n. 3. 4. & 5. p. 5. rec. & in Leod. Benef. 22. Maij 1643. corã R. P. D. meo Bichio.* Adeò vt propterea licet possessio Capituli esset anterior (quod hucvsque probatum non fuit) cum tamen ei resistat decretum irritans, tamquam infecta, & nullius momenti habetur pro vacua, & per consequens possessio Antonij licet instrumentalis, & posterior esset manutenibilis, vt benè aduertit Rot. *d. dec. 511. n. 4. corã bo. me. Coccino, & in d. Leodien. bẽnef.* & nouissimè dictũ fuit in *Mediolanen. Cimiliarcatus 15. Maij præteriti corã R. P. D. meo Pertingerio, versic. Nõ igitur obstat.*

3. Nec obstat primò, quod etiam beneficia reseruata Episcopus vnire possit. Quia præter quod etiam in casibus in quibus reseruatio non impedit vnionem, adhuc tamen suspendit illius effectum, pro toto tempore quo durat prouisio Apostolica, vt dixit Rot. *dec. 4. n. 1. & 2. & dec. 6. de rebus Ecclesia non alienandis, in antiquo.* Vbi quod vnio habebit tantum effectum cessante reseruatione. Conclusio non procedit in reseruatione perpetua qualis est illa Regulæ quartæ reseruantis Dignitates maiores post Pontificalem, stante enim reseruatione perpetua, Beneficia vniri non possint; vt benè explicat Garz. *de benef. p. vlt. c. 2. de vnion. n. 92. & 93.*

4. Minùs obstat secũdò, quod possessio huius Archipresbyteratus non fuerit ab Antonio capitulariter capta, quia cũ de iure communi dignitates non sint de Capitulo, nisi in illarũ erectione exprimatur concessio Stalli in Choro, & vocis in Capitulo. Ant. *coram Card. Seraph. dec. n. 1. & in Gerund. Capellaniæ 27. Ian. 1645. corã R. P. D. meo Bichio,* sufficit possessio adepta manu Exequtoris in literis Apostolicis deputati, etiam si capitulariter capta non fuit, vt aliis relatis fuit dictũ in *Treuer. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram me, & in Gerund. Capellaniæ sup. cit.* Contrariæ verò decisiones relatæ postremò in *Valu. Canonicat. 30. Maij 1644. coram Emin. D. Card. Coccino* loquuntur de possessione Canonicatũ capta per Canonicos, qui soli Capitulum constituunt, Gemin. *in c. mandatum de prab. in 6. Abb. in cap. scriptum n. 4. de elect. Card. Caual. dec. 57. n. 2. & 3.*

5. Prout etiam non releuat, quod in literis prætensæ vnionis hic Archipresbyteratus appelletur simplex beneficium, & nõ dignitas, quia præter quod sibditur, quod antiquitus vocari solebat Archipresbyteratus, ibi, *Che anticamente soleua dirsi Arcipretato di Terra noua.* Placuit DD. responsio, quod aut est vnum & idem, & cum sit prima Dignitas, intrat clara reseruatio Regulæ quartæ, vt suprà dictum est. Aut non est idem, vt prætendit Capitulum, & tunc exceptio vnionis vnius Beneficij non potest impedire manutentionem Prouiso Apostolico de altero beneficio diuerso. Cætera pro parte Capituli adducta non indigent responsione.

Et

Et ita informatibus etiam Canonicis fuit resolutum.

DECISIO XL.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ghisilerio.

In causa Colonien. Optionis.

Lunæ 5. Iulij 1645.

§. 1. TAm mandatum de manutenendo, etiamsi relaxatum à Decano Colonien. in executionem litterarum Apostolicarum mandati de subrogando, quam illius executio, cum præcesserint post inhibitionem Rotalem, ex quo non obstante citatione cum inhibitione Rotali præsentata Gerardo sub die vltima Ianuarij, & 2. Februarij 1645. fuit relaxatum mandatum sub die 18. Februarij, & possessio capta sub die 23. eiusdem, vti attentata sunt reuocanda, *c. non solum in fine, & c. Romana, §. quod si obiiciatur, de appel. in sexto*, Rot. *dec. 51. de appel. in nouis*, ex regula, quod inhibitio Rotalis, siue iusta est timenda, vt pluries dixit Rot. coram Burat. *dec. 181. n. 1. & 2. coram eodem dec. 509. n. 1. coram bon. mem. Pirouano in Aesina laudi 19. Decēb. 1625. coram bon. mem. Merlino in Romana deuolutionis domus 3. Iunij 1628.* & alibi sæpius, cum non sint partes iudicis inferioris cognoscere, an inhibitio intret, necne.

2. Nec facit, quod dictum mandatum de immittendo fuerit relaxatum in executionem litterarum Apostolicarum vigore mandati de subrogando, quia in indiuiduo, possessionem captam à gratiosè subrogato post inhibitionem Rotalem esse attentatam firmauit Rot. *in Toletana Parochialis 26. Iun. 1609. coram Sanctiss. D. N.* confirmata *coram bon. mem. Remboldor. inter recentiores part. 4. decis. 620. n. 1. vbi n. 3. & 4.* ponderatur, quod licet executor datus in litteris subrogationis non potuisset denegare subrogato illarum executionem, absque censurarum incursu, subrogatus ipse debuit abstinere, stante Rotali inhibitione, & propterea citra vitium attentatorū Gherardus nō poterat accipere possessionem, postquā præsētata fuerat personaliter inhibitio Rotalis.

3. Et etiam attērata dicta possessio ex alio capite, cùm fuerit capta infra decem dies, nempe sub die 23. Februarij, & sic intra tempora ad appellandum, quia Decanus Colonien. non erat merus, sed mixtus executor, propter clausulas, dummodo alteri non sit ius quæsitū; & amoto quolibet illicito detentore, in literis Apostolicis appositas, & consequenter tenebatur assumere officium iudicis, & citare Canonicos, & Capitulum, & ab eius sententia dabatur appellatio, & ideo possessio capta in vim mandati de immittendo intra terminum ad appellandū, est nulla, & attentata, vt sæpius fuit dictum in *Rota*, & præsertim cum Seraph. *decis. 1045. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 91. per tot. dum aliis allegatis per Addentes ad decis. 413. nu. 4. coram eodem.* Deducta ab informantibus pro Gherardo non sunt habenda in consideratione, & in omnem casum supradicta attentata, quatenus non essent reuocanda ad instantiam Canonicorum, & Capituli, sunt tamen reuocanda officio iudicis, ob spretum iurisdictionis Rotalis, cuius maiestas fuit læsa, cum supradicta emanauerint post inhibitionem Rotalem, personaliter præsentatam Gherardo, vt aliis omissis, quæ regulariter ad hoc propositum allegantur, firmauit Rota *in Messan. Decanatus 15. Februarij 1645. coram me.* Et ita vtraque, &c.

DECISIO XLI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cartado.

In causa Papien. Beneficij. Pro Illustri & R. D. Augustino Amedæo Burontio.

Contra R. D. Ioannem Petrum Tascam.

Lunæ 20. Nouembris 1645.

§. 1. VAcante beneficio simplici in Parochiali Ecclesia S. Mariæ, & S. Valentini loci Rosaschi Papien. Diœcesis per obitum Ioseph Buccini, de mense Aprilis fuit ad illud præsentatus à maiori parte Patronorum Laicorum Augustinus Amedæus, qui successiuè literas Apostolicas Vicario Episcopi Nouarien. directas obtinuit, quibus iniungebatur eidem, quod iustificato in primis, & ante omnia coram ipso d. Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione ac ipsius Augustini idoneitate comperta præfatum beneficium auctoritate Apostolica illi conferret, & assignaret; mox Bartholomæus Ottina d. beneficium tanquam vacans in mense reseruato, impetrauit, ac eius possessionem assecutus fuit, & subindè causam iactationis, & iactationum bonæ memor. Coccin. committi obtinuit contra præfatum Augustinum, quæ illi fuit personaliter intimata cum citatione, & inhibitione, iisque subinde reproductis decretus fuit eo instante processus per contradictas de anno 1640. Quibus peractis dict. Bartholomæus ex humanis decessit; Indéque orta controuersia inter Augustinum instantem pro subrogatione in ius, ac possessionem defuncti collitigantis vigore Regul. Cancel. S. D. N. 29. de subrogand. Collitig. & Ioann. Petrum Tascam nouam eiusdem beneficij prouisionem petentem, hodie proposui Dubium ab Eminentiss. D. meo Cardin. Pro datario transmissum. An Augustino sit danda subrogatio: & Domini responderunt affirmatiuè.

2. Siquidem Clericatus d. Augustini probatur ex litteris parentibus Ordinarij, *vt not. in c. 1. de Cleric. Peregr. & in c. post cessionem de Prob.* Rot. *penes Puth. dec. 114. num. 5. lib. 2. & Cas. de Graff. dec. vnic. num. 5. & seq. de præsumpt. bon. mem. Card Seraph. Dec. 713. sub n. 1. bon. mem. Card. Caualer. dec. 483. n. 2. vers. Clericatus enim, &c. & Reuerendiss Vigellen. dec. 430. num. 2. ac in Recen. dec. 321. num. 5. vers. Clericatus, &c. part. 1. & in Messan. Archipresbyter. 29. Aprilis 1641. coram R P. D. meo Cerro. in § Clericatus autem & in Gerunden. Priorat. 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Bichio in §. Clericatus*, Idoneitas verò illius ex Relatione DD. examitorum in Vrbe, Rot. *penes bon. mem. Bur. dec 613. num 6. ver. qua relatio & in recent. dec. 187. n. . vers. Clericatus, & idoneitas, &c. p. 6.* Obitus autem Bartholomæi in possessione d. beneficij ex confessione vtriusque partis in earum supplicationibus *ad l. cum precum C. de liberal. caus. Card. Caualer. d. dec. 483. sub n. 2. vers. obitus &c. & penes Burat. dec. 300. in vers. quintò & c. vbi Adden.* referunt concordantes, *& dec. 607. sub n. 20. vers. Tum quia hoc, & c. part. 5. recent.*

Lis demum suprà relata inter eos vigens ex ipsis actis, & processu coram præfato bon. mempr. Coccin. in præsentia exhibitis, ex quibus vtique probatur litis pendentia inter prædictos, quia non solum fuit obtenta commissio, sed eius vigore citatio, ac inhibitio contra Augustinum personaliter executa, & deinde reproducta, *cap proposuisti, extr. de foro competent. cap. gratum, de offic. delega. Clement. 2. vt lite pendent.* & in his terminis respondit, Rot. *in Gerunden. Canonicar. 14. Maij 1601 penes S. mem. Gregor. dec. 27. n. 2. versic. de lite enim, &c. & in Rom. Capellan. 15. Maij 1626. penes Burat. decis. 927. n. 3. vers ex qua, &c.* vbi quod Rota semper fuit huius sententiæ, *ac decis. 321. n. 2. versic. de lite, &c. part. 1. decis. 454. num. 7. versic. Presbyteratu. & c. part. 2. & dec. 507 n. 6. versic. cum alias, &c. part. 1. recent. & in dd. Messanen. & Gerunden.* & rursus in eadem *Messanen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1643 coram Reuerendiss. Domino meo Decano in §. iustificario autem.*

3 Quibus concurrentibus subrogatio conceditur Collitiganti superstiti vigore dictæ Regulæ 29. ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, & ex litium diuturnitate Ecclesiarum, ac beneficiorum detrimenta proueniant, contra *text. in cap. 1. & 2. vt lite pendent. in 6.* & latè comprobant ad eandem Regul. Sarnens. *quæst. 1. §. ita tamen, versic. non tamen videtur*

honestum,&c. dicens illi non esse derogandum in præiudicium collitigantis, *& quæst. 11. in princip. versic. & certè,&c.* & Mandos. *quæst. 2. sub n. 6. versic. ex præmissis,* & respondit Rota apud Cardinalem Seraph. *dec. 990. & dec. 1165. & sanct. mem. Greg. d. dec. 27. & dec. 125.* ac Burat. *d. dec. 927. & in rec. dec. 426. part. 4. & dec. 607. n. 2. vers. quibus requisitis concurrentibus, & c. part. 5.*

4. Non obstat, quod lis illa non vigeret super titulo beneficij, prout necessarium est, vt intret subrogatio vigore dict. Regulæ *29. per textum in dicto c. 2. in princip. ibique not. glos. in verb. finita, & in c. 1. in verb. litigantibus, vt lit. pendent. in 6. & in Clem. 1. versic. Collato, & in verb. litigantibus, eod. tit.* ac sæpiùs Rot. respondit, sed super possessione ad quam videntur restrictæ iactationes Augustini in ea commissione narratæ. Mandos. *de dict. Regul. q. 14. sub n. 7. versic. aduerte tu, & c.*

5. Nam in principio dictæ commissionis fuit quidem expositum à Bartholomæo, vti præmisso in mense reseruato, quod Augustinus prætendens dictum beneficium esse de Iurepatronatu laicorum, séque ab illis præsentatum, iactabat velle in partibus ipsum molestare in possessione eiusdem, ac fructibus, prouentibus & bonis illius. Verùm in conclusione petitam causam committi non tantum super huiusmodi iactationibus, & molestationibus, sed cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, totóque negotio principali, ad quam & quas, &c. Quibus sanè verbis tam possessorium, quàm peritorium in commissione comprehensum fuit, ac subinde per eius productionem, vtrumque censetur in iudicium deductum, quando eam producens non se restrinxit ad certam speciem, quinimo illa generaliter vsus fuit, vt in hoc casu apparet ex citatione contra Augustinum executa, ad *l. solemus, ff. de iudic. cap. 1. §. Cœlestinus, extr. de sequestr. possess. & fruct.* & hanc sententiam sequitur Rot. vt per Ægid. *dec. 618. ad finem, vers. & maximè, &c.* Menoch. *dec. 6. post medium, vers. Insuper, de rescript.* Veral. *dec. 152. part. 1.* & fuit dictum *in Mediolanen. Capellan. 3. Iulij 1595. coram rec. mem. Card. Pamphil. & dec. 254. sub n. 1. part. 1. diuers. Card. Caual. dec. 200. n. 5. vers. præterea Domini, &c.* & in his terminis *483. sub n. 2. & sequent. vers. diffi ultas erat, &c.* & Burat. *dec. 405. n. 6. vers. nam vltrà quod sufficit, &c.* ac prius *à n. 1. & seqq. & sanct. mem. Greg. d. dec. 25. n. 1. vers. non obstat quod dicitur, &c. & bo. mem.* Andr. *dec. 44. n. 10. vers. unde etiam, &c. & in rec. dec. 342. sub n. 2. vers. tamen cum causa, p. 1. & dec. 426. n. 2. vers. lis autem ad hunc effectũ, &c. p. 4. & dec. 569. n. 40. vers. tum quia causa, &c. p. 5.* & latè fuit probatum *in d. Mess. Archypresbyter. coram R. P. D. meo Cerro, in §. nec dubitari potest, ac seqq.* & deinde *coram Reuerendiss. D. meo Decano, dicto die 19. Ianuarij 164.., in § neque subsistit. & in §. eoque magis.*

6. Minus obstat quod lis dici non possit super titulo, nec ideo beneficium effectum litigiosum, cum Augustinus, qui tanquam actor in eiusmodi iactationum iudicio consideratur Bald. *in l. diffamari, in fin. C. de ingen. & manumiss.* Ossasc. *dec. 151. n. 4. & 9.* & Rot. *dec. 102. n. 9. vers. quia sufficit, &c. p. 6. rec.* ac proinde ex illius persona, & iure, iudicij qualitas dignoscitur, Seraph. *dec. 990. n. 4. & in rec. dec. 212. n. 6. part. 1.* Non habeat institutionem, seu collationem beneficij, ex qua illi fuerit acquisitum ius in re, sed solum mandatum de prouidendo, cuius vigore, iustificatis in eo dispositis, illud petere non poterat tanquam suum, sed potiùs tanquam sibi debitum, quo casu lis non dicitur super titulo, nec litigiosum censetur beneficiũ, ad *text. in d. Clement. 1. in princ.* ibique explicat *gl. in dicto verb. collato, & in verb. litigãtibus, & ibi pend. & in d. c. 1. & 2. eodem tit. in 6.* & fuit dictum *in Roman. Capellan. 3. April. 1620. coram bo. mem. Coccin. & in Leodien. Canonicat. 9. Iunij 1621. coram bon. mem.* Vbald. *relatis in dict. Gerunden. Priorat. coram R. P. D. meo Bichio, §. Lis probatur, ac sequent.* Quia litteræ Apostolicæ Augustino concessæ non continent mandatum de prouidendo simplex, ac nudum, in quibus terminis Rota Respondit in decisionibus oppositis, sed ad fauorem præsentati ad hoc ipsum beneficium tanquam Iurispatronatus laicorum, quo iustificato sequebatur, quod cum non esset comprehensum sub regula reseruatoria mensium, prouisio Bartholomæi non erat valida, nullúmque ex ea illi fuerat ius acquisitum, vt fuit dictum *in Barcinonen. Iurispatr. 3. Aprilis 1643. coram me,* ac in aliis pluribus ibi relatis, & beneficium spectabat ad Augustinum, ac ipsi adiudicandum erat. Idéoque ex eiusmodi lite, quæ agitur inter ipsos præsentatos, siue inter præsentatum à Patrono, & prouisum ab Ordinario, vel à Summo Pontifice, beneficium censetur litigiosum, vt fuit resolutum *in Lucan. Iurispatronat. 19. Ianuarij 1611. coram bo. memor. Penia in §. nec refert, versic. secus autem, &c.* adeò quod altero ex eis decedente, nec licet Ordinario alij illud conferre, nec Patrono alium præsentare, *per text. in dicto cap. 1. cum ibi not. per gl. & DD. & in dicto cap. 3. vt lite pendent. in 6.* sed eius dispositio spectat ad Summum Pontificẽ, & propterea sub hac Regula comprehenditur, vt probat Sarnen. *in comment super ea quæst. 6. ad finem, versic. nam in iure quæsito per præsentationem, &c.* & firmauit Rota *in Mediolanen. benef. 1. Iunij 1592. penes Cardinalem Seraph. dict. decis. 990. à num. 3. & sequentib. versic. quia cum Ioann. & c. relata in Roman. benefic. sanctæ Mariæ Maioris 30. Martij 1637. coram Eminentiss. Domino meo Cardin. Panzirolo d. dec. 607. sub n. 9. & 10. part. 5. rec. & in Veronen. benef. 2. Iunij 1634. coram bon. mem. Coccino in §. neque releuat quod lis nõ esset super titulo, ac seqq.* & comprobatur ex adductis *in dec. eiusdem 42. sub n. 1. & 2. & per Modern. Roman. de re benef. lib. 2. q. 20. sub n. 35. vers. itaque, & sub n 42. vers. & ideo, &c.*

7. Accedit etiã quòd cùm Bartholomæus narrata eius prouisione Apostolica obtinuerit commissionem, non solùm super assertis iactationibus Augustini, sed super incidentibus, ac emergentibus, & toto negotio principali cum clausula, quam, & quas, &c. sub quibus amplissimis clausulis certum est, tam possessorium, quàm peritorium, & titulum beneficij fuisse comprehensum, eaque simpliciter, ac indistinctè vsus fuerit, & aduersarij generaliter citari fecerit, vt suprà dictum est, hinc etiam rectè dicitur ad hunc effectũ titulum beneficij fuisse in ea lite deductum illúdque effectũ litigiosum stante præexistentia collationis, seu prouisionis ipsius Bartholomæi, super qua etiam principaliter cognosci poterat, vt in his terminis probauit Rota *penes Cardinalem Caual. dicta dec. 483. sub n. 9. & seq. vers. & ad hunc effectũ, &c. & in rec. dec. 306. sub n. 1. vers. quam etiam ex eo, &c. p. 1.* & latius *d. dec. 426. sub n. 2. p. 4.* & fuit dictum *in d. Gerund. Priorat. §. Tum etiam quia lis, in versic. maxime verò, &c.* & rursus in eadem *9. Dec. 1644 in §. & gratis dicitur, in vers. commissio est generalis, &c.* ac *d. Messanen. Archipresbyter. 29. Aprilis 1641. in §. nec dubitari potest.* Hoc enim pacto dũ ipse causã cõmitti obtinuit, dicitur sibimetipsi litẽ intulisse (quæ durat vsquequo durat cõmissio) ac proprium beneficium litigiosum effecisse, vt inquit *Sarnen. ad regul. de Triennal. q. 56. colum. penult. sub littera R. vers. nec etiam releuat, &c.* & eũ sequitur Rota *dec. 94. n. 30. vers. dumq; imperat, &c. part. 7. recent.*

8. Præterea non obstat quod lis ex parte Augustini esset calumniosa, atque ideò non posset ei suffragari ad obtinendam subrogationem, vt probat Sarnen. *ad dictam regulam in Præfatione, ibique* Mandos. *quæst. 11.* Rota *penès* Seraph. *dicta decis. 1165. n. 7. & sequentib. versic. tertium, &c.* Quia scilicet constet euidenter de non iure illius ex instrumento inuestituræ de anno 1569. 7. Octobris, in quo legitur, Auctores eorum à quibus ipse fuit præsentatus inuestitos fuisse ab Episcopo Vercellensi iure feudi de Aduocatia dictæ Ecclesiæ SS. Mariæ, & Valentini de Rosascho cum Clericaturis, quod quidem ius Aduocatiæ, vel importat solam defensionem ac protectionem Ecclesiæ, intra

not. in cap. Saluator : verſic. nomine verò. 1. quæſt. 3. & in cap. generali, de elect. in 6. vel ſi intelligatur etiam de iurepatronatus, vt ſentit *gl. in cap. quia Clerici. in verb. Aduocatias, extr. de iurepatronat.* ibique not. Abb. *ſub num. 2.* Butr. *ſub num. 6.* & alij, & admiſit Rota *in Terdonen. iurispatronat. 24. Ianuarij 1614. coram Sanctiſſ. D. N.* Illud tamen ab Epiſcopo nulliter fuit illis conceſſum eo particulari titulo feudi, vt notat Innocent. & alij *in c. cum ſæculum. de iurepatronat. Roman. conſil. 368. ſub num. 2. verſic. tamen illud, &c.* Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. part. 2. q. 7. art. 1.* & penitus abrogatum ex diſpoſitione S Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de reform. c. 9, verſ. reliqui patronatus, &c.* vt in huiuſmodi conceſſionibus ab Epiſcopo Vercellen. factis generaliter declarauit ſacra Congregatio Eminentiſſim. DD. Cardinalium eiuſdem S. Concilij interpretum, die 30. Aprilis 1622.

9. Nam (quidquid ſit de illius teſtamenti fide, ac releuantia, cùm tantum ſumptum ex alio ſumpto fuerit in præſentia exhibitum à Taſca exemplatum dicta lite pendente, abſque iudicis auctoritate, & partis citatione, contra *text. in cap. fin. extr. de fide inſtrum.* Rota penes Buratt. *deciſ. 472. per tot. & in recent. deciſ. 595. n. 10. verſ. maximè, &c. part. 5.* fuit reſponſum, quòd Auguſtinus non producit, nec vtitur d. inſtrumento, nec ex eo intendit probare. Ius patronatus illorum à quibus fuit præſentatus, ſed ex fundatione ac dotatione quo titulo fuerunt hactenus admiſſæ ab Ordinariis aliæ præſentationes ab eis factæ, & ſubſecutæ inſtitutiones, & ſignanter de perſona præfacti Ioſephi Buccini vltimi eiuſdem beneficij pacifici poſſeſſoris, vt apparet ex publico inſtrumento anni 1598. 16. Martij, ac etiam ſuper canonizatione illius, vti ex fundatione ac dotatione competentis, emanauit ſententia Ordinarij de anno 1619, 18. Maij, cui multùm defertur in hac materia, in qua de ipſius agitur præiudicio. Rot. *dec. 11. de iurepatron. in non.* & penes Put, *dec. 172. lib. 1. ac ſanct. mem. Greg. dec. 58. n. 3. verſ. & præſertim, &c.* & licèt non fuerit adhuc exhibitus proceſſus, ex ea tamen reſultat huius litis præſumptio. Rot. *penes bon. mem. Card. Mant. dec. 350. num. 9. verſ. neque etiam obſtat, &c. & dec. 595. ſub num. 5. verſ. non obſtat igitur, &c. lib. 1. part. 3. diuerſ. ac deciſ. 498. ſub num. 2. verſic. ſed ad effectum, &c. part. 3. recent.* cum qua concurrit prædicta vltima præſentatio, cum ſubſecuta inſtitutione: & poſſeſſione pacifica per annos circiter quadraginta, quæ omninò ſufficiunt ad excludendam, obiectam exceptionem non iuris & calumniæ; illa enim ad effectum impediendi ſubrogationem debet eſſe adeò euidens ac manifeſta, vt euitari non poſſit, atque ideò quauis probabili ratione refellitur, cùm non teneatur eam petens docere de bono iure ſuo. Rot. penes Beſignet. *dec. 3. num. 3. verſ. nam litis motio, &c. de rer. permut.* Caſſad. *deciſ. 7. num. 1. verſ. tamen quando, &c. de dol. & contum. & deciſ. 5. num. 3. verſ. ex quibus, &c. vt lit. pend.* Seraph. *diſt. deciſ. 1165. numer. 9. & ſeq. verſ. neque obſtat, &c.* Caualer. *dicta dec. 126. à num. 4. verſ. minùs, &c. & ſeq. & ſanct. mem. Gregor. d. deciſ. 27. num. 5. & ſeq. verſ. non obſtat quod obiicitur, &c. & d. deciſ. 125. à num. 1. verſ. nec obſtat, &c. & ſeq.* & Buratt. *d. deciſ. 297. num. 10. verſ. quæ verò deducuntur, &c. & in recent. d. deciſ. 426. num. 6. ver. denique non obſtat, &c. p. 4. & dec. 607. num. 16. & ſeq. verſ. attamen, &c. part. 5. & in dict. Meſſanen. Archipresbyter. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in §. & hinc ceſſat, & coram R. P. D. meo Cerro. in §. præſertim cùm appareat, & in d. Gerunden. Prior. in §. animaduerterunt Domini, verſ. quæ cauſa corolara, &c.*

10. Neque ſubſiſtit, quod cùm Ruguſtinus impetrauerit beneficium, de quo fuerat prouiſus præfatus Bartholomæus ætate 60. annorum circiter tunc conſtitutus, cui propter ſenium vitæ periculum imminebat, ideò non ſit illi concedenda ſubrogatio, vt cauetur *in d. reg. 29. in verſ. & nihilominùs.* Quia hoc caſu cenſetur improbus litigator, vbi notat Sarn. *q. 16. verſic. vnde ratione, &c.* & Mandoſ. *quæſt. 6. ſub num. 21. verſ. qui valet, & c. & ſeq.* ac Rota *dec. 42. ſub num. 15. & ſeq. verſic. non enim, &c. 2. diuerſ.*

11. Quia præter quòd non ſatis deducitur imminens vitæ periculum ex ſola ætate ſexaginta annorum, vt etiam docuit euentus, cùm Bartholomæus ſex circiter annos poſteà ſuperuixerit, vt in his terminis Rota *in d. Gerunden. Priorat. coram R. P. D. meo Bichio 27. Iunij 1644. in §. minùs applicatur alia limitatio, &c. & ruſſus 9. Decemb. eiuſd. anni, in §. dixerunt pariter.*) Ex facto remouetur obiectum; nam conſtat quòd dictus Auguſtinus fuit præſentatus, & literas Apoſtolicas obtinuit per plures menſes, antequam Bartholomæus fuiſſet prouiſus, ſcilicet 8. Id. Maij anni 1628. ille verò fuit prouiſus 3. Kalend. Nouembris eiuſdem anni.

12. Denique, non obſtat, quòd illius Regulæ 29. diſpoſitio non habeat locum ad fauorem præſentati à prætenſis patronis, ne fiat præiudicium libertati beneficij, quam alter nouam prouiſionem petens intendit defendere.

13. Quia cùm ipſe præſentatus ſuperſtes vigore ſubrogationis non ſolùm innitatur iure ſuo, ſed etiam defuncti collitigantis, ideò conſeruatur æquè in eius perſona ius libertatis beneficij, nec vllum illi fit præiudicium; interèa verò præualet ratio ſopiendi lites, quæ publicam concernit vtilitatem, & fauorabilior eſt, vt per Sarnenſ. *ad eandem regulam, in fin. proœm. 2. illud tamen, & quæſt. 13. verſic. tamen tenendo primam opinionem,* &c. & exornat ibidem Mandoſ. *in præm.* ideóque iure merito illi concedenda eſt ſubrogatio, vt fuit reſolutum *in dict. Mediolanen. benef. coram Cardin. Seraph. d. deciſ. 990. à numer. 3. & ſeq. & in d. deciſ. 1165. numer. 12. verſ. verum, &c. & per tot.* in quibus Rota reſpondit dandam eſſe ſubrogationem præſentato à patronis Beneficij contra petentem prouiſionem, *& in d. Roman. Capellan.* 1. Maij 1626. penes Buratt. *deciſ. 927. n. 1.* vbi expreſsè firmatur, quòd dicta regula locum habet etiam in Beneficiis de Iurepatronatu laïcali.

Atque ita fuit concluſum vtraque parte informante, &c.

DECISIO XLII.

Sacræ Rot. Roman. coram R. P. D. Veroſpio.

In Cauſa Calaguritana Beneficij de Cornago.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

§. 1. ADmittendos eſſe articulos per Ioannem de Peralta, & Ioſephum de Baroxa exhibitos ad excludendum Baccalaureatum Petri aduerſarij, Domini reſponderunt, quia in dubio ex ſtylo huius tribunalis denegari non ſolet examen teſtium in Curia, ſi de eius releuantia apparet, de quo ſtylo teſtatur Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 14. num 6.* Rot. *dec. 24. & 25. de teſtib. in ant. & coram Verallo dec. 47. part. 1. & in Roſanen. Decimarum 10. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bichio, & anteà in Roman. dotis 15. Aprilis 1630. coram R. P. D. Queippo,* vbi rationem ponderat, quòd eorum probatio oblata cenſetur in continenti, quæ in omnibus iudiciis etiam ſummariis admitti ſoler, iuxta text. *in cap. litteras, de reſtit. ſpol. & in l. ille à quo, §. ſi de teſtamentô. ff. ad Trebell. cum aliis,* per Molin. *de primog. lib. 4. cap. 9. num. 4.*

2. Huius verò releuantiæ probationis ostenditur ex quo cessante gradu Doctoratus cessat fundamentum prælationis in decisionibus ponderatum ad fauorem Petri, cùm etiam ex facto tollatur alterum quòd esset Sacerdos antiquior; & hos articulos eo facilius admittendos esse Domini censuerunt, quia fumus veritatis huius futuræ probationis exhibetur ex libris compulsatis in Vniuersitate Salamantina, in quibus non legitur nomen Petri descriptum, prout ex dispositione statuti pluries adnotari consueuisse studentium nomen, antequam laurea decorentur ex illius exhibitione docen[illegible], cuius obseruantia probari intenditur ex testibus in Curia examinandis; ex hac enim obseruantia resultat probatio negatiuæ, quòd Petrus in eodem libro non sit descriptus, nec gradu Doctoratus fuerit insignitus, vt notat Baldus *in l. 2. C. de err. adu. num. 5. in fin.* Ruin. *cons. 35. num. 19. l. 1.* Rota *coram Cassad. decis. 5. numer. 5. super regul. & coram Achil. decis. 9. super reg. de trien. n. 4. & coram Gregor. XV. dec. 189. n. 5.* præsertim cùm in eisdem articulis asseratur vnicum esse librum pro descriptione studentium destinatum, & ab vnica tantùm persona retentum, quæ Secretarij munere fungitur; qui sanè articuli, cùm non nisi ex testium depositione valeant iustificari, admitti debent, etiamsi aliorum probatio resultaret ex scripturis, vt firmauit Rota *dec. 17. de test. in antiq. & coram Caualer. dec. 271. numer. 5.*

3. Hinc cessat obiectio, quòd articuli videantur concepti ad euertenda decisionem fundamenta, & propterea reiici debeant, vt aliàs reiecit Rota *in Mediol. con. 9 Maij 1597. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & in Bononien. dismembrationis 11. Decembr. 1634. coram* R. P. D. *meo Ghisterio*: illi enim etiam admitti solent dùm fumus veritatis exhibetur, vt censuit Rota *coram Greg. decis. 414. n. 4. & in Cracouien. Iuris legendi 3. Decembris 1629. coram* R. P. D. *meo Ghisterio inter impress. part. 5. decis. 325. num. 28.*

4. Tollitur etiam altera obiectio, quòd materia super qua petitur testium examen, vti continens probationem falsitatis; dicatur obiectiua, super qua remissoria non conceditur, *iuxta dec. Verall. 60. num. 2. & 63. num. 3. part. 3. & 503. num. 4. part. 2. recent.* Quia dùm datur fumus, denegari non debet articulorum admissio, etiam materia obiectiua, si obiecta deducantur excipiendo, & sint de iure dantis, vt notat Vestr. *in prax. lib. 6. cap. vltim. num. 1. in fin.* post Felinum *in cap. cùm causam, n. 23. de testib.* Menoch. *de recup. rem. 15. n. 361.* Rota *coram Put. dec. 219. n. 3. lib. 1. & coram Burat. decis. 28 n. 7.*

5. Non obstat sententiam Petri transitum fecisse in iudicatum, quod finem sicut litibus imponit, illa articulorum admissionem impedit, Ias. *in l. pater furioso. numer. 22. ff. de his qui sunt sui vel alior. iur.* Rota *coram Verall. dec. 41 num. 1. part. 3. & coram Greg. dec. 211. nu. 2.* quia limitatur prædicta conclusio pendente causa restitutionis in integrum, vt dixit Rot. coram Verallo *dec. 67. nom. 1. part. 3.* & coram Buratto *dec. 555. num. 5.* & coram Caual. *dec. 425. num. 3. & in Ianuen. pecuniariæ 27. Iun. & 28. Decemb. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano* etiamsi lapsum fuerit quadriennium, quod ex stylo Curiæ ad hunc effectum non attenditur, vt firmauit Rota coram Burat. *decis. 452. num. 7. & 604. num. 17. & in Adrien. Iurisdictionis 27. Iunij 1621. coram bon. mem. Pirouano, & in Romana fideicommissi de Caetanis 22. Aprilis 1655. coram bon. mem Coccino.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XLIII.

Sacræ Rot. coram R. D. Dunozet Decano.

In Causa Toletana Pensionis.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

§. 1. AGenti D. Abbati Ioanni Antonio Costæ, pro solutione pensionis scutorum 200. reseruatæ vsque sub Kalend. April. 1626. super Archidiaconatu Toleti per Eminentissimum D. Cardinalem Borgiam tunc possesso, contra D. Paulum Iordanum, vt fiduciarium, qui accesserat huic reseruationi, cùm opponeretur de dictæ pensionis extinctione per obitum Didaci de Cardenas, sub cuius nomine apparebat facta reseruatio; sed tamen allegabatur à Domino Abbate nudum tantummodò nomen illum præstitisse, commodum vero & vtilitatem spectare ad ipsum Dominum Abbatem, sicut idem Cardenas tanquam Hispanus (vulgariter nuncupatus *Testa diferro* habebat etiam alias pensiones super sui capite, reseruatas ad commodum & vtilitatem Italorum, ita vt inde iuuetur ipse dictus Abbas subrogatione quam fecit sanctæ memoriæ Vrbanus VIII. Ioannis Gonzales Lagunes pariter Hispani, transferendo in istum omnes pensiones, quæ aderant auctoritate Apostolica reseruatæ super capite dicti Cardenas. Contigit dubitari, an pensio sit reseruata ad commodum & vtilitatem ipsius Domini Abbatis, & D. Paulus Iordanus pro ea teneatur. Quo dubio proposito DD. vtrumque illius caput affirmatiuè resoluerunt.

2. Etenim respectu vtilitatis & commoditatis pro Domino Abbate animaduertebatur nouum non esse, vt reseruationes pensionum concipiantur in persona Hispani, & nihilominus commoditas spectet ad Italum, prout fieri consueuisse referunt Garz. *de Benef. p. 1. c. 5. n. 161.* Loter. *de re benef. lib. 1. q. 36. num. 90. & seqq.* Castrop. *quæst. mor. tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 15. §. 10. num. 2.* Rot. *diuers. dec. 400. n. 2. p. 1. in Nolana pensionis 10. Ianuarij 1610. impress. penes Marches. de commiss. p. 1. pag. 622. n. 8. coram* Burat. *dec. 835. n. 6. & coram Reuerendiss. D. Durano dec. 183. n. 8.* super quod vbi directa probatio nequeat haberi, nec dubitabatur sufficere præsumptiones, & coniecturas, Loter. *d. q. 36. n. 105.* Caputaq. *dec. 200. n. 6. p. 1.* Rot. *ibi dec. 401. num. 2. p. 1. coram Card. Seraph. dec. 1088. n. 1. & dec. 1108. num. 1. & coram Burat. dec. 724. n. 3. & dec. 791. n. 2.*

3. Ita verò Papam voluisse in præsenti reseruare ad commodum & vtilitatem Domini Abbatis, ipsum Papa ac partes hoc ita etiam intellexisse apparet, librando non minus contextum totius supplicationis, quàm seriem desuper gestorum die Signaturæ illius, vel ante, ac demùm postea, supplicatio enim ipsa continendo insimul cum reseruatione pensionis cui Eminentiss. Cardinalis Borgia consensit, etiam resignationem Domini Abbatis Costæ de Canonicatu in Ecclesia Collegiata Beatæ Virginis Mariæ in Via Lata Vrbis, ad fauorem D. Iordani familiaris eiusdem Eminentissimi Cardinalis, ac facultatem pro reseruatorio pensionis transferendi, & respectiuo Eminentissimi Cardinalis Titularis onere illam soluendi, etiam mandatam, sat detegit contemplationem habitam à Papa dictæ vtilitatis & commoditatis, siue dùm, alioquin frustratoria fuisset mentio resignationis factæ à Domino Abbate Costa, vt benè ad rem ponderat Cardin. Seraph. *decis. 1108. numer. 3.* siue potissimùm, quia similes facultates non consueuerunt inseri literis reseruationum continentium indifferenter pensionarij nominationem, cum illius commodo, sed benè quando vnus nominatus, ac aliter debet habere commodum, vt in hisce pensionibus Hispa-

nis,

nis, quarum commodum Papa velit spectare ad Italum,ne tunc Italus per obitum Hispani,in cuius personam reseruatio concipitur,remaneat priuatus commoditate pensionis, Loter. *de re benefic. dict. q.*36. *num.* 100.Castropal.*quæst.moral.dict.*§.10. *num.*1. *vers. quapropter.*

4.Prout eadem contemplatio elicitur à correspectiuitate pensionis ad resignationem,quatenus eadem die signatæ supplicationis Eminentiss. Cardinalis consensit dictæ reseruationi, si gratificans suo familiari, cui Canonicatus resignatus conferebatur, ac damnum resarciens resignantis, iuxta modum in resignationibus receptum,de quo Paris.*de resign.lib.*6.*q.*2.*n.*2. Atque D. Iordanus resignatarius accessit obligationi Eminentiss. Cardinalis,vti principalis principaliter, & in solidum promittens vltrò releuare indemnem Eminentiss. Cardinalem, & loco cedulæ bancariæ demandatæ in supplicatione, attergauit nominatim fauore D. Abbatis Costæ, loca vndecim montis Fidei, cum expressione etiam quòd ipsa remanerent obligata,donec pensio durauerit,etiamsi Archidiaconatus in alios transferrentur,quæ actuum cohærentia,cùm omninò verisimilem inferat correspectiuitatem, vt inde vnus actus intelligatur factus propter alium, ad tradita per doctores *in l.petens,C.de pact.* Menochius *cons.*1.*n.*145. Surd.*cons.* 17.*n.*9. Gabr.*de præsumpt.concl.*13.*n.*45. Cardin. Mant. *de tacit.& ambig.lib.*2.*tit.*3.*n.*2. Paris. *de resign.lib.*1. *q.*2.*n.*21.*& lib.*14.*q.*7.*n.*45. Giurb.*dec.*85.*num.*10. vbi post alios affirmat num.20.id procedere,siue actus gesti fuerint inter easdem, siue diuersas personas. Rota *rec.dec.*12 *n.*40 *part.*5. *coram Buratt. dec.*361. *n.*4. *& coram Reuerendiss.D.Durano,dec.*11.*n.*12. Vtique suadet personam D. Abbatis resignantis nominatam in prima parte supplicationis,subintelligi etiam in secunda, quoniam in correspectiuis vnum alteri censetur inesse,*l.lecta,ff.si cert.pet.l si ventri,*§. *in bonis,ff.de priuileg.credit.*Bald.*cons.*317. *per tot.lib.*3. Alba.*cons.*230. *n.*31.Ioannes Franc.à Ponte *cons.*69.*n.*19.Rota *recent. dec.*423.*n.*6.*p.*1.*dec.*108.*n.*5.*part.*5.*& dec.*323.*nu.*86. *part.*6.

5. Et id ipsum denique conuincunt, tum præcedens tractatus reseruandæ pensionis ad commodum & vtilitatem D.Abbatis resignantis,vnde rectè sumitur interpretatio conclusionis,Surd.*cons.*102.*n.*19.*& seq.& dec.* 295.*n.*10.*& dec.*238.*n.*30. *& seq.* Add. *ad sanct.mem. Greg.XV.dec.*169.*n.*7. vt comprobatur per testem mediatorem,seu expeditorem litterarum resignationis,& pensionis,cui licèt vnico defertur ita deponenti de facto proprio,saltem concurrentibus adminiculis.Cranetta *cons.*178.*n.*7.Caputaq.*dec.*271. *n.*1. *&* 3.*p.*3. Rota *diuers.dec.*220.*n.*4.*p.*2.*coram sanct.mem. Gregorij. dec.* 247.*n.*6.*& rec.dec.*162.*n.*3. *& dec.*201.*n.*9.*p.*3. *& dec.* 87.*n.*9.*p.*6.Nimirùm contemporanea & conformi adnotatione in libro ipsius expeditoris,ac depositione alterius testis,quoad ordinem datum Hispano de Cardenas per Dominum Subdatarium sese gerenti in ista pensione,ad instar reliquarum sui nomine Cantantium in Hispania,cuius libri seu depositionis efficacia,licèt non careat aliquali dubitatione respectu integræ fidei, ex traditis *in dec.Burat.*835. *n.*14. Tamen est considerabilis ad effectum ita adminiculandi,sicut de scripturis, & cæteris probationibus informibus;animaduerterunt Bald.*cons.*204.*n.*7.*lib.*3 Rot.*recent.dec.*310.*n.*3.*& dec.* 598.*n.*6.*part.*1.

6. Tùm etiam qualitas eiusdem Hispani habentis similes pensiones ad commodum & vtilitatem Italorum, cum obseruantia secutarum solutionum ad commodum & vtilitatem Domini Abbatis,tam de ordine dictorum Cardenas & Luganes, quas etiam sine eo, sed per seipsum exigendo, vt ex quietantiis & depositionibus testium, quæ obseruantia pariter demonstrat, sic Papam,necnon partes ab initio intellexisse,iuxta adducta *in dec.*261.*n.*4.*dec.*521.*num.*3.*& dec.*19.*num.*6.*part.*1. *recent.*

7.Et ex his de licentia Papæ Domini non dubitarunt, siue resultet ipsa,vt dictum est, ex illa actuum correspectiuitate resignationis,& reseruationis,quasi hoc ob oculos ponat,supplicantes nihil aliud intendisse,quàm ex quadam veluti permutatione pensionem succedere loco Canonicatus, ad reparandum cum mensura iustitiæ incommodum,quod ob dimissionem propriæ vtilitatis ad inuicem subibatur,siue ex incerta in eademmet serie reseruationis pensionis ipsa facultate eam transferendi,quando nunquam alias in eodem contextu reseruationis solita à Papa respectu aliarum pensionum concedi,derogat id agi,vt in illis confidentialibus pensionibus obuietur possibilitati extinctionis earundem, si fortè contingeret prædecedere Hispanum,qui nomen accommodauit,indèque emergat declaratiua expressio non debere commensurari durationem pensionis ad vitam nominati reseruatarij,sed hoc etiam extincto,adhuc curari vt superstes existat pensio, ne pereat commoditas illius cui verè gratia reseruatæ pensionis dirigebatur,siue ex decreto contento in supplicatione absolutoria Hispani, & Translatarij à restitutione terminorum exactorum pensionis, in omnem casum repetitionis, à Titulari, quod propriè & præcisè conuenit naturæ confidentialis pensionis, cùm tali casu satis sit emergere scientiam, & posse eam excitari in Papa ex toto tenore supplicationis sibi porrectæ,& ex rebus ac verbis in ea contentis,præcipuè simili confidentiali pensioni tantummodò conuenientibus, quæ benè proinde excludunt præsumptionem ignorantiæ ad probationem scientiæ inde resultantis, Riminaldus *in cons.* 234.*n.*328.Bero.*cons*1.*n.*10 *vol.*3 Paris.*deconsid.q.*40. *n.*10.*& seqq.& n.*19.*&* 31. *ac de resignat. lib.*2.*q.*2.*n.* 67.*& seqq.& lib.*10.*q.*2.*n.*15.*& seqq.*Loter.*de re benef. lib.*5.*q.*36.*n.*92.97.100.*& seq.& lib.*3.*q.*9.*n.* 49. Rot. *dec.*271.*lib.*2.*part.*3.*diuers.*

8.Et hoc ita percepisse, & voluisse ipsum Papam expromere supradictum ordinem datum dicto Cardenas à Domino Subdatario,per quem vti per organum defertur nobis vox & intentio Papæ, & ex illius scientia de ipsiusmet Principis scientia certioramur.Rimin.*iun cons.*640.*n.*20.*&* 29.Loter.*de re benef.lib.*2.*q.*23.*n.*26. *&* 27.Rot.*decis.*387.*sub num.*6.*vers. vnde inferebatur. part.*3.*recent.*

9.Non obstat,quòd hæc pensio non reperiatur descripta in libris Datariæ,vbi adnotantur similes pensiones confidentiales;quidquid enim ab iis dumtaxat veritatem haberi posse dixerint Garz.*de benef.part.*1. *cap.*5. *nu.*270.Cardin. Seraph. *decis.*1088.*sub.num.*4 Buratt. *dec.*835. *num.*9. loquuntur in casu quo ex tenore supplicationis,& subiecta materia veritas non percipiebatur, excludunt quin ex ipsa supplicatione & litteris probatio valeat desumi,cùm imò litteræ & supplicatio plenè probent.Rot.*dec.*28 *de probat.in antiq.dec.*265. *num.*6.*p.*7.*recent.* & in proposito *dec.*399. *num.*2.*p.*1. *diuers.*Neque incuria officialis,ad quem spectabat munus ita describendi,nocere debet Italo habenti fundatam intentionem ex aliis probationibus,vt in simili de Notario omittente instrumentum in protocollo, dixit Rota coram Card.Caual.*decis.*122.*n.*11.*&* coram Buratto *decis.*10.*n.*6.*&* 7.Aliud autem simile contrarium de Chirographis officialibus defectu registrationis diluitur,quia in illis adest particularis constitutio;fe. record.Pij IV.de registrandis. At gratia pensionis perfectionem recipit à sola signatura supplicationis. Cassador.*dec.*4.*n.*2.*de caus.possess.& propriet.*Rot.*diuers.dec.* 418.*n.*3.*p.*1.

10.Minùs refert literas reseruationis fuisse expeditas cum solutione componendæ,quæ non consueuerit solui in pensionibus Hispanis confidentialibus ; ita enim contigit, quoad reservatas in prouisionibus beneficio-

rum, non in resignationibus ad fauorem nec quidem ratione qualitatis pensionis, sed personarum cùm plerumque concedantur familiaribus, & aliis charis Pontifici solitis eximi ab impensa compositionum, *vt in decis. 400. n. 10. vers. septimo quia, in fin. p. 1. diuers.* Et solutionem componendæ potiùs retorquet pro D. Abbate, qui illam impendit ad adiuuandum aliunde probatam ipsius contemplationem, elicitur *ex adductis in decis. Burat. 724. n. 3. & 791. n. 2.*

11. Nec est considerabilis ratio per Papam deducta in litteris reseruatoriis vitæ, & honestatis morum dicti Hispani, vel attento quòd ea verificari possit respectu proprietatis remanentis penes Hispanum, in quo propterea requiritur morum honestas, & character clericalis. Felin. *in oper. moral. tom. 3. tract. 42. c. 9. n. 19.* Vel etiam quia effectus conceptorum verborum erga Hispanum proprietate seu nomine fruentem, magis dirigatur ad Italum contemplatum respectu commodi, iuxta regulam plus valere quod agitur, quàm quod fictè concipitur *l. 1. & tot. tit. C. plus valer. quod agit.* cum aliis quas in specie pensionis retulit, & secuta est. Rota *in impress. penes Pacific. de salu. decis. 129. n. 3.*

12. Neque reuelat ab Hispano traditum non fuisse. Domino Abbati consuetum in pensionibus confidentialibus dari mandatum irreuocabile ad exigendum, de quo *in dict. deci.* Burat. 835. *n.* 8. Illud enim sæpissimè consueuit omitti, *vt in decis.* Card. Seraph. 1088. *sub n. 9* cui in omnem casum, vel alteri defectui, etiamsi adesset alicuius momenti, prævalerent solida fundamenta comprobatæ contemplationis commodi & vtilitatis pro Domino Abbate ex suprà allegatis.

13. Hinc firmato antecedenti contemplationis prædictæ resultat necessaria consequentia, vt Dominus Iordanus vigore suæ accessionis, fideiussionis, teneatur soluere Domino Abbati Costæ, cùm omnes pensiones reseruatæ Hispano de Cardenas, fuerint per sanct. mem. Vrbanum VIII. translatæ habita generali, & indifferenti relatione, prout in diuersis supplicationibus, seu cedulis motus proprij de super signatis continebatur in personam Ioannis Gonzales Lagunes, qui adhuc viuit, atque obligationum seu fideiussionum vis in tali casu tendat ad Itali commodum, non ad Hispani vtilitatem. Gratianus *disc. epr. 131. n. 20.* Rot. *in impress. penes Pacific. dicta decis. 129. eodem n. 3.*

14. Nec translatione secuta Eminentissimi Cardin. Borgiæ ad Ecclesiam Hispalen. & deinde ad Toletan. potest dici accessionem D. Iordani expirasse, quia nedùm in reseruatione pensionis, iuxta quam & iuxta omnia decreta in ea contenta se obligauit idem Dominus Iordanus, cauetur expressè quòd obligationes & accessiones consistant in suo robore, etiam postquàm ipse Eminentiss. Cardin. Archidiaconatum dimisisset, nisi successor fecerit similem obligationem & teneri præcisè se, ac suos successores & fideiussores velle declarauit idem Eminentissimus Cardinalis, ad formam omnium decretorum reseruationis ipsa pensione durante, etiam quod quacunque auctoritate, & motu proprio Papæ fieret de dicto Archidiaconatu aliqua prouisio, donec prouisi, se pariter obligarent, & cæteras cautelas hic in Vrbe præstarent pro securitate pensionis, ac dimittere intelligatur, qui consensit incompatibili assecutioni Paris. *de resignat. lib. 1. part. 1. n. 40.* vbi ex Mandos. *super. regul. Cancellar. de infirm. q. 13. n. 8. & 9.* Aut quod verbum dimissio est loco generis, & complectitur quemcumque actum, per quem à se quis abdicare ius proprium dicitur. Eoque magis vbi translatio, vt in præsenti successit propter meritum translati, tunc enim effecta intelligitur ex parte eiusdem translati à proprio consensu, & acceptatione Abbas *in cap. vltim. num. 13. de postulat. Prælat. Calder. consil. 1. de transl. Prælat.* Loter *de re benefic. lib. 2. q. 28. n. 77. & 79.* & fuit dictum *in Bonon. beneficiorum 29. Maij 1645. coram R. P. Domino meo Bichio,* teneaturque ad interesse, & sic ad solutionem Eminentissimi Cardinalis, & ipse D. Iornadus principalis fideiussor donec integrum factum alienæ futuræ obligationis ab ipsi omnino præstetur ex Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 241.*

15. Sed, & vlterius etiam obligatio D. Iordani emanauit de soluendo absolutè donec pensio durauerit, cum specificatione etiamsi Archidiaconatus huiusmodi quouis modo vacando ad alios tertios possessores transferatur: nam verba quouis modo, adiecta vacationi important irrefragabiliter omnem eius modum excogitabilem Gabr. *cons.* 187. *n. 9. l. 1.* Roland. *cons. 4. n. 48. l. 1.* Laurent. *decis. Auenionens. 110. n. 1.* cum aliis per Modern. Lusitan. *dict. 339. n. 1. & sequentibus* Rot. *diuers. decis. 705. num. 19. part. 1.* Ac sine dubio potuit idem Iordanus velle manere suam obligationem postquam Archidiaconatus quomodocunque in aliam personam transiisset, quia non prohibetur quis fideiubere pro alio, & obligare se pro re aliena vt decisum fuisse in vna *Prænestina & Senens. pensionis 10. Ianuarij 1558 coram Quiruga*, referunt & eam sequuntur Paris. *de resignat. lib. 1. qu. 8. num. p. 16. & 17.* Garz. *de benefic. 1. c. 5. n. 180.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

DECISIO XLIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro.

Vercellen. Decimarum.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

§. 1. STandum esse in decisis *sub die 3. Nouembris præteriti*, Domini responderunt, cum nequeat dubitari, Capitulum in exactione decimarum in territorio Oppidi Cassinarum stratæ habere intentionem fundatam in sententia antiquissima anni 1464. lata ad sui fauorem super huiusmodi solutione contra Communitatem, & homines dicti Oppidi, & confirmata per tres alias sententias Rotales, quas effectum sortitas fuisse, ostendunt depositiones testium, locationes de huiusmodi decimis cum subsequuta exactione, & propria confessio earumdem Monialium summ. veter. *n. 43. & 5.* Quæ sententia, cum firmet statum, afficit etiam Moniales, licèt ibidem non expressas vt fuit probatum in decisione, quæ reuidetur §. *Capitulum enim.*

2. Nec obstare visa fuerunt Dominis priuilegia de nouo adducta, & quibus fit tota vis ab Informantibus pro Monialibus, Priuilegium enim Bonifacij VIII. (vt omnia examinentur) datum in earum *Summ. n. 2.* per quod dd. Moniales à solutione huiusmodi decimarum prætenduntur exemptæ, licèt contineat derogationem quarumcumque Constitutionum Apostolicarum, & legum Imperalium, cum clausula generali, *Quibuscumque.* Attamen non continet derogationem Concilij Lateran. *in cap. nuper de decim.* quod specificam, & expressam requirit, nec in generalissima comprehenditur, vt probat Archid. *in c. 1. n. 2. vers. vel dic.* Planius, *de constit. in 6.* Mohed. *dec. 7. n. 2. de locat.* Rot. *in Tolet. decimarum 46. Nouembris 1606.* coram Iusto *n. 2. post. Marchesi de Commiss. part. 2. fol. 596. in Vrbinaten. decimarum 25. Iunij 1618. coram sanctissimo D. N.* post *Tambur. de iur. Abbat. decis. 95. n. 4. coram bon. mem.* Coccino *decis. 269. n. 2. in recent. dec. 341. n. 2. part. 1. decis. 229. n. 2. part. 2. & decis. 103. num. 2 ariter 2. part. 7. & in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1664. coram S. P. D. meo Corrado.*

3. Priuilegium verò Gregorij XI. in *Bull. tom. 1. inter* eius

eius Constitutiones, constitut. 7. §. 22. Quod postea ab Eugenio VI. & Martino V. fuit confirmatum, & per Sixtum IV. extensum ad quæcunque bona, & quascumque decimas, vt in *d. to* 1. *Constit. eiusdem Sixti* 7. §. 7. Vltra quod eodem defectu non expressæ derogationis laborat, cum loquatur tantùm de fratrib. Ordinis S. Dominici, non debet extendi ad Moniales eiusdem Ordinis, cum in odiosis qualis est exemptio à decimis, vt dixit Rota *decis.* 271. *n.* 6. *part.* 4. *recent. Moniales*, non veniant appellatione fratrum, seu Monachorum ex doctrina Bald. *in l. ives fratres nu.* 1. *vers. quia priuilegium, ibique* Alberic. *ff. de pact. idem* Bald. *in l. quicumque n.* 17. *C. de serufugit. Anchar. in c.* 1. *n.* 277. *de constit.* Alex. *cons.* 15. *post lit. am F. vers. quod priuilegium lib.* 4. Roland. *cons.* 83. *n.* 37. *lib.* 3. Honded. *cons.* 76. *n.* 25. *lib.* 2. Curt. *sen. cons.* 9. *n.* 15. *bene* Cocchier. *de iurisd. ordin. part.* 1. *q.* 17. *n.* 27. Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 29. *in fin.* Rot. *in recent. decis.* 388. *nu.* 4. *& 5. part.* 5.

4. Quæ responsio licèt etiam adaptetur, priuilegio edito ab eodem *Sixto IV. dicta Constit.* 7. §. 7. cùm tantum loquatur de Fratribus Prædicatoribus, non autem de Monialibus, nihilominus duas alias ponderarunt Domini responsiones; Alteram, quod in dicto priuilegio deest expressè derogatio *d. cap. nuper*, quæ ad hunc effectum requiritur ex iuribus supra allegatis: alteram, quod ille Pontifex in d. priuilegio intellexerit solummodò de decimis extraordinariis, non autem de ordinariis debitis de iure Diuino, quamuis verbis, & dictionibus generalibus legatur conceptum; in his enim priuilegiis non veniunt ea, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis fiat specialis mentio, vt sæpissimè tenuit Rot. *coram Cardinali Put. dec.* 85. *per tot. lib.* 3. coram Card. Seraph. *dec.* 1293. *n.* 6. *vers. ideo illa verba, coram bon. mem.* Coccino *d. dec.* 269. *num.* 3. *&* 4. & hoc idem priuilegium ita pluries Rota fuit interpretata *in Toletana Decimarum* 26. *Nouembris* 1607. *coram Ottembergo, coram Card. Canaler. dec.* 127. *n.* 11. *&* postremò latissimè *in d. Hispalen. decimarum vers. tum quia cum aliis in decisione quæ reuidetur vers. hinc etiam infertur.*

5. Nec releuat derogatio ibidem posita *in* §. 27. ibi, *non obstantibus Constitutionibus, &c* ac etiam in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, Quia licet derogatio generalis Conciliorum cum clausula, *quorum tenores* includat derogationem Concilij Lateranensis, vt dixit Rot. *in Concben. exemptionis decimarum* 17. *Maij* 1598. *coram Orano relata per* Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 29. In casu tamen de quo agitur, derogatio loquitur tantummodò de Conciliis Prouincialibus, & Synodalibus, quorum appellatione non venit Concilium Lateranen. quod est generale, & declarando *d. decis.* Conchen, *exemptionis decimarum*, respondit Rot. *in Casa augustana decimarum* 17. *Iunij* 1611. *coram Sanctissimo D. N. relata per Add. ad Burat. decis.* 704. *n.* 16. *& in d. Hispalen. decimarum coram* R. P. D. *meo Corrado vers. In proposito autem in fin.*

6. Denique non obstat priuilegium Sanct. mem. *Pij V. in Bull. to.* 2. *constit.* 41. §. 2. *n.* 14. vltimo loco exhibitum, quia vltra quod in eo deficit eadem expressa derogatio dicti *cap. nuper*, huiusmodi priuilegium fuit reuocatum, & ad terminos iuris, ac Concilij Tridentini reductum per Constitut. *Greg. XIII.* in eodem *Bullar. d. tom.* 2. *constit.* 9 *per tot.* quod perinde est, ac si non emanasset, vt in eisdem fere terminis de eodem priuilegio dixit Rot. *in vna Pampilonen. decimarum* 18. *Decembris* 1615. *coram bon. mem* Coccino, *quæ est decis.* 728. *n.* 2. *part.* 3. *recent.* Quæ constitutio Gregoriana non euitatur, allegando, eam non fuisse in tempore promulgatam, nec vsu receptam, quia tanquam promulgata inter alias Bullas Pontificias circumfertur, vt videre est loco supra citato. Quod autem sit vsu receptam, firmauit Rot. *coram bon. mem.* Coccino *in d. decis.* 728. *n.* 2. *part.* 3. *recent.*

7. Prout minus releuat prætensa quadragenaria præscriptio, quia vt respondet decis. §. *vlterius*, illa non probatur, & probata non releuaret, cum Capitulum obtinuerit à Carolo, & Federico Imperatoribus ad petitionem Eugenij Papæ III. priuilegium centenariæ, quod licèt laicale, cum emanauerit de consensu, & petitione Pontificis, & ab eo confirmatum fuerit, ligat & afficit etiam personas Ecclesiasticas, Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *vers. nisi fiant priuilegia.* cum aliis in *d. decis. d. vers. vlterius quadragenaria non sufficit, sed requiritur centenaria ex iuribus ibidem adductis.*

8. Nec applicatur responsio, quod præscriptio quadragenaria cum allegatione tituli parem vim habeat cum immemorabili, & æquiparet centenaria per textum *in c.* 1. *de præscript. in* 6.

9. Primò, quia cùm titulus deducatur ex huiusmodi priuilegiis, quorum alia loquuntur tantùm de decimis extraordinariis, non autem ordinariis, debitis de iure Diuino, alia comprehendunt dumtaxat Fratres, non Moniales, & omnia careant derogatione *d. cap. nuper*, non potest deseruire ad hunc effectum, cum titulus non admittatur, nisi comprehendat rem, & personas, de quarum præscriptione agitur. Geminian. *in c. cum personas*, §. *quod si talis ante fin vers. & sic inspecto, de priuileg. in* 6 idem Geminian. *cons.* 96. *n.* 4. *vers. quoad secundum.* Mandell. *cons.* 34. *num.* 14. Rot. *in recent. decis.* 438. *n.* 70. *part.* 5. *tom.* 2.

10. Secundò, quia præscriptio quadragenaria cum titulo æquiparatur centenariæ, quando ex particulari lege non requiritur centenaria, in quibus terminis procedit *text. in dicto c.* 1 *de præscript. in* 6. *cum aliis concordant.* Quando verò centenaria requiritur ex particulari lege, vel priuilegio, non sufficit quadragenaria cum titulo: nam alioquin superflua esset lex & priuilegium, cum eo etiam circumscripto opus sit centenariæ, seu immemorabilis, quando non adest titulus ex allegatis *per Castr. Pal. oper. moral. tom.* 2 *tr.* 10. *disput. vnic. punct.* 5. *n.* 2.

11. Quod dicitur de paupertate Monialium non releuat, tum quia sententia lata de anno 1464. non probat paupertatem de præsenti, tum quia paupertas non excusat à solutione decimarum, nisi sit tanta, quod si decimas soluerent, fame perirent. Ioan. Andr. *in cap. cum homines, vers. persoluant; ibique Abb. nu.* 5. *de decim.* Monet. *eod. tract. c.* 5. *q.* 1. *à n.* 28. *vsque ad* 32. *Tambur. de iure Abbat. disp.* 5. *q.* 1. 8. *n.* 51. *Franc. Marc. decis.* 198. *n.* 2. *&* 6. *part.* 2. Rot. *in dict. Vrbinaten. decimarum, coram S. D. N. n.* 7.

Et ita resolutum vtraque, &c.

DECISIO XLV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Ottohobono.

Regien. Canonicatus.

Veneris 19. *Ianuarii* 1646.

§. 1. DOmini approbarunt fundamenta decisionis in hac causa emanatæ coram me, sub die 3. Iulij præteriti, in qua dictum fuit dandum esse mãdatum de manutenẽdo Iulio Paulo Vigarano, & Comiti Ernesto Zobolo in possessione præbendæ, & Canonicatus respectiuè Collegiatæ Ecclesiæ S. Prosperi Regien. cùm constet de eorum anteriori possessione, nedum ex publicis instrumentis, quæ alio non possidente probant possessionem manutenibilem, sed etiam ex propria confessione Caroli Ferratini, dum illis Monitorium intimauit

intimauit. Rota *coram sanct. mem.* Greg. XV. *dec.* 458. *n.* 1. *& seqq.* Buratt. *decis.* 252. *n.* 1.

2. Neque est attendenda possessio capta nomine Cameræ Carolo, quia Breue de capienda possessione non poterat executioni demandari, nisi præcedente plena iustificatione vacationem contigisse in mense reseruato, stante clausula (constito) in eodem Breui apposita. Gonzal. *ad regul. mens.* §. 7. *in proœm. nu.* 216. *& seqq. sanct. mem* Gregor. *dec.* 2. *per totam.* Buratt. *decis.* 590. *n.* 9. Quod procedi etiam si nullus compareat contradictor, quia cum in hoc consistat vnicum fundamentum iuris Cameræ, ac ipsius Breuis, cuius executio sub illius iustificatione commissa fuit, ea necessario præcedere debet, etiam nemine opponente, Rota *decis.* 234. *n.* 4. *part.* 3. *recent. Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 389. *nu.* 2. Ideóque cum processum fuerit ad executionem huiusmodi Breuis, non iustificata reseruatione, neque citatis Vigarano, & Zobolo anterioribus possessoribus, negari non potest euidens nullitas dictæ possessionis, & omnium inde actorum, ex quibus cum præfati Vigaranus, & Zobolus non habuerint se pro spoliatis iure merito danda est illis manutentio, vt in his terminis dixit Rota coram Cardin Seraphin. *decis.* 1041. *n.* 3. *& in Naulen. Parochialis* 31. *Martij* 1642. *coram bon. mem. Merlino*, §. *aut prætendit.*

3. Non obstat quod monitorium illis personaliter intimatum habuerit vim citationis stante clausula (si quis senserit se grauatum.) Quia monitorium potest quidem importare citationem ad effectum introducendi litem, vt dixit Rota *penes Buratt. decis.* 109. *n.* 1. non autem supplere alias citationes necessarias faciendas in vlteriori processu pro iustificatione dictæ clausulæ (constito) processus erat necessarius, licèt pars monita comparere negligeret, seu differret, vt tradit *Salust. Tiber. in prax. lib.* 3. *c.* 7. *sub n.* 6. Modern. Roman. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 11 *n.* 78. *& seqq.* Immò cum in præiudicium eiusdem Ferrarini, qui præfatum monitorium obtinuit, & intimauit fuisset inductalis, non poterat ipse absque vitio attentatorum possessionem capere, nisi anterioribus possessoribus legitimè citatis, & verificata clausula, (constito) vt in specie dixit Rota *Tridentina Canonicatus* relata per Garziam *de benef. part.* 6. *c.* 3. *n.* 41. Seraph. *dec.* 1044. *n.* 2. *hon. mem.* Coccin. *decis.* 492. *n.* 7. *& 8. Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 389. *n.* 1. *& seq. & in recent. decis.* 162. *n.* 3. *& 4 part.* 5.

4. Quod autem Vigaranus, & Zobolus declarauerint se nolle opponere, aut contrariare, quominus Procurator Cameræ possessionem apprehenderet, non potest obstare, quin ipsi essent citandi, non solum quia stante dicta clausula (constito) in Breue appositæ iustificatio illius erat omnino necessaria, licet nullus compareret contradictor, vt suprà dictum est, sed quia etiam dicta declaratio ab vtriusque facta fuit metu censurarum, & ob reuerentiam literarum Apostolicarum, vt ex præcedenti summ. Vigarani, & Zoboli *n.* 7. *&* 8. ex qua apparet quod illi noluerint de facto se opponere apprehensioni possessionis quatenus ad illam deueniretur, non autem quod consenserint illam apprehendi non seruatis de iure seruandis, nec iustificato Breui, quin immò expressè opposuerunt malè fuisse in eo suppositum, atque narratum Summo Pontifici, quod vacatio contigerit de mense Ianuarij 1644. reseruato, & propterea stante prædicta oppositione non poterat deueniri ad executionem Breuis, antequam iustificaretur reseruatio plenè, & concludenter vt dixi. Rota *in Vien benecij.* 25. *Februarij* 1600. *coram clar. mem.* Gard. *Pamphilio relata per* Garz. *de benef. part.* 6. *c.* 3. *num.* 61. Insuper cum post dictam declarationem protestati expressè fuerint se haberi non velle pro spoliatis, sed sua iura illæsa remanere, & ad Summum Pontificem recursum habere velle pro consequenda manutentione, vtique ipsi non videntur amisisse possessionem saltem ciuilem, sed eam animo retinuisse, quod sufficit ad effectum manutentionis, vt in specie dixit Rota *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 114. *nu.* 9. *cum aliis in prima decisione adductis.*

5. Minus obstat, quod ex actu etiam meticuloso amittatur possessio iuxta notata in *l.* 3. *si quis autem ff. de vi, & vi arm. & l. non solum* §. *si Dominus ff. de vsucapion.* Quia hoc potest habere locum, quando possessio fuit non solum corpore, sed etiam animo dimissa, secus quando illa animo retinetur: nam si quis in possessionem, quam ipse habet alium ingredi patiatur, ab eaque recedat, non quidem animo eam amittendi, sed quanto citius poterit reuertendi, is vtique possessionem non amittit, sed animo retinet, vt est *text. in l.* 3. *in quod* §. *in amittenda, & in l. sed quod.* §. *quod autem ff. de acquir. possess.* Et ideo cum in casu proposito Vigaranus & Zobolus non dimiserint possessionem animo eam amittendi, sed ob reuerentiam litterarum Apostolicarum, & metu censurarum, & animo retinendi, vt apparet ex eorum declarationibus, & protestationibus expressè factis, manutentio eis denegari non potest.

6. Cætera, quæ dicuntur de protestatione contraria facta ex decisionibus Seraph. fuerunt sublata in præcedenti decisione in qua hodie Domini persistendum esse responderunt. Vtraque, &c.

DECISIO LXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P D. Meltio.

In causa Ampurien. seu Ciuitatem deputationis Vicarij.

Veneris 19. *Ianuarij* 1646.

§. 1. ORta controuersia inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Ampurien. & Ciuitatem, ex vna, & Capitulum, & Canonicos Collegiatæ de Templo ex altera super deputatione Vicarij Capitularis Sede Episcopali vacante, & proposito dubio sub hac die super manutentione talis deputationis Vicarij ad fauorem Capituli & Canonicorum Cathedralis Ampurien. & Ciuitatem. fuit resolutum, quam sententiam amplexi fuerunt Domini ea ratione iuribus comprobata, quod Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in iurisdictione, *cap. cum olim, de maior. & obed. c.* 1. *eod. tit. lib.* 6. *Abb. in dicto cap. cum olim, circa finem, vers. posset tamen, idemque disponit sacr. Concil. Trid. sess.* 24. *de reformat. c.* 16. *Pauin. in suo tract. de offi. Sede vacante, part.* 1. *q.* 1. *n.* 3. *& seqq. part* 2. *q.* 10. *num* 2. *& seqq. vers. respondeo ergo, & c. Iacob* Sbroz. *de Vicar. Epis. op. lib.* 1. *qu.* 15. *&* 16 Federic. *de Sen. conf.* 30. *col.* 1. *vers. contra Capitulum* Rot. *decis.* 166. *n.* 1. *part.* 3. *recent.* & hæc, licet sola sufficeret pro obtinenda manutentione in hac materia iurisdictionis, dum tamen talis assistentia non esset turbida, vel quando alius non esset in possessione. *Text. in cap. cum persona, de priuil. in* 6. Rot. *dec.* 416. *n.* 2. *part.* 2. *recent. Caual. dec.* 193. *num.* 1. *& seq.* cum aliis relatis per *Add. ad dec.* 312. *sub n.* 4. *coram Papa Greg. XV. & dec.* 655. *n* 3 *part.* 4. *recent.* nihilominus concurrit etiam actualis possessio Capituli circa deputationem Vicarij generalis in vtraque Diœcesi, in qua etiam vnita sufficit vnus Vicarius, qui bene potest explere negotia vtriusque Diœcesis. Rebuff. *in prax. tit. de vnion. benefic. n.* 16. *Barbos. de Canonic. & dignit. c.* 42. *n.* 33. *& seqq.* Riccius *decis.* 472. *n.* 1. *in fin. Caual. decis.* 418. *n.* 2. quæ actualis possessio probatur ex testium depositionibus, & litteris patentibus, in summarium eiusdem Capituli exhibitis *sub num.* 1. *&* 2. vbi enarrantur diuersæ deputationes Vicarij suprædicti spatio 40. annorum, & tamen ad effectum, de quo agitur sufficeret etiam vnica deputatio, quæ habuerit effectum,

ctum, *cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Abb. n. 23. & Rip. n. 52. & 53. de caus. possess. & propriet. Dec. cons. 1. 34. n. 1. Menochius consil. 612. n. 16. versic. siquidem, &c. & consil. 725. n. 12. versic. immò vnicus tantum, &c.* Rot. *decis. 382. nu. 5. parte 2. recent. in Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram clar. mem. Card. Pamphilio penes Marches. de commiss. p. 1. fol. 98. sub n. 1. Florentina hospitij 5. Iulij 1627. coram bon. mem. Vbaldo penes Modern. de manut. decis. 122. n. 2. versic. quia constat, &c.* & in aliis pluribus relatis per eumdem *Modern. obseru. 18. n. 4. Vercellen. regressus 1. Iunij 1643. coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, Effectuatio autem deputationis Sede Episcopali vacante per obitum Ioannis della Bronda in personam Nicolai Valentini à Capitulo deputati in Vicarium Capitularem, probatur ex attestatione Episcopi Bosanen. dict. summ. n. 4. quæ attestatio sufficit in hoc iudicio manutentionis. Rot. *decis. 323. n. 2. in impress. post. 2. volum. cons. Farin.* & de fide Episcopi adest *decis. 97. n. 3. & seqq. apud eumdem Posth.*

2. Non obstat, quod Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ de Tempio in vltima vacatione Sedis Episcopalis etiam deputauerit. Vicarium, quia cum talis deputatio dederit causam liti, non est habenda in consideratione pro obtinenda manutentione. Rota *decis. 181. nu. 15. coram Cardin. Caualerio decis. 4. n. 2. coram Papa Gregor. XV. 20. n. 14. post dict. Modern. decis. 409. n. 4. part. 2. rec. Alphen. iurispatronatus 1. Iunij 1629. coram R. P. Domino meo Ghisterio*, maximè quia deputatio Vicarij Capitularis non spectat ad Canonicos Collegiatæ, sed ad capitulum Cathedralis, cùm in illud solum, & non alios transferatur iurisdictio Episcopalis Sede Episcopali vacante, vt bene probat *Pauin. de potest. Capit. Sede Episcop. vacante, part. 1. qu. 2.* Rot. *decis. 296. n. 1. par. 1. recent.*

3. Additur etiam, quod Ecclesia Tempio, quæ prius erat in statu Parochialitatis solùm de anno 1621. erecta fuit in Collegiatam à Gregor. XV. in qua tamen erectione nulla Canonicis dictæ Ecclesiæ concessa fuit iurisdictio, sed illa in totum fuit expressè reseruata Episcopo Ampurien. vt in d. summ. num. 2. in cuius locum Capitulum Sede vacante succedit iuribus suprà allegatis, quæ quidem reseruatio declarat quid, & quantum dictis Canonicis fuerit concessum. *Bald. cons. 107. col. 1. in fin. vers. præterea extensio. lib. 10. Aym. cons. 214. n. 14.*

4. Nec releuat, quod Cathedrales Ampurien. & Ciuitaten. fuerint æquè principaliter vnitæ, itaut in spiritualibus non lædantur: Quia cum hodie agatur in summariissimo possessorio, & constet de possessione eorumdem Canonicorum Cathedralis Ampurien. circa talem deputationem Vicarij, eisdem non est deneganda manutentio, *§. retinendæ, & in § hodie, & ibi Fab. n. 16. instit. de interd. Capuaq. decis. 98. part. 2.* Et ita informantibus tantum Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ampurien. & Ciuitaten. resolutum fuit, altera parte sæpius citata ac minimè informare volente, &c.

DECISIO XLVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Roias.

Barcinonen. Canonicatus.

Lunæ 26. Februarij 1646.

§. 1. COnfirmarunt hodie Domini decisionem coram me sub die 15. Decembris præteriti, in qua dictum fuit, Possessionem Petri Ioannis Atxer prouisi Apostolici de Canonicatu Pœnitentiario controuerso esse manutenibilem, quamuis capitulariter non legatur capta, dum Capitulum Barchinonen. eam præcedente instantia nulla vrgente iusta causa tradere recusauit, iuxta *text. in cap. vbi Capitulum, & ibi notata per DD. de concess. præb.* Loter. *de re benef. lib. 3. qu. 5. n. 38. Gregor. XV. dec. 364. n. 2. vbi Add. littera B. circa med. Canaler. dec. 359. n. 4 part. 5. recent. dec. 97. n. 23. cum aliis in decisione hodie confirmata.*

2. Nec visum fuit concurrere in præsenti iustam causam denegandi possessionem, prout Capitulum tenetur probare, alias eius contradictio non attenditur, nec minus recusatio, vt censuit Rota *in Narnien. Canonicatus 28. Martij 1642. coram D. Carillo*, dum pro iusta causa non fuit per DD. reputatus non factus concursus iuxta formam Indulti concessi per sanct. mem. Greg. XV. Seren. Regi Catholico pro Cathedralibus Ecclesiis existentibus in Regni Hispaniarũ. Quia non fuit probatum sub eodem Indulto adesse comprehensionem claram Principatus Cataloniæ, in quo Ciuitas Barcinonæ reperitur collata, quam comprehensionem adesse ad Capitulum spectat probare, quia fundans se in aliqua lege seu Constitutione tenetur probare se esse in loco, & casu ab illa dispositio. *Tiraq. de retract. lignag. § 7. gloss. 1. n. 1* Rota *decis. 167. n. 36. part. 1. recent. & in Toletana Decimarum de Dayniel. 17. Decembr. 1605. coram Dard. Lancellotto, & in Bononien. dotis 1. Iunij 1615. coram Manzanedo*, nec interim dictum Capitulum valebat impedire effectum reseruationis, nisi claram, & liquidam exceptionem adduceret cum in dubio litteris Apostolicis esse parendum tradendo possessionem eidem prouiso Rota *decis. 381. num. 1. rec. & part. 4. decis. 542. n. 6.* Vltra quod idem Petrus Ioannes fundatur in regula reseruatoria mensium, & Canonicatus de quo agitur vacauit de mense Iulij, qui semper est Apostolicus, ac reseruatus, vt per Gonzal. *super. regul. 8. gloss. 45. § 1. n. 22.* nec non in dispositione iuris communis nullum desiderantis concursum in prouisionibus non habentibus curam animarum Loter. *de re benefic. libro secundo q. 31. n. 18.* Seraphin. *decis. 942. n. 5. & 6.*

3. Nil obstat quod idem Capitulum voluerit probabiliter credere dictum Indultum Gregorianum loquens de Regnis Hispaniarum voluisse comprehendere Ecclesias Principatus Cataloniæ, dum in decisione quæ reuidetur *§. dubitatio*, firmatum fuit à multis Historicis Cataloniam Regnum denominari, & solam dubitationem sufficere ad hoc vt Capitulum non dicatur negligens in tradenda possessione dicto prouiso Apostolico, *vt in dec. 636. part. 4. diuers.* Nam fuit responsum quod esto, quod dubietas prædicta, quam pars prætendit, excusaret Capitulum ab inobedientia, & contumacia si ageretur de infligendis aduersus ipsum ab inferiore Ecclesiasticis censuris, aliisque pœnis contra inobedientes fulminatis, in quibus terminis loquitur *d. dec. 636. part. 4. diuers.* ex quo credulitas à dolo excusat cum non sit plectendus subditus inobediens à Prælato inferiori, ad id ductus probabili opinione, cum tunc vacet culpa. Io. Sanchez *disp. select. disp. 33. n. 43. & per tot. Castr. Palao oper. moral. tom. 1. disp. 2. punct. 6. n. 8.* quod quomodo sit intelligendum declarat Thomas Sanchez *præcept. decalog. lib. 6. c. 3. n. 2. & per tot.*

4. Profectò in præsenti venit excusandus idem Petrus Ioannes, si recusante dicto Capitulo ab eo possessionem fuit assecutus, nec ob morã in apprehẽdẽdo sibi præiudicium inferret, vt per *Menoch. de adipisc. remed. 2. n. 58. & seqq. per text. in l. de pupillo. § si quis riuos. ff. de nou. oper. nunc. l. ait prætor. 20. § si debitorem. ff. quæ in fraudem credit.* Rota *in Gerunden. Capellaniæ 20. Maij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, §. sed casui nostro*, vnde eidem Petro Ioanni manutentio non venit deneganda, donec dubitetur, an concursus etiam esset necessarius, vt ferè in puncto Coccin. *decis. 124. numer. 4. & 5.*

& 5. & in dicta Gerunden. Capellania. §. non obstat, il 1. & in eadem 27. Ianuarij 1645. §. Et sufficeret coram eodem R. P. D. meo Bichio.

5. Maximè quia dicebant Domini esse adhærendum obseruantiæ interpretatiuæ quam stare pro exclusione dicti Indulti Gregoriani non est dubium, dum in Catalonia assiduò 18. annorum spatio Canonicatus Pœnitentiarij à Sede Apostolica collati fuere non præcedente concursu, vt in dicto Indulto cauetur, & in prædicta decisione 15. Decembris ponderatum fuit §. *obseruantia*. Nec dicatur quod ex actibus non tendentibus ad effectuationem Indulti obseruantia non sit inducta, quando verba Indulti sunt clara, vt in præsenti prætendebatur. Nam ex non obseruantia Indulti bene resultare obseruantiam non comprehensionis, tradunt *Dec. cons. 48. num. 2.* Seraph. *decis. 410. num. 8.* Rot. *decis. 396. n. 12. part. 5. recent.* cum ex inde resulset interpretatiuè voluntas tam Papæ concedentis, quàm Serenissimi Regis Catholici supplicantis, quæ voluntas ex non facto non secus, ac ex facto elicitur. Rot. *part. 4. diuers. decis. 647. n. 3. & part. 6 recent. decis. 56. num. 7. & fuit resolutum in Casenaten. census 3. Iunij 1644. coram D. meo Corrado. §. ex quibus, in fine.*

6. Ad obiectum Indultorum Decimarum, & Cruciatæ fuit factum satis in decis. hodie confirmata §. *nihil facit.* Indultum verò subsidij, & excusati cum contineat verba magis vniuersalia, dum loquitur de regnis Hispaniarum, ac insulis illis adiacentibus, ac etiam Sardiniæ, ex his verbis constat, quod Papa voluerit comprehendere omnia dominia Regis Catholici, prout in Indulto Decimarum quod pariter dominium exprimit in petitione, à qua eadem concessio declarationem sumit, *c. inter dilectos, § cæterum, de fide instrument. Gutierrez lib. 3. pract. q. 41. n. 12* Menoch. *cons. 33. n. 14. Grammat. decis. 103. n. 20.* & fuit responsum in decis. reuisa §. *nihil facit, &c.*

7. Ad decisionem *in causa Teruien. Canonicatus 2. Martij 1637. coram D. Carillo*, fuit responsum in decisione hodie confirmata, §. *fin.* Necnon fuit responsum ad electionem præuio concursu factam in Ecclesia Gerunden. de anno 1640. in §. *nec prædicta*, immò etiamsi illa electio habuisset effectum, sanè obseruantia interpretatiua pro non comprehensione Cataloniæ inducta per annos 18. antecedentes non valuit destrui ex dicta electione anni 1640. *iuxta theor. Bart. in l. de quibus, in 2. lect. n. 16. ff. de legibus.* Quod autem dictum fuit ex vnico actu difformi excludi obseruantiam, venit intelligendum de actu contemporaneo, & proximo Constitutioni, in quibus terminis loquuntur DD. adducti per informantes pro Capitulo Barcinonen.

8. Vltimò nihil facit quod possessio Petri Ioannis tãquam pendens à præfato Indulto Gregoriano non sit manutenenda antequam cognoscatur in petitorio, an dictum Indultum valeat comprehendere Cataloniam. Nam vt supra ponderatum fuit, dictus Atxer non se fundat in Indulto, sed in regula reseruatoria mensium, ac dispositione iuris communis. Indultum autem est de exceptione Capituli, cui propterea sola turbiditas Indulti nocet, non verò dicto Prouiso Apostolico, eiúsque manutentionem non retardat, vt censuit *Rota in Romana sub collectoria 17. Martij 1645. coram R. P. D. Bichio, §. penult.* alias enim exceptio turbida retardaret executionem literarum Apostolicarum, contra notissimas conclusiones, quas semper amplexa est Rot. *coram Buratt. decis. 805. n. 10.* Seraph. *decis. 296. num. 6. & in Iacen. Parochialis apud Marchesan. part. 1. fol. 463. n. 2. Vintimilien. Capellaniæ 30. Martij 1635. coram Mortmanno, cum aliis relatis in Oriolen. beneficiorum 15. Decembris præteriti coram R. D. meo Decano, §. nam litera*, cum illæ semper dicantur habere paratam executionem, nec per exceptiones turbidas veniant impediendæ: Rot. *part. 4. recent. decis. 542. n. 6. cum vulgatis.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

DECISIO XLVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Dunozetto Decano.

In causa Ferrarien. Pensionis.

Veneris 9. Martij 1646.

§. 1. SIxtus fel. record. Papa V. concessit Indultum præcl. mem. Principi Michaëli Peretto facultatis transferendi pensiones fauore illius reseruatas, & reseruandas; cuius Indulti vigore cum idem transtulisset Eminentissimis DD. Cardinalibus Montalto Iuniori, & Vrsino pensionem, quam habebat scutorum auri trium millium sibi reseruatam, mediante translatione præl. mem. Alexandri Cardinalis Montalti super Mensa Episcopali Ferrarien. & Reuerendiss. D. Auditor Cameræ ab anno 1631. sententiam potuisset cum voto Dominorum sui in Ciuilibus Locumtenentium super inualiditate translationis factæ per dictum Principem, commissa mihi causa in gradu restitutionis in integrum à Sanctissimo, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum.

2. Et Domini responderunt constare, attenta sententiæ iniustitia, cum inde læsio resultet propter quam datur passim sine difficultate in integrum restitutio. Rot. *decis. 1. de restitut. in integrum, in nou. & recent. decis. 532. n. 2. part. 1. decis. 329. n. 1. part. 2. decis. 609. n. 11. part. 5. dec. 50. n. 1. part. 7. & in Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. coram me.*

3. Iniustitiam verò deducebant, quia sic fuerat pronunciatum habita ratione, quod pensio, hæc vti semel translata non fuerit amplius transferibilis, quam tamen, immo Dominis visum est vti comprehensam sub Indulto concesso transferendi potuisse omnino iterum transferri, sicut de similibus Indultis, quod intelligantur comprehendere pensiones etiam antea translatas, quas propterea denuò transferre liceat vigore Indultorum huiusmodi, fuit alias decisum in *Papien. pensionis 19. Martij 1607. coram Ottembergo, in Lucana pensionis 28. Iunij 1617. coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien. in impress. coram Buratt. dec. 639. num. 2. & seqq. in Ferrarien. pensionis 14. Iun. 1624. coram bon. mem. Remboldo, quæ est rec. dec. 450. num. 41. vers. de indulto transferendi. part. 5.* & sequitur Loter. *de re benef. lib. 1. q. 40. n. 95. & seq.*

4. Eoque faciliùs licuisse in præsenti suadebatur detecta clara mente Pontif. quatenùs in prima parte indulti dispensauit, & habilitauit Principem Perettum generaliter ad acquirendas & retinendas quascumque pensiones sibi hactenus reseruatas, aut in futurum reseruandas, non obstantibus defectibus professionis in Religione militari, aut matrimonij etiam reiterati, ibi. Etiamsi contigerit, vel non contigerit, te qualemcumque militiam cuiusvis & professionis, &c. & ad secunda, ac etiam plura laicalia vota secundas vel plures nuptias transire, &c. Quascumque pensiones annuas, &c. retinere, recipere, consequi, &c. An subsequenter in secunda parte facultatem concessit indefinitam, & indifferentem, omnimodè transferendi easdem pensiones, vigore ipsius indulti retentas, vel acquisitas, ibi. Nec non tibi omnia & singula, pensiones, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta tibi reseruata, & reseruanda huiusmodi, &c. transferendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem, dicta auctoritate concedimus, & impartimur, &c. Cùm enim dubio cadere in vim dictæ primæ partis respicientis facultatem retinendi, & acquirendi, licuisse Principi retinere & acquirere pensiones ex translatione prouenientes, Rota

recent.

recent. decis. 7. n. 15. & decis. 50. n. 31. p. 5. & coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 18. n. 3. vtique resultat easdem sic retentas & acquisitas necessariò ex vi repetitionis intelligi comprehensas in secunda parte indulti respiciente ius transferendi, efficaciam perpendendo tùm dictionis. Nec non adiectæ principio ipsius secundæ partis, quæ resoluitur in copulatiuam, *gloss. in Clem. 1. verb. nec non, de offic. deleg.* Rot. *diuers. dec. 791. n. 2. p. 1. & coram* Cardin. Caualer. *dec. 243. n. 2.* Repetitque omnes qualitates præcedentes Bald. *in l. Seio*, §. Caio, *ff. de fid. instrument.* Neuizan. *cons. 172. n. 14.* Rot. *rec. dec. 38. n. 11. p. 7.* Tum etiam dictionis, Huiusmodi, præcedentium relatiuæ cum omnibus suis qualitatibus *gloss. in c. Abbate, & in c. nemo, verb. huiusmodi, de elect. in 6.* Rebuff. *in comment. ad leg. 1. verb. huiusmodi stipulationes, ff. de verb. signif. Marescot. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 27.* Rot. *rec. dec. 373. n. 6. part. 2.*

5. Vel etiam vltra repetitionis effectum esset de per se considerabilis prægnantia, & generalitas dictæ secundæ partis tanquam fulcitæ verbis illis, omnia & singula, &c. quæ sunt adeò generalia, & effrænata, vt nullam restrictionem patiantur, ac propterea, benè reputentur apta comprehendere pensiones etiam, alioquin sub simplici dispositione non comprehensas, & quæ indigerent speciali mentione, iuxta glossam *in Clem. 2. de vit. & honest. Cleric. Clem. 1. in verbo, vbicumque, de iud. Surd. cons. 308. n. 40. cum aliis, in Cæsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610. *coram Card. Lancell. quæ est dec. 2. post Pic. ad Stat. Vrb. n. 5. & in Romana pensionis* 15. *Februarij* 1636. *coram bon. mem. Pirouano.* At si essent explicitæ, & in indiuiduo specificatæ, *glossa in c. vt circa, verb. omnia & singula, de elect. in 6. Soc. cons. 3. n. 17. lib. 3. Surd. cons. 331. n. 7.* Rota *rec. dec. 130. n. 3. p. 2.* Enixam designando super tali specificatione voluntatem disponentis Alex. *cons. 216. n. 27. lib. 2.* Barb. *plures referens claus. 96. n. 3.* prout in idem consonat verbum, quascumque, &c. ex sui proprietate omnia includens, nihilo excluso, *cap. solitæ, de maiorit. & obed. gloss. in c. quicumque, verb. quicumque, de sent. excommun. in 6. Iason. in l. quodcumque n. 1. ff. de verb. obligat. Marc. Ant. var. resol. lib. 2. res. 40. n. 2.* In omni enim materia, quantumuis odiosa, nullatenùs reciditur à proprietate verborum, sed lata fieri debet interpretatio, quatenùs illam patiatur eorum proprietas, *l. cùm lege, vbi Aret. ff. de testament. Menochius cons. 429. n. 9. Carderin. cons. 24. in primo dub. de præbend. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. n. 35. sanct. mem. Greg. XV. dec. 516. n. 3.*

6. Neque imò aliter exprimenda ista qualitas reiteratæ translationis opus habuisset vberiori expressione; sed sat haberetur pro expressa per mandatum Papæ, quod omnes & quicumque defectus valentes impedire concessam gratiam, & effectum, taciti vel omissi habeantur pro expressis, ac si de iis explicita mentio facta fuisset, ibi: neque ex eo quòd præsens gratia, &c. vel quicumque defectus, &c. præsentem gratiam, eiusque effectum quàdocumque, & ex quibusvis causis, etiam de necessitate exprimendis impediri vel annullari valentes hîc, &c. taciti vel omissi fuerint, &c. sed omnino subsistant, tibique suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si in eis de præsentibus, nec non defectibus & impedimentis præd. expressa mentio facta fuisset, &c. Cum sine dubio volens Papa potuerit expressionem huiusmodi supplere, *ad l. omnes, C. de præscript.* & fuit dictum in *Placent. pensionis 27. Iunij 1605. coram Litta, impress. penes Marchess. de commiss. part. 1. pag. 557. n. 2. ante finem*, vt inde de gratia suffragetur in omnibus, & per omnia, non obstante aliàs exprimendorum omissione. *Abb. in c. ad hæc, col. fin. de rescript. Decius cons. 191. n. 3. & seq. & cons. 341. n. 31. in fine, Paris. cons. 46. n. 43. lib. 3. Marescot. var. resolut. lib. 2. c. 18. num. 46.* Rota *rec. 464. n. 12. p. 5. & in allegata Placentina pensionis dict. num. 2. vers. Præterea fuit responsum.*

7 Eandémque ex præmissis detectam comprehensionem fortiùs comprobat conformis declaratio eiusdem Sixti Papæ V. circa facultates concessas Militibus Lauretanis transferendi pariter de quibuscumque pensionibus, ac iisdem quas indulserat, non obstante matrimonio posset per milites Lauretanos acquiri, & retineri ad summam scutorum 200. vt nimirùm intelligeretur de pensionibus etiam aliàs translatis. A qua declaratione mens potissimum desumitur ipsius Pontificis concedentis, *gloss. in c. si pater, verb. intentionis, de rescript. in 6. Alex. cons. 52. n. 25. lib. 4. Surd. cons. 481. n. 13.* Ioratt. *dec. 228. n. 2. Card. Caualer. dec. 611. n. 52.* sicut Papam ita declarasse ius competens dictis militibus vigore antecedentium facultatum, non autem processisse per viam, qualis opponebatur nouæ legis, conuincunt non minùs clara verba, ibi declarantes, &c. ex sui proprietate nullatenùs importantia nouam dispositionem, sed simplicem declarationem, ex traditis à Barbosa *dict. 80. n. 1. & sequentibus*; itaut exinde nullum intelligatur à Pontifice collatum ius de nouo, sed tantummodò, quod competebat manifestum, *l. adeò*, §. *cùm quis ff. de acquir. rer. dom. l. ait Prætor*, §. *si Iudex, ff. de re iudic. Oldrad. 224. numero 10. & 20. vers. nec verbum declaremus, Castrens. cons. 341. in princ. lib. 1. Socin. cons. 156. numero 17. lib. 2.* Rot. *rec. decis. 281. numer. 8. part. 1.* Quam effectus dum ibidem subdiiur, licere illas pensiones transferre in vim facultatum, & priuilegiorum, per prius concessorum, quod vtique facere non potuissent, si eisdem facultatibus pensiones translatæ non fuissent comprehensæ. *Gemin. cons. 72. n. 1. ad med. vers. contrarium credo.*

8. Prout quoque mens Pontificis omninò comprehendi, vt dictum est, suadetur perpensis facti circunstantiis, nimirùm respectu modi concessæ huius facultatis motu proprio inde plenissimam facilè recipientis interpretationem, *c. si motu proprio, de concess. præbend. in 6. Rom. cons. 388. n. 6. Surd. cons. 140. n. 6.* Rot. *recent. dec. 12. n. 22. p. 5. & coram Reuerendiss. D. Durano decis. 67. n. 5.* nec non respectu personæ, cùm gratia emanauerit fauore Magnatis, qui erat nepos, & dilectus Pontificis concedentis Vnde pariter intelligitur illum voluisse omni vberiori & fauorabiliori modo gratificare. Bald. *cons. 209. per tot. lib. 2.* Rot. *diuers. dec. 401. n. 1. & seq. p. 1. & rec. dec. 124. p. 41. dec. 452. n. 28. dec. 464. n. 13. part. 5. & d. decis. 67. coram D. Durano, num. 5. & 21.* Ac demum, quia concessis in eodem indulto grauioribus, quoad facultatem retinendi pensiones, non obstantibus impedimentis professionis in Religione militari, ac matrimonij etiam reiterati, vt supra quæ indigebant particulari dispensatione, tanquam contra Canones & dispositionem iuris, oritur concludens illatio, Papam multò magis concessisse, quod erat minus, ac nullibi prohibitum, scilicet facultatea transferendi etiam de pensionibus alias translatis, *c. cui licet, de reg. iuris, in 6. cap. ex parte, il 3. de decim. cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. Ancharan. cons. 235. num. 8. Menoch. cons. 210. num 11.*

9. Ex quibus omnibus subsistente ad fauorem Eminentissim. Cardinalium Translatariorum fundamento indubitatæ, ac omnimodæ voluntatis Pontificis, ita comprehendi pensiones translatas, velut innixo lecturæ ipsius indulti, & exuberanter comprobato per deductas facti circunstantias DD. visum fuit superfluum discutere deducta circa fauorabilitatem gratiæ, quæ faciat illam extendi, vel odiositatem, vt obiiciebatur ex parte Eminentissimi D. Cardinalis Macchiauelli Episcopi, & litis consortium, quæ potius debent restringere, & nihilominus animaduerterũt, huiusmodi gratiam facultatis transferendi non esse odiosam, saltẽ odio irrationabili, vt plenè ratiocinando, & pluribus adductis firmatur *in dicta decis. Reuerendiss. D. Durani 67. num. 1. & sequent. & dicta decisione 452. n. 33. & sequent. part. 5. recent.* quoniam

pensio translata vti realiter ac propriè pensio, ex traditis per *Vital.in clem.1.§.eadem,num.3. de supplen.negl. prælat.* Loter.*de re benef.lib.2.quæst.36.n.64.& seqq. & quæst.40.num.95.& 96.*nil differt à reseruata *sanct.me.* Greg.XV. *decis.18. nu.3.* sed re vera est eadem possessio cum prima, non autem nouum grauamen. *Ant. August. in Epitom.de translat.pens.vers.in translatione pensionis,num.6.* Garz.*de benef.part.1.cap.5.num.256.Crescent.dec.1.num.1.de rebus Eccles.non alienand.* vbi propterea firmatur non esse necessarias derogationes Concilij Lateranensis.Rota *recent. decisione 307. num.1. p. 3.coram* Buratt.*decis.12. num.2. in Segouien. pensionis 20.Maij 1598.coram* Corduba *impress.penes Pacific.de* Saluian. *interdict.dec.129.num.1. in Lauden. pensionis 29.Ianuarij 1601.coram Penia,in* Bononien.*translationis pensionis 20. Iunij eiusdem anni, coram* Cardinali Millino,*& in* Roman. *pensionis 29.Maij 1628. coram me.* At quamuis in translatione pensionis extinguatur prima,& noua reseruetur,extinctio adeò momentanea, vt haberi nequeat in aliqua consideratione,cum sit potius mutatio personæ,& vitæ transferentis in personã, & vitam Translatarij,seu delegatio solutionis alteri faciendæ, & quædam subrogatio vnius in locum alterius. *Paris.cons.5.num.86.lib.4* Gratian.*discept.424.n.14.& 15.*Rota *rec.dec.122.num.9.decis.327. num.4. & seqq. & decis.505.num.4.part.1.& dec.119.n.2.& 3.part.4. Add.ad sanct.memor.* Gregor.XV. *dict.dec.18.num.11.* Et hæc opinio, quidquid Rota senserit, antiquitùs est hodie receptissima, vt per Buratt. *dict.decis.638.num.3. vbi n.5.*aduertit,cauendum esse à decisionibus,in *Eugubina pensionis coram Rubeo, & in Aretina, seu Senen. pensionis coram Accorambono,& n.7.* reprobat in specie *decisionem in Florentina pensionis sub 17. Maij 1617. coram bon.mem.Vbald.*In quo nec imò pes figebatur super motiuo odiositatis,sed inualiditas fundabatur super aliis, vt ex lectura, rationes olim perpensas diluendo fortioribus in contrarium, etiam respectu casus emanatæ translationis in mortis articulo firmatum fuit latissimè in *alleg.dec,24.n.11.& seq.p.5.recent.*

10. Nec refragari censuerunt exempla nonnullarum facultatum transferendi continentium explicitam mentionem de pensionibus etiam translatis.Non enim versantur in casu indulti habentis alias circunstantias demonstratiuas comprehensionis earumdem,vt in præsenti ex superius adductis.Nec desunt plures similes facultates absque tali expressione cum resolutionibus in Rota,vt dictum est, emanatis pro validitate secutarum inde translationum, de sic translatis, ita quod elicitur mentionem illam fuisse magis habitam pro effugiendis litibus, ad tradita per Cassad.*dec.3.n.4.& 5. de conces. præbend.&* Gonz. *in reg.8.glos.6.n.26.& seqq.* nec ab aliquibus facta expressio inducit consequentiam expressionis faciendæ ab aliis.Calder.*cons.1.n.2.vers.& si dicatur,de Cleric.non resid.*Loter.*de re benef.q.45.n.11.* Cardin.Seraph.*dec.514.n.5.*

11.Sicut pariter de Breue sanct.mem.Pauli V. reualidatorium translationis pensionis anteà semel translatę, potuit obtineri ad abundantiorem cautelam,nec proinde valet inferri,quòd fuisset necessarium, iuxta adducta *in Roman.rescisionis contractus 28.Nouembris 1580. coram sanct.mem.Clem.VIII.*

12.Ac denique translationis odiositas firmata in *Rom. pensionis 23. Maij 1644. coram R.P.D. meo Merlino,* procedit in terminis Constitutionis Vrbanæ pluries transferri prohibentis,cui tunc temporis viginti in suo totali robore opus erat inhærere; sed in casu, de quo agitur,dicta Constitutio remanet nullius efficaciæ,nec consequenter decisio afficit ob superuentum rescriptum Sanctissimi Domini Nostri in plena signatura, quod procedatur, ac si constitutio ista non emanasset, *vt in decisione 104.n.6.p.6.recent.vbi alia allegantur.*

Et ita vtraque parte informante,&c.

DECISIO XLIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Ottobono.

In causa Melphien. Cantoriæ.

Veneris 2. Martij 1646.

§.1. VAcante Cantoria,quæ est prima Dignitas post Pontificalem Cathedralis Ecclesiæ Melphien, fuit de ipsa prouisus à Sed.Apostolica Ioannes Baptista Galeatius Rector Parochialis Ecclesiæ S. Nicolai de Platea eiusdem Ciuitatis,cum retentione d.Parochialis, exponẽdo Summo Pontifici; *Quòd Cantoria cure Parochianorum, non imminet seu animarum, & quòd vtrique Ecclesiæ absque diuini cultus & curæ animarum detrimento,per seipsum commodè deseruire valet,& quod Cantoratum & præbendas, ac dignitates dicta maioris Ecclesia obtinentes,vna cum illis similes Parochiales Ecclesias ex dispensatione Apostolica obtinere consueuerint.*In litteris Apostolicis fuit datus executor Ioannes Baptista Adanesius Canonicus Melphien, qui litteris vilis & iustificatis tulit sententiam pro immissione Galeatij, à qua appellauit Capitulum Cathedralis,& interim fuit prouisus à Sede Apostolica Donatus Masseus,ex eo quòd d. Galeatius subreptitiè exposuerit, Cantoriæ curam animarum non imminere.Hæ verò vltimæ literæ fuerunt executioni demandatæ à Cantore Lauellen. executore; causa verò mihi commissa cum facultate procedendi ad vlteriorem executionem literarum Apostolicarum; dedi dubium, an esset procedendum, & Domini affirmatiuè responderunt ad fauorem Galeatij,literæ enim Apostolicæ quando sunt iustificatæ habent executionem paratam,*c.si Capitulo,de conces. præbend.lib.6.*Rot. *in rec.dec.90.n.2.& cons.506.n.1.part.1.* cum aliis latè deductis *in Nazarena Benefic. 25. Decembris proximè præteriti coram R.P.D. meo Verospio.* Quòd verò literæ Galeatij sint iustificatæ,ex eo conuincitur,quia ex concordibus depositionibus trium testium super primo articulo relatorum n.2.& seqq. & ex narratiua Capituli in commissione super subreptione n. 4. & ex impetratione facta à Maffeo certo modo, habetur Cantoriam, de qua agitur,esse dignitatem maiorem post Pontificalem,& vacasse per mortem Ioannis Baptistæ Vrsi;ideò literæ Apostolicæ in hac parte alia iustificatione non egent, cùm gratia vnius intelligatur iustificata ex confessione alterius,qui venit ex eodem genere vocationis, vt in terminis dixit Rota *coram Cardinali Mantic.decisione 132.n 1.coram* Buratt.*dec.251.n.10.& dec.931. n.1.in recent.dec.691.n.1.ad med.& dec.699.n.1.part. 2.Reuerend.Vrgellen.dec.234 n.2.& dec.244.n.1,*

2.Quòd verò Cantoratui animarum cura non immineat, probatur ex declaratione facta in actis pro parte Capituli in eius summ.num.12.ex qua satis liquidè deprehenditur curam animarum in Ecclesia Melphien, non esse annexam alicui particulari dignitati,aut Canonicatui,sed ipsi Capitulo collegialiter,& ideò dicuntur curati singuli Canonicatus, nec cura residet penes singulos,sed penes Capitulum, cuius nomine administratur per Capellanum seu Curatum amouibilem ab eodem Capitulo collegialiter deputatum vt probatur ex *text.in c.cùm non ignoret de præbend.& in c.sicut in vna 21.q.2.glos.in clement.vnic.§.quidam etiam.in verb.ad mensam,in fin. de excess. Prælat.* late Oldrad. *cons.67. per tot.* Gonzal. *ad reg.8 glos.6. n.42.Puteus dec.182. lib.1.& in recent.dec.340.n 1.part.2. & in Rom. Vicarien coram recol.mem.*Coccino,*relata,* Barbos. *de off.Paroch. c.1.n.53.*

3.Neq; obstat,quòd Cantoriæ saltè cura habitualis immineat,quę cũ nõ defecerit ex defectu materiæ,quia Parochi omnes defecerũt, sed actu exerceatur per Vicariũ amouibilem

amouibilem,de ea esset facienda specialis mentio,aliter inducta videatur obreptio ex taciturnitate curæ habitualis,vt dixit Rota *in recent. decis.*684. *num.*4.*part.*3. cum aliis relatis *a modern. Roman. de re benefic. lib.*1. 9.*c.*10.*n.*163.*& seq.*

4.Quia obiectum procedere posset,si ageretur de Ecclesia,dignitate, seu beneficio,quòd vere ac principaliter de per se esset Curatum;tunc enim licèt habitualis tantùm cura sit penes obtinentem Ecclesiam, dignitatem,seu beneficium, actualis verò, seu exercitium curæ penes Vicarium, tamen certum est beneficia prædicta vndequaque esse Curata,siue ratione habitus,siue actus, & ideò qualitas curæ exprimi debet,& in his terminis loquuntur Felin. *in c.in nostra,n.*13.*in* 4.*col.vers.& addeas*,quod est verioratus,*de rescriptis.*Gabr. *on.*191.*n.*20. *lib.*1.& prosequitur Rota in his terminis, *in dec.*981. *n.*3.*part.*3.*rec.& idem modern. Rom.de re benefic. lib.*2. *q.*10.*n.*163.*& seq.* secùs verò est in casu proposito,cùm resideat cura collegialiter penes totum Capitulum, dignitates, & Canonicatus, non dicuntur habere curam, nec actu,nec habitu.Oldrad.*dict.cons.* 7.*n.*1.*&* 2.Felin. *in d.cap.in nostra,n.*15.*d.col.*4.*vers.scias etiam.*Staphil. *de liter.grat.tit.de qualit.benef.quæ sunt curata,num.*11. Hoied.*de incompatibilit.benef.cap.*13.*num* 7.Gonzal.*ad reg.*8.*glos.*6.*n.*42. Garzia *de benef.part.*9.*c.*2.*n*175.*& dixit* Rota *dec.*51.*num.*117 *part.*2.*diuers.* & propterea nulla in hoc est necessaria mentio curæ, quia beneficium præsumitur simplex, & non curatum.Gabr. *cons.* 191.*n.*1.*lib.*1.Ægid.*dec.*67) *sanct.mem.*Greg. *dec.*108. *num.*2. *& in Conchen. Beneficij* 11. *Maij* 1609.*coram* Card.*Sacrato post* 2.*vol.cons.*Farin.*dec.*270.*n.*2.

5. Eoque libentius,quia dato quòd cum aliquo modo penes singulas dignitates,& Canonicatus existeret(quòd tamen dici non potest)nihilominùs cessat omnis ratio narrandi Cantoratui curam imminere sine ratione idoneitatis Galeatij impetrantis,de qua *in c.licèt Canon.de elect.in* 6.cùm iam ad aliam Parochialem fuerit idoneus renunciatus,& admissus,siue etiam ratione incompatibilitatis,*iuxta textum cap.multa.de præben.*quia ex habituali dumtaxat cura huiusmodi incompatibilitas non resultat. *cap. super eo,vbi gloss. & DD.de præbend.in* 6. Oldrad.*d.cons.*67 Staphil. *de litteris grat.tit.de qualit. Benefic.quæ sunt curata,n.*3. Oied. *d.c.*13 *n.*10. *&* 13. Gabr.*dict.cons.*191.*n.*7.*&* 20.*lib.*1.

6.Nec refert,quòd Canonici Ecclesiæ Melphien,certis temporibus reperiantur obligati audire confessiones,& alios actus ad officium curæ spectantes exercere, quia cùm id non agant;aut adimpleant propriis nominibus singulariter, sed nomine Capituli, aut Collegij, ideo non dicuntur habere curam, sed ministerium, vt per Oldrad.*d.cons.*67 *n.*2.*&* 3. & in Cathedralibus,solent Episcopi demandare aliquibus, vt coadiuuent & cooperentur in audiendis confessionibus,& cæteris quæ ad salutem pertinent animarum,*c.inter cætera* 15.*de off. ordin.* & tamen cur residet penes curatum, non penes istos Rota *in rec.dec.*226.*n* 10 *& dec.*258.*ad finẽ p.*1.

7.Valor Beneficij expressus in ducatis viginti quatuor de camera,& cum incertis vsque ad quinquaginta per non excessum, probatur etiam ex narratiua & assertione Capituli in posteriori commissione appellationis,vt in eius summ.num.5. Et conueniunt etiam dicta primi & secundi testis, qui deponunt de publica voce & fama, quæ probatio ad hunc effectum sufficit. *Mantica dec.*132.*n.*4.*bon.mem.Coccino,dec.*87.*n.*5,Caualer.*dec.* 517.*n.*4.*& dec.*572.*n.*3.Buratt. *dec.*255.*n.*11.*& in recent.decis.*187.*num* 8. *part.*6. & semiplenam probationem valoris esse sufficientem dixerunt *Mantica dicta decis.*132.*n.*4 *in recent.dec.*511.*n.*1.*part.*3.Buratt. *dict. dec.*255.*n.*11.

8.Quod vero Galeatius prouisus sit Presbyter, Doctor, & ex Ciuitate Melphien.oriundus, ac in eadem Ciuitate Parochialem Ecclesiam Sancti Nicolai de Platea obtineat,valoris cùm incertis 40.ducatorum aureorum de camera,satis visum fuit iustificari ex testibus concludenter deponentibus, & cum in commissione obtenta à Capitulo, & à Maffeo, Galeatius enuntietur Parochus dictæ Ecclesiæ, non videtur super prædictis dubitandum cum Presbyteratus etiam probetur ex cõmuni reputatione.Rota *in rec.dec.*126.*n.*2.*p.*5.Buratt. *dec.*31.*n.*2. *Reuerendiss.Vrgellen.dec.*406.*n.*sicuti etiam communis reputatio probat originem,& alias qualitates,*bon.mem.*Coccin.*dec* 145.*n.*1.Buratt.*decis* 931.*n.*4.

9. Neque in dubium reuocari potest, quod Galeatius vtrique Beneficio,nempè Parochiali,& Cantoratus cõmode inseruire possit,vt expressit Summus Pontifex,præsertim in festis anni solemnibus,tùm quia cõstat anteactis tẽporibus plures similia beneficia simul eodémque tempore obtinere consueuisse absque vllo beneficiorum detrimento, & concorditer deponunt tres testes super quinto;tum etiam quia dum Summus Pontifex dispensauit,vt Galeatius retinere posset Parochialem,& Cantoratum adiunxit,*ne quiquam ex debito illius seruitio,seu officio necessario prætermittere debeat,& iis diebus & horis quibus dicta maiori Ecclesiæ ratione dictæ Cantoriæ nõ inseruerit distributiones quotidianas amittat*:vnde satis consultum fuit vtrique per claram Papæ dispositionem,& dispensatus ad duo incompatibilia censetur dispensatus super residentis vnius in diebus solemnibus,cũ certum sit apud vtrumque beneficium eodem tempore residere nõ posse,vt est Gloss.*notan.in c.si quis in Clero, verb solẽnibus.cons.*7.*q.*1.*& ibidẽ* Gemin.*& Præpositus ad finẽ*;vel in omnẽ casum Episcopus posset prouidere de Vicario tẽporali,vel aliter eius arbitrio,vt in his terminis dixit Rot.*in Vrbinanten erectionis colleg.*15.*Martij* 1618.*coram S.D.N.quæ est impressa in rec.p.*4.*dec.*631.*n.*7.

10.Non obstat,quod executor literarum Apostolicarum in fauorem Galeatij expeditarum, processerit non visis literis Apostolicis,quia hoc in facto non verificatur,imo apparet contrarium,quia sententia executoris dicit, visis literis Apostolicis, quæ verba realem & veram productionem designant Menoch.*cons.*100.*n.*230. *& seq.*Buratt.*dec.*217.*n.*7.*& seqq. Adden.ad sanct.mem.* Grog.*dec.*59.*n.*14.& præsertim cum Adanesius executor posset extraiudicialiter procedere non existente aliquo legitimo contradictore Rota *dec.*70.*n.*6.*part.*6. *&* *dec.*51.*n.*10.*part.*7. *rec.* Præterquam quod cum signatura rescripserit cum facultate procedendi ad vlteriorem executionem intelligitur data facultas exequendi,etiam Iudici,ad quem Marescot.*var.resol.lib.*1. *c.*86. *n.*7.*& seq.*Rot.*in Ianuen.pecuniaria* 24.*Ianuarij* 1642. *coram Reuerend.D.meo Decano,§.verùm etiam*, & sententia executoris potest etiam ex nouis iustificari. Caputaq.*decisione* 114 *part.*1.Buratt.*dec.*826.*num.*2. Vlteriùs aduertebant Domini in casu proposito, quod dato etiam,quod dicta sententia fuisset nulla,nihilominus cum literæ Apostolicæ ex supradictis sint iustificatæ Rot. ex integro potest eandem sententiam confirmare, & litteras Apostolicas executioni demandare.Batholus *in l.si expressum.n.*14.*ff.de appellat.*Alexander*cons*111. *per totum,lib.*5.*& cons.*73.*n.*1.*lib.*6.cum pluribus adductis per *Vantium de nullit.titul.vltimo,n.*129. *versic.erit consilium, cum pluribus sequentibus, Riminaldus iunior cons.*161.*n.*17.

11.Neque ad hoc obstabant contradictiones Capituli aut Maffei certo modo prouisi,quia Capitulum non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum,vt dixit Rota *in recent.decis.* 641.*n.*4.*part.*4.Caualer.*dec.*450.*n* 3.*& seqq.& in Mileuitana coadiutoria* 27 *Nouembris* 1624.*coram bon.me. Merlino.& in Narnien Canonicatus* 28. *Martij* 1642. *coram D.meo Carillo,§.nam primò*,& Maffeus cùm non veniat ex titulo consimili, nempe ex eadem vacatione, sed per Impetrationem certo modo factam quam nõdũ iustificauit, non potest impedire Galeatij immissionem,

nem, aut executionem litterarum Apostolicarum, Rota *dec.700.n.8.part.1.& decis.542. n.8.& 642.n.2.in fin. part.4.rec.* vbi aliæ pluries referuntur.

12. Nec releuat possessio Maffei obtenta ab executore in suis litteris deputato, quæ inducere solet præsumptionem iustificationis, quia cùm non fuerit citatus Galeatius primo loco prouisus, literæ non poterant exequi, nisi citato eo, contra quem fuerat obtenta gratia certo modo, Rota *coram Seraphin.dec.1056.n.2.* vbi dicit hoc habere locum, etiamsi non possideret primo loco prouisus contra quem impetratur: *& d.decis.64. num.2. ad finem part.4. recent.& in Regien. iurispatronatus 3.Iunij 1641.coram Eminentiss.D.Cardin. Panzirolo.*

13. Attestationes vero, seu declarationes extraiudiciales testium examinatorum pro Galeatio coram executore adductæ pro parte Capituli, & Maffei, non fuerunt habitæ in consideratione, tùm ex regula vulgata, quod fides non facit fidem, tum etiam quia est attendenda prima depositio iudicialis, & iurata non habita consideratione secundæ maximæ extraiudicialis, & non iuratæ, Doctores communiter *in c. cùm in tua, de testibus*, Rota *decis.19.de testibus in nouis, decis.346.n.2.part.1. diuers.& apud* Buratt. *dec.176.n.4.*

Et ita fuit conclusum causa ter proposita, vtraque parte informante, &c.

DECISIO L.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Peutingero.

In causa Neapolitana separationis thori.

Veneris 16. Martij 1646.

§.1. CVm D. Marchidionissa Francisca Sersalis vxor D. Marchionis Pasquàlis Caraccioli à domo viri valetudinis recuperandæ causa recessisset, eáque recuperata reuerti recusasset, & in Curia Archiepiscopali Neapolis à marito redeundum, & obsequia matrimonialia præstanda, atque seruatis seruandis per sententiam diffinitiuam condemnata, interposita per ipsam appellatione, causaque bon. mem. Buccabellæ commissa, neque tamen vlteriùs prosecuta, sed facta separatione per motum proprium in forma Breuis fel.rec.recordat. Papæ Vrbani VIII. extincta fuisset. Habito nunc per maritum ad Sanctiss. N.D. recursu, reductóque Breui ad viam iuris, dubio hodie à me subrogato proposito, an sit locus separationi thori. Domini negatiuè responderunt ex regula, quòd homo non separet eos quos Deus coniunxit, *cap dixit Dominus 32.quæst.1.cap.1.& 2 de coniug. leprof.* Nam licèt hæc regula limitetur quando inter virum & vxorem irreconciliabilis, & capitalis orta est inimicitia, vel propter immoderatam viri erga vxorem sæuitiam; hæ tamen causæ tanquam fundamentum intentionis Franciscæ, plenè & concludentissimè per eam essent probandæ, quod tamen non fit, cùm agatur de materia graui, atque ardua Barbosa *in rubr.ff.solut.matrimon. part.2 num.27. Natta cons.616. n.1.* Buratt. *dec.815.n.1.& 2.* Rota *inter rec.dec.441.n.2. part.1.& dec.324.n.2.part.6.* Nec sufficit probare qualemcumque sæuitiam, cùm talem quæ apta sit iustum & in virum constantem cadentem metum inducere, vt probat text. *in c. litteras, in fin. Abb.in c.ex transmissa, n.4.de rest.spol.* Sanchez *de matrimon.lib.4.disp.4.n.2.& disp 18.n.10. lib.10* Rota *dicta decisione 324.n.22.& seq.part.6.&c.*

2. Neque sufficienti aliquo fundamento innixa Marchionissa alimenta sibi à marito præstanda petit; quia conclusio aliàs à Rota approbata est, quod vxori, sine causa à viro diuertenti, extra propriam domum alimenta à viro non debentur, vt fuit dictum signanter in *Ferrarana Alimentorum 18. Iunij 1633. coram bon. mem. Buccabella, & in eadem 6. Iulij 1639. coram D. meo Bicchio*, & tradunt Sanchez *de matrim.lib.9.disp.4.q.2.sub n.20. Maresc.var.resol.lib.2.c.83.n.65.* Onus verò probandi huiusmodi causam incumbit vxori, *last. in l. diuortio.n.25.ff.sol.matrim. Alexand. cons.100.n.3. lib.1. Menoch.de arbitr.cas.170.n.15.& seqq.lib.1. Gratian. discept.552.n.47.* & donec causa probetur recessus vxoris à domo viri propria auctoritate, dicitur luris præsumptione culposus. Rot. *in recent.decis.517.n.1.part.3.*

3. Nec Marchionissæ suffragatur assignatio fructuum dotis facta in d. Breui fel.record. Vrbani VIII. quia cũ illud reductum fuerit per S.D.N. ad viam Iuris, perinde ac si non emanasset, nõ est amplius attendendũ, & causa fuit reducta ad primos terminos iuris, iuxta quos alimẽta vxori seorsũ habitanti ex supradictis nõ debẽtur.

Ex quibus Domini pro Marchione informante respondetur.

DECISIO LI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Otthobono.

In causa Laudẽ. Pensionis.

Mercurij 14. Martij 1646.

§.1. CLaræ memoriæ Cardinalis Peretius de anno 1624. resignauit Præposituram S. Ioannis in Vineis Laudẽ. Diœcesis ad fauorem R.P.D. Francisci Bilij reseruata sibi annua pensione scurorum 950. monetæ videlicet 1800. super fructibus d. Præposituræ, reliqua 1150. super alio beneficio Monasterio nuncupato prius obtento à D. Bilio, quam resignationem Summus Pontifex admisit, & Cardinalis fecit *reseruata tamen sibi validè dicta pensione annua, & non alias, aliter nec alio modo, etiam si qualibet rata pensionis huiusmodi ad duas ex tribus partibus fructuum Præposituræ, & in Monasterij huiusmodi respectiuè annuatim ascendat, illas tamen non excedat.*

2. Pensio fuit integrè persoluta Cardinali ipso viuente, qui morti proximus transtulit scuta 950. ex impositis super Præpositura in fauorem quorumdam suorum familiariũ, quibus fuit pẽsio per plures annos absque difficultate persoluta. Verum quia postmodũ resignatarius soluere recusabat sub prætextu, quod pensio scut. 1800. excederet ab initio duas partes fructuum Præposituræ de ordine S.D.N. proposui dubiũ. An præsuppositio sine veri præiudicio excessũ, pensio esset in totum nulla, vel reducibilis, & Domini pro transfatariis responderunt,

3. Nam cum pensio, de qua agitur, non fuerit reseruata purè, ac simpliciter in certa quantitate, nec sit fundata super narratiua præcisa certi valoris, sed cũ moderatione, quod non excedat duas ex tribus partibus fructuum eiusdem præposituræ, si ob excessum sustineri non potest in scutis 1800. sustineri debet intra valorem duarũ ex tribus partium beneficij, & pro ea rata, quæ illas non excedit iuxta textum expressum *in l. stichum qui meus erit.6.* ibi, *sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, vt si totum alienauerit, legatum exiguatur, partem, pro ea parte debeatur, quæ testatoris mortis tempore fuerit, ibique gloss.& DD.ff.de legat.1.* cum tam consensus Sũmi Pontificis, quam resignãtis, resignatarij in id conuenisse appareat, vt quatenus pensio excederet duas partes fructuum, posset reduci ad minorem quantitatem, & intra limites duarum partium, vt in his terminis firmauit Rot. *apud Cassad.dec.4.n.4.de pension. Cresc. dec. 17.n.3.de reseript. Puteus dec.32.num.2.lib.1. in correct. Mantic.decis.153.num.2.& seqq.inter diuersdec.1160. n.7.part.3.lib.3.& decis.689.n.1.& seq.part.4.& in rec.dec.342. numer.12. part.4. tom.2.& in Burgen. pensionis 18. Febr.1585.& in Toletana pensionis 28. Ianuarij*

nuarij 1591. coram Gipsio, & sequitur Paris. *de resign. benef. lib. 6. q. 2. n. 144.* Garz. *de benef. p. 1. c. 5. n. 417. & seqq.*

4. Neque obstat vnicum resignatarij fundamentum deductum ex clausula *non alias aliter, nec alio modo,* quę conditionem, & sic formam importat, adeo vt respectu indiuiduitatis eiusdem formæ non possit partim valere, & partim non, iuxta doctrinam *Roman. cons. 66. num. 2.* & in terminis huius clausulæ, quod pensio nulla in obolo, sit nulla in totum firmauit Rota *in dec. 446. n. 5. & 626. n. 5. part. 1. diuers.* nec esse reducibilem ob formam, & indiuiduitatem dictæ clausulæ fuit pluries resolutum, vt penes *Archill. dec. 12. de pension. quæ est etiam impressa lib. 1. part. 3. diuers. dec. 70. & in Cæsaraugustana pensionis 26. Iun. 1566. coram Grato, in Toletana pensionis 28. Ianuarij 1591. coram Gipsio, in Aretina pensionis 4. Decembris 1600. coram Millino, & in Vincentina pensionis 21. Maij 1610. coram bon. mem. Pirouano in recent. p. 2. dec. 286. n. 2.* Buratt. *dec. 437. n. 5.* & plures cumulat Adden. *ad eumd. dec. 369. nu. 8.* Garzias *de benefic. part. 1. c. 5. n. 422.*

5. Quia Domini cõsiderabant, quod clausula *non alias, aliter, &c.* non erat simpliciter apposita purè, ac precisè certæ determinatæ quantitatis, & summæ pensionis, vt in decisionibus mox allegatis, sed erat limitata ex illis verbis subsequentibus, *etiam si quælibet rata pensionis huiusmodi ad duas ex tribus partibus fructuum annuatim ascendat, illas tamen non excedat,* quæ quidem verba limitant & coarctant antecedentia *l. ita tamen ff. SC. Trebell. l. vbi adhuc, vers. ita tamen. C. de iure dotium.* Menoch. *cons. 146. num. 8.* Rot. *in recent. decis. 709. num. 8. part. 1. & decis. 294. n. 6. part. 2. & dec. 194. n. 55. part. 5.* ideò ab eisdem verbis vltimo loco relatis, clausula *non alias* congruam admittit, & recipit interpretationem, & restrictionem ad easdem duas partes fructuum, & summam illis congruentem, iuxta theoricam, Bald. *in l. fin. n. 6. C. de contrab. empt.* cum aliis relatis per Roland. *cons. 61. n. 34. & seqq. lib. 2.* & ita distinguendo firmat Rota *in Spoletana pensionis 24. Ianuarij 1622. coram Vbaldo quæ est in rec. dec. 342. n. 12. part. 4. tom. 2.*

6. Vlterius dixerunt Domini clausulam, *non alias, aliter, nec alio modo* respicere in casu proposito fauorem, & commodum Cardinalis resignantis dumtaxat ob illa verba, *sibi pensionem annuam,* quæ sunt personalissima, *gloss. in l. 2. verbo sibi. C. de præscr. 30. vel. 40. ann.* Greg. *dec. 516. n. 7.* tum etiam quia dicta clausula posset forsan operari totalem pensionis, & resignationis beneficij annullationem, si resignans ita vellet intentando regressum ad beneficium resignatum, sin autem malit eam reducere ad duas ex tribus partibus fructuum, iuxta litterarum Apostolicarum continentiam, vtique audiendus est, ne retorqueatur in odium, quod eius fauore inductum est. *l. 2. & 3. ff. de lege commiss.* & in terminis nostris firmauit Rota *apud Cassad. dec. 4. per tot. de locato, & decis. 4. num. 2. de pens.* & eleganter *in rec. dec. 119. n. 6. part. 4.*

7. Nec ad sustinendam huiusmodi pensionem deficit consensus Summi Pontificis, qui cum Cardinali resignanti, ne nimium dispendium ex resignatione, pateretur pensionem scut. 1800. super fructibus Præpositurę admisit, tanto magis pensionem minoris quantitatis admisisset videlicet limitatam ad duas ex tribus, partibus Crescent. *d. decis. 17. n. 3. de rescript. & in Salamantina pensionis 26. Maij 1593. coram Gipsio, & in Metropolitana pensionis 17. Maij 1596. coram Orano impressis per* Garz. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 424. & seq.* nec vllum ex hoc infertur resignatario præiudicium, dum beneficium vult retinere, non dimittere.

8. Cum itaque pensio prædicta scut. 1800. præsuppositò excessu non fuerit à principio nulla, sed reducibilis ad duas ex tribus partibus, vt visum est, & literæ Apostolicæ hoc id verbis exprimant, nec vnquam fuerit a resignatario impugnata viuente Cardinale resignante, à quo demum fuit translata pro summa scut. 950. non excedente valorem duarum ex tribus partibus reddituum Præpositurę & hodie pensio sit ad longè minorem summam redacta ob mortem plurium translatariorum quibus etiam fuit spatio multorum annorum absque controuersia à resignatario persoluta, propterea neque est locus vlli reductioni cum excessus non adsit, ideoque pro summa in translatione contenta sustinetur. Rot. *dec. 53. sub num. 2. vers. nec ratio cum num. 4. penes Mant. & in rec. dec. 39. n. 36. p. 5.*

Et ita fuit conclusum pro Translatariis vtraque parte informante, &c.

DECISIO LII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado.

In causa Barcinonen. Exemptionis.

Mercurij 13. Iunij 1646.

§. 1. PLures anteactis temporibus indictæ fuerunt ex variis contingẽtibus causis gabellæ per Rectores, seu Consiliarios Insignis Ciuitatis Barchinon. ad id (vt præsupponitur) facultatem habentes super grano, vino, oleo, panno, & aliis rebus humano vsui necessariis, quæ inuehuntur, & extrahuntur ab eadem Ciuitate in ipso ingressu, vel egressu soluendæ; quatum occasione exortæ controuersiæ inter Episcopum, & Capitulum ex vna, & Consiliarios d. Ciuitatis ex altera parte, fuerunt terminatæ mediante laudo bon. mem. Archiepiscopi Taraconen. & Ferrarij de Minoriscia Ciuis Barchinon. ab ipsis partibus electorum, hi enim redacta causa ad duo genera rerum, siue bonorum, quæ illi appellarunt separabilia, ea scilicet quæ penes ipsos Ecclesiasticos essent alienis non commixta, & inseparabilia, id est ea, quæ per Mercatores, vel alios eorum Dominos omnibus promiscuè venialia inferebantur, in quorum introductione separari non poterat pars Ecclesiasticorum vsui futura, & proinde immunis, à parte laicorũ, declararunt ab Ecclesiasticis personis non soluendas gabellas tunc impositas pro bonis separabilibus, pro aliis autem inseparabilibus eisdem est restituendum circa initium cuiuslibet mensis quicquid soluisse constaret ex notis per eos exhibendis iuramento firmatis iuxta formam præscriptam in d. laudo, quod fuit prolatum de anno 1338 die 5. Iulij & à partibus emologatum, vt apparet ex publico Instrumento recepto per Raymundum Ferrarium Notarium Barchinon. Deinde successiuis temporibus earumdem & aliarum forté super indictarum impulsu, excitatis iterum contentionibus inter Clerum, & Consiliarios, & causa commissa per sanct. mem. Clem. VIII. de anno 1603. bon. mem. Coccin. & rursus de anno 1635. per sanct. mem. Vrb. VIII. coram eo fuit resolutum die 20. Iunij 1636. Ecclesiasticos esse immunes à solutione huiusmodi gabellarum tã respectu bonorum (vt præfertur) separabilium quam etiã inseparabilium, horum tamen ratione placuit Dominis Praxis relata per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 11. in §. quintum priuilegium vers. in dubium vocatur, &c.* quatenus Cleri consensu recepta, & à Summo Pontifice fuisset approbata. Addito quod si inter Ecclesiasticos & Officiales Ciuitatis aliquæ suborirentur difficultates, vel occasione rerum quæ introducuntur, seu extrahuntur, vel retributionis fiendæ iuxta elatam praxim, hæ iuramento Ecclesiastici coram proprio Iudice præstando terminentur, vt legitur in decisione impressa inter *rec. p. 7. dec. 150.* iuxta cuius tenorem cum initaretur pro parte Capituli sententiam proferri, informantes pro Ciuitate petierunt iterum audiri, quare denuò causa proposita, primũ super Remissoria petita pro parte Ciuitatis ad probandas causas impositionis dd. Gabellarũ,

& consuetudinem immemorabilem illas exigendi, & mox ita iubentibus Dominis super negotio principali, eáque maturè discussa steterunt in decisis.

2. Quia inconcussum est fundamentum immunitatis Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum ab huiusmodi gabellis per sæculares potestates indictis; probatur enimeum Diuini, tùm humani iuris auctoritate, vt habetur *Genes. c. 47. & Esdr. lib. 1. c. 7. propè fin. vers. vobis quoque notum facimus, &c. & in Concil. Lateranens. sub Alex. III. c. 19. relato in c. non minus.* ibi, *qui regis Diuinæ notitiam non habebat, &c. & in alio Concil. general. Lateranens. sub Innocent. III. c. 46. in cap. aduersus. extr. de immunit. Eccles. c. 1. eod. tit. in 6. cap. quamquam* ibi, *cum igitur Ecclesiæ Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quinimò, & Diuino à sæcularium personarum exactionibus sint immunes, &c.* ibique *gloss. in verb. Diuino, de censibus, eod. lib. Clem. præsenti. eod. tit. Clem. vnic. de immunit. Eccles. & in sacr. Trid. Concil. sess. 25. de reformat. c. 20.* ibi, *Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta, &c.* quod etiam agnouerunt Imperatores *in l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. & in auth. item nulla Communitas. C. de Episcop. & Cler.* Io. *Lup. in tract. de libert. Eccles. q. 2. per tot. & latè* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 12. in princ. & col. 3. vers. ego profecto, ac per tot.* & benè explicat *Cardin. Bellarmin. controuersiar. tom. 2. controu. 2. lib. 1. c. 28. de Clericis, &c.* in quarta, & quinta propositione. Suarez *ad reg. Angl. lib. 4. c. 9.* Alter. *de censur. to. 1. lib. 5. disp. 16. c. 2.* Ioan. Guttierrez *de Gabell. q. 92. n. 8. vers. sed qui accuratè, & seqq.* & probauit Rot. *in Valentin. Gabell. 9. Decembris 1598. coram bon. memor. Oran. & in Brundusin. Gabell. 13. Februarij 1604. coram bon. mem. Pen. in recent. dec. 42. part. 4.* & latiùs. *in Alben. Gabell seu onerum 28. Iunij 1630. coram bon. mem. Merlin. dec. 339. part. 6.* vbi alij referuntur.

3. Quæ sanè conclusio procedit etiamsi huiusmodi Gabellæ fuissent impositæ ex adductis causis refectionis murorum, pontium, viarum, ac portus d. Ciuitatis, aliisque commune beneficium Clericorum æquè, ac laicorum incolentium præferentibus, nam hæc quidem deficientibus ipsorum laicorum facultatibus prodesse possunt ad obtinendum Episcopi, ac totius Cleri consensum, & Summi Pontificis approbationem, non autem, vt illas propria auctoritate ab Ecclesiasticis personis exigere valeant, vt decidit *d. cap. non minus, ibique gloss. in vers. tantam necessitatem, & in d. cap. aduersus. ext. de immunit Eccles. Surd. cons. 301. sub n. 66. vers. stantibus prædictis, & seqq. Rot. in d. Valentin. Gabell. in §. proinde articulata communis necessitas, &c. & in d. Brundusin. Gabell sub num. 2. vers. & ista conclusio, & seqq. Guttierrez de Gabell. d. q. 92. sub n. 41. vers. Io segundo, & seqq. & n. 47. vers. præterea.* & in specie declarat Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 9. c. 11. in quinto priuilegio, d. §. in dubium vocatur, vers. nec valet. Alter de censur. Eccles. tom. 1. lib. 5. disp. 19. c. 6. in §. quarta dubitatio, ad fin. vers. nec valet, modern. Rom. dis. cept. 350. n. 17. vers. neque deber iuuare, & seqq. per tot. & alij relati per Leon. in thesaur. for. Eccles. part. 3. c. 7. à n. 123. vers. quid autem si imponatur onus, & per Carol. de Grass. de effect. Clericat. effect. 3. n. 205. versic. ego vero, & num. 229. vers. secundum requisitum est & seqq. à n. 247. vers. & quando hæc omnia non interuenissent, &c.*

4. Denique procedit, esto quòd longissimo tempore fuissent exactæ ab Ecclesiasticis, quia nullo temporis etiam immemorabilis spatio ius hoc laicis acquiri potuit in Ecclesiasticos, ac eorum bona in grauamen & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, ideóque meritò quecumque consuetudo, in hac materia expressè reprobatur, tanquam iniqua & irrationabilis, *in cap. nouerit, extr. de sent. excomm. & in d. cap. quanquam, in §. cùm igitur, vers. volentes.* ibi, *contraria consuetudine quorumcumque, quæ dicenda est corruptela verius non obstante, de censibus, in 6. & in Authent. cassa & irrita, C. de sacrosanct. Eccles.* quorum Canonum dispositio fuit repetita in *Bulla Cœn. Domini, in §. 18. vbi in §. 15.* damnatur etiam verbis expressis quæuis consuetudo per quam tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur libertas Ecclesiastica, & *infr. in §. 25. non obstantibus, &c.* specialiter derogatur quibusvis priuilegiis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & præscriptionibus quantumcumque longissimis, quibus aliàs à dispositis in dicta Bulla quinis se tueri posset, vt ibi legitur, licet ad tollendam seu impediendam immemorabilem sufficiat, quòd per Sacros Canones quæuis consuetudo fuerit tanquam improba, ac irrationabilis, in hac materia reprobata, *gloss. fin in cap. Clerici, in vers. & in casu isto, extr. de iud.* & latè probauit Rota *in Cracouien. iur. legend. 21. Maij 1627. coram bon. mem. Coccino, in recent. decis. 71. per tot. p. 5.* cõfirmata *dec. 265. ead. part.* & alios refert *Maresc. resol. 101. n. 6. vers. secundò limita, & seq. lib. 2.* Add. *ad decis. bon. mem. Burat. 435. n. 13. & seq. vers. pro harum opinionum concordia,* & in nostris terminis plenè probat Surd. *d. cons. 301. sub nu. 1. versic. consuetudo verò, & seq.* Vgolin. *de censur. p. 2. c. 18. §. 1. sub n. 1. vers. postremò,* Azor. *instit. moral. lib. 5. d. c. 12. §. sed dubitari potest, vers. cæterum. & §. quod verò,* Rot. *in dict. Valentin. gabell. §. nec magis suffragatur iurati; articulata immemorabilis consuetudo,* Guttierrez *de gabell. dict. q. 92. num. 56. vers. & coadiuuantur.* Ioan. Franc. Leon. *in thesaur. for. Eccles. p. 3. d. c. 7. n. 149. vers. nec seruiri valent, & seqq.* Duard. *ad Bull. Cœn. Domin. lib. 2. can. 18. q. 5. sub num. 6. vers. hoc adeò verum est, & q. 20. sub n. 5. vers. undecimò ampliatur, & can. 19. q. 3. n. 20. vers. ad quartum.*

5. Nec enim hoc casu ex longissimi ac immemorabilis temporis cursu Cleri consensus, & Sedis Apostolicæ beneplacitum (vt aliàs) præsumi potest.

Tùm quia repugnat subiecta materia in qua agitur de re expressè prohibita per Sacros Canones, & inductiua peccati, & in qua ipsa consuetudo est à iure improbata, & rarò, ac nonnisi ex vrgentissimis causis maturè cognitis dispensari solet, & propterea talis consensus ex solo cursu temporis non præsumitur, imò neque ex tolerantia Summi Pontificis, *c. 1. de consuetud. in 6.* plura enim non innotescunt, vel per patientiam necessitate cogente tolerãtur, quæ si deducta fuerint in iudicium exigente iustitia, tolerari non debent, vt inquit Innoc. III. *in c. cùm iam dudum, in fin. extr. de præb.* ibique *gloss. fin. in verb. per patientiam*, rectè infert quòd inde non inducitur approbatio, seu dispensatio, & Rota *in dec. 10 sub n. 4. vers. item quia Papa hoc scivit, de consuetud. in antiq. & penes Pur. dec. 261. sub num. 2. vers. si autem*, lib. 1. ac in his terminis fuit responsum *in d. Valentin. gabell. coram Oran. in §. nec magis, & in §. unde præsumptus consensus Papæ, & d. dec. 71. nu. 15. vers. quotiescumque enim, part. 5. recent.* ac pluribus probat Surd. *d. cons. 301. sub n. 56. vers. tollitur ex prædictis, ac seqq.* & ita in hoc casu expressè declarauit sanct. mem. Clemens VIII. in Breui exhibito sub dat. 24. Martij 1604. ibi. *Cæterùm iuribus ambarum partium, si in futurum causa cognita à iudicibus competentibus, aut ab Apostolica se aliud iudicari, vel ordinari contigerit, nullatenus intendimus præiudicare, &c.*

6. Tùm quia repetita singulis annis publicatio Bullæ in die Cœnæ Domini, siue sub Martino V. sanct. mem. circa annum 1420 vt Sot. Nauarr. & Grafi, & alij existimarunt, siue antea, vt sentiunt Vgolin. Filliuc. Soufa, Duard. & cæteri recentiores fieri cœpta, in qua Summi Pontifices pro tempore impositiones, & consuetudines huiusmodi, etiam immemorabiles (vt dictum est) expressè damnant, reuocant, & detestantur, oppositæ præsumptioni resistit, illámque prorsus impedit, ac interrumpit,

terrumpit, cùm manifestum præseferat Summorum Pontificum dissensum,& contradictionem, ac remouet malam fidem laicorum. Felinus *in cap. cùm non licitat, sub num.12. vers.quintò considera, de præscript. Philipp. Prob.in Add.ad Mant.in cap.tibi,sub n.8.vers.illud tamen,de rescr.in 6.* Ruin. *cons.37. sub n.12.versic.nec videtur obstare,lib.4.* Nau. *cons.1.sub num.1. vers.ad primam quæstionem,de fer.* Rot. *in dict. Valentin.gabell. in §.secundò exploratum est.* Garzia *de Benef.part.5. c.4. sub n.454. vers.quamuis ego,& sub n.558. vers. nec refert.* Azor. *instit. moral. lib.5. d. cap. 12. §.quod ex ò. vers.quamuis nec video, & in §.seq.* Ioan.Franc.Leon. *d.c.7. n.151.vers.& cum Bulla Cœn. Dom.* Et demùm, quia præsumptionem hanc expressè reprobauit, ac reuocauit sanct. memor. Vrbanus, in eius Constitutione incip. *Romanus Pontifex in sacra Beati Petri Sede constitutus,&c. in §.nec non reliqua omnia, quotcumque & qualiacumque, &c.* publicata de anno 1641. die 5. Iunij. Prædicta verò fortiùs procedunt in proposito casu,in quo tam ex gestis de anno 1338. vt præmissum est,quàm modernis temporibus constat de dissensu, & contradictione Episcopi, atque Capituli, quo stante prætensa consuetudo siue præscriptio licèt ad hunc effectum inutilis ac inefficax)induci non potuit,vt fuit consideratum in *dict.Valentin. gabell.in §.minùs verò, in vers. & renitentiam eius ostendit reclamatio, & recursus ad Pontificem.&c.*

7. Neque obstat, quòd pro parte Ciuitatis prætenditur Ecclesiasticos inducentes,vel extrahentes aliquas ex prædictis rebus per seipsos, vel medianibus eorum famulis, ac ministris teneri ad effectum euitandi fraudes ea priùs denunciare officiali ad id deputato, ab eóque recipere inscriptum vulgò *poliſi de franquezza* nuncupatum, cuius vigore exactores prope portas residentes immunem deinde permittant extractionem, vel introductionem,iuxta notata *per Bart.& alios Doctores,in l.fin.§.diuus,ff.de publican.*

8. Quia fraudibus quidem obuiandum est,sed maximè cauendum,ne dùm quis alienis occurrere exquisitis modis intendit, ipse leges fraudet propriam excedens iurisdictionem. rectámque Sacrorum Canonum interpretationem offendens; non enim sub prætextu euitandarum fraudum licitum est laicis noua onera & seruitutes Ecclesiasticis personis imponere, quibus illæ quouis modo impediantur,vel timidiores reddantur in exercitio iuris, ac libertatis in eis competentis, vt in specie respondit Gasp. Calder. *inter cons.* Anchar.*cons. 12.sub num. 2. vers.sed sic circa extraneum,& sub n.4. vers.prædicta etiam* & comprobat Surd. *d.cons.101.sub num 45.vers.& non omnes,& seqq.ac sub n.50. vers. & quod non reperitur iure cautum.* Quale quidem onus prædictum esse, ratio ipsa comprobat, & experientia demonstrat;nam officiales illi ex insita quadam eorum muneri asperitate se frequenter quibuscumque reddere solent difficiles,atque molestos,vt habetur *in l.quanta, ff.de publican.*vt plurimùm autem Clericis Ecclesiasticisque personis,vt refertur *in cap.laicos,& in cap.laici 2.q.7.& in c.Clericis*, ibique *gloss. de immunit. Eccles. in 6.* & præter alios tradit Gasp.Caualer.*d.cons.12.sub n.4.vers. & in casu isto*;ita vt longiori interposita mora,vel iurgiis,ac contentionibus excitatis,introductionem & extractionem, seu impediunt, seu retardant eósque diu fatigatos dimittunt,quod equidem permittendum non est. Censuerunt itaque Domini, satis esse quod Ecclesiastici in ingressu, vel egressu Ciuitatis bona,quæ per se,vel eorum famulos, ac ministros introducere & extrahere intendunt, ostendant officiali ibidem residenti,& si oriatur inter eos contentio,vel quia ille neget personam Ecclesiasticam, vel bona eius propria, seu prætendat ea esse negotiationi parata. Altera quidem quæstio ex habitu Ecclesiastico & tonsura quibus incedit deferens bona, vel is cuius nomine deferuntur definiri;nam ex illis talis præsumitur,iuxta textum *in cap.si Iudex laicus,§.idem censemus,de sent.excomm.in 6.* eóque magis exhibitis literis testimonialibus Ordinarij,quibus præstanda est fides,*cap post cessionem,vbi notant DD. extr.de prob.* Rot. *penes bon. mem.Cardin.Seraph.dec.713.sub n.1.& Reuerendiss.Vrgellen.dec.430.sub num.2.ac bon.mem.Cardin.Caualer. dec.483.sub n.2.* Altera verò eiusdem iuramento regulariter terminatur, iuxta glossam *in Clem.præsenti, in verb.negotiandi,vers.cauetur, de censibus*;quem ibi sequuntur DD.addentes, quòd in casu quo hæc controuertantur, Iudex Ecclesiasticus adiri debet, vt ibidem explicant Lap. Abb.& Imol. *sub n.1.vers. iuxta prædicta,& n.11.* Cardin. *sub n. 9. vers. quartò quæro, & vers.sexto quæro,ac* Vital. *sub n.36.vers. concludo.* Bertachin. *de gabell. part.7. sub n.13. vers.status autem,& sub num 21.vers. nec præterea,*Rol. *cons.71.n.24.versic. vlteriùs aduertendum est,ac seqq. lib.4.* Ant. de Nigr. *in repet. extrauag.vnic.de vit. & honest.Cleric. num.321. vers. & si sit dubium, & alij relati in prædicta antecedenti decis. coram bon. mem. Coccino, in §. remanebat solum,&c.*

9. Minùs obstant quæ tradunt Bart. & DD. *in d §. Diuus*, loquentes de denunciatione fienda, & apodissa recipienda per exemptos, quia non procedunt in Clericis,ac personis Ecclesiasticis, qui laicorum Constitutionibus & edictis ita iubentibus intelligantur, *vt notant communiter Doctores in cap. Ecclesiæ & S.Mariæ*, ibique Abb. *sub n.25.vers. sed certam formam, de constit.* & Calder. *&* alij relati per Surd. *d.cons.301.n.12. vers.ea enim est. & seqq. &* Honded. *cons.3. n.11.vers. primò quia,ac seqq.& n.23.vers.5. quod, ac seqq. lib.1.* Præterea,aut persona,vel rerum qualitas non reuocatur in dubium, & tunc non est necessaria inscripti petitio, neque receptio,quia notoria est illorum exemptio, vt declarat ibidem Bart. *sub n.1.vers.quædam sunt,& probat* Bertazzol. *cons.191. sub n. 1. vers. Sed nec etiam, lib.1.Crim.* Aut de alterutra dubitari contingit,& tunc cùm ad d.Officialem laicum non spectet cognitio, sed ad Iudicem Ecclesiasticum(vt dictum est)ideò nec ab eo recipi debet inscriptum,siue illud vim habeat licentię, siue attestationis prohibitæ cognitionis,ac iustificationis,quæ hoc casu coram eo fieri non debet, sicut fieri deberet, quando ageretur cum laicis potestati sæculari subiectis,in quibus terminis loquuntur Bart.& DD.*in d.§. Diuus, &* Bald. *cons.79 D.auanti di voi, sub n.4. vers. secundò quæritur,lib.2.* Rol. *cons79. sub n.89.versic.quantum sit ad aliud caput.& sub n.9. vers.ista enim res,& seq.lib.3.* Decian. *cons.44. sub n.112. vers. Sed certum est,& seq.lib.4.* Cephal. *cons.451.sub num.269. vers.Vnde cùm ista distinctio & cognitio & seqq.& alij.*

10. Præterea non obstat, quòd respectu rerum, ac bonorum,quæ(vt dictum est)appellantur inseparabilia nulla competere possit Ecclesiasticis personis immunitas à gabellis prædictis,quæ in ingressu & egressu Ciuitatis exiguntur à mercatoribus, & aliis personis laicis ratione rerum quæ inferunt, vel extrahunt in eorum dominio tunc existentium,quidquid de illis inde contingat,siue Ecclesiasticis, siue laicis vendantur, quippe id prouenit ex accidenti, quod considerari non debet,vt plures existimarunt.

12.Nam contraria sententia visa fuit Dominis verior, atque tenenda.Primò enim probatur ratione,tùm quia laici,quos certum est non posse directè imponere, nec exigere huiusmodi gabellas ab Ecclesiasticis personis ratione rerum quas inducunt, extrahunt, vel emunt in proprios & familiarium vsus,vt decidunt iura suprà citata in §.quia inconcussum est fundamentum, &c. hoc sanè pacto illas ab eis per indirectũ exigerent,mediãte persona mercatorum,ac laicorum ipsa bona vendẽtium,qui onus prædictum in emptores retorquent, & ab eis repetunt cariori pretio vendẽtes,ita vt re ipsa &

in effectu ab emptore pendant, *vt notat* Æmil. Ferrer. *in annotat. ad Tacit. lib. 3.* Annal. *sub n. 14. &* Lasart. *de gabell. ac. 15. sub num. 3. vers. & dicè*; quod quidem communibus Iuris regulis aduersatur, & admitti non debet, *cap. quanto, extr. de priuil. cap. statutum de hæret. in 6. cap. cùm quid vna via, de reg. Iur. eod. lib. l. cùm ij §. transactiones & vers. si cùm lis, ff. de transact. l. scire oportet, §. 1 ff. de tut. & cur. datis ab his, l.* Seius, & Agerius, *ff. ad leg.* Falcid. *l. fin. in princ. & §. 1. ff. de vsur. rei iudicatæ*, & in proximis terminis de hac ipsa materia loquentes plenè probant Gasp. Caual. *inter Cons. Anch. 4. cons. 12. & ibid. Colleg.* Bonon. *cons. 13. & latiùs ipse* Anchar. *cons. 155. per tot. quos sequuntur* (reiecta contraria opinione) Felin. *in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, sub n. 104. vers. Primum exemplum, in fin. extr. de constit.* Dec. *cons. 48. sub n. 5. vers. 4. vsque ad fin.* Laderch. *cons. 103. sub n. 9. & 10. vers. 7.* Surd. *d. cons. 301. n. 75. vers. atque ita, & seq. & n. 80. vers. quare, cum seq. & sub n. 86. vers. cum igitur, & vers. præterea.* Menoch. *consil. 136. an. 7. vers. primo, ex generali iuris regula, & seqq.* Gratian. *discept. 390. per tot.* Tùm quia Ecclesiasticæ personæ, quæ laïcorum onera subire non debent eo vtique medio per huiusmodi exactionem gabellarum eorum ratione indictarum illa in effectu promiscuè cum laicis supportare cogerentur, quod expresse prohibitum est, *in d. cap. non minus, & in d. cap. aduersus extr. de immunit. Eccles. cum aliis supra citatis, in §. quæ sanè conclusio procedit.*

12. Secundò probatur ex verbis *dictæ Bullæ Cœnæ Domini, in §. 10. ibi. Et diuersis etiam exquisitis modis exiguis, &c.* & ibi. *Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare non verentur, &c.* vbi specialiter ad rem nostram hæc verba ponderat Vgolin. *de censur. part. 2. c. 18. §. 1. sub n. 1. vers. sexto afficit excommunicatio; hæc* Ioann. Franc. Leon. *in thesaur. for. Eccl. p. 3. c. 7. n. 113. vers. decimo octauo, & seq.* Laur. Portel. Megall. *& alij in locis mox citandis.*

13. Tertiò, probatur auctoritate plurium Doctorum, nempè Abb. *in consil. 20. incip. videtur primo, lib. 1.* vbi respondit, quòd statutum Ciuitatis Senarum, cuius vigore tenebantur mercatores, exteri deferentes pannos ad quæcumque loca illius territorij soluere pro eis gabellam in ingressu (vt hîc) non comprehendebat illos qui pannos introduxerunt in Oppidum Planistangarij, cuius incolæ erant immunes ea ratione, quia cariùs vendidissent Oppidanis propter onus gabellæ, & sic per indirectum ipsi fuissent grauati, ac euanuisset eorũ immunitas, eúque sequitur Laderch. *d. cons. 103. sub n. 8. vers. Secundo*, Atque idem in specie de huiusmodi gabellis per laicos impositis super pane, vino, oleo, panno, & aliis ad victum & vestitum necessariis, quæ immediatè soluuntur à mercatoribus, & per eos deinde repetuntur ab ementibus minutatim, eo cariùs illis vendendo easdem res, probant [post Nauarr. in manual. c. 17. sub n. 202. vers. rogatus à multis, *Azor.* instit. moral. tom. 2. lib. 9. c. 11. in quinto priuil. §. in dubium vocatur, vers. Sed re vera, *Alter.* de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 19. c. 6. in §. Quarta dubitatio, vers. hæc tamen opinio. *Lar. Portell.* in dub. regul. versic. tributum sub n. 7. vers. hoc posito, & sub n. 8. vers. addo prætereà. *Eman. Roder.* in compend. quæst. Regul. tom. 1. fol. 63. sub num. 32. in §. prædicta onera, vers. ad quod refertur Ferd. à Castro Palao Oper. Moral. p. 2. tit. de Reuerent. deb. Ecclesiast. disp. vnic. punct. 9. sub n. 20. versic. Secundò dubitatur, *Megall.* in Instruct. Conf. p. part. 2. part. lib. 2. cap. 17. q. 6. n. 127. versic. Sed hanc sententiam, & seq. dicens, n. 112. *Laicos hoc casu non excusari auctoritate DD. contrarium sentientium, stantibus verbis præfatæ Bullæ Cœnæ Domini*, in dict. §. 18. quos sequitur *F. Dian* Resol. moral. p. 1. de immun. Eccles. resol. 45. versic. Sed his non obstantibus, sub numer 15. vers. Prout etiam, cum seqq. Et ex nostris *Rebuffus de Gonny.* de Charitat. subsid. q. 60. n. 4. versic. Concludo, & seqq. *Vgol.* de censur. part. 2. c. 18. §. 1. num. 1. vers. Sextò, *Gutierrez* de Gabell. q. 92. sub n. 36. vers. At in dubium, & vers. seq. in fin. *Gratian. d. discept. 390.* n. 16. vers. Sicut dicimus, & alij relati in d. antecedenti dec. in §. Quantum verò ad bona inseparabilia.]

14. Hęc autem sententia certior est in proposito casu, in quo non ex vna tantùm, vel altera, sed omnibus ferè rebus ad victum & vestitum necessariis dictæ gabellæ exiguntur in ingressu & egressu Ciuitatis; ita quod non parum, & paucis (vt nonnulli distinguendo scripserunt, quorũ nec probatur opinio) sed plurimum, & plurimis, ac omnibus ferè noceant. Nam alterum de duobus inde resultat, quod scilicet Ecclesiasticæ personæ, vel ad euitandum illarum solutionem aliò se conferre, vt propriis ac familiæ vsibus necessaria parent, magno quidem illorum incommodo, impędio, atque periculo. Vel si paupertatis aut difficultatis impedimento aliunde sibi prouidere non valeant, ea demùm necessitate impulsi in ipsa Ciuitate comparare cogantur, quorum vtrumque Ecclesiasticæ libertati, ac Sacrorum Canonum dispositioni prorsus repugnat. Quibus apprimè conuenit, vt in eadem Ciuitate, in qua ipsi seminant spiritualia metant temporalia, *vt legitur 1. ad Corinth. c. 9. & in c. cùm ex officij, ad fin. extr. de præb.* & in qua dùm laici sæcularia subeunt onera, ipsi quoque Deo spiritualibus ministrantes, in hoc illis retribuunt, quidquid pro eorum pace, ac sustentatione laboris impendunt, *vt inquit S. Thom. in Epist. ad Roman. c. 13. lect. 1. col. fin. versic. Ab hoc tamen debito, & habetur in cap. in qualibet 23. q. 8. & tradit Molin. de Iust. & iur. tom 1. disp. 32. in quinta concl. versic. Quoniam* Atque ideò eiusmodi commodo, ac plena libertate, neque directè, neque per indirectum priuari debent, *iuxta notata in d. cap. Quantò, vbi cæteris.* Anch. *sub num. 1. & seq. extr. de priuileg. & in cap. fin. de immunit. Eccl. in 6. ac latiùs probat idem Anch. in d. cons. 155. n. 1 & seqq. dicens, sub num. 5. versic. Non videtur ergo,* Quod Respublica temporalis non potest etiam per indirectum præiudicare Reipublicæ spirituali in eo participio ac communione quam debet habere cum laicis in rebus temporalibus pro vsu dictarum rerum. Et ita in specie respondent Azor. *dict. c. 11. §. In dubium vocatur, versic. sed re vera.* Alter. *d. disp. 19. c. 6. in 4. versic. Hæc tamen opinio,* Ferdin. à Castro Palao, *d. disp. vnic. punct 9 num. 10. versic. Secundò dubitatur.* Portell. *dict. verb. tributum. sub d. n. 7. versic. Hoc posito, & sub d. n. 8. versic. Addo prætereà,* & Roder. *d. q. 63. sub n 32. versic. Ad quod refert Megall. d. q. 6. sub. n. 109. versic. Nec obstat & seq.*

15. Et hinc patet non refragari, quòd ex huiusmodi gabellarum impositione facta per sæculares nullum principaliter ac immediatè fiat præiudicium Ecclesiasticæ immunitati, sed illud contingat per accidens, quatenus scilicet Ecclesiastici res illas per laicos introductas velint emere in Ciuitate.

16. Quia cùm ea ferè omnia, quæ vsui humano sunt necessaria, eiusmodi oneri fuerint subiecta, quocumque se Ecclesiastici vertant, vel aliò se transferendo, vel in Ciuitate emendo, præiudicium euitare non possunt, vt mox fuit probatum. In hac verò materia non adeò est inhærendũ literæ, ac verbali interpretationi, quin magis attendatur vera ratio, & sensus Sacrorum Canonũ, vt admonet Honor. III. *in d. c. quanto, extr. de priuileg. & Imperator in leg. non dubium, C. de legibus, ac in l. 3. in fin. C. de lib. præterit. & Iurisconsult. in l. contra legem ff. eod.* Qui eò verè tendunt, vt Ecclesiasticæ personæ pura, plena, ac illibata in prædictis omnino gaudeat immunitate, ideóque illorũ dispositio, quæ fauorabilis est, subtilioribus interpretationibus nó est restringenda; vt probatur ex dd. *c. nõ minus, & c. ad hæc, sup extr. de*

de immun. Eccles. & cap. quanquam de censib. in 6. ac in l. sancimus la 2. vers. cum enim C. de Sacrosanct. Eccles. Sed qualecumque immunitati prædictæ fiat præiudicium, siue directè, siue indirectè, siue principaliter, siue in consequentiam illud conuenit tollere, & reparare, idque magis quod graue est, ac notabile præiudicium infert, vt reiectis præfatis distinctionibus concludunt Gasp. Calder. *d. cons. 11. n. 1. vers. quare & si non directe, imò & per quandam consequentiam, vsque ad fin. vers. quamuis enim, &* Anchar. *d. consil. 153. sub n. 7. in fin. & num. 8. vers. & licèt verba statuti, & sequent. & in d. cap. quantò, num. 1. & seqq. & num. 4. versic. Quintò nota, ac seqq. de priuil. & in casu suo Dec. d. consil. 48. sub num. 5. versic. Quartò ista conclusio, vsque ad fin.* Rimin. *senior consil. 45. numer. 28. versic. tamen dico,* Rim. *iun. consil. 81. n. 17. versic. Nec etiam ratio,* Bald. *&c.* Surd. *d. consil. 301. n. 77. versic. Et non est curandum.* Ioannes Franc. Leon. *in Thesaur. for. Eccl. p. 3. c. 7. n. 113. versic. Decimò octauò, & n. 118. versic. hac enim exemptione, & sub nu. 132. versic. Incurrunt enim, &* Card. de Grass. *de effect. Cleric. effect. 2. à num. 65. versic. Subampliatur quartò, ac seq. & num. 190. versic. Sed in præsenti ampliatione.* dicens hanc esse veriorem. Et in specie aduertunt omnes supracitati Doctores, & præsertim Castr. Pal. & Megall. *d. q. 6. num. 107. & seqq.*

17. Ita vt non oporteat animum ac intentionem disponentium sollicitè inuestigare, quando ex qualitate facti, & re ipsa resultat effectus adeò præiudicialis; & destructiuus dictæ immunitatis, quem illi etiam moniti ac requisiti emendare contendunt ad *leg. Iulianus, §. proinde ibi, & sed & si ab initio non sic accepit, verùm postea in rem patris vertit cessare senatusconsultum, &c.* Iulianus ait *intelligendumque esse initio sic accepisse, vt in rem patris verteret, ff. ad Maced. vbi gloss. in verb. intelligendum, notat hanc esse præsumptionem iuris, & de Iure, l. quædam ff. de reb. dub. & in specie tradit* Gasp. Caual. *d. cons. 12. n. 4. vers. Et in casu isto, ac infr. propè finem vers. Hæc enim, cum aliis relatis per Menoch. præs. 35. n. 20. vers. dicamus nunc, & seq. lib. 6.* Cæterùm dicebat vnus ex Dominis, si abest intentio lædendi Ecclesiasticam immunitatem, non videtur tam acriter impugnanda hæc sententia, secundum quam Ecclesiastici id solùm consequi debent, quod si ipsi vel eorum ministri easdem res vsui proprio ac familiarum necessarias introducerent, non soluerent, & Ciuitas id tantùm restitueret, quod eo casu non exegerat, vt aduertit etiam in casu suo, *Dec. in dict. consil. 48. sub n 5. versic. prædicta etiam confirmantur.*

18. Verùm quia (vt præmissum est) in ingressu ciuitatis dignosci ac separari non potest quantitas rerum, quę vsui Ecclesiasticorum debeat inseruire, vt proinde pro ea rata remittatur gabella mercatoribus; ideò placeret Dominis, saluo Clerici consensu, & Sedis Apostolicæ beneplacito remedium in antecedenti, *dec. propositum in § fin.* quod scilicet in fine anni singulis Ecclesiasticis restituatur per Ciuitatem, quidquid in emptione illarum rerum occasione dictarum gabellarum persoluerint iuxta eorumdem attestationes, iuramento (si opus erit) coram Ecclesiastico Iudice roborandas, liquidandum; in his enim quæ præcisè, vt par esset, præstari nequeunt, æquipollens admittitur satisfactio, *ad l. promissor. ff. de const. pec. l. 1. § iubet autem, ad fin. versic. quòd si per inopiam, ff. de collat. bonor. leg. si seruum, § fin. ff. de verb. obligat. leg. § Super peculio, vers. Sin verò, C. de assert. tollend.* Bart. *in l. vinum, num. 15. versic. verùm quia, ibique notant etiam alibi DD. ff. si cert. per. Luc. de Pen. in leg. litibus, n. 28. versic. Nam cùm aliquid, C. de agric. & censu, lib. 11. Afflict. decis. 83. in fin. & dec. 347. sub num. 3. vers. bene faciunt, & seq.* Hoc autem quod in aliis pluribus Ciuitatibus vsu receptum est, vt attestanter Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. d. cap. 11. §. In dubium vocatur, versic. Item vsu receptum est.* Alter. *d. disp. 19. c. 6. in quart. dubio, versicul. Item vsu receptum est multis in locis,* Portel. & Roder. *in locis suprà citatis,* & P. Dian. *resolut. moral. de immunit. Eccles. res. 44. in fin.* Franc. Castil. *dec. 105. num. 57. vers. Et tamen videmus*, faciliùs recipi debet in hac insigni Barchinon. quæ non minùs Christianæ pietate, ac Religione, quàm armorum splendore gloriatur, ne quando illi (quod absit) obiiciantur, quæ detestatur Lateranens. Concil. *relatum in d. cap. non minus. extr. de immunit. Eccles. & iure meritò deplorat.* Nauarr. *in Manual. in d. cap. 17. sub n. 202. in d. §. Rogatus à multis, versic. Ideóque iure veteri,* & Ioann. Franc. Leon *in Thesaur. for. Eccles. part. 1. c. 14. n. 43. versic. Communitates verò.*

19. Atque ita fuit conclusum vtraque parte informante, reiecta petitione Remissoriæ, vt in principio dictum est, super articulis productis tanquam irrelevantibus, prout ex prædictis apparet, & aliàs fuit resolutum *in dict. Valentin. gabell. coram Oran. & in Carcouien iuris legend. coram R. P. D. meo Ghisterio, in recent. dec. 325 part. 5. &c.*

DECISIO LIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Arguelio.

In causa Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Lunæ 19. Ianuarij 1646.

§. 1. OB varias probationes hinc inde factas variæ coram Reuerend. D. meo Carillo Præside Vallisoletano emanarunt decisiones, quibus omnibus diligenter perpensis hodie Domini censuerunt recedendum esse *à decisis sub die 11. Martij 1643.* & inhærentes decisionibus *editis sub diebus 30. Ian. 1640. & 16. Maij 1642.* Professionem esse nullam, & inualidã confirmarunt, siue attendenda sit expressa Professio, siue tacita Ratificatio, siue etiam Ratificatio expressa.

2. Quod enim attinet ad professionem expresè emissam à D. Franciscã Coronella in Monasterio S. Dionysij de Ouidellas de anno 1605. de istius inualiditate nõ fuit dubitatum, & clara resultat ex deductis in dictis duabus *decisionibus de annis 1640. 1642.* quarum fundamenta inconcussa agnoscentes informantes pro Dominis de Gomez fratribus eiusdem Franciscæ non impugnabant, sed punctum difficultatis reducebant ad ratificationem, cuius natura est validitate actum nullum vsque ab initio virtute retractationis, *c. ratihabitionem 10 de regul. iur. in 6. l. fin. ff. de bon. possess. l. bonorum 24. ff. rem rat. hab. l. fin. C. ad Macedon. l. donationes 25. C. de donat. & ibi communiter scribentes.*

3. Quoad tacitam itaque ratificationem dixerunt Domini non intrare. Nam quidquid sit an cursus longissimi temporis, quo Franciscæ in Monasterio permansit deferendo habitum monialem, & faciendo alios actus ex aduerso ponderatos pro inducenda hac tacita ratificatione sit sufficiens de sui natura omnes, vnica responsione vsi fuerunt posse euitari, nempe quia ab initio Franciscæ coacta fuit ingredi Monasterium metu patris sibi incusso etiam cum minis mortis, vt deserte deponunt plures testes de visu & auditu proprio deponentes, qui metus reddit professionem irritatam & nullam, Abb. *6 in c. cum visum. n. 8. de regul.* Felin. *in c. causam matrimonij n. 5. de offic. deleg.* Sanchez *de matrimon. lib. 4. disp. 6. n. 36. & in præcept. Decalog. lib. 4. n. 26* Rota *in decis. 779 n. 10. part. 3. recent. cum aliis vulgatis.*

4. Et operatur quod omnes actus subsequenter gesti tanquam prouenientes ab initio meticuloso laborent eodem vitio & nullius sint roboris ad inducendam ratificationem

tificationem Professionis, signanter dum adhuc viuebat pater. Doct. *in l.2.C. quod met. caus.* Bart. *in l.penultim.ff. de condict. ob turp. caus.* Couarr. *in epist. tom.4. decretal. part.2.c.3. §.5. n.1* Roland. *cons.2. num.86. lib.1.* Paris. *cons.60. num.34. lib.4.* Rot. *decis.771. n.8. & 9. dec.851. num.1. dec.863. num.4. coram Card. Seraph. & declarauit Sacra Congregatio Eminentiss. DD. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum 13. Septembris 1629.* Quæ censuit *Matrimonium contractum a filia per metum a matre factum esse inualidum, etiam si mulier metum passa per plures annos post mortem matris permanserit cum marito, & filios procreauerit, vt prosequitur* Barbosa *in collect. Bullar. in verb. Matrimonium pag. mihi 449.*

5. Et probatum metu certum est quod omnes coniecturæ deductæ ad ostendendam liberam voluntatem euanescunt. Alexand. *cons.99. n.10. lib.3.* Nicol. Euerard. *cons.4. n.2. tom.2. inter matrimonia Cilest. Gamma dec. Lusitan. 346. n.3.* Greg. XV. *dec.326. n.45.* Seraph. *d. dec.851. n.6.* Rot. *dec.216. num.21. part.2. diuers.* imo probato metu impossibile esse contrarium probari inquit Alex. *d. cons.99. n.8. & 9. lib.3.*

6. Nec dicatur quod etiam voluntas coacta sit voluntas. Quia non est tamen libera prorsus, ac simplex voluntas, qualis in Professione requiritur. *c. cum locum 14. de sponsal.* Butr. *in c. cum virum sub n.6. in fin. vers. sed vbi de regul.* & ita declarat Decis. *in leg. velle non creditur sub num.3. vers. non obstat. ff. de reg. iur.* ibique Cagnol. *sub nu.5. vers. ex quibus infertur*, & explicat Rota *dec.643. n.28. vers. secus tamen part.1. recent.*

7. Quo verò ad expressam ratificationem in qua fiebat maius fundamentum deductum ex eo, quòd Franciscæ de anno 1638. mediante publico instrumento cessit liti, & protulit illa verba. *Quamuis monialis non esset hodie, Monialis esse volebat*, Domini pariter dixerunt non intrare tanquam inualidam.

8. Primò quia Franciscæ, vt ipsa pars aduersa confitetur & allegat in suo facto, illam fecit reseruato sibi illæso iure successionis hæreditati Odoardi fratris isto medio tempore defuncti, quæ reseruatio est contra substantiam & validitatem Professionis, vt cauetur *in Sacr. Concil. Trid. sess.25. cap.2. c.20. vers. insuper de conuers. coniugat. glossa in cap. fin. de condit. apposit. & in c.1. qui clericus. vel vouen.* Rodriq. *quæst. regular. to.3. qu.17. art.6.* Ceuall. *commun. contr. commun. q.85. n.2.* Bart. à S. Fausto *in Thesaur. Relig. lib.8 q.21.* Less. *de iust. & iur. lib.2. c.41. n.62.* Bonac. *de claus. puncto 10. diff.2. §.1. n.13.* Tambur. *de iur. Abbatiss. tom.3. disp.6. q.6.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.1. c.42. n.150.*

9. Secundò quia Franciscæ metu reuerentiali aliorum fratrum fuit coacta ad illum actum agendum, iunctis minis de subtractione alimentorum, qui metus non minor profecto est quam metus amissionis bonorum, vel maioris partis eorum, quem ad irritandam professionem sufficere tenent Sanchez *de matrim. lib.4. disp.1. n.15.* Pont. *d.c.4. n.9.* Hurtad. *disp.6. diff.1. n.2.* Borbon. *c.2. q.15.* Tiraquell. *de nobilit. c.31. num.369. cum pluribus per eos citatis idem Sanch. de matrim. lib.4. disp.5. n.4. & in præcept. Decalog. lib.4. c.3. n.8.* Præsertim in muliere multo ære alieno grauata, à quo subleuari promittebatur, Pont. *d.c.4. n.10.* Ias. *in l. Titia n.10. vers. secundo notabiliter, de verb. obligat.* Rota apud Farin. *lib.2. consc. crim tom.2. dec.242. n.13. & in d. dec.326. n.21. coram Papa Gregor. XV.*

10. Tertio quia fuit etiam impulsa ex minis protrahendæ, & perpetuandæ litis vt probant Testes *ad Textum in leg. per mulierem 22. ff. quod met. caus.* cuius litis ærumnas satis cognouerat Franciscæ quæ plurium annorum curriculo fratrum potentia impedita, nec latum quidem vnguem in lite progredi valuit, imò fidei fratres aduersarij non obtinuerunt etiam Rotales expeditiones, ac litteras Apostolicas violenta manu abripere, earúmque executionem omni conatu possibili impedire, vnde postmodum coacti fuerunt absolutionem à censuris petere, & refusis expensis à Rota fuerunt assecuti, *vt videre est in decisionibus coram eodem Reuerendissimo de Carillo desuper emanatis sub diebus 16. Nouembr. 1635. & 27. Martij 1637.* At litis, & æris alieni quo grauata erat Franciscæ quanta sit miseria docuit tertium illud præceptum in templo Delphico aureis litteris consecratum, *Æris alieni, atque litis miseriam fac effugias, & facit quidam Martial. lib.7. Epigram.64.*

11. Quæ concurrunt promissiones liberandi eam ab ære alieno, persuasiones, & preces importunæ, frequentes, molestæ factæ à fratribus de Gomez mediantibus multis personis, quæ per se solæ essent forsan sufficientes ad vitandam Professionem, *ex relatis per Altograd. cons.50. num.271.* Petr. de Pech. *de testam. coniug. lib.1. c.3. n.4. & seq.* Valenzuel. *cons.29. n.31.* Afflict. *dec.69. n.4. & ibi* Vrsill. *late*, Pont. *d. lib.4. c.11. per totum, & c.5. præcipuè nu.17. vbi multis Sacræ paginæ testimoniis, iuribus, rationibus, & argumentis comprobat, & faciunt textus in l.3. ff. de lib. exhib. l. vnic. C. de rap. virg. vbi glossa in verb. extorsisse de præbend.* cum aliis per Diana *part.3. tract.5.* Miscellan. *resol.20. notandum, & Prat. discept.27. n.63. & 65. vbi quod importunitas, & metus æquiparantur*, Castill. *controuers. lib.3. c.1. n.154.* Gratian. *discept. forens. c.659. n.9.* Rot. *dict. dec.426. n.13. coram Greg. XV.*

12. Quinto ponderabat vnus ex Dominis Franciscam fuisse deceptam etiam dolo attento lucro fratribus ex hac Professione prouenientes, quod vbi interuenit semper & dolus præsumitur. *Mieres de maiorit. part.1. q.25. à n.1.* & clare deducitur ex supradictis promissionibus, persuasionibus, ac minis: & eodem modo quo metus inualidat contractum, vt bene Pont. *d. lib.4. c.25. n.5.* siue sit in ipso actu, siue in ratificatione. *de renunc. lib.3. c.11. n.3.* Et certissima est conclusio quod dolus dans causam contractui bonæ fidei, inualidum, & nullum eum reddit *l. & eleganter 7. ff. de dol. mal. l.3. §. societas, ff. pro soc. l. qui cum tutoribus 9. §.2. ff. de transact. leg. iuris gentium. 7. §. ait prætor. ff. de pact. l. fin. ff. de constit. pecun. l. in causa 16. §.1 ff. de minor. l.1. C. de rescind. vend. Cuiac. ad lib.3.* Paul. *in d. l.3, societas.* Donell. *lib.12. Comment. cap.7. vbi Osual. litt. D.* idem Donell. *in l. si quis 36. num.5. de verb. oblig.* Picchar. *instit. de except. in princip. n.18.* Henric. Bocerus *ad l. contractus 25. c.2. n.13. vers. hanc definitionem, &c.*

13. Sexto accedit error Franciscæ quæ credidit per illum actum liberationem ab ære alieno, & alimenta consecuturam & è contra finem litis si actum non fecisset nunquam visuram, qui error licet circa qualitates extrinsecas, tamen quando in eas fertur animus eodem actu, & eis innititur expresè inualidare professionem, tradit Basil. Pont *d.c.21. vbi plures cumulat.* & adimit consensum contrahentis ab actu. *textus est expressus in l. sed hoc ita 20. vbi gloss. citat. concordant. ff. de aqua pluu. arcen. l. error 8. ff. de iur. & fact. ignor. l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. iud.* Rota *dec.19. n.10. coram bon. mem. Buratto.*

14. Septimo ponderatum etiam fuit quod ille actus facilius periclitatur tanquam gestus à muliere animi maxima perturbatione commota, & ferè desperata, vt dicunt testes, & sic abfuit plena libertas, & prudens deliberatio ad tam serium actum necessaria, *argumento textus in cap. diuortium 21. de pœnit. quæst.1. cap. si quis iratus 5. caus.2. q.3. l.3. ff. de diuort. l. locatio 9. ff. de public. & vectig. l.2 C. ad l. Iul. maiest. l. quidquid in calore 49. ff. de reg. iur.* vbi Dec. *n.1. & faciunt versus Homeri adducti in cap. aut facta 19. de pœnit. distinct. 1. ibi,*

Ira percitus Amphidamantis
Cum gnatum imprudens simul inuitusque peremi.

Cum

15. Cum ergo Franciſca perturbata,& deſperata acceſſerit ad illum actum,eoque vix perfecto pœnituerit, & ad præcedentes lachrymas, & eiulatus redierit,ac violentiam,& defectum voluntatis patefecerit,(vt probant teſtes) ſatis inducitur ad inualiditatem *ex ſupra allegatis*, liquet enim quod non diuini ſpiritus afflatu ad d.ratificationem profiliit, nam bonus ſpiritus non tam cito pertranſit, & ex illa ſubita ſubſecuta conqueſtione repugnantia voluntatis arguitur Fab. Turret, *conſ.*28.*n.*12. Pariſ. *conſ*60.*à n.*37.*ad* 41. *lib.*4. Rota *dec.*643.*n.*16.*p.*1.*rec.* Ponderando etiam quod ſtatim dixit ſe neſcire quid fecerat. *& congruit ſententia Eccleſ.c.*6. *& verba D.Pauli relata in cap.ſin.cauſ.*23.*q.*9. & Sanchez *d.lib.*4. *c.* 5. *n.*6. *congruit textus in l. plerique* 33. *ff.de rit.nupt.l.cum hic ſtatus* 12.§. *quod ſi dinortium* 12.*ff.de donat.int. vir.& vxor. l. quod ſi diuortium* 32.*ff. de iur. dot. Doctores citati à* Sanchez *lib.*1. *de matrimon. diſp.*8.*n.*7.

16. Octauo conſiderabant Domini quod illa verba, *Quãuis Monialis non eſſet,hodie Monialis eſſe volebat*, nullo modo inducũt Profeſſionem,nec ratificationem, ſed ſolam intentionem ratificandi impoſterum, quia verbum,*volo*, iunctum alteri verbo infinitiui temporis non importat diſpoſitionem de præſenti, ſed voluntatem propenſam id agendi in futurum *gloſſ. in l.ſeruielectiones, in verbo poſſumus ff. de leg.*1 Molin. *de Rit. nupt.lib.*1 *comp.*20. *n...* & *ſeq.* Prat. Lexic. *iur.in verbo volo.*Barboſa *diction.*436.*n.* 14. *& faciunt textus in l.* Clodius Clodianus 97. *ff.de acquir.hæred.& in l. fin. ff.qui teſtam.fac.poſſ.* Piccard. *inſtit. qui mod.teſtam.infirm.*§.1.*n.*35. Caſtren. *conſ.*137.*incipit in cauſa lib.*2. *Mieres de maiorat.part.*1.*q.*48. *n.*266. Peregr. *in tract. var.tit.de pact.n.*5.*&* 6. Rota *dec.*221.*n.*7. *& ſeq. p.*1. *diuerſ.* Seraph. *dec.*1079.*n.*3. *verſ. ſecundo. &* Buratt. *dec.*196. *n.*5.*verſ. prout ſi dixiſſet.*

17. Nono animaduertebant iidem Domini quod illa verba non fuerunt à Franciſca prolata in actu determinato ad emittendam Profeſſionem,ſeu Ratificationem, ſed ad alium finem,nempe ad deſiſtendum à lite, ideò non poſſunt deſeruire ad inducendam diſpoſitionem *textus in l.Diuus* 25.*ff.de milit.teſtam.& ibi.*Gottifred. *litt.K. l.tale pactum* 41. *& ibi* Bart. *n.* 3. Caſtren. *n.*8. *ff.de pact.l.ſi quid venditor* 18. *ff.de ædil. edict.l.* Arianus 47.*ff. de act.& obl.& l. quidquid adſtringendæ* 99. *ibi quidquid aſtringendæ obligationis eſt id niſi palam, verbis exprimitur omiſſum intelligendum eſt ff. de verb. obl.ibidem ſcribentes.*

18. Et ratio eſt quia ratificatio non præſumitur niſi ex verbis,vel factis neceſſario inferatur Bart.& Caſtr. *in l.Paulus reſpondit alias l. non tantum* 5. *ff. rem rat. hab.* Aret. *conſ.*128.*n.*9. Hier. Leo *dec.Valent.*75.*n.*7. Hic autem concurrit coactio, & auerſio Franciſcæ tot actibus,& tot annis tentata Rota *dict.dec.*326.*n.*7. *coram Gregor.repetita apud Farinac. lib.*2. Crimin. *dec.* 260.*n.*3.*& dec.*779.*num.*1.*part.*3.*rec.* Hippol. Rimin. *conſ.*67.*n.*24.*inter matrim.Cileti.* Et concurrunt etiam proteſtationes tam in actu Profeſſionis, quam ratificationis, *ad text.in l.*2.*Cod.de his,qui prop. met.indic.non appell.& l.qui in aliena* 6.§. Celſus, *ff.de acquir. hæred.* Bart. *in l.omnes populi n.*31. *ff.de iuſt. & iur.* Aliaque tot præcedentia,& ſubſequentia ſigna auerſionis, quibus omnibus ſimul iunctis procul dubio inexcuſabilis patet inualiditas Profeſſionis ſeu ratificationis Franciſcæ *ex ſupra allegatis,quibus addi poſſunt* Sanch.*lib.*2. *diſp* 45.*n.*22. Prat. *diſcept.c.*18.*à n.*43.*ad* 48.

19. Ac etiam verba quæ ante actum protulit,ex quibus bene præſumitur animus ſubſecutus, *gloſſa &* Bartol. *in l. apud Celſum* 4. *ff. de dol.excepc. quam Angel. dicit eſſe meliorem de mundo,& alios allegat.*

20. Decimò,addebat vnus ex Dominis non eſſe veriſimile quod Franciſca,quæ per ſpatium 24.& vltra annorum ante dictum actum ſe Monialem eſſe conſtantiſſimè recuſauerat,& olim maximas ærumnas,lites,& diſpendia forti, virilique animo perpeſſa fuerat,ex abrupto, nulla extrinſeca compellente cauſa,fortiſſima, mutata repentè voluntate monialitatem ſibi decreuiſſet, quam inueriſimilitudinem etiam pro metu præſumendo alias admiſit. Rota *coram Gregor. XV. dicta dec.*326. *n.*6. *verſ. & multum in eo valet argumentum &c.in dec.*645. *n.* 19. *in fine verſ. ad metus autem probationem p.*1. *rec.& in dec.*86. *n.*16. *& ſeq. coram bon. mem. Burato.*

21. Et inueriſimilitudinem augeri ex lachrymis querelis,& ſuſpiriis à Franciſca emiſſis,ex quibus mentem, & animum ſatis dignoſci, tradunt Menoch. *de præſumpt.lib.*3. *præſumpt.*4.*n.*10.*& ſeqq.* Alciat. *conſ.*355. *n.*8.*lib.*3. Alex. *conſ.*99.*n.*11. *verſ. ſecunda eſt præſumptio lib.*3. Crauett. *conſ.*461.*n.*12. Noguerol. *alleg.*19. *n.*67. Rota *in ſapius allegata dec.*326.*n.*41.*coram Greg.* 852.*n.*2.*coram Seraphin.&* 779.*n.*5.*part.*3 *recent.*

22. Quæ omnia facilius procedunt in muliere, in qua minor metus ſufficit ad irritandam Profeſſionem. *gloſſ.in cap. cum locum* 14 *in verb. metus de ſponſal.* Valenzuel. *conſ.*148.*n.*46. Suarez *de Relig.tom.* 3. *lib.* 6. *c.*4.*n.*21. Calderin. *conſ.*1. *verſ.tertio quid,ſub tit. quod met.cauſ.* Ancharan.*conſ.*14.*n.*7. Abb. *conſ.*4. *n.*5.*lib.*1. *& fuit dictum in Tullen.nullitatis Profeſſionis* 13.*Maij* 1634. *coram bon.mem. Merlino, & conferunt congeſſi in deciſione huius cauſæ ſub die* 17. *Maij* 1641. *poſt principium.*

23. Vlterius etiamſi actus ex aduerſo ponderari poſſent importare ratificationẽ ex parte Monialis, adhuc tamen iſta non ſufficeret ceſſante conſenſu Monaſterij, non enim eſt integrum reclamanti poſt querelã quandocumque voluerit ad profeſſionem redire abſque noua voluntate & conſenſu monaſterij, *vulgata regul. l. quæſtum* 4.*ff. de acquir. hæred. leg. diſſenſatorem* 62. *in fin.ff.de ſolut.cap.ex eo* 38.*de regul.iur.in* 6.*vbi* Barboſ. *plures cumulat. leg.ſi non erit* §. *fin.ff.de iur.iurand.*

24. Doctores autem per informantes pro Gomez allegati loquuntur in ratificatione tacita,non autem in expreſſa,& publica,quæ diuerſo iure cenſenda eſt, *l. ſi ita legatum* 65.§.1. *ff.de leg.*1. Sanch. *de matrim.lib.*7. *d.diſp.*37.*n.*57. *&* 65. Rota *poſt Tamburin.de iur. Abbatiſſ.dec.*2.*n.* 5. *& in deciſione huius cauſæ ſub die* 30. *Ianuarij* 1640. Imo in expreſſa ratificatione profeſſionis exiguntur eædem ſolemnitates, quæ in actus celebratione, vt tradunt Aretin. *conſ* 128. *n.*5.*verſ. ſed quando lex.* Surd. *conſ.*3.*n.*10. *&* dec.159. *n.*21. *verſ. non aduerſatur Reuerendiſſ.Vrgellen. dec.*238. *n.*25. *& ſeqq.& faciunt textus in l.ſi vt proponis* 7.*C.de nupt. & in l.nuptiæ*, 14. *ff. de rit.nuptiar.* Ricc. *Cur. Archiep. part.*4.*dec.*82.*per tot.& præcipuè n.*9. Rot. *deciſ.* 395. *n.*11.*&* 17.*coram Greg.XV. dec.*204.*num.*2.*p.*4.*rec. & dec.*1166.*n.*2.*verſ.non obſtat,coram Seraph.*

25. Profeſſio ſiquidem eſt contractus vltro citroque obligatorius,quo Nouitia Deo,& Monaſterio, Monaſterium autem Nouitiæ ad eam tenendam,& alendam, vt aliis relatis probat Tambur. *de iure, Abbatiſſ.diſp.*6. *in fine.*Ideo neceſſe eſt quod vtriuſque contrahentium conſenſus concurrat ſicut & in cæteris contractibus correſpectiuis,latè Pont.*de matrimon.lib.*4.*c.*24.*&* 25. *per tot.* Et hoc eſt etiam indubitatum in iure *vt in l. omnibus* 56.*ff.de act.& oblig.l.*1. §. *conuentionis* 3. *ff. de pact. l. ſi voluntate* 8. *C. de reſc.ind. vend.* An inſuper quod ſimultaneè in eodem actu intercueniat,quia conſenſus ſemper præſumitur, præſtitus ſub conditione ſi alter ſtatim conſentiat.*l.duos reos* 6.§.*fin.& l ſi ex duobus* 12.*ff. de duobus reis l. continuis* 137. *in princ. ff. de verb. oblig. l.*1. §.*item ſi ita ff. ad leg.* Falcid. Faber. *in l.non erit* 5. §.*ſi neque iuratum ff.de iur. iurand.*

26.Deficiẽtia verò cõſenſus Monaſterij clara aſſumitur,tum ex reuocatione mandati quod dederat ad hanc litem.Tum etiam ex epiſtola Sanct.mem.Vrbano VIII. tranſmiſſa

transmissa, & à septuaginta sex monialibus subscripta, quam pro vehementi adminiculo admittit etiam *decisio sub die 16 Iunij 1642. coram Reuerendissim. D.meo Carillo.* Tum demum ex pluribus testibus deponentibus Franciscam non fuisse habitam pro moniali,& vestibus sæcularibus,ac sericis plerumque indutam incessisse, & ita ad nullos actus capitulares admissam scientibus & patientibus omnibus monialibus. Ac etiam ex aliis testibus ex aduerso examinatis dicentibus à multis annis ante ratificationem sic se Franciscam gessisse in Monasterio, & vitam sæcularem ab omnibus actibus professum seclusam semper duxisse tam ante, quam post professionem, & ratificationem, quo maius argumentum non acceptationis, & dissensus dari non potest.

27. Et quia illa decisio 16. Iunij 1642. firmat non potuisse ratificari quod fuerat ab initio nullum informantes pro Gomez contendebant quod Franciscam noluit ratificare professionem prout ex tunc, sed nouam professionem emittere, dum dixit quod licet Monialis non erat, hodie Monialis esse volebat. Hoc tamen non tollit,sed potius auget difficultatem,quia si ille fuit nouus actus, non autem ratificatio præcedentis,magis patens est inualiditas,ex eo quia tanquam noua professio emitti debuit in manibus Prælati potestatem habentis, *vt tenet* Hostiens. *in c. consuluit n.1. qui Cleric. vel vouen.* Azor. *lib.12. instit.moral.cap.5. quæst* 6. Barbos. *in cap. Porrectum & in cap. cum visum de Regul.* Tambur. *de iur.* Abbatiss. *disp.6.quæst.5. per totum*, Nauarr. *in Lucern. Regul.in verb.Professio num.* 18. Lezana *in eodem verb. Professio num.* 13. *& cap. 2. num.2. & capit.* 18. *num.66.* Sanchez *super præcept. Decalog. lib.5. cap .4. num.64.*

28. Præsertim cum nullitas istius professionis ab initio fuerit publica, vt firmatur in præcedentibus decisionibus, quo casu nemo in quæstionem reuocat,quin sit ratificanda coram Superiore solemniter,Bordonus *cap. 6. quæst.* 14. & in matrimonio dicit Sanch. *d. disp.37. n.48* Hurtad. *de matrimon.disp.3.diff.11.n.43.& alij per eos cumulati.*

29. Propterea dicebant Domini quod non est opus aggredi disputationem;An Papa tanquam primus,& supremus Prælatus omnium Religionum suppleat defectum consensus Religionis:& An ista suppletio locum habeat Religione sciente,vel potius ea ignorante nullitatem super quibus disputationibus, id est controuersia inter Doctores.Quia cũ *in decisione diei 17. Maij 1641.* Rota firmauit quod data scientia Monasterij quoad nullitatem professionis, necessarius sit nouus consensus ad illius ratificationem, & scientia, ac etiam contradictio ex supradictis sit patens,res est in tuto, & nullitas professionis remanet ineuitabilis.

30. Alias enim inferretur magnum præiudicium Monasterio, si post reclamationem Franciscæ cogeretur ei consentire,quod Papa non intendit, sed illum consensum supplet deficiente contradictione Monasterij, ad hoc vt consulatur tranquillitati,& paci, tam Religionis,quàm professi, Sanchez *lib.7. disp.37. n.64. ad med.* & ad euitandas lites,& scandala Bonac. *in tract.de clausur.quæst.2.punct.*10 § 5. *diff.4.n.3.& 4.vers ego vero.&c.* Quod ideo non procedit lite iam cœpta,& tamdiu prosecuta,& esset potius specie inæquitatis obligare Religionem ad consentiendum,dum hæc non posset obligare Religiosum ad persistendum,& suppletio haberet locum,quando nulliter professus ratificat, & Religio non reuocat primum consensum, Sanchez *lib.2. de matrimon discept.32.n.9.vers.confirmatur, vbi multis ibi.* Bordon. *cap.7.q.11. vers. final. cum aliis per* Lezan, *cap.2.n.27.*

31. Nec visum fuit aliquid obstare,quod Moniales de tempore professionis non habuerint capitulariter scientiam metus,Nam quidquid sit de hac conclusione quam Domini hodie noluerunt firmare,& vnus dicebat sufficere quod hanc scientiam habuerit Abbatissa,quæ mane conuentus recipiebat professionem,*argumento ex tus in l.Hæres 43 §.final.ff.de vsur.ap. l.cum manicipium.* 51 §. 1.*ff.de adilit.edict.*vbi Barthol. & gloss.Cuiac.lib. 54.*respons.Pauli; Ad l.secundam* §. *Census, cum seqq.ff. pro emptor.& tract.8.ad African.d.l.51.& lib.22.quæst. Papinian.in d.l. Hæres.* §. .

32. Deinde sufficere dicebat,quod postea ista scientia capitulariter superuenerit,vt ex tot actibus supradictis, & citatione ad litem datione mandati, & reuocatione postea,(quæ omnia Capitulariter fiunt) & talis superuenies scientia operatur animi mutationem, *optimus te vtus l.eius qui in Prouincia 41.circa finem,*ibi *vtique si sciuerint sibi coheredem datum quoniam tunc non possunt videri bonæ fidei possessores esse, qui nec animum possidendi haberent*,iuncta *l.item veniunt* 20, §. *petitam* 11.*leg.sed & si* 25.§.*si ante litem* 7.*ff.de petit.hereditat. certum* 22. *l.si fundus* 17.*C.de rei vendic.l.an Prator* 10. *si quis tertio ff. qui in fraud.cred.vbi ordinarij.* Faber.dd. §.11.& 7.Schifordes *lib.3.tract.22.quæst.17.col.3.*

33. Et dato quod illa scientia fuisset necessaria, non haberet locum in hoc Monasterio (dicebant Domini) vbi adest consuetudo quod Monasterij consensus non exquiratur ad professionem admittendam *ex traditis in d.decisione* 24.*Februarij* 1644.

34. Quapropter illi de Gomez laborabant in probando consuetudinem illam non fuisse præscriptã,quamuis in Franciscæ professione talis non fuisset consensus capitulariter exquisitus(quod nec illi negabant,& multis testibus probatur(sed retorquetur,quia si illa consuendo non fuit præscripta, professio sustineri non potest tanquam recepta à non habente potestatem quam Abbatissa non habet sine consensu Monialium capitulariter præstito.Sanch.*in Præcept.Decalog.lib.5.cap.4.n.65. & 66.*Nauarr.*cons.9.de Regular.num.6.*Bonac.*de claus. quæst.2.punct.*10.*diff.6.*Tambur.*de iure Abbatiss.disp.6. quæst.5.n.8.*Lezan.*quæst.regular.cap.2. n.25.& cap.18. n.66.vbi alios citat plures* Barbosa *in cap.Porrectum* 13. *de regular. nu.6.* Si fuit præscripta non erat necessaria scientia Conuentus capitulariter,*ex traditis in dictis decisionibus.*

35. Nec habitæ fuerunt alicuius ponderis exceptiones datæ contra testes in vltima remissoria examinatos pro Francisca.Quia eadem quę isti probant,probantur etiam à Testibus ex aduerso examinatis,& licet horum aliqui deponant de libera voluntate Franciscæ, non interest cum non deponant de actu proximo ratificationi.Vltra quod plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille de spontanea voluntate, Imoc. *in c. super hoc n.2.de renunc.*Menoch.*de præsumpt.lib.3.præs.* 126.*n.*31. Sanch. *de matrim.lib.4 diff.27. n.1.* Seraph. *dec.*851.*n.*5 *&* 6.*dec.*863.*n.*4.*Greg.XV. seqe alleg. dec.* 326.*n.*46.*vbi plures.*

36. Minus obstat quod testes sint moniales,& ideo repellantur ob quandam donationem à Francisca factam Monasterio.Quia etiam testes de Vniuersitate sunt idonei quando, prout hic, victoria causæ non resultat in singulorum vtilitatem. Ioan. And. *in cap. cum Nuncius de testibus.* Greg. Lopez *in l.*18. *cap.6. part.3.*Farinac. *de test.quæst.*60.*n.*450.*& seq.*Barratt.*dec.*563.*n.*1. Præsertim quando, vt in isto casu, vniuersitas est Ecclesiastica.*c.insuper 6.de test.* Farinac. *vbi sup.n.*431.*&* 459. *vbi plures.*

37. Vltra quod obiecta donatio non probatur per solam schedulam cuiusdam Monialis asserentis se esse scribam Monasterij,quia officium Tabellionatus est munus virile,& mulieribus penitus interdictum *l.Generalis* 3. *C.de Tabul.lib.*10.Præsertim Monialibus,alijsque omnibus Religiosis *capite sicut* 8.*ne Cleric.vel Monach.& ibi glossa in verbo Clerici, & apud Hispanos habemus textum in l.*10.*titul.*3.*lib.*1.Recopilat. *vbi* Azcued. & Amaia,

Amaia, *& in ipsa Lusitania probat* Barbos. *in remiss. ad leg. Lusitan. tit. 19. part. 3. vbi Gregor. & facit textus in l. vniuersis C. de Decurion. lib. 10. & ibi Doctores.* Nec apparet qua auctoritate extraxerit.

Nec refert quod aliquæ ex dictis Monialibus, quæ fuerunt Testes, sint amicitia iunctæ cum eadem Franciſca. Quia hoc non probatur, & probatum non obesset ex traditis à Farinac. *de test. q. 55. an. 233. vsque ad fin. & seq. cum aliis per Mascard. de probat. concl. 85. per totum lib. 1. vbi quod est probanda circunstantia amicitiæ, & quod non quælibet amicitia repellit à testimonio.*

38. Præterquam quod etiamsi aliquæ paterentur hanc exceptionem satis suppleretur numero, Rota *coram Burat. dec. 79. n. 10. & dec. 249. num... part. 2.* Criminal. *cons. Farinac.* Præsertim ad probandum coactionem, & metum, ad quæ sufficerent Testes etiam singulares, Rota *coram Gregor. XV. decis. 326. num. 48. vers. prout etiam, & dec. 351. n. 7. vers. sed admittantur, &c.* Quinimò istæ Moniales præferuntur aliis Testibus pro Gomez examinatis, quia illæ deponunt de actu perceptibili sensu, isti verò de non perceptibili, qui includitur corde, Innoc. *in cap. 1. sub n. 10. vers. Imo & c. de his quæ vi & met. caus. fiunt.* Rebuf. *cons. 78. colum. 10. vers. vltimo Greg. XV. in sape alleg. dec. 426. num 46. vers. sed quidquid sit cum aliis ibidem allegati.*

39. Testes insuper per Gomez deducti non sint sine suspicione attentis supradictis, Alex. *cons. 99. n. 12. lib. 3.* cum contrarium remaneat probatum non solum ex testibus, sed ex tot iudiciis, præsumptionibus, & coniecturis, Hond. *cons. 29. n. 21. lib. 1.* Franc. à Pont. *cons. 44. n. 17.* Seraph. *dec. 771. n. 2.* Quæ omnia simul iuncta concludentem faciunt probationem. Fran. *de Rauen. cons. 54. n. 10. inter matrimonialia, & faciunt textus l. 1. §. idem Diuus ff. de testibus. c. cum causam 13. de probat. cap. accedens, il secondo, de lite non contest. cap. cum dilectus 3. de succes. ab intest.* Bald. *in l. Spadonem, §. qui plura ff. de excus. tut.* Dec. *cons. 577. n. 2.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 7. n. 35.* Iuncta præcipuè etiam publica voce, & fama, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 125. num. 22.* Cæpoll. *cons. ciuil. 2. n. 3.* Rota *coram Seraphino dicta dec. 859. n. 7. & decis. 779. n. 8. part. 3. recent.*

40. Denique non obstat quod in dubio facienda est interpretatio itaut professio sustineatur. Quia conclusio procedit quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, quo stante defectu semper faciẽda est interpretatio, pro libertate personę. Rebuff. *d. cons. 68. col. vlt. vers. nec me conturbat & c.* Deus enim voluntarios sibi legit Milites *c. non est 10. caus. 15. q. 1.* coacta vero seruitia contemnit *cap. iam vero fin. caus. 23. q. 6. cum similibus.*

Et ita causa pluries proposita, & vtraque parte audita ab omnibus Dominis de ordine Sanctissimi diligenter discussa, fuit decisum, &c.

DECISIO LIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

In causa Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Lunæ 10. Decembris 1646.

§. 1. IN hac causa ab anno 1628. introducta, & per tot annorũ curricula nondũ finita, multæ emanarunt decisiones. Nã cum Franciſca factis suis probationibus super nullitate professionis metu extortę esse ferè in limine propositionis, Anton. & Ioannes fratres obtinuerunt remissoriam ad probandum liberè, & spontè professionem emissam. Et quia pendente testium examinatione prætendebatur Franciſcam renunciasse liti, & professionem ratificasse: disputatum fuit 30. Ianuarij 1640. An obstaret renunciatio; & fuit resolutum, *non obstare, nec renũciationem, nec pretensam ratificationem.* Reproposita causa 17. Maij 1641. fuit recessum à decisis, & dictum quod *Professio fuit quidem nulla ratione metus, vt n. 7. & n. 11.* ibi, *Imunquã se habuisse pro Moniali, nec ab aliis Monialibus pro tali reputatã.* Quod adducitur ad probandũ Franciſcam habuisse scientiam nullitatis suę professionis Et clarius *n. 14.* ibi *Licet inualidè professa ob metum. Et* ibi, *de vera Moniali, non autẽ de Moniali saltem habitum.* Et ibi, *Sed tantum præcedentem nullam ratificare, obstare tamen ratificationem.* Et licet ibi *n. 7.* dicatur in probatione metus Dominos non fuisse concordes, satis patet, quod id sensit maior pars, aliàs fieret in decisione, & nõ esset necesse tantũ laborare in validitate ratificationis, quæ negato metu non erat necessaria. Ab hac autẽ decisione fuit recessum in alia 16. Iunij 1642. & confirmata prima, & ab omnibus admissum fuit *incussum fuisse metũ Franciſcæ* ibi *in §. 1. Aduertentes in primis esse indubitatũ, quod Professio, Franciſcæ ab initio emissa fuerit propter metum.* Et in §. *Nec dicta* in fine ibi, *Adeo quod inter eos nullum fuit hodie discrimen circa probationem nullitatis professionis, vsque ad diem renunciationis liti facto per eamdem Franciſcã.*

2. Sed quartò causa in Rotam deducta 11. Maij 1643. fuit firmatum *ratificationem fuisse validam, ex eo sol. ũ, quod Moniales quando prestiterunt capitulariter cõsensum ad professionem Franciſcæ, non habebant notitiam de metu, & in §. penultimo dicitur, quod nonnullæ Moniales deponunt de certa scientia, dicendo se vidisse, & audiuisse Franciſcam protestatam coram Sanctiſſ. Crucifixo, quod ipse bene sciebat eam non propria voluntate, sed per metum Patris esse professuram. Et §. fin.* ibi, *Ex testibus deponentibus, quod appropinquante tempore professionis, Franciſca publicasset animum suum non profitendi.*

3. Viso per Agentes Frãciſcæ motiuo Rotæ, petierunt Remissoriam ad probandum specificam scientiam Monialium, quæ fuit concessa; & approbata releuantia materiæ articulatæ. Et in tota illa decisione pro comperto habetur, & supponitur metus; immo, & scientia metus in Monialibus, licet non capitulariter, & specificè.

4. Productis tandẽ Frãciſcę probationibus, & suffectus ego in locũ Reu. D. mei Carilli Præsidis Vallisoletani, corã quo emanarunt prædictæ decisiones. Dedi dubium *An sit recedẽdum ab vltimo loco decisis.* Et Domini *affirmatiuè responderũt die 29. Ianuarij anni præteriti:* quia metus erat concludentissimè probatus, nec vlla fuerat ratificatio tacita, vel expressa, vt latè ex ibi deductis.

5. Quapropter cum data ex Dominorum benignitate noua audientia Dominis de Gomez, ipsi post alios quæsitos colores causam protelandi, petiissent nouam remissoriam ad probandum, Franciſcam nullo metu coactã, spontè nomen Religioni dedisse, fuit negata ob suspicionem calumniæ, & aliis iuridicis rationibus in decisione super hoc dubio facta deductis. Et cum instarent super hoc iterum audiri, & dicerent non potuisse scribere super negotio principali pendente Remissoriæ petitione; causa fuit ad Kalẽdas dilata; ipsis vero nihilominus pro reuisione decisionis super Remissoria acriter insistentibus, Rota negauit, & iussit causam super principali proponi. Et hodie Domini steterunt in decisis.

6. Nam metu, professionem à Franciſca emissam, pro indubitato *tot decisionibus iam Rota firmauit*, quod multis probatur testibus de visu, & proprio auditu vltra protestationes Franciſcæ tam antea, quam post professionem concludentissimè probatas, & à Rota dd. decisionibus approbatas.

7. Quo metu dato, professionẽ nullius esse momenti, multoties in hac causa dixit Rota, & vnũ sufficiat pro omnibus, qui adduci possunt *Sacrosanctum Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 19.* & qui plures cupiat, adeat ibi Barbos. *in margine & n 4 & 14.* Modern. Neap. *in Lucern. regul.* verbo *professio n. 29.* Laurent. *de Peyrin. de subdito q. 1. de obedientia c. 25. §. 4. vers. fin.* Gabrer. *de metu lib. 2. c. 10. n. 25.* Bord. *de profess. c. 2. q. 12.* Lezan. *in Sum.*

q.regul.tom.2.verbo professio cũ.6.qui multos congerunt.

8. Nulla adest quidem ratificatio. Non tacita vt sensit etiam Rota omnibus præteritis decisionibus, & constat apertissime, quia hæc præsumitur quidem ex dilatione habitus, & ex actibus professis tantùm conuenientius, cum taciturnitate quinquennali, post cuius temporis spatium facultatem reclamandi *Sacrosanct. Concil.d.cap.19* denegauit, sed nec ipsum Concilium, nec vllus vnquam firmauit Doctor, ex his induci verã, & realem ratificationem, aut professionem sed præsumptionem tantum ratificationis, aut professionis vt constat ex eodem text. Concilij; Et ideò qui intra quinquennium, vel longissimum etiam tempus animum ratificandi, aut profitendi non habeat quantumcumque habitum gestet vel actibus se ingerat professorem, non est reuera Religiosus, nec in foro conscientiæ tenetur ad regulæ obseruantiam seclusa scandalo, vt multis citatis Sanchez *de matrimon.lib.7.disput.37.à num.9.* vbi doctè, & clarissime rem aperit Barbos. *d.cap.19.n.14. & 15. & de officio Epi.sc. alleg. 104. in fin.* Miranda *in manual. Prælat tom.1.quæst.30. art.1.paulo post med. vers.secundo dico, & art.3.in fin.* Bordon. *vbi supra dict. cap.7. quæst.11. & duabus seqq.* Cabrer. *vbi supra n.33. & 34.* quia sine consensu professio dari non potest, nec obligatio, quibus addi potest *l.1.§.conuentionis vers.adeo ff.de pact. & in l.in omnibus 55.ff. de act. & oblig. cum similib.* Et quod tempus non est modus, nec inducendæ, nec tollendæ obligationis, *l.obligationum fere 44.§.placet ff.eodem.§. etsi ita Inst.de verb. oblig.* & ideo inter modos inducendæ obligationis non recensetur *à Iustiniano in Instit. de oblig.fin. Nec à I.C. in l.1.ff. eodem.* Cuiac. *in recit. ad l.44.* Pichard. *d.§.etsi ita n.5.congruit Aristot.lib.4 Physic. cap.10. docens omne quidem fieri in tempore, nihil autem propter tempus, quia tempus mensura est actuum humanorum non vero causa*, & facit *vu g. regula in cap. non confirmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit 18. de reg. iur. in 6. & inde dixit* Sanch. *lib.5 præcept. Decalog. cap.3. n.14.* quod à gestatione habitus, & actibus solis professis conuenientibus non inducitur professio, nisi sciat per hoc, tacitam professionem facere, & simul habeat animum profitendi, & tenet etiam Caietanus *in 2.2.q.189.art.5.* Nauar. *cons.26.n.18. & cons.28.n.7. de Regul. & in manual.cap. 12.n.71. de ratificatione Gratian. discept.forens.cap.440. n.2.* & ad hoc vti quis dicatur votum confirmasse necessaria est expressa confirmatio per voluntatem, quia quis deliberet non amplius velle irritationem, sed absolutè obligari, Suarez *de Relig.tom.2.tr.de voto lib.6.n.3.*

9. Cum ergo præsumptio hæc sit, locum habere non potest in præsenti, quia constat Franciscam ante, & post professionem protestasse, reclamasse; continuis etiam eiulatibus, & lacrymis, suum dissensum, retinentiam, auersionem testatam satis ostendisse, vt patet ex testibus, & probauit Rota *d. dec.16. Iunij 1642 §.nec dicta & 17.Maij 1641.n.5.* Et quod vsque ad diem renuntiationis illa non fuerit Monialis; dicitur *in dec.20. Ianuarij 1640 §. fin.* Vnde intrat conclusio illa, quòd expressus dissensus facit cessare tacitum consensum, *t præter allegatos in d.§.nec dicta, probat* Adden. *ad S. m. Greg.XV. dec.385.n.6.post med.vers.excluditur autem* Rota *decis. 706.n.3.part.2.rec. & dec.60.n.14. & seqq.post Vivian. de Iurep.n.14. & in Messanen. nullitatis professionis 25. Maij 1642.coram R.P.D.meo Peutigerio Innoc.in c.1 de his qui vi n.1.in fin.* Nauarr. *cons.34.sub n.3.vers.tũc quia non colligitur de reg.* Decian. *cons.18.sub n.5.vers. & in terminis nostris ac seqq.lib.3.* Rota *dec.573.part.1. & dec.179. & 533.part.4.rec. & alij citati in decis. anni 1641.n.5.ad fin.* & vulgatissimũ est iuris axioma, quod præsumptio cedit veritati *ex l.cũ indebito 25.ff.de prob.* Surd. *cons.37. n.17.* Immò quod vna tollat aliam *ex l. quidam test.30.ff.de vulg.lib.1.ff.C.qui & aduersus quos.* Præcipuè si fortior sit *l.Diuus 7.ff.de in integr.rest.l.nõ solum 67.ff.de rit. nupt.* Et eo magis vna cedit pluribus *l.3.§.1.ff.de test.* Et plures in præsenti sunt pro Franciscã.

10. Et propterea S.M.Vrbanus VIII. rectè concessit restitutionem aduersus lapsum quinquennij, quam ex ista causa concedendam semper dicit Sanchez *ad partes disputans d.lib.7.cap.37.n.13.* Et in reclamante, professionem, & ratificationem cessare tenuit Innoc. *in cap. sicut 15.de regul.n.3. & 4.* Cabrer. *vbi supran.55.vers. & quando in final.verb.* Et ex eo quod ante quinquennium coram nonnullis consanguineis, & aliis reclamauerit concessam restitutionem *in Sacr.Congr.Conc.27.April. 1630.* se informante dicit Barbosa *d.c.19.n.19.*

11. Quæ fortius procedunt in muliere ignorante, ex quinquennij taciturnitate induci hanc præsumptionem, ex qua ignorantia in habitus dilatione hanc præsumptionem cessare Gratian. *discept.forens.c.640.num.* & in terminis loquens de viro, & maiori 25. annis Sanchez *d.disp.37.n.22.* quia in muliere præsumitur ignorantia *l.cum de indebito 25.§.fin autem ff.de prob.l.2.§ fin ff.de iure fisci l.regula ff.de iur. & fact.ignor.* & in milite (quin in ignorantia iuris comparatur mulieri dd.iuribus) *dixit Marches. de commiss. tom.1. de Signatura Gratiæ part 1.c.2. n.464. fol. mihi 95.* Cui post multos annos Religionis, & actus professorũ concessa fuit restitutio.

12. Quæ afferebantur ab illis de Gomez in præterita propositione ex habitus delatione, & actibus professorum cessant in facto, & in iure. In facto quia licet habitu regulari se induerit; eodem tamen tempore, & vestibus sæcularibus plerumque indutam processisse; & continuè reclamationibus animum explicasse probatur, & agnouit Rota *coram R.D. meo Carillo.* In iure, quia post *Concil.Trident.d.c.19.* hæc non habentur in consideratione, facta expressa possessione, sed quinquennij taciturnitas, vt latè explicat Sanch. *vbi supr.1.n.10.* & 23. vbi *respondet c.vidua, de regul. & similib.* Maranta *d. quæst.30.art.3.* Bordon. *d.profess.cap.1.quæst.45.* Et obtenta restitutione aduersus quinquennium, omnia habentur, ac si transactum non esset Rota *in Neap. professionis 18. Iunij 1518. coram Orano, & tenet Addens ad remissiones Bellarm.d.c.19.*

13. Et tandem hæc tacita ratificatio Franciscæ in Rota semper fuit reiecta, *vt apparet ex dd.decisionibus coram Reuerend.D.meo Carillo. & coram me.*

14. Non etiam adest ratificatio expressa. Nam per illa verba; quod quamuis Monialis non erat hodie Monialis esse volebat, nulla relatio, immo expressa negatio ad actũ præteritæ professionis apparet. Et omisso, An actus nullus possit ex ratificatione reconualescere. Bartol. *in l.quod obseruare ff. de off. Proconsi. opposi.* Surd. *dec. 145. an. ad 13. & cons.183.n.34. & 35. & alij citati in dec.facta sub die 16.Iunij 162.* Cui vnquam venit in mentem quod possit dici ratificatus actus, qui negatur gestus; Tum quia illa nullum verbum de ratificatione loquuta fuit, & hęc debet probari ab allegãte Mascard. *concl.1255.n.2. cum ibi citatis*, & doceri verbis, aut factis ratificatum, quia nisi ex illis necessario inferatur, non præsumitur, *vt ex Bart. & aliis in præterita decis. adductis n.25.* At hic verba nullo modo sonant in ratificationem. Nam ratificare est actum antea gestum ratum habere *text.in l.quoniam 12.ff. rem rat.* ibi *Rem ratam haberi, hoc est comprobare agnoscere que quod alius est*, & eius natura est retrotractio *l.5.vbi* Dec. & Bart. & *l.bonorum 24.ff.eod.tit.l.fin.ff.de bon.prof.l.fin.C.ad S.C. Maced.l.donationis 21.C.de donat.* Et Franciscæ verba nullatenus ad tempus, & actum præteritum, sed nec ad præsens referri possunt, quia nihil de præsenti disponunt, vel affirmant præter meram voluntatem in remotum futurum collatam *latè probatum in præterita dec.nũ 23.* Nec dici potest, *vt in decis.fact.1642.* quod ex illis verbis inferri præcedentis professionis ratificatio, & consensus de præsenti, nempe prout & nunc *ex decis. 216.num.10. pag.2.diuers.* quia ibi aperte dicit contrarium

tium, scilicet quod quando adest promissio, quod vult effici Monialis, & solemniter emittit postea professionem licèt solùm voueat obedientiam intelligitur, & cætera vota fecisse, ergo non sufficit promissio; quod volebat effici Monialis.

15. Non obstat Sanch. *lib 1. de matrim. disp. 17. n. 27.* qui loquitur de verbis mutuo prolatis inter sponsos in actu celebrandi matrimonij de præsenti, sed hic nullus adest tractatus, nec verba inter obligandos, (videlicet Monasterium & profitentem) inter quos celebratur contractus vltro citroque obligatorius, *vt prater relatos in prædicta decis. dicit Peyrin. tom. 2. de Prælat. q. 3. c. 1. §. 6. n. 160.* Sanch. *in præcept. Decal. lib. 5. c. 4. n. 62. & lib. 6. c. 9. n. 7.* Bordon. *vbi supra c. 1. q. 39. cum aliis.* Nec actus ille ordinatus ad faciendam professionem, seu ratificationem, *vt in præterita decis. n. 24.* Et esto fuisset tractatum de ratificatione, verba illam excludunt, & nec ipsi de Gomez habuerunt eam pro tali (vnde prosequuti fuerunt suas diligentias, immò noluerunt acceptare & tanquam non ratificationem reiecerunt.) Nec Franciscæ, quæ processit in suo habitu seculari, quem antea gerebat, nec Monasterium quod nec in posterum habuit eam pro Moniali, & permisit eid. habitum sæcularem, quæ obseruantia sufficeret ad explicanda verba quando fuissent dubia, late Rota *in Tiburt. fideic. 25. Maij anni præteriti coram me.* Maximè quando incipit statim post eorum prolationem, Larrea *dec.* Granat. 53. *num. 22.* Et actus qui sequitur ostendit qualitatem actus præcedentis, Pauonum *Instit. de rer. diuis. l. sed & Iulianus 8. alias l. item §. proinde ff. ad S.C. Maced.* quem dicit pulchrum Cisaſc. *dec. 90. n. 29. l. si qui 34. C. ad l. Iul. de adult.* quam dicit notabilem Dec. *cons. 421. n. 3. lib. 2.*

16. Nec quicquã facit quod in decis. facta 1643. dictũ fuit negationem professionis, & monialitatis, & verba Franciscæ *quamuis Monialis non fuerit, &c.* intelligen. de vera professione & monialitate, non de illa apparẽte ex professione, licet nulliter emissã, & habitus gestatione, & ad eam aptari ratificationem. Primo quia verba non sonant ratificationem, vt dictũ est, & quando fuissent dubia in proprio, & vero significatu debẽt intelligi *l. non aliter 69. ff. de leg. 3.* Præcipuè quãdo non agitur de obligãdo *l. quicquid adstringẽdæ 99. ff. de verb. oblig.*

17. Sed & ipsi scribentes pro Gomez dicunt intelligendam ratificationem, prout ex nunc, non prout ex tunc quod retorquetur, *in prædicta dec. n. 40.* Et esse vt ex nunc repugnat cum natura ratificationis, quæ necessario est distincta ab actu ratificato. Immò & ipsi testes pro Gomez dicunt Franciscam non præteritam ratificasse, sed voluisse in posterum professionem facere, *vt in suo Sum. n. 4. lin. 1.* formalibus verbis. Secundus testis super sexto *Necessarium erat d. Professionem emittere de nouo, eo quod ipsa Monialis non erat, sed quod tãtum esset in posterum, & in hac ratione dixit in dissistentia quod quamuis Monialis non erat vsque ad diem illã, ea in posterum volebat esse intelligens, quod de illa die in posterum volebat esse Monialis non vero ratificauit nullam professionem, quam à principio emiserat.* Idem dixit sextus testis ibi. *Quod si vsque tunc Monialis non fuerat, futura esset, & nunquam ratificauit professionem.* Ex eodem *Summ. n. 18.* Quartus testis ibi. *Quod Franciſca noluit dicere, nec fateri fuisse Monialem, sed quod futura esset in posterum* (quæ testium verba probant, quod nec de præsenti fecit professionem, sed quod volebat de futuro facere) idem alij ibi.

18. Vnde dato & non concesso quod illa verba operarentur consensũ de præsenti, iã esset diuersus consensus & ad diuersum actum ordinatus. Et ideò necessarius etiam consensus Conuentus. Nam quando esset vera doctrina tenens quod Papa suppleat consensum in ratificationibus quod forte minus probabile est *vbi insinuatum fuit in præterita dec.*) Hoc necessario intelligẽdum, prout ipsi loquuntur DD. nempè quando ratificatur actus præteritus inualidus, ac si validè gestus esset, vt in illo qui venditionem metu factam ratificat, etsi illa professionis actum ratum non habuit vtique euanescit consensus Conuentus datus pro illo actu, qui & solum dicitur perseuerare quatenus actus ille ratificetur. Nam quando secundus consensus non refertur ad primarium etiam validum diuersus dicitur actus, *arg. text. in l. 2. in fin. ff. de nouat.* Et si actu nulliter gesto omnia superueniant ex quibus constituatur actus ille de quo agitur non habito respectu ad id quod præcessit nulliter, incipit ex nunc actus nouus, & diuersus *l. 1. §. 1.* ibi *quasi nunc datum ff. de leg. 3. l. eos qui 65. §. 1. ff. de rit. nupt* Barbosa *d. c. de reg. iur. n. 2. & 3.*

19. Et quod illa verba nec de præsenti inducant professionem satis patet ex dictis & latius probatum *in dec. præterita n. 23.* & quando essent dubia simpliciter prolata non sunt amarè interpretanda *arg. text. in l. quod venditor 18. ff. de ædil. edict.* Nec trahen. ad promissionem quod simpliciter prolatum est *d. l. 18. in fin. iuncta l. sciendum 19. §. dictum ff. eod. Quia vbi de obligando quæritur propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem ad negandum. vni deliberando ex diuerso, vt facilior sis ad liberationem,* vt per hæc verba dixit Paulus *in l. Atianus 47. ff. de act. & oblig. & faciunt alia iura ibi à gloss. & Gottof. ed. congesta.*

20. Quæ multo magis procedunt in muliere vim ignorante verborum, vt ratiocinantur *citati à Modern. Lucen. cons. 80. n. 16. vbi n. 8* quod clausula codicillaris in testamento mulieris simplicis nil operatur si Notarius ei non explicat vim huius clausulæ, quia voluntas non cadit in ignorante *l. sed hoc ita 20. ff. de aqu. pluu. arcend.* cum similibus ex quo dicunt Azor. *in l. fin. col. 2. C. ad Vell. & ibi gl. §. pen. verbo non vsuram* Cynus *n. 4.* Couarr. *lib. var. c. 3. per tot.* Greg. Lopez *l. 3. tit. 2. partita 5* verbo *Sabdores, late* Gutierrez *de iuram. c. n. 1. & 7.* quod mulier renuncians Velleiano nihil agit, nisi certiorata sit de beneficio sibi competente.

21. Ex quibus satis apparet Franciscam nec ratificasse nec professam fuisse quicquid sit an metu, vt in præterita decisione vel dolo, & fraude, promissionibus, & suasionibus fuerit inducta, licet hoc satis videatur probatum ex testibus, & coniecturis, quæ sufficiunt ad probandum metum. Rota *apud S. m. Greg. XV. dec. 326. num. 7.* Seraph. *dec. 771. n. 2.* Hond. *cons. 29. n. 21. lib. 1.* Pont. *cons. 44. n. 17.* Mascard. *d. concl. 1055. num. 3. & alij* Cabrer. *de metu lib. 1. cap. 9. num. 4.* Præsertim quando omnes tendunt ad eumdem finem, quia tunc licet singulæ non sufficerent simul iunctas efficere plenam probationem dixit Rim. *cons. 25. n. 12. lib. 1.* Ceph. *cons. 718. n. 58. & 59. vol. 4.* Barbosa *l. 2. ff. solut. matrim. numer. 29.* Greg. Lopez *in l. 11. tit. 4. part. 3. verbo Per grandes.* Rota *contra Salic. dec. 260. n. 2. 4. & 5. apud Farinac. tom. 2. crim. & est* Bald. *doctrina in cap. cum terra, de elect. n. 11. quem refert & sequitur Marches. de commiss. d. tom. 1. part. 1. de Signatura gratiæ cap. 2. num. 452. fol. mihi 92* ibi *per ipsa fere verba Baldi Ploratus & vlulatus signum metus, & qui audierunt probant metum per modum signi. Nam tunc metus probatur quamuis testes metum probare nesciant per viam causæ, & n. 453.* ibi *Ploratus, & vlulatus vbi passio cor penetrans,* qui loquuntur in termino professionis Cabrer. *d. lib. 2. de metu c. 10. n. 35. in fin.* Et Franciſca eiulatibus & lacrymis, & largè profusis ante & post litis renunciationẽ, & prætensam ratificationem, satis metum, & animum demonstrauit, *Nam lacryma interdum pondera vocis habent,* vt quidam dixit *Sulmonen. Poëta*, Et de promissionibus & suasionibus pro parte Veredarij fratris Franciscæ factis expresè probant ipsius Veredarij testes producti in *Sum. num. 15.* vbi secundus testis ibi *Faciendo ei magnas promissiones.* Tertius ibi *fecit multas promissiones* & ad 40. ibi, *Et facta fuerunt notabiles diligentiæ ad instantiam*

stantiam d. Veredarij. Sextus testis ibi. *Et quod si ita faceres ei daturus esset auri pondera, & quod aliter non visura esset finem huius litis.* Septimus testis de suasionibus, & promissionibus, & multi alij testes *eodem Sum. n.* 18. *&* 19. vbi Nonus testis ibi, *& illi facta fuerunt magnæ instantiæ.* Idem dicunt alij *n.* 20. Et quod Veredarius noluit adimplere promissa, quia ratificatio non fuit facta ad suum modum, & omnes deponunt suasiones, promissiones, & instantias, & diligentias factas fuisse per P. Emanuel Vasconcelos F. Iacobum Peregrinum Capucinum, P. Didacum de Emera Iesuitam, licet hi tres P. P. animose hoc negant in certis fidibus, quæ eorum nomine circumferuntur, & dantur *in Sum. num.* 16.

22. Et quicquid sit etiam de metu reuerentiali cum minis acerrimis incusso quem non solùm sufficientem esse respectu Patris, & Fratris in cuius potestate, domo aut cura existit, quæ metum patitur, sed etiam respectu eius à quo quis in non paucis dependet, quando ob eam indignationem prudenter timet graue aliquod malum vel grauem cumulum malorum paruorum tenuit Hurtad. *de mat. disput.* 7. *diff.* 1. *n.* 2. & faciunt *verba text. in l. vnic. C. de repud.* ibi. *Si parentibus, aut tutor, aut curat. aut ipsis quæ matrimonium contractura sunt potest esse terribilis.* Quicquid sit de omnibus supradictis sufficerent saltem ad declarationem verborum, dato citra veri præiudicium quod fuissent dubia *ex traditis à Rot. in Tiburt. fideicom.* 14. *Ianuarij huius anni coram me* §. *præcipuè.*

23. Maximè cum non sit prolata dispositiuè & de per se, sed causatiuè & enunciatiuè quæ certum est non inducere dispositionem, Bart. *in l. pater filium* §. *fundum ff. de leg.* 3. Ripa *in l. filius fam.* 114. §. *Diui, il secundo num.* 110. *ff. de leg.* 2. Præsertim cum propter aliud & ad effectum alterius dispositionis multum diuersa fuerint pronunciata, vt explicando Aret. *cons.* 60. *num.* 2. dixit Genua *de verb. enunciat. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 10. *iuncto num.* 8. Et quod ex illis verbis nulla fuerit inducta ratificatio, nec professio satis probatum in præterita *dec. n.* 23.

24. Quibus addebatur in dicta præterita decisione ex *num.* 40. & cum seqq. quod dato etiam verba illa inducerent professionem vel ratificationem erat necessarius nouus consensus Conuentus ex latè ibi adductis, esto vera esset opinio dicentium Papam, seu Ecclesiam Monasterij supplere consensum. Nam intelligitur si non reuocauerit medio tempore. Bordon. *vbi suprà c.* 6. *num.* 11. *vers. ex quibus, & vers. dixi*, & in præsenti reuocatus expressè fuit in illa reuocatione mandati, quod datum fuerat ad prosequendam litem, & sufficeret Franciscam reclamasse ante ratificationem, & multo magis impetrasset restitutionem contra lapsum quinquennij argumento minoris, vt benè probatur *in l.* 2. *Cod. si aduersus transact. & in l. sed & Iulianus* 13. §. *sed & si quis* 28 *ff. de act. empt. vbi* Ant. Fabr. & Bart. *in* §. *præcedenti ne ludibrio leges ei fiant, vt loquitur Iustinianus in l. fin.* §. *vbi autem puerilis C. de bonis quæ lib.* Tum quia vna via electa non potest quis ad aliam redire, sine nouo alterius contrahentis consensu *l. si fundus* 4 §. *eleganter l. post diem* 7. *ff. de lege commiss.* Tum etiam quia intelligenda est (addebat vnus ex Dominis) rebus sic stantibus, & non mutatis à die emissæ nulliter professionis ad diem ratificationis. Nam ad hoc vt valeat ratificatio necessarium est, vt nihil aliud impediat coniunctionem extremorum videlicet actus ratificati, & ipsius ratificationis Barbosa *in c. ratihabitionem* 10. *de regul. iuris in sexto*, & quod omnia sint in eo statu quo fuerunt tempore quo negotium gestum est, Bart. *in l. si vxor.* § *si finis vxorem numer.* 3. *ff. de adult.* Dec. *in l. semper qui numer.* 13. *ff. de reg. iur.* Menoc. *de succes.* §. 18. *num.* 91. Surd. *decis.* 111. *numer.* 1. Aliàs si medio tempore professus indignus redderetur Religione, vel ad eum terminum res deuenirent à quo incipere non potuit, vel non debuit, durum esset Religionem obligare tali ratificationi consentire. Præcipuè si etiam tertio præiudicium interrogaretur. Nam si præiudicium fiat tertio, cui medio tempore ius aliquod quæsitum est, nihil valet ratificatio Bart. *in l. aliena in princ. de pign. act. argum. text. in l.* §. *vltimo ff. quemadmod. seruit. amitt.* dicit communem Tiraquell. *de consist. part.* 2. *ampl.* 7. *num.* 4. quod est contra mentem Principis *l.* 2. §. *merito*, §. *& si quis à Principe ff. ne quid in loco publico. leg. rescripta* 7. *Cod. de prec. Imp. off.* cum vulgatis, & congestis à glos. Gotofred. *ibi.* At certissimum est quod ex hac ratificatione Franciscæ præiudicium inferetur Conuentui, & iniuria, & grauissimum damnum fieret multis. Nam Franciscæ eo medio tempore (quo iam non dubitabatur quod non erat Monialis) vim magnam æris alieni contraxit, quod erat publicum, & nullo alio modo posse ab eo liberari, nisi adipiscendo patris legitimam, aut fratris hæreditatem, aut si ab alio caueretur de soluendo. Nec credendum est consensurum hoc Monasterium, & multo minus quod Pontifex, seu Ecclesia in tali casu vellet eius consensum supplere cum præsertim Bullis Pontificiis prohibitum inueniatur in re alieno grauari ad Religionem admittantur, immò Sixtus Quintus in Bulla *quæ incipit, cum de omnibus*, quæ apud me est 71. *tom.* 2. *pag.* 101. irritauit tales professiones, & nullas esse voluit, & licet quantum ad nullitatem eam reformauerit Clemens VIII. in Bulla quæ incipit, *In suprema Ecclesiæ*, quæ mihi est 83. *tom.* 2. *pag.* 129. pœnas alias Sixto impositas reliquit.

25. Nec dicatur quod loquantur de viris, nam eadem ratio est in mulieribus, & quando eas non comprehenderent Bullæ, nititur tamen hoc ratione naturali, & iure communi ne videlicet iniuria fiat alteri. Et magna hic fieret creditoribus, & ideo ante Bullam edi tam nullam esse talem professionem tenuerunt multi apud Sanchez *in præcept. Decalog. c.* 19. *num.* 6. & 8. *Miranda in Manual. tom.* 1. *part.* 17. *art.* 8. *Peyrin. tom.* 1. *de subdito in d. c.* 25. *art.* 3. *vers. de iure autem, Lezana quæst. reg. tom.* 1. *c.* 25. *n.* 17. Bordon. *de profess. c.* 9. 9. Qui omnes citati tenent, quòd licet professio non sit nulla, tamen non potest fieri sine peccato mortali à professente, nec recipi à Monasterio præter alias pœnas quibus subiiciuntur recipientes.

26. Nec dicatur etiam quod Francisca bonis cedendo posset ingredi Religionem vt disputant relati: Primo, quia illa non fecit hanc cessionem. Secundo, quia hoc non procedit in eo, qui habet spem probabilem futurum esse, vt posset si non ingrederetur, satisfacere. Et non solùm spem istam, sed certitudinem habebant Monasterium, & Francisca quod remanens in sæculo posset ab ære alieno liberari ex legitima patris, & ex hæreditate fratris; bene in fortioribus terminis distinguit Sanchez *d. n.* 8. & alij quos sequitur Bordon. *vbi sup. vers. duodecimo non potest.* immò, & in dubio rationibus hinc inde vrgentibus si probabilius esset, quod posset satisfacere non posse ingredi tenet Sanchez *vbi sup. n.* 9. Vnde cum tam magna euenerit medio tempore rerum mutatio, nec Francisca potuit ratificare, nec Monasterium recipere ratificationem, cum nec professionem posset ab initio recipere stante ære alieno. Nam in ratificatione requiritur; quod actus ille potuerit conteri, & benè notat Bord. *d. c.* 6. *q.* 30. *vers. primo quod ratificatio actus* inualidi supponit eius nullitatem permansisse in suo statu & de mutatione in simili tenet Sanch. *ad præc. Decal. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 34. *& ante eum*, Io. Andr. *ad Specul. tit. de stat. Monach.* §. *qualiter.*

Et ita decisum fuit Franciscæ tantum informante. Altera parte pluries *concipiet libellum q.* 37. *num.* 43. *verb. exiuit.*

Citata, & per multos menses expectata.

DECISIO

DECISIO LV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Peutingero.

Pampilonen. Parochialis.

Veneris 8. Februarij 1647.

§. 1. DOmini dixerunt, Carolo obtentam absolutionem ab excommunicatione ac recursus ad Iudices Laicos incursam non suffragari, Quamuis enim eisdem recursibus, & omnibus quibuscumque iuribus inde forsan acquisitis in amplissima forma renunciauerint; quia tamen non obstante sequestro de mandato Rotæ appositio super beneficio inter ipsum, & Sanctium controuersio, adhuc de facto se confouet in possessione eiusdem beneficij, & oblationes Christi fidelium recipit, vt probatur ex testibus in *Summario Sancti n.*8 & sic apparet de clara & euidenti violatione sequestri, iuxta notata in Clem. *ad compescendas de sequest. poss. & fruct.* minimè satisfecit conditioni in facultate absoluendi à Sanctissimo appositæ per hanc suam dumtaxat verbalem renunciationem, vt in proximis terminis dixit Rota *inter impress. post Cinc. de sensibus dec. 62. & in Pampilonen. de Ianzi coram bon. memor. Litta. relat. per Saluss Tiber. in praxi A.C. lib. 3. post c. 10. n. 3. & 4. & in aliis relatis per Modern. Perusin. de Manuten. obseruat. 103. n. 14. & c. 1.* Nec refert, quod testes sint sine citatione partis examinati, quia cum agatur de violatione sequestri à S. Rota appositi, iudex sequestri non tenebatur citare Carolum ad videndum examinari testes, cum violatio sequestri sapiat delictum, & maximè quia in materia recursuum admittuntur probationes etiam informes, & leuiores ad effectum denegandi audientiam Seraphin. *dec. 296. n. 10.* Caualer. *dec. 529. n. 3.* Buratt. *dec. 449. num. 9. & in Cæsaraugustana beneficij de Linares 15. Nouembris 1644. coram D. meo Bicho.* Et frustra se excusat Carolus allegando sequestrum solum super fructibus cadere, cum ipsa possessio, tanquam attentata fuerit sequestrata; & oblationes quas ipse recipit rectè inter fructus connumerentur, vt per Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 30. n. 33 & 34.* Rot. *dec. 368. n. 2. p. 2. & dec. 391. part. 4. tom. 2. in recent.*

2. Obstat etiam Carolo pro consequenda absolutione, quòd expensas Sanctio nondum recesserit, vt debuisset, stante clausula in Breui facultatis absoluendi apposita, *refectis expensis*, quæ actualem satisfactionem requirit, adeo quòd oblatio, seu cautio de illis reficiendis, facta illarum liquidatione non sufficiat, ex allegatis per Barbos. *clausula 132. n. 1. cum duobus seqq. coram Greg. XV. dec. 492. num. 9. ibique Adden. litterâ B.* ita quod si expensæ non erant liquidæ Carolus, vt Sanctio terminus ad liquidandum præfigeretur instare debuisset, vt in iudiciis priuilegiariis fieri solet Rota *dec. 269. n. 1. in fin. part. 1. recent.* provt est iudicium recursuum, & attentatorum, Lancell. *de attentat. p. 3. c. 31. num. 72. & seqq.* præsertim quando in commissione adest clausula, *refectis expensis*, quia ablatiuus ille absolutus infert conditionem, & proinde iurisdictionem suspendit, donec actualiter expensæ reficiantur, vt in puncto dictæ clausulæ tradit Caputaquen. *dec. 150. per tot. p. 1.* & in proximis terminis clausulæ parito Breui. Seraph. *decis. 655.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 9. n. 1. in Annot. n. 147. cum pluribus seqq.* Hic enim dubitari non potest, quin de expensis saltem in genere constet, cum accusatione recursuum plures actus iudiciales facti fuerint, qui vtique sine expensis fieri non consueuerunt. Ad. *ad Greg. XV. dec. 503. in fine ver. quæ opinio* quam refectionem Carolus à Sanctio petere non posset, quia in Breue absolutionis à recursibus Sanctij non legitur clausula, *refectis expensis.* Cum supradictas itaque duas conditiones, quæ copulatiuè in Breui appositæ adimplendæ fuissent *l. generaliter C. de instit. substit.* Surd. *dec. 135. n. 1.* Fontanell. *dec. 45. n. 13.* Mantic. *dec. 247. n. 4.* non adimpleuerit; licet indicato, quod per appellationem à sententia interpositam, non adest, & in Breui demandatur quatenus adsit, parere, non teneatur, tamen Domini resoluerunt absolutione obtenta ipsum iuuari non posse iuxta *decisionem in hi terminis 173. ferè per totam part. 6. recent.* vtraque parte informante.

DECISIO LVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlio.

Calaguritana prætensi matrimonij.

Lunæ 11. Februarij 1647.

§. 1. IN hac causa sub die 13. Martij 1643. coram me fuit resolutum Ioannem de Anguiano esse cogendum ad ineundum matrimonium cum Angela Zaldiuar vigore sponsaliorum de futuro, quæ inter eos fuerant contracta, ac promissiones factæ per d. Io. de contrahendo matrimonio cum eadem Angela, & non cum alia, vt apparet ex Sum. dictæ propositionis, maximè quia inter eos postea sequuta fuit carnalis copula. Re proposita sub hac die causa ad instantiam Ioannis recessum fuit à decisis ex nouiter deductis, & probatis per eundem vigore Remissoriæ illi concessæ. Primo enim fuit probatum D. Angelam non solum ante dicta sponsalia non fuisse virginem, verum etiam postea vitam inhonestam duxisse, quæ habita fuit pro iusta causa impediendi ne Ioannes recusans tale matrimonium ad illud cogi possit, cum iure cautum reperiatur contrahentem cum aliqua sponsalia esse quidem monendum, vt ad matrimonij effectuationem deueniat, non tamen ad illud esse cogendum, si aliqua subest causa ex qua vir à sponsalibus etiam resilire prætendat, *c. ex litteris il secondo, in fin.* ibi, *nisi rationabilis causa obstiterit & c. & ibi glos. & DD. & c. Requisuit, de sponsal.* M. Anton. *resol. 2. num. 3. vers. tamen quando adest vera*, & rationabilis causa *lib. 1.* Fontanell. *de pactis nuptial. claus. 12. gloss. vnic. num. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 455. num. 1.* Giouag. *cons. 16. num. 19. & 36. lib. 1.* Gabr. *cons. 186. num. 1. & 8. lib. 2.* Menoch. *cons. 786. num. 1.* Seraph. *dec. 1112. num. 4. vers hæc tamen regula, & dec. 1258. num. 1.* Caual. *dec. 447. num. 1. vers. quia est Iuris concl.* Burat. *dec. 311. num. 2. & dec. 412. num. 6. vers. tertio, & c. & in recent. dec. 217. num. 9. vers. aduertebant omnes DD. part. 1. & coram bon. mem. Coccino dec. 437. n. 1. & seqq. relat. per Rubr. in suis annot. ad dec. 431. n. 79. p. 4. tom. 3. recent.* Ecclesia solet abstinere à coactione matrimonij, ratio enim est, quia nuptiæ coactæ, vt plurimum exitus malos habere solent; *c. requisuit in fine, & ita not. Glos. & DD. extra de sponsa. & ibi* Abb. *n. 3.* Sanch. *de matrim. disp. 10. n. 10. vers. 4. limita, & disp. 29. n. 4. vers. probatur autem lib. 1.* Mant. *de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. n. 12. ibi nam nup. per metum, & c. & n. 17.* M Anton. *resol. 2. n. 7. vers. secunda erit causa, & seqq. lib. 1.* Gabr. *d. cons. 186. à n. 7. vers. secunda est conclusio, & seqq. vsque ad fin. lib. 2.* Giouagh. *eod. cons. 27.* Rimin. iun. *cons. 362. n. 50. vers. coactis nuptiis, & c.* Seraph. *dec. 893. n. 33. vers. nam & c. & dec. 1112. n. 7. vers. solem enim, & c.* Buratt. *dec. 311. n. 2. vers. in proposito autem, & seq. & in rec. 207. n. 9. vers. Ideoque si etiam plena, & c. p. 1. & coram Papa Greg. XV. dec. 376. n. 5. vers. & licet;* & ibi Add. *n. 9.* ibi cum nuptiæ coactæ. Sponsalia autem in se habent tacitam conditionem si res in eodem statu permanserit & si causa iusta ab eis recedendi non superueniat, prout iustissima videatur, si mulier post il-

la cum alio fornicetur, *c. Quemadmodum de iur. vbi glos. in verbo oculos.* Hostien. *n.*8. Ioan.Andr. *num.*13. Anchar.*n.*3.Abb.*n.*9. *& conſ.*48 *n.*8. *lib.*1. Sanch. *de matrimon.diſp.*29.*n.*4.Mantic.*de tac.& amb. lib.*3. *tit.* 17.*n.*19.*verſ.ex hoc autem deducitur, &c.* Rota *d.*437. *n.*9.*circa fin.& d.*242.*n.*3.ibi,*Et ratio eſt coram Durano Seraph.*1112. *n.*9.

2. In præſenti vero caſu quam plurimæ ex parte Io. adduntur cauſæ pro prætenſa diſſolutione horum ſponſalium, quæ autem ſint iuſtæ Iudicis arbitrio remitti ſolent. D. *in d.c.Ex litteris, &c. Requiſiuit extra de ſponſ.* Sanch.*de matrimon.diſp.*29.*num.*16. ibi.*Totum enim* idem Menoch.*de arbitr.iud. caſ.*455.*n.*2. *verſ. & Iudicio arbitrio* Fontan. *de pact.nupt.clauſ.*12.*gl. vnic. n.*6. M. Anton. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*2. *num.*11. Surd. *conſ.*364.*n.*9.ibi,*quæ tamen æſtima, &c.* Gabr. *d. conſ.* 186.*n.*2.*verſ.vel quando,&c.*Couarr.*d. conſ.*16. *verſ.& quoniam lib.*1.Rota *penes Buratt.dec.*311.*n.*2. *verſ.quæ autem dec.*397.*num.*2.*verſ.cum tamen,part.*1.*diuerſ. & coram Papa Greg.XV.dec.*386. *num.*6. *&* 447. *num.*2. *verſ. quæ cauſa coram Card. Caual. & dec.*451.*num.*3. *part.*4.*rec.*

3. In primis autem DD. valdè iuſta cauſa viſa fuit pro tali diſſolutione illa,quæ oritur ex mala fama, & impudicitia eiuſdem Angelæ probata ante dd.ſponſalia d.Io. prorſus ignorata, vt patet ex eius *Sum. n.* 1. dum primus Teſtis deponit ſe habere, & tenere pro certo Angelam fuiſſe,& eſſe mulierem impudicam,ſecundus Teſtis refert ſe audiuiſſe ab vxore Matthæi de la Scaga Angelam modo cum vno, modo cum altero locutam fuiſſe, quo caſu, cum copula ſit difficilis probationis,vt inquit Rim.*iun.conſ.*247.*n.*5.ib. *ex quo* Soc. *iun. conſ.*32.*n.*12.13.*& 23.lib.*2. Dec. *conſ.*377. *n.*2. Ond. *conſ.*15.*num.*30.*verſ.tum etiam quia, &c. vol.*1. Farin. *in prax.crim.q.*136.*cap.*1.*n.*4.*part.*2.*tom.*2. Buratt.*dec.* 530.*n.*9.ibi, *quæ tanquam difficilis, &c.* & agatur de probando eo,quod certitudinariè ex ſui natura ſciri, & cognoſci nequit,cum ſecretè,& non palam, nec in hominum conſpectu fiat,& actus copulæ in ſenſum teſtis immediatum non cadat. Ceph.*conſ.*82.*num.*30.*& ſeqq. lib.*1.Ferret.*conſ.*389 *n.*14 Onded.*conſ.*15. *n.*26. *vſque ad* 34 Farin.*d.q.*136. *n.*14 Alex. *conſ.*169. *n.*12. *lib.*6. propterea ad illam probandam admittuntur qualeſcumque probationes etiam præſumptiuè, & ex ſola fama,& etiam imperfectæ, quæ vniuntur ad conſtituendam,plenam probationem,immo coniecturæ ſufficiunt, cum ſemper admitti ſoleant in his, quæ ſunt difficilis probationis Maſcard.*de probat.concl.*452.*n.*5.10.*&* 12. Sanch.*de matrim.lib.*10.*diſp.*12.*n.*46. Farin. *d. q.*136. *cap.*1.*n.*2.*& cap.*3. *n.*74. *& in tract. de teſt. quæſt.*64. *n.*225.*& ſeq.*Mant.*de tac.& amb.lib.*8.*tit.*14.*n.*8. Rimin.*iun.d conſ.*274.*n.*6.7.8.*&* 13.Dec. *conſ.*117.*n.*12. Ferret.*conſ.*178.*n.*13.*&* 15.Soc.*iun.conſ.*32.*n.*13. *lib.*2. *Onded.d.conſ.*15. *num.*28.*&* 32. ibi, *Et propterea, &c.* Buratt.*dec.*503.*n.*9. *& poſt* 2. *vol. conſ.* Farin. *dec.*35. *n.*3.ibi,*etiam in his,&c.& dec.*72.*num.*2.ideo dd.teſtes etiam ſingulares, & de credibilitate deponentes illam probant ſaltem in genere, Bart.*in l.*2. §. Idem Labeo *n.*5.*ff.de aqua plu.arc.*Maſcard.*d. concl.*452. *n.*13. Onded.*d.conſ.*15.*n.*33.*verſ.ideo Teſtes, &c.* Pacen.*matrimonij* 5.*Martij* 1620.*coram S. D. N. in* §. *Accedente etiam quod cùm ad fornicationem,*Buratt. *dec.*255. *n.*9. *verſ.& eſt regulare.*Farin. *de teſt.q.*64.*n.*223.*verſ. limita* 17. *& ſeq.* maximè dum agitur ciuiliter, vt in præſenti caſu pro diſſoluendis ſponſalibus,Farin.*d.tract.de teſt.de quæſt.*64.*n.*229 *& in prax. crim. d. q.*136. *n.*18. ibi,*& copula carnalis quando agitur ciuiliter.&c.*Idem Farin.*conſ.*25.*n.*1.ibi, *vbi de crimine agitur ciuiliter, &c.& conſ.*33.*n.*6.

4. Remanet eo magis d. copula probata ex depoſitione d.primi Teſtis,dum teſtatur audiuiſſe à Petro de Riualora Scholari ipſum carnalem copulam cum Angela habuiſſe. Secundus Teſtis pariter deponit audiuiſſe à Io.de Minoro ipſum quoque copulam cum d. Angela habuiſſe,ac idem feciſſe Martinum Gil. Tertius Teſtis deponit audiuiſſe ab Andrea de Anguiano eandem Angelam tractatus impudicos habuiſſe cum d.Petro, qui teſtes cum ſpecificè deponant,& à quo audiuerint proclamant ipſius Angelæ fornicationem, & faciunt indicium Gloſſ. *in c. Præterea vero conſcios.de teſtibus.* Hoſtien.*n.*2. Ferret. *conſilio* 168. *n.*15. *in verſ. deuenio ad aliam ſpeciem probationis & n.* 1. *& ſeqq.* Ferret. *conſ.* 168.*n.*20.*per tot.*Ceph.*conſ.*82. *n.*30.*ibi aſſeris ſe intelexiſſe, & n.*31. ibi *vbi etiam aliquod ſpecificant, &c.* Provt de reiteratis oſculis etiam & amplexibus, dum Angela inuitabat d. Petrum ad cœnandum ſimul ſæpè cœnare ſolebant deponit d.primus teſtis aſſerens vitrius vidiſſe d.Angelam, & Petrum nocturno tempore in locis ſuſpectis,dum ipſa deſcendebat ad aperiendam eidem Petro portam domus, vt ab ea exire poſſet, & de dd. oſculis & amplexibus deponit etiam ſecundus teſtis,qui actus cum ſint præparatorij proximè proportionabiles congrui,& ordinati ad ipſam copulam, vtique illam probant *ex text. c. ex litteris, vbi gloſſ. in verb. Viere debeant gl. in l. quod ait ff. ad l. Iuliam de adul. Bart.ibid.n.*1. *Alex.in l.*1.*n.*19. *verſ. exemplum in probat.ff.ſi cert.pet. Lup.alleg.*53.conſequens de amplexu Farin.*d q.*136.*c.*8. *num.*109. *vbi num.*124. loquitur de conuiuiis, *&* n.130.*de oſculis, &* n.136.*de amplexu,* Rim. iun.*d.conſ.*374.*n.*9.*& ſeq.*loquens de dd.actibus, & aliis ſimilibus, Ferret. *d. conſ.*168. *n.*3. *ibi per vnum amplexum* Dec.*conſ.*377.*n.*10.*&* 11.Maſcard.*de probat. concl.*452.*n.*16.*&* 18. Buratt. *dec.* 350. *n.*10. *& verſ. ex cohabitatione,&c.* Vnde cum d. Angela probatur ab alio cognita, talis fornicatio ſufficit pro ſponſalium diſſolutione etiam ſi illa fuiſſent iurata,& firmat Mantic. *de tacit.& ambig.lib.*3.*tit.*17. *num.*19.*verſ.nam ſi ſponſæ.*

5. Ignorantia autem circa impudicitiam, & inhoneſtos mores Angelæ probatur dum ipſe erat originarius Oppidi S. Aſcentij, quod diſtat ab Oppido de Annate, in quo degebat Angela ſpatio 45. milliarium, ideò illius qualitatem, vitam, atque mores neſcire poterat. Tum quia etiam ipſe erat valdè iuuenis ac teneræ ætatis,quæ in eo magis facit præſumere ignorantiam, maximè reſpectu eorum, quæ adeo occultè fiebant vt alicui patere nequirent,*c.Præſum. de reg.iur.in* 6.*Verius, ff.de prob.*Surd.*conſ.*7.*n.*35.*& conſ.*28. *n.*100. Seraph. *dec.*916.*n.*9.*Greg.dec.*511.*n.*19. *&* 519.*n. pariter* 19. Caual.*dec.*289.*n.*6.*& in re.dec.*136.*n.*3.*p.*1. Maſcard. *de prob.concl.*880.*n.*2. Concurrit etiam inueriſimilitudo, quod iuuenis nobilis mulierem impudicam ducendo,ſe, domumque ſuam perpetuo dedecori ſubiiſſe voluiſſet, vt aduertit Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſp.*63. *n.*3. *& ſeqq.*Maiol.*de irregul.lib.*1.*c.*33.*num.*4. Glouag. *d.conſ.*16. *num.*42.*verſ.quis enim honeſta conditionis eſt tam fatuus, &c.* & licet non deſint, qui ſentiunt cauſas prædictas tangentes mulieris impudicitatem, quamuis à ſponſo ignoratas non ſufficere ad diſſoluenda ſponſalia *iuxta text. in cap. Quemadmodum,de iureiur.* vbi firmat ſponſalia minimè diſſolui ob fornicationem, & morbum præcedentem *Paludanus* 4. *quæſt.* 27. *art.*5. *n.*33. Tamen dum concludenter apparet de tali fornicatione etiam poſt dicta ſponſalia,vt in præcedenti caſu illa benè poſſunt diſſolui, & benè diſtinguitur per eundem text. *in c. Quemadmodum vbi doctor.* etiam ſi fuerint iurata, vinculum enim iuramenti non adeo firmat ſponſalia, vt non liceat ab eis recedere iuſta accedente cauſa *text.in c. Præterea el primo.& apertius in d. c.Ex his Syluan. & in d. c. requiſiuit de ſponſalib. & prædictis in locis* Card.Butr.Abb.& Præpol.M Martin. *reſol.*2.*n.*4.*lib.*1.Fontanell.*de pact.nupt.clauſ.*12.*num.*6. Molin.*de iuſt.& iur.diſp.*272.*fol.*120. §. *Deinde ſi mulier.*Sanch.*qui multos citat de matrim.lib.*2.*diſp.*19.*n.*4. ibi,

ibi, *vbi dicitur non esse cogendum*, &c. & *disp.* 63. *n* 3. Pont. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. Sylvest. *in verb. sponsalia*, *n.* 10. Lup. *in cap. per vestras*, § 8. *num.* 15. Couar. *super* 4. *decret. part.* 1. *cap.* 4 Menoch. *cons.* 786. *num.* 10. & 13. Giouagn. *dict. cons.* 16. *n.* 19. & 42. *vers. tum quia*, &c. Gabr. *d. cons.* 186. *num.* 2. Surd. *cons.* 364. *n.* 7. ibi, *nisi rationalis causa*. Seraph. *dec.* 111. *num.* 4. & 1258. *num.* 1. Coc. *dec.* 437. *n.* 1. & *seqq.* Caual, *dec.* 447. *n.* 1. & *dec.* 1. *n.* 1. *vers.* & *licet part.* 1. *diuers.* & *coram Papa Gregor. dec.* 376. *n.* 5 & ibi Adden. *n.* 9. *vers. quando tamen*, &c. *Rom. sponsalium* 9 *Febr.* 1629. *coram bon. mem. Pirouano*, hanc opinionem, vti veriorem firmat Sanch. *de matrim. disp.* 29. *n.* 4. *vers. tandem* ibi, & *ideo*, vbi plures referuntur DD. & *loco supra citato n.* 5. *vers. verius tamen*, &c. At in præsenti casu cessat ista quæstio cum nullibi appareat de iuramento Ioannis, qui solummodo promisit se non esse in vxorem ducturum aliam mulierem, quam d. Angelam, & propterea eo minus est cogendus ad perficienda dd. sponsalia. Seraph. *de priuil. iur. priuil.* 38. *n.* 2. Sanch. *d. disp.* 29. *n.* 3. ibi, & *ita à contrario sensu*, &c. Giouag. *d. cons.* 16. *n.* 36. & 39. *vers. his ita stantibus*, ibi, *tum quia sponsalia non fuerunt iurata*, &c. Gabriel. *cons.* 186. *num.* 9. & 10. Rota *dec.* 447. *n.* 7. & 468. *num.* 3. *coram Card. Caual.* In sponsalibus non autem iuratis etiam quæcumque leuissima causa sufficit ad effectum ab illis recedendi. Gabr. *d. cons.* 186. *n.* 6. Giouagn. *dict. cons.* 17. *numer.* 47. Franc. Marc. *dec.* 534. *num.* 8. M. Anton. *dict. tract. lib.* 1. *res.* 2. *num.* 12. *vers. in sponsalibus autem.*

6. Nec obstat, vt Io. ex eo quod promisit Angelam ducere in vxorem teneatur illi fidem seruare, vt firmatur in decisione quæ reuidetur *sub* § 1. *vers.* & *nihilominus*, &c. & vt referunt Add. *per Rub. in d. dec.* 332. *n.* 58. & 59. maximè cum post dd. Sponsalia, fuerit etiam sequuta copula carnalis, quæ operatur, vt sponsalia transeant in matrimonium, *vt in ead. nostra dec. vers. quod eo magis. Frat. discept. forens. cap.* 555. Add. *per rub. loco citato num.* 66. maximè dum à princip. fuerunt mutuo consensu sponsalia contracta, non possunt illa hodie vnius ex coniugibus tantum dissensu dissolui, *vt in cad. dec. d.* § 1. ibi, & *dum à principio*, &c. & *dd. Addent. per Rub. ibid. n.* 67, 68, 69. & 70.

7. Nam vt dicebatur dum Io. cum d. Angela ad sponsalia deuenit sub credulitate, quod ipsa esset virgo cum talem eam se finxerit, ac illius impudicitiam ignorauit, & hac deceptione non obstante etiam post contracta sponsalia ipsa non seruauit ei fidem, cum inhoneste nihilominus vixerit, iste pariter non tenetur matrimonium contrahere vigore sponsalium, nec ipsi Angelæ fidem perseuerare ex trita illa sententia, frangenti fidem, fides frangatur eidem, *l. cum proponas*, § *la secunda C. de pact. Rom. in l.* 3. § *possideri n.* 7. *de acquir. poss.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 22. Altogr. *cons.* 9. *n.* 1 quod autem in decisione in hac causa emanata dicatur sponsalia transire ad matrimonium sequuta postea copula, illa loquitur in suis terminis, scilicet vt hoc seruaretur ante Concil. Tridentin. quæ iuris dispositio, cum modò correcta reperiatur per ipsummet S. Trid. Concil. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. vbi irritantur matrimonia, quæ non sunt facta præsente Parocho, & testibus cum aliis dicantur præsumpta propter illam carnalem copulam voluntariam, ideò de iure sunt sublata, vt sæpius declarauit *Sacr. Congr. Concilij ad tradit. per Nauar. in annal. c.* 21. *sub n.* 26. *vers. tertio pro alterius n.* 28. *vers. e contrario & n.* 85. &, *c.* 25. *num.* 144. Thom. Treuis. *dec.* 20. *n.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 1. *n.* 96. M. Anton. *lib.* 1. *resol.* 28. *n.* 13. *vers. nam hodie*, & *resol.* 76. *n.* 1. 4. & 5. Surd. *cons.* 364. *n.* 54. *vers. hæc vero Giouagn. cons.* 67. *n.* 31. 33. & 37. Rota *in Tullen. sponsalium* 22. *Iunij* 1626. *coram Card. Sacrato in ordine* 232. *num.* 7. ibique iuris dispositio *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & licet à principio sponsalia fuerint mutuo consensu contracta, tamen dum postea iudex animaduertit partem recusantem matrimonium habere iustam causam ab illis resiliendi stante hac iustitia, causæ pars resiliens immunis redditur ab obligatione illa perficiendi, vt inquit Guttier. *de matrim. lib.* 11. *c.* 14. *num.* 6. *vers. quod si vnus*, & *c.* Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 52. *n.* 4. cum sancta Mater Ecclesia timens nimmoperè infaustos euentus coactarum nuptiarum se abstineat à coactione cum sponsalia non sint indissolubilia, sicut est matrimonium. Deo legitima subsistente causa, vt dicebatur, Ecclesia potest, & debet dissimulare, ne ad coactionem procedatur, vt præter adducta *in* § ibi, & *isto casu*, &c. *scribit collect. in d. c. resol.* 2. *vers. credo tamen, quod Ecclesia de sponsal.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 17. *n.* 8. & 18. *dd. adden. ad dec.* 331. *n.* 79. M. Anton. *de resp.* 2. *n.* 7.

8. Atque ita Iudex dum subest iusta causa debet tantum recusantem monere *dict. c. litteris*, & *ibi DD. omnes Abb. in c. requisiuit num.* 4. *de sponsal.* Alex. *cons.* 212. *n.* 5. *vol.* 5. Anton. *alios referens ad resol.* 2. *n.* 4. Vlterius, constat etiam de graui indignatione parentum Io. & consanguineorum de odio, ac maxima animi auersione in sponso contra sponsum excitatis; necnon de imminenti scandalorum periculo, ac de maximo infelicis exitus timore, quo casu sequatur tale matrimoninm; prout de his omnibus deponit 8. testis eodem *sum. n.* 3. & 4. Idemque deponunt 4. 5. 11. 12. 14. 18. & alij 20. Testes examinati vigore remissoriæ, quorum dicta comprobantur ex Epistola Ordinarij Calaguritani super his omnibus attestantis.

9. Quod autem dicta Angela post dicta sponsalia inhoneste vixerit, & fornicationem commiserit, colligitur ex Sum. Io. *n.* 2. & 3. vbi plures testes deponunt de illius in honestate, scilicet de osculis cum diuersis amatibus, quod permanebat continuò in domo Martini, quod iste dixerit cum eadem pernoctasse, quod illa fuerit malè tractata ab eius Matre ob illius inhonestatem, quod mater obiurgabat Amasium, ad quem de nocte ipsa confugiebat, de altercatione inter Amasium, & Angelam, & quod ista dabat ex platea signa Amasio, quod Martinus Gil. olim amasius rixabatur cum Andrea nouo amasio propter amorem Angelæ, quæ omnia in his terminis, & alia similia considerantur *per Ferret. in d. suo consil.* 168. *n.* 19. *vers. penult. adduct.* aliam spem Iudiciorum, quæ ex alieno auditu, &c. & *n.* 20. firmat testes deponentes de auditu, & à quo audierint probare adulterium, à contrario sensu firmabatur *per Mant. dec.* 762. *n.* 5. Rimin. iun. *cons.* 398. *n.* 28. maximè cum dd. Testes credant, quod audierint *cap. Quoties*, & *ibi* Butr. & Aret. *col. pen. vers. circa secundum*; *de testib. Natta cons.* 170. *num.* 7. Cephal. *cons.* 250. *num.* 25. Riminald. iun. *dict. cons.* 398. *num.* 29. *vers. verius*. Et dum non agitur ad plenum præiudicium separationis vinculi, vt in præsenti casu, in quo matrimonium nondum fuit contractum dd. Testes suffragantur, vt firmat idem Ferret. *dict. cons.* 168. *numer.* 20. *vers. non obstat*, &c. qui licet de auditu deponant, iuncti tamen cum fama publica, quod d. Angela esset malæ conditionis, & inhoneste viueret, probant illius fornicationem, quæ præsumitur continuata post sponsalia, dum non probatur emendatio *d. cons.* 168. *num.* 20. *vers. concurrunt etiam*, quæ omnia sint apta negotio, de quo agitur, & verisimilis, faciunt adeo vehementem, & violentam præsumptionem, vt debeat includere animum ad credendum talem fornicationem, quatenus supradicta singula non prodessent, tamen simul iuncta iuuare debent *cap. final. de success. ab intest. cap. cum causam. de probat.* c. *Ex litteris*, &c. *de præsumpt.* & *d. cons.* 168. *num.* 20. *cap. fin.* Vnde cum ex suprad ictis, & ex aliis actibus ex eodem Sum. apparentibus, & concludenter appareat de inhonestate d. Angelæ, & de iusta causa in Ioanne matrimonium cum ea recusandi nullo quidem

pacto ad illud cogi posse videtur *d.c.Quanquam de iur. vbi Abb.cæteri DD.duc.in Epitome desponſ.p.1.c.5.n.2.* Menoch *de arbitr.caſ.414.n.5.* Menoch.*conſ.786.n.16.* ibi attamen & causæ iam supra connumeratæ,&c.*n.25. §.reſpondeham verſ.ex quo ſequitur, &c.* Rot. *dec.451. n.4.verſ.& licet p.4.rec.*

10. Ex hac autem fornicatione Angelæ plures eiiciuntur causæ quæ sufficiunt, vt iure merito recidi possit à supradictis sponsalibus.

11. Quarum prima est odium capitale exortum inter prædictos quod valde venit attendendum,&c.*c.2.& d. c.requiſiuit,vbi Abb. n.4. de ſponſ.* Menoch. *de arbitr. Iudlib.2.cent.5.caſ.455.n.3. verſ. Et hi admonentur,& conſ.787.num.25.* vbi quod quando sponsus, &c. *M. Anton.d.reſol.2.n.8.& reſol.28.n.13.in princ.lib.1.* Rota *dec.207.n.9.*ibi,*ſtante præcipuè quod inter ipſum, & Iſabellam &c.part.1. rec.*

12. Altera est asserta Indignatio parentum,& consanguineorum vt apparet *ex eod.Summ. n.4.* quam validè ponderat *Abb.in d.c.Requiſiuit. Guttier. Canon.q. lib.1. c.20.n.17.& ſeqq. Anuerſ.de matr.q.8.ſect.14.§.5.verſ. & inter hæc damna. Anton.d.reſol.2.n.9.& d.reſol.28.n. 13.verſ. Tum ob indignationem &c. Giouag. de conſ.16. n.43.verſ. tertio quia,&c.* Menoch.*conſil.787.n.6.*ibi *quod fortius est patris diſſenſus,& n.26.& tandem dixi, &c.* Ex qua indignatione imminet periculum exhæredationis, vt deponunt Testes examinati in Proc.remiss. videlicet primus super 5.fol.203.secundus fol.212.tertius fol.220.quintus fol.233.qui quidem metus,vt præbeat iustam causam recedendi à sponsalibus tradit Bart. *in l.ſi ob turpem num.6. ff. de cond.ob turp.cauſ. Ant. d. reſ.2.n.10.* Fontanell.*de pact.nupt. clauſ.12. gloſ. vnic. num.7.*ibi,*quando adeſſet timor, &c. Giouag. d. conſ.17.* ibi,*quando filius,&c.*Seraph.*dec.1258.n.2.Greg.XV.dec. 376.& ibi Adden.n.9.*ibi, *habetur tamen pro iuſta cauſa &c.& coram Cauall.dec.447.n.2.*ibi,*velle eam exhæredare,&c.& dec.468.n.1. & in Trullen. matrimonij 13. Maij 1596.coram Penia. verſ. Et in caſu propoſito.* ibi, *& tunc propterea poſt d.reſol.1.Ant.*

15. Adest etiam alia causa resultans ex maxima disparitate coniugum ratione natalium,*ex eod.Summ.n.6.* vbi apparet de nobilitate Io. *&* n.7. de vili conditione Angelæ quam magni facien.Idem *Anton.d.reſ.2.num.5.* Sanch. *de matr. diſp.14.n.3.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.12.n.7.*Menoch.*præſumpt.10.lib.10. & conſ.786. n.11.& 12.*Gabr.*dicto conſ.186.n.4.verſ.& ex maxima diſparitate.Cæſ.de Graſſ.dec.2.n.5.tit.de ſponſ. & Add. ad dec.331.n.81* matrimonia enim infelices exitus plerumque habere solent, quando inter impares contrahuntur,Menoch.*conſ.385.n.6.circa fin.*

Et ita Ioanne tantum informante fuit resolutum,&c

DECISIO LVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

In causa Hispalen. Decimarum.

Veneris 15. Februarij 1647.

§.1. BOna de quibus agitur,nuncupata de Bueña Esperanza prouenientia ex hæreditate Ferdinandi Enriquez vsque de Anno 1615. titulo emptionis fuerunt acquisita à Fratribus Prædicatoribus,seu Dominicanis, Conuentus Sancti Pauli el Real Ciuitatis Hispalen.In his autem cum Capitulum Hispalen. prætendat esse in quasi possessione exigendi decimas, petiit manutentionem super tali exactione; Viceuersa autem cum dicti Fratres asserant se immunes à tali solutione vigore Priuilegiorum per Summos Pontifices ipsis cõcessorum, insteterunt pro manutentione in possessione prætensæ exemptionis;dubitatum ideo fuit, cuinam ex istis dandum sit mandatum de manutenendo, & ad fauorem Decani, & Capituli fuit per Dominos responsum.

2. Habet enim Capitulum in huiusmodi exactione non solum fundatam intentionem ex assistentia iuris, cum sit generalis, & perpetuus Administrator redditum decimarum, & illam exerceat vice Archiepiscopi,vt fuit resolutum in *Hiſpalen.decim.13. Iunij, & 5. Decemb.1636.coram bon.mem.Pirouano,& in alia Hiſpalen.Decim 27. Iunij 1644. in principio coram Reuer. P.D.meo Corrado,*necnon in alia *Hiſpal.de Baroana 16. Martij 1646.§.Capitulum,coram R.P.D.meo Cerro.*Verùm etiam ante motam litem,& antequam bona huiusmodi peruenirent ad manus Fratrum S. Pauli probat, suam quasi possessionem exigendi per tres testes, vt ex eius *Summ. n. 5.* quæ operatur, vt manutentio illi fit concedenda *l.1.ff.vti poſſid. §. retinenda Inſt. de interd.* Card.Seraph.*dec.1382.in princ.& 1497.n.1.& in recent.dec.341.n.pariter 1.p. 1.* Rot. *in d. Hiſpal. coram* R.P.D.*meo Cerro in princ.verſ.ideoque, & in altera coram* R.P.D.*meo Cerro primo §. circa finem.*

3.Non obstat deducta exemptio à Fratribus circa solutionem huiusmodi decimarum vigore Priuilegiorum ipsis concessorum per san. mem. Bonifacium Octauum Martinum Quintum, & Eugenium Quintum, quæ per alios Summos Pontifices confirmata postea fuerunt.

4.Quia cum non appareat fuisse derogatum *c. nuper, de decim.* quod vti conciliare, speciale derogationem requirebat Rebuff.*de Decim.q.14. n.56. Archidiacon. c.1.n.2. de conſtit. in 6. Toletana Decim. 16. Nouemb. 1605.poſt Marcheſan.de commiſſ.p.2.fol.596.n.1. & in eadem 19. Iun.1606. coram Iuſto, & in alia Toletana Decimarum 29.Nouem.1607.coram Ortembergo, Vbinaten.Decim.coram Sanctiſſimo impreſſa poſt Tamburini de iure Abbatiſſ. in ordine 96.Hiſpalen. Decimarum 3. Maij 1635.coram bon.mem.Buccabella in ordine 41.n. 10. p. 7. recent. Corduben. Decimarum de Lucena 27. Febr.1636.coram bon.mem.*Coccino *in ordine 103.n.1.* ibi,quæ quidem derogatio, *Vercellen. Decimarum 13. Nouem.1645.verſ.non obſtat,& 15.Ianuar.1648. qua reſponſio coram R.P.D.meo Cerro,& in dicta Hiſpalen.de Baroana,verſ.non obſtat coram eodem,*& Capitulum habeat assistentiam Iuris ac fundatam intentionem respectu suæ quasi possessionis exigendi in his bonis in ea est manutenendum, donec Fratres de eorum prætensis iuribus plenè ac concludenter docuerint.Rota *in Dertuſen Decim.prima Iulij 1620.coram bon.mem.Cardinale Sacrato, Leodien.Caſtri de* Mombech.*29. April.1637. coram Reuerен. Domino meo Præſide Valliſoletano in ordine 214.n.11.& dec.42.n.pariter vnd.p.7. recent.* Seraph.*dec.1380. num.1. verſ. his tamen non obſtantibus,* quia inspectio Priuilegiorum,An scilicet,comprehendant etiam bona,de quibus agitur,necne,concernit petitorium,at ad illud talis inspectio remittitur donec liquidè constet, quod Priuilegia comprehendant bona controuersa,vt fuit resolutum *in Tiraſonen.Decimarum 341.num.1.part.1.recent.& 105.num.3.part.2.Abulen. Decimarum,quæ est 562.num.1. part.1. & in dicta Dertuſen.Decimarum impreſſa poſt tract.at.Modern.Peruſin. de manuten.dec.157.per totum,* & præcipuè *num.5. dicta Hiſpalen. Decimarum,* §.*ſecus vero coram* R.P.D. *meo Corrado,& in altera coram R.D.meo Cerro 12.Ianuar.1646.§.quia permutationem,* ibi, *Nec vis facienda eſt,&c.vt in recent.dec.477.num.3.part.prima, & 105. part.2.*

5. Nec releuat prætensa consuetudo immemorabilis, seu præscriptio per fratres allegata non soluendi decimas ex omnibus bonis acquisitis, & signanter ex illis quæ propriis sumptibus colunt, seu coli faciunt, & quod ab Anno 1615. quo supradicta bona emerunt vsque ad tempus litis, scilicet de Anno 1632. illas nunquam soluerint.

6.Quia natura immemorabilis est,vt non liceat in ea assignare

assignare principium alicuius temporis; In præsenti autem casu clare constat de initio quod desumitur ex Priuilegio exemptionis dictis Fratribus concesso per Bonifacium Octauum,& ab ipsis Dominicanis in actis producto, ex quo propterea remanet destructa natura immemorabilis,*Put. decis.426. n.2. lib.2. & 467. num. 6. coram Papa Gregorio Decimo quinto* 454. *num.* 4. & 1102. *num* 8. *vers. sed tollitur difficultas coram Cardinale Seraphino*, Burátt. *decision.* 551. *n. primo, vers. vnde sequitur, & decis.* 831. *num.* 6. *in recent. &* 542. *num.* 3. *p.* 4. *Toletana Decimarum de Capilla* 4. *Iulij* 1640. *coram Eminentiss. Domino Cardinale Verospio, & in Burgen. Decimarum* 26. *Maij* 1642. *coram Reuerendissimo Domino meo Patauino, Colonien. Iurisdictionis* 7. *Maij* 1646. *vers. quoad secundum coram R.P.D. meo Corrado.* Addendum est etiam quod testes pro Fratribus examinati non coarctant negatiuam scilicet, quod illi non soluerint, nec soluere potuerint, quin ipsi sciuissent, prout deponere perneceſſe deberent; nam quamuis ipsi deponant de aliquo tempore minimè fuisse solutum, potuit tamen alio tempore solui, vt explicat Cardin. Caualer. *decision.* 487. *n.* 3. Seraphin *dicta dec.* 1102. *num.* 8. *vers. & ideo in recent. dec.* 667. *n.* 9. *part.* 4. *& dec.* 23. *num.* 5. *p.* 6. *& Corduben. Decimarum* 10. *Maij* 1604. *coram Ortembergo, confirmata* 8. *Maij* 1610. *coram Sanctissimo Domino Nostro Vercellen. Decimarum* 13. *Nouemb.* 1645. *vers. minus obstat*; & 15. *Ianu.* 1646. *coram R.P.D. meo Cerro.*

7. Vnde cum dicta immemorabilis,& præscriptio à Fratribus prætensa non remaneat concludenter probata,& per tres sententias conformes canonizata,interim ipsi impedire nequeunt, quin Capitulo concedatur manutentio, *Marescot. var. resol. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 6. 7. & 8. *dictus Modern. Perus. obseruat.* 45. *num* 19. *Theatina Iurisdictionis eum Vbaldo Seniore post dictum tract. de manutent. decis.* 197. *n.* 1. *Mantic. decis.* 296. *& in recent. decis.* 273. *num.* 1. *part.* 2. maximè cum præscriptio in materia decimarum extendatur de Prædio ad Prædium, sed quolibet Prædio probari debeat iuxta regulam tantum præscriptum quantum possessum, Burátt. *dec.* 402. *num.* 4. Caualer. *dec.* 487. *num.* 4. *Posth. de manut. obseru.* 731. *num.* 183.

8. Et dum de anteriori possessione Capituli non dubitatur, multò minus suffragatur Fratribus allegata quasi professio exemptionis: cum non doceant quod sciente, & patiente Capitulo non soluerint Seraphinus *dicta decisio.* 1102. *n.* 8. *vers. & maximè*, Burátt. *dec.* 572. *num.* 13. *dicta Hispalen. Decimarum* 27. *Iun.* 1644. *§. primò quia non obstat, &c.* vbi in hoc proposito luculenter multi allegantur Doctores. In præsenti autem casu excluditur talis scientia, & patientia Capituli dum decimæ non ipsomet Capitulo exiguntur, sed arrendantur, vt fuit consideratum in dicta *Vercellen. Decimarum* 13. *Nouembris §. minus etiam probatur coram R. P. D. meo Cerro.* Immo potius euidentissima resultat contradictio,& reluctantia Capituli dum ab ipso in arrendamentis,& locationibus, quæ factæ fuerunt pro tempore,exceptæ, & reseruatæ apparent illorum omnium decimæ,qui eas soluere recusassent ad effectum, vt contra illos iudicialiter experiri posset, vt deponunt testes dicto *Summario n.* 7. per quam contradictionem necessario infertur Capitulum nunquam, intellexisse eius quasi possessorem velle dimittere, sed saltem eam animo retinere, quæ vt sufficiat ad istum effectum explicat *glos. in l.* 1. *§. in verbo possidet, l.* 3. *§. in omittenda ff. de acquirend. possess. Gratian. discept. forens. c.* 384. *n.* 31. *vers. neque obstat.* Burátt. *dec.* 604. *n.* 1. *vers. nec possunt dici. & dec.* 813. *num.* 5. *vers. tum quia, & in recent. dec.* 241. *n.* 4. *vers. rursus* 560. *n.* 3. *part.* 1. *&* 129. *n.* 4. *vers. quod sufficit part.* 4. *Duran. dec.* 138 *n.* 5. & *dicta Hispalen. decimarum coram R.P.D. Cerro nec visa*, ibi, Vnde resultat,& in allegata *Hispalen. Decimarum de Baroana coram* R. P. D. *meo Cerro §. quicquid circa fin.* & talis continuatio possessionis metienda est ex parte possessoris,non autem ab eo contra quem possidetur: *Guidopap. dec.* 629. *& coram Papa Greg XV. dec.* 275. *n.* 2. *& ibi Adden. n.* 18. *& in rec. dec.* 341. *n.* 1. *vers. quæ possessio & 562. n.* 1. 3. *part.* 1. *&* 205. *n.* 2. *part.* 2. *d. Hispalen. decimarum* 27. *Iunij* 1644. *vers. Quia fuit responsum.* Dato igitur, quod Arrendarij etiam fuerint negligentes in exigendo tales decimas, eorum tamen negligentia non præiudicauit Capitulo, minusque illud priuauit sua possessione,quinimò illius vigore manutentionem petere potest iuxta doctrinam *Bartol in l. si vsori n.* 3. *ff. de acquir. possess. Veral. dec.* 170. *n.* 8. & 182. *n.* 8. *Adden. ad dec.* 116. *n.* 5. *coram Papa Gregor. XV. & dec.* 12. *n.* 6. *vers. Et Ministro par. recent.* & doctè fuit etiam firmatum *in dictis Hispalen. coram R.P.D. meo Corrado §.* 2. *quia versic. Non obstat & coram R. P. D. meo Cerro §.* 2. *quia, & in Vercellen. decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *§. Minus, & coram eodem R.P.D. meo Cerro.*

9. Demum nihil refert quod bona huiusmodi transierint ex personis laicis in Ecclesiasticas personas, Quia cũ agatur de alia Ecclesia,ac eius Capitulo,illius certè conditio respectu huiusmodi exactionis mutari atque fieri deterior non potuit ex mutatione personarum,contra quas possidebat, *c. quoniam, vbi Abb. §.* 1. *de offic. deleg. l.* 3. *§. ex his de verb. signif. Gratian. discept. foren. c.* 113 *n.* 17. *&c.* 310. *n.* 59. Lotter. *de re benef. q.* 38. *n.* 110. *lib.* 1. *to.* 1. *de Modern. Perus. obser.* 56. *n.* 5. Caualer. *dec.* 83. *n.* 7. *&* 379. *n.* 6. *& in recent. decis.* 341. *n.* 1. ibi, *Quia ex mutatione par.* 1. *Romana fideicommissi de Episc.* 4. *Aprilis* 1631. *coram Eminentissimo Cardinali Verospio.*

Et ita vtraque parte informante &c.

DECISIO LVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso.

Gandauen. Exemptionis.

Veneris 10. *Maij* 1647.

§. 1. EXistentibus Monasteriis tàm Fratrum, quàm Monialium SS. Saluatoris Ordinis Sancti Brigittæ Teneramundanæ in pacifica quasi possessione exemptionis ab auctoritate,& potestate Episcopi Gandauen. Ordinarij contendentis eadem Monasteria,necnon personas, & bona illorum iurisdictioni suæ esse subiecta, fuit per signaturam Sanctissimi, commissa causa Eminentissimo Cardinali Panzirolo tunc Rotæ Auditori,in cuius locum suffectus dubitaui,an constaret de omnimoda exemptione, & libertate à iurisdictione Ordinarij: Et DD. in contumaciam Episcopi negligentis comparere, informantibus tantum Monialibus, Fratribus,& confessario,affirmatiuè responderunt. Moti ex amplissimis priuilegiis,& indultis Summorum Pontificum Bonifacij IX. Ioannis XXII. Pauli II. & Leonis X. Datis in sum. n. 2. 3. 4. & 5. Ex quibus apertissimè constat dicta Monasteria, Abbatissam, & Moniales,& confessarium, necnon bona quæcumque tam præsentia,quam futura,esse prorsus exempta,& immunia ab omnimoda Ordinariorum,& aliorum quorumcumque iurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, visitatione,& correctione,& sub iure, proprietate, ac protectione Diui Petri,eiusque S. Sedis fuisse susceptas; ex cuius amplissimæ concessionis forma clarè resultat omnimoda, & totalis exemptio eorundem Monasteriorum,à iurisdictione Ordinarij, iuxta *text. in cap. si Papa & in c. cum personæ de priuil. in 6. Innocen. in c. veniens n.* 7. *vers. libertate de verbor. signif. Ang. in summ. verbo exemptus num.* 2. *& eod. Tabien. n.* 4. *Dec. cons.* 113. *n.* 6. *vers. & in isto priuilegio, & n. seq.* vbi ampliat, etiam si non fuerit facta mentio de iure Ordinarij, Quod etiã voluit

voluit Chokier. *de iurisd. ord. in exempt.* p. 1. q. 11. *à n.* 5. *vers. nec erat necesse vsque ad fin. Mascard. de prob. concl.* 711. *n.* 1. *vers. primò si dicatur, & n.* 2. *Mar. Anton. var. res. lib.* 3. *res.* 4. *n.* 1. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 123. *n.* 11. *vers. primo si Pontifex, & n. seq.* Rota *in Brundisina iurisdictionis* 9. *Februar.* 1579. *coram Bubalo, & coram* Seraph. *dec.* 1025 *per tot.*

2. Nec obstare visum fuit, quod Abbatissa, & Moniales, necnon Fratres, & confessarius renunciauerint priuilegiis prædictis subiiciendo se, & bona iurisdictioni eiusdem Episcopi; nam vltra quod huiusmodi renuntiatio extorta fuit per vim, & metum vt firmatum fuit in præsenti causa sub die 29. Aprilis 1641, coram Eminentiss. Panziroło, & propterea nullius est roboris & momenti *tot. titul. ff. & C. quod met. cau. Bart. in l.* 1. §. 2. *n.* 4. *ff. quar. rer. act. non datur, cons.* 1. *de renunc. Rot. cons.* 100. *n.* 122. *& seqq. lib.* 4. & firmatum fuit in *Posuanien. Abbatiæ* 15. *Iunij* 1646. *coram me.*

3. Adhuc dicebant DD. renunciationem prædictam non sustineri, ex quo non potest exemptus sine consensu Pontificis, cui immediatè subiectus est, renunciare priuilegiis Apostolicis, & iurisdictionem alterius prorogare *tex. est expres. in c. cum tempore de arbitr.* ibi. Cum & si sponte volueris de iure tamen nequiueris sine licentia Romani Pontificis renunciare &c. & notat ibi *Abb. n.* 2. *idem Abb. in c. significasti n.* 8. *in fine, vers. concludo ergo, & n.* 9. *de for. comp. Castr. cons.* 431. *n.* 3. *vers. quod autem lib.* 1. *Ferret. cons.* 102. *n.* 17. *& 28. Gail. pract. obseru.* 40. *à n.* 1 *per tot. vbi n.* 5. reddit rationem, quia interest superioris nè subditus ab alio iudicetur. Roderic. *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 36. *art.* 5. *col.* 1. *vers. præterea facit. Mandos. design. grat.* §. *exemptiones ab Episcopis vers. exemptus à iurisdictione fol. mihi* 121. Sanch. *super Decalog. lib.* 4. *c.* 39. *sub n.* 29. *vers. prima negat Modern. de iure Abbatiss. & Monial. dist.* 17. *quæst. n.* 2. *& seqq.* 9. & in puncto firmauit Rota *dec.* 456. *num.* 10. 14. *& seq. dec.* 461. *numer.* 20. *& seqq. parte* 5. *in recent.*

4. Et quamuis *glos. fin. in d. c. cum tempore de arbitr.* firmet, sustineri renunciationem in præiudicium renunciantis, licet secus in præiudicium superioris, nihilominus quicquid sit de huiusmodi opinione, quam in terminis exemptionis reprobat *Abb. in eodem c. cum tempore n.* 7. ea ratione, quia priuilegium exemptionis respicit non solum fauorem exempti, sed etiam eximentis, quorum ius est taliter coniunctum, & connexum, vt diuidi, & separari non possit, & firmauit etiam Rot. *d. dec.* 456. *num.* 11. *& tribus seqq. & dec.* 461. *à n.* 24. *part.* 5. *recent.*

5. In omnem casum non procedit in exempto immediatè subiecto Sedi Apostolicæ, vt aduertit Felin. *in c. P. G. n.* 13. *vers. & intellige de offic. & potest. Iud. deleg.* Rota *coram* Seraph. *dec.* 595. *n.* 7. *vers. cum enim isti, & coram san. mem. Greg. XV. dec.* 325. *n.* 23. *ibique Add. n.* 29.

6. Exceptio vero præscriptionis in partibus alias deducta nullo modo merebatur allegari, tum quia illa non iustificabitur in facto, prout necessario esset iustificanda, tum etiam quia dum in contrarium constat de quasi possessione exemptionis, quæsita per Fratres, & Moniales, cessat quæcumque præscriptio prætensa per Episcopum circa exercitium iurisdictionis, quæ in omnem casum non releuaret, cum non possit præiudicare iuribus Sedis Apostolicæ per *tex. in c. ad audientiam in fine, ibi Abb. n.* 12. *& Felin. n.* 17. *de præscrip. auth. quas actiones, C. de sacros. Eccl.* Rota *coram* Seraph. *dec.* 1025. *n.* 22. *vers. præter has, & num.* 23.

7. Præsertim attento decreto irritanti in præfatis indultis Apostolicis apposito, propter quod inficitur quicquid in contrarium gestum fuerit tam quoad titulum, quam quoad possessionem, adeo vt per negligentiam, & non vsum, nullum fuerit eisdem Monasteriis præiudicium illatum vt post *Archidiac. & alios probat Felin. in c. cum accessissent n.* 30. *vers. quarto limita de constit.* Rota *dec.* 3. *de priuil. in antiq. & dec.* 240. *num.* 4. *par.* 1. *diu. & coram* Buratt, *dec.* 704. *n.* 10. *vers. tertio quia.* Et fortius vigore Constitut. san. mem. Vrbani VIII. editæ sub die 5. Iunij 1641. incipien. Romanus Pontifex in § necnon reliqua omnia.

8. Minus releuat, quod iuxta Regulas eiusdem Ordinis in cap. 26. constituatur Episcopus tam Sororum, quàm Fratrum dictorum Monasteriorum Pater, ac visitator necnon etiam Iudex in omnibus causis, quia cum postea superuenerint priuilegia exemptionis à Bonifacio IX. de aliis Pontificibus concessa, per quæ omnis iurisdictio Ordinario competens in personas, & bona huius religionis, sublata fuit, vtique dubitari non potest, quin fuerit derogatum dispositioni eiusdem reg. per *tex. in capite* 1. *de constit. in* 6. Rota *coram* Greg. *XV. dec.* 267. *numero* 9.

9. Demum, ad id quod dicitur ex dispositione Concilij Trident. competere ordinario ius visitandi Monasteria, & loca exempta, placuit pro nunc DD. responsio aliàs data in decisione Eminentiss. Cardinalis Panziroli, nempè dispositionem prædictam non habere locum in illis Ecclesiis, & Monasteriis, in quibus regularis obseruantia exercetur, vt apparet ex verbis eiusdem *Conc. ss. 21. c. 8. de reform.* ibi, Propterea commandata Monasteria &c. in quibus non viget regularis obseruantia &c. exempta ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis annis singulis visitentur &c. notat Roderic. *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 36. *col.* 3. *vers. sed hæc quæ diximus.*

Et ita &c.

DECISIO LIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Barchinonen. Exemptionis.

Lunæ 20. *Maij* 1647.

§. 1. ROtalis sententiæ à R. P. D. meo Corrado latæ confirmatio hodie in gradu appellationis reuocata fuit in dubium, & pro confirmatione responsum, quia ex decisionibus editis in prima instantia coram b. m. Coccino, & coram eodem D. meo Corrado satis eius iustitia deprehenditur, vt dixit Rot. *dec.* 325. *n.* 4. *p.* 5. *recen.* & validitas apparet ex reuolutione processus iuxta vulgarem decisionem Caputaq. *dec.* 260. *p.* 2. concurrente autem validitate, & iustitia sententia est confirmata Marc. Anton. de Amat, *dec.* 41. *n.* 31. Rot. *dec.* 207. *n.* 1. *& dec.* 295. *n.* 1. *part.* 5 *recent.*

2. Neque vrget vnicum ex aduerso deductum obiectum nullitatis ex quo sententia sit concepta per ablatiuum absolutum, ibi, *saluo tamen & reseruato Sanctæ Sedis beneplacito*, qui ablatiuus facit conditionem *l. à testatore ff. condit. & demonst. Surd. dec.* 268. *n.* 11. Coc. *dec.* 47. *n.* 1. conditio vero efficit vt sententia tanquam nulla veniat reuocanda, *l. cum Iudex* 3. *vbi glos. in verb. palam est circa fin. ibique Bart. n.* 3. *C. sent. & interlocut. omn. iudic. l.* 1. §. *biduum ibi sane quidem ff. quand. appellan. sit c. bidnum* 2. *quæst.* 6. *Franc. in c. præterea num.* 1. *de appellat. Guidop. dec.* 67. *n.* 1. *Osasc. dec.* 146. *n.* 2. Quo magis quia hactenus conditio beneplaciti Apostolici purificata non fuit, vt per *Io. Andr. ad specul. tit. de sententi.* § *iuxta n.* 17. *verb. si iudex, Bald. in d. l. cum Iudex n.* 8 *C. de senten. & interloc. omn. iudic. Burs. in terminis sententiæ conceptæ per ablatiuum absolutum cons.* 115. *n.* 6. *& 2 seqq.*

3. Nam pro responsione Domini animaduerterunt, quod sententia in parte substantiali nullam habet conditionem, sed purè & absolutè declarat Capitulum & Canonicos Cathedralis Barchinonensis, & singulos eorum

eorum fuisse, & esse immunes penitus plenaq. ac libera gaudere,& frui debere immunitate , & exemptione ab omnibus & singulis gabellis , impositionibns ,& oneribus per Ciuitatem Barchinonæ seu,illius Gubernatores,Rectore Consiliarios,Ministros,& alios quoscumque pro ea impositis , & imponendis tam ratione quarumcumque rerum ac bonorum separabilium quam inseparabilium , idest quæ à Mercatoribus vel aliis Laicis postquam in Ciuitate fuerunt introducta Clerici emunt pro victu,ac cæteris quibuscumque ipsorum ac familiarum vsibus.

4. Conditio autem illa saluo & reseruato &c. adiecta est in Capitulo separato in quo firma semper remanente totali immunitate Canonicorum superius dispositiuè ac purè declarata Iudex pro faciliori executione huiusmodi immunitatis respectu bonorum inseparabilium pronunciauit Ciuitatem teneri in fine cuiuslibet anni restituere eisdē Capitulo & Canonicis quidquid importabit rata onerum & gabellarum impositarum pro tempore super bonis inseparabilibus , hoc est quæ Clerici à Mercatoribus , seu aliis quibuslibet venditoribus pro ipsorum ac familiarium, & Capituli vsu emissent in Vrbe sequendo in hac parte praxim traditam ab Azor. *inst moral. par.2. lib.9. c.11.§ quintum priuilegium , vers.in dubium vocatur* , quæ cum recipienda sit quatenus Cleri consensu,& Sedis Apostolicæ beneplacito fuerit approbata , ideò Iudex præfatam approbationem,& consensum reseruauit, nec tamen exinde dicitur restrinxisse , aut aliquo modo alterasse liberam immunitatem Clericis de iure competentem superius pronunciatam,ac declaratam,*Ponte.cons.49.n.15.lib.1. Menoch.cons.422.n.33. Anton.de Amat.resol.5. n.25. Grammat. dec.66.n.5.*

5.Cum igitur sententia in parte substantiali declaratoria immunitatis Clericorum dirimat prorsus controuersiam omnemque habeat euidentem certitudinem, & nullam conditionem intrinsecam vel extrinsecam, conditio adiecta secundæ parti pro faciliori executione,ibi, *insuper pro faciliori præfatorum executione*, cum respiciat ordinem,& modum exequendi sententiam illam conditionalem , & per consequens nullam non reddit,vt probat *text.l.cum eorum 5.Cod.sent. & interloc.omn.iud. & notat ibi glos. vers. præstarent. Bart. in princ.Burs.cons.155.n.9.cons.219.sub n.2.in fin.Gabr.de sent.conc.3.& 4.Vant.de nullit.sent.ex defect.process.n.116. & 117. Scacc.de sent.& re iudic. gloss. 14. q.7.n.181.& q.14.n.8. & 60.* qui omnes dicunt rationem,quia tunc adhuc remanet sententia certa in parte substantiali,& principalis eius dispositio non suspenditur per ea quæ fuerunt adiecta circa ordinem exequendi , & faciliorem executionem , satisque est quod pars substantialis sit vndique libera,ac secundum iustitiam, ac iudicij rectitudinem prolata.

6. Et absonum videtur quod Ciuitas in hac parte impugnet sententiam quando potius gratias agere deberet,cum praxis illa respiciat non tam fauorem Clericorum quàm ipsius Ciuitatis , quia Clerici iuxta eorum immunitatem recusare possunt soluere ab initio pro bonis inseparabilibus ratam pretij quam auget solutio Gabellæ facta per venditorem,Atque hinc neque informantes pro Ciuitate allegare deberent quod nondum sit obtentum beneplacitum Apostolicum, & consensus Capituli , quia vtroque cessante non est locus prædictæ praxi fauorabili ipsi Ciuitati,& Clerici gaudent vt supra totali immunitate ab initio & in limine emptionis bonorum inseparabilium,præter quod, cum consensus, & beneplacitum præfatum respiciat executionem, non impedit quominus interim sententia possit confirmari prout iacet, & sufficiet. quod vtrumque intercesserit quando agetur de dictæ praxis executione,vt per *Cancer.var.resol.tom.3. c.17. de sent. & par. execu. n.499.Peregr.de fideic.art.50.n.82.& 83 Surd. cons.186.n.17.& cons.410.n.54. & seqq. Honded. cons. 98.n.16.lib 2.* Rot. *in Bononien.fideicommissi de Bolognin.15. Martij 1641. coram bon.me.Merlino,§ imò, & in eadem 27. Nouembris eiusdem anni coram R.P.D. Carillo §.quinimo.*

7.Rursus non obstat, quod sententia videatur continere contrarietatem , eo quod in primæ parte declarat Canonicos absolutè immunes absque aliqua reseruatione beneplaciti Apostolici tam respectu bonorum separabilium,quam inseparabilium,in secunda verò reseruato dicto beneplacito declaret Ciuitatem teneri restituere in fine cuiuslibet anni eiusdem Canonicis,& in Capitulo quidquid importabit ratæ gabellarum super mercibus , & rebus per ipsos emptis, si enim iuxta tenorem primæ partis Canonici non tenentur soluere nullaque actio competit Ciuitati contra illos pro gabellarum exactione,frustra compellitur Ciuitas ad restitutionem vigore secundæ partis,& è contra si Ciuitas tenetur ad restitutionem,præsupponitur in necessarium antecedens, quod potuerit exigere id quod repugnat primæ parti sententiæ. Nam fuit responsum euitari contrarietatem ponderando quòd secunda pars non excludit liberam exemptionem firmatā in prima, sed quia accedente beneplacito Papæ possunt Canonici conuenire cum Ciuitate , vt pro bonis inseparabilibus soluant quidem venditoribus integrum precium , sed Ciuitas teneatur in fine anni restituere cuilibet illud plus , in quo creuit pretium ratione gabellæ , ideo in euentum in quem huiusmodi conuentio fieret , Iudex condemnauit Ciuitatem ad restituendum vt supra , & hic omnisque alius possibilis intellectus accipiendus est ad euitandam contrarietatem sententiæ, *c.cum tu de testibus,cap.cum expediat de elect.in 6. Alex.cons.185. n.4.& seqq.lib.7.* Buratt. *dec.9.12 n.10.* Rot. *dec.167. n.12.par.4.Dec.736. n.8.par.4.tom.3.recent.*

DECISIO LX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

Veneta Indulti.

Veneris 7. Iunij 1647.

§.1. VEnerabile Monasterium S. Catharinæ Venetiarum Ordinis S.Augustini ingressa fuit nobilis Virgo Soror Priula de Priulis duarum germanarū sororum in eodem Monasterio professarum pietatem imitando , & in sui acceptione pinguiorem eleemosynam, & solito maiorem Monasterio tribuit. & insuper ea conditione fuit recepta,ne vocem,aut suffragium haberet dum viuerent aliæ duæ sorores Moniales. Quieuit per plures annos soror Priula , postea supplicauit S.S. mem. Vrbano VIII. vt suffragij ferendi gratiam illi concederet , qui annuit,dummodo expressus ad id Abbatissæ , seu Priorissæ & Monialium Monasterij capitulariter,& per secreta suffragia accederet assensus.

2. Verum dissentientibus Priorissa,& Monialibus,reiectaque petitione sororis Priulæ , fuit demum pro illius parte supplicatum Sanctiss. D.N.vt eidem vocem actiuam,& passiuam concedere dignaretur, & obtenta gratia fuit expeditum Breue,quod presentatum Vicario Venetiarum mandauit exequi,quod decretum fuit moderatum quousque verificata fuerint verificanda.

3. Appellauit Soror Priula ad Reuerendiss.Nuntium Venetiarum,qui mandauit exequi Breue Apostolicum, cui etiam decreto cum fuisset appellatum pro parte Priorissæ , Monialium, & causa esset deuoluta ad Curiam, fuit mihi commissa cum clausula, parito litteris arbitrio Rotæ. Vnde dedi dubium , An intraret arbitrium pro retardatione,aut pro exequutione Breuis,& re ad

re ad examen deducta, fuit resolutum intrare arbitrium pro retardatione.

4. Arbitrium enim regulatur à iure iuxta doctrinam Bart. *apius in* Rota *canonizat. in Extranag. ad reprimendum verbo videbitur n.*8. Cæsar *de Grass. dec.*7. *n.*7. *de sent. & re iudic.* Rota *coram* S. Greg. *dec.*189. *n.*3. *& dec.*221. *& dec.*495. *vtrobique n.*1. *& dec.*312. *n.*1. *p.*4. *recen.* de iure verò retardatur executio literarum Apostolicarum, quotiescumque constat de earum subreptione, vel obreptione *c. super litteris 20. de rescript. c. cum dilecta 22. eodem tit.* Rota *coram Caual. dec.*192. *n.*1. *in fin. & seq. & dec.*228. *n.*3. *par.*1. *in recent & in Sipuntina, seu nullius Archipresbyteratus* 14. *Martij* 1646. *coram Reu. P. D. meo Verospio.*

5. Verum Sanctiss. D. N. non fuit expressum per Agentes sororis Priulæ, quod eidem aliàs per S. mē. Vrbanum fuerat dispensatum super voce actiua, & passiua cum moderatione, & præseruatione consensus Monialium, quod si fuisset expressum, vel Papa gratiam non concessisset sine simili modificatione, vel saltem difficilius, & si fuisset factus certior de priori concessione limitata, illam non mutasset, iuxta egregiam doctrinam, *Io. Andr. in cap.*2. *n.*2. *de fil. presbyt. in* 6. *Innoc. in c. venient. n.*4. *ibique* Abb. *n.*14. *Felin. sub num* 2. *de præscript.* Ruin. *cons.*161. *n.*31. *in fin. lib.*2. *& cons.*82. *n.*13. *lib.*3. Socin. *cons.*24. *num.*4. Paris. *cons.*74. *n.*57. *& seqq. lib.*4. Curt. *sen. cons.*73. *n.*15. *post med.* Molin. *de primog.* Hispan. *lib.*2. *cap.*4. *n.*50. *&* 51 Guttierrez *qq. canonic. lib.*2. *cap.*15. *n.*92. *&* 93. Sanchez *de matrim. lib.*8. *disp.*22. *n.*2. & tenet Rota *coram Verall. dec.*218. *par.*2 & magis in terminis *in decis.*91. *n.*2. *p.*3. *lib.*3. *diuers.* quæ loquitur de simili gratia concessa liberè Abbatissæ non facta mentione primæ decurtatæ, & limitatæ ad consensum Monialium.

6. Nec minus fuit Sanctiss. expressum Moniales acceptasse sororem Priulam ea conditione, & pacto, vt viuentibus aliis duabus sororibus voce actiua, & passiua careret, talique pacto per plures annos sororem Priulam acquieuisse, quod sine dubio erat Summo Pontifici exponendum, nam Princeps pactis priuatorum derogare non solet *c. ex multiplici, & ibi DD. de decim gloss. fin in cap.*1. *verbo derogetur de pact. in* 6. *modern. Rom. de re benef. lib.*1. *n.*55. *n.*21. *&* 22. nunquam enim pactis priuatorum censetur derogatum nisi de iis specifica, & expressa mentio fiat, vt est *text. in d. c. ex multiplici de decim* Rota *coram Put. dec.*193. *lib.*1. *in correct. inter diuers. dec.*613. *n.*3. *&* 4. *part.*1. *coram* Buratt. *dec.*435. *n.*4. *& coram Reuerend. Vrgellen. dec.*48. *n.*20.

7. Non obstat, quod hoc pactum posset esse notum SS. ex quo de iure est, quod tres sorores moniales in eodem Monasterio non sunt capaces vocis actiuæ, & passiuæ, vt constat ex decreto Sac. Congregat. Regul. relat. per Modern. *de iur. Abbatiss. disp.*5. *q.*7. *n.*4 8. quia adhuc pactum erat exprimendum, licet contineret in tantum, quod continet lex, seu decretum Sac. Congreg. nam forsan Papa derogasset legi, sed non pacto, vt in puncto firmat Anchar. *in d. cap. ex multiplici sub num.*4. *vers. sed dic. de decim.* & ratio est, quia Papa auferendo in quibusdam casibus dispositionem legis, magis facit gratiam, quam alicui iniuriam, sed quando quis sibi prouidet per pactum iniuria esset auferre, quod ex sua prouisione quæsiuit Rota *in Valentina subsidij* 4. *Maij* 1611. *coram Penia inter singul. Rubei to.*1. *fol.*496.

8. Pactum enim dispositioni legali adiectum illam roborat, & confirmat adiiciendo nouum vinculum, & impedimentum Salyc. *in l. ea lege* 3. *n.*3. *in fin. C. de cõdict. ob causam* Alex. *in l. filius fam.*118. *§. Diui il.* 2. *sub. n.*1. *circa med. ff. de leg.*1. *Natt. cons.*481. *n.*16. *& seq.* Rota *coram Seme.* Greg. *dec.*529. *n.*13. *&* 14. *& in Roman. Vineæ* 22. *Maij* 1614. *coram R. P. D. meo Ghisterio*; ideoq; necessaria erat expressio pacti, cum etiam difficilius soleāt concedi dispensationes, quando plura obstant impedimenta Menoch. *de arbitr. iud. cas.*203. *n.*13. Guttierrez *qq. Canon. c.*15. *n.*14. *l.*1. Gratian. *discept.*287. *n.*19.

9. De huiusmodi verò pacto inter Monasterium, & sororem Priulam inito constare visum fuit ex confessione eiusdem sororis Priulæ emanata in precibus S. me. Vrbano VIII. porrectis, vt ex lectura Breuis in summ. Monial. *numer.*5. *iux. l. cum precum* 9. *C. de liber. caus.* & ex partita libri Monasterij, in quo dicitur sororem Priulam fuisse acceptatam sine voce in Capitulo iunctis adminiculis resultantibus ex pluribus positionibus iuratis per Moniales exhibitis, necnon ex iurata attestatione Priorissæ, & reuelatione facta à duodecim Monialibus quarum fides ex vitæ integritate, & generis insigni nobilitate, ac ex num. potissimum corroboratur Roland. *cons.*72. *num.*5. *lib.*2. Honded. *cons.*17. *n.*42. *lib.*1. Socin. *cons.*194. *n.*2. *lib.*2. Rota *coram S. me.* Greg. *dec.*340. *n.*6.

10. Demum non obstat consensus à pluribus Monialibus præstitus exequutioni dicti Breuis ad fauorem sororis Priulæ, quia prætermissio, quod non constat de aliquarum consensu, nisi per assertionem earum, quę instrumento interfuerunt, deest certè in hoc casu consensus capitulariter præstitus à Monialibus, qui necessariò requiritur Innoc. *in c. eam te n.*9. *de rescript. Federic. de sen. con.*61. *n.*5. Rota *coram* Card. Caualer. *dec.*193. *n.*4. *& 5. & coram* Buratto *dec.*573. *n.*6.

Fuit itaque resolutum intrare arbitrium pro retardatione vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

In causa Pictauien. Commendæ.

Veneris 14. *Iunij.* 1647.

§. 1. ADuersùs sententiam Rotalem R. P. D. mei Ghisilerij in iudicatum transactam, obtinuit à Sanctiss. D. N. causam restitutionis in integrum, prout de iure, mihi committi Franciscus le Petit Acquiniere, quo informante ex vna, & venerabili lingua Franciæ ex altera, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & Domini negatiuè responderunt,

2. Irrefragabile enim visum fuit fundamentum nullitatis Professionis emissæ à le Petit in Sacra Religione Hierosolymitana ante decimum sextum annum expletum, contra expressam dispositionem S. Concil. Tridentini sess. 25. c. 15. de Regular. & statutorum Religionis Hierosolymitanæ tit. 2. del recibimiento de Fratelli c. 13. 14. & 15. quæ in hac etiam parte conueniunt cum Decretis S. Concilij, dum expresè prohibent Minores antequam perueniant ad decimum octauum eorum ętatis annum recipi ad habitum, & aliter receptos priuat beneficio antianitatis, & aliis prout legitur in d. cap. 14. & in terminis huius Sacræ Religionis sequuta est Rot. penes Buratt. *dec.*205. *n.*28.

3. Quod autem Franciscus tempore Professionis ad legitimam ætatem non peruenisset, negari non potest; quia constat ipsum in lucem prodiisse 7. Maij 1583. & professionem emisisse 15. Augusti 1599. vnde tempore professionis emissæ non habebat ætatem, neque à S. Concilio, neque à statutis Religionis, requisitam, ideoque remansit in statu laïcali, & incapax Commendarum, & aliorum Beneficiorum Religionis, tam ex dispositione dd. statutorum cap. 63. in titul. delle Commende, quàm ex dispositione Iuris communis, secundum quod Beneficia Regularia non secularibus, sed Regularibus dumtaxat sunt conferenda; *c. cum de beneficio, de præb. in* 6. *Clem. vnic. de suppien. negig. Prælat.*

lat. Gonzal. *ad reg. 8. glos. 8. n. 8.* Rota *coram* Seraph. *dec. 1165. num. 12. & dec. 229. num. 1. par. 1. recent.* & fuit plenè dictum *in hac causa 11. Martij 1641. in princ. coram R. P. D. meo Ghisterio.*

4. Nullitas verò huiusmodi Professionis euitari non potest sub prætextu tacitæ professionis, deductæ ex delatione habitus, & ex aliis gestis per le Petit ; quia cum ipse obtinuerit à sanct.me Paulo V. Breue restitutionis in integrum, & vigore huius sententiam, quia illius Professio fuit declarata nulla, vt in summario Venerab. Linguæ num. 2. & 11. excluditur ex hoc tacita professio, stante expresso dissensu le Petit professentis, vt probant *Innoc. in c. 1. sub n. 1. & in fin. lo. de Anan. sub num. 7. & n. 9. Butr. in fin. & alij de his, quæ vi, metusve causa fiunt.* Bald. *cons. 206. lib. 4.* Nauarr. *cons. 34. num. 3 de Regul. Decian. cons. 18. num. 5. lib. 3.* Honded. *cons. 78. n. 4. 23. & 29. lib. 2.* Rot. *decis. 539. n. 3. part. 1. & decis. 705. n. 5. part. 2. & decis. 179. n. 1. ac decis. 397. n. 1. & decis. 533. sub n. 4. & 5. par. 4. recent. & in Vlixbonen. nullitatis Professionis 10. Decembris præteriti in §. cum ergo coram R. P. D. meo Arguelles.*

5. Neque le Petit hodie potest impugnare sententiam ad ipsius instantiam, & fauorem prolatam, sed in eius præiudicium valida, & omninò iusta præsumitur. *l. si seruus plurium §. 3. §. 1. ff. de legat. 1. l. transactione la 2. C. de transact.* latè *Peregr. de fideicom. art. 53. num. 33. & seqq.* Rot. *decis. 100. n. 2. par. 2. recent.* & comprobatur ex *dec. 665. n. 12. p. 1.* in eisdem, non enim potest, quia in iudicio proponere id, cuius contrarium fecit approbare per sententiam, *Roman. cons. 34. sub n. 9. vers. an instantia.* Gabr. *de regul. iur. concl. 1. n. 44. & 47.* Rot. *decis. 78. n. 3. par. 1. in recent. & dec. 556. n. 8. coram S. me. Greg.*

6. Nec releuat quod le Petit de anno 1618. obtinuerit Sedem in prioratu Aquitaniæ; Quia hoc perperam obtinuit à Iudice laico, nullam prorsùs habente iurisdictionem in hac materia, *c. quæ in Ecclesiarum de const. c. decernimus, de iudic. c. contingit. de arbitr.* nec minùs suffragatur licentia deferendi habitum à Magno Magistro obtenta, quia si le Petit verè fuisset Religiosus, habitum gestare potuisset absque licentia, quæ propterea denotat cum non fuisse talem, cum licentia nil aliud sit, quam collatio libertatis concessa ei qui eam non habet ex se ipso; *c. licet de Regul. Bald. cons. 290 antè fin. lib. 3. & dixit* Rot. *decis. 144. n. 7. p. 1. in recent.*

7. Cum itaque ex prædictis constet de iustitia sententiæ Rotalis, & validitas appareant ex reuolutione actorum, cessat læsio, sine qua non datur restitutio in integrum. Rota *coram Buratto decis. 323. n. 1. in recent. dec. 132. n. 1. & seqq. p. 1. & dec. 66. n. 1. & dec. 69. n. 9. par. 6. in Romana pretensæ societatis 12. Iunij 1645. in fin. coram me, & in aliis sapissimè.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c

DECISIO LXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Rojas.

Ianuen. Priuilegiorum.

Veneris 24. Iunij 1647.

§. 1. PAtribus Oratorij S. Philippi Nerij Ciuitatis Ianuen non licere residere in Ecclesia sancti Pancratij post quintam causæ proportionem fuit hodie resolutum ex quo d. Ecclesia S. Pancratij non distat ab Ecclesia Parochialis, Sir in qua residunt Patres Theatini per Cannas 40. Vnde obstant priuilegia Apostolica emanata ad fauorem plurium Religionum, ræ alij Religiosi, vel personæ Ecclesiasticæ, vel pia loca valeãt acquirere intra spatium 140. Cannarum. Potissimum est illud ad fauorem Patrum Carmelitarum Clem. IV. siue potius Clementis V. relatum per Rodric. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 49. art. 5.* Confirmatum per Sixtum Quartum vt refert Sorb. *in compend. priuil. regul. verb. ædificare num. 19.* in quo expressis verbis prohibetur ne intra spatium 140. Cannarum proximum Ecclesiis Carmelitarum possint per quascumque personas Ecclesiasticas nouæ Ecclesiæ ædificari siue de nouo recipi ; vnde quamuis prima pars prohibitionis locum fortasse sibi non vendicaret in præsenti, ex quo Patres Oratorij non intenderunt nouam construere Ecclesiam, sed constructam ampliare iuxta *decis. Mant. 163.* certè locum sibi vindicat secunda pars priuilegij prohibens ne de nouo Ecclesiæ recipiantur, in quibus terminis nos versari non est dubium.

2. Præfatum verò priuilegium concessum per summos Pontifices Patribus Carmelitanis suffragari in præsenti Patribus Theatinis dicebant Domini ex quo Clemens Septimus communicauit eisdẽ generaliter omnia priuilegia mendicantium, vt habetur in Constitutione eiusdem Clementis VII. *la 38. num. 12. tom. 1. Bullar. tom. 1. fol. 505.* ibi, *Exemptionibus, immunitatibus, & infrà exemptiones, gratias, &c.* plenarium effectum sorti debere decernimus, qui priuilegia venire sub communicatione censuit Rot. *decis. 87. nu. 5. p. 4. recen.* cuius priuilegij tenor est seruandus *c. porro de priuil.* Rot. *decis. 791. n. 1. part 3. rec. Mant. d. decis. 163. n. 2.* & communicatio priuilegiorum operatur idem ac si eadem priuilegia specificè concessa fuissent. Oldrad. *cons. 300. in princ. n. 6. Paris. cons. 22. num. 5. lib. 4.* Rot. *decis. 40. in princ. par. 4. rec. & tradit Roderic. quæst. reg. tom. 1. quæst. 9 art. 9.*

3. Nec obstat quod dicta Communicatio priuilegiorum non intelligatur de priuilegiis tendentibus in præiudicium tertij, & fuit decisum in *Valentina decimarum 28. Innij 1603. Cor. Lancelloto penes Marchesc. de Commiss. tom. 1. fol. 639. n. 2. in Valisoletana quartæ funeralis 19. Aprilis 1606. Coram Iusto, apud Tambur. de iur.* Abb. *tom. 3. dec. 83. n. 6. Caual. decis. 101. n. 3.* quia hæc responsio non visa fuit tuta ex quo in puncto quod d. priuilegio Clementis V. gaudeant alij habentes communicationem cum priuilegiis mendicantium tradit Barbos. *de iur. Eccles. vniuersi lib. 2. c. 12. n. 72. in fin. Campanil. diuersorium Iuris Canonici rubr. 12. c. 13. sub n. 81. vers. Et quia præsertim,* cum d. communicatio priuilegiorum ad fauorem Patrum Theatinorum sit amplissimis verbis concepta, & loquatur etiam de priuilegiis præiudicialibus Ordinario seu tertio.

4. Minus obstat alia responsio adducta per informantes pro Patribus Oratorij Sancti Philippi quod d. priuilegium non sit in vsu in Ciuitatibus magnis, qualis est Ciuitas Ianuensis, dum in illis valent plura monasteria mendicantium viuere ob magnam affluentiam eleemosynarum quibus illa Ciuitas abundat, vt notat *Sorb. in compend. priuil. regul. verb. ædificare n. 20. in annot. vers. quoad dispositionem Tamburin. de Iur.* Abb. *tom. 3. disp. 5. q. sub num. 2.*

5. Attamen contrarium visum fuit manifestè apparere ita & aliter vt tale priuilegium extet in vsu etiam in Ciuitatibus magnis prout expressè voluit *Confect. in lib. de priuil. mendic. tit. 3. c. 3. Campanil. diu. iur. canon. dicta rubr. 12. cap. 13. n. 18. vers. Sorbus autem, & vers. Attamen vbi reprobat Sorbum,* supra adductum, & reddit rationem, quia cum priuilegium sit concessum ordini regularium non abrogatur per eius non vsum, aut contrarium vsum aliquorum monasteriorum *c. si dilecti de for. compet.* Miran. *manual. Prælat. q. 33. art. 3.* vbi quod non admittitur hoc priuilegium per non vsum per decennium neque per vllũ tempus, Barbos. *de potest. Episc. alleg. 26. n. 10.* Rot. *dec. 240. n. 5. & sequen. part. 4 diuers.* Burat. *dec. 704. n. 9. & 10. & part. 1. rec. dec. 82. n. 9. & part. 5. decision. 65. num. 10.* vltra quod ad probandum

non vsum non sufficit attestatio aliquorum doctorum, cum illis circa hoc non credatur præsertim quia non sunt versati in Ciuitate Ianuæ Sud. *cons.* 74. *n.* 14. Mohed. *decis.* 2. *n.* 3. *de consuet. Coccin. decis.* 123. *n.* 27. cum aliis congestis *per Mascard. de probat. conclus.* 528. *n.* 1. *& seq. num.* 3. ampliat etiamsi plures Doctores testentur de contrario.

6. Nec fuerunt habita in consideratione exempla adducta per Patres Oratorij, quia esset probandum quod in illis casibus regulares vicini, vel in præsenti se opposuerint dum fundans se in obseruantia tenetur eam probare in terminis indiuiduis casus controuersi. *Mat. dec.* 58. *n.* 7. Seraph. *dec.* 326. *nu.* 2. Buratt. *decis.* 229. *n.* 6. quamuis quidem casus, qui pro non vsu adducuntur non concludunt, quia valuit in illis interuenire regularium vicinorum consensus quo circa non est inferendum ad casum quo ipsi contradicunt vt in præsenti prout in terminis priuilegij super 4. funerali extat decisio in *Rauennaten. quartæ funeralis* 20. *Iunij* 1622. *coram b. m. Coccino.* ea ratione, quia non fuit in potestate Regularium consentire, vt monasteria noua erigerentur, talis obseruantia affirmatiua in actibus facultatiuis non conuincit quod idem sit seruatum ipsis Religiosis inuitis. *Ruin. cons.* 28. *n.* 10. *& seq. lib.* 1. *Menoch cons.* 205. *n.* 61. *Surd. cons.* 460 *n.* 80. Seraph. *decis.* 817. *n.* 5. *Terall. decis.* 204. *n.* 2. *par* 3. Caual. *decis.* 85. *n.* 1.

7. Sed cessat difficultas quia obseruantia, & vsus dicti priuilegij potius probatur in præsenti ex Breui san.me. Pauli V. ad fauorem eorundem Patrum Theatinorum contra RR. PP. Societatis Iesu *Summario Theatinorum n.* 6. prout rursus idem fuit seruatum contra Præsbyteros sæculares S. Caroli in Ciuitate Neapolitana *d. Sum. num.* 7. de quo meminit P. *de Lezana in summ. quæst. reg. verb. Monasteria regul. n.* 2. *fol.* 403. *vers. Vnde cum qui Presbyteri S. Caroli certè nec erant mendicantes.* Quod Breue valde vrgere dictum fuit siue interpretetur emanatum fuisse in executionem antiquorum priuilegiorum siue in vim noui priuilegij, vtroque casu idem militat dum priuilegium concessum monasterio vnius loci prodest omnibus & singulis monasteriis aliorum locorum eiusdem Religionis ex constitutione Pij IV. quæ licet non procedat in priuilegiis consessi seu concedendis particularibus personis Religiosorum, locum tamen habet in omnibus priuilegiis concessis ipsi Monasterio vt perbelle explicat Roderic. *q. regul. to.* 1. *q.* 55. *art.* 9. *& art.* 18. *vers. aduertendum* & id totum etiam in vim alterius Constitutionis Leonis X. relatæ à Confecto *in collect. priuil. regul. inter const. Leonis X. Const.* 18. *fol.* 188. ibi, aut in posterum concedentur, etiam priuilegia postea concessa & in futurum concedenda suffragantur, cum lex semper loquatur *l. Adriani C. de hæred. Castr. cons.* 235. *num.* 1. *vers. restat respondere lib.* 1. Rot. *in Cracouien. Iuris legendi* 19. *Iunij* 1626. *cor. bon. mem. Coccino.*

8. Nec est dicendum præfactum priuilegium fuisse reuocatum per Constitutiones Nouissimas Clem. VIII. *la* 99. *Bular. nou. tom.* 3. *fol.* 146. *Gregor. XV. constit.* 31. *tom.* 4. *fol.* 138. *& Vrbani VIII. Const.* 25. *eod. tom* 4. *fol.* 265. nam in dd. Constitutionibus ne verbum quidem de 140. Cannis de quibus specificè legitur facta mentio in antiquis Constit. Et Rot. in hac materia seruat antiquas Constitutiones *vt in Ianuen. Domorum coram Manzacedo, quæ est la* 88. *num.* 5. *par.* 4. *rec.* & cum præfatæ constitutiones non disponant nisi inter regulares non derogant Iuri prohibendi quod ex dicto priuilegio regulares habent aduersus cunctas personas Ecclesiasticas ne Ecclesias de nouo recipiant de quo dd. Constitutiones loquuntur iuxta theoricam Bald. *in l.* 1. *§. final. C. de latin. libert. tollen. Ramon, cons.* 17. *n* 1. *& 2. Mant. decis.* 104 *n.* 5. Rot. *dec.* 103. *n.* 5. *part.* 2. *recent. & dec.* 289. *n.* 7. *part.* 3.

9. Satis autem præfatas antiquas Constitutiones seu priuilegia vrgere ponderatum fuit contra Patres Oratorij S. Philippi propter præiudicium quod eorum nimia vicinitas intra spatium canarum 40. afferret Patribus Theatinis in Ecclesia Sancti Siri residentibus ratione eleemosynarū quas dubitari non potest quin ergo eosdem Theatinos tenuiores redderentur propter nimiam vicinitatem, dum Ecclesia Sancti Siri sacramenta percipere per assuetos diuerteretur ad nouam Ecclesiam Oratorij Sancti Philippi quod præiudicium quamuis non esset considerabile si ageretur de noua introductione in Ciuitate idonea ad subministranda alimenta omnibus mendicantibus iuxta terminos dictæ Constitutionis 99. Clementis Octaui de qua loquitur Rota *decis.* 745. *par. secunda recen.* summoppere tamen extat considerabile, quod noua Ecclesia construeretur intra d. breue spatium præfatum cannarum 40. propter æmulationem & rixas quæ inter Ecclesias tam vicinas possent exoriri, ad quas euitandas emanauit priuilegium Clementis V. vt habetur in verbis relatis *à Roderico in collect. priuileg. tom.* 1. *fol.* 209. *col.* 1. *n.* 79. ibi *& vt quieti eorum fratrum, &c.* Rota *dicta decis.* 87. *n.* 5. *par.* 4. *rec.* Nec sat est quod intrare volentes non mendicent quia opportet vt nec aliud faciant ex quo aliquod detrimentum cæteris regularibus obuenire possit, vt tradit Pater de Lezan. Modern. Carmel. Matriten. *in d. summ. quæst. reg. verb. monasteria fol.* 400. *n.* 6. Rot. *decis* 87. *n.* 5. *par.* 4. *rec.* Quocirca nil vrget imò retorquetur *decis.* 676. *n.* 1. 0. *part.* 1. *rec.* in qua dictum fuit nō præiudicari Theatinis per vicinitatem Collegij Societatis Iesu dum in huiusmodi Collegiis nullus non Religiosus ex eisdem sepelitur nec ibi eleemosynæ pro Missis, & aliis officiis admittuntur: & non attendi an hi qui de nouo volunt Ecclesias acquirere sint mendicantes vel non mendicantes habetur ex d. priuil. Sixt. IV. vbi extenditur priuilegium Clem. V. loquentis de mendicantibus ad omnes alios Religiosos aliorum ordinum etiam non mendicantium, & ad quascumque alias Ecclesiasticas personas refert *Solbo in compend. Priuil. Regul. verbo ædificare num.* 19. *& eadem Bull. est impressa à Lezana tom.* 5. *summ. part.* 2. §. 79. *fol.* 519. *& in comment. n.* 431. *fol.* 807.

10. Quam sententiam eo libentius Domini amplexi fuere dum Patribus Oratorij S. Philippi nil nocet residere in loco remotiori, & Patribus Theatinis hoc multum prodest, præsertim cum ipsi sine redditibus ex puris eleemosynis sponte à fidelibus oblatis & non emendicatis viuant, suntque certè omnia facienda, quæ cęteris non nocent, & illis prosunt iuxta *text. in lib.* 2. ibi *nisi ei nihil noceat*, & ibi Bart. *vers. ad huius autem ff. fol. matr. Imol. cons.* 17. *n.* 18.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

DECISIO LXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P D. Corrado.

Hispalen. Decimarum.

Mercurij 26. *Iunij* 1647.

§. 1. ATtendentes Summi Pōtifices Paul. III. & Pius IV. S. M. multiplices, & vberes animarum fructus, quos Venerab. Societas Iesu vsque ab eius orientis Institutionis initio in Populo Christiano in dies producebat, dignum censuerunt, vt illi plura concederentur priuilegia, inter quæ illud specialiter recenetur, vt de domibus, Collegiis, ac prædiis, bonis aliisque locis eisdem sociis iuxta eorum viuendi institutum haberi concessis Decimam aliquam etiam Papalem soluere, seu canonicam portionem exhibere &c. non teneantur &c. Eamdemque Societatem, Domos, Collegia, & bona quæ

quæcumque à quibuſuis Decimis etiam Papalibus, prędialibus, & perſonalibus &c. aliiſque ordinariis oneribus, &c. pleniſſime liberarunt, & exemerũt, vt cõſtat ex litteris Apoſtolicis Pauli. Incip. Licet debitum Paſtoralis officij. Dat. xv. Kal. Nouemb. anno 1549. in verſ. concedentes ipſis ſocijs Bullar. pat. 1. inter Conſtitutiones illius Pontificis 48. & in aliis Pij ſub die 19. Auguſt. 1561. Incip. Exponi nuper feciſtis. verſ. & nihilominus pro potiori cautela, in libro Priuilegiorum d. Societatis fol. 87 & ſeq. Quas deindè confirmauit S.M. Greg. XIII. cum exp. clã derogatione Decreti Lateranen. Concil. relati in c. Nuper extr. de Decim. aliis litteris incip. Paſtoralis officij cura. ſub die 1. Ianuar. 1578. Bullar. par. 2. Conſtit. 61. Verum exortis tractu temporum litibus, ac controuerſiis inter Venerab. Capitula Metropolit. & Cathedralium, ac Rectores parochialium Eccleſiarum ex vna, & Religioſos præfatæ Societatis in Regnis Caſtellæ, & Legionis ſuper interpretatione, ac vſu dictorum Priuilegiorum. Leo XI. S. m. præmiſſa earum narratione, ac dd. Priuilegiorum tenore, illas ad ſe auocauit, & terminauit eius Decreto, quo iuſſit in poſterum ſolui per Societatem eiuſque Domus ac Collegia, & loca quæcunque in eiſdem Regnis exiſtentia *illis Eccleſijs, quibus à quo in circumſcriptis dictis Priuilegijs* Decima *ſoluenda erat, eius loco vigeſimam omnium fructuum, & animalium, quæ de lure, vel conſuetudine decimari conſueuerant*, ex quibuſcumque bonis prędictis Religioſis tũc obuentis, ac deinceps ex largitione fideliũ, vel aliis lucratiuis titulis obueniendis. Ex aliis verò emendis, vel ab extraneis conducendis integram Decimã. Exceptis ab hac proteſtatione Hortis, ſeu viridariis penes eorum Domus, ſeu Collegia, ac vno prædiolo Agro pro ſingulis Domibus, ſeu Collegiis menſuram quatuor fanegarum illarum partium non excedente. Saluis tamen quibuſcũque cõcordiis, ſeu tranſactionibus inter partes initis quas in ſuo robore permanere voluit, vt legitur in eius litteris. Incip. Apoſtolici muneris debitum expoſcit. ſub die 23. Aprilis anno 1605. quæ poſtea per San.me. Greg. XV. moderate, ad priſtinum tenorem reſtitutæ fuerunt per San.me. Vrb. VIII. ſimilibus litteris. Incip. Alias à fel. rec. Leone Papa X I. ſub die 2.. Nouẽb. 1623. Quare inſtitutis de ann. 1625. pro parte Venab. Capituli Eccleſiæ Archiepiſcopalis Hiſpalen. generalem, & perpetuam habentis adminiſtrationem reddituum, & Decimarum illius menſę vice Archiepiſcopi vniuerſalis Parochi in ea Diœceſi, nouis iudiciis primum ſuper executione dictarum litterarum Leon. XI. deinde ſuper manutentione coram Illuſtriſſimo Hiſpaniarum Nuncio contra Religioſos, & Collegia dictæ Societatis in illis partibus exiſtentia Pro quibus adducebãtur ea quidem particularia priuilegia, ex prænarratis Pontificis Conſtitutionibus ipſis conceſſa, quorum vigore quæcũque eorum bona, etiam aliis locata, immò, & ab extraneis conducta prætendebantur exempta, fuiſſe præfatis Leonis litteris abrogata; ſed non fuiſſe ſublatum ius ipſis communiter cum cæteris mendicantium Ordinibus competens ex immemorabili eiuſdem Diœceſis conſuetudine, qua præſeruantur ab eiuſmodi præſtatione immunia, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt. Hiſque omnibus ad Rotam delatis vigore Commiſſionis directæ bo.me. Coccino, fuit negata Capitulo manutentio prætia Deciſione die 26. Nouemb. 1635. Ac ſubindè in proſecutione negotij principalis, coram me in cauſis illius ſ. brogato. Domini die 1. Februar. 1644. mandarunt dari dubium. An, & in quibus litteræ Apoſtolicæ ſuffragentur Capitulo. Interea verò, quia pro Collegiis fuerant exhibiti Articuli ad effectum probandi allegaram conſuetudinem immemorabilem, petebanturque litteræ Remiſſoriales ad partes, quas Informantes pro Capitulo contendebant; Volurunt ſuper his prius diſputari.

2. Propoſito itaque pluries Articulo, eoque maturè diſcuſſo. Hodie fuit reſolutum concedendam eſſe Remiſſoriam. Quia Decimarum cauſa cenſetur ad hunc effectum ex ſententia Rotæ ad inſtar profanæ, ſicuti alia quæcumque in quibus non agitur de titulo beneficij *iux. deciſ. Put. 324. in fin. verſ. & quia eramus lib. 2. in correct. Veral. dec. 99. p. 1. & penes S.me Greg. dec. 174. & dec. 403. ſub n. 1. & ſeq. ac in recent. dec. 677. ſub n. 1. p. 1. & dec. 185. n. 1. verſ. & verſamur p. 3. & in aliis infr. citat.* Ideoque data releuantia materiæ articulatæ, (etiam non concurrente veritatis fundo) negari non poteſt ad *l. Iudices C. de Iud. l. Iudices cum Auth. ſeq. C. de ſſ. Inſt. c. fin. 30. quæſt. 5. Put. deciſ. 212. n. 5. verſ. quia in materia profana lib. 1. in correct. Veral. deciſ. 88. n. 1. par. 3. Caſ. de Graſſ. dec. 1. n. 8. verſ. maior tamen pars, & ſeq. de dilat. & deciſ. 102. n. 1. verſ. mouebantur Domini. par. 1. diuerſ. & penes bon. me.* Card. Mantic. *deciſ. 374. n. 2. verſ. in profanis autem, & ſeq. ac Sanc. mem. Greg. deciſ. 124. n. 1. & d. dec. 174. ſub n. 2. verſ. & in profanis ac deciſ. 191. n. 2. verſ. & ſumus in profanis ac d. dec. 405. n. 3. verſ. in profanis autem.* Carp. Caualer. *deciſ. 250. n. 1. verſ. nam cauſa,* Buratt. *deciſ. 656. n. 1. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 35. n. 1. & in recent. dec. 277. n. 1. & ſeq. & 389. ſub n. 1. par. 3. & d. deciſ. 256. n. 1. verſ. Hæc enim part. 4. tom. 2.*

3. Releuantia verò ex eo deducitur. Quia probata immemorabili quilibet legitimus, & validiſſimus titulus à Collegiis adduci poteſt pro defenſione prætenſæ exẽptionis ab huiuſmodi Decimarum ſolutione *iux. gloſ. fin. in cap. in aliquibus verſ. nia clerici vel Eccleſia extr. de decim.* Rot. *penes Creſcent. dec. 1. numer. verſ. & ad hoc probandum, & ſeq. de Decim. ac in Valentin. Decim. de Gandia 23. Februarij 1601. coram bon. mem.* Card. Sęraph. & in propriis terminis hac ratione fuit reſolutum conſtare de releuantia Articulorum ad effectum concedendæ Remiſſoriæ, licet alia priuilegia exhibita fuiſſent priùs reprobata in *Toletana Decim. 27. Iunij 1608. coram Ortemberg. in §. His tamen non obſtantibus, ac ſeq. & in Tiſaron. Decim. 23. Maij 1619. coram bon. me. Pirouan relata poſt ſecundum vol. conſ. Crimin. Farinac. deciſ. 303. in Vallent. Decim. 21. Iunij 1613. coram* Card. Caualer. *deciſ. 258. in Legionen. Decimarum 22. Maij 1615. coram bon. mem. Mazaned. in recent. deciſ. 677. n. 4. verſ. Vlterius & ſeq. par. 1. & in Toletan. Decim. 4. Decembris eiuſdem anni coram bon. mem. Seleucien. dec. 715. ſub n. 1. & ſeq. p. 3.* Eaundem.

4. Nec obſtat, quod Articuli non fuerint rectè formati ſuper immemorabili cum coarctione negatiuæ.

5. Quia contrarium apparet ex eorum lectura, & præſertim primi continentis in effectu omnia requiſita *gloſſ. in c. fin. in verb. memoria de præſcr. in 6.* quibus illa bene probatur *l. ſi arbiter ff. de probat.* P. Rebuff. *de dec. q. 13. a n. 94. verſ. quæro quomodo probetur, & ſeq. Minſinger. obſer. 10. n. 5. verſ. quomodo autem probanda ſit ſent. 1. Decian conſil. 51. ſub n. 35. verſ. Aliquando intendit quis probare vol. 2.* Rot. *penes San. mem. Greg. Deciſ. 196. & in recent. deciſ. 445. ſub n. 1. & ſeq. p. 1. ac dec. 360. n. 13. verſ. ſexto p. 2. ac dec. 431 ſub nu. 1. verſ. & moti fuerunt p. 3.* Eaque poſſunt etiam per teſtes in eorum dictis, atque rationibus clarius explicari *iux. tradit. per Specul. in tit. de teſte §. 1. ſub n. 63. verſ. quid ergo iuncto verſ. ſed dic valere & ſub n. 65. Felin. in conſil. 2. ſub 35. verſic. præmitto ſecundo, & alios refert. Farinac. de teſtibus q. 71 ſub n. 10. & 31. in 7. & 8. limitatione*, & fuit nuper dictum in *Mediolanen. Prioratus 27. Maij præteriti coram me, in §. Præterea non obſtat.*

6. Minùs obſtat, quod non fuerit in eis deductum Decimas fuiſſe ex parte Capituli petitas, atque à Collegiis negatas, eiuſmodique negationi Capitulum acquieuiſſe, quæ videntur neceſſaria ad effectum acquirendi libertatem ab huiuſmodi præſtationibus.

7. Quoniam hæc non requiruntur vbi agitur de conſuetudine, ſeu præſcriptione immemorabili, in his præ-

sertim, quæ alteri competunt per modum iuris, nam illa vim habet tituli, ac concessionis expressæ eiusmodi adminiculis non egentis, quæ si necessaria forent ex tanti temporis lapsu præsumerentur. Immò illorum probatio eius essentiæ prorsus repugnat cum præseferant, & includant per necesse initium actus, quod destruit immemorabilem. Oldrad. *consil.* 254. *Quia tota pars sub n.* 15. *vers. tertiò opponitur. Cauet. consil.* 111. *à n.* 21. *vers. non obstat dictum Alexand. &c. & seqq. vsque ad fin. & consil.* 775. *sub n.* 8. *vers. non obstat necessariam interpellationem. Natt. consil.* 44. *sub n.* 25. *vers. Nec est vera. Purpurat. consil.* 536. *n.* 11. *vers. & stante titulo præsumpto ac seq. Decian. d consil.* 51. *sub d. n.* 35. *vers. Aliquando intendit quis probare & seq. lib.* 2. *Enoch. cons.* 234. *sub num.* 33. *vers. alia vero requisita, & seq. & consil.* 525. *num.* 10. *vers. quia quod attinet ad primum Iosef. Lud. decis.* 106. *sub. num.* 4. *vers. nec obstat, & seq. Gasp. Aut. Thesaur. quæst. forens. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 9. *vers. Tertius est casus & fuit responsum in Nonantulana Bonorum* 18. *& 22. Martij* 1591. *coram bon. mem. Cardin. Mantic. in §. neque obsta quod si aduersus hanc facultatem & seqq. vsque ad fin.*

8. Deinde non obstat, quod prædicta consuetudo sit improbabilis. Tum inspecto tempore litium, de quibus fit mentio in litteris san. met. Leonis XI. de anno 1602. (vt asseritur) inceptarum, ideoque in præsentia verisimiliter non reperiantur testes in ætate quinquaginta quatuor annorum tunc constituti, qui eam legitimè probare possint; Tum etiam stantibus contrariis actibus pro Capitulo adductis illam prorsus elidentibus.

9. Quia prætermissis aliis) tempus illarum litium (quæ cœptæ fuerũt super solis priuilegiis particularibus Societatis, vt attestatur Rota *in Carthagin. Decimarum* 16. *Februarij* 1615. *coram Seleucien. in rec. de* 645. *n* 4. *vers. considerarunt etiam Domini p.* 3.) in præsentia considerari non debet, tum quia fuerunt prorsus extinctæ, ac terminatæ vigore prædictarum litterarum Sanct. mem. Leonis de anno 1605. *ad text. in c. pr. extr. de transact. Sarnen. ad Reg. de iur. quæs. non tollend. q.* 7. *Valenzuel. cons.* 85. *n.* 19. *vers. maxim. & cons.* 151. *n.* 16. *vers. maximè*; Tum quia in eis actum fuit de iure particulari priuilegiorum Societatis, non autem vniuersali Mendicantium omnium communi, de quo modò contenditur, Rot. *penes Pur. decis.* 248. *vers. sed in casu nostro lib.* 2. *in correct. & in Bon. de Maluetiis* 16. *Maij* 1588. *coram bon. mem. Plato in §. nec obstat, ac sanct. mem. Greg. dec.* 40. *sub num.* 5. *vers. nec potest dici, & seq. & fuit resolutum in Ilerden. Decimar.* 16. *Decembris* 1639. *coram bon. mem. Pirouano.* Sed attendendum est tempus huius Iudicij instituti de ann. 1625. super eiusdem breuis interpretatione, ac dictæ consuetudinis relenantia vt apparet ex ipso Processũ, de quo testes plures iustæ ætatis, ac bene informati possunt facilè reperiri.

10. Actus autem contrarij pro parte Capituli deducti ex sententia *bon. me. Alex. Iunij in Burgen. Decim.* pro Capitul. Burgen. contra Moniales Beatæ Mariæ de las Huelgas Ordin. Cistercien. anno 1558. 6. Iulij. Et alia *bon. me. Oran. in Carthagien. Decimar. de Murcia* pro Episcopo & Capitulo Carthaginen. contra Molianes S. Antonij de Padua Tertij Ordinis F. Francisci anno 1593 16. Decembris præuia Decisione 19. Nouembris eiusdẽ anni. Ac alia *bon. mem. Peniæ in Carthaginen. Decim.* inter eundem Episcop. & c. Carthagin. ac Priorem, & Cõuentum S. Petri loci de la Noya Ord. S. Hieron. Et *dec.* 1193. & 1195. *bon. me.* Card. Seraph. *in Valentina Decim.* 1. *Iulij & 23. Octobr.* 1590. *ac dec.* 1370. *in Segunt. Decim. 31. Octobris* 1600. (in qua non fuerat legitimè probata allegata generalis consuetudo, vt ibi legitur *sub n.* 1. *vers. nec obstare ac seq.*) *& in Toletan. Decima.* 26. *Nouembris* 1605. *coram Iusto penes Mæresch. de Commiss. par.* 2. *fol.* 596. *ac in alia Toletana Decimar.* 29. *Nouembris* 1606. *coram Ortemberg. Et in Valentina Decimar.* 11. *Februarij* 1608. *coram bon. mem. Lugdunen. in recent. decis.* 212. *p.* 2. (quæ emanauit per contradictũ vt patet ex principio) *Et in Conchen. Decimar. de Belmonte* 9. *Maij* 1615. *coram bon. mem. Vcaldo in rec. den.* 270. *p.* 4. (in qua fuit disputatum dumtaxat de validitate concordiæ initæ cũ illo capitulo vt in ea legitur,) ac in aliis similibus. Non elidunt intentionem Collegiorum. Nam (præter quam in illis casibus) actum fuit tantum de aliis particularibus priuilegiis à Præfatis Religiosis prætensis, non autem de consuetudine immemorabili Mendicantium, vt apparet ex eisdem decisionibus. Immo quando hæc, fuit particulariter allegata, etiam reiectis ipsis priuilegiis Rota concessit Remissoriam *in eadem Toletan. Decimar.* 27. *Iunij* 1608. *coram Ortemberg. in §. His tamen non obstantibus.* Placuit Responsio, quod in articulis pro Collegiis exhibitis deducta fuit immemorabilis, non solum vniuersaliter in Regnis Castellæ, ac Legionis, in quibus nonnullæ ex prædictis Diœcesibus existunt, sed particulariter, & præcipuè in Diœcesi Hispalen. Ideoque licet etiam ex huiusmodi actibus elidi posset vniuersalis; non tamen excluditur particularis huius Diœcesis consuetudo, vt benè respondit. Anchar. *in cons.* 265. *In causa & quæstione que vertitur sub num.* 3. *vers. Ad hoc dico, quod insufficiens non potest, & seq. Cauet. d. cons.* 111. *n.* 16. *vers. & licet in Italia, & fuit dictum in Caurien. Decimar. relata per Papazon. ad dec. vltim. n.* 10. *vers. & in vna Caurien. de consuetud. in Nou. & comprobat Honded. cons.* 46. *n.* 24. *vers. cum consuetudo lib.* 2. Quæ maximè attendi, atque præferri debet, *iuxt. gloss. sin. in c. super eo in vers. contraria verò ext. de Cen. Bart. in l.* 12 *sub n.* 41. *vers. vigesimo sexto quæro C. quæ sit long. cons. Sot. cons. septimo sub n.* 6. *vers. Præterea & seq. libro primo Paris. cons.* 25. *sub n.* 42. *vers. ex quo consuetudo lib.* 4. Rot. *in Hispalen. Decimar.* 18. *Iunij* 1612. *coram Vbaldo §. pen. vers. & in concursu. & in Calagurritana Decimar. coram Cardin. Caualer. dec.* 95. *n.* 3. *vers. non autem, & dec.* 108. *n.* 1. *vers. Et ideo. & decis.* 356. *n.* 2. *vers. qua consuetudo particularis, ac in recent. decis.* 169. *n.* 9. *vers. quia in concursu part.* 5.

11. Nec refert quod Capitulum prærendat contrariũ probare ex testibus, & aliis. Quia non ideò excludi debent probationes Collegiorum, sed perfecto processu videbitur in disputatione causæ quæ sint potiores, & præferendæ *cap. cum Ioannes ibid. no. DD. extr. de fid. instr.* Rot. *penes Bellam. dec.* 614. *n.* 2. *vers. De primo casu Mantic. d. decis.* 374. *n* 3. *vers. nec probatio, & dec.* 785. *n.* 5. *vers. quo vero ad probationem par.* 1. *diuers. ac in recent. dec.* 677. *num.* 5. *vers. quibus non obstant. par.* 1. *& dec.* 229. *sub n.* 4. *vers. Atque ex abundanti ac decis.* 660. *num.* 4. *vers. Nam respondetur part.* 2. *& penes Buratt. d. dec.* 824. *n.* 7. *vers. sicut etiam ac seq. & in Maceraten. pecun.* 27. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Ottobono in §. fin.* Cum præsertim illis interea aliqualiter suffragentur adminicula testium in partibus examinatorum, quibus concinit relatio Modern. *Lusitan. de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. *§.* 3. *sub n.* 35. *vers. & quamuis* ibi, *prout in Hispaniarum partibus &c. & d. decis. coram b. m. Coccino* 26. *Nouembris* 1633. in qua solutiones ab eis coactè, & metu censuarum factæ declarantur, ac reprobantur, negue tutque manutentio Capitulo. Neque obstat assertio Franc. *Castil. in eius Tract. de tertiis debitis Reg. h Hispan. cap.* 36. *sub n.* 53. *vers. Tambien suppongo*, ibi, *y no teniendo exempcion los Religioso, las Religiones, y todas las personas Ecclesiasticas pagan diezmos, vt probaui supra &c.* Quia loquitur de iure communi secundùm dispositionem *text. d. cap.* 28. *cæterum de decim. in c.* vt legitur Panlò supra (quo ibi se refert *num.* 42. *vers. cum aliis Religiosi omnes &c.* non autem excludi consuetudinem immemorabilem, quæ priuilegij, ac alterius cuiusque melioris tituli ius præsefert, & in ipsamet lege Regia

præfertur

præseruatur eupresse, vt legitur apud eundem in cap. 21. & pluribus sequentibus. Quinimmò si eam referret, vel negaret, non tamen eius assertioni prorsus deferendum esset, cum hæc in facto consistat, cuius ideò contraria probatio reiicienda non esset, Rota penes Mohed. *dec. 2. & 3. de consuetudin.* Cardin. Mantic. *dec. 337. sub n. 6. vers. Praterea, vbi reiicitur* Ciuitatis attestatio Beroi, de quodam stylo, seu consuetudine Bononiæ, *& penes sanct. memor. Gregor. decis. sub n. 274. 4. vers. nec facit, & seq.* vbi reiicitur alia similis, Carauit. de consuetudine Regni Neapolitani.

12. Præterea non obstat, quod Collegia non sint mendicantia, licet Indulto Apostolico fuerint illis communicata aliorum mendicantium priuilegia, quæ sanè communicatio exemptionem à solutione decimarum huiusmodi, quarum non fuit facta mentio, neque explicitè, neque implicitè derogando contrariæ Concil. Gener. Lateranens. Constitutioni relatæ *in d. c. Nuper. extr. de decim.* regulariter non comprehendit.

13. Quia verus hæc controuersia quam ex aliis excitauit Horat. Mandos. *in eius Tractat. de Priuileg. ad instar. gloss. 2. sub num. 22. vers. Videndum est autem & gloss 11. sub num. 24. vers. Vltimò non obstat & seqq.* absoluit autem Gabr. *in cons. 28. à numer. 8. vers. Verum & seqq. lib. 1.* Videtur iam definita per sanct. mem. Pium V. in eius Constitutione Incip. Dum indefessæ considerationis intuitu, in ordine 131. Bullar. p. 2, qua motu proprio declarauit his verbis, *illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi verè, & non fictè mendicantes fuisse, esse, & fore, & inter aliorum Fratrum, & Religiosorum mendicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos mendicantes connumerandos, prout illos Nos connumeramus, connumerari debere, ac omnes & singulas tam Iuris quam hominum dispositiones in fauorem Religiosorum, seu Fratrum mendicantium nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate; illisque Domibus Collegiis, Proposito, & aliis Religiosis locum habere &c.* vt habetur in ea in §. 2. Hæc enim sunt membra Societatis pro scholasticis approbatis principaliter instituta qui certè sunt personæ Societatis, & de corpore illius, vt legitur Constitutionibus eiusdem part. 5. c. 1. ibi, *sed quia scholastici approbati etiam modo quodam interiori, quem admissi ad probationem in corpus Societatis computantur. & in Declaration. sub litt. A.* ibi, *secundo modo, qui minus latè patet, Societas cum professis, & Coadiutoribus formatis etiam scholasticos approbates continet. Ex his enim tribus partibus, seu membris Societatis corpus constat, &c. Molin. de Iust. & Iur. tom. 1. disp. 139. in vers. Cum Societas nostra &c.* Et licet nec dum fuerint inter professos recepti, tamen quantum in eis est, & professionem emittere parati, (si id Præpositus Generalis Institutor Societatis congruere adiudicauerit,) & in perpetuum Dei seruitio consecrari, ac sua sorte contenti sunt, prout idem exigit institutum part. 1. c. 4. §. 5. Ideoque merito emissis tribus votis simplicibus, sunt veri, ac proprij Religiosi ipsius Societatis, illique ex parte sua prorsus affecti, & obligati, ac eius meritorum, & priuilegiorum participes, non secus, ac ipsi professi effecti fuerunt, vt habetur in Constit. sanct. mem. Gregor. XIII. incip. Quando fructuosius in vers. Et licèt eos & vers. sed etiam alios omnes, & quoscunque. Dat anno 1582. Kal. Februarij in præfato Libr. Priuilegiorum Societatis fol. 214. ac seq. Et in alia eiusdem Pontificis Incip. Ascendente Domino, in vers. Et licet in vers. & non modò eos, ibid. fol. 222. Dat anno 1584. viij. Kalend. Iunij in Bullar. part. 2. inter eius Constitutiones 89. *P. Molin. d. disp. 139. in vers. non solum autem professos, &c. Nauar. consil. 8. sub numer. 4. vers. longè tamen &c. de Regular.* Bona verò illis ex instituto permissa, non habent tanquam propria etiam in communi, sed sub administratione, & gubernatione omnimoda eiusdem Præpositi, debentque esse parati etiam ostiatim mendicare quoties obedientia, vel necessitas id exegerit, vt habetur *in examin. general. cap. 4. §. 1. & seq. & §. 27. Ad hæc, & vers. quandoquidem. Et in Constit. part. 3. cap. 1. 7. Vt experiri, & §. 15. Diligant omnes paupertatem, & part. 4. cap. 2. §. 5. Possessionem Collegiorum ibique in Declarat. lit. C. vers. Societas §. 7. vers. tunc. enim, ac part. 6. capit. 2. §. 10. & in summar. Constitut. Reg. 24. & in constitut. sanct. memor. Pauli Tertij Incip. Regimini militantis Ecclesiæ in vers. Possint tamen habere. Dat anno 1540. vers.* Kalend. *Octobris in Bullar. part. 1. inter eius Constitut. 25. & Iulij Tertij, Incip. Exposuit debitum Pastoralis offi. ij vers. quæ Collegia. Dat. anno 1550. 12.* Kalend. *Augusti in eodem Bullar. par. 1. Constitut. 9. Rodric. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 2. art. 9. ad fin. Præterea. Molin. disput. 139. vers. Illi qui finito probationis tempore, Suarez de Religion. tom. 4. lib. 4. cap. 5. sub numero 11. vers. nihilominus certissimum est, ac per tot.* Sanchez *ad Præcept. decalog. lib. 7. cap. 27. sub numer. 33. vers. quartò & num. 38. vers. nono*, Ita vt neque Capitulum habere, neque excapitulariter ad quæuis peragenda congregari possint, sed omnis facultas celebrandi pro eis quoscumque contractus penes præfatum Præpositum Generalem resideat, vt cauetur in alia Constitut. sanct. mem. Pij V. de anno 1568. Calend. Maij in prædicto Libro Priuil. Societatis fol. 106. & seq. in c. Innumerabiles fructus. Atque etiam eadem bona, & redditus in iudicio, cum id conueniens, vel necessarium fuerit defendendi, vt habetur *in Declarat. ad d. 4. par. c. 2. §. 5. sub litt. C. vers. Societas in vsum scholasticorum suorum, &c.* Propterea que Sanctus ille Pontifex omnibus atentè pensatis Societatem ipsam indefinitè, ac singulas eius personas indistinctè, verè, ac non fictè mendicantes, eoque nomine cum omnibus eius Domibus; Collegiis, Præposito, ac cæteris, Religiosis tanquam vnius corporis membra vni subordinata capiti, cuius summum, præcipuumque Institutum in arctissima paupertate est constitutum sub quauis Iuris, ac hominis dispositione comprehendi declarauit in d. §. 2. eisdemque omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, facultatibus, concessionibus, Indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & litteris, cæteris quibuscunque mendicantium ordinibus quomodolibet concessis, & concedendis liberè, ac licitè vti, frui, potiri, & gaudere in §. sequent. Non quidem per verba futuri dumtaxat temporis, sed præteriti, vt legitur in d. §. ibi, *verè, & non fictè Mendicantes fuisse, esse, & fore &c.* ad in §. 3. versus finem, ibi, *concessis, & concedëdi, antea potuerunt, & nunc, ac in futurum, &c. possint liberè vti, frui, potiri, & gaudere, &c.* Vt quisque intelligeret ipsum nouam non addere Societati qualitatẽ, ac priuilegium, sed illi insitam explicare *ad l. hæredes palam §. si quid post factum testamentum ff. de test.* Bald. *in l. non dubium sub. n. 2. versic. tertio nota. Cod. de legib.* Oldrad. *cõs. 263. Dominus Ægidius sub. n. 3. vers. His præmissis ac seq.* Rot. *dec. 502. sub n. 1. vers. Demũ adest declaratio p. 1. ac dec. 414. n. 17. vers. neque est verũ ac seq. par. 5. recèt.*

14. Quare nec videtur de hoc modo dubitandũ stante huiusmodi Pontificis (ad quem spectat) declatione, quæ pro lege seruari debet. *Imol. in Clem 1. sub num. 9. vers. secus si narrauit aliquid, quod consistat in Iuris effectu, &c. de probat.* Gabr. *Com. conclus. lib. 1. de probat. Concl. 1. num. 17. vers. Primo sublimata.* Et ita in hac quæstione concludunt Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 4. d. cap. 4. sua num. 11. vers. Imò quod maius est, cap. 7. in fin. vers. Denique ob hanc causam & to 5. de censur disputat. 22. sect. 5. num. 16. vers. Rursus* ibi, *omnes autem dicti sunt verè, & propriè Religiosi Mendicantes, vt satis declarat Pius V. in eadem Bulla &c. fol. mihi 430. col. 1. &* Sãchez *ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 7. sub. n. 117. vers. Dictis ex parte contrarius est in fin & ex alii*, Bonacin. *de Censur. q. 2. punct. 9. §. 5. diffic. 1. §. quinto sequitur in fin. &*

Modern. Sicul. in tract. de donat. contemplat. matr. factis tom. 1. discurs. 2. part. 4. sub n. 5. vers. omnes verò ac seq. & alij DD. Regnicolæ.

15. Nec mirum quod in dubium id reuocauerit Horat. Mandos. *in d. tract. de Priuileg. ad Instar. d. gloss. 2. in fin. & d gloss. 11. sub n. 24. & seq. ac Roderic. q. Regular. tom. 3. q. 49. art.*

16. Quia ille non scripsit super hac Constitutione Pij V. sed super alia quadam sanct. mem. Pij IV. Dat. subdie 26. Nouembris 1565. relata in alia eiusdem Pij V. Incip. Æquum reputamus, & rationi consonum in prædicto libro Priuileg. Societatis fol. 96. & seq. vt apparet ex præfatione de Tract. & ex verbis ipsius Bullæ ibidem relatis ante primam glossam. Neuter autem certam habuit notitiam dd. omnium Constitutionum, ac Litterarum Apostolicarum Societatis, vt fatetur vterque, primus scilicet *dicta glossa 2. sub num. 3. vers. credo tamen.* Alter verò *d. q. 2. art. 9. in fin. vers. Hæc dicta sint.* Indeque altera irrepsit eorum æquiuocatio, dum asserunt scholasticos approbatos non esse verè de Societate, sed in via ad illam; quia id intelligitur de Societate sumpta in primo, vel secundo gradu scilicet Professorum, seu Coadiutorum formatorum, qui licet in ea sint præstantiores, non tamen soli eius integrum corpus constituunt, sed aliud quoque prædictum scholasticorum membrum concurrit, vt explicatur in dicta Declaratione ad constitutionem part. 5. cap. 1. sub litter. A, vers. secundo modo, & vers. quare huius nominis, &c. quæ sanè declarationes vim habent Constitutionum, vt statuit idem sanct. memoriæ Paulus Tertius in eius Constitutione, Incipit iniunctum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, in vers. Ac quod quascumque. Dat. anno 1543. Pridie Id. Martij, & Iulius Tertius in dicta Constitutione, Incipit, Exposcit debitum Pastoralis Officij, in vers. qui quidem Præpositus Dat. anno 1550. Duodecimo Kalendas Augusti, & alij Pontifices successores *& firmauit* Rota *in Romana legati 10. Maij 1617. coram Buratt. dec. 245 sub num. undecimo, vers. Declarationes autem.*

17. Et ex prædictis tollitur etiam aliud obiectum, quod scilicet præfata consuetudo suffragari non possit Collegiis dictæ Societatis, cuius approbatæ institutionis initium apparet ex allegata Bulla sanct. memor. Pauli Tertij. Dat. Quintò Kalend. Octobris anno 1540.

18. Quia si probetur articulata immemorabilis ad fauorem omnium Religionum Mendicantium, hæc ipsa vniuersaliter intuitu, ac fauore Ordinis mendicantium introducta, videtur comprehendere Religiones mendicantes successiuè institutas, non tam vigore communicationis priuilegiorum, *vt per Horat. Mandos. in d. tract. de Priuileg. adinstar gloss. 15. à n. 59. vers. Videndum quoque est. & seqq. vsque ad fin. &* Roderic. *quæst. Regular. tom. 3. n. 51. art. 2. vers. secundo dico, &c.* attenta præsertim verborum amplitudine, quam bene perpendit idem Mandos. *in d. tract. gloss. 14. sub n. 1. & 2.* Quam iure proprio, vt in specie tradit *idem* Mandos. *in d. tract. citat gloss. 11. sub n. 19. versic. Si ergo Societas &c. &* Roderic. *quæst. Regular. tom. 3. q. 49. dict. artic. 2. in § Vnde ex hoc concludendum est vers. Societas.* Quia cum illa non solum priuilegij, sed legis etiam vicem obtineat, *l. 1. fin. vers. si tamen & in l. in summa in princip. ff. de aqu. pluu. arcend. l. hoc iure §. vers. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. & astiu.* Ideò facilius comprehendit etiam futuras, ac postea institutas *ad l. Arriani §. cunctis quoque legibus C. de Hæretic. &* Manich. *gross. in cap.* Vnic. *in verb. mendicantes in fin. vers. qui enim similem de excess. Prælat. in 6.* Bart. *in omnes populi sub n. 64. vers. Si vero continet ff. de iust. & iur. Alexand. consil. 178. In occurrenti casu sub n. 13. vers. ego pro hoc adduco tex. 2.* Gabr. *in cons. 371. Quantum ad illam partem Doris sub num. 2. vers. & quod not. per Cyn. lib. 1.* Socin. iun. *cons. 76. sub num. 100. ad fin. vers. vel quia dico lib. 1.* Natt. *cons. 160. sub num. 23. vers.* Respondetur, & sequitur Molin. *de Primogen. lib. 2. cap. 6. sub num. 19. vers. quod clarius procedit, & supra sub num. 13. vers. Idque non mirum, &c.* & comprobatur *ex decis.* Put. 190. *sub num. 5. vers. tamen istis non obstantibus lib. 1. & dec. 81. num. 27. vers. Imò quod in fortioribus, ac seq. & dec. 265. n. 40. vers. & cum priuilegium, ac sequenti, & dec. 325. n. 12. vers. & tale priuilegium part. 5. recent. ac sequitur Valenzuel. cons. 79 à n. 100. vers. nam quod primum & seq. & latius probat in cons. 146. n. 30. vers. quare ius per talem immemorabilem.*

19. Non obstat insuper, quod licet allegata consuetudo in Diœcesi Hispalen. vigeret, non tamen Societati eiusque Collegiis prodesse posset, cum in dictis Litteris sanct. mem. Leonis XI. fuerint abrogatæ quæcumque contrariæ consuetudines generales, vel speciales, ac etiam particulares eiusdem Societatis, vt in eis legitur in §. Non obstantibus præfatis, &c. Quibus sanè verbis hanc quoque licet non peculiarem Societatis, sed cum aliis mendicantibus communem fuisse comprehensam. Ideoque inutilem omnino fore, ac proinde irreleuantem eius probationem asseritur.

20. Nam hæc obiectio altiorem præsefert indaginem, quàm susceptæ disputationis postulat ratio. Ideoque in propositione alterius dubij super meritis cauſæ erit maturius discutienda. Interea verò ad effectum, de quo agitur in præsentia satis visum fuit Dominis, quod ex lectura earundem litterarum appareat tàm in parte narratiua, quàm dispositiua pontificem intendisse lites ac controuersias inter partes tunc vertentes super propriis Societatis Priuilegiis ibi narratis, quibus Collegia prætendebantur abuti in maximum Capitilorum, & Parrochialium Ecclesiarum præiudicium, finire, ac terminare, vt legitur in *§. cum itaque sicuti accepimus. & in §. Nos qui inter Ecclesiasticas personas, &c.* Constátque etiam, quod in illis litibus, ac controuersiis actum fuerat tantùm de exemptione per Societatem prætensa vigore dictorum eius priuilegiorum particularium ex attestatione Rotæ *in dict. decis. 645. n. 4. versic. consideranter etiam Domini, & versic. Cæterumque est part. 5. recentior.* idemque asserit referens processus ipsos Valenzuel. *consil. 151. in princip. versic. Ad quod præsuppono.* Quare non videtur ea Constitutio, siue Decretum ob amplitudinem Clausularum derogatoriarū, quæ fuerunt appositæ in parte executiua *in §. Quo circa Venerabili fratri, &c.* extendi posse ad reuocationem aliorum, de quibus nec in præcedentibus litibus actum, nec in ipsis litteris mentio vlla facta fuit, Calder. *consil. 11. sub num. 1. vers. nec obstat, quod sufficiant generales Clausulæ, de Priuileg. Paris. cons 141. num. 11. vers. Item in huiusmodi dispositione lib. 3, & firmauit* Rota *in decis. 645. n. 3. vers. Respondent enim Domini, & seqq. part. 5. recent.* sed ad limites ipsius principalis dispositionis restringi, ac moderari debere Clem. *1. in verb. obligatis. An. marum cura vers. sed hæc clausula & infr. in verb. gratiæ, ac DD. de præbend.* Rot. *apud Cardin. Seraphin. d. dec. 1293. n. 7. versic. non obstat, quod derogatum sit, ac seq. & S. mem. Greg. dec. 159. n. 6. vers. & non faciunt Clausulæ derogatoriæ, ac seq. Reuerendiss. Vgollen. dec. 48. n. 22. vers. non obstant secundo & in recent. dec. 103. sub n. 5. vers. Derogatio enim, & decis. 111. n. 4. vers. & non faciunt clausulæ derogatoriæ part. 2. & decis. 68. n. 3. vers. non obstat quod Papa, part. 3. & in dec. 604. num. 6. vers. Non obstant clausulæ generales derogatoriæ part. 4.* Non enim potest quæuis Clausularum prægnātia supplere intentionis defectum circa ea, quæ in facto consistunt quorum non constat Principem habuisse notitiam *cap. 1. de constitut. in 6. arif. consil. 1. n. 96. vers. Prout etiam dicimus, lib 1.* Cardin. Seraphin. *dict. dec. 1293. n. 6. vers. non obstant clausulæ priuilegiorum, & S. mem. Greg. dec. 164. à num. 7. vers. præsertim & seqq. & in recent. dec. 666. sub num. 7. vers. sed difficultas esset, ac seqq.*

seqq.part.1.& dec.739.n.5. versic. prædictus autem defectus part.2. Eoque minus ad tollendam consuetudinem immemorabilem, cuius expressa mentio requiritur, ita vt sublata etiam quacunque consuetudine ille non censeatur regulariter abrogata, Paris.*cons.101 sub n.84.vers.quæ præscriptio,& seqq. lib.1. & consil.23.n.17 vers.ista enim præscriptio, & seq.lib.4.* Rota *penes Burat. dec.115. n.5. vers. secundo dixerunt DD.ac sequenti,* & in specie ex prædictis rationibus fuit resolutum *in Placentin.Canonicat.coram bon.mem. Coccin.in recent.dec.614.n.1.part.2. confirmata dec. 286. part.4. ac dec.257.eadem part.4.to.2.& dec.71.part.5.* Roderic. *quæst Regular. tom.2. q.9. art. 5. in fin.vers. & aduertendum.* Et licet fuerit etiam derogatum priuilegiis,ac indultis, non tamen fuit derogatum pactis, & contentionibus legitimis, quæ sub eiusmodi generalibus verbis non comprehenduntur, *cap. ex multiplici extr.de decim.*& propterea cum hæc quoque includantur sub ipsa memorabili, ita vt eius vigore allegari possit quicunque melior titulus de mundo, Roland. *consil.42.n.28.vers.quia apari procedit & seqq.lib.1.& consil.66.n.40.vers.secũda est conclusio,ac seq.lib.2.* Menoch. *præs.131.num.44. vers. Huc facit lib.3.* Crauett. *consil.4.n.13. vers. quia consuetudo*, Rota *in dict. Nouarul. Bonor. coram bon. mem. Cardin. Mantic. in §. proinde,qui habet immemorabilem in vers.Igitur, potest allegare etiam pactum*, & in *§.neque etiam refragatur, vers. & consuetudo*, cum aliis relatis per Modern. Roman. *discept.800. n.2. vers. tanquam ob spatium tanti temporis ac seq.* Ideo nec illi derogatum fuisse videtur, vt in his terminis, dum agebatur de releuantia articulorum ad effectum concedendi Remissoriam sensit Rota *d.dec.286.sub num.2.vers. nam fuit responsum,& sub n.3.vers.& quamuis diceretur part.3.recent.*

21. Neque videtur concludens argumentatio ex eo deducta,quod cum S.mem.Greg.XV. moderãdo dictas litteras decreuerit Societatem,eiusque Religiosos non teneri Decimas soluere,nisi prout cæteri Mendicantes soluere consueuerunt. Vrbanus autem VIII. S.mem. reuocata moderatione illarum tenorem obseruari statuerit,hinc constet fuisse per S.mem.Leonem abrogatas non solum consuetudines & priuilegia particularia Societatis,& quæ ex eis procederent, sed ea etiam quæ cum aliis Mendicantibus habebant communia.

22. Quia certum est, quod dictæ litteræ Greg. XV. emanarunt solo, peculiarique fauore, & pro maiori commodo,ac beneficio Societatis,ideóque nullo pacto retorqueri debent in eius odium prout manifestè contingeret, si ex eis efficaciter deduci posset huiusmodi illatio;adeò præiudicialis Societati,quod admittendum non est *l.si mancipia ff. de fund. instruct. l. quod ibique gloss. in verb.distingue ac* Bald. *in princip.vers. item in fauore introducto per Principem C.de legibus*, Ias. *in l.si* Ruffinus *sub nu.5. vers. & quatenus,C.de testam.milit.* Dyn. *cons.52.super eo quod quæritur sub n.8. versic. sed priuilegium in fin ac n.8.& pul.* respondit Oldrad. *consil.228 quod Fratres Prædicatores n.5.versic.non obstat.* Paris. *cons.19 n.46.versic.nam dicta verba, lib.1. & dicto cons.141.n.14. vers. & quia &c. lib.4.* Mandos. *de priuileg.ad instar.glos.8. n.8.vers. nam priuilegium* Decian. *cons.1 sub num. 140. vers. quia respondeo lib.3.* Franc.Cald. *de iur.emphyt.lib.1.q.3.n.3. vers. quoniam renouatio,& fuit dictum in Ariminen.* Castror.14. *Februarij 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in §.Verum etiam quia &c.* In aliis verò posterioribus S.mem.Vrbanus nil aliud intendit,(vt ex eis appareat)nisi easdem Leonis literas renouare,remque ipsam ad earum terminos prorsus reducere, sublato quouis speciali priuilegio,si quod ex Decreto Gregorij Societati contra earum tenorem superuenisset; non autem graniora illi voluit inferre præiudicia, nec ea tollere beneficia, quæ non fuerant per Leonem abrogata, vt potè cum aliis mendicantibus communia,prout etiam refert Modern.Lusitan. *in eius Tract.de iur. Ecclesiast. lib.1.c.41.n.195. §. A solutione, vers. Tamen Vrbanus Octauus.*

23. Nec inde sequitur alia illatio nuper adducta, quod scilicet Decretum Leonis esset inutile, quando Collegia, circumscriptis particularibus Societatis priuilegiis, frui possent adhuc communibus cum aliis Mendicantibus. Quia longè maiora resultabant illis beneficia ex particularibus priuilegiis,ob quorum amplitudinem à decimis prætendebantur immunia quæcunque bona etiam extraneis locata, vel ab extraneis conducta,vt ex eodem Decreto colligitur;quam ex adducta consuetudine cum cæteris Mendicantibus communi,quæ angustioribus terminis circũscripta ea omnia non complectitur. Satis est autem ad euitandam obiectam superfluitatem,quod Breue aliquid operetur *cap.cum dilectus.§.quia nobis versic.cæterum extr.de consuetud. Ceph. cons.104.n.17. versic.Septimo respondeo,* Surd.*cons.271.n.47.vers.& sufficit & sensit* Rota, *dict. dec.643.n.4.in fin.ac infr.part.3.& dec.527.sub num.8. versic.Et superfluitas cessat,part.4. recent. & penes Burat.d dec 435.n.7.vers.Quæ nec propterea, &c.* addens, quod potius toleranda foret superfluitas,quam tollatur Ius Ecclesiæ super pactis, & consuetudinibus fundatum; sed de his alias (vt præmisi) agendum erit in disputatione dubij principalis.

24. Non obstat demùm, quod iam plurimi fuerunt super eisdem fermè Articulis examinati testes in partibus, eorumque didicita testificata, ideoque nouum examen admitti non debeat.

25. Quia(præter quod nec testium multitudo facessit negotium,quippe fuerunt examinati ad probãda gesta in quampluribus & diuersis Oppidis,ac locis amplissimæ Diœcesis, vt fuit responsum in Siracusan. quartæ 1.Februarij 1593. *coram bon.mem. Gypsio in §. non obstat,quod Episcopus examinauerit. & in Toletan. Decimar.28 Februarij 1614.coram Cardin Caualer.* in qua fuerant pro parte Archiepiscopi petentis remissoriam in antecedentibus instantiis cẽtum quinquaginta quatuor testes,vt legitur in eius *decis.289.n.1.vers. & licet,ac seqq.& in Pacen.Decimarum 12. Iunij 1615. coram bon.mem. Manzanedo in recent. decis.183. part.4.* Nec eorum publicatio nocet Societatis Collegiis,quibus saltem ope restitutionis in integrum consultum esset *Afflict. dec.216.num.2. ver. semper fuit practicata,* Gabr. *com.concl.lib.1.tit.de restib.concl.21.n.48.versic. amplia nam* idem Rot. *in Seguntin mediæ annat.12.Iunij 1598.coram bon.mem Lilta. Et in d.Toletan. decimarum coram Seleuc.d.dec.715.n.2.in fin.part.3.recent.* vbi referuntur concordantes. Visa fuit cessare omnis difficultas, quippè Articuli modo exhibiti non sunt iidem prorsus cum primis in partibus productis, sed substantialiter differentes. In illis enim non fuit deducta immemorabilis cum necessariis requisitis, sed longissima possessio,siue præscriptio à quadraginta,& pluribus annis citra,vt apparet ex eis, ac depositionibus testium tunc receptorum. In his autem deducta fuit explicitè immemorabilis in eius formalitate;Ideoque negari non potest eorum admissio,ac Remissoriæ concessio *iuxt.theor.* Abb. *in c fraternitatis sub n.8. in fin. vers.quædam sunt,quæ non comprehenduntur extr. de testibus,* Rota *penes Ægid.dec.725.n.2.vers.modo articuli non benè specificati in prima instantia & San.mem. Greg.dicta dec.191.n.3.vers. Non obstat,&* Card.Caualer. *dec.369.sub num.2.vers.neque videbatur obstare, &* Coccin. *dec.23.per totum.& in recent.d.dec.83. nu.3. Viterius licet ea, part.4.* & in terminis fuit responsum in *d. Anconitan.penes Burat.dec.392.sub n.1. vers.non obstat.publicatio processus,& sequenti. & Toletan.decimar.coram Seleucien.in rec.d.dec.715. n.2. vers.non obstat fuisse examinatos alios testes part.3.ac in aliis.*

26. Postremò non obstat, quòd agatur de executione litterarum Apostolicarum, quæ ob exceptiones requirentes altiorem indaginem retardari non debet.

27. Quia procedit obiectio, quando litteræ Apostolicæ, sunt vndique claræ, nullamque requirunt interpretationem, vel liquidationem, prout in casu proposito requiritur, in quo cum S.mem. Leo præmissa expositione priuilegiorum particularium Societatis tantum, ac litium, eorumque occasione, vertentium iusserit Decimam, ac vigesimam respectiuè solui omnium rerum quæ de Iure, vel consuetudine decimari solent Ecclesiæ, quibus alioquin circumscriptis dictis priuilegiis Decima persolui deberet, &c. Hæc vtiquè ipsa earundem verba eiusmodi discussionem præseferunt, vt constet, de quibus rebus, quibusque Ecclesiis, circumscriptis priuilegiis prædictis de iure, vel consuetudine Decimæ erant soluendæ. Quibusque priuilegiis, ac consuetudinibus fuerit ibidem derogatum. Quorum sanè congrua determinatio necessariam facti probationem præcedere postulat, vt certior inde resultet iuris decisio *iuxt. l. ff. ex plagis* §. *in Clino*, ibi, *respondi in causa Ius esse positum, vbi gloss. in ver. in causa ff. ad l. Aquil. d. l. Iudices. C. de Iud. l. 1. in princip. ibique gloss. in verb. improbatis his. C. quæ sit long. consuetud. d. cap. fin. 30. q. 5.* Ideoque omnino admitti debet etiamsi longiorem dilationem exposcat, cum oriatur, & prodeat ex ventre ipsarum litterarum *iuxt. theor.* Barthol. *in l. 1. §. & parui refert. sub n. 5. vers. aut alia exceptiones desc endunt. ff. quod vi, aut clam.* Rota *penes Cardin. Seraph. dec. 980. sub num 12. vers. non obstat, quod dicitur & seq.* vbi quod alia pars grauatur & Burat. *decis. 122. n. 2. vers. & ista exceptio ac seq. in rec. dec. 728. n. 2. & vers. facit quod ista exceptio part. 2. & 348. sub n. 2. & vers. facit quod ista exceptio part. 3.*

28. Prædicta verò latiùs fortè, quam propositæ quæstionis exigeret solutio coacti fuerunt Domini afferre, vt emergens hæc disceptatio, iam tres ferè annos, variis partium argumentationibus agita sileat tandem, ac terminetur. Cum etiam in dubio æquius, ac iurius sit probandi facultatem concedere, quam coarctare *l. quoniam multi in fin. C. de hæret.* & Manich. *cum concord. penes Buratt. dec. 28. n. 3. vers.* & Rota, & *d. dec. 656. n. 5. vers. & nihilominus*, & Coccin. *dec. 20. sub n. 4. vers. eoq. libentius & in rec. dec. 503. sub num. 2. vers.* & Rota *part. 2. & d. dec. 277. n. 4. vers. præterea part. 3. ac decis. 240. nu. 6. vers. Atque in hanc sententiam part. 4. tom. 2.* sufficit enim ad hunc effectum probabilis releuantia Iudicis arbitrio pensanda Bald. *in c. licet causam n. 33. vers. dicitur tamen extr. de probat.* Rot. *penes Cassador. dec. 1. sub nu. 1. vers. quæ remissio non negatur de dil.* & Card. Mant. *dec. 312. sub n. 10. vers. vnde remissoria*, & Card. Caual. *dec. 232. n. 2. vers. nam* Rota *non solet, & dec. 105. n. 1. vers. præsertim & seq. part. 4. diuers. ac in rec. dec. 41. n. 41. vers. cum in istis terminis part. 7.* quæ in hoc casu ex prædictis visa fuit Dominis resultare. Necessaria verò, atque concludens ad definitionem causæ refertur post factas probationes Veral. *dec. 61. sub n. 1. vers. sed hoc iudicari debet & seq. part. 3. S. mem. Greg. dec. 124. n. 3. ver. quamuis autem.* Quo tempore præmissa quoque, ac alia à partibus adducenda denuò (prout opus fuerit) discutientur. Ne autem diutius quam par sit probationes differantur reseruarunt Domini eorum arbitrio facultatem prosequendi interea, vel retardandi disputationem dubij principalis, ac processum ad vlteriora, vt factum fuit *in d. Auconit. seu Auximana flor. 26. Aprilis 1613. coram Burat. dec. 192. in fin. vers. Verum quia, & in Theatin. seu nullius Abbat. 15. Martij 1641. coram R. P. D. meo Bichio, ac in aliis.*

Atque ita fuit conclusum concedendam esse Remissoriam cum retardatione, vel sine arbitrio, &c. Vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso.

Maioricen. Parochialis.

Veneris 28. Iunij 1647.

§. 1. PLacuit DD. sequendo sensum Sacræ Congregat. Concilij confirmare decisionem sub die 13. Iunij anni præteriti coram me emanatam, in qua resolutum fuit, decernendum esse nouum examen in Vrbe, & potuisse Iacobum appellantem prouocare Andream præelectum ad nouum examen, etiam non docto de irrationabili iudicio Episcopi.

2. Nam quamuis vera sit conclusio, quod pro iudicio Ordinarij semper præsumendum sit *cap. in præsentia, ibique DD. de rerunc. c. sicut de sent. & re ind.* Rot. *coram. Buratt. dec. 635. n. 8. & in rec. dec. 537. n. 14. in fin. part. 1. dec. 36. n. 1. part. 2. dec. 521. in fin. part. 3. & dec. 149. n. 8. part. 4. tom. 2.*

3. Præsertim quando mores, & qualitates electi innotescunt eidem Episcopo, vt notat Gonzal. *super regul. 8. gloss. 4. n. 117. vers. præsertim, & num. seq.* Caputaq. *dec. 406. per Buratt. dec. 22. num. 30. & dec. 654. n. 4. part. 4. diuers.*

4. Itaut allegans contrarium debeat id plene, & concludenter probare, Barbos. *de Paroch. c. 2. n. 142.* Rota *in Cremonen. concursus 15. Ianu. 1621. coram Manzanedo, & dec. 164. n. 1. & 2. part. 4. tom. 2. rec.*

5. Nihilominus id venit intelligendum, si ageretur de infirmanda electione ipsius Episcopi, quo casu de dicta irrationabilitate deberet sufficienter constare, in quibus terminis procedit *dec. 11. coram fel. mem. Greg. XV.* vbi non obstante, quod benedictus appellasset ab electione Ordinarij, & obtento nouo examine, in quo præelectus non comparuit, repertus fuerit idoneus, & vlterius sententiam fauorabilem reportauerit, non propterea censuit Rota, constare de irrationabili iudicio Episcopi, quinimo sententiam ad fauorem eiusdem Benedicti latam esse, & reuocandam, & ita etiam loquitur *dec. 223. impressa post 2. volum. cons. Farinac.*

6. Constitutio enim sanct. mem. Pij V. in ord. 33. Bull. nou. to. 2. duas continet partes, alteram, quæ concernit appellationem à prætensa mala electione Episcopi, & prouocationem præelecti ad nouum examen, & in hac nullam probationem prætesæ irrationabilitatis requirit, vt patet ex verbis ipsius Constitutionis, de quibus in §. 7. ibi, *Possint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorem Ordinarium, & c. aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare.* Quæ verba, cum sint satis clara, nulla indigent interpretatione, *l. 3. C. de lib. præt.* Axm. *cons. 294. sub n. 6. vers. tertio principaliter*, Rot. *coram Seraph. dec. 762. n. 1. & in rec. dec. 45. n. 5. p. 1.* & in his præcisè terminis firmat Gratian. *dec. Marchiæ 97. n. 22.* & melius ibidem *in add. n. 7.*

7. Neque ex huiusmodi appellatione præiudicium aliquod infertur Ecclesiæ, quia talis appellatio non impedit quominus electio facta per Ordinarium interim debitæ demandetur executioni, sed tantum operatur respectu deuolutiui, vt cauetur expresè in §. 8. eiusdem Constitutionis, & notat Garz. *de benef. part. 9. lib. 2. c. 2. n. 246.* Gratian. *d. dec. Marchiæ 97. n. 93.* Rot. *in rec. dec. 656. n. 1. & 2. part. 1.* Burat. *dec. 22. n. 11 & 15. dec. 37. num. 1. dec. 615 n. 4. & 5. & dec. 900. n. 1. vers. quæ appellatio, & n. seqq.* Add. *ad* Greg. *dec. 538. n. 7.* cũ aliis per Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 31. n. 126. & 127.*

8. Alteram verò, quæ respicit terminationem causæ, & collationem ipsius Parochialis, & in hac præcedere debet probatio super irrationabili iudicio Episcopi, ibi, *Et constito*

constito de prioris exigentis irrationabili iudicio, eoque reuocato Parochialis magis idoneo conferatur. Clausula enim, constito, importet conditionem, & debet planè, & concludenter probari, vt latè Felin. *in cap. si constiterit n. 5. de accus.* Paris. *cons. 41 n. 14. lib. 4.* Rot. *dec. 4. n. 5. p. 4. tom. 1. recent.* & in his terminis firmatum fuit coram *San. mem Greg. dec 11. n. 2.* Riccius *in praxi concursus resolut. 363. n. 2.*

9. Vnde hodie non est discutiendum de qualitatibus oppositorum, neque, an electio de digno possit fieri digniori omisso; Esto enim, quod de digniori debeat, vt inquit, *text. in cap. quoniam de iure patr.* ibi, *præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus innatus meritis. cap. Metropolitano 63. dist. in fine, Beneuentanæ Parochialis 11. Iunij 1590. coram Orano inter diuers. dec. 655. n. 1. part. 4. & in Calaguritana dimidij beneficij 16. Iunij 1603. coram Ortembergio.* & disponit *Concil. Trident. sess. 24. c. 18. de reformat.*

10. Nihilominus, non ex eo tantum, quod in examine Iacobus euadat doctior erit præferendus Andreæ si apparebit, illum vltra doctrinam; habere alias maiores qualitates, Rota *d. dec. 655. n. 1. part. 4. diuers. & in recent. dec. 521. n. 1. & dec. 551. n. 2. part. 3.*

11. Dignior enim dicitur ille, qui est magis vtilis, & aptus ad munus, cui præponitur Couarr. *in reg. peccatum part. 2. §. 7 n. 4 vers. dignior vero* Sot. *de iust. & iur. lib 3. q. 6. art. 2. concl 9* Rodrig. *in summa part. 1. cap. 105. n 2.* Maresch. *de commiss part. 1 fol. 283. n. 28.* Rot. *diu. dec. 654. n. 2. part 4. & coram Burat. dec. 22. n. 29. & dec. 635. n. 6.*

12. Inde Concil. Trident. *d. sess. 24. c. 18. de reformat. in vers. peracto deinde examine.* dum vult, quod Episcopus enim eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, huiusmodi idoneitatem exemplificat in ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ita disponit *text. in cap. cum in cunctis de electio.* & notat Gonzal. *super reg. 8. glos. 4. numer. 110. & pluribus seqq. vsque ad n. 140.* Gatz. *de benef. part. 9. c. 2. n. 232. & seq.* Ricc. *in in prax. for. Eccles. resol. 362. nu. 2. & sequenti, modern. Alexandrin. in prax. haben. concurs. requis. 5. dub. 2. n. 6. & seqq. & dixit in d. dec. 655. part 4. diuers.*

13. Quod autem examen huiusmodi sit faciendum in Vrbe, probant expressè verba Constitutionis, ibi *Ac prælectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, ac eius examinatoribus prouocare.* Quæ verba; *coram ipso*, important de necessitate præsentiam, vt inquit *text. in l. diem proferre. §. coram autem ibique Bart. Bal. & communiter DD. ff. de recept.* & vltra resolutiones Sacr. Congregatio Concilij, ita firmat Barbos. *de offi. Paroch. part. 1. c. 1. n. 149.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante.

DECISIO LXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

Calaguritana beneficij de Cornago.

Veneris 14. Iunij 1647.

§. 1. VAcante integro simplici beneficio in Ecclesia S. Petri de Cornago, eoque diuiso in duas partes, ac postmodum posito concursu iuxta dispositionem motus proprij fel. recor. Clement. VIII. plus filij patrimoniales dicti loci se opposuerunt, inter quos cum Baroxa, & Peralta renunciati fuissent habiles ad Curata, iidem ab Ordinario Calaguritano Institutionem, ac possessionem respectiue receperunt. Verum quia à relatione examinatorum tanquam mala appellauit Petrus Roderico causa ad Rotam deuoluta firmatum fuit coram R. P. D. meo Ghislerio; & per sententiam Rotalem ob non interpositam appellationem in iudicatum transactam pronunciatum Roderico esse ad iudicandum d. integrum beneficium. Commissa verò causa restitutionis in integrum R. P. D. meo Verospio præuiis duabus decisionibus fuit firmatum constare de causis restitutionis, ac desuper lata fuit Sententia Rotalis cum declaratione dictis Peraltæ, & Baroxæ esse adiudicanda dimidia beneficia de quibus agitur, sed causa appellationis mihi commissa dubitaui, An sententia Rotalis lata per R. P. D. meum Verospium esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione responderunt.

2. Validitas enim remanet abunde probata ex actorum reuolutione *iuxta dec. Caputaq. 160 part. 2.* absque eo quod obstet vnicum obiectum per informantes pro Roderico excitatum scilicet, quod lata fuerit ad fauorem Baroxæ excommunicati ob recursus ad Iudices laicos. Nam cum ipsi obtinuerint ante Sententiam absolutionem à censuris in vim literarum Apostolicarum ista nullitas remanet sublata ex facto.

3. Iustitia vero sententiæ apertè visa fuit Dominis comprobata ex latè deductis in duabus decisionibus emanatis coram R. P. D. meo Verospio super causis restitutionis in integrum, consistit siquidem in Baroxa, & Peralta concurrere omnia requisita per Constitutionem Clementinam necessaria pro huiusmodi beneficiis obtinen. cum ipsi sint filij naturales, & Patrimoniales Loci de Cornago se sabiecerint examinati, in quo fuerunt approbati habiles ad Curata, ac fuerint præsentati Ordinario à beneficiatis, quibus concurrentibus ipsis debet beneficium adiudicari *cap. decernimus 16. q. 1. cap. illud in fine, vbi* Abb. *& alij de iurepatr. cum aliis deductis in Calag. beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Rojas.*

4. Præsertim quia maiores qualitates suppositæ in sententia lata per R. P. D. meum Ghislerium super adiudicatione ad fauorem Petri elisæ fuerunt ac illæ magis verificantur in Baroxa, & Peralta quo casu ipsis, & non Petro est debita adiudicatio, vt supersus resoluit Rota *in beneficiis Calag. Diœc.* & signanter *in d. Calaguritana beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. §. nec obstat coram R. P. D. Rojas in Calag beneficij de Ocon. 11. Maij eiusdē anni post princip. coram R. P. D. meo Peutingerio confirmata die 5. Nouembris subsequentis coram me. In Calaguritana beneficij de Lumbreras 4. Iulij eiusdem anni in §. ideo Morenus pariter coram me. & in Calagurit. beneficiale la Casa de la Reyna 16. Ianuarij præterit. §. ideo isto casu, & seq. coram R. P. D. meo Bichio,* ideoque cum sententia R. P. D. mei Ghislerij adiudicaret beneficium Petro non potest euitari eius iniustitia, ac per consequens fuit reuocata in gradu restitutionis in integrum per R. P. D. meum Verospium cum restitutio semper competat, quoties sententia est iniusta Rota *coram Seraph. dec. 21. n. 2. & dec. 492. n. 1. part. 1. & dec. 307. n. 1. part. 2 rec. coram Burat. dec. 92. nu. 5. coram S. me. Greg. dec. 459. n. 2. & in Ariminens. Molendini 22. Maij 1637. in princip. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

5. Quod autē maiores qualitates concurrant in Baroxa, & Peralta patet quia constat non solū hos per octo annos ante fuisse Sacerdotij charactere insignitos, quā Sacerdotij antiquioris qualitatem ad hunc effectum ponderauit Rota *vt in hac eadem causa 20. Maij 1639. in §. quia cum iuxta Constitutionem coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Calagu. Beneficij de Lumbreras 4. Julij præteriti in §. fin. coram me*, sed etiam quia Baroxa, & Peralta sunt ætate seniores, quæ qualitas multum facit pro prælatione reportanda, Bald. *cons. 167. in fin. lib. 4.* Roland. *cons. 470. n. 7. lib 1* Lambert. *de iur. patr. lib. 2. quæst. 7. art. 26. n. 2.* Rota *in d. Calaguritana beneficij de Logrono in §. vlterius coram R. P. D. meo Roias, in d. Calag. benef. de Lumbreras coram me, & in d. Calagur. beneficij*

beneficij de la Casa de la Veinaón §. fin. coram R.P.D. meo Bichio. Et tandem quia constat de eorum habilitate maiori non solum ex testium depositionibus, sed etiam ex Synodalium examinatorum approbatione, quæ quidem maior habilitas sufficit pro obtinenda prælatione iuxta præscriptum eiusdem Constitutionis Clementinæ in cuius terminis sæpe resoluit Rota, *vt in decisionibus relatis in d. Calagurit ana benef. de Lumbreras in §. ideo Morenus coram me.*

6. Neque releuat quod etiam Petrus fuerit renuntiatus habilis ad Curata ab examinatoribus hic in Vrbe, prout fuerunt approbati Baroxa, & Pralta ab examinatoribus synodalibus, literatura enim inspicienda est de tempore examinis, non autem post, quia Petrus potuit addiscere post factum examen in quo fuit reprobatus *arg. text. in cap. si eo tempore cum glos. in verbo effectus de rescript. in 6.* Rota *d. c. 147. n. 7. part. 6. recent. & in d. Calagurit. beneficij de Logrono in §. quod vero coram R. P. D. meo Roias.* Ideo cum Petrus non intra annum, prout saltem debebat, sed post 23. menses à die sequutæ reprobationis ab examinatoribus synodalibus examini se subiecerit, non potest ex hac sera approbatione maiorem suam habilitatem deducere cum illa non sit habitus innatus, sed contingens & tractu temporis acquiritur *iuxta text. in l. Stichus 12. ff. de legat. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 31. n. 155.* Rot. *dec. 505. n. 4. part. 2. rec. cum relatis in decis. 18. Februarij præteriti in § neque vrget coram R. P. D. meo Verospio.*

7. Præterquam quod etiam data paritate inter Petrum, & Baroxa, & Peralta quoad habilitatem, adhuc tamen Baroxa, & peralta essent præferendi, cum in Petro non possint verificari qualitates maioris ætatis, ac Antiquioris Sacerdotij, quæ in illis concurrunt illoque digniores reddunt, vt resoluit Rota *in decis. Calagurit. benef. de Logrono 27. Aprilis 1646 §. fin coram R. P. D. meo Roias, & in d. Calag. benef. de Lumbreras in fine coram me.*

8. Minus releuat quod Petrus sit Bacchalaureus, quia cum priuilegium per ipsum exhibitum non sit legale, sed suspectum, huiusmodi qualitatem non iustificat, maximè quia compulsatis fortiter libris in quibus diligentissimè solent adnotari nomina illorum, quia huiusmodi gradum assequuntur non fuit repertum nomen Petri, hinc enim suspicio potissimum coadiuuatur, & negatiua cõuincitur, vt notat Barthol. *in . vlt. n. 2. C. de reb. cred. & in l. Titia textores 36. n. 2. ff. de leg. 1.* Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de fide instrum res. 2. n. 3. cum aliis relatis in d. decis. 10. Decembris præteriti in hac causa emanata coram R. P. D. meo Verospio, & 31. Maij præteriti § Verum cessat coram me*, ac propterea priuilegium non est amittendum in præsenti casu cum in ciuilibus sola suspicio falsitatis pro falsitate admittatur, *vt notat in l. iubemus 24. C. de prob.* Alex. *cons. 57. sub n. 6. lib 1.* Grat. *cons 60. n. 19. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 99. n. 5.* Rota *coram Caputaq. dec. 4. n. 3. p. 2. & firmat vtraque decisio R. P. D. mei Verospij.*

9. Nec demum obstat prætensa iniustitia Sententiæ qua agitur deducta ex eo quod illa loquatur de duobus dimidiis beneficiis, & tamen beneficium vacauerit integrum per obitum Martini de Vea, & de integro beneficio loquatur Sententia in lata ad fauorem Petri. Quia licet beneficium tempore vacationis esset integrum, fuit tamen postea diuisum in duas partes, vt patet ex decretis Ordinarij datis in hodierna propositione huius causæ. Certum autem est quod Ordinarius potest beneficia diuidere propter vtilitatem, & multiplicitatem Clericorum indigentium ex inueterato stylo, & consuetudine eiusdem Ecclesiæ Calagurit anæ, quæ remansit probata ex dispositionibus testium hodie exis.

Fuit itaque resolutum Sententiam Rotalem esse confirmandam vtraque parte informante.

DECISIO LXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Montis Cassinen. Parochialis.

Veneris 8. Februarij 1648.

§. 1. IN possessione Parochialis Ecclesiæ sub inuocatione S. Martini ad Iudaïcam dixerunt Domini dandum esse mandatum de manutenendo Francisco *Sassillo* prouiso ab Abbate Montis Cassini, quia ille possidere prohabuit per publicum instrumentum apprehensionis possessionis, quod nisi ex aduerso probetur tunc alium possedisse suffragatur ad obtinendam manutentionem *l. prædia vbi notant omnes ff. de acq. poss.* Rota *penes Greg. XV. decis. 138. n. 1. penes Coccin. decis. 14. n. 5. & alias sæpissimè.*

2. Absque alia discussione vel exhibitione tituli quæ in hoc summarissimo iudicio neque in beneficialibus necessaria est, ne liceat cuique possessores molestare Abb. *in c. in litteris n. 27. de rest. spoliat.* quem secuta est Rot. *dec. 212. n. 8. coram S. mem. Greg. XV. decis. 13. n. 3. & seqq. coram Reuer. Vrgellen.* vbi respondetur omnibus contrariis, & dicitur illa forsan procedere in tribunalibus sæcularibus, quæ cum solum se interponant ad coadiuuandos prouisos à Papa, aut ab Ordinario consequenter etiam titulum exhiberi expostulant *decis. 698. n. 3. p. 2. recent. decis. 242. n. 16. inter impress. apud Cinc. de censib. dec. 328. n. 8. dec. 402. n. 10. & 11. decis. 589. apud Modern. de manut. & fuit dictum in Montis alti beneficij 18. Maij 1646. itaque coram me.*

3. A qua receptissima conclusione non potest in casu nostro recedi eo, quod cum agatur de beneficio sæculari quale dicitur, quod Clerico seculari solet in titulum conferri, non attento an Collator sit sæcularis, vel regularis Felin. *in cap. in nostra sub n. 44. de rescript.* Gonzal. *super reg. 8. Cancel. glos. 8. n. 38* Lotther. *de re benef. lib 1. q. 34. n. 7.* ius resistit collationi de eo factæ ab Abbate Montis Cassini *ad text. in cap. omnes Basilicæ 17. q. 7.* ac tradita per Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 21. n. 1.* & propter resistentiam etiam in summarissimo possessorio requiritur titulus saltem idoneus ad præscribendum *cap. cum persona de priuileg. in 6.* Couarr. *practic. quæst. lib. 2. c. 19. n. 11.* Gratian. *discept. 870. num. 15. & seqq.* Rot. *decis. 646. n. 9. apud modern. de manuten.*

4. Quia licet secundum priorum Canonum regulam omnes Ecclesiæ in eius Episcopi potestate consistant, in cuius Territorio sunt, vt habetur in *d. c. omnes Basilicæ*, exinde non prohibetur quin etiam Abbas regularis habere possit in eodem territorio collationem beneficiorum sæcularium, vt post *Abbatem & alios ibi allegatos dixit* Rota *dec. 578. vbi n. 2 vers. nam esto part. 3. rec.* Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 34. n. 8.* sed solum resultat iuris existentia pro Episcopo, quæ non impedit quominus aduersus priuatum, nempe Ioann. Baptistam Martuccium de hoc ipso beneficio se prouisum prætendentem dari debeat manutentio Abb. *in c. 1. n. 4. vt lit. penden.* Maresc. *var. resol. lib. 1 c. 11. sub num. 46. vers. quapropter*, vbi ait aliud esse possidere iure communi resistente, & prohibente quasi possessione, aliud possidere ius aliquod aduersus quandam præsumptionem iuris quasi possessionem, nec vehementer ei resistit Seraph. *dec. 970. n. 5. dec. 1047. n. 10.* Birat. *dec. 122. n. 9.* Ror. *inter rec. dec. 752. n. 5. part. 2. cum aliis allegatis à modern. Perusino de manuten. obseruat 44. n. 56. & seqq.* Præter quod versamur extra terminos huius quæstionis, quæ forsan caderet, si ageretur de manutenendo Abbate in quasi possessione conferendi beneficium sæculare existens in Diœcesi alterius Episcopi

ac

at beneficium hoc situm est in territorio Montis Cassini,& agitur de manutentione Clerici sæcularis illud possidentis cui nullatenus ius resistit, imò fauet cum beneficia sæcularia à sæcularibus possideri debeant *cap. cum de beneficio de præben.in* 6.Menoch. *de arbitr.cas.* 20. *n.*86. *&* 87. Gonzal. *super regul.* 8. *glos.*7. *num.*6. Ægid. *decis.*162.

5. Nec pariter resistit possessioni Salselli dispositio Sacri Concilij Tridentini sess.24.de reformatione cap. 18. mandantis prouisiones Parochialium fieri præuio concursu,quam dispositionem S. mem.Pius V. in Constit.13.inter eius impress.Bullar.tom.2.mandauit seruari sub decreto irritanti,quod inficit titulum, ac possessionem eius vigore subsecutam *Mant.* 40. *n.* 8. *recol. mem.Coccino dec.*51.*n.*4.Rot. *inter rec.dec.*48. *n.*1. *& seq.part.*5. Nam Sasellus fuit prouisus præuio concursu per Abbatem Montis Cassini tanquam loci Ordinarium;an autem idem Abbas potuerit indicere concursum,& beneficium conferre, videndum erit in petitorio,& interim danda est manutenendo Sasello possessori Menoch. *de retinend.remed* 3.*n.*737. *Lotther.de re benef.lib.*1. *q.*33.*n.*23.*lib.*2.*q.*4 .*n.*38.Seraph. *dec* 287. *num.*4.

6. Non obstat posterior possessio Iudicis authoritate capta à Martuccio aduersario, quia cum Iudex nulliter processerit non priuauit Salsellum sua anteriori possessione, in qua propterea venit manutenendus Felin. *in c.dilectus il* 1.*sub n.*1. *vers. fallit secundo de rescript. sanct.memor.Gregor. XV. decis.*9. *nu.*8 *decis.*46. *num.* 5. *decis.* 105. *num.* 5. vbi allegat concordantes Mart. Andr. *dec.*1.*num.*6. Et nullitas est euidens, quia processit non citato Salsello possessore,vt debuit *iuxt. text.in cap.licet Episcopus de præbend. in* 6.*l. fin. Cod. si per vim ,vel alio modo,* Menoch. *de recup. remed.*1. Rot. *decis.* 172. *&* 412. *vtrobique num.*3. *part.* 4. *diuers.* quamuis(quod negatur) Salsellus esset intrusus, quia etiam intrusus est citandus nisi ex actis constet de notoria intrusione, nullumque prorsus competere defensionem Franc.*in cap.ex ratione num.*29.*de appellat.* Gabr. *consil.*31.*num.*20. *lib.*2. Rot. *decis.*234. *num.*1. *apud Modern.de manut.decis.*211. *num.*1. *part.*1. *rec. decis.*187. *num.* 1. *part.* 2. vbi dicitur quod etiam metus executor,quando adest possessor tenetur eum citari facere.

7. Quo magis ergo executor mixtus qui debet partes iudicis assumere, & procedere seruatis seruandis Felin. *in cap.de cætero num.*9. *de re iudic.* Card. *cons.* 75. *num.*1. Menoch. *decis.*7. *de re spol.* Achill. *decis.* 6 *n.*5. *super reg. de trienn. Seraph. decis.* 1056. *num.*2. Rot. *inter rec.dec.*51. *num.*9.*part.*7. qualem fuisse eum à quo in executionem litterarum Apostolicarum aduersarius obtinuit immissionem constat, quia in dictis litteris adest clausula dummodo de tempore præsentium alicui non sit ius quæsitum, nec non amoto quolibet illicito detentore, quæ clausulæ efficiunt, vt executor non sit merus, sed mixtus, vt de prima tradit Adden. *ad Gregor. XV. decis.*413. *sub num.* 4. *circa fin.* Rota *coram eodem Greg. XV. decis.* 91. *num.* 2. *coram bon. mem. Buratt. decis.* 651. *num.*4.*&* 6. *& in Nullius, seu Baren. Beneficij* 20. *Martij* 1626. *coram Reuerend. Vigell. in Pistorien. Thesaurariæ* 31. *Ianuar. proximè prætèrii coram Reuer. P. D. meo Ghisterio, & de altera* Canaler. *dec.* 478. *num.*4. Buratt. *decis.* 746. *num.*6.*&* 7.

Et ita decisum vna tantum parte informante præuiis tamen pluribus citationibus aduersarij.

DECISIO LXVII.

Sacræ Rot. Roman. coram R.P.D. Verospio.

Toletana Decimarum de Capilla.

Lunæ 2. *Martij* 1648.

§.1. POst comprobatam ab excellentiss.D.Duce de Beiar immemorabilem possessionem exigendi decimas in ditione de Capilla ex pluribus testibus de fama quoque priuilegij Apostolici deponentibus,& latam super vtraque probatione sententiam in iudicatum, deinde transactam, Agentes clar, mem. Card.Infantis tunc Archiepiscopi Toletani,ad retardandam rei iudicatæ executionem, diuersa probationum genera produxerant, quæ coram Emin. D.Card. Verospio sub die 16.Decembr. anni 1636. ex irreuelantiæ fundamento reiecta,hodie vero coram me in eius locum subrogato ad disputationis trutinam reuocata,iterum Domini declararunt irreleuatia;quia immemorabilis decimarum exactio ab ipso Duce concludenter iustificata prædictis exceptionibus elidi non potuit non excludentibus immemorabilem per necesse iuxta dispositionem *text. in l.* 1.*&* 2.*ff.de except.l.quingenta C.de prob.* & fore necessarium notat Bald. *in l.fruſtra n.*2.*de probat.* Bart. *in l.genero n.*4.*de iis qui notantur infam.* Franch. *in c.*1. *in* 1.*notabili de præscr lib.*7. Anan. *cons.*201.*n.*29.*& cons.* 226.*num.*8. Rot.*dec.*190.*n.*2.*p.*2 *diuers.& coram Greg.* 201.*num.*3. Siue ad destruendam intentionem Actoris proponatur exceptio,siue ad certam eiusdem probationem eliciendam,cum non solum Actoris intentio, sed eius quoque perfecta probatio certa pariter,ac concludenti debeat exceptione refelli, vt notat Bart. *in l.admonendi n.*50.*ff.de iur. iur.* Iason. *in l.ad hæc nu.*15. *in fin.in* 10.*limitatione C.vnde legitimi,* Abb.*in c.in præsentia n.*5.*de prob.*Rot.*coram Mant.decis.*274. *n.*4. *& in Rauen.censuum* 29.*Martij* 1621. *coram Manzanedo relata post Cenc.in add.dec.*64.*n.*5.*&* 6. licet si dubia præcessisset Actoris probatio, dubia quoque posset exceptione refelli iuxta *cons.* Surd. 505. *nu.*6. *& dec.* Rot.229.*n.*33 *part.*6.*rec.*In quibus terminis procedunt allegati DD.& alij ab informantibus adducti.

2.Nec proinde immemorabilis vim elidit titulus acquisitionis duobus instrumentis ex aduerso comprobatus; in quorum altero continetur donatio Status de Capilla cum omnibus decimis,portoriis,atque prouentibus collatis Ioanni Nunez ab Henrico Rege Castellæ; in altero verò eiusdem Principatus legitur facta venditio per ipsummet Ioannem antecessoribus moderni Ducis, quasi acquisitionis initium inde conuincatur exclusiuum immemorabilis *iuxt. glos. in c.*1.*de præsc.lib.*6.*in verbo memoriæ,& not. ibi* Io. Andr.*in cap. illud in verb. inconcussa eod.tit.* Rot. *coram Greg. dec.* 467.*n.*6.*& coram Andr.dec.*56.*n.*5.

3. Vtrumque enim instrumentum ab Agentibus Archiepiscopi Toletani productum officere non potest moderno Duci,qui neutri innititur, vt respondit Rot. *coram Brescentio dec.*21.*n.*4.*de prob. & in dec.*731.*n.* 20.*p.*1.*diuers.&dec.*56.*n.*22.*p.*7.*rec.*quamuis eius Antecessores altero ex iis producto vsi fuerint in causa dum ipse iure proprio, & ex peculiari titulo Maioratus non autem hæreditario causam proponitur, vt probat *text. in l.Modestinus ff.de except. & in l.* 2. *C. de fid. Instr.* notat Alex. *in l.*2. *C. de eden.* Tiraq.*de nobilit. cap.*37. *n.*7.Rota *coram Seraph.dec.*1314.*n.*2. Eaque productio facta fuit causa diuersa,vt notat Bald. *in l.*2.*n.*22.*C.de eden.& in cap.causam, quæ* 10.*num.*8.*de test.*vbi etiam Arc. *num.*31. Dec.*in l.conditione num.*7. *C. de inst. & subst.* Soc. sen: *cons.*122. *num.* 8. *lib.*4.Rimin.iun. *cons.*213. *n.* 20. Quinimo adducta instrumenta solum

ostendunt

ostendunt acquisitum ius Principatus, non autem decimarum, quod vti ab eo diuersum, ac independens, inde argui non potest ex Regia liberalitate donatum, *argum. text. in l. inter stipulantem §. Sacram. ff. de verb. oblig. & in l fin. ff. de calūniat.* Bart. *in l. Papinianus, n. 2. ff. de minoribus* Alex. *cons. 66. n. 7.* & in his terminis arguit Bertran. *cons. 350. n. 1. &* 8. Lud. Bell. *cons. 57. n. 26.* Quamuis expressa eorundem mentio præcesserit in instrumēto donationis, cum illa solum intelligi debeat de ea specie decimarum Regi debita ratione temporalis dominij, siue ex mercium emptione ac venditione, siue ex earundem introductione in portus Maris, siue demum ex piscatione retrahenda, de quibus meminit Bald. *in cons. 419. n. 1.* eas propriè decimationes asserens appellari Lasart. *de decim. c. 19. n. 30.* Fontanell. *de pact. nupt. clausula 4. glos. 19. p. 1. n. 82.* Gutt. *de Gabell. q. 1. n. 13.* Mastrill. *de Magist. lib. 3. c. 10. n. 95.* Molin. *de iust. & iure disp. 662. n. 6.* attenta præsertim potestate donatoris decimarum spiritualium omnino incapacis, à qua eiusdem voluntas, ac subsecuta decimarum donatio declaratur in specie decimarum temporalium laïcis quoque personis, Competentium *ex not. cap. Daibertum 1. q. 7. & in cap. cum super Abbatia de offic. & potest. Deleg. & notat ibi gloss. in verb. mutuo aduersantibus, & in l. Lucius Titius §. Imperatorem ff. ad municipal.*

4. Neque Apostolici priuilegij fama à Testibus Ducis abundè probata destruitur vel ex aliis testibus ab Archiepiscopo Toletano productis de contraria vsurpationis fama deponentibus, ex quibus incerta, & inconstans reddi videtur altera fama aliorum depositione testium comprobata pro parte Ducis contra dispositionem *text. in c. de parentela 35. q. 6.* constantem & inuariabilem requirentis notat Bald. *in l. conuenticulam num. 8. C. de Episc. & Cl.* Ros. *cons. 3. n. 48. & 49. vol. 1.* Surd. *cons. 151 n. 79.* Rot. *coram bon. mem. Coccino dec. 68. n. 18.* Vel quia aliqui ex eisdem testibus Ducis nullam causam reddunt, vt fama ipsa processerit, ad cuius tamen expressionem adstrictos esse quamuis non interrogatos aduertit Iacobin. *à S. Georgio in l. testium fines §. eiusdem quoque n. 14. ff. de testam.* Alex. *cons. 72. n. 9. lib. 1. & cons. 25. n. 6. lib. 4.* Betrans. *cons. 101. nu. 6.* Ruin. *cons. 51. n 14. lib. 5. & alij relati per Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 42. n. 16.* Alij verò eam ex Maurorum expulsione deducunt mediante huius familiæ virtute sequuta, quæ tamen causa ex publicis Historicorum monumentis erronea conuincitur Ferdinando Regi expulsionem ipsam adscribentibus per annos 143. ante delarum in hanc familiam Capillæ Dominium, ac consequenter famæ probationem infringit, vt notat Bart. *in l. de minore §. plurium n. 18. ff. de quæst. & ponderauit* Aym. *cons. 366. n. 45.* Roland. *cons. 30. nu. 48. lib. 1.* Alex. *cons. 173. n. 11. lib. 6. & alij plures relati per Cyriac. contr. 150. n. 47.*

5. Testes enim supra fama vsurpationis examinati præterquam pluribus exceptionibus repelluntur in præterita decisione deductis, neque eam concludunt perneccsse, sed solum ex proprio iudicio, & per possibile contra dispositionem *text. in l. Neque natales C. de probat. & ad probationem C. eod. tit. l. non hoc C. vnde legit. c. cum attingat de offic. deleg. notat.* Bart. *in l. quid tamen §. si arbiter ff. de recept. arbitris sub n. 3. & in tr. de testimoniis n. 12.* Tindar. *in tr. de test. part. 1. c. 1. n. 5.* Rota *coram Verall. dec. 264. n. 13. part. 3 & in dec. 151. n. 10. & 317. n. 4. part. 4. t. 2. rec.* neque percutiunt tempus ante litem motam, prout fore necessarium aduertit Abb. *in cap. ex quadam n. 3. de test.* Henric. Boich. *in c. 1. §. super eo n. 6. de eo qui cogn. cons. vxor. sua.* Crot. *in tract. de test. n. 368.* Rota *coram Verall. dec. 413. n. 1. part. 2. coram Greg. dec. 325. n. 13. & corā Seraph 1103. num. 4.* Ideoque cum hæc fama posterior oriri potuerit post moram litem, nec incertam reddidit præcedentem à testibus Ducis iustificatam, nullis ante litem motam tractiis probationibus debilitatam, vt ponderauit Rot. *in Tulled. sponsalium 20. Iunij 1620. coram Sacrato part. 4. tom. 2. dec. 232. n. 21. in rec.*

6. Testes verò pro parte Ducis de priuilegij fama sine causa deponentibus hinc reiici non valent dum non arctantur ad oppressionem causæ per corporis sensum exteriorem innotescentis, vt notat Bald. *in l. solam C. de rest. num. 22. & 23. in c. præterea n. 10. de test.* vbi ad hunc effectum satis esse asserit, vt testis se publicè audiuisse cōcludat quia sensus decipi nō potest circa proprium obiectum auditus *cons. 168. n. 19.* vbi attestatur Rota *coram Verall. decis. 7. n. 1. part. 2. & 289. part. 3. & coram Cassad. decis. 3. n. 10. de probat. coram Caual. decis. 234. coram Andr. decis. 45. n. 6. coram Greg. decis. 173. n. 2.* vbi latè Add. *n. 10. & dec. 351. n. 1. part. 2. rec. & in Hieracen. Iurispatronatus 15. Aprilis 1613. coram bonum. Card. Verospio.* Quæ sanè fama idcirco ex aliorum ratione testium erronea non infringitur, quamuis nec talis illa conuincatur ex prædictis Historicorum monumentis. His enim adscribendo Ferdinando Regi victoriam non proinde excludunt, quia virtute Procerum huius familiæ potuerit quoque contingere Maurorum eiectio ab eodem Statu de Capilla, postquam maximè ex aliis Historicis, testib. ex aduerso productis ostenditur Iacobum ex Zuñiga auctorem moderni Ducis sub Rege Alphonso per 14. annos ante in Bello Tolosano strenue pugnasse, ibique præclarum præbuisse specimen fortitudinis irrumpēdum omnium primus in Castra Maurorum, confractis catenis ferreis, quibus illa muniebantur, in cuius præclari facinoris memoriam gentilitio stemmati postmodum annulo addidisse, vt fuit in præterita decisione ponderatum, inde enim nec possibilitas excluditur, quin immo maxima resultat verisimilitudo quod subsequutæ postmodum expulsioni Maurorum interfuerit Iacobus.

Et ita vtraque &c.

DECISIO LXVIII.

Sacræ Rot. Roman. coram R. P. D. Ghisterio.

Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna.

Lunæ 27. Martij 1648.

§. 1. POstquam in hac causa sub die 15. Dec. 1645. fuit resolutum, mandatum Ordinarij Calaguritani directum Beneficiatis de præsentando; & præsentationem factam à dd. Beneficiatis de persona Iosephi de S. Clemente, nec non collationem ab eodem Ordinario factā de beneficio, de quo agitur, cū aliis inde sequutis esse attentatam, & iuxta stilum huius S. Tribunalis esse apponendum sequestrum non esse reuocandum, prout prætendebatur à Iosepho procedendo ad vlteriora in disputatione super adiudicatione beneficij, fuit resolutum Francisco Diaz de Medina digniori esse adiudicādum beneficium. Siquidem cum tam ipse, quam Ioseph, in partibus fuerint ab Examinatoribus renūciati habiles, & idonei, & in vtroque concurrant requisita Motus proprij Clem. VIII. in pari habilitate obtinere debet Franciscus, qui maioribus gaudet meritis, & dignitatibus *c. si. forte. 65. dist. c. licet ergo 8. q. 1.* Gutier. *cons. 44. n. 10.* Sarnen. *in reg. de infirm. q. 15. n. 21.* Ro. *in Toletana Canonicatus Panitentiaria 22. Aprilis 1641. rec. quantum coram R. P. D. meo Cerro,* & ita passim in istis beneficiis Calaguritanis, *vt in Calaguritana beneficij de Brinas 9. Ianuar. 1629. coram R. P. D. meo Decano. in Calaguritana beneficij de Lograno 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Roias in alia Calaguritana pariter de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in eadem sub die 16. Ianuar. 1647.*

coram

coram R.P.D. *meo Bichio, & in Calaguritana beneficij de Cornago 28. Iun. 1647. vers. præsertim coram* R. P. D. *meo Otthobono.*

2. Quod autem Franciscus maiori gaudeat dignitate, & qualitate euidenter probatur, quia est Sacerdos, vt ex litteris patentibus sui Ordinarij, & Sacerdos concurrens cum alio hac qualitate carente semper in adiudicatione beneficij est præferendus, etiamsi Capellania non requireret Sacerdotium, quia est dignior respectu Ordinis Presbyteratus Gut. *cons. 2. n. 22.* Rota *in Calaguritana benef. de Cornago 5. Maij 1639. coram me, & in ead. 7. Iunij 1642. coram* R.P.D. *meo Carillo in suprad. Calaguritana benef. de Corn. 27. Apr. 1646. coram* R. P. D. *meo Roias, & deinde in simili causa Calag. benef. de la Casa de la Reyna 4. Iun. 1646. coram* R.P.D. *meo Verospio, & in Calaguritana benef. de Lumbreras sub eadem die coram* R.P.D. *meo Otthobono*, in maiori ætate constitutus, cum in lucem prodierit 28. Sept. 1605. Ioseph vero prima Iunij 1623. vt ex fide Baptismi vtriusque Guttier. *d. cons. 2. num. 28.* Bald. *cons. 167. in fine vers. & in dub. lib. 4.* vbi argumento *l. final. ff. de fide instrum.* tenet quod in dubio in beneficiis conferendis præferendus est senior, quem sequitur Barbas. *cons. 23. in fin. vol. 1. &* dixit Rota *in dicta Calaguritana benef. de la Reyna coram* R.P.D. *meo Verospio*, vbi quod in beneficiis conferendis semper est præferendus senior, prout resoluit *in Calaguritana benef. de Brinas prima Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. Secundo quia est senior, ac in d. Calaguritana benef. de Logrono coram* R. P. D. *Roias* §. *Vlterius.* dictus Ioannes est ætate senior, multo tempore inseruiuit Ecclesiæ, & in absentia Parochi Sacramenta ministrauit, exercendo curam animarum in Ecclesia Oppidi de Angusiana Calaguritana Diœcesis, quæ qualitas fuit ponderata *in Ripana parochialis 27. Iun. 1608. coram Sanctiss. D. N. relata per* R. P. D. *meum Verospium in dicta Calaguritana benef. de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646.* §. *Has vero maiores post medium vers. Et quod alias animarum curam*, & fuit dictum *in ea Calagur. 16. Ian. 1647. coram* R.P.D. *meo Bichio*, quas qualitates multum facit pro prælatione reportanda in beneficiis adiudicandis, Rot. *in dd. Calagur. coram Reuer. Patribus Dominis Decano, Roias, Bichio, Verospio, & Otthobono*, & passim vbi agitur de aliquo præferendo data paritate, & quod in vtroque concurrant requisita dicti Motus proprij Clementis VIII.

3. Non obstat quod Iosephus vltra approbationem Examinatorum de partibus habebat præsentationem Beneficiatorum, cuius vigore fuit institutus ab Ordinario habente legem sibi præfixam in d. Constit. Clementis VIII. super prouisione beneficiorum in Ecclesia Calaguritana, vt debeat instituere illum, quem ex approbatis sibi præsentauerint Beneficiati, quæ qualitates nō concurrunt in Franciscō, qui quamuis se opposuerit, non fuit præsentatus à Beneficiatis, nec ab Ordinario institutus, cum non posset institui, qui non fuit præsentatus. Quia obiectum procedit in casu quo non processit appellatio interposita à relatione Examinatorum, secus autem quando per appellationem vnius ex oppositoribus à mala relatione Examinatorum, interpositam, negotium fuit deuolutum ad hoc Sacrum Tribunal; Ratio est quia tunc impossibile est quod Beneficiati præsententur, cum propter appellationem, & litis pendentiam super titulo beneficij ligatæ sint eorum manus, vt non possint amplius præsentare, ad quod faciunt *text. expressi in c. 2. vt lit. pendent. in 6.* quos procedere etiam in præsentatione tradit Calder. *cons. 1. vt lit. pend. cons. 18. Iur. patron.* Lap. *alleg. 22. num. 3.* ita tenet Garz. *de benef. p. 5. c. 9. num. 218.* vbi allegat resolutiones Rotales in istis terminis Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 20. n. 2. & seq.* Rota *coram Caual. dec. 556. n. 1.* & quatenus præsentent, præsentatio non debet attendi, cum sit attentata, & nulla; vnde Rot. in supradict. duabus decisionibus in hac causa factis censuit, præsentationem Beneficiatorum, & collationem Ordinarij de beneficio, de quo agitur, factam Iosepho esse attentatas, & in earum exequtionem fuit iuxta stylum Tribunalis appositum Sequestrum. Ita quod cum in hoc casu tam præsentatio, quam collatio habeantur ac si non essent factæ, & remaneat beneficium vacans, loco arbitrij Beneficiatorum succedit arbitrium Sacræ Rotæ vbi pendet causa appellationis iuxta *text. in Clem. Auditor de rescr.* & in puncto ita respondet Rota *in supra allegat. Calagurit. benef. de la Casa de la Reyna 16. Ianu. 1647. coram* R.P.D. *meo Bichio in* §. *Non obstat quod, & in* §. *seq.* & per consequens beneficium est digniori adiudicandum, qui de iure debet aliis præferri ex supra allegatis.

4. Minus facit quod dictus Franciscus habeat alia duo beneficia, nempe integram portionem in Parochiali Ecclesia de Anguciana, & aliam similem de Saxa Calaguritæ, seu Burgen. Diœcesis, Regula autem est, quam sequuta fuit Rota *in Calaguritana benef. coram Seraph. dec. 767. n. 1* quod non habens beneficium præferendus est ei, qui habet, *c. is, cui de præben. in 6* Rota *dec. 26. n. 2. eod. tit. in nou. cum aliis alleg.* Siquidem placuit responsio quod cum in Francisco plures supra relatæ qualitates concurrant, merito venit præferendus, licet sit beneficiatus, & præsertim cum testes formiter examinati, pro eodem Francisco deponant beneficia, quæ possidet, iuncto etiam beneficio de quo agitur, ad quod se opposuit, considerata penuria temporum præsentium, & tenuitate fructuum dictorum beneficiorum non sufficere pro eius congrua sustentatione, & cum in illis possit deseruire per substitutum, vt deponunt testes, cessat tum obiectum pluralitatis beneficiorum, quod non intrat in beneficiis simplicibus quando primum non sufficit ad honestam vitæ sustentationem, ad latè tradita per Garz. *de benef. p. 11. c. 5. n. 264. &* 307. sequendo Innoc. *in c. fin. de Cler. non resid. n. 1. & in c. cum iam dudum n. 2. & 4. de præb.* Lap. Card. Rebuff. *& alios per eum ibi relat.* Tum obiectum incompatibilitatis, quæ cessat, quia ista beneficia sunt inter se compatibilia, & possunt deseruiri per alios, nec onus inseruiendi est præcisum, sed causatiuum respectu scilicet fructuum quos, qui non inseruit, non percipit. Hinc est, quod Gonz. *super reg. 8. glos. 5. n. 25.* tenet Constit. Synodalem Calaguritanam, dum dicit in fine, omnia beneficia illius Diœcesis esse seruitoria, esse intelligenda non respectu incompatibilitatis, sed respectu fructuum, quia non residentes illos non percipiunt, & tollitur omnis difficultas, cum supradicti testes pro Francisco examinati deponant prædicta beneficia Oppidorum de Augustana & de Saxa, & de la Casa de la Reyna esse simplicia, seruitoria, & nullum ex eis requirere residentiam personalem, nam in omnibus illis deseruire solet per Capellanos, & si Francisco adiudicaretur supradictum beneficium de la Reyna posset in illo personaliter, inseruire, & in aliis apponere Capellanos.

5. Denique nulla ad hunc effectum est habenda ratio quod Ioseph fuerit decoratus gradu Baccalaureatus. Tū quia qualitas Sacerdotij efficit Franciscum longè digniorem iuxta cumulata per Valez. *cons. 142. n. 111. & plurib. seq.* qui in specie *sub n. 121. post Frat. Pet.* Boll. dicit fuisse semper Sacerdotij statum cæteris honore præclariorem, ac fulgidiorē, hinc Sacerdos dicitur habere vim duorum testium *iuxt. gloss. in c.* Monachus *7. dist.* quam probant alij congesti per Franc. Anton. Cost. *cons. 40. n. 13* quod cautum non reperitur in gradu Baccalaureatus, & tamen etiam cum Sacerdotio concurrunt in eodem Francisco tot aliæ maiores prærogatiuæ superius ponderatæ, & in terminis quod gradus in Theologia non faciat quem esse præferendum Sacerdoti, late Guttier. *d. cons. 2. n. 2. vers. Non obstat.* Tum ex quo Iosephi gradus Baccalaureatus fuit assumptus 24. Apr. 161[illegible] medum lite pendente, imò pene biennio post oppositionem ab eo factam de anno 1643. & propterea tanquam gradus

acquisitus lite pendente non debet ei suffragari, & sic affectatè assumptus, quæ affectatio impedit, ne factum prosit affectanti ex congestis à Sur. *cons.* 381. *n.* 96. & *duob. seq.* Hinc est, quod priuilegia data Officialibus non habent locum in procurantibus officia secundum Bart. *in l. Vniuersi C. de legation. lib.* 11. *Roman. in l. si verò* §. *de viro in* 36. *fallent. ff. solut. matrim.* & de aliis similibus nuper graduatis, vel aliquod officium assequutis latissimè idem probat Felin. qui aliis pluribus conclusionem exornat *in cap. final. n.* 3. *cum sequen. ff. de testib.*

6. Accedit supradictis, quod Iosephus innodatus censuris ob recursus ab ipso habitos ad Iudices laicos ex deductis in vltima decisione in hac causa remanet incapax adiudicationis beneficij, de quo agitur iuxta tradita per Rotam *dec.* 83. *n.* 17. & 18. *part.* 7. *recent.*

Ex quibus vtraque parte informante fuit dictum beneficium esse adiudicandum Francisco.

DECISIO LXIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Colonien. Decanatus.

Veneris 15. *Maij* 1648.

§. 1. TAnquam vacantem per resignationem in manibus Serenissimi Ducis Neuburgi factam à Guillelmo Bont possessore Decanatus Collegiatæ Ecclesiæ Beatissimæ Virginis in Dusseldorf, ad eundem Decanatum Iacobus Merchen electus fuit à Capitulo dictæ Ecclesiæ sub die 6. Decembris anni 1637. & secuto intra duodecim dies dicti Guillielmi obitu, idem Dux titulo hæreditario Ducum Montensium, quibus Bonifacius Pontifex eius nominis IX. huius Decanatus Iurispatronatus concesserat, præsentauit Iacobum Linichium, inter quem, & Ducem illi adhærentem ex vna, & Merchen ex altera, moto desuper iudicio corâ Officiali Colonien si, hic per sententiam diffinitiuam pronunciauit, electionem Capituli esse confirmandam, & electum pro confirmatione obtinendi ad Eminentissimum Archiepiscopũ Coloniæ remisit, saluo, & reseruato Domino Duci Neuburgi asserto iure nominationis, seu præsentationis in petitorio. In cuius sententiæ executionem electus Archiepiscopi cõfirmatione successiuè obtinuit.

2. Non obstante appellatione ab huiusmodi sententia per Dominum Ducẽ interposita intra legitima tempora, quæ ex rescripto Signaturæ Iustitiæ simpliciter admissa, eiusque causa commissa Rotæ, prodiit in primis cognitio super possessione Decanatus capta à Iacobo electo, quæ visa est nullius esse momenti: siue capta fuerit antequam Archiepiscopus electionem confirmaret, quia tunc resisteret apertissima iuris dispositio *in c. anarritiæ de elect. in* 6. quam procedere, tam in dignitatibus, quam aliis beneficiis ob identitatem rationis notat ibidem. Archid. *sub n.* 2. *vers. nullus*, Franc. *n.* 2. *vers. sed certè, & reiecta contraria opinione.* Gemin. & Lambert. id ipsum affirmauit Gabr. *cons.* 190. *n.* 4. *l.* 1. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *c.* 35. *n.* 47. Rot *penes Crescen. dec.* 6. *n.* 11. *de iurepatr dec.* 261. *n.* 3. *vers. neque etiam obstat penes Card. Mantic.*

3. Siue capta fuerat post obtentam confirmationem, cum enim confirmatio emanauerit in executionem sententiæ, à qua victus intra legitima tempora appellauit, & deinde Signatura iustitiæ causam appellationis simpliciter commisit, tam ipsa confirmatio, quàm possessio subsecuta, & quicquid aliud medio tempore gestum fuit, attentatum est *c. non solum de appellat. in* 6 Lancell. *de attent. p.* 2. *c.* 12 *limit.* 49 *n.* 2. *& seqq.* & in terminis electionis *text. in c. si postquam de elect. in* 6. non secus ac si rescriptum Signaturæ præcessisset, quia retrotrahitur ad diem latæ sententiæ, & interpositæ appellationis, Rot. *dec.* 96. *n.* 4. *dec.* 240. *n.* 3. *coram Reuer. Fegellen. dec.* 305. *n.* 19. *p.* 6. *recent.* & in aliis relatis per Cremon. *Propositiuæ* 24. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Conrado, & in Caesaraugustana beneficij de Lumbreras* 30. *April.* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono.*

4. Quo magis, quia sententia vti lata in contradictorio iudicio contra Præsentatum, & Patronum, habet vim diffinitiuæ, ac propterea est appellabilis, Franc. *in c. anarritia, n.* 5. *de elect. in* 6. Garz. *de benef. p.* 9. *c.* 4. *n.* 16. *& seq.* Lancellot. *de attentat. p.* 1. *c.* 4. *in præfat. n.* 621. & 622. *limit.* 40. *n.* 11. *limit.* 49. *per tot.* Rot. *dec.* 6. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* Nec dubitandum est, quin D. Dux potuerit appellare, & impetrare appellationis Commissionem, eamque pro sententia, & ratione iurispatronatus, quod in hoc Decanatu se habere prætendit, sit legitimus contradictor ad impediendam, seu impugnandam confirmationem, & possessionem electi, ne sua præsentatione neglecta alius admittatur *c.* 2. *vbi glos. verb. interueat, vt lit. pendent. in* 6. Gemin. *in c. vt circa* § *primo sub n.* 9. *vers. vel patronus de elect. in* 6. Ioan. Andr. *in c. audiis n.* 5. *de elect.* Felin. *in c. super his n.* 15. *de accusat.* Rot. *dec.* 2. *de iurepatr. in nou.*

5. Ideò Domini dilata terminatione summariissimi possessorij, mandarunt videri de bono iure Iacobi electi, eoque pluries ad trutinam euocato, non constare de bono iure Iacobi, hodie responsum fuit, ex quo nititur electioni dupliciter nullæ; & primò, quia Decanatus de tempore electionis non vacabat, vt requiritur, *c.* 1. & 2. *seqq. de concess. præb. c. deliberat.* §. *prohibemus de offic. deleg. in* 6. Ægid. *dec.* 443. *in princ.* Par. *de resign. lib.* 8. *q.* 7. *n.* 138. Siquidem viuebat Guillelmus antiquus illius possessor, & quamuis resignasset, quia resignauerat in manibus laïci, & propterea nulliter *c. quod in dubiis, vbi gl. verb. manum laicam de renunc.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 6. *sub n.* 12. *vers. ille etiam*, Paris. *de resign. lib.* 7. *q.* 9. *n.* 7. *& seqq.* vbi signanter n. 12. hoc ampliat etiam si resignatio facta fuerit coram Laïco constituto in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, & n. 14. idem dicit procedere quamuis fiat coram Laïco habente beneficij resignati Iuspatronatus, ea ratione quia fieri debet coram Superiore, *c. admonet, c. vltim. de renunc.* qualis non est Princeps, aut Patronus Laïcus, Barbos. *in collect. ad dictum c. quod in dubiis, n.* 3. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *c.* 28 *n.* 12 ex huiusmodi resignatione non fuit inducta vacatio, quippe quæ nec quoad resignantem insurgit ex solo actu resignationis, sed oportet, vt accedat Superioris admissio, cùm respectu proprietatis ac tituli non sit in potestate Beneficiati se liberare ab Ecclesia, cui erat obligatus per quasi contractum acceptationis, vt bene aduertit Ioann. de Imol. *in d. c. quod in dubiis n.* 10. *vers. & ideo* Compostell. *ibid. n.* 2. vbi ait quod renunciatio facta in manibus non Superioris tenet quoad renunciantem ad effectum vt ex capite huius delicti priuari possit beneficio, sed renuncians antequam à Superiore priuetur, non amittit beneficij proprietatem, Castrop. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. *punct.* 2. §. 2. *sub n.* 1. Caldas *cons.* 5. *sub n.* 4. *vers. quia per cessionem*, Lotther. *de re benef. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 24. & 26. & *q.* 15. *n.* 44. Bisignett. *dec.* 4. *sub n.* 2. *vers. & licet de renunc.* Cassac. *dec.* 2. *sub n.* 3. *eod. tit.*

6. Nec releuat, quod postea Superior, nempe Archiepiscopus Coloniæ resignationem ratificauerit, electionem confirmando: quicquid enim sit, an sicuti per subsequentem admissionem, seu ratificationem legitimi Superioris conualescit resignatio facta in manibus personæ Ecclesiasticæ inferioris, eo quod nulla erat ob iuriam, quæ sit ipsi Superiori; qui proinde potest illam remittere, Card. *in Clem.* 1. *sub num.* 17. *de renunc.* Abb. *in cap. vlt. n.* 4. *eod tit. cum aliis allegat.* à Paris. *de resign. lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 48. *& seqq.* conualescat pariter resignatio facta in manibus Laïci, quæ videtur ipso iure nulla iuxta distinctionem Hostien. quam sequitur Abb. *in d. cap. quod in dubiis num.* 8. Anton. de Buti. *ibidem n.* 9.

*num.9.de renunc.*Bero *in c.sollicitè num.16. vers. potest, & num.19.de restit spoliat.* reprobat verò Paris. *de resign.d lib.7.c.1 num.34.* certum est, quod donec Superior admittat,seu ratificet,vacatio est in pendenti,ideoque interim beneficium resignatum conferri, aut ad illud eligi non potest,Butr.*in d.c.quod in dubiis sub n.8. vers.est tamen verum, & ibidem Panormit. sub num.8. vers.est tamen verum.* Imol.*n.13.*Paris.*de resign. d. q.1. sub n.28.vers.ideo inquit.* Castropal. *oper. moral. tom.3. tract.17.disp.3 punct.17.sub n.1.* Mohedan. *dec. 22. de renunciat.*

7. Cùm itaque electio secuta fuerit antequam Superior Ecclesiasticus resignationem admitteret,seu ratificaret,verum est dicere, quod tunc Decanatus non vacabat,& propterea electio non tenet,vt in puncto Francisc.Caldas. *cons.8.sub n.13. vers.sed magis post* Ioan. Andr.*in c.non firmatur 18.num.6. & 7. de reg iur.in 6.* Cumque illa sit restricta ad vacationem ex causa resignationis, sustineri non potest,aut ex subsequenti vacatione per obitum resignantis *c.susceptum de rescript.in 6.*Mandos.*super reg.15.*Cancell.*q.17.n.3.* Garz.*de benef. part.11.c.1.n.8.*Menoch.*de arbitr.cas.201. b.103.* Burat.*dec.162.n.4 & seq.* aut ex successiua post dictum obitum admissione resignationis, quia semper vrget defectus vacationis de tempore electionis, ad quod cùm tunc electio esset nulla superueniens illius admissio non retrotrahitur,vt in puncto Io. Andr.*in supracit. c. non firmatur n.4.vers.illa tamen,& n.7.* vbi dicit rationem,quia in electionibus spectatur initium,Franc.*ibid. sub n.1.in fin.de reg.iur.in 6.*Caldas *dicto cons.8. sub n. 5.vers.quamobrem,*facit Calder.*cons.1.n.3.de elect.*Paris. *de resign lib.9.q.17. num.70. & 71.* Licet ad effectum deuolutionis, collationis tempus currat à die renunciationis, non autem admissionis ob rationes diuersitatis,quas affert Nauarr.*in c.accepta in 7.opposition. solut.n 31.& 32.de rest spoliat.* Rot. *dec.1. de elect. in antiquis.* Eoque minus suffragatur admissio; quia emanauit in executionem sententiæ suspensæ per appellationem, vt in terminis electionis admissæ appellatione pendente, Hostiens.*in c.audi is, n. 6. de elect.*& ex prædictis hic non intrat retrotractio,ob quam consensum lite pendente præstitum resignationi ante litem motam factæ attentatum non esse tradit Lancell.*de attentat part.2.c.4.limit.29.*

8.Gratis autem dicitur admissionem Superioris non fuisse necessariam, eo quod renuncians non esset verè Decanus, sed solum haberet ius ad rem quod absque Superioris authoritate renunciari potest, vt tradunt Zabar, Archid. Gemin. *& alij allegati à* Paris.*de resign.lib.7.q.1.n.76.& seqq.* quia non probatur assumptum,& aduersarius qui desumendo vacationem ex persona renuncians,ipsum in verum,ac legitimum Decanum agnouit, contrarium asserere hodie non potest, Add.*ad Put. dec.333. lib.1. in corr.* Rot. *dec. 411. sub num.1 vers.quam ex eo part.3.rec. & in Compostellana Parochialis* 10. *Februarij* 1645. *coram* R.P.D. *meo Verospio,in Neapolitana Camiliarchatus* 26.*Iun.*1647. *coram me.*

9. Secundo electio reddita fuit,irrita per obitum resignantis infra 20.dies, sic disponente in verbis regula 20 Cancellariæ nuncupata de Infirmis,ibi,*Collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare,* quæ locum habet etiam in resignationibus factis extra Curiam, cum generaliter loquuntur, eiusque ratio vbique militet, vt reprobato *cons.* Dec.232 quem secutus fuit Mandoz. *super d.reg. q.16. per tot.* latè tuetur Sarnen. *super ead. reg. q.26. num.4.* Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 17. sub num.5. nec refragatur,& cons.72. vers. præterea regula.* Vamesi. *cons.257.n.12.*Paris. *de resign.lib.12.q.5. num.8. Azor. inst.moral.p.2.lib.7.c.18.vers.quarto quæritur* Castropal. *oper.moral.tom.2.tract.13.disp.9.punct.2.§.3. n.7.* Crescen.*dec.12.de renunc.*Rota *in Leodien. benef.15. Maij* 1640.*§.primo enim,& 2.seqq.coram* R.P.D. *meo Cerro;* pariterque locum habet etiam in Dignitatibus Sarnen. *super hac regula q.6 sub n.5.*Paris. *de resign.lib.12.q.3. n.2.& seq.*ac etiam in beneficiis iurispatronatus,Azor. *d.c.28. vers.sexto quæritur* Castrop. *d. §.3. n.* 8. Paris. *vbi supra n.22.& seqq.*Caputaq. *dec.36.num.12.& 13. part.3.*

10. Neque euitari potest,eo quod in casu nostro cessaret suspicio fraudis,militetque fidei fauor,cum in resignatione exprimatur eam fieri, ne si beneficium vacaret per obitum,D.Marchio Brandemburgi,qui est Acatholicus, & ad quem vigore alternatiuæ inter ipsum, & Dominum Ducem Neuburgi seruari solitæ spectaret præsentatio,personam Acatholicam præsentaret, & in Capitulo introduceret.Nam sufficit respondere, quod de hoc non creditur assertioni renunciantis, ne sit in eius arbitrio regulæ dispositionem eludere, vt in fortioribus terminis Oldr.*cons.161.per tot.* Paris. *cons.36. n.11.lib.4.*Ægid. *dec.617.in prin.*Barbos.*de potest.Episcop.all.66.n.23.*Rot.*dec.716. n.1. dec.752. n.3. p.1. diuers.& in Narnien. vnionis 1.Iulii* 1643. *coram me:* imò eadem assertio mendicata, & falsa apparet, quia impossibile erat quod per præsentationem D.Marchionis Brandemburgi, persona Acatholica Decanatum assequeretur, cum in priuilegio Bonifacij IX. ex quo idem Marchio, ac Dux Neuburgi vti successores Ducum Montensium Iuspatronatus desumunt, expresè cautum fuerit,*quod nullus habeat Decanatum nisi Canonicus prebendatus.*

11. Tertio informantes pro D. Duce electionem impugnabat, quia, & si à primæua erectione facta anno 1303. Decanatus electio competeret Capitulo, tamen postea de anno 1393 Bonifacius Nonus ex certa scientia ius præsentandi ad Decanatum concessit Ducibus Montensibus, & nefas est in beneficialibus præsertim dubitare de potestate Papæ,vt in terminis Iurispatronatus Azor.*instit.moral.p.2.lib.6.c.19.vers.duodecimo quæritur,*Castrop *oper.moral.tom.2.tr.13.disp.2.punct.2. n.* 10 *vers.non est dubitandum.*

12. Verùm quia plura hinc inde super existentia, ac pertinentia Iurispatronatus deducta fuerunt altiorem indaginem requirentia, & pro exclusione boni iuris Iacobi à Capitulo electi ptiora duo argumenta sufficiunt ex illis dumtaxat, ita decisum fuit vtraque parte informante causa quater proposita.

DECISIO LXX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Roias.

In causa Marianen. seu Accien beneficij.

Mercurij 10.Iunij 1648.

§.1. VAcante simplici beneficio sub inuocatione S. Petri de Accia Terræ Rustini de mens.Martij 1642.Episcopo gaudente alternatiua fuit de eo vti reseruato vigore regulæ 9. Cancellariæ per Sedem Apostolicã prouisus Carolus Antonius Ornanus;Episcopus verò illud vniuit Mensæ Capitulari Martinen.prætendens d.beneficium vti existens in Diœcesi Accien. non cõprehendi sub alternatiua ab ipso acceptata nominãdo se solum Episcopũ Marianen.quamuis dd.duæ Ecclesiæ Marianen. & Accien. fuerint ab antiquissimo tempore ad inuicem vnitæ,& consequenter,dum illud vacauit de mense Martij,qui cessante d. alternatiua est Ordinarij iuxta d.regulam 9.Cancellariæ huiusmodi collationem ad ipsum spectare. Vnde hodie dubitaui, An prædicta alternatiua obtenta per Episcopum Marianen.suffragetur,quoad Accien. quod affirmatiuè fuit resolutum.

2. Siquidem de alternatiua per Episcopum acceptata non potest dubitari, dum de hoc clarè constat ex libris Datariæ, vbi similes acceptationes adnotantur iuxta opinionem Rotæ, *vt in Ferrarien. Prioratus 12. Mart. 1608 coram Penia, & in dec. 349. num. 1. part. 3. dec. 205. num. 2. part. 4. recent. & coram Buratt. decis. 888. num. 3.* Et licèt alternatiua obtenta fuerit sub sola expressione Diœcesis Marianeñ. Nihilominus sub illa comprehenditur Diœcesis Accieñ, adeo vt suffragetur pro omnibus beneficiis in vtraque Diœcesi existentibus.

3. Tum quia sola expressio nominis Marianeñ. stat demonstratiuè, non autem taxatiuè, prout in dubio semper præsumitur Aymon. *consil. 301. num. 3.* Rota *dec. 662. n. 3. part. 1. diuers. & decis. 114. n. 5. dec. 332. n. 4. part. 1. rec. & in Cæsaraugust. beneficij de Tauste 14. Nouemb. 1586. coram Platto relata per Garz. de benef. part. 5. c. 1. num. 706. in vers. non obstat.* Et appositum fuit solum nomen Marianeñ. quia vti dignius ab eo semper denominatio sumitur, ex argumento Text. *in l. quæritur ff. de stat. homin.* Rebuff. *in prax. tit. de vnion n. 16.* & in terminis obseruat Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 31. & 32.* Maximè quia hoc fuit etiam seruatum in propositionem dd. Ecclesiarum facta in Consistorio Papæ ad fauorem prædicti Episcopi, in qua dumtaxat nominata fuit à Cardinali Ponente Ecclesia Marianeñ. quamuis vtraque proponeretur vnde ex solito infertur, quod sub sola expressione Marianeñ. comprehenditur etiam Diœcesis Accieñ. Fut. *dec. 45. n. 2. lib. 1. in correct.* Rota *in Valentia subsidij 4. Maij 1611. coram Penia, & in nullius seu Sublacen. attentatorum 15. Ianu. præteriti coram* R.P.D. *meo Bichio.*

4. Tum etiam quia quamuis sint duæ Diœceses, respectu tamen Episcopi attenta illarum vnione vtraque pro vna Diœcesi habetur Anan. *in c. nouit. num. 2. de offic. legat.* Hoied. *de in compatib. benef. c. 3. num. 2. ad med. vers. 3. modo inter tract. diuers. tom. 15. p. 1. fol. 167.* Gratian. *discept. 655. num. 6.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. c. 16. num. 21.* Rota *coram Caualer. dec. 418. num. 3.* & fuit dictum *in Apurien. seu Ciuitaten. Archypresbyteratus 14. Decembris 1646. coram* R.P.D. *meo Bichio.* Vnde cum beneficia vtriusque Diœc. spectent ad liberam collationem Episcopi Marianeñ. in omnibus debet alternatiua gaudere, vt in fortioribus terminis firmauit Rota *in d. Cæsaraugustana benef. de Tauste coram Platto*; vbi resolutum fuit, quod Episcopus gaudet alternatiua per ipsum acceptata etiam super beneficiis extra suam Diœcesim existentibus, dummodo sint ipsius liberæ collationis.

5. Tum denique quia obseruantia subsequuta apertè declarauit Episcopum Marianeñ. acceptasse alternatiuam in vtraque Diœcesi, dum euenientes vacatione beneficiorum in Diœcesi Accieñ existentium in mensibus Alternatiuis Martij, & Septembris, illa contulit vigore d. alternatiuæ. Ex hac enim obseruantia clarè desumitur, qualis fuerit intentio Episcopi vsque ab initio in acceptatione huiusmodi alternatiuæ, Crauett. *cons. 101. n. 3.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 1. num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 63. n. 8.* Rota *coram Gregor. dec. 502. n. 2. ac in aliis adductis in dec. 28. num. 13. part. 7. rec.*

6. Nec disceptandum est in præsenti casu; An dd. Ecclesiæ sint æquè principaliter, vel subiectiuè vnitæ, quia licet Diœceses essent distinctæ, aut æquè principaliter vnitæ; tamen quoad Episcopum reputatur vna Diœcesis exemplo Præsidis duarum Prouinciarum, vt præter supra allegatos tenet Innocent *in d. c. nouit in fin. de offic. legat. quem sequuntur ibi* Hostien. *num 13.* Io. Andr. *num. 5. vers. & nota secundum, ac alij relati per Caual. in d. decis. 418. num 3. & in dec. 537. num. ... part. 4. tom. 3. recent.*

7. Itaque licet dictum beneficium vacauerit de mense Martij, qui vigore regulæ 9. Cancellariæ est semper Ordinarij; stante tamen d. alternatiua, quæ suffragatur in Diœcesi Accieñ. prædictus mensis effectus fuit Apostolicus; itaut huiusmodi collatio spectet ad Papam, Mandos. *cons. 18. sub n. 1. & 8.* & dixit Rota *in Segobien. beneficij 26. Martij 1604. coram Iusto, ac in aliis congestis in d. dec. 349. n. 1. p. 3. recen.*

Et ita Ornano tantum informante resolutum fuit, &c.

DECISIO LXXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

Hispaleñ Decimarum.

Veneris 19. Iunij 1648.

§. 1. CONcesso mandato de manutenendo sub die 15. Februar. 1647. Decano, Capitulo Hispaleñ. in exactione decimarum bonorum nuncupatorum de Bueña Esperanza prouenientium ex hæreditate Ferdinandi Henriquez, & acquisitorum à Patribus Prædicatoribus S. Pauli Ciuitatis Hispaleñ, in vim dicti mandati expeditæ fuerunt litteræ executoriales de parendo sub comminatione censurarum summ. Capituli *n. 2.* quæ capitulariter dictis Patribus intimatæ, d. summ. *num. 4.* atque in actis legitimè reproductæ, & seruari quatuor termini soliti *num. 7.* cum per dictos Patres nedum necessaria paritio non fuerit præstita, sed apertè recusata fuit sub hac die contra illos resolutum pro relaxatione declaratoriæ, quæ deneganda non erat non solum ob non paritionem iuxta stylum huius Tribunalis, de quo testatur Vestr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19.* Abb. *in c. 1. nnm. 10. de iud.* Mohed. *dec. 1. de sentent. excom.* Achill. *dec. 5. num. 2. eod. tit.* Buratt. *dec. 27. num. 1. & in recent. dec. 445. num. 4. part. 2. 254. num. 1. part. 6. & 299. num. pariter 1. part. 7. & fuit firmatum in Dertusen. decimarum 11. Maij 1609. coram Marquemontio apud Marches. part. 1. fol. 675* Bouen. *Abbatia 10. Nouembris 1645. §. moti fuerunt coram* R.P. D. *Aquellen. Toletana Canonicatus 18. Iun. 1646. coram* R.P.D. *meo Otthobono, Cæsaraugustana distributionum 25. Maij eiusdem anni coram* R. P. D. *meo Cerro*, verum etiam ex asserta expressa contradictione, quæ colligitur ex responsione data per Syndicum dicti Conuentus allegantem nullitatem, & iniustitiam dicti mandati Rotalis d. summ. *num. 6* & fuit ponderatum in eadem Bouen. §. *& præsertim, & in d. Toletana Canonicatus §. imò quod peius est. Tridentina Decanatus 27. Maij 1642. & in Barcinonen. Canonicatus 26. Februar. 1646. coram* R. P.D. *meo Roias*, Buratt. *dec. 825. num. 2. vers. & ex responsione.*

2. Non obstat prætensa immemorabilis per dictos Patres circa exemptionem decimarum deducta ad effectum euitandi talem declaratoriam. Quia cum Testes ad illam probandam examinati non deponant per verbum fuit, & est, & careant aliis requisitis recensitis *per gloss. in c. 1. in verb. memoria de præscript. in 6.* illorum depositio non releuat, Seraph. *dec. 454. num. 4. 1102. num. 1. aut ex testibus, Greg. XV. dec. 449. num. 9. vers. nam quoad immemorabilem, & decis. 101. num. 8. & part. 4. tom. 2. recent.* Et isto interim donec talis immemorabilis melius probata fuerit, non est retardanda manutentio Capitulo *iuxta text. in cap. cum persona §. fin. de priuil. in 6. & fuit resolutum in dec. 1380. n. 1. vers. his tamen non obstantibus coram Seraph. Dertusen. decimarum 1. Iul. 1620. coram Sacrato, & in rec. dec. 341. & 562. part. 1. 189. & 205. p. 2.* Hispalen. *decimarum 27. Iun. 1644. §. nec aduersantur decisiones coram* R.P. D. *Corrado.*

Nec

3. Nec releuat quod Patres à Nuncio Hispaniarum mandatum de manutenendo obtinuerint in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi has decimas, & per consequens ex hoc eorum possessio probata remaneat, excludatur possessio Capituli: Quia Patrum possessio contra Capitulum absque illius scientia, atque patientia non potuit acquiri quod, autem ab eodem Capitulo nulla fuerit habita scientia, & præstita patientia, elicitur ex arrendamentis decimarum per istos Ministros factis singulis annis cum expressa reseruatione exigendi decimas à renuentibus, & immunitatem prætendentibus, vt deponunt Testes in summ. præcedentis positionis *n.* 7. & sic corruit possessio dd. Patrum, ex quo illa ab ipsis alias acquiri non potuit, nisi data prædicta scientia, & patientia eiusdem Capituli; de quibus non docetur, vt in his propriis terminis bene respondit Rot. *in Hispalen. decimarum* 27. *Iunij* 1644. *coram R.P.D. meo Corrado* §. *nec visa fuerunt subsistere Vrurulaua decimarum.* 13. *Nouembr.* 1645. *coram R.P.D. meo Cerro.* §. *minus etiam, & in Hispalen. decimarum de Burata* 12. *Ianuarij* 1646 §. *quicquid ad finem coram eodem.* Et ex hoc reiicitur etiam obiectum factum super nullitate mandati de manutenendo concessi d. Capitulo, deductum ex eo, quod in illo non reperiatur reuocatum d. præcedens mandatum de manutenendo Patribus concessum à Nuncio Hispaniarum in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi decimas, quam reuocationem necessariam esse declarat modern. Perus. *de manut. obseru.* 108. *n.* 40. cum regulariter Iudices procedere non possint, non reuocata sententia præcedenti, ne detur sententia contra sententiam *iuxta text. in l.* 1. *C. quand. reuoc. non est necess.* Felin. *in cap. inter monasterium n.* 15. *& seq. de sent. & re iud.* & declarat Gabr. *cons.* 54. *n.* 8. *lib.* 1. Nam prædicta procedunt in casu quo primum mandatum non reperitur notoriè iniustum data enim notoria iniustitia, vt illud non indigeat aliqua reuocatione declarat idem Modern. *de manut. d. obseru.* 108. *n.* 42. *alios allegans.* De tali autem iniustitia hic non est hæsitandum, eo quia Patres concluderunt non docuerunt de eorum prætensa possessione exemptiua, cum scientia, & patientia Capituli, vt supra deductum fuit, & latè etiam firmatum apparet in decisione in hac eadem causa emanata coram me *sub* 15 *Februarij* 1647. §. *& dum &c.* imò talis acquiescentia aduersarij esse debuisset decennalis iuxta mentem Rotæ declaratam *in Spontina pensionis* 8. *April.* 1647. *coram R.P.D. meo Peutingerio.*

4. Vlterius etiam fuit per DD. ponderatum, quod sententia Nuncij Hispaniarum ad fauorem Patrum prolata emanauit diffinitiuè in iudicio ordinario petitorio, ac possessorio simul complicatis, vt colligitur ex illius lectura sum. Patrum *n.* 1. quapropter cum adhuc ab illa pendeat appellatio, bene potuit Capitulum intentare summariissimum manutentionis remedium, atque in eo per decretum pronunciari, cuius effectus durabit lite ipsa pendente Seraph. *dec.* 299. *n.* 1. *& seq. & n* 9. *vers. quarto non obstat cum seqq. Greg. XV. de decis.* 275. *vers. quia aut volumus.*

5. Nihilque facit, quod Mangellum Procuratorem dd. Patrum fuerit facta oblatio, eosdem esse paratos, & promptos parere mandatos de manutenendo, & executorialibus, facta tamen prius liquidatione d. sum. *n.* 8. quæ cum vsque adhuc facta non appareat, vtique ad relationem declaratoria deueniri nequeat.

6. Nam similis oblatio Patribus non suffragatur tanquam facta à dicto Mangello carente speciali mandato ad hunc actum necessario, & quod semper requiritur pro declaratione eorum, quæ latent in animo principalium Angel. *in l. si quis intentione ambigua ff. de iud.* Bart. *in l.* 1. §. 1. *col.* 1. *ff. de liber. agnosc.* Alex. *consil.* 18. *n.* 12. *vers. sed ita est lib.* 5. Paris. *cons.* 31. *n.* 113. *p.* 1. Seraph. *dec.* 1100. *n.* 7. *& in rot. dec.* 523. *n* 1. *p.* 4. *tom.* 2. Vicen. *pensionum* 4. *Decemb.* 1611. §. *res coram R. D. meo Decano* atque ista oblatio vti verbalis non est sufficiens ad impediendam declaratoriam ob non partitionem, vt fuit firmatum *in Colonien. monasterij* 4. *Aprilis, & 7. Maij* 1629. *coram Vbaldo, & Leodien. Abbatissatus* 1. *Iulij* 1644. *coram R.P.D. meo Ghisterio.*

7. Obiecta incertitudo summæ debitæ, ac illius omissa liquidatio minusque Patribus suffragatur, dum ipsi non comparuerunt, nec institerunt, vt talis fieret liquidatio, prout tenebantur *Mil... in repertorio ver. excommunicatus iuste* Rot. *dec.* 5. *de re iud. in nou.* Achill. *dec.* 1. *in prin. de sent. excom. & in rec. dec.* 254. *n.* 8. *p.* 6. *& fuit factum in Vicen. pensionum* 18. *Mart.* 1639. *coram R.D. meo Dec.* Imò etiamsi per eos petita fuisset liquidatio, vlterius debuissent Patres aliquid quantumuis modicum soluere, facta per eos obligatione de soluendo residuo post factam liquidationem, vt dixit Rot. *in præallegata Dertusen. decimarum*, & plenius *in D. Vicen. pensionum* 18. *Mart.* 1639. §. *non obstat, & 4. Dec.* 1641. §. *non coram eod. Reuteren. meo Decano, d. moder.* Perus. *d. obseru.* 104. *n.* 2. *& seq.*

8. Tandem non obstat prætensus excessus mandati contra Patres relaxati, cum illud contineat decima ante motam litem decursa, & per consequens declaratoria vigore d. mandati non sit concedenda.

9. Quia quando agitur de manutentione super aliqua re fructifera, & geritur res ipsa principaliter fructus etiam veniunt ex quadam consequentia, & non debentur nisi à die petitæ manutentionis, & in his terminis loquuntur decisiones Seraph. 1168. *n.* 3. *vers. decisiones in contrarium allegatæ, Tiraqu. decim.* 5. *Maij* 1608. *coram Marquemontio penes Marches. de commiss. p.* 1. *fol.* 1262. *d. moder.* Perus. *obseru.* 74. *n.* 11. §. *sed est quidem aduertendum* secus autem est quando principaliter fuit actum super ipso facto exactionis decimarum, vt in præsenti casu, & decimæ petuntur tanquam fors, & non vti aliquid accessorium, & sic veniunt etiam decimæ debitæ ante motam litem iuxta opinionem huius Tribunalis, *vt in dec.* 589. *p.* 3. *lib.* 3. *& dec.* 176. *n.* 6. *p.* 4. *diuers.* Bisignet. *dec. vlt. in fine de restit. fpol. Mediolan. pensionis* 19. *Ianuar.* 1635. *coram Merlino in rec. dec.* 3. *n.* 6. *vers. prima est. & n.* 18. *vers. sit q. semper p.* 7. *confirmata sub* 31. *Ianuar. & 27. Iun.* 1646. *coram* R.P.D. *meo Bicchio de modern.* Perus. *obseru.* 74. *n.* 11. *vers. secus vero, &c.* firmando id procedere etiam in pensionibus, censibus, & aliis similibus annuis præstationibus. Verum Domini benignius agendo ordinarunt, & mandarunt quod declaratoria concedatur expectato prius spatio temporis vnius mensis quo videri possit, si vere Patres mandato contra illos relaxato, parere velint, vt alias fuit obseruatum, & signanter *in Theatina iurisdictionis S. Ioannis in Venere* 10. *Iun.* 1621. *coram bo. me Coccino, quæ est decisio* 290. *n.* 6. *p.* 4. *rec. tom.* 2.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO LXXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles.

Pisaurẽ Iocalium.

Lunæ 22. *Iunij* 1648.

§. 1. Dissoluto matrimonio anno 1644. inter D. Comitissam Mariam Lauram Santinellã, & bonæ mem. D. Camillum Pampilium, istius Hæres coram Auditoribus Eminentiss. Legati Vrbanatẽ petiit localia, aliasque res per sponsum sponsæ, traditas, ac transmissas, & per sententiam obtinuit condemnari ad restituẽ localia, & vestes pretiosas, ac festiuas duntaxat. Causa appellationis mihi commissa dubitani, An, & quæ res ve-

niant per Comitissam restituendæ,& Domini pro enucleatione dubij animaduertebant res, de quibus agitur, esse triplicis speciei. Primo,siquidem Iocalia auro composita & margaritis,gemmisque ornata. Secundo vestes festiuas & pretiosas. Tertio vestes quotidianas aliasque res parui momenti,& crumenam nummorum.

2. Posita autem hac distinctione facti, intrat modo distinctio iuris per Rotam, & Doct. communiter amplexa quoad alias res in primo, & secundo loco descriptas,nempe quod

3. Aut sponsus tales res sponsæ animo donandi tradidit per se, vel per Nuncium habentem commissionem ad donandum,& tunc intelliguntur donatæ irreuocabiliter,& repeti non possunt *per text.in l.mater.Codice de donat.ante nupt.leg.cum hic status §.1.ff. de donat. inter virum & vxor. iuxta intellectum* Bart.*in l.penult.§.seruus ff.sol.matr.* Bald.*in auth. ex testamento n.3. Cod. de collat.*& tunc nihil refert quod sint pretiosæ,cum etiam in pretiosis teneat donatio irreuocabiliter, *l.quod adipiscendæ, & l.nuper. ff. de donat. inter virum, & vxor.* Rom.*cons.146. accipit ista quæstio per tot.* Palacios *in rub.de donat.inter vir. & vxor. §.5.* Fontanell. *de pact. nupt.claus.7.gloss.3.part.6.n.76.* Rot.*dec.113. n.1. p.1. rec.* Surd.*dec.166.n.21.& seqq.sanct.mem.Greg.XV.dec. 474.n.1.*

4. Aut vero quod sponsus noluit donare,sed dumtaxat ad vsum concedere, & tunc soluto matrimonio restituendæ sunt marito vel eius hæredi, *l.mortis sua causa in fin.ff.de donat.intr.vir.& vxor. in l. commodato. §. sicut ff. commodat.* Fontanell. *vbi supra dict. num. 74. ci cæmed.vers.aut verba constat sponsus,&* Rot.*dec.113. n.2.p.1.recent.*

5. Aut sumus in dubio, quia non constat de animo sponsi donandi,& isto casu Doctores in varias opiniones deuenerunt, *vt ex traditis à* Bart. *in l.penult.§.seruus n.2.ff.so. matrim. ab Angel.ibidem num.3.* Imol. *numer. 10. &* Castren. *numer. 4.* Fontanell. *vbi supra n.67.*Rot. *dec. 113. n.2.part. rec.* Sed communiter in hoc conueniunt quod quando Iocalia, & vestes sunt festiuæ, pretiosæ, & magni valoris non censentur donatæ, sed transmissæ ad vsum sponsæ, & vt gratia ipsius sponsi, & eius honoris honestius, ac honorificentius incedere valeat, & ideo hæredibus viri veniunt restituendæ *per text.in l.vt certò §. interdum vers. 1. ff. commodat. l.sed si vir bona 31. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. id vestimentum 25 ff.de pecul. L. Quintus Mutius 27.§.cui legatum 54 vers.si factum.* ibi, *siue alterius visionis causa, &c.ff.de aur.& arg. leg. hoc legatum 45.l.si quid earum 47. ff. de legat.3. cum aliis per Palat. Rub.d.§.3.& d. §.4.* Bart.*in d.l.penult.§.1. n.3. vers.tertia opinio ff.sub matrim.Corn.cons.81. num. 10. & seqq. lib.1.* Roland. *cons. 10. num. 15. lib. eodem.* Honded. *cons.30.num.14.lib.2.* Surd. *dicta decis. 166. num.4. & seqq.* Fontanell.*dicta claus.7.gloss.3.part.6.n.74.sub med. vers.aut sumus in dubio sanct.mem.Greg.XV. d.dec.474. n.1.*Rot.*d.dec.113.n.3.part.1.recent. & multi alij statim recent.*

6. Quibus sic præmissis in facto,& in Iure,facilis visa fuit resolutio præsentis dubij quoad res in primo, & secundo loco descriptas, quod scilicet cum non probetur Comitissam donatas fuisse à sponso, nec à Nuncio donandi facultatè habente,tanquam pretiosas, festiuas, magni valoris, & deferendas dumtaxat dum in publicum prodiret sponsa,censentur accommodatæ ad vsum, & causa, ac gratia mariti, eiusque honoris, vt ornatior sponsa incederet, & ideò cum non versemur in primo casu, hoc sufficit ad effectum vt dissoluto matrimonio veniant restituendæ,*leg.si cui certo.§. interdum. ff. commodat.& communiter Doctores in l.penult.§. seruis vxoris.ff. solut.matrimon.*Bald. *in Auth. ex testamento n.30. Cod.de collat.* Angl. *cons.339.num.3. vers. contrarium.* Anchar. *cons. 181. num. 3.* Castrens. *cons. 438. num.2. lib.2.* Boër. *in consuetud.* Bituricen.*cap.8.col.4.post med.* qui dicit *ita fuisse pluries iudicatum contra viduas, &* Fict. *dec. 315. num. 1. & 2.* qui testatur *ita iudicasse Concilium Neapolitanum tribus vicibus contra nobiles fœminas,*Surd. *d. dec.166.num.4.& seq.* Card. Mantic. *de tacit.lib.21.titul.6. num.5. & 6.* qui de receptissima testatur sententia Palat.*Rubr. in rubric. de donat. §. 6. num.5.& §.11.à num.1.* Cancer.*var.resolut. lib.1.cap.9. num.192.* Ripol.*var.cap.10. num.72.* Gomes, *in l.50. Tauri num.3. & alij congesti à Merend. contro. lib.6. cap.7. num.2.* latissimè Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 25.num.10.& seq.*Ciriac. *controuers.120. num.30.& 67.* & Rota *pluries hanc opinionem sequuta est vt coram Bisignero decis.vnic.sub num.4.vers. quoad vasa, & iocalia,& num. seqq. de donat. int. vir.& vxor. in Vrbeuetana Iocalium 12. Iunij 1589. coram Orano, & in Ferrariendueri dotis 13. Martij 1606. coram Manzanedo, quæ est supra allegat. decis. 113.part.1.recent. & coram sanct.mem.Gregor. IX. d. decis. 474. & in Romana iocalium 11. Decembris 1641. coram bon. mem. Merlino in §. posito autem, &c.* vbi subdit rationem posse credi *maritum tradidisse hæc iocalia ad pompam & dignitatem suæ familiæ, & vt satisfaceret consuetudini patriæ, dedecus enim fuisset si eius sponsa inculta prodisset;* ideò reiicienda est præsumptio donationis, quæ nunquam admitti solet dum alia recipi potest *lege cum de indebito ff. de probat.* Sanchez Cyriacus Fontanell. & *alij superius allegati, & perpendit* Rota *in dict. decis. vnic.num.6.coram Bisignero de donat. int. virum & vxor. & dict.decis.113 n.3.part. 1.recent.* & quod vestes & ornamenta pretiosa censeantur duntaxat data ad vsum latè multis citatis Antonerl.*iun.cen.1.cons.24. num.1. & seqq.*

7. Nec vlla distinctio est facienda, an Iocalia tradita fuerint ante, vel post consummatum matrimonium; Quia quocumque tempore inspecto nunquam censentur donata quando sunt pretiosa,semper enim militat eadem ratio non præsumenda donationis, dum alia capi potest præsumptio, *vt optimè probat text.in dict. lege. sicut certo dict.§. interdum ibi sponsa forte sua vel vxori ff. commodat.* Imol. *in leg. penultim. §. seruus sub numero 11. vers. idem attende. ff. solut. matrimon.* Roland.*cons.10. num.13. vol. 1.* Clar. *in §. donatio quæst. 10.num.3.* Rot. *in dict. decis. 448. num.2. coram sanct. mem.Gregor.XV. & dict.decis. 113. part.1.rec.num.7.& 9. vbi prudenter dubitauit de opinione* Ant.Gomez *contrarium tenentis, quem postea, & insuper Montaluum, & Matienz. malè distinguentes aperte reprobauit* Gutierez *pract.q.Cuil.lib.2.q.19. per tot. & reprobat etiam* Sanchez *de matrimon.d. lib. 6. disp. 25. num. 28.* Rot. *in dict.Romana Iocalium coram Merlino in §. nec vero vlla facienda, & alij per Merend. vbi sup. num.4.&* Leo *decis.*Valent.*num.36.num.8.& dict. decis.113.n.9. p.1.recent.*

8. Prædictaque certiora sunt in casu nostro,quia nedũ pro parte Comitissæ non probatum fuit nos versari in primo casu prout debuit ad effectum defendendi donationem, quam prætendebat, & sat esset nos versari in tertio casu, nempe in dubio quod scilicet non constet de animo donandi, ad effectum vt donatio excludatur. Sed insuper ex depositionibus Testium datis *in Summ. hæredis n. 10.* probatur sponsum prædictas res sponsæ transmisisse, vt incederet ornatior, *e conforme alle sue pari* (vt sunt verba Testium) ideo certum remanet nos versari in secundo casu excluderet penitus donationem, *vt probant supra alleg. & signanter* Fontanell. *de pact. nupt.d.claus.6.gloss.3 part.6.n.74. circamed.&* Rota *d. decis.113.n.2.part.1 recent.*

9. Ex prædictis Testibus animum sponsi non donandi dependentibus omnino est inhærendum, cum vnus sit Auunculus Comitissæ, omnes sint formiter examinati, & deponant de certa scientia, & de publica vo-

ce,

ce;& fama,*ex not. per* Bart.*in l. admonendi sub n.* 48. *ff. de iureiur. Alex. cons.* 280. *sub num.* 6. *vers. licet enim lib.* 2. *Fabr. de probat. concl.* 1. *num.* 8. & in fortioribus terminis, quod ad declarandum animum, & voluntatem testatoris sufficiant duo Testes *tradunt Mantic. de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 2. *Afflict. dec.* 44. *num.* 27. *vers. testatorem dixit, & num.* 29. *vers. ex quo probatur*, Rota *dec.* 761. *num.* 13. *par.* 1. *rec.* imò quod sufficiant Testes singulares *Castr. cons.* 395. *num.* 1. *vers. isti quidem Testes post med. lib.* 2. *Aym. cons.* 73. *num.* 33. *& cons.* 714. *num.* 16. *Soc. Iun. cons.* 178. *num.* 6. *& seqq. lib.* 2. Rot. *dec.* 765. *num.* 7. *par.* 2. *recent. & decis.* 1302. *n.* 1. *coram* Seraph. Quodque ad hunc effectum sufficiant duo Testes coniectes,& minus idonei tradit *Signorol. cons.* 188. *n.* 15. *Mandell. cons.* 529. *num.* 2. vbi de communi *Surd. cons.* 129. *num.* 28. *in fin. & consil.* 356. *n.* 12. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 19. *sub n.* 2. *& seq.* Rot. *dec.* 381. *num.* 6. *& seq. coram* Caual. *& in Auenion. fideic.* 9. *Decemb.* 1637. §. *nec Dominus coram Emin. & Reuer. D. meo* Card. *Pancirolo.*

10. Absque eo quod quidquam obstet vnicus Testis à Comitissa datus num. 2. deponens sponsum de his localibus, & vestibus dum sponsa exornabatur dixisse, *metegliele aceiò sele goda perche son sue.* Tum ista verba non probantur per Testem vnicum & singularem *c. licet & c. veniens de testib Far. de test. q.* 63. *c.* 1. *& seq.* Rot. *in Florentina, seu bonon. de Barbadoris* 13. *Iul.* 1640. *coram Coccino.* Tum etiam quia prolata non sufficerent ad inducendam donationem tanquam blanda, & iocosa ad hoc à sponso prolata, vt Puellæ sponsæ animum & gemmis vestibus,& verbis recrearet, non autem vt inde desumi posset argumentum donationis, *quemadmodum dicitur de verbis captatoriis, & blandis in c. cum venissent, & ibi Canonist. de instit. & in l. ita stipulatus, vbi Iaf. num.* 5. *ff. de verb. oblig.* latè multis congestis *Gomez in dd. Tauri* 50. *n.* 3. *& in his terminis Sanchez de matrim. d. lib.* 6. *disp.* 25. *sub num.* 14. *vers. at licet, & vers.* 3. *quia & n.* 15. & si vir fateatur res esse vxoris *contra Barbosam, & in d. Rom. Iocalium* 11. *Decemb.* 1641. *coram Merlino in* §. *deductâ autem & c. in d. dec.* 113. *num.* 10. *par.* 1. *rec.* sed iuxta subiectam materiam intelligi deberent ad omne peius de donatione ad vsum, *vt docet* Bart. *in l.* 1. §. *nec Castrense n.* 10. *vers. & ideo puto. ff. de collat. bon. Palatios Rub. de donat. int. vir. & vx.* §. 7. *num.* 1. *& seq. &* §. 11. *à num.* 1. vbi latè multis adductis iuribus *optima & singularis gloss. in l. eum quid in verb. pro cauto. ff. si cert. pet. multi apud Merend. vbi supra d. n.* 4. *vers. quo in casu &c. Tusc. concl.* 698. *num.* 27. *in verb. donatio cum aliis per Roland. cons.* 10. *num.* 15. *& 16. lib.* 1. *& Borgnin. decis.* 64. *num.* 19. *& seqq. Fontanell. vbi sup. n.* 76. *Vrsil. ad afflict. dec.* 315. *num.* 1. Modern. *Maceraten. d. cons.* 24. *num.* 3. *& Alex. Rolan. & aliis.*

11. Nec placuerunt Dominis coniecturæ per informantes pro Comitissa ponderatæ. Nam prima deducta ex nobilitate vtriusque coniugis non vrget; Imò verior est contraria, quod nempe iocalia pretiosa, neque inter magnates censentur donata, *quemadmodum de pretiosis ornamentis traditis à Ruberto Malatesta sponso filiæ Ducis Vrbini sponsæ consuluit, Corn. cons.* 81. *vol.* 1. *& comprobant Laderch. cons.* 118. *n.* 3. *& 4. & Hond. cons.* 30. *vol.* 2. *& de Magnatibus Regni viris Primariis, & opulentissimis loquitur. Guttier. pract. q. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 4. *& 9. & de familia Iustiniana clarissima, splendidissimâ loquitur d. dec. Rom. Iocalium coram Merlino, & de familia Bentiuola nobilissima loquitur d. dec.* 113. *p.* 1. *rec. quæ n.* 14. *subdit quod contraria opinio aliquam probabilitatem haberet si coniuges essent disparis conditionis*, quæ disparitas hæc cessat, *Grat. disc. fori c.* 189. *n.* 19. *& 20. Surd. d. dec.* 166. *n.* 22.

12. Quæ doctrina caret difficultate quando maritus trenta eius qualitate non potest dici dives, *Cancer. d. c.* 9. *n.* 192. *plurimi apud Merend. vbi sup. n.* 3. probantes istam distinctionem etiam inter coniuges Illustriss. quia non solum qualitas, sed etiam facultates sunt considerandæ *l. si filiæ* 43. *ff. de leg. l. gnaro* 60. *l. sine generalis.* 61. *& l. cum past.* 69. §. *Gener a socero* 4. *ff. de iur. dot. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 88. *n.* 49. *& 50. & cent.* 3. *cas.* 118. *num.* 5. *vbi hoc tantum procedere in opulentissimis & Principibus, Barbos. in l. quæ doctis* 34. *n.* 80. *vers.* 2. *limita ff. sol. matrim. Fontanell. de pact. nupt. d. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 6. *n.* 77. *Leon. dec. Valent.* 36. *n.* 5. *optimè* Rot. *dec.* 113. *n.* 3. *par.* 1. *rec.* imò & nobilitatem, & iuuitas simul non sufficere, nisi actus à nobili gestus conueniret donationi, & in rebus non magnis ex Bart. *& aliis contra Barbos. defendit Sanchez de matrim. d. disp.* 25. *n.* 19. *cæterum vbi fusè.*

13. Secunda verò coniectura deprompta ex senectute sponsi, & iuuentute sponsæ, eò minus visa fuit reluans. Nam præterquam quod senectus ista non probatur, non intrat præsumptio donationis, quando ex aliis maner recompensata iuuentus Honded. *d. cons.* 30. *n.* 26. *lib.* 2. Bald, *Nouell. in tract. de dot. part.* 10. *n.* 10. Et satis recompensata videtur iuuentus sponsæ ex eo quod nupta fuerit cum tam modica dote, quæ licèt fuerit scut. trium millium, attamen duo millia erant accipienda in bonis stabilibus æstimatis,& reliqua millia in sex terminis, & sex annis minutatim soluenda; quæ solutio incommodissima est creditori, *l.* 3. *ff. de alim. & cibar. legat. l. planè* 3. *ff. famil. erciscæ. cum aliis per gloss. ibi in verb. non minimam, & per Ant. Fab. in Rational. Gail. de credit. c.* 4. *q.* 8. *n.* 1045. *&* 1046. *vbi in puncto de dote*, nam exiguitas dotis detrahit iuuentis merito, *vt istis verbis Surd. con.* 164. *n.* 36. *in fin. & concludit Palat. Rub. sup.* § 11. *pretiosis non censeri donationem; nec à sene facta quia cum in* §. 10. *loquutus fuisset de sene, postmodum in d.* §. *distinguit inter pretiosas & quotidianas, quo argumento vitur Sanchez d. disp.* 25. *n.* 19. *vers. cæterum, Leo, vbi supra n.* 17.

14. Et nullam posse considerari recompensationem vbi non adest commodum bursale *dixit* Bald. *Nouell. d. tr. de dot. p.* 10. *num.* 8. *in puncto de donatione facta iuueni à sene*, quæ magis stringunt in proposito ex eo, quod fratres Camilli sponsi habuerunt dotes sex millium scutorum licet fuissent minus diuites, & quando dos est parua non præsumitur donatio, etiamsi alias præsumeretur, Palat. Rub. *dict.* §. 1. *n.* 14. *in fin. Fontanell. vbi supra num.* 72.

15. Et tandem ista coniectura nihil omninò potest operari quando constat de voluntate (provt in casu nostro) sponsi non donandi, *vt probant omnes supra allegati; quibus addi possunt Hond. d. cons.* 30. *num.* 25. *lib.* 2. *Gail. obser.* 144. *num.* 6. *lib.* 2. Card. Seraph. *dec.* 712. *n.* 4. *Reuerendiss. Vrgell. dec.* 405. *n.* 10. Rot. *dec.* 478. *n.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

16. Et hæc concordes Domini dixerunt quoad res in primo, & secundo loco descriptas & in sententia de partibus enumeratas, nempè *filum margaritarum, iocale aureum adamantibus ornatum, duos annulos aureos cum rubino, & adamante in eis aptatis, inaures aureos cum margaritis ex eis pendentibus. & vestes scriptas, (vt vulgo dicitur) l'habiò di brocado resino, è la veste di brocato bianco.*

17 Quo verò ad alia in tertio loco descripta Domini non fuerunt concordes. Quia licet pro maiori parte censuerint quod ea tanquam non pretiosa, & ad quotidianum vsum destinata, irreuocabiliter spectent ad viduam superstitem, & ideo non veniant restituenda, *Afflict. dec.* 315. *n.* 3. *& ibi Add. vers. vestes missæ vxori. & Vrsill. n.* 1. *Menoch. qui admittit Iudicis partes esse hoc arbitrari cas.* 215. *n.* 15. *de arbitr. Iud. Guttier. pract. quæst. lib.* 2. *q.* 19. *num.* 9. *Cyriac. contr.* 120. *num.* 54. *&* 72. *Surd. dec.* 166. *num.* 8. *Sanchez de matrim. lib.* 6. *disput.* 25. *num.* 10. 11. 13. 22. 23. 24. 25. *& seq. Fontanell.*

pact. nupt. de claus. 7. gloss. 8. part. 6. num. 54. 55. 56. & 58. vbi de vestibus arbitrandis à Iudice, & d. claus. 7 glos. 3. part. 7. num. 89. Bart. *in l. in his §. ff. sol. matrim.* Bald. *in l. cum à te col. fin. C. de donat. ant. nupt. Peregr. dec. 140. n. 3.* Castill *dec. 93. num. 9.* Rot. *in d. Romana iocalium coram Merlino §. fin.* Gomes. *sup. num. 4. ad fin.* Menoch. *de arbitr. cas. 88. num. 51. & cas. 218. num. 5. vbi plures Sanchez de matrim. d. disp. 25. num. 20. & alij per Merend. d. c. 27. num. 5.*

18. Vnus tamen ex Dominis aiebat in presenti casu non solum vestes pretiosas, sed etiam quotidianas, & omnia alia paruis etiam valoris esse restituenda. Quia quando appareat de animo non donandi nihil nec modicum quidem apud sponsam remanere debet, vt probant omnes allegati in principio decisionis, ex quibus multi etiam in dubio dixerunt non præsumi donata *ex allegat. à* Fontanell. *supra n. 67.* Vrsill. *ad Afflict. dec. 315. n. 1.* Sanch. *disp. 15. n. 1.* At in præsenti Testes *Sum. hæredis n. 10.* deponunt Dominum Camillum voluisse dumtaxat ad vsum commodare, non autem donare; sed etsi intelligeretur donatio, adhuc omnia essent restituenda, quia omnes præcitati Doct. loquuntur non solum quando matrimonium est ratum, sed etiam quando est consummatum, aliàs nil sponsam lucrari Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 21. p. 4.* Gomez *in l. 50. Tauri n. 3. melius Palat. Rub. d. Rubric. §. 4. in princ. & in l. 52. Tauri n. 16.* Sanch. *d. lib. 6. de matrim. disp. 19. n. 2 & 3.* optima omnes ratione, quia cum ista sponsalitia largitas facta sit ob causam matrimonij *l. cum veterum 15. C. de donat. ant. nupt. vbi DD.* non accedente consummatione non est perfectè adimpleta conditio.

19. Nec dicatur consummationem præsumi ex eo quod simul sponsi cubauerint. Nam vltra quod hoc non probatur, solum enim producitur cuiusdam ancillæ testimonium, quæ nihil aliud dicit quàm quod sponsi remanserant soli in Cubiculo, quæ cum sit mulier, Ancilla, & vnica quam nihil probet clarius est quam vt probatione indigeat Farinac. *de testib. quæst. 59. num. 4. & 37. & quæst. 55. n. 55. & n. 113. & quæst. 63. cap. 1. n. 1.* & etiam admissa hac depositione nil releuat, quia ad probandam copulam præsumptiones debent esse violentæ *c. præterea 27. de Testib. c. ex litteris 12. c. 3. loco 13. de præs.* Rota *multis citatis in Romana Nullitatis matrimonij 19. Ianuar. 1646. § Et in hac materia coram me*, & quod ad lucrandam largitatem sponsalitiam non sufficiat præsumptio consummationis matrimonij resultans ex eo quod sponsus traduxerit sponsam ad domum suam docet Abb. *in c. fin. in fin. de sponsal. & aliis citatis* Sanchez *d. lib. 6. disp. 19. n. 4. reprobato Gregorio Lopez.* Nec interest quod opponitur in facto, quia *vt bene notat.* Abb. *in d. c. fin. de sponsal. n. 2. Vbi ius aliquod inducitur ex præsumptione certa, seu ex aliquo facto non est satisfactum nisi illud factum sit perfectum* quæ sunt ipsius & Abbatis verba, *& optime ille textus ad propositum.*

20. Et cum hoc sit suæ intentionis fundamentum id tenetur probare. *Quia in exceptionibus Deum partibus Actoris fungi oportere, ipsummet exceptionem velut intentionem implere his verbis Vlpian. ait in l. in exceptionibus 19 ff. de probat. & addem est text. in l. Ab ea 5. l. si factum 9. l. Quoties 18. eod. tit. l. 1. ff. de except. cum aliis per glos. & Gotof. ed. vbique.*

21. Imò è contrario pro non consummatione matrimonij multa videtur vrgere. Primo testes qui deponunt se id audiuisse sæpiùs à Domino Camillo, & de publica voce, & fama, quæ cum multum attendatur etiam ad probandam copulam *c præterea 27. de testib. c. 2. de consanguin. & affinit.* à fortiori pro non copula facit. Secundo confessio Iudicialis eiusdem sponsi, dum petiit vt sponsa cohabitaret, vel Religionem intraret quod vltimum fieri non poterat matrimonio consummato *c. ex publico de Consanguin. & Affinit.* Sanch *cum multis de matrim. lib. 2. disp. 22. & 24. per tot.* Tertio non leue argumentum est matrimonij non consummati quod Pater sponsæ dotem promissam Camillo à debitore eidem delegato exegit viuente eodem Camillo quod contra bonam fidem factum fuisset si matrimonium non habuisset pro desperato.

22 Nec leuis præsumptio est ipsa propera, & tantum non antelucana sponsæ è cubiculo, siue è cubili migratio, vt colligitur ex cuiusdam Poëtæ versu,

23. *Hæc mora prosiliit tunica velata recincta.*
& ex Satyrico.

24. *Raptimque ædem Veneris intrauit.*
Et vnus ex Testibus Aunculus Sponsæ pro argumento non consummationis adducit noluisse sequi Maritum.

23. Accedit quod ipsa allegat senectutem Sponsi, & licet non satis probetur, sufficit tamen ad præsumendum quod eum tanquam senem aspexerit, imò desperarit vt ex alio Poëta.

Et senis amplexum culta puella fugit.

24. Nec se excusare potest à culpa vt prætenditur ab Informantibus pro ea. Quia non sufficit copiam sui nocte vna Marito fecisse, nam debuit tempus conueniens expectare *ad trad. per Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 108. n. 21.* Narbon. *de stat. ann. 50. q. 6. n. 1.* Quia vt ait Satyricus.

Quod hodie non est cras erit, & magis in puncto, *summa tamen excusationis meæ hæc est 3 Placebo tibi si me culpam emendare permiseris.*

25. Ex quibus præsumptionibus oritur saltem quod Sponsa maioris probationis onere prægrauetur *Gloss. & DD. in l. trasactione C. de transact.*

26. Sed & fortè sufficere etiam consummato matrimonio noluisse sponsam ad viri domum accedere, & cohabitare, ad quod iure naturali, diuino, & positiuo teneri docet Sanch. *supra lib. 9. disp. 4. n. 1.* sicut & debitum reddere *disp. 2.* ad liberorum procreationem, qui finis est matrimonij; idem Sanch. *lib. 2. disp. 29. n. 8. & 14.* & sequi maritum ad suum domicilium *c. vnaque 13. q. 2. & ibi gloss. &* Barbos. Tiraquell. *lib. 1.* Commib. *gloss. 1. part. 1. num. 39.* Sanchez *supra lib. 1. disp. 40. num. 6. & disp. 41. à num. 1.* sub pœna peccati mortalis *num. 2* Nauarr. *in sum. c. 14. n. 20. cum aliis per eos adductis.*

27. Præterquam quod contrahens matrimonium nó solum liberorum procreationem intendit, sed omnia quæ veniunt ex natura matrimonij, vt est illa individua vitæ consuetudo, de qua in eius definitione *c. illud in fin. de præs. l. 1. D. de nupt. cum aliis per* Sanch. *d. lib. 2. disp. 1. num. 1. &* Aristot. *lib. 8. Ethic. c. 14 Homines* (ait) *Coniugium subeunt non solum procreationis, sed eorum etiam gratia quæ ad ipsam conferunt vitam, & ex D. Thom. & aliis* Sanch. *lib. 9. disp. 4. num. 4.* Et sic cum causa propter quam fuit donatio non fuerit sequuta, & hoc Sponsæ culpa quæ iuris & Iudicis decreto insuper habitis *Sum. n. 4* noluit cohabitare, nullo iure poterit nec modicum ex dicta donatione retinere *l. 8. final. ff. de donat. l. 1. §. dictam 8. C. de cond. ob caus. l. si ego 9. ff. de iur. dot* quia causa non videtur implota, nisi plene liquatur effectus *text. in l. fin. in fin. ff. de cond. caus. dat.*

28. Accedit, Vestes quotidianas ideo censeri donatas quia computantur in alimentis, vt latè probat Sanch. *de matrim. d. disp. 25. n. 10. 26. & 28.* sed virum non teneri alere vxorem quæ sine iusta causa ab eo decedit *multis probat.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 16. num. 1. & tit. 6. q. 10. n. 5.* Quia mulier debet esse in obsequio viri, & eam principaliter maritus alit propter obsequia, quæ præstantur ab vxore *d. q. 16. n. 12. & bene tit. 3. q. 32. n. 8.* & durum quidem fuisset ad alimenta virum cogere, & vxore & dote spoliatum, cum alias nec indotatam alere teneatur, ex vulgatis.

Nec

29. Nec sufficit partem implere nisi totum perfectè impletum sit *l. si quis aliam 46. de solut.* & ita impleatur, vt non auocetur ab incipiente *l. si rem meam 20. ff. de solus cum aliis per gloss. ibi* verbo *Rem. meam.* Non enim videtur possessionem adeptus qui ita nactus est, vt eam retinere non possit per hæc verba ait Iauolenus *in l. non videtur 20. ff. de acquir. voss.* Non ergo sufficere potest vna nocte cum viro cohabitasse, si amplius non licuit Marito illam indiuiduam vitæ consuetudinem retinere Sponsæ culpa; Vnde ex actu pœna digno non debet vllum legale præmium reportare *l. sine hæreditaria 22. in fine ff. de reg. gest. Sanch. dict. lib. 6. disp. 18. n. 6.*

30. Iisdem rationibus tentari posse videbatur etiam donata Matri, Sorori & fratribus sponsæ restituenda, vel ab ipsis accipientibus (cum fuerint ob eamdem causam donata quia rediit ad non causam effectu matrimonij plenè non sequuto *l. nihil refert 4. in fin. ff. de cond. sin. caus.* Nec interest quod per eos non steterit. Quia etiam casu fortuito non sequuta causa donatio intercedit *d. l. 2. § fin. ff. de don.* Vel ab ipsa spon. quia in donatione ob causam non adimplet, tenetur ad interesse *l. naturalis 5. § 1. & 2 ff. de præsc. ver.* & ad sumptus propter illam causam factos *l. qui pecuniam 5. § 1. ff. de cond. caus. dat. & ibi Faber. litt. A, col. 6. fol. mihi 266. col. 2. statim post princ.*

31. Crumenam verò cum pecuniis omnino reddendam securius affirmabat, cum non sit computanda inter res ad vsum quotidianum comparatas, nec dubitetur de traditione, nec interesse quod non constet de quantitate, quia id partis tradentis Iuramento deferendum, cum constat de traditione *dixit Dec. cons. 146. sub n. 14. post princ. vers. ex hoc Hippolyt. de Marsil. singu. 689. qui dicit menti tenendum. Gail. de Cred. c. 2. tit. 3. n. 754.* Nec obesse testimonium de restitutione, quia vt est in broccardicis *dictum melius prolixe Farin. de test. d. c. 63. num. 1.*

32. Deinde quia fuit missa ab Illustriss. D. Christophoro Camilli fratre, & sic in quocunque euentu siue sequuto siue non sequuto matrimonio eo dissoluto debet restitui, quia donata à Consanguineis viri, eius contemplatione censetur donata nulla habita distinctione inter pretiosa, & quotidiana, *vt ex Bart. Ias. & aliis Roland. consil. 10. num. 11. lib. 1. Borgnin. dec. 64. num. 22. Castill. dec. 93. n. 5. lib. 1. Clar. recept. sentent. lib. 4. § Donatio quæst. 10. num. 2. Thesaur. lib. 3. quæst. 5. num. 4. Gratian. discept. 139. num. 3. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 6. num. 92. Sanchez dict. lib. 6. disp. 26. n. 11. cum multis aliis, & Sacræ Theologiæ, & Iuris Auctoribus in id expenden. leg. si etsi plures 11 § in arrogato ff. de vulg. & alia Iura Cancer. variar. lib. 1. c. 9. n. 194. Ripol. dict. c. 16. num. 309.* Rota *dicta Romana Iocalium §. Idemque dicendum coram Merlino* etiam si conueniant tantum vxori, *vt contra Angelus Imol. in l. sed si plures § in arrogato num. 11. vers. certè Alex. n. 13. ff. de vulgat. Thesaur. supra num. 5. vnde missa à sororibus Camilli coronæ flores, & alia videbantur restituenda.*

33. Addebat quod non satisfacit Sponsa reddendo vestes tritas, & consumptas, quia cum eius culpa causa non fuerit sequuta non potuit eis bona fide vti, & quia tenetur ad interesse vt supra dictum est.

34. Fuit tamen secundum communem DD. sententiam, & distinctionem capta resolutio esse restituendas res dumtaxat descriptas supra *in §. Et hæc concordes Domini, &c.*

Vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Arguelles.

In causa Fanen. Præcedentiæ.

Mercurij 1. Iunij 1648.

§. 1. ABbas Vffredotius in suo testamento fundauit sex beneficia in Cathedrali Fanen. & inter alia ordinauit, quod sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum cum ad infirmos deferretur, comitarentur post Canonicos beneficiati, & in Choro cum ipsis Canonicis interessent horis diuinis: reseruato iurepatronatus suis hæredibus de Primogenito in Primogenitum *Sum. Vffreduccij n. 1.* Capitum Sede vacante acceptauit fundationem, & Patronatum, & assignauit dictis Beneficiatis locum immediatè post Canonicos; sed cum instaretur apud Reuerendiss. D. Episc. vt dictos Beneficiatos institueret, hoc fecit assignando eis locum post Curatos ciuitatis, & post duos Mansionarios, qui præceduntur à Curatis, quando interfunt in Choro. Acquieuerunt instituti, sed Patronus appellauit, & mihi commissa causa dubitaui, quis locus esset assignandus dictis Beneficiatis & Domini esse assignandum immediatè post Canonicos responderunt.

2. Ratio resolutionis fuit quia cum dicti Beneficiati constituant cum Canonicis corpus Cleri Ecclesiæ Cathedralis *Grat. discept. 298. num. 50.* & teneantur cum eisdem inseruire, segregari non debent ab ipsis per interpositionem Curatorum aliarum Ecclesiarum, *vt respondit Sacra Rituum Congregat. in vna Turritana 1. & 27. Iulij anni 1601. & in alia Terull. 20. Decemb. eiusdem anni, vt refert Barbos. in summa dec. Apostol. Collect. 60. verb. Beneficiatis n. 3.* Quibus S. Congregat. placitis semper maxima cum reuerentia ab hoc nostro Tribunali declaratum fuit, *vt testatur dec. in Romana præcedentia 18. Maij 1620. coram Sacrato, & in Oppiden. Processionum 28. Maij 1646. §. Et hæc, & 15. & Iun. 1647. §. 1. coram* R. P. D. *meo Verospio*, vbi multi citantur & quod si ordo Præbendariorum qui immediatè sequitur post Canonicos Rot. *in Hispal. Præminentiarum 17. Iun. 1613. coram Sanctissimo inter. rec. dec. 506. n. 3. p. 1.* Monstrosum enim, & præter ordinem naturæ videretur intra vnum corpus aliud inserere, vt bene *Ferr. de præcedent. quæst. 1. num. 6. in fin. quam rationem considerat. Io. Monach. in c. Rom. num. 9. de sent. excommun. Gratian. discept. 111. num. 3. & facit bon. memor. Coccin. dec. 197. n. 1. cum seqq. & n. 13. & 15.* Rot. *decis. 152. n. 1. p. 6. rec.* Et in proximis terminis de Priori S. Mariæ de Pilar volente se in choro Cathedralis intercedere dixit Rot. *decis. 111. num. 1. & 4. pag. recent.* & facit aliud responsum eiusdem sanctæ Congregationis in vna inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterbien. cum eiusdem Ciuitatis Curatis, vbi quod etiam quando ipse Parochus defuncti eius feretrum comitatur debeant præcedere Capitulum, & Clerus Cathedralis, & in aliis sic fuisse decisum commemoratur per Barbos. *de offic. Paroch. c. 9. num. 7. & de Canon. c. 18. num. 60.*

3. Secundò, quia Beneficiati exercent officium suum in propria Ecclesia (in qua Curati considerantur tanquam Clerici extranei) & sic debent præferri, bonus text. *in l. 1. C. de offic. Vicar. Natt. cons. 62. per tot. Gratian. discept. foren. cap. 298. num. 1. 38. 40. 41. & 54. & aliis in Taurinen. delationis Baldacchini 4. Iulij 1646. §. neque demum coram* R. P. D. *meo Corrado, Ferr. de præced. quæst. 8. num. 7. & q. 32. num. 2. & 3. faciunt erudite congesta per* R. P. D. *Contelorum in tract. de præced. n. 17. 19. & 63.* & non solum ratione officij, sed &

ratione

ratione loci competit illis ea præcedentia in choro ad tradita per *Gratian.supra dicto num.* 38. & 2[illegible]. Barbos. *dicto c.*69.*n.*3.*& seq.& de Canon.c.*18.*n.*37.*Ferr.dicta q.* 32.*nnm.*2.

4. Deinde quia idem cauetur in processionum incessu,vt habetur in Ceremoniali Episcoporum *lib.*2.*c.*33. *col.*3.*vers.* & vltimo loco Clericis Ecclesiæ Cathedralis,& c. Cuius dispositio seruari debet ex Constitutione sanct.memor.Clementis VIII.dat.11. Iulij 1600. Incipit cum nouissimè 6[illegible], in ord[illegible] Bull. meo, *tom.*[illegible] *fol.*99 & plenè firmat Rota *Aliis congestis in d.Oppid. Gratian.d.discept.*298. *num.* 28. Vnde idem dicendum quoad ordinem sedendi in Choro ad tradita in allegata *decis.*306. *num.*3.*part.*1.*recent. Gratian.discept* 940. *num.*25.

5. Vlterius quia Capitulum admisit fundationem cum qualitate quod beneficiatis assignaretur locus immediatè post Canonicos, quod eo magis firmum consideratur,quia factum Sede vacante, quo tempore Capitulum habet vices Episcopi in omnibus concernen. Iurisdictionem Episcopalem (quibusdam exceptis, inter quæ hoc non reperitur) *c.cum olim.* 14.*vbi gloss. & Doctor.de maiorit. & obed. cum multis aliis per Riccium in prax. decis.*572. *num.*1. Barbos. *d.c.* 4. *& de potest. Episc.alleg.* 36.*num* 9. *& alleg.*45. *num.* 27. *& de Iur. Eccles.c.*32.*num.*61.*Viuian.in prax. Iurispatr.lib.*5.*c.*3. *num.*32.

6. Vnde benè potuit admittere istam fundationem cum supradicta qualitate, *vt post Lambert. & alios Pauin.de potest.Sede vacant.p.*5.*q.*2.*num* 5. Garz. *de beneficiis pa*[illegible] *t.*5.*c.*9.*n.*79.*Viuian.de Iurepatr. lib.*1. *c.*2.*n.* 44.*& lib.*2.*c.*1.*num.*15.Barbos.*de potest.Episc.alleg.*70. *num.*32.

7. Quapropter non obstat D. Episcopi Decretum.Et eò minùs quia appellatione extinguitur iudicatum *l.*1. *fin.C.ad sen. cons.Turpill. vel suspenditur. l.furti* 6.§.1. *ff.de his qui not. infam.l si quis* 11. *C. de reb. credit. vbi communiter scribentes.*

8. Nec obstat consuetudo prætensa per Curatos præcedenti Mansionarios. Nam licet in honorariis potissimum obtineat locum,*vt notat Bald.in c.causam n.*6.*de probat.& in c.eum olim de consuetud.Menoch.cons.*126. *num.*[illegible]. *Nauarr. cons.* 2. *de maioritat. & obed. Gratian. d.discept.*298.*num.*8.Rot *decis.*4. *in fin de elect. in nou. & decis.*214 *num.*4.*part.*8 *seu part.*4.*tom.*2. *& decis.*85. *num.*5.*part.*5.& quod signet locum sedendi, eundi, & standi *Franc.decis.*387 *num.*4. *Decian. cons.*21. *num.* 6. *volum.*1.*& multis cumulatis Tiraquel.de nobilitate c.* 2. *n.* 55. *vers. Sed in hoc, & facit Bulla san. memor. Gregor.*XIII. *in ordine* 8.*cuius meminit Zerol.in prax.Episcop.*1.*p.verb.Processiones vers. Ad tertium principale. &* Rot.*in Mutinen.præcedentiæ* 25.*Iunij* 1638.*coram bon. Merlino cum aliis.* Primo quia nec probatur, nec docetur de præscriptione eò magis quia est odiosa Rota *in Astensedus,quæ est* 865.*num* 5.*&* 6.*p.*4. *diuers. Gratian.vbi proximè n.*53.Et sic non extendenda nec de casu ad casum, nec de persona ad personam *Fab. de Ann. cons.*122.*n* 32.*&* 33.*lib.*2.*Mastrill.cum aliis de Magistratib. lib.*4.*c.*13.*num.*64 *Surd.consil.*303.*n.*6. *& dec.* 131*num.*9. *Ponte de if.* 8. *num.*10. *&* 11. Rota *decis.* 172.*n.*2.*p.*1.*diuers.& dec.*513.*num.*17.*part.*5.*recent.& est text in l.*1.§. *si quis hoc interdicto vbi Bart.ff. de itin. actuque priuat.*

9. Præcipuè cum hoc non sit ratione introductum ad *l. quod non ratione introductum est* 39 *ff.de legib. interpretando verbum similibus.de similibus in specie,vt fecit gloss.ibi* [illegible]*utione secunda probata ab Ant.Fab.ibi in Rational.Oswald.ad Donell.lib.*1.*c.*5.*lit.A.*

10. Præterea quia sumus in facultatiuis,quia non inducunt consuetudinem in his quæ sunt liberæ potestatis Abb.*in c.ex p. Essensi* 10. *num* 7. *in vltim. notab. de concess.Præbend.Ias.in l.quominus num.*28. *ff.de flumin. Cranett.cons.*96.*num.*4.*Grat.vbi supra num.* 10. Requiritur enim prohibitio, & interpellatio, à cuius tempore nascitur præscriptio, Bald.*in l.*2. *C. de seruit. n.*54. *Nat.cons.*106 *num.*9.*ad fin.lib.*1.*Surd. cons.*127.*n.*25. *lib.*1. *Grat. vbi proximè in fin.& c.*88.*n.*5.*& c.*89.*n.* 18.Nec Mansionarij potuerunt præiudicare Beneficiatis ad notata per eundem,*Grat.dicto c.*298.*n.*9. Nam in consuetudine requiritur scientia illorum, qui ex ea lædi possunt, *Albanen.consil.*156.*n.*22.*Vincent.de Ann. Alleg.*131.*n.*12.*Ferr.cum aliis in tract.de preced. q.*18. *num.*20.

11. Accedit regula text.*in l.sapè* 63. *ff.de reiud. cap. inter diuersos,*§.*in omnibus autem.vers. nec attestationes de fid. Inst.& tot.tit. in Rubro & nigro C. regulariter alios acta.*Rot.*in alleg. Taurinen.vers.Tum quia,*&c.*facit Mileuitana Antianitatis* 30. *Maij* 1639. §. *Non obstant nonnulli actus præcedentia coram R.P.Dnco Decano.*

12. Vlterius quia isti Mansionarij videntur supranumerarij,qui non habent Præbendam in Ecclesia Cathedrali, sed in alia *Sanct. Simonis & Iudæ* (vt est in confesso inter partes)& sic sunt postponendi numerariis extraditis à *Ferr.vbi supra c.*10.*n.*5. *vbi ex Castan. Caser. & aliis.* Quapropter retorquetur argumentum pro Curatis adductum, quod Beneficiati sint supranumerarij,cum habeant præbendas,sed Curati, & Mansionarij non habeant.

13. Minus obstat quod affertur de Dignitate Curatorum.Nam hoc procedit in propriis Ecclesiis, non vero in Cathedrali,qualitas quæ non facit ad actum,nullam parit præeminentiæ considerationem *Ferr. dict. q.*27. *n.*2.*& quæst.* 13.*n.*3. *D.Contelor. supra n.*22. Barbos. *de Canonic.dict.cap.*9.*n.*11.Et de præcedentia in vno loco non potest argui ad præcedentiam in alio,*idem D.Contelor. n.* 63. Et vbi agitur de præcedentia Collegiali, Dignitas non Collegialis quamuis magna non attenditur,Seraph.*decis.*1216.*in fin.Gratian.aliis citatis dict. discept.*298.*num.*33.*idem D.Contelor.vbi supra num.*23. *&* 24.

14. Denique non obstat acquiescentia Beneficiatorum ex regula *dict.l.sapè*, nec D.Episcopus potuit præiudicare Iuri patroni iam quæsito ex Decreto Capituli emanato Sede vacante,ad tradita per *Felin.in c.um accessissent,n.*4.*de præscript.Coccin.dec.*197.*n.*9.*Buratt.decis.*598.*n.*8.*&* 9.in quibus recensentur.

Et ita,&c.vtraque,&c.

DECISIO LXXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles.

In causa Burgen. nullitatis professionis.

Veneris 16. *Iunij*, 1649.

§. 1. PRo Ventura responsum, pro quo faciunt sequentia verba Lapi. [Primo iste erat in probatione,& deliberatione,quia talis Annus datur etiam in fauorem sui,ob fragilitatem humanæ conditionis,vt in c.2 de Regul.lib.6.sed exeundo, & dimittendo habitū (vt in themate proponitur) videtur ipso facto deliberasse se nolle profiteri, seu se non posse pati austeritatem clausuræ,& sic confirmatum fuit pro hac vice propositum suū,vnde mutato postea nouo proposito,opus erat nouo tempore iterum probandum, & deliberandum,nam ex eodem tempore probationis non potest sequi placentia,& displicentia, & sic etiam Monasterium, quia ista sunt aduersantia, & vna, & eadem res non debet,pati diuersos effectus, præterea ex his quæ inordinatè procedunt,nihil inordinatè sequi potest, de accus.c.qualiter 1.& vbi fundamentum est vitiosum,nihil tutum superædificari potest,1. quæst. 1. Cum Paulus,

lus, sed iste regressus, quem fecit dictus iuuenis ad dictum Monasterium, fuit inordinatus, & vitiosus nam dictus iuuenis captus, & inuitus detentus rediit ad Monasterium, & sicut matrimonium carnale debet esse liberum, de sponsal. Cum locum, ita matrimonium spirituale quod est maius cap. 1. sed hic iuuenis dd. fratres mendicantes in sua deliberatione iam facta fuit impeditus, & coactus, & sic præsumitur non spontè, seu feruore spiritus, & quia talis coactio fuit facta operatione fratrum, & per consequens impediuerunt constitutionem (loquitur de dict. cap. 2. de Regul.) id est annum probationis sub pœna nullitatis, sed etiam quod infra annum quemlibet non impediat quo minus ad seculum redeat, prout de sua voluntate processit, vt in dicto versiculo; quod si forsan, reperitur coniunctim generaliter tota prohibitio ibi, contra hanc probationem (*sic legitur, sed errore librarij, nam in textu est, prohibitionem &c.*) Prohibitio autem prædictorum emanauit coniunctim, & sub principali verbo Non præsumatis, ergo receptio postea facta de dicto iuuene non tenuit. Præterea dictus annus probationis, vt supra est dictum, datur etiam fauore Monasterij, vt Monasterium probet mores ingressi si bonos mores habeat, & si voluerint admittât, & si malos mores habeat, puta, quia nõ est aptus ad Religionem, vt quia austeritates regulæ pati non potest, aut non vult eum extra remanere volente repellunt, sed cum iste infra probationis annum fugiendo exiuerit extra Monasterium, & habitum dimiserit apparuit eis quòd bonos mores non habuit, & Religioni aptus non erat: ergo eum repellere debuerunt non per violentiam reducere, & sic contra mentem iuris hoc fecerunt, in præiudicium Monasterij infra ex dolo suo, huc vsque Lap. alleg. 46. n. 3. ante finem postquam eod. num. 3. statim à principio vers. item cum lex] firmauit annum Nouitiatus debere esse continuatione physica, dum eam comparat continuationi præscriptionis, de qua infra dicetur.

2. Et si quidem nomen Religionis demas quod nihil interest ad casum) & quod ibi non per se ipsos, sed per alios apprehenderunt Religiosum fugientem (quod facit illum casum fortiorem; nam in nostro, officio Birruariorum perfuncti sunt ipsi fratres, seu maius Canonici Regulares S. Norberti) nec lac lacti tam simile est, quam casus Lapi huic nostro, nisi fortior etiam ille videatur, quia Nouitius ibi bono spiritu ductus ingressus fuit Religionem, non vero desperatione, vt iste noster.

3. Sufficeret pro decisione tanti viri auctoritas, & iisdem penè rationibus Domini decreuerunt constare de Natiuitate Professionis Venturæ Muxicæ, qui non inspiratione, sed desperatione potius impediti matrimonij carnalis ad spirituale transiuit, tentauit inconsiderate (quod debuerant Monachi rectè perspicere, vt præcepit *san. mem. Sixtus V. in sua Bulla 71. Cum de omnibus 6. Kal. Decembr. 1587. §. caterum 4. versus finem*, ibi, *nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotione, seu pietatis feruore vitam religiosam spontè, & animo elegisse*, vt benè explicat Suar. *de relig. tom. 3. lib. 5. c. 10. n. 16.* paulò post facti pœnitens inconsiderati (inde enim fit, *vt ait M. Basilius*, vt eodem temere vnde fuerat egressus, reuertatur) ad sæculum redire velle sæpius protestatus vestesque suas sæculares repetens, (quas debuit Abbas restituere *ex d. c. 1. de Regul. in 6.*) precibusque ac lacrymis instans, ac tandem nil proficiens habitu exutus religioso, per cloacam, siue aquæductum nocte fugam arripuit, & postera die, à duobus Monachis cum famulo ad id missis apprehensus, vt fuit in Monasterium reductus, carcerique addictus, & pane, & aqua per mensem maceratus lacrymis semper, & eiulatibus obtestans se nolle prosequi Nouitiatum, & Religionem, & sine intermissione noctu diuq. clamans, & quiritans, cum præter hæc Abbas continuo minaretur cuidam Militum ductori, qui in vicino loco Milites cogebat ad vrgens ardensque, tunc bellum Fontisrabiæ plenum discrimine, imò desperatione se eum traditurum, vel magis proditurum, coactus tandem professionem emisit lacrymis, & singultibus antea, & postea, & in ipsa professione metum magis, quam motum animi à Religione auersissimi demonstrans, & sequenti die palam repetens se metu compulsum, vt primum potuit ad Ordinarium proficiscens iterum à Monachis arreptus duriori carcere mancipatus, rupta satis alta fenestra linteisque in modum funis intortis præcipitauit se potius quam demisit, aut descendit, seque in desideratam libertatem (si alibi quærtas est, quam vbi Spiritus Domini *ex Paul 1. ad Corinth.*) asserere aperto vitæ periculo procurauit, adeo hominis natura libertati studet *Cæs. lib. 2. de Bell. Gallic.* adeo multiplex patet ad libertatem via *lib. 3. de iræ c. 15.* & adeo non ardua virtus, seruitium fugisse manu; dixit *Lucan lib. 4. Pharsal.*

4. Enim vero probationis annum continuum esse debere clarius est, quam vt multis indigeat probationibus, nec sufficeit coniungere priora tempora cum secundis, *c. ad Apostolicam 16. de Regul. & Abb. n. 9. Anchar. 7. Franch. alios citans in c. 1. de regularib. in 6. num. 3. vers. quid autem si non fuit, & seq. contra Gloss. Specular. & Io. Andr. explicando Ancharanum*, & Fortiùs *post S. Concil. Trident. sess. 24. de Regul. c. 15. vtrobique, multis diligenter relati à Reuerendiss. Barbosa Episcopo Vgentin. ibi num. 5. hic num. 5. 24. & de Potest. Episc. 3. part. alleg. 101. num. 23. de iure Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 121. & in summa dec. Apostol. collect. 31. num. 12. (vbi sic declarasse Sacram Congregationem Concilij) dixerat prius Bart. in l. final. §. quotiens 3. ff. de publican. & vectigal.* arguens de seruis Nouitios Religionum per eum textum, qui benè congruit ibi, *sunt autem veterana quæ anno continuo in Vrbe seruierunt, &c. Nouitia autem mancipia intelliguntur quæ annum nondum seruierunt, Nauarr. cons. lib. 3. de Regul. cons. 32. n. 1. vers. tertio quod &c. Mirand. in manual. part. 1. quæst. 22. art. 4. & art. 5. per tot. Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 59. Suarez latè ad partes d. tom. 3. lib. 5. cap. 15. à n. 1.* & manu plenissima pro more R. P. D. *resmor. tom. 5. tr. 5. de paruit. materiæ resol. quæ hoc est incom. 7. tr. 1. resol. 155. &c. 19. multi per Bordon. de profess. c. 4. q. 11. vers. Nouitiatus &c. Nauarr. in summ. Bull. de Nouitiis recipien. n. 3. & 4. & in mucerna Regul. verbo annus n. 6. vtrobique testans sic S. Congregationem determinasse, Marsil. in remission ad Concil. c. 15. R. P. Lezzan. in summ. Regul. tom. 3. verbo professio n. 10. & tom. 1. c. 2. n. 11. Ciarlin. contr. lib. 1. c. 108. n. 14. Vecch. in prax. Nouitiorum disp. 11. dub. 3. n. 1. testans etiam de S. Congregationis declaratione 7. Nouembr. 1597.* Rota *dec. 175. n. 2. par. 1. recent. vbi de dicta declaratione, & alij infra citandi.*

5. Qui omnes rationem reddunt quod vbi fit mentio de tempore, lege, vel statuto, semper de continuo intelligendum est. *l. Genero 8. ff. de his qui not. infam. l. 3. cum Gloss. penult. l. naturaliter 5. leg. nunquam la seconda in ordin. 31. §. primo ff. de vsucap.* Bart. *vbi sap. Lap. vbi supra num. 3. & ibi* Mandos. *littera E, Amaya ex Gloss. Menoch. Donell. Osuald. observat. lib. 1. cap. 10. num. 6. Albert. Brun. in tract. de permanent. & perseuerant. num. 4. habetur, tract. com tom. 17. fol. 395. Anton.* Bart. *de tempore vtili. & continuo c. 3. num. 9. ibidem tom. 6. fol. 210. col. 4. Fœnuti. in tract. de moment. tempor. c. 30. num. 10. relati à Vecch. vbi supr. num. 2. Pellizar. in manual. Regular. tract. 2. cap. 1. num. 10. Vela disceptat. Hispalen. 18. num. 3. lib. 1. Peyrin. tract. 2. de Prælat. quæst. 3. cap. 1. §. 4. num. 100. Bordon. cons. Regul. tom. 2. resol. 99. num. 28. & resolut. 54. num. 188. vbi magna congeries iurium, & auctorum* Bart. *à S. Fausto Thesaur. Religios. lib. 5. q. 163. n. 5. Remig. Scrof. solut. quæst. mor. q. 31. num. 2. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 7. qui testatur de*

S. Congre

S.Congregationis declaratione, Tamburin.de iur. Abbat. tom.3.disp.6.q.2.n.10.& 11. plurimi per modern. Iesuitam Regim.Christianæ Reipublicæ tom.3. lib.11. disp.24. qui omnes & alij referendi exornant etiam supra traditam conclusionem 9.antecedenti.

6. Et omnes quidem magna concordia firmatas supra conclusiones amplectuntur, & interrumpti dictam continuationem si Nouitius habitu dimisso, & animo deferendi Religionem extra Clausura se conferat *citati à Vecch supr. Peyrin. c.10. Portell. verbo Nominatius n. 49. Tamburin.n.17. Bordon. d. resol.54.n.19. Reuerendiss. Vgentin. d.cap.15. num.52.* & ante eos Suarez *de Religion.tom.3.lib.5. c.15. n.6.* quem sequitur Sanchez *ad Præc.decalog.lib.3.cap.4.n.32. & alij inferius.* Vtrum vero sufficiat quælibet interruptio physica, & realis, an vero moralis, & cuius temporis necessaria sit, magna discordia est.

7. Nam quod tempora coniungantur egresso Monasterium, & regresso tenuerunt ex antiquioribus *Gloss. final.in cap.cum qui certus de reg. iur. in 6. Speculat. ad tit.de stat. Monach.n.43.& ibi Adden.littera G, & qui eos refert.& Anchar. Alex.cons.54 num.2. lib.4* Bard. *vbi sup.n.9.vers.in Prædicto &c. Roman. d. l. fin.§. quotiens n.2.*

8. Ex recentior. paucarum dierum interpolationem non impedire istam temporum coniunctionem, seu non interrumpere, moraliter tenuerunt *Less.de inst. & iur.d.lib.2.c.41.dub.7. n.5. vers. secundo hunc annum in fine*, & ante eum dixerat *Franch.dict.cap.1.de Regular. in 6.num.3.* paulò post medium, *vers. satis tamen videtur*, qui pro contraria citat *Lapum, & Nauarr. dict. consil. 32. vers. tertio quod*, vbi etiam si per solos tres dies foris maneret interrumpi Nouitiatum, quasi sentiat minorem interruptionem non sufficere ipse alios pro se citat, & alios, *Diana d. resol.19. Reuerendiss. Vgentin.de Potestate Episcopi d. allegat. 101. num.25. & de iure Eccles.d.lib.1.cap.42.num.124.& d. sess.25. cap.15.num.7.vers.contra Lessium & Pellizar.d. tract.2. cap.1. num.10.& Bordon. d. quæst.11.d.resol.54.n.202.* qui extendit ad spatium quinque dierum, & amplius pro quo nullum habet auctorem; & Nauarr. ab eo citatus, vbi supra qui loquitur de tribus diebus, fortè hoc non dixit, nisi arguatur à contrario sensu, (quod non recipitur in doctrinis auctorum Rota *dec.135. in fine par.4. recent.*) dicit enim interrumpere exeuntem, etiamsi per solos tres dies maneret, *Remig. Scrof. supra quæst.31.* sensit per spatium vnius noctis, vel vnius diei, quorum placita vltra adducta per eos possent forsan probari *ex l. Paulus 38.§. Gaius ff. de liber.causa*, quem *Roman supra. n.3.* dicit nescire quod sit alibi.

9. Contrariam tamen sententiam tenuerunt Bart. *in d. §. quotiens num.2. Angel. & Alberic. ibid.* Abb. *& Anch. vbi supra*, dum comparant istam interruptioni præscriptionis, melius *Lapus*, vt diximus eleganter Suarez *d.cap.1.num.6.* per hæc verba, [Mihi autem videtur magis esse considerandũ grauitatem actionis per quam interrumpitur probatio Nouitiatus, quam temporis diuturnitatem, quia alias nil certum de hac interruptione eiusque sufficientia dici poterit, sed relinquendum erit cuiuscumque arbitrio, alicui enim videbitur parua mora trium, vel quatuor dierum, alij vero magna, quo circa censeo, si quis dimisso Religionis habitu egressus est, eo ipso interrumpi annum probationis etiam si paulo post intra diem pœniteat, quia eo ipso amittit, statum quem habebat, & indiget noua receptione, & admissione, vt possit iterum Nouitius esse &c. vnde quod Nauarr. ait annum interrumpi per exitum trium, vel quatuor dierum è Monasteriis sine licentia Superioris si intelligatur de exitu totali, ideſt animo non redeundi, & dimisso habitu non solum verum est, sed etiam sine limitatione temporis fuisse asserendum, quia actus ipse per se sufficit & moraliter interrumpit perseuerantiam, & constantiam propter quam continuitas in probatione postulatur,] *hucusque Suarez idem num.7.in medio vers. per dimissionem*, sequitur Sanchez *in præc.decal.tom.2.lib.5. cap.4. num.32.* qui postquam de continuatione, & interruptione multis ad sanctitatem congestis latè disseruit à *num.30* & quamliber interruptionem sufficere *ex ipso Nauar.* probauit *cons.33.* prosequitur, *Præterea quia tempus petitum ad aliquem actum censetur peti tanquam forma, vt probat textus in auth. quæ supplicatio C. de prec. Imperat. deferen. iuncta Glossa in verbo forma &c.* At omissio formæ in minimo vitiat actum, *vt probat Tiraquell. de ind. in reb. exig. n. 12. id* Sanchez *supra*, & quando tempus est datum pro *forma, nec addi, nec detrahi potest, nec minimum quid, vt per Scribentes in l.1. ff. de lib. & posthum. Tiraquell. de retract. p.1.§.1. Gloss.21.n.11. Fœmati supra cap. 32.n.21. cap.33.num.9. facit vulgaris regula quod si forma deficiat in minimo actus corruit l. cum hi 6.§. si prætor ff. de transact. cum vulg. per relata Axiom.157. littera F,* iisdem rationibus, & multis citatis Bartol. *à sancto Fausto d.lib.1.q.164.n.2. Tamburin.de q.7.n.11. Ciarlin. d.c.108. num.20.*

10. Cum ergo ad professionis valorem petat S.Concil. Trident. annum continuum, quantumuis modicus continuationis defectus eam irritam redderet, sicut etiã quantumuis modicus illius annui temporis defectus sufficeret ad professionem cassandam, ita Sanchez argumentatur vbi supra, *d. numero 32. vers. cum enim, & Elig. Bassæus in suo tract. Flores totius Theolog. verbo Religio 3.n.5. vers. pro resolutione.* Nam certum est tempus istud numerari de momento ad momentum, vt ferè per omnes supra citatos, & cum multis aliis *Reuerendiss. Vgentin. d. cap.42. num.139.* vbi adducit *declarationem Eminentissimorum DD. Cardinalium 21. Ianuarij 1617. latius num.118. & d. sess.25. cap.15. numero 20.& 21. vbi de aliis declarationibus* plenissimè *d. allegat. 101. num.22. vers. verum &c.* exornans ait *se in illa tertia impressione re maturiùs examinata discedere à contraria opinione quam tenuerat iuribus, & rationibus vbi videndis.*

11. Quam opinionem, de modica inquam interruptione, sequuti sunt multi alij à supra citatis adducti, *& à Peyrinis d.tract.2.de Prælat.q.3.cap.1.§.4. num.100. fol.406.* vbi de reuerso post tres horas *Castr. Palao in oper.moral.p.3.tract.16. disp.1.§ 2. num.7. quia illa est vera, & propria interruptio status qua cessat status assumptus, e contra verò cessat status probationis si habitum dimittas animo relinquendi vitam capiam, seu fugiendi obedientia iugum, siquidem Nouitiatus consistit in assumptione habitus animo Religiosam vitam experiendi*; sic *Palaus supra, & alij citati à modern. Iesuita d.disput.24. Miranda in manual. tom.1.quæst.22. art.3. concl.vnica vers. quidam dicunt ex Bulla Iulij Secundi* deducit per solam habitus dimissionem animo deserendi Religionem Nouitiatum interrumpi, *Villalob.in summa tom.2.tract.35.diffic.15.n.7.* qui loquitur de interruptione physica, dum adducit Aristotelem dicentem, quod *sex non sunt bis tria, sed semel sex*, & in puncto dixit *Abbas d.c.ad Apostolicam n.9. quod 50. & 50.non faciunt 100.* adducit etiam *Villalobos sicut, & multi ex citatis* comparationem præscriptionis in qua semel data interruptione tempora non coniunguntur, *ita in proposito nostro Anchar.in d.cap.1. de vita & honest. Cleric.lib.6.n. 1.ad fin.vers. sentit enim. Corn.cons.147.visto num.23.lib. 2. Petr. Barbos. ad l. cum notissimum 7.§. immo num.29. Cod. de præscript. 30. vel 40.ann.* quia interruptio totum tempus præteritum extinguit Bald. *d.l.7.num.7. Barbosa n.7.& 9.*

12. Accedit quod possessio per momentum temporis perditur vt de capto ab hostibus *ad l. cum hæredes, §. 1. ff. de acquir. possess.* etiam si per momentum captus extitisset

extitisset *Castr. in l. si is qui pro emptore 15. num. 7. ff. de vsucap. Menoch. de recup. remed. 14. num. 83. Fœnuti. supra cap. 32. num. 13. argumento text. in l. 2. & 3. Cod. de posth. hared. instit.* & possessionem semel amissam non continuari cum possessione de nouo acquisita, Bard. *supra num. 13. ex* Bartol. *& aliis.* Et multo magis si vna est iniusta *Ferret. cons. 1. in causa possessoria. num. 8. lib. 1.* vt in præsenti, quia secundus ingressus fuit violentus. Nec posse duas possessiones diuersæ speciei coniungi *argumento text. in l. vnica. C. qui numero tutel. l. Spadonum 15. qui iura 11. ff. de excusat. tut. d. l. §. fin. ff. de vacat. mun.* & cum ista continuatio ab animo pendeat Nouitij eo ipso, quod egrediendo animum mutauit, interrumpitur, & mutasse animum eo ipso planum est, quod aufugerit, vtrumque probatur *ex l. naturalem 5. §. pauonum vers. ceruos ff. de acq. rer. domin. §. pauonum 15. Inst. de rer. diuis. Donell. lib. 4. comm. cap. 13. Borcholten. d. §. 15.*

13. Ex quibus apparet communiorem videri opinionem *Lapi*, Suarez, *& sequacium*: nec obstat *d. l. Paulus 38. §. Caius*, quam expendit Sanchez, *supra num. 30. post Romanum vbi supra, nec text. in lege quod dicitur 38. §. miles ff. de milit. testam. nec l. vnica. ff. de bonor. possess. ex testam. milit. aut. l. nec non 28. si quis sapius ff. ex quibus caus. maior. quos adducit Alberic. vbi supra* Nam ipsi respondent ibi fauore libertatis, militis, & absentis Reipublicæ causa sit responsum; nos sumus in materia odiosa, *vt dixit* Rota *d. dec. 175. num. fin. part. 1. recent.* quia contra fauorem, & Nouitij, & Religionis esset, malè probatum ad Religionem admittere, intentio namque finalis constituendi animum probationis fuit occurrere apostasiæ, in quam facilè dilabuntur hi qui minus consulto Religionem profitentur *dict. c. ad Apostolicam dict. c. 2. & per hæc iura* Rota *penes* Sanch. *dec. 121. n. 2. Vecch. vbi supra dub. 2. num. 6. & faciunt verba Sancti Basilij supra relata.*

14. Sed esto quod difficilis quæstionis resolutio sit, ex quo suum sensum aperire noluit R. P. *Diana vbi supra*, contentus hinc inde Auctores referre, extra istam aleam Ventura Muxica est, quia omnes supradicti Auctores vtrinque adducti excepto, *Lapo, & Ciarlin.* loquuntur quando deserens Religionem, Monast. pœnitentia ductus regreditur, non vero quando coactus, & vi reductus, vel potius raptatus, vt Ventura, quo casu nulli venit in mentem tempora coniungi, iò *Bordon.* in suo casu ait *necessariam esse nouam intentionem, & in regresso, & in monasterio.*

15. Quæ omnia eo magis procedunt, cum non solum fuerit violenter retractus Ventura, sed metu compulsus ad professionem, quo casu nullam esse latissimè probauit Rota *multis iuribus, & auctoribus dec. 175. n. 5. & per tot. part. 1. rec. Prat. discept. 27. & Vlixbon. nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646. num. 3. & seqq. confirmata 10. Decembris eiusdem anni §. ex quibus satis, & §. sequenti, coram me.* Et in præsenti metum adfuisse cadentem in constantem virum satis probatur, omissio quod multi dicunt, sufficere reuerentialem etiam sine minis propter summam libertatem ad actum istum requisitam, tenuit *Basseus supra, verbo metus, num. 3. cum multis ibi citatis, Cardin. multis aliis iuribus, & Doctoribus dict. cap. 108.* qui latè prosequitur, appositissimè ad nostrum casum, quoad qualitatem metum passi, & quoad probationem, & etiam ad coniecturas ex fuga, & lactymis, protestationibus ante & post professionem, ita vt durior appareat casus noster legendus *à num. 27.* & ante eos *Nauarrus ex glossa*, & aliis *ad Tit. de his quæ vi. lib. 1. consil. 10. num. 4. & de conuers. coniugat. lib. 3. cons. 3. num. 4. & in manual. cap. 22. num. 51. & de metu reuerentiali Prælati cum minis, Vecch. supra disput. 3. dub. 12. num. 19. & de reuerentiali cum mala tractatione, Bordon. supra resolut. 38. num. 87. vers. mala autem, & de motu reuerentiali Abbatissæ, Rodriquez quæst. regul. tom. 3. quæst. 17. artic. 18. & reuerentiali pædagogi in eo officio functi in puero 15. annorum satis notanter reuerend. Vgentin. cumulatissimè pro more, libro primo vot. 1. à num. 41. ad 48. vbi per tot.* in casu fortiori matrimonij carnalis, nam in Spirituali minorem iusto metum sufficere docuit Reuerend. P. *Diana part. 3. tractat. 2. de dub. regul. resol. 92. ex declaratione S. Congregationis, & Rota multis congestis*, vt solet *Pont. de matrimon. lib. 4. cap. 11. num. 15. & 16. qui meminit* Rotæ *decisionem, alij per Sperell. dec. 79. num. 28.* referendo S. Congregationem, Rotam, & etiam *per Ciarlin. dict. cap. 108. num. 33.* latè disputat *Cabrer. de metu ex S. Congregatione, & Rota, & multis aliis lib. 2. cap. 10. num. 49. viden. à n. 43.* vbi post longam enumerationem contrariorum *n. 50.* respondet *ad cap. fin. qui Cleric. vel conuictes n. 50. distinguendo inter matrimonium carnale, & spirituale.*

16. Sed quia multi contrarium defendunt, de quibus Sanchez *& plurimi relati ab Ognate de contract. tom. 1. disp. 3. sect. 14. n. 247. & à Sperell. d. dec. 79. à n. 60. Reuerendiss. Vgentin. voto 17. num. 128. lib. 2.* Venturæ tot metus imagines, tot minæ, tot malæ tractationes fuerunt incussæ, vt non puerum 16. annorum in quo minor metus sufficit, *Vgentin de vot. 1. num. 22. lib. 1. de voto 17. n. 203. lib. 2. & latè ab Ognate supra n. 212. Ciarlin. d. cap. 108. n. 31.* vbi de puero 16. annorum, vt erat Ventura *Bordon. dicta resol. 38. n. 87. vers. mensurandum, Eligius Bassæus, vbi supra dict. verbo motus, num. 3. Vecch. num. etiam 3. Sperell. n. 6.* sed virum constantissimum possent mouere.

17. Et saltim si per se singula non fuissent, vt sunt sufficientissima sufficerent simul iuncta *Sperell. dec. 5. n. 67. & d. dec. 79. n. 80. & de metu leui cum interruptione Nouitiatus considerauit* Rota *decis. 175. num. 5. parte prima recent.*

Et ita &c.

DECISIO LXXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado.

In causa Ianuen. Priuilegiorum.

Lunæ 28. Iunij 1649.

§. 1. COmmissa mihi causa appellationis interpositæ ad Sanctissimum D. N. pro parte RR. PP. Congregationis sancti Philippi Nerij Ciuitatis Ianuen. à sententia Rotali, qua fuit declaratum illis non licuisse, neque licere Ecclesiam, Domum, seu Conuentum ædificare, vel recipere neque habitare, aut residere in Ecclesia sancti Pancratij, vel alio loco infra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia Sancti Siri, seu Conuentu RR. PP. Theatinorum distanti iuxta Summorum Pontificum Constitutiones. Hodie dubitaui; An illa sit confirmanda, & Domini, re denuò exactè discussa, responderunt affirmatiuè.

2. Quia nititur expressis verbis Bullæ san. mem. Sixti Quarti priuilegium hoc concedentis RR. PP. Carmelitis sub Dat. 4. Kal. Decembris 1476. vt in ea legitur penes [Roderic. in Collect. Priuilegior. Regul. fol. mihi 209. sub num. 79. & P. Lezan. in summa qq. Regul. tom. 5. part. 2. fol. mihi 519. sub eod. n. 79. *ibi*; Et vt quieti eorumdem Fratrum dicti Ordinis vlterius cõsulatur, Constitutionẽ felic. rec. Clem. Papæ Quinti etiam prædecessoris nostri super Domibus professorum Mendicãtium propè Domos aliorum Ordinum Mendicantium professorum infra spatium centum quadraginta cannarũ de nouo non recipiendis. Ad omnes alios Religiosos aliorum Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium vtriusque sexus, & quascumque alias Eccle-

siasticas personas propè Domos Fratrum dicti Ordinis de Monte Carmelo nouas Ecclesias,& Loca construere, vel alias de nouo recipere, & habere volentes extendimus. Ita vt nulli eorum infra prædictum spatium centum quadraginta cannarum etiam per aërem mensurandarum, vbi aliàs commodè per terram mensurari non possent, ædificare de nouo,seu construere, aut inhabitare iuxta Loca prædictorum Fratrum de Monte Carmelo præsumant. Siquis verò cuiusuis conditionis, status, aut dignitatis fuerit, qui contra prædicti Clementis prædecessoris Constitutionem,& nostram ampliationem venire, aut agere præsumpserint tàm ipsi quam auxilium, vel fauorem præstantes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, quam ferimus in his scriptis,& nihilominus cuncta, & singula ab eis facta pro infectis habeantur, &c.] Addítis in fine clausula sublata, &c. & Decreto irritanti, &c. & amplis derogationibus.

3. Idem referunt, *Hieronym. Sorb.in Compend. Priuilegium Regular. in verb. ædificare,sub n.19.vers.idem Sixtus fol. mihi* 314. ac ipse iterum *Roderic.qq. Regular.tom.2. quæst.59. art.quinto,vers.quo priuilegio.Lud. Mirand. in manual. Prælat. tom.1. quæst.33. art.quarto, in tertia conclusione,* Barbos. *de vniuers. iur.Eccles. lib.2. cap.12. sub num. 76. vers. pro Fratribus &c.* & alij.

4. Quod quidem fuit deinde communicatum, ac principaliter concessum eisdem PP. Theatinis tam à Clem. VIII. in Constitutione incip. Dudum pro parte vestra.Dat.3.Martij 1533.in ordine 38.§.12. Ac insuper vobis. Bullar. par.1. ac Pium V. in eius Constitutione. incip. Ad immarcescibilem. Dat. septimo Idus Februarij 1567. in ord. 31. in §.14. Ipsisque, & §.15. Bullar.part.2. & sanct. memor. Gregor. XIV. in eius Breui Dat. 5. Aprilis 1591. ibi. [Et insuper volentes prædictam Congregationem pro singulari quo eam ob eminentia merita,charitatis affectu complectimur amplioribus fauoribus,& gratiis, vt par est,cumulare, & exornare, eisdem Congregationi, & Clericis, vt vltra priuilegia, & alia sibi concessa prædicta, omnibus, & singulis aliis Priuilegiis, exemptionibus,facultatibus, Indultis, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, & relaxationibus, cæterisque gratiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibusuis Religionibus, Congregationibus, & ordinibus quocumque nomine nuncupentur etiam Mendicantium, ac tàm virorum, quàm mulierum, eorumque Monasteriis, Domibus, & aliis Piis locis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, dictamque Sedem hactenus quomodolibet concessis,& imposterum concedendis, ac quibus illorum vtriusque sexus personæ de iure, vel consuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri,& gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quæ eorum Regularibus Institutis non aduersentur dumtaxat, non solum ad eorum instar,sed eque principaliter,ac pariformiter in omnibus, & per omnia, perinde ac si eisdem Congregationi & Clericis specialiter, & expressè concessa forent vti, potiri, & gaudere libere, & licitè valeant perpetuò concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus,& concedimus,& ad eos extendimus.Decernentes præsentes literas,& in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, nec eisdem præmissis consenserint, nec ex quibuscumque aliis causis quantumuis legitimis, & iuridicis de subreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari,impugnari, retractari &c. non posse &c.sublata &c.ac iterum &c.] & provt latius constat ex eodem Breui, cuius vigore quæcumque Priuilegia cæteris Religionibus concessa, & concedenda effecta sunt propria dd. PP. perinde ac si fuissent ipsis nominatim concessa, indepenter ab aliis *l.omnia, & ibi notat. C. de Episcop. & Cler. Oldrad. consil.*300. *sub num.8.vers.& præsertim.* cum aliis relatis per Horat. *Mandos. in eius Tractat. de priuilegiis ad instar, quæstione quarta per tot.* Rota *penes Crescent. decisione 9. sub numer. quinto, vers. secundo quia, & in fin. de priuileg.* & latius *decisione 30. numer.secundo,vers.qua communicatio parte quarta,tom. secundo, recent.* & pro eisdem PP. fuit aliàs dictum in *Licien quarta funeral. 15. Ianuarij* 1618. *coram bon. mem.Coccin.in princ.vers. in casu autem de quo agitur, & in Rauennaten.iur.sepultur.18.Februarij* 1618.*coram eod.in princip. vers. priuilegia suffragantur etiam prædictis Clericis Regularibus.* Quare omnino sunt obseruanda, nec ab eorum tenore recedi potest, *cap.porro. vbi gloss.fin.& cap.seq. de priuilegiis,* Rota penes Card. *Mantic. dec.329. num.primo vers. nam tenor priuilegij ac in recent. dec.226.n.24. vers.quod cum fuerit.par.7.* cum aliis relatis per *modern. Roman.discept.947.n.28. vers. cuius tenor.*

5.Nec aduersantur Decisiones *in Tolethan. Reedificat.Capellæ 24. Februarij 1592. coram bon.memor. Cardin. Mantic.decis.163.& in Ianuen.decorum 15.Maij* 1615. *coram bon.mem. Manzaned. in recent. decisione* 676. *part.1.*

6. Quia in illa Tolethan. fuerat probatum Ecclesiam Sancti Ioseph, cuius Patroni, & Capellani in ea existentes nouam inceperant ædificare Capellam, fuisse constructam ante Monasterium PP.Discalceatorum, vt in ea legitur *sub n.3.vers.imo probatur, &c.* In casu autem proposito constat Ecclesiam Sancti Siri ab antiquissimo tempore ædificatam,de qua mentionem facit *Sanctus Gregor. Dialogor.lib.4. c.53.* Eandem apud MM. Cassinenses priùs existentem fuisse deinde concessam PP. Theatinis anno 1575. ex publicis Instrumentis in processu productis. Et ab eis restauratam, vt attestatur Card. Baron. *in Notat. ad Martyrolog. in Lect.diei 29. Iunij SS. Apostolis Petro,& Paulo sacri in verb.Sancti Siri Episcopi fol. mihi* 363. Et in ea recentiori Sancti Pancratij PP.Congregationis longè postea receptos, & introductos anno scilicet 1644. proindeque illis ineuitabiliter obstat dispositio relatæ Constitutionis Apostolicæ prohibentis non solum Ecclesias, Domos,ac Monasteria de nouo ædificari, sed iam ædificata etiam de nouo recipi, ac habitari infra spatium dd. centum quadraginta cannarum, vt apparet ex eius lectura, & tradunt DD. supra citati.Illa vero Ianuen. discussus tantummodo,atque decisus fuit articulus. An RR. PP. Societatis IESV tenerentur vendere nonnullas Domos, & situs pro ampliatione dicti Monasterij Sancti Siri ex Priuilegio iure communi inducto Ecclesiæ,ac Religionis fauore,per *l. si quis sepulchrum ff. de Religios. & sumpt. funer. vt patet ex dicta dec. 676. parte prima recent.* vbi quoad hæc ipsa particularia priuilegia, quibus modo agitur eisdem PP. Theatinis competentia, expressè fuit reseruata cognitio *num.11. vers.qua tamen,&c.*

7. Minus releuat, quod sub eiusmodi generalibus Priuilegiorum communicationibus illa comprehendi non soleant,quæ sunt aliis præiudicialia.

8. Quia non procedit obiectio, quando constat de voluntate Summi Pontificis intendentis omnia indistinctè complecti, vel ex amplitudine verborum, vel ex aliquorum præiudicialium expressione, vel ex clausulis adiectis. Quæ omnia concurrunt in proposito casu,in quo prædictum Indultum non solum per viam communicationis, sed principalis concessionis in omnibus,& per omnia pariformis cæteris præcedentibus aliarum Religionum amplissimis verbis conceptum fuit, expressis, etiam specialiter immutabilibus, & exemptionibus, quæ sui natura solent esse aliis præiudiciales, necnon additis clausulis abrogantibus defe-

Quæ

ctum citationis, atque consensus omnium interesse habentium, ac etiam subreptionis, & obreptionis, & intentionis ipsius concedentis oppositionem. Ex quorum sanè amplitudine satis probatur deliberata, & enixa Pontificis voluntas impertiendi huic Religioni quæcunque, & qualiacumque priuilegia, etiam si tertiis præiudicialia, cæteris Religionibus antea concessa, & imposterum concedenda, licet alias sub generalibus simplicibus verbis non fuissent comprehensa, vt bene comprobat Horat Mandos. *in dicto tractat. de priuileg. ad instar dict. q. 4. sub num. 7. vers. quæ omnia, cum seq. & fuit resolutum in Bonon. exemptio. 25. Maij* 1618. *coram bon. mem. Cardin. Verospio in recent. decis. 30. per tot. part. 4. tom 2. & in Meliten. collectar. 7. Maij* 1627. *coram bon. mem. Card. Vbald. dec. 63. num. 4. vers. & quidem & c. ac seq. part. 5 eorund.* Et in his terminis quod sub eiusmodi generali communicatione comprehendatur d. Priuilegium, de quo nunc agitur, tradunt Ioan. Baptist. *Confect. in summa priuil. Ordin. Mendicant.* Rodericus *q. Regular. tom. 2. d. tit. 58. cap. 1. fol. mihi 363.* Rodericus *q. Regular. tom. 2. d. q. 50. artic. 5. vers. quo priuilegio, &c.* Mirand. *q. 33 artic. 4. in conclusione secunda, in fin. vers. quo priuilegio.* Laurent de Portel. *in dub. Regul. part. 1. in verb. communicatio priuilegiorum sub num. 9. vers. si vna Religio, & alij passim.*

9. Præterea non consistit, quod dd. priuilegia fuerint moderata, ac reformata per Constitutionem san. mem. Clem. VIII. incip Quoniam ad institutam Dat 23. Iulij 1603. inter impressas eiusdem Pontificis in ord. 99 Bullar. part. 3. confirmata per san. mem. Greg. XV. in Constitutione 31. incip. Cum alias 17. Aprilis 1622. & per san. mem. Vrban. VIII. Const. 25. Romanus Pontifex 28. Augusti 1624 Bullar. p. 4.

10. Quoniam est aduertendum duplicem in hac materia vigere prohibitionem. Alteram scilicet generalem Sacrorum Canonum, & Conciliorum, qua vetitum est nouas Ecclesias, seu Monasteria in quibuslibet Ciuitatibus, vel locis ædificari, erigi, ac introduci cum præiudicio iurium aliorum ibidem iam existentium, vt habetur *in cap. quicunque 16. q. 1. cap. 2. vbi gloss. in verb. veteribus, de Eccles. ædificand. cap. 1. de excess Prælat. in 6. S. Concil Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin. vers. nec de cætero,* Guid Pap *dec.* 360. Rot. *penes Cardin. Seraph. decis.* 847 *sub num. 2. vers. nam tam ex forma rescripti, quam ex dispositione iuris communis.* Et de hac disponunt præfatæ san. mem. Clement. Gregor. & Vrban. Constitutiones, quibus præscribitur forma in præmissis seruanda, ac numerus quidam Religiosorum in singulis Monasteriis erigendis, alendorum definitur, vt patet ex earum lectura, & in eisdem terminis loquitur Rot. *decis.* 745. *part. 2. recent.* quæ emananit in causa vertente non inter duas Religiones, sed inter PP. Sancti Augustini Discalceatos, & Capitulum Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari Cæsaraugustanæ Ciuitatis, vt patet ex positione.

11. Alteram verò specialem ex peculiaribus singulorum Ordinum, & Religionum Indultis, & Priuilegiis, quibus per Summos Pontifices prohibitum fuit personis Ecclesiasticis, ac Religiosis in Ciuitates, ac loca quæcumque demò introductis, atque receptis, Ecclesias, Conuentus, ac Monasteria ædificare, siue iam ædificata recipere, habere, & habitare infra certa præscripta spatia ab aliis ibidem iam erectis, ac institutis distantia. Quæ sicut non ex ratione (vt quidam asseuerant) sed ex alia diuersa, & particulari processit, nempè ad euitandas æmulationes, iurgia, dissensiones, & scandala, quæ oriri possunt ex eorum vicinitate, vt apparet ex relatis verbis Bullæ san. mem. Sixti Quarti, & aliorum Summorum Pontificum, & explicat S. Bonauentur. *in Libello Apologetico, quæst. 7. vers. Cum potius deberetis diligere tom 2. Opusculor. fol. mihi* 430. ac pro ipsis PP. Theatinis respondit Rot. *in Ianuen. domorum*

20. *Decembr.* 1610. *coram bon. mem. Manzaned. in recent. dict. decis.* 87. *sub num. 3. vers. quæ autem deducebantur p.* 4. Ita sub generalibus illis Constitutionibus san. mem. Gregor. & Vrban. fauore earundem Religionum ob aliam causam emanatis non comprehenduntur, nec ab eis reuocantur, sed in eorum robore permanent, quippè diuersam continent, non autem contrariam, nec repugnantem dispositionem, cum inuicem non aduersentur, sed bene conueniant, quod Religiones, & personæ Ecclesiasticæ, seruata forma dd. Constitutionum admittuntur, & recipiantur in Ciuitatibus. Attamen non ædificent, neque construant Ecclesias, Conuentus, neque habitationes eorum in locis alteri Religioni vicinis infra dictum spatium *cap. veniens ibique gloss. in verb. nullam, de præscr. c. si propter de resc. lib. 6. l. hac saluberrima, vers. ita tamen, ibique gloss. in verb. conuertere. C. de præpos. agent. in reb. lib. 12.* Horat. Mandos. *de priuil. ad instar. gloss. 8. à num. 6. vers. secundo quia & seqq.* Rot. *penes Put. decis. 83. num. 1. vers. & fuit decisum ac seq. lib. 3.* Veral. *dec. 380. num. 1. part. 2. & in recent. dec. 29. num 33. vers. & cum secundum priuilegium. part. 7.* & in hac specie sensit Rota *d. decis. 87. sub num. 5. part. 4. recent.* & P. Lezan. *in eius summa part. 4. in verb. Monasteria Regularium sub num. 10. vers. notandum secundo & part. 5. tom. 2. circa 8, 25. fol. 699. sub num. 227. vers. secundum vero, &c.* dicens se in hac Vrbe experientia didicisse, quod quando Religiosi reclamant huiusmodi priuilegiorum obseruantiam petentes à Sede Apostolica audiuntur.

12. Postremò non obstat quod dd. Priuilegia non sint vsu recepta.

13. Primò quia contraria vrget iuris præsumptio præsertim fauore illorum, quibus concessa fuerunt, ideoque neganti incumbit onus probandi legitimè, & concludenter *cap. accedentibus de priuil.* & re pondit Rot. *penes Cresc. ent. decis. 4. num. 2. vers. vnde Domini voluerunt, de priuil. & decis. 67. num. 3. vers. neque obstat & seqq. part. 2. diuers.* Card. Caualer. *dec. 423. numer. 1. vers. neque videbatur, & in recent. dec. 197. sub n. 5. vers. & cum visis. & decis. 215. sub num. 1. vers. quæ Constitutiones, part. 1. & dec. 572. num. 16. vers. obseruantia allegata, &c. & seq. part. 4. tom. 3.* Id enim non satis probatur ex literis, atque Decretis exhibitis pro PP. Congregationis. Nam quædam loquuntur de cannis tercentis, quæ ab eodem sanct. memor. Clement. IV. in alia eius Constitutione relata per Ioan. Baptist. *Confect. in Collectan. literar. Apostol.* Mendicant. *fol. 12. Constitut. 3.* & ab aliis deinde Summis Pontificibus fuerunt reductæ ad cannas centum quadraginta. Aliæ de sola mutatione situs Monasterij antiquitus in eodem solo constructi ab ipsismet Religiosis iam dudum in eo degentibus ob necessariam causam facienda, quia sub eiusmodi prohibitione non comprehenditur, vt probat Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. dict. quæst. 33. artic. 5. conclus. 2.* Suarez, & alij relati per Barbos. *d. cap. 12. sub num. 78. vers. sicut etiam.* Alia verò in particularibus casibus, in quibus peculiares vigebant rationes, nec constat de hac distantia actum fuisse. Et propterea ex illis ad casum propositum congrua fieri non potest illatio *iuxta reg. l. Papinianus 21. ff. de minor. l. si maritus. la prima in fin. vbi gloss. in verb. separata sit inter vir. & vxor.* Castr. *in cons. 97. ne impropriis vtamur vocabulis. sub numer. 3. vers. nec obstat. &c. part. 2.* Rot. *penes Cardin Seraphin. decis. 892. numer. 4. vers. & ideo est decis. 349. sub num. 1. vers. quia termini istarum decisionum part. 4. diuers. & penes san. mem. Gregor. 470. sub num. 9. vers. ex quo dicebant Domini.*

14. Secundò quia ob solam patientiam, & tolerantiâ Regularium, vel aliquorum ex eis non fuerunt amissa huiusmodi priuilegia validissimis clausulis, ac decretis

irritantibus roborata, quæ ex Principis intentione omnia contra eorum tenorem per inferiores acta ita inficiunt, & quouis iuris effectu prorsus destituunt, ac si gesta non fuissent. Ideoque non vsus, vel contrarius vsus suffragari non potest. *Archid. in cap. cum de beneficio. sub num. 2. vers. sed pone, de præbend. in 6. Felin. in cap. cum accessissent. sub num. 30. vers. quarto limita &c. de Constit.* Rota *dec. tertia de priuil. antiq. & penes Crescen. dict. dec. 4. num. 4. vers. & in hoc, & seqq. vsque ad fin. eod. tit. & dec. 240. num. 5. vers. & cum illud priuilegium. ac seqq. part. 4. diuers. Cardin. Caualler. dec. 423. numer. 2. vers. 4. respondebatur insuper & seqq.* Buratt. *dec. 704. num. 10. vers. tertio quia, &c. Herrat. Mandos. de priuil. ad instar. gloss. 15. sub num. 32. vers. nono fallit, &c. Ioan. Baptist. Confect. in summa priuil. Mendicant. tit. tertio cap. 3. fol. mihi* 292. idemque in specie comprobat reiectis contrariis, *Campanil. in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. sub numer. 81. vers. Sorbus autem &c. & P. Lezan. in loco supra citat.* Eoque magis hoc procedit stante mutua generali communicatione priuilegiorum inter ipsos Regulares per Summos Pontifices facta, ob quam gaudent concessis à Nicolao IV. sanct. memor. PP. Carthusiensibus, & ab Eugen. IV. sanct. memor. PP. Cassinensibus, qui ab eiusmodi præiudiciis præseruantur, vt apparet ex Bullis relatis per Roderic. *in dict. Collectan. Bullar. sub eodem Eugen. Bulla 9. numer. 19. vers. Adiicientes. fol. 86. & Bulla 11. numer. 10. vers. Adiicientes. fol. 90. & P. Lezan. in eius summa part. 4. in verb. priuilegia Regularium. sub n. 17. vers. notanda etiam fol. mihi* 488.

15. Tertio quia, quicquid sit de aliis Religionibus; certum est quod obiectio ex facto tollitur quoad PP. Theatinos, nam hi quoties casus euenit huiusmodi priuilegio tam in iudicio, quàm extra vsi fuerunt & specialiter ipsa Ciuitate Ianuæ cum RR. PP. Iesuitis, vt apparet *ex dec. 676. n. 11. vers. quia tamen. part. 1. & dict. dec. 87. part 4. recent.* ac iterum cum eisdem in Ciuitate Messanæ anno 1542. vt patet ex litteris S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Præmonstratensibus hic in Vrbe. Ac demum cum Presbyteris secularibus S. Caroli Borromæi in Ciuitate Neapolis, vt apparet ex Decreto eiusdem Sacræ Congregationis sub die 16. Februarij 1643. relato etiam *à P. Lezan. in loco citat. sub dicto numer. 20. vers. vnde cum Neapoli.* Ita quod licet quoad alios non essent in vsu, tamen quoad alios seruari debent, quibus propria diligentia prodesse, aliorum autem incuria nocere non debet. Abb. *in cap. cum accessissent. sub numero 8. ad fin. vers. dic vbi priuilegium. de Constitut.* Rot. *penes* Cardinal. Seraph. *dec. 951. num. 1. vers. priuilegium. ac seqq. & dict. dec. 240. num. 6. vers. hoc autem part. quarta diuers.* Buratt. *dec. 704. numero 9. vers. secundo quia. Ioan. Baptist. Confect. dict. cap. 3. sub princ. Ant. Cordub. in Addit. ad Sorb. in compend. priuileg. Regular. in verb. communicatio priuilegiorum in verb. tandem fol. mihi* 198. Roderic. *qq. Regul. tom. 1. quæst. 8. art. 5. & quæst. 55. art. 19. Mirand. in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 47. art. 8. Portel. in dub. Regular. dict. verb. communicatio priuilegiorum, sub num. 11. vers. quamuis vna Religio, & in verb. priuilegij communicatio sub numero 22. vers. quando vna Religio.* Quod fortiùs etiam procedit attenta confirmatione, & noua concessione eorumdem omnium priuilegiorum ad ipsorum fauorem emanata à sanct. memor. Gregor. XV. Motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine per aliud Breue Dat. 16. Octobris 1621. cuius vigore præcedentia reuiuiscunt, & in pristinum statum reducunt à quibusuis anteactis præiudiciis vindicata *Ioan. Baptist. Confect. dict. cap. 3. in fin. vers. quæ quidem innouationes. fol. 293.* Roderic. *qq. Regular. tom. 1. quæst. 8. art. 4. col. 2. vers. imò talis confirmatio. Suarez de legib. lib. 8. cap. 19. sub num. 1. vers. quia confirmatio. certa scientia &c. & cap. 20 sub num. 8. vers. secundo dicendum est &c. ac seq.*

16. Postremò huiusmodi non vsus eo minus allegati debet pro parte PP. dict. Congregationis, qui, siue eiusdem Instituti Confratres in dicta Ciuitate Neapolis superioribus annis à sanct. mem. Vrbano Octauo similem prohibitionem obtinuerunt, vt apparet ex Breui, Dat. die 17. Maij 1631. producto in Registro Rotali fol. 297. & seqq. Itaque iustitiæ, & æquitati consonum est, vt eodem ipsimet iure æquo animo vtantur erga se ipsos quod in alios exercuerunt, *iuxta illud Tob. cap. 4. ibi, quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias; ac in Euang. S. Matthei cap. 7. in princip. & S. Lucæ cap. 6. post med. & in cap. dilecti. vbi gloss. in verb. nolles de maior. & obed. & in l. 1. ff. quod quisque iur. cum concord.* relatis per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss 13. sub num. 6. vers. præterea cum seq.*

17. Cum igitur ex prædictis, & aliis doctè, ac plenè adductis in duabus præcedentibus decisionibus coram R. P. D. meo Royas sub diebus 24 Iunij 1647. & 24. Ianuarij 1648. appareat iustitia sententiæ Rotalis, cuius validitas ex ipso processu iustificatur, in quo fuerunt seruata seruanda *iuxta dec. Veral. 262. par. 2.* iure merito fuit per Dominos conclusum illam esse confirmandam *ad text. in cap. ea quæ vbi gloss. & DD. de sentent. & re ind.*

Et ita Decisum informantibus tantum RR. PP. Theatinis. Alia verò parte sæpè sæpius citata, &c.

DECISIO LXXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Pampilonen. Alienationis.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

§. 1. ALienatio Molendini, aliorúmque bonorum spectantium ad Archidiaconatum de Tabla-facta de anno 1613. in Sanctium de Moreal inualida hodie dicta fuit ex defectu causæ, & solemnitatis copulatiuè requisitæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ *capite primo de rebus Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit.* & vtrobique Doctores Couarru. *variar. resolut. libro secundo cap. 17. num. 2.* Rot. *dec. 22. num. 2. part. 6. recent.*

Fuit siquidem ad alienationem deuentum vt solueretur æs alienum contractum ab Archidiacono illius temporis pro extinguenda pensione, quæ super Archidiaconatu reseruata fuerat ad fauorem clar. mem. Cardinalis Antonij Facheneti; cuius æris alieni solutio cùm ad ipsum Archidiaconum spectaret non secus, ac pensionis extinctio, & solutio ex fructibus beneficij Cæs. de Grass. *decisione 12. numero primo de præbend.* Seraphin. *dec. 66. numero tertio*, Rota *inter impress. post* Pacif. de Saluian. *decisione 189. numero quarto & decisione quinta sub numero tertio vers. maxime parte septima recent.* præbere non potuit iustam causam alienandi proprietatem bonorum Ecclesiæ, vt in puncto Rota *decisione 94. numero 64. vers. ac de solutione parte septima recent.* oportet enim quod causa, siue necessitatis, siue vtilitatis respiciat ipsam Ecclesiam, non autem titularem, §. *nos igitur auth. de non alien.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 10. num. 103. & 2. seqq.* Rota *dec. 318. numero 16. & seqq. parte 5. recent.* vbi dicitur quod alienatio reperitur prohibita fauore Ecclesiæ, non autem Clericorum, vt sunt verba gloss. *in l. iubemus 14. verb. consentiam. C. de Sacros. Eccles.* sicut in simili dicimus, quod necessitas ob quam fieri potest vnio quæ est species alienationis, cap.

c.fina in fin.de his quæ fiunt à Prælat.fin.conf.c. considerandæ est non respectu Clericorum, seu Canonicorum Ecclesiæ, sed ipsiusmet Ecclesiæ, vt in *c. exposuisti, de præb.* bene aduertit Butr. *num.*2. Abb. *num.*4. *in fin. vers. & considera*, Imol. *num.*1. quos sequuta est Rota *in Mediol. Cimilarcatus* 10. *Martij* 1645. §. *pro necessitate, vers. quia licet, coram* R.P.D. *meo Pentingero.*

2. Præter quod vt ex causa æris alieni bona alienari possint requiritur, quod creditores vrgeant apud Iudicem, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.*19.*n.*1. *&* 87. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. alienatio*, *n* 36. Gabr. *consil.*118.*n.*5. *lib.*1. Giouagnon *conf.*22. *n.*5. *&* *n.*15. *lib.*2. cum aliis allegat, à Modern. Carpensi *contr. forens. c.*105. *n.*58. nec pro debito scutorum 1100. alienari debuissent plura corpora valoris scutorum 2600. quæ ea quæ propter necessitatem conceduntur eatenus valeant, quatenus necessitas vrgeat, & non vltra, vt in terminis Giouagnon *d. conf.*22 *n.*6. *&* *n.*16. *lib.*2. Gabr. *dicto conf.*118. *n.*5. *vers. secundo quia*, Natt. Menoch. & alij quos refert, Moder. Carpen. *d. c.*105. *n.*65. *& seq.*

3. Neque alienatio sustineri potest ex eo, quod nisi pensio fuisset extincta redditus Archidiaconatus non fuissent satis pro congrua sustentatione Archidiaconi, & pro oneribus eidem Archidiaconatui annexis distribuendi dictim Portionariis, cæterisque Ministris Ecclesiæ portionem quamdam panis, & vini; tum quia id non probatur nisi ex assertione alienantium cui non creditur. Ancharan. *in Clem* 1. *sub n.*5. *de rebus Eccles. non alien.* Oldrad. *conf.*261. *per tot.* Paris. *consil.*36. *num.*11. *lib.*4. Ægid. *dec.*617. *in princ.* Rot. *dec.*716. *num.*1. *dec.*752 *n.*3. *part.*1. *diuers.* prout nec creditur assertioni ipsius executoris, quando iudicialiter procedere tenebatur Rota *d. dec.*752. *n.*3. *part.*1. *diuers. dec.*261. *n.*6. *part.*4. *tom.*2. *dec.*94. *n.*44. *&* 45. *part.*7. *recent. dec.*36. *num.*3. *&* 9. *dec.*37. *num.*6. apud Cene. *de cons.* & debuisse iudicialiter procedere in casu nostro dicam infrà. Imò contrarium conuincitur ex locationibus plurium annorum datis in Summ. Archidiaconi *n.*6. ex quibus patet, quod soluta pensione, & supradictis aliis oneribus adhuc supererant pro Archidiacono scut. annua vltra 500. monetæ, & licet locationes non probent verum valorem, sufficiunt tamen ad probandum quid, & quantum fuerit tempore locationis perceptum, Rota *coram Reuerendiss. Vrgellen. dec.*307. *num.*4. *&* 5. & in aliis relatis *in Romana fideicomm. de Maximis* 20. *Nouembris* 1647 §. *visa etiam coram* R.P.D. *meo Otthobono*, ita vt exinde resultet probatio, quod contractus postea celebratus non fuit vtilis sed damnosus Ecclesiæ, vt ponderauit Rota *dec.*65. *n.*24. *part.*2. *diuers. dec.*275. *n.*2. *p.*4. *relat. ab addend. ad* Buratt. *dec.*253. *n.*21. *& dec.*94. *n.*63. *part.*7. *recent.*

4. Tum etiam quia quatenus redditus Archidiaconatus supradictis oneribus, & congruæ sustentationi Archidiaconi non sufficerent, poterat Archidiaconus intentare iudicium super nullitate pensionis, seu illius reductionem petere iuxta notata per Garzias *de benef. p.* 1. *c.*5. *sub num.*424. Lother. *de re benef. lib.*5. *q.*42. *n.*57. vnde excluditur necessitas alienandi, Iason. *in l. commodiss. num.*4. *ff. de re iud.* Cuman. *in l. peto*, §. *prædium n.*3. *ff. de leg.*2. Gabr. *consil.*118. *sub num.* 6. *vers. tertio quia lib.*1. Maschard. *de probat. concl.*75. *n.*13. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q.*19. *num.*83. *& seq.* seu vtilitas quæ esse debet indubitata, & euidens, Giouagnon *consil.*22. *n.*14. *lib.*2. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q.*20. *n.*83. Rot. *dec.*65. *n.*17. *p.*2. *diuersor. & in Romana Census* 24. *Maij* 1591. *coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio.*

5. Non obstat, quod præfatæ causæ alienationis fuerint narratæ Papæ in litteris confirmationis desuper obtentæ, ideoque videantur ab ipso approbatæ, ac vlteriori probatione opus non sit, Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q.*19. *n.*109. *& seq.* quia hoc fortè procedit, quando Papa in litteris confirmationis asseruit adesse causam necessitatis, sed in casu nostro cum in eisdem litteris Papa rescripserit conditionaliter, dummodò videlicet alienatio pro euidenti necessitate, & minori damno facta fuerit, ac in euidentem dicti Archidiaconatus cesserit, & cedat vtilitatem, constat quod noluit causas expressas approbare, sed illarum approbationem executoribus sub dicta conditione remittere, Rota *inter recent. dec.*612. *num.*7. *part.*2. *& in Neriton. Pensionis* 5. *Nouembris* 1601. *coram Litta impress.* apud Marches. *de commiss. tom.*1. *fol.*531. *n.*4. *in Metropolitana Pensionis* 2. *Iunij* 1645. §. *non reuel. coram Dec.* & in his terminis Caualer. *dec.*288. *n.*6. Rot. *diuers.*160. *n.*6. *vers. tertio non obstat, & n.*7. *p.*2.

6. Deest pariter solemnitas, nempe beneplacitum Apostolicum, quod enim obtentum fuit de anno 1622. non suffragatur. Primo quia subreptitium, cum non fuerit Papæ narratum, quo vsque de anno 1613. secuta fuerit alienatio, & bonorum possessio tradita emptori, vt narrari debuisset, quia per huiusmodi traditionem alienantes inciderant in pœnam extrauagantis *ambitiosæ*, licet in alienationis instrumento reseruauerint simpliciter beneplacitum Apostolicum Nauarr. *conf.*1. *vers. si non procedat de reb. Eccles. non alienan.* Garzias *de ben. part.*1. *cap.*4. *num.*37. Gonzal. *super regul.*8. *Cancell. glos.*12. *num.*97. Marc. Anton. Genuensis *in praxi Archiepisc. Neapolit. cap.*61 *per tot.*106. aliique relati à Modern. Carpensi *contr. forens. cap.*106. *num.*21. quicquid dicendum esset si beneplacitum reseruatum fuisset cum clausula, non alias aliter, nec alio modo iuxta distinctionem traditam à Chald *de emphyt. lib.*4. *cap.*6. *num.*32 *&* 33.

7. Secundò quia non fuit seruata forma Breuis, vt debuit, *c. cum dilecta. ibique* Abb, *n.*5. *de rescript* Maresc. *variar. resolut. lib.*1. *c.*68. *num.*5. Caualer. *dec.*288. *n.*2. 3. Reuerendiss. Vrgellen. *dec.*230. *num.*14. Rota *inter recent. dec.*624. *num.*1. *part.*1. Illud enim mandat per executores procedi ad alienationis confirmationem, si & postquam constiterit de euidenti necessitate, & vtilitate Ecclesiæ vocatis vocandis, quæ clausula imponebat executori onus assumendi partes Iudicis, & per legitimas probationes præuia citatione interesse habentium, non autem per extraiudicialem informationem cognoscendi de causis narrati *c. exhibita*, *& ibi* Abb. *num.*6. *in vltim. notab. de Iud.* Felin. *in c. fin. num.*23. *de præsumpt.* Gratian. *discept.*596. *num.*30 *& seq.* & in puncto Rota *dec.*624. *num.*4. *part.*2. *dec.*94. *num.*49. *p.*7. *recent.*

8. At neque citati fuerunt Procurator, Fiscalis, & Portionarij interesse habentes propter portiones panis, & vini, sibi ex fructibus Archidiaconatus debitas, quorum aliqui se opposuerunt alienationi; cúmque essent certi, citandi erant nominatim, non autem per edictum Abb. *in c. ex tua*, *n.*3. *de cler. non residen.* Surd. *cons.*181. *n.*6. Seraph. *dec.*1276. *num.*4. Rot. *inter recentior. dec.*624. *num.*8. *part.*1. *dec.*516. *num.*11. *part* 5. neque coram executore factæ fuerunt firmiter probationes, sed tantum exhibiti testes alias informiter examinati qui non probant *si quando, Cod. test. cap.*2. *eodem tit.* vbi Abb. *num.*7. Felin. *n.*6. Dec. *n.*17. adeo quod ex ipsa lectura processus elidatur præsumptio, quæ regulariter stat pro executore eiusque sententia & vti non iustificata ex actis nullius momenti sit vt in his terminis Caualer. *dec.*215. *n.*4. Rot. *dec.*94. *num.*43. *part.*7. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO LXXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Veneris 28. Iunij 1649.

§. 1. LÆlius de Gratianis Francisci patruus non reuocauit in dubium validitatem sententiæ Rotalis latæ ad fauorem ipsius Francisci, sed illius iustitiam, & iterum repetebat, quòd ille nunquam probauerit se esse filium Horatij. Quod tamen etiam hodie DD. rejecerunt, & pro confirmatione sententiæ responderunt, ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit impossibilis, vel difficillima, solæ præsumptiones, & coniecturæ admittuntur cum istæ simul coaceruatæ in hac materia faciant plenam & concludentem probationem contra quoscumque, *c. per tuas, de probat. l. si vicinis, C. de nupt.* Alex. *consil.* 88. *sub n.* 9. *vers. tamen illis non obstantibus, lib.* 7. Natt. *consil.* 235. *n.* 1. *& seqq.* Rot. *dec.* 430. *n.* 13. *& p.* 5. *dec.* 314. *n.* 19. *vers. quoniam quoad qualitatem, & n.* 20 *p.* 6. ac admissum *fuit in Farfen. bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado.* §. *quia licet*, & firmatur *in Bononien. spolij* 16. *Martij* 1648. *coram R. P. D. meo Otthobono.* §. *quod verò.*

2. Coniecturæ enim, & præsumptiones, quæ pro Francisco deducuntur in decisione emissa 7. *Februarij* 1642. *coram R. P. D. meo Royas*, efficaces omninò, & concludentes adhuc Dominis visæ fuerunt.

3. Prima namque ex eo desumpta, quod ille in lucem proditus anno 1613. ex Olympia de Mercadantibus sacro baptismatis fonte ablutus fuit tanquam filius eiusdem Horatij, & vti talis descriptus in libro Baptismali, vt ex partita exinde extracta, *Summario Francisci n.* 2. vehemens ostendit argumentum filiationis, vt præter deductos in dicta decisione considerauit Rota *in Romana filiationis* 10. *Iun.* 1612. *sequitur, coram bon. mem. Pirouano in Romana de Ianellis* 13. *Nouemb.* 1613. *coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana de Catalanis* 27. *Nouem.* 1630. *coram bon. mem. Merlino in reuent. dec.* 409. *n.* 5. *&* 6. *p.* 5. Eoque magis cum ex dispositione secundi testis iuxta 8. *Interrogatorium* probetur in dicto actu personaliter interuenisse eumdemmet Horatium Patrem, ipsumque institisse; vt Franciscus tanquam eius proprius filius baptizaretur *dict. Summario num.* 3. quod proinde plurimum confert ad probationem filiationis, vt in inferioribus terminis tradit Surd. *cons.* 1. *n.* 45. vt dixit Rota *in recent. dec.* 199. *n.* 2. *vers. Baptizatio part.* 3. & in dicta Romana filiationis *dict.* §. *Secundo subsequitur, circa finem*, ac admisit *in Romana de Bonellis* 28. *Nouem.* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo* § 1. *vers. nam coniectura.*

4. Secunda ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, quod Franciscus esset filius Horatij, & tanquam talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denominaretur, vt deponunt testes, *summario dicto n.* 3. efficax pariter, & valida non solùm contra Parentes, ita tractantes, & denominantes, sed etiam contra tertium, præsertim aliis concurrentibus deducta fuit per Rotam *dec.* 472. *n.* 8. *vers. verum etiam* 1. *part. dicta dec.* 409. *num.* 10. & plenius *dicta dec.* 430. *num.* 67. *&* 68. *part.* 5. *& dicta dec.* 314. *num.* 3. *part.* 6. *rec. ac in dicta Romana Filiationis* §. *Tertio conuincitur.*

5. Tertia ex formæ similitudine probata per testes, *summario n.* 4. licet vt plurimum fallax de se sola non reuelet, iuncta tamen cum aliis illas corroborat & administratur, vt dixit Rot. *dicta dec.* 314. *n.* 10. *p.* 6. *recent.*

6. Quarta deprompta ex aliis pluribus testibus concludentibus Olympiam e statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodque tempore conceptionis, & natiuitatis Francisci ad illam nemo habebat accessum præter ipsum Horatium, qui eam domi ab eodem cõductæ, & sitæ è conspectu propriæ habitationis ad meliorem illius custodiam amore maritali retinebat, ibique alimenta, & alia necessaria dietim subministrabat sub spe illam ducendi in vxorem, provt tandem in articulo mortis eam duxit, *eodem Summ. n.* 9. *&* 10. Ex quo propterea necessaria resultat iuris præsumptio, quod Franciscus verè sit filius Horatij illam pro concubina retinentis secundum gloss. Magistr. *in cap.* Michaël. *de fil. presbyt.* quam sequitur Alex. *cons.* 157. *n.* 2. *vers. tamen non ita præsumitur, lib.* 5. aliique relati *in dicta dec. R. P. D. mei Royas* §. *quinta elicita* idémque tenuit Rota *dicta dec.* 314. *n.* 14. *part.* 6. ac admissum fuit *in dicta Farfen. Bonorum* §. *nã teste.* Et licet nonnulli ex præfatis testibus patiantur aliquas exceptiones personales, quia tamen agitur de re, in qua nõ est ita facilè reperire testes omni exceptione maiores, & veritas aliter haberi non potest, ad eam probandam admittuntur testes etiam inhabiles ad text. *in cap. veniens il 2. in fin. de testib.* & præter adductos *in dicta dec.* §. *nec obstant exceptiones* in puncto fuit responsum *supra in allegata Romana filiationis coram bon. mem. Pirouano* §. *fin. & in d. decis.* 314. *n.* 27. *part.* 6. *recent.*

7. Quinta denique resultans ex propriis confessionibus eorumdemmet Lælij, & Octauij Patruorum, tàm extraiudicialibus, ex quo post mortem Horatij ipsi sollicitè affectarunt Francisci curam, *Summar. n.* 5. & passi fuerunt ipsum possidere hæreditatem paternam, quæ alias ad eos spectasset: quàm iudicialibus, agendo contra eumdem Franciscum vti filium, & hæredem Horatij, & contra ipsum obtinendo mandatum executionum pro debito hæreditario illius, quod deinde exequi curarunt super quadam Domo pariter illius hæreditatis, eiusque pretium consequuti fuerunt, *eodem Summ. n.* 6. 7. *&* 8. tanquam omnibus aliis validior, & de se sola sufficiens illum constituit in quasi possessione filiationis contra ipsos Lælium, & Octauium Patruos ita confitentes, & illum pro tali denominantes ad text. *in l. cum precum, C. de liberal. caus.* vt ad propositum tradunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 53. *num.* 23. Gratian. *discept. forens. c.* 653. *n.* 71. *& c.* 731. *n.* 22. cæterique adducti in dicta decisione §. *Quarta*, & quæ omnes, & præter ipsos faciunt, deducta per Alex. *cons.* 181. *n.* 8. *lib.* 7. Paris. *cons.* 10. *n.* 89. *cum seqq. lib.* 1. Natt. *cons.* 59. *n.* 15. *lib.* 1. Petr. *de fideicom. q.* 11. *n.* 299.

8. Nec releuat, quod huiusmodi confessionis factæ fuerint in alio iudicio ad alium finem, & effectum quodque fuerint reuocatæ, & non præiudicent in non dependentibus à voluntate confitentium.

9. Quia vltra alias responsiones datas in dicta *dec. R. P. D. mei Royas* confessio facta in diuerso iudicio, & ad diuersum effectum, quando provt hic est administrata probat contra confitentem in quocumque alio iudicio, & ad quemcumque alium effectum, vt respondit Rota *in Romana Fideicomm de Guidis* 28. *Iunij* 1630. *coram Eminentissimo D. Cardin. Hieronymo Verospio in recent. decis.* 338. *n.* 7. *part.* 6. Et cum confessiones, de quibus agitur, emanauerint circa actus filiationi proportionabiles, & proprios, ac circa statum personæ Francisci, sintque plures, & geminatæ variari non potuerunt, *l. ingenuum cum ibi notat. ff. de stat. homin.* Alexand. *cons.* 35. *n.* 13. *lib.* 7. cum aliis per Gratian. *discept. forens. c.* 869. *n.* 16. Minúsve reuocari in præiudicium iuris ipsi Francisco acquisiti, gloss. final. *in d. cap. per tuas ibique*, Felin. *n.* 14. *vers. quia sicut, de probat.* Surdus *cons.* 169. *n.* 9. Gratian. *vbi supra, cap.* 116. *n.* 5. *cum concordantibus congestis in Auenionen. Alimentorum* 28. *Ianuarij* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado.* §. *nam*

asserto,

assertio, versic. Nec deinde, & §. quoniam assertiones, provt nec reuocatæ fuerunt, & præsertim ab Octauio, de cuius hæreditate agitur, immò ab vtroque effectuatæ per iuprædictam crediti exactionem. Nec dicuntur emissæ circa non dependentia à voluntate confitentium, quia exinde non prætenditur, quod Franciscus efficiatur filius Horatij, sed deducuntur ad effectum probandi veritatem eius filiationis, quod omninò dependet à voluntate confitentis, ipsique præjudicat vt bene respondetur in altera decis. §. *nec obstat quod confessio.*

10. Cæterum iterum DD. dixerunt non obstare depositiones testium pro Lælio examinatorum. Tum quia detecti fuerunt non informati, inueriſimilia deponiunt, conuincuntur de mendacio, & non percutiunt tempus conceptionis, & natiuitatis Francisci; tum etiam quia in concursu cum illis aliis pro Francisco examinatis numero pluribus, melius informatis, verisimilia deponentibus, & concludentibus de loco, & tempore, non sunt attendendi, cum magis sit credendum præfatis testibus Francisci, tot meliores qualitates habentibus, vt singulas ponderando responsum fuit *in dicta decisione* §. *minus obstat, quod probatio cum quatuor seqq.* Ideóque præsertim iunctis supra ponderatis confessionibus, quæ regulariter præualent mille testibus in contrarium examinatis, per ea quæ tradunt Aym. *cons.* 61. *n.* 3. *vers. Confessio enim*, Gabr. *de testibus concl.* 4. *n.* 45. bon. mem. Buratt. *dec.* 117 *n.* 8.

11. Firmata igitur filiatione Francisci per subsequens matrimonium inter dictos Horatium, & Olympiam, eius progenitores, contractum anno 1621. effectus fuit verè, & propriè legitimus §. *primo* Auth. *quib. mod. natur. effic. legit.* Iaſ. *in l. generaliter*, §. *cum autem*, *n.* 9. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Rip. *in l. ſi vnquam. n.* 86. *C. de reuoc. donat.* Honded. *conſ.* 72. *n.* 26. *lib.* 2. Lup. *de illegit. comment.* 4. § 3. *n.* 1. *cum ſeqq.* Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 12. *ſub n.* 4. Gabr. *de legitimat. concl.* 1. *n.* 18. *& ſeqq.* aliique adducti in dicta decis. §. *quod verò.* Ac habilitatus ad succedendum proinde ac ſi vſque ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuiſſet, dum nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit, *Inemo qui, vers. Neque enim, C. de natur. lib.* Hond. *d. conſil.* 72. *n.* 27. *lib.* 2. Itavt proinde ipsi ritè, & rectè concessa fuerit immissio pro medietate hæreditatis dicti Octauij Patrui in concursu cum Lælio altero Patruo, succedendo in stirpes iure repræsentationis eiusdem Horatij Patris, & respectiuè germani fratris præfatorum Octauij, & Lælij iuxta claram dispositionem text. *in* §. *ſi igitur*, Auth. *de hæred. ab inteſt.* vt probatur in eadem dec. §. *Tota diſſi ultras.*

12. Ad ea verò, quæ longa serie in contrarium deducta fuerunt, vel plenissimè satisfactum fuit, tam in prædicta decisione R.P.D. mei Royas, quam in aliis decisionibus contra Attauantem emanatis *coram eodem 29. Maij* 1643. *& coram R.P.D. meo Meltio* 11. *Decembris* 1648. vel non indigent responsione.

Et vtraque, &c.

DECISIO LXXVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

Cusentina Canonicatus.

Sabbathi 5. Iunij 1649.

§. 1. Iosepho de Feria Prouiso Apostolici de Canonicatu, seu Præbenda Metropolitanæ Ecclesiæ Consentinæ mandatum de manutenendo esse concedendum in illius possessione dixerunt Domini, qui ex publico instrumento celebrato sub die 26. Octobris 1642. apertè constat eum possessionem accepisse de dicto Canonicatu, quod quidem instrumentum possessionis probat quoad omnes iuris effectus, & per consequens etiam sufficit ad effectum manutentionis, dum non demonstratur, quod tunc temporis alius possideret ex doctrina Bart. *in l. Prædia. ff. de acquir. poſſeſſ. Inon id circo*, vbi Bald. *C. de fid. inſtrum.* quam indistinctè Rota sequitur, vt millies dictum fuit, & signanter *in dec.* 203. *n.* 3. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 92. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & fuit resolutum *in Elnen. Cameraria* 11. *Martij* 1617. *coram bon. mem.* Buratto, *nec non in Lunen. Sarzanen. beneficij Iun.* 1625. *coram Durano.*

2. Non obstat, quod postea sub die 30 Ianuarij 1644. Ioannes Dominicus Iannocatus dicti Canonicatus possessionem acquisierit. Quia stante anteriori possessione Iosephi recentior præsumitur clandestina, & iniusta, & consequenter non manutenibilis ad text. *in l. licet cauſa. de probat.* Bart. *in l.* 1. § *quod ait*, *n* 1. *& in l. ſi duo. ſub n.* 4. *ff. vti poſſid.* Seraph. *dec.* 1106. *n.* 2. Rota *dec.* 130. *n.* 5. *part.* 7. *recent.*

3. Et licet possessio dicti Ioannis Dominici iusta prætendatur ex quo capta fuit in vim Gratiæ Apostolicæ certo modo obtentæ, & vigore decreti Iudicis Executoris, quæ propterea videtur dici non posse spoliatiua, iuxta gloss. *in c. præſertim verb. in aliam in fin.* 7. *q.* 1. *cap. intra quatuor de maior. & obed.* Gemin. *conſ.* 112. Crauett, *conſ.* 5. *n.* 8. cum aliis, quos congerunt Gabr. *concl.* 1. *n.* 123. *de reſtit. ſpoliat.* & Menoch. *de recuper. poſſ. rem.* 8. *n.* 3. Tamen quia Exequutor nulliter, & iniustè processit, nequaquam dici potest quod priuauerit Iosephum sua possessione, adeo vt ipse, non obstante dicti Io. Dominici immissione, sit manutenendus, vt per DD. *in l. clam poſſidere*, § *qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ.* Rot. *dec.* 539. *num.* 5. *part.* 3. *recent. & deciſ.* 233. *num.* 20. *dec.* 366. *num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 417. *num.* 2. *coram bon. mem. Coccino*, Gregor. XV. *dec.* 9. *num.* 4.

4. Nullitas autem ex eo resultat, quia dum ex Exequutore Apostolico tradita fuit possessio d. Canonicatus ipsi Ioan. Dominico, citatus non fuit Ioseph, provt requirebatur, cum in illius possessione reperiretur, certum est enim nullam possessionis auocationem fieri posse, nisi possessore citato ad text. *in l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo*, *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* Roman. *conſ.* 69. *n* 12. Alex. *conſil.* 5. *num.* 1. *vers. non conſtat, lib.* 2. & præsertim de Exequutore literarum Apostolicarum, vt partes Iudicis assumere teneatur alio existente in possessione, declarat Felin. *in c. fin. n.* 24. & ibi communiter DD. *de præſumpt.* Rota *in nou. dec.* 30. *de reſc. & deciſ.* 102. *in prin. part.* 1. *diuerſ.* Ita vt aliquid facere non possit, nisi parte citata, text. est satis clarus *in l. de vno. quoque, ff. de iud.* Rota *in cauſa Tiraſon. eleemoſynaria* 28. *Ianuar.* 1602. *coram Card. Lancelloto Iuniore, Ripana benef.* 12. *Februarij* 1599. *coram Iuſto, & in Mediolan. benef.* 16. *Nouembris* 1611. *coram Vbaldo*, quod fortius procedit in hac facti contingentia, quia Exequutor fuit mixtus stante clausula in literis Apostolicis apposita, vocatis vocandis, quæ facit semper executorem mixtum, & propterea tenebatur tanto magis partes Iudicis assumere, & citare Iosephum iam possidentem ad text. *in c. licet Epiſc. & ibi* gloss. *verb. te non vocato, de præb. in 6. c. exhibita, de iud.* Oldrad. *conſil.* 22. *n.* 2. Calderin. *conſ.* 4. *de dilat.* Felin. *in c fin. n.* 23. *& ſeq. de præſumpt.* cum aliis relatis per Rot. *dec.* 538. *n.* 6. *part.* 5. *recent. tom.* 2.

5. Non sufficit quod Iannoccarus prætendat dictum Iosephum fuisse citatum, quia hoc non probatur, præterquam ex sola assertiua emanata in Iudicis sententia, & tamen Iudici non hoc asserenti, & quod adhibita fuerit causæ cognitio, ac seruatæ fuerint solemnitates, quæ solent, & debent obseruari, fides non est adhibenda, cum super his confici soleant separatæ scripturæ, vt bene ex-

plicat Menoch. *consil.* 330. *sub n.* 28. Præterea constare etiam deberet de modo quo ista citatio facta fuit, videlicet an fuerit personalis, vel per edictum, & si per edictum an seruata fuerint requisita de quibus per Vestr. *in prax lib.* 4. *c.* 3. *n.* 4. Pas. *in prax. tom.* 2. *fol.* 15. *col.* 3. *n.* 11. Rot. *dec.* 104. *n.* 10. *part.* 6. *recent.* & præcesserit citatio personalis, quæ omninò requiritur, ex text. *in Clem.* 2. *de re iudi. ata.* Seraphin. *de.* 1276. *n.* 1. adeò vt ille, qui nunquam fuit personaliter citatus, citari neque possit per contradictæ Put. *dec.* 109. *lib.* 2 cum aliis per Cardinal. Cavaler. *dec.* 410. *n.* 2. Nec refert quòd dici possit Iosephum fuisse absentem, quia nihilominus citari personaliter debuit eo in loco, in quo reperiebatur, vt post Mhol. *consil.* 105. *col.* 1. Rota apud Capitaq. *dec.* 111. *n.* 3. *part.* 1. Dec. *consil.* 460. *n.* 29. vel saltem in Domo suæ solitæ habitationis, & ad valvas Ecclesiæ Cathedralis in qua est Canonicatus controuersus, iuxta dispositionem text. *in Clem. causa* 3. *de electio.* cuius formam esse præcisè seruandam ad effectum vt absens sua possessione priuetur, firmauit Rota *in Rossanen. Parochialis* 14. *Iunij* 1645. *sub* §. *nullitas coram Reuerend.* P. D. *meo Otthobono.* Vltra quod etiamsi constaret de citatione per Edictum in loco Beneficij, in hoc casu non officeret, quia dictus Iannoccarus impetrauit Canonicatum sub narratiua quod Iosephum Vrbe reperiebatur, à qua discedere noluerat, vnde optimè sciebat vbi ille morabatur, & propterea in eadem Vrbe citari debebat, provt fuerat demandatum in ipsis litteris Apostolicis eiusdem Iannoccari ibi citato dicto Iosepho.

6. Atque ita cum de legitima citatione non constet, & paria sint aliquid non fuisse legitimè factum, & non fuisse factum, *l. nihil interest. ff. de reg. iur.* ex huius citationis defectu non fuit priuatus Ioseph sua possessione, qua stante non est ei deneganda manutentio ex vulgato § *retinenda instit. de interd. cum concord.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

DECISIO LXXIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corto.

In causa Cæsarauguſtana Distributionum.

Lunæ 7. *Iunij* 1649.

§. 1. REditus Ecclesiæ Cæsarauguſtanæ, dum olim ipsa existebat in statu Regulari Ordinis Sancti Augustini, in vnicam dumtaxat bursam, seu massam communem reponebantur, & de ipsis participabant tam Canonici, quàm Portionarij, cæterique Beneficiati, ea tamen forma, vt Canonici integram, Portionarij verò dimidiam portionem pro distributionibus quotidianis, diurnis, ac nocturnis reciperent. Verum Clemens Octauus san. mem. anno 1604. ad preces Philippi Secundi, tunc temporis Hispaniarum Regis eamdem Ecclesiam sæcularizauit, ac numerum Canonicorum ad vnum dumtaxat redactum ad viginti quatuor auxit, quorum cõtemplatione, & vtilitate nouos redditus antiquæ massæ applicauit, nouamque massam ex illis pro ipsorum tantummodo commoditate fieri mandauit, addito, quod deductis prius oneribus omnes præfati Canonici de fructibus dictæ nouæ massæ æquis portionibus, & indifferẽter participare deberent, sine tamẽ præiudicio Portionariorum, aliorumque participantium de distributionibus, & aliis fructibus ad antiquam massam hactenus spectantibus; Et insuper pro prospero, & fœlici statu, ac regimine ipsius Ecclesiæ, & pacifica perceptione, diuisione, & repartitione distributionũ, Anniuersariorum, Eleemosynarum, aliorumque emolumentorum concessit Capitulo plenam, & totalem facultatem condendi Statuta, licita tamen, & honesta, nec Sacris Canonibus, Decretis Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis non contraria per Nuncium Apostolicum, vel Archiepiscopum Cæsarauguſtanum examinanda, & approbanda. Cuius quidem facultatis vigore, ad tollendas omnes differentias super huiusmodi diuisione, & repartitione oriundas, conditum fuit anno 160. à Procuratoribus Capituli solemniter constitutis, quoddam statutum mandans, quod ex nouis redditibus Capitulo applicatis in dicta Bulla sæcularizationis, tantum adderetur Bullæ communi, vt Decanus, & Dignitates, ac singuli Canonici regalia sex, Portionarij verò, & Beneficiati participantes regalia tria pro distributionibus quotidianis, horis diurnis consequerentur. Et huiusmodi Statum succesſiuè à bon. me. Cardinale Merlino, tunc temporis Hispaniarum Nuncio authoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuit, atque capitulariter à Canonicis acceptatum, & obseruatum vsque ad annum 1611. quod huiusmodi præstationem se se amplius non teneri dixerunt. Vnde introducta desuper lite, & terminato Iudicio possessorio ad fauorem Portionariorum cœptum fuit petitorium, in quo editis tribus decisionibus, 3. *Decembris* 1640. 22. *Iunij* 1641. *coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo*, & 21. *Maij* 1642. *coram Reuerend. D. Salamantino* latè fuerunt duæ sententiæ conformes declarantes Capitulum teneri prædictum Statutum seruare, & iuxta illius formam, singulis annis supplere in bursa communi tantam quantitatem, quæ sufficiat pro dictis tribus regalibus vnicuique Portionario singulis diebus præstandis; sed causa per appellationem mihi delata, proposuit discutiendum; An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandum esse post quartam disputationem Domini responderunt; Quia non reuocata in dubium illius validitate, Iustitia conuincitur ex lectura ipsius Statuti ad litteram disponentis circa distributionum repartitionem iuxta modum in eadem sententia expressum; Præfatum enim Statutum cum clarè, & specificè loquatur, ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere licet, ad text. *in l. Ancillæ, ibique* Gloss. *ff. de furt. & in l. Constitutionibus, ff. de municipal.* Bald. *in l. Gallus* §. *si eius, in secunda not. ff. de liber. & posthum.* aliique relati in prima decisione Eminent. D. Card. Panziroli, §. *Cum autem circa finem, & in decisione coram Reuerend. D. Salamantino*, §. *sed quia.* Præsertim cum emanauerit de partium consensu, à Nuncio Apostolico in amplissima forma fuerit confirmatum, & à Capitulo per plures annos executioni demandatum, ex quibus proinde transiuit in contractum, & effectum fuit Papale, itaut per consequens in perpetuum veniat obseruandum, ex plene probatis in omnibus supradictis Decisionibus.

Nec subsistit, quod in pluribus aduersetur dictæ Bullæ sæcularizationis Clementis Octaui.

2. Prima enim contrarietas ex eo desumpta, quod redditus Beneficiorum suppressorum ex forma ipsius Bullæ ponendi essent in massa noua ad commodum dumtaxat, & vtilitatem Canonicorum nouiter erectorum, & nihilominus Statutum illos poni mandauerit in massa veteri, ac ad illorum participationem admiserit etiam Portionarios. Tollitur penitus animaduertendo, quod cum summus ille Pontifex in dicta Bulla *n.* 5. admiserit Canonicos nouiter erectos ad participationem fructuum mensæ Capitularis, seu massæ antiquæ sine præiudicio Portionariorum de fructibus ad eandem massam hactenus spectantibus Participantiũ, ibi, *omnes Canonici præfati de fructibus dictæ mensæ Capitularis æquis portionibus, & indifferenter, sine tamen dicti Gabrielis, ac Portionariorum, & aliorum de portionibus mensæ huiusmodi occupatis, prædictis, nec non aliis fructibus ad eandem massam hactenus spectantibus, & pertinentibus participantium, & c. præiudicio participent, & c.* Ex huiusmodi verò

Canonicorum

Canonicorum admissione Portionarij maximum damnum,& præiudicium passi fuerint,cum exinde antiqua ipsorum portio summoperè diminueretur. Vtique ad consulendum eorum indemnitati omnis æquitas suadebat, quod ipsi admitti deberent ad aliquam participationem massæ nouæ, ne contra mentem Pontificis ex dicta clausula, *sine præiudicio*,satis apertè declaratam, ipsi remanerent in damno,& euidens præiudicium sentirent, vt optimè ponderatur in prima decisione Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli, §. *& ex hoc etiam*, & in decisione Reuerendiss.D.Salmantini,§. *Participatio verò cum seqq.*

3. Maximè cum in eadem met Bulla *sub n.* 107. expressè tribuatur Capitulo facultas condendi quæcumque statuta super perceptione, diuisione, & repartitione omnium fructuum, & distributionum etiam quotidianarum à Nuncio,vel Archiepiscopo examinanda,& approbanda pro fœlici,& prospero huius Ecclesiæ gubernio; vnde cum statuaria admissio Portionariorum ad participationem Massæ nouæ dicatur repartitio fructuum facta pro bono gubernio,& regimine iuxta Bullæ permissionem,nullatenus dici valet,Statutum huiusmodi esse illi contrarium,& consequenter clausulæ generales, quibus eadem Bulla munita reperitur, multò minus obstare videntur, vt bene respondetur in dicta decisione D. Cardinalis Panziroli *dicto §. & ex hoc vers.Præsertim cum per eam*,& in dicta decisione D.Salmantini §. *Adeo quod statutum.*

4. Nec obstat,quod per dictum argumentum Canonicorum numerum viginti quatuor non excedens nullum illatum fuerit Portionariis præiudicium considerabile,cum in statu irregularitatis Ecclesia, de qua agitur,esset receptitia, & aliquando in ipsa quinquaginta Canonici extiterint.

5. Quia cum inter partes non controuertatur tempore Bullæ sæcularizationis in dicta Ecclesia vnicum tantummodo extitisse Canonicum, maximum proinde præiudicium Portionariis illatum fuit, dum ad participationem Massæ antiquæ,de qua vnicus dumtaxat Canonicus tunc temporis existens participabat, viginti quatuor nouiter in eadem Bulla instituti admittebantur,& consequenter, cum regulariter in Gratiis Apostolicis tempus datæ attendi debeat *c. eam te, ibique* Gloss.*verb. datam*,& Felin.*n.*18.*de resc.c.si eodem tempore eodem tit.in* 6.Rot.*in recent.dec.*387. *n.*16. *p.*5. *& dec.*99.*n.*2. *&* 3.*p.*7.*& coram Card.Caual.dec.*196.*n.*1. *versic.Quia ad hunc effectum* præsertim vbi agitur,prout hic,de præiudicio tertij, vt ad propositum dictum fuit coram eodem Card. Caual. *dec.* 46. *n.*4. Præiudicium Portionariorum ob huiusmodi argumentum fuisse euidentissimum,inficiari non potest,& propterea per dictam clausulam præseruatum censetur,vt ratiocinatur dicta decisio D.Salamantini,§. *Absque quod valeat.* Licet enim huiusmodi clausula, *sine præiudicio*, nihil de nouo tribuat, Ius tamen prius inhærens (quod in casu nostro verificatur in perceptione fructuum Massæ antiquæ cum participatione vnius dumtaxat Canonici) totaliter præseruat Caputaq.*dec.*119.*p.*1.Put.*dec.*111.*lib.* 2.*incorrect.* Card.Seraph.*dec.*144.*n.*6.cum aliis in dicta prima decisione D. Cardinalis Panziroli, §. *Et ex hoc etiam tollitur*, ac dictum fuit in Ariminen. Castrorum 14. *Februarij* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

6 Ponderando insuper,quod numerus Canonicorum de tempore præfatæ sæcularizationis ad vnicam dumtaxat reductus fuerat,quia facultates, & redditus mensæ Capitularis,seu Massæ antiquæ pro maiori quantitate nullatenus suppetebant,vt euidenter demonstrat additio dictorum viginti quatuor nouiter erectorum, facta in dicta Bulla præuia assignatione, & distinctione nouarum facultatum;Stante enim huiusmodi redditu insufficientia Portionarij, & beneficiati compelli non poterant ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum demortuorum, & illi valide sese opponere poterant,vt probant Abb.*in c.ex p. n.*4. *ibique* Imol.*n.*10.*vers.in eadem gloss.de concess.præben.* Modern.Roman.*de re benef.lib.*1.*q.*14.*sub n.*19.*vers.tamen intelligitur,& num.*21.*cum seqnent.* Cardin Mantic.*dec.* 239. *n.* 3. Vnde multò minùs refragari potest, quod retroactis temporibus huiusmodi Ecclesia fuerit receptitia quinquaginta Canonicorum, dum de tempore dictæ sæcularizationis ob præfatam reddituum insufficientiam vlterior Canonicorum electio fieri non poterat in præiudicium Proportionariorum,aliorumque Beneficiatorum, & consequenter eo magis clausula præseruatiua operari debet effectum suum supra deductum.

7. Secunda contrarietas ex eo, quod statutum faciat æquales Dignitates cum Canonicis, quæ tamen per dictam Bullam erant exclusæ, tam in statu regulari, quàm sæculari; non spectat ad præsentem quæstionem cum Portionariis agitatam,ideò Domini dixerunt fore examinandum cum ipsismet Dignitatibus.

Tertia denique deprompta ex quo idem Statutum confectum fuit à Capitulo absque interuentu Archiepiscopi contra formam tam Sacri Concilij Tridentini *sess.*22.*cap.*3.*& sess.*24.*pariter cap.*3. *de reformat.* quàm ipsiusmet Bullæ *sub n.*78.remouetur ponderando,quod erectio nouæ bursæ,& repartitio fructuum ac distributionum sunt duo actus penitùs inter se distincti, & separati. Quorum primus per Sacrum Concilium locis allegatis,& Bullam *d.n.*78. ipsi Archiepiscopo demandatur; Secundus verò concernens repartitionem fructuum, & distributionum non comprehenditur sub Concilio,sed ex forma dictæ Bullæ *sub n.*107.Capitulo commissus fuit, cum examine tamen, & approbatione Nuncij Apostolici, vel Archiepiscopi Cæsaraugustani. Vnde cum statutum,de quo agitur, non loquatur, nec versetur super primo actu,scilicet erectionis nouæ bursæ,sed super secundo repartitionis fructuum; & solemniter Nuncium fuerit examinatum,& approbatum, (vt toties dictum est) Vtique tantum abest,quod videatur dictæ Bullæ contrarium,quinimò totaliter est ipsi conforme tanquam præcisè confectum, iuxta formam ab ipsa præscriptam, vt respondetur in omnibus prædictis decisionibus.

8. Nec subsistit, quod præfatum Statutum reuocari potuerit, provt de facto fuerit reuocatum.

Quia cum Capitulum non habeat facultatem statuendi, vel statuta immutandi, nisi accedente Authoritate Apostolica mediantibus prædictis examine, & approbatione Nuncij,vel Archiepiscopi; Statutum verò, de quo agitur (vt sæpiùs dictum fuit) per Nuncium tunc temporis Hispaniarum authoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuerit:Vtique tolli non potuit, nec aliter statuendo reuocari,eadem Apostolica solemni confirmatione,non intercedente, ex Theoric. Bart.*in l.omnes populi,n.*33. *vers. Aut non poterat facere,ff.de iustit. & iur.* quem sequutus fuit Abb. *cons.*25. *n.*25. *part.*2. & comprobauit Rota coram Cardin. Seraphin.*dec.*538.*num.*1. *vers. tamen non habet,in recent. dec.*104.*sub n.*2.*vers.maximè cum ab huiusmodi part.*3. *& dec.*87.*n.*3. *part.*7. & dictum fuit in dicta decisione Eminentissimi D.Cardinalis Panziroli,§. *Nec videtur.* Vltra quod asserta reuocatio tanquam notoriè nulla,& attentata præuiis duabus decisionibus coram me editis 17.*Februar. &* 26. *Iun.* 1645. reuocata fuit, & pro illius reuocatione præuia altera decisione *sub die* 25. *Maij* 1646. ad Censurarum,& declaratoriæ relaxationem processam ob duritiem Capituli mandatis Rotalibus parere recusantis.

9. Cæterum repetita fructuum diminutio penitus sublata fuit in omnibus aliis præcedētibus decisionibus, & signanter ex quo non solum vnquàm iustificata non

fuit,

fuit,sed plenè elisa ex libris eiusdem Capituli, & relationibus Peritorum, ex quibus apparuit redditus huius Ecclesiæ à dicto anno 1607. potiùs fuisse auctos,quàm diminutos. Quinimò suffragari non potest, dum ex forma dicti Statuti Capitulum supplere tenetur in bursa communi,quidquid necesse erit pro solutione dictorum trium regalium, vbi respondetur in decisione D. Salmantini §.*finali*.

Atque ita resolutum fuit vtraque parte trina vice informante,hodie verò Portionarij tantùm,&c.

DECISIO LXXX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles.

In causa Pampilonen Decimarum de Verastegui.

Mercurij 12.Iunij 1649.

§.1. INtegras Decimas loci de Verastegui spectare ad Rectorem, & Beneficiatos Parochialis eiusdem loci per tres sententias conformes,fuit decisum contra D. Garcian de Verastegui, & vigore trium conformium,reique iudicatæ etiam Executoriales fuerunt expeditæ,exequutæ,reproductæ,atque seruati contra eundem quatuor termini, iuxta stylum Rotæ ad docen. se paruisse,de quibus Felin.*in cap.* Rodulphus *num.*41. *de rescript.* Vestr.*in prax.lib.*8 *cvlt.n.*19.*vers.Termini autem*,&c.Rot.*dec.*254.*n.*3.*part.*6.*rec.*Cumque pro parte Garciæ non fuerit doctum de paritione,visum fuit Dominis contra eum relaxan.declaratorium,Marian Soccin.*in c.Nonnulli,n.*7.*de sent.excomm.* Abb.*in c.*1. *n.*10. *de iud.* Cassad.*dec.*5.*num.*7. *de constit.* Mohedan *dec.*1. *alias* 147.*de sent.excom.* Achill. *dec.*5. *num.*2. *eod. tit.* Mantic.*dec.*74.*n.*1.Seraph.*dec.*1113.*n.*3.Buratt.*dec.*17. *n.*1.*& dec.* 725. *n. eod. & vtrobique Adden.* Rota *dec.* 445.*n.*4.*p.*2. *ec.*478.*per tot.ead. part.*2. *Toletanæ Canonicatus* 18.*Iunij* 1646.*coram* R.P.D. *meo Otthobono,& Trullen.Prioratus* 28.*Iunij,ac Bouen. Abb.*10. *Nouembris* 1645.*coram me.*

2 Quia seruatis supradictis terminis probata dicitur negatiua non paritionis eo ipso, quod per alteram partem non probatur affirmatiua, vt bene Serach. *d.decis.* 1113.*n.*3. *vers.satis dicitur constare* &c. *dicta Toletana Canonicatus* 18.*Iunij* 1646. *& in Assen. Persionis* 11. *Decembris* 1648.*coram R.P.D.meo Otthobono*, vbi aliæ cumulantur.

3. Non attento quod Executoriales D. Garciæ intimatæ non fuerint personaliter, provt debuisse dicunt Innoc.*in c. final.num.*5.*vers. Alias autem*, &c. *de eo qui mitti in poss.* Felin.*in cap.Cum sit Romana, num. de appell.*Roman.*cons.*482.*num.*2.Rot. *dec.*208. *n.*15. *part. recent.*

4. Quia cùm dolosè latitauerit ad effectum impediendæ intimationis personalis,sufficiens visa fuit intimatio facta Matri,aliisque Garciæ affinibus, ac insuper domi,atque per Edictum ad valuas Ecclesiarum, Felin. *vbi proximè n.*20.*vers.Decimo,nota*,&c.Vitalin. *in Clementina* 1.*in fine,de foro competen.*Couarr. *in cap. Alma Mater, part.*1 §. *Nota*, &c. Tiraquell. *de retract. lib.*1.§.9.Glossa 2.*n.*4. Specular. *in tit. de contum.* §.1. *in princ.*cum pluribus per Modern. *Casanaten. de citat. tom.*2.*cap.*11.*sub num.*259. *vers. Declara tertio, quando quis excommunicandus dolo latitat*,&c. *& per Crescent. decis.*8. *alias* 151. *num.*1. *&* 2. *desent. & re iudic* quæ solis exceptis nominibus tota loquitur in nostris terminis.

5. Quod autem D. Garcias,& dolosè latitauerit, & malitiosè se absentauerit ad hunc effectum impediendæ intimationis personalis,constat ex pluribus diligentiis per Nuncium sæpè factis de eo reperiendo in locis Verastegui,Amezqueta,Lecunza,& Villareal,ac in Domibus propria, & affinium, cui Nuncio vti attestanti de re suum officium concernente, standum esse nequit Put.*decis.*187.*lib.*3. Seraph. *dec.* 1223. *num.*3. *vers. Cursori vero, seu Nuncio de diligentiis*, &c. Caputaq. *dec.*254.*alias* 3. *part.*2.*recent.*212. *n.*2. *part.*2. Buratt. *dec.*789.*num.*1.*&* 2.*ibique Adden. littera A. vers.Nuncio attestanti*,&c. vbi plures refert ad effectum declaratoriæ.

6.Procliuiores etiam in hanc sententiam inerunt Domini ob recursus habitos ad Curiam Regiam pro impedienda executione dd. Executorialium, qui recursus præsumuntur facti ad instantiam D. Garciæ, cuius interest impedimentum *c.Constitutis il 1.de restib* Seraph. *dec.*1094.*n.*1.*&* 2.*recent.dec.*404.*n.*3.*p.* 5. *& dec.*309. *n.eodem part.*7.qui propterea ob recursus illaqueauit se etiam in censuris Bullæ Cœnæ Domini, *cap.Exceptionem* 12.*de exempt.Clement.*1.*eod.tit.* Buratt. *decis.*136. *num.*1.*recent.*291.*num.*6.*part.*2.vbi quod recursus præsumuntur facti ab habente interesse Toletana *augmenti seruitij* 26. *Aprilis* 1638. *coram Reuerendiss. D. meo Dunozet Decano, & Barbastren. Decimarum* 25. *Iunij* 1604. *coram Reuerendissimo D. meo Carillo Episcopo Salamantino.*

Et ita,&c.vnica,&c.

DECISIO LXXXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro.

Romana Dotis.

Veneris 18. *Iunij* 1649.

§.1. NVpsit prius Clarix Castaccia Lucæ de Baronibus, ipsoque defuncto superstite Lucretia communi filia iterum,& secundo nupsit Ioan. Baptistæ Balestræ constituta dote scutorum bismille, ac deinde condidit testamentum, in quo suos hæredes instituit eius Ventrem, omnesque alios filios, tam masculos, quam fœminas nascituros ex ipsa, & d. Ioan. Baptistâ secundo viro,illisque non extantibus in vniuersa hæreditate vulgariter,& pupillariter, & per fideicommissum eundem secundum virum substituit.

2.Obiicit postmodum ipsa Clarix, & vigore præfati testamenti Ioan.Baptista Victrinus omnia sua bona occupauit: Nuperrimè verò decessit etiam Lucretia, instituta sibi vniuersali hærede Camilla Pellegrina eius filia, quæ productis coram A. C. instrumentis promissionis, & solutionis dictæ dotis, iudicium introduxit contra ipsum Ioannem Baptistam, seruatisque seruandis;ac legitimatis personis,duo mandata executiua obtinuit,alterum scilicet pro tertia parte dd.scutor 2000. ratione legitimæ sibi de iure debitæ, alterum verò pro alia tertia parte iure coæqualis successionis cum ipso Victrino, à quibus interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*,dubitauit,an mandata A.C.essent exequenda, & omissa illorum validitate,quæ non controuertitur, tota difficultas restricta fuit ad iustitiam,quia Ioann.Baptista principaliter opponebat, quod Camilla nullam haberet actionem petendi restitutionem dictæ dotis,vti hæres ab intestato Claricis, ex quo ipsa decessit cum testamento, cuius causa facit cessare causam intestati *l.antequam, C. comm.de succes.l.quandiu potest ex testamento.ff. de acquirit.hæred.l.*1,*C. de secund. tabul.*

3.Sed re bene perpensa Domini,hoc minimè obstante resoluerunt mandata A. C. fore exequenda ex aperta dispositione text. *in l. hac edictal. C. de secund. nupt.* vbi cauetur mulierem secundo, vel vlteriori viro nullo libertatis

libertatis titulo, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem in testamento, vel codicillis posse plus relinquere, quam vni ex filiis primi matrimonij, & si secus fuerit, priùs deducendam esse integram legitimam pro filiis dicti prioris matrimonij, deinde verò residuum inter eosdem filios, & Victricum æqualiter diuidendum: Ideóque dum Clarix in omnibus suis bonis Victricum substituit, vtique illud plus, quod in fraudem dictæ legis relictum fuit, pro non scripto habetur & Camillæ eius nepti competit primo loco detractio integræ legitimæ, deinde verò coæqualis portio remanentis hæreditatis, vt etiam non minus clarè disponitur in Auth. *de nupt. §. optimè collat. 4.* & hanc sententiam tanquam veriorem, & æquiorem sequuntur Bald. *in d. l. hac edictali n. 20. & in l. vnica n. 10. ibique* Burt. *n. 2.* & Castr. *n. 4. C. de inoff. dot.* Ripa *in l. quartam n. 219. ff. ad leg. falcid.* idem Bald. *cons. 22. n. 1. lib. 5.* Castr. *cons. 250. sub n. 1. vers. vtrum saltem part. 2.* Dec. *cons. 245. n. 2. & 3.* Roland. *vers. 29. n. 11. lib. 4.* Rimin. iun. *cons. 311. n. 15. & cons. 333. n. 3.* Aym. *cons. 142. n. 4. & cons. 194. num. 1.* Ruin. *cons. 94. n. 5. vers. quod autem, lib. 5.* Cephal. *cons. 421. num. 6. & 20. vsque ad fin.* Surd. *cons. 237. num. 11.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. tom. 4. num. 59.* Fachin. *contr. iur. lib. 3. cap. 70. vers. fundamentum est dum seqq.* Trentacinq. *var. resol. lib. 3. resol. 5. sub num. 34. vers. secunda pœna,* Gratian. *discept. for. c. 463. n. 1.* & amplexa fuit Rota *coram Crescent. dec. 4. ad fin. de testam.* aliisque antiquioribus omissis *in Romana legati 27. Mart. 1634. §. alterum fundamentum, & Romana quarti dotalis 15. Decemb. eiusdem anni & 15. Maij 1633. coram Eminentiss. Dom. Card. Hieronymo Verospio, in Fauentina dotis seu successionis 21. Febr. 1639. coram Reueren. D. meo Decano, in Vrbeuetana restitutionis dotis 6. Februar. 14. Decem. 1640. coram bon. mem. Merlino, 30. Ianuar. 1642. coram R. P. D. meo Royas, & 4. Febr. 1643. coram* R. P. D. *meo Peutingerio in Romana successionis 18. Maij 1646. coram* R. P. D. *meo Corrado, & in Bonon. successionis 15. Mart. 1647. coram* R. P. D. *meo Bichio.*

4. Itaque etiamsi Ioan. Baptista Victricus non fuerit Institutus, sed tantummodo propriis filiis substitutus, quia nihilominus locum habet dispositio *d. legis* cum totalis ordinatio præfati testamenti facta censeatur eius contemplatione animo illam fraudandi, per text. *in l. Sulpitius vers. si color. ff. de donat. int. vir. & vxor. Eugen. cons. 1. num. 31. lib. 2.* & alij ad propositum relati *in dict. Romana successione 14. Iun. 1647. coram* R. P. D. *meo Corrado, §. quia contrarie, vers. deinde fuit.* Eoque magis in casu nostro, quo Victricus solus superstes tempora mortis vxoris in vim vulgaris vniuersam apprehendit hæreditatem, quo fit, vt perinde habeatur, ac si fuisset hæres institutus, cum substitutus per vulgarem testatori directè succedere dicatur per ea, quæ tradit Fusar. *de substit. q. 22. num. 1.*

5. Nec refert, quod Lucretia de præfata materna dispositione nunquam conquesta fuerit, & proinde ius dicendi de illius nullitate, vtpotè introductum ob iniuriam, ipsius morte extinctum remanserit, nec transmissum fuerit ad Camillam eius hæredem, vt in simili dixit Rota *dec. 223. n. 7. 8. & 9. part. 5. recent.*

5. Quia huiusmodi conclusio nonnullas patitur limitationes, quarum duæ explicantur casui nostro; altera scilicet quod non procedat, quando filius decessit, provt hic, condito testamento, cum in hoc casu dictum ius ad eius hæredes omninò transmittat, vt distinguendo firmat Bolognin. *in addit. ad Matthesilan. de success. ab intest. art. 2. num. 23. inter tract. magn. to. 8. p. 1. fol. mihi* 326. Gabr. *de secund. nupt. concl. 3. num. 31.* Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quæst. 2. num. 13. cum dub. seqq.* Altera verò quod procedat tantummodo in hæredibus extraneis, non autem, provt hic, in filiis, & descendentibus, in quibus transmissionem dicti iuris fieri ipso iure etiam ab intestato, defendunt in terminis *d. l. hac edictali* Aym. *d. cons. 142. num. 2.* Cancer. *var. resol. lib. 3. tit. de inuent. c. 4. num. 195. cum seqq.* Gabr. *vbi suprà concl. 4. num. 49.* Trentacinq. *d. resol. 5. sub num. 34. vers. septimo ius competit. l. 3. modern.* Venet. *de transmiss. cap. 13. n. 2. cum seqq.*

6. Et cessat difficultas quia *textus in d. l. hac edictali & in d. §. optimè* non loquitur solùm de filiis, sed etiam de nepotibus, & neptibus, pronepotibus, & proneptibus ex vtroque sexu progenitis, *vt in d. l. vers. quam obseruationem, & in d. vers. hoc idem obseruando.* Ac proinde dum Camilla est filia Lucretiæ, & sic neptis Claricis testatricis, vt fassus fuit ipsemet Balestra in positionibus per eum productis *sanm. n. 4.* quæ contra ipsum faciunt plenam probationem, vt dictum fuit *in Arbon. pensionis 1. Iul. 1647. coram Reuer. D. Terracin. §. hæc autem.* Vtique nulla indiget transmissione, sed etiam ex persona propria iuuatur dispositione dicti textus, & consequenter dictas duas portiones Auitæ hæreditatis consequi debet, nedum tanquam hæres Lucretiæ, sed etiam tanquam neptis testatricis in dicta legali dispositione explicitè comprehensa, & primum gradum successionis obtinens, vt bene animaduertunt Bertran. *in receptione d. l. hac edictali in d. l. vers. quam obseruationem num. 4.* Ruin. *cons. 8. num. 4. vers. & primo lib. 5.* Fontanell. *vbi suprà d. claus. 5. glos. 8. part. 4. num. 53.* Molfes. *ad consuetud. Neap. part. 3. q. 18. num. 1. & per tot.* Cancer. *var. resol. d. cap. 2. num. 197. de rit. nup. lib. 3. quæst. 35. num. 12.* Surd. *dec. 73. num. 10.* cum aliis in puncto allegatis *in d. Bononien. successionis 15. Mart. 1647. coram. R. P. D. meo Bichio: §. pro cuius dubij resolutione cum seqq.*

7. Ideóque non releuat, quod ex longi temporis cursu cum subsequuta taciturnitate eiusdem Lucretiæ, vel huiusmodi actio præscripta fuerit, vel saltem inducta videatur tacita præfatæ iniuriæ remissio.

8. Præscriptio enim allegari non potest, quia à die obitus Claricis sequuti *mense Februar. 1621.* vsque ad mortem Lucretiæ defunctæ *mense Maij 1647. summ. n. 2.* non intercessit cursus 30. annorum ad præscribendum huiusmodi actiones necessarius *l. si licet, C. de iur. deliber. l. sicut, & l. omne. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Rolan. *cons. 21. n. 45. lib. 2.*

9. Tacita verò remissio multò minus deduci valet; tum quia non constat illam habuisse explicatam notitiam dictæ nullitatis, quæ non probatur ex sola intimatione testamenti, vt latè dixit Rota *in Romana de Marescotis 20. Mart. 1615. coram bon. mem. Card. Sacrato in recent. dec. 662. n. 3. part. 2.* Tum quia taciturnitas etiam cum scientia non sufficit vt exinde dicta iniuria censeatur remissa per ea, quæ tradit Modern. Venet. *vbi suprà d. cap. 13. sub num. 11. vers. quibus tamen non obstantibus vsque in fin.* cum aliis *per Add. ad bon. mem. Burat. dec. 82. litera E.* Eoque minus cum Lucretia tanquam mulier illam nec expressè remittere potuerit absque solemnitatibus statutariis, vt dixit Rot. *coram bon. mem. Burat. d. dec. 82. n. 13.* Tum deinde quia ipsa dictæ intimationi expressè opposuit *generalia contra,* quæ sanè oppositio non solùm excludit eius consensum, sed apertum dissensum, & contradictionem ostendit, ac præseruat ius excipiendi quandocumque Marescot. *var. resolut. lib. 1. c. 81. num. 10.* Caputaq. *dec. 323. part. 1.* Rota *in recent. dec. 91. num. 15. part. 6.* Quæ tantò magis procedunt ad fauorem Camillæ, cum ipsa non prius obtinuerit gradum primæ successionis, nec prius agere potuerit, quam post obitum dictæ Lucretiæ sequutum *d. anno 1647.* & sic ab inde circa contra ipsam nullum tempus præscriptionis, nec aliqua taciturnitas allegari potest, cum ferè in continenti iudicium coram A. C. introduxerit.

10. Decisiones denique emanatas *in causa Romana domus 4. Maij 1647. coram* R. P. D. *meo Meltio,* in quibus

bus deducitur validitas testamenti, de quo agitur, Dixerunt Domini non applicari casui nostro, quia emanarunt inter diuersas personas, ad diuersum effectum, & super diuerso articulo.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

Toletana Decimarum.

Datæ 22. Iunij 1649.

§. 1. PRo Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinali Archiepiscopo Toletano fuit resolutum, esse illi dandum mandatum de manutenendo exigendi Decimas super bonis Patrimonialibus Gundisalui Muñiz, seu Muñoz Loaysa, y Treuiño Equitis de Calatraua; quia possessio D. Archiepiscopi exigendi Decimas ex fructibus Prædiorum, ac bonorum Patrimonialium dicti Gundisalui, probatur ex pluribus Testibus deponentibus Auum, & Patrem Gundisalui, de eisdem bonis soluisse Decimas Arrendatariis D. Archiepiscopi, atque aliis Ministris, & vlteriùs concludunt solutionem continuatam vsque ad annum 1634. & 1635. vt in Summ. *n.* 1 Hac igitur possessione attenta iure merito D. Archiepiscopus possessor in ea est manutenendus §. *retinenda instit. de interd. l. 1. ff. Vti possid.* Rota *in Hispalen. Decimarum* 27. *Iunij* 1644. *in princ. coram* R.P.D. *meo Corrado, & in Toletana decimarum* 15. *Iunij anni præteriti §. etenim possessio coram* R.P.D. *meo Celso.*

2. Neque obstat, quod Gundisaluus, & alij Equites de Calatraua consueuerint non persoluere Decimas de eorum bonis Patrimonialibus, vt conantur probare Testes pro Equite examinati, & relati in Summario D. Archiepiscopi *n.* 2. quia Testes non concludunt negatiuam, prout deberent videlicet; quod solutio fieri non potuisset, quin ipsi vidissent, & sciuissent, Bart. *in l. 1. hoc interdicto n. 8. ff. de itinere, actuque priuato*, Rota *coram Caual. dec. 417. n. 3.* Seraph. *del. 110. n. 8.* plutibus adductis *in Hispalen. Decimarum 15. Februarij* 1647. *§. quia natura, coram R.P.D. Meltio, & in dicta Toletana sub § non obstat coram D. meo Celso.*

3. Nec minus prædicti Testes probant scientiam, & patientiam Archiepiscopi, sine qua Equitibus Calatrauæ nulla potuit acquiri quasi possessio exemptiua non soluendi Decimas, *l. quoties 15 §. seruitutem, ff. de seruit. l. 2. & ibi* Gloss. *in verb. sciente C. de seruit. & aq.* Rot. *coram Burat. dec. 572. n. 12. & in rec. dec. 23. n. 5. p. 6.* præsertim in damnum Ecclesiæ, cui ex negligentia Prælati, aut aliorum nullum inferri potest præiudicium, vt cumulatis decisionibus fuit luculenter firmatum *in Hispalen. Decimarum* 27. *Iunij* 1644. *in §. secundo quia, coram R.P.D. meo Corrado*, & sequuta fuit Rota *in dicta Toletana decimarum, §. præsertim coram R.P.D. meo Celso.*

4. Et vlterius possessio particularis concludenter probata D. Archiepiscopi exigendi Decimas super bonis Patrimonialibus Equitis Gundisalui præfertur possessioni generali exemptiuæ, quam ipse, aut alij Equites prætendere possent, Marescott. *var. resol. lib. 1. c. 11. n. 28.* Rota *coram Seraph. dec. 1380. n. 2. & in dicta Hispalen. decimarum 15. Februa.* 1647. *§. vnde coram* R.P.D. *meo Meltio.*

5. Minus obstat Priuilegium Pij IV. emanatum ad fauorem Equitum de Calatraua Dat. Tuderti anno 1462. Idus Nouembr. Pontificatus Anno 5. quia exceptio Priuilegij exemptiui reiicitur ad petitorium, nam manutentio dependet à possessione, non autem à Priuilegiis, Rota *dec. 562. n. 3. p. 1. recent. & in dicta Hispal. coram* R.P.D. *meo Corrado, sub §. Quia fuit responsum, & in dicta Toletana decimarum coram D. meo Celso sub §. Non obstant priuilegia.*

6. Seu exceptio priuilegij exemptiui admitti posset, quando Priuilegium esset adeo clarum, & indubitatum, vt nullus superesset hæsitandi locus, Rota *dec. 508. n. 13. p. 5. recent. & firmatum fuit in dicta Hispalen. coram D. meo Corrado. sub §. Nec aduersantur.* Priuilegium verò Militum, quod fuit datum in Summario D. Archiepiscopi *num.* 12. plures continet difficultates; nam loquitur de exemptione bonorum Patrimonialium, sed tantùm de exemptione bonorum Religionis, vt in specie similis exemptionis firmauit Rota contra Milites de Alcantara apud Seraphin. *dec. 605. per tot.*

7. Imò Priuilegium expressè loquitur de decimis extraordinariis debitis, iure humano non autem de Ordinariis debitis iure Diuino, vt ex lectura apparet. Et ita etiam in dubio interpretandum esset, prout eodem modo Rota fuit interpretata, aliud Priuilegium eximens simpliciter à solutione Decimarum à Pio IV. Summo Pontifice concessum Religioni Hierosolymitanæ in *Hispalen. decimarum de Baeana* 16. *Martij* 1647. *sub §. Non obstant Priuilegia coram* R.P.D. *meo Cerro*, & prius de simili Priuilegio concesso à Benedictino XI. Monialibus Ordinis S. Dominici dixit Rota in *Vercell. decimarum* 15. *Nouembris* 1645. *in §. Hinc etiam eodem* R.P.D. *meo Cerro.*

8. Et tollit omnem difficultatem ipsum Priuilegium, quia non continet derogationem cap. *vnper de Decim.* quod tanquam conciliare indiuiduam, & specificam derogationem requirit Archidiacon. *in cap. 1. n. 2. vers. sed dic planius de constit. in 6.* Mohedan. *dec. 7. n. 2. locat.* Rota *diuers. dec. 123. p. 1. coram bon. mem. Coccino, dec. 279. n. 6. in dicta Vercellen. decimarum* 15. *Nouembris* 1645. *in §. Non obstat præcensum priuilegium, & 15. Ianuar.* 1646. *in §. Nec obstare visa fuerunt coram* R.P.D. *meo Cerro, & in alia Vercellen. decimarum* 31. *Maij* 1647. *in § final. coram* R.P.D. *meo Royas, & in sæpe citata Toletana decimarum coram* R.P.D. *meo Celso in §. pen. & alibi sæpè.* Et ita fuit resolutum Eminentiss. D. Archiepisc. tantum informante.

DECISIO LXXXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio.

In causa Hispalen. Decimarum.

Veneris 25. Iunij 1649.

§. 1. VTrum Capitulo & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Hispalensis in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus bonorum, quæ patres Dominicani Monasterij S. Pauli eiusdem Ciuitatis hæreditario, vel alio titulo à Laicis acquisiuerunt, & propriis sumptibus colunt, vel è conuerso ipsis Dominicanis in quasi possessione non soluendi dictas decimas danda sit manutentio, fuit hodiernæ disputationi expositum, & ad fauorem Capituli resolutum, prout alias in secunda instantia coram R.P.D. meo Meltio, quia illius intentio fundatur ne dum in assistentia iuris, quam habet vti generalis, & perpetuus administrator redditum, & decimarum Vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in Diœcesi Hispalensi, sed etiam in particulari quasi possessione exigendi decimas ex ipso prædio nuncupato di buena speranza olim possesso à Didaco Henriquez, & per eum vendito Dominicanis, de quo deponunt plures Testes de facto proprio *summ. cap. n. 4.* & propter ea bene de quasi possessionem probant Bald. *in l. n. 21. C. de fructib. & lit. expen.* Coccin. *dec. 459. n. 2.*

2. Eademque quasi possessio acquisita in tempore quo possidebat

possidebat Henriquez ad obtinendam manutentionem aduersus Dominicanos illius successores Capitulo suffragatur, quia ius metimur ex parte actoris, cumque sit reale mutata persona possessorij non immutatur, vt in terminis decimarum Rota *dec.341.n.1. part.1. recent. decis.189. num.3. part.2. decis.455.n.2. penes modern. de manut.* & magis in puncto ad fauorem huius Capituli contra successores prætendentes habere priuilegium exemptionis à solutione decimarum fuit decisum *in Hispalen. decimarum 27.Iunij 1643. §. quia fuit responsum coram R.P.D.meo Corrado, & in alia Hispalen. decimarum de Barcona 12.Ianuarij 1646.§.quia permutationem coram R.P.D. meo Cerro*, nisi forte successoris priuilegium sit clarum, & indubitatum in quibus terminis loquitur decisio 215.*coram Reuerendiss.Vrgellen. & dec.44.n.4. part.7. recent.* vt declarauit Rota *in Toletana decimarum 15.Iunij 1648.§.fin.coram R.P.D. meo Celso* quale (vt infra dicam) non est priuilegium Dominicanorum.

3. Dici verò non potest Capitulum à possessione cecidisse ex quo per decennium, & amplius decimas non exegerit, quia ciuilis possessio animo retenta etiam vltra decennium continuata præsumitur in his incorporalibus, quando non fuit contradicta seu interuersa per denegationem solutionis semel factam à debitore, vel alter eiusdem iuris quasi possessionem non acquisiuit, cum tunc non intret præsumptio obliuionis, ac admissionis animi possidendi, quam lapsus decennij inducere solet interuersa, vel occupata per alterum possessione; Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.38. n.216. & seqq.* Gratian. *discept.310.n.48. & seq. & post* Bertazzol. loquentem de taciturnitate per 30.annos Buratt. *dec.347.n* 10. & 11. Mantic. *d.c* 272.*n.5.* Rota *inter recent. dec.287. n.5.part.2. dec.143.n.2. & dec.577.n.13. inter impress. apud modern. de manut. cum aliis alleg. in d. tract. obseru.58.n.13.*

4. At in casu nostro Dominicani non probant denegasse aliquando solutionem harum decimarum Capitulo ipso acquiescente ad quem effectum non releuant Testes dati in illorum *summ.n.4.* deponentes quod in Archiepiscopatu Hispalensi adest quidam redditus nuncupatus Fratrum, & Monialium qui componitur ex hæreditatibus, & bonis per Fratres & Moniales acquisitis, cuius decimam percipiunt Arrendatores Archiepiscopatus, quia exinde resultat quidem probatio affirmatiuæ, nempe quod bonorum ibi descriptorum decimæ ad Capitulum spectant, & ab Arrendatoribus exactæ fuerunt non tamen negatiuæ non pertinentiæ, aut denegationis decimarum ibi non descriptarum, vt ex Peregrin. & aliis respondit Rota *in Bonon fideicommissi de Glauarinis 5. Iunij 1637. §. nec excusant, coram R. P. D. meo Royas, facit decis.497.num.2. & 3.part.4. recent.* Eò minùs, quia nulla adest necessitas, aut obligatio has decimas arrendandi, & quod plus est in arrendamentis factis excipiuntur nominatim decimæ illorum qui soluere recusant, earumque exactio reseruatur Capitulo, vnde prorsus excluditur acquiescentia Capituli ne decima hæc exigeretur, vt bene ponderatum fuit in prima decisione huius causæ *coram R. P. D. meo Meltio sub die 15.Februarij 1647.§.& dum*, & in omnem euentum negligentia Capituli in exigendo quia præiudicare non valet Ecclesiæ penes quam possessio radicaliter manet, non efficeret quin eiusdem Ecclesiæ nomine hodie peti posset manutentio, Seraphin. *decis.1417.sub num.3.* cum aliis allegatis *in Hispalen. decimarum.27. Iunij 1644 §. secundo quia, coram R.P. D.meo Corrado.*

5. Ex his corrolariè sequitur quod à Patribus Dominicanis nusquam acquisita fuerit quasi possessio non soluendi, ac exemptionis à solutione decimæ; quia cum actus negatiui possessio pendeat ab ipsa denegatione, & per hanc affirmatiua possessio prioris possessorij absque illius consensu, & animo non euacuetur, requiritur proinde ad acquirendam quasi possessionem non soluendi denegatio ex parte acquirentis, & copulatiuè scientia, & patientia creditoris in quasi possessione exigendi existentis iuxta notata per DD. *in l. 1. Cod. de seruitut. & acqu. l.quamuis 46. ff. de acquir. poss.* Buratt. *decis.912.num.6.* & in terminis decimarum vltra allegatos in decisionibus D. mei Meltij Seraphin. *decis.1463. num.5.* Mantic. *decis. 40. num 9. & decis. 20. sub num.6.* Rot. *decis.165. sub n.5. & 6. part. 4. & in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. §. Alterius, coram* R. P. D. *meo Celso*, & gratis dicitur scientiam, & patientiam huiusmodi non requiri quando constat de titulo, Rebuff. *in constitut. Gall. tom. 3. tit. de water. poss. in præfat. num. 145. & seqq.* Gratian. *discept. 870.numer.33.* Rota *decis.333. numer.3 part.1. recent.* quia ex infra dicendis tituli exemptionis releuans probatio non adest.

6. Nullo modo igitur Dominicanis debetur manutentio in quasi possessione exemptionis, esto quod simul ipsis assisteret immemorabilis, & priuilegia Apostolica, vt per Maresc. *var. resol. lib.1. cap. 11. num.5 & 18.* Reuerendiss. Vrgellen. *decis.215. num.6.* quia assertam quasi possessionem non probant, eaque cessante præualet antiqua Capituli possessio tam vniuersalis quàm particularis in prædio, de quo agitur, Seraph. *dec.18. n.3. & dec.1380.n.2.* Rota *in supracitata Toletana decimarum §. possessio vero coram* R.P.D. *meo Celso.* Estque manutenibilis non obstantibus dicta immemorabil, & priuilegiis, quia respiciunt petitorium, nec retardant manutentionem docet plenius discutiantur, vt comprobat prima decisio *coram D. meo Meltio §. vnde, & secunda edita 19. Iunij 1648. §. non obstat, vbi allegantur concordantes.*

7. Et licèt hoc limitetur quando priuilegia sunt clara, & indubitata, vt declarauit Rota *in sæpe citata Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. §. quia decisio coram* R. P. D. *meo Corrado*, vel reus conuentus habens pro se immemorabilem est in quasi possessione; Rota *apud moder. de manut. dec.197.n.4* vel is qui manutentionem petit nititur immemorabili qui est casus *dec.44.n.9. & 10.part.7.recent.* neutra ex his limitationibus applicatur casui nostro, quia Capitulum vt dicebam innititur vniuersali, ac particulari possessori quam ex abundanti iuris assistentia confouet, Dominicani rei conuenti vt mox probaui non possident, & ex aduerso allegata priuilegia non sunt clara pro Dominicanis, quin potius contra ipsos reiecta fuerunt *in Vercellen. decimarum 13. Nouemb. 1645. & 15. Ianuar. 1646. coram* R.P.D. *meo Cerro*, vbi singulorum defectus enumerantur, & priùs *in Dertusem decimarum Card. Sacrato impress. apud modern. de manut. dec.157.n 4. & 5.*

8. Clara pariter & indubitata non est immemorabilis, circa quam animaduertendum est primo multum illam differre ad effectum, de quo agitur ab instrumento priuilegij, quamuis priuilegij vim habeat Becc. *cons.180. n.12. & seqq.* aliique relati à Larrea *allegat.119. n.15. part.2.* & differentia cadit non quoad substantiam, sed quoad probationem, siquidem testes per quos immemorabilis probatur non faciunt incontinenti probationem probatam, ac rem notoriam Bald. *in l. generali sub num.5. in vlt. notab. C. sacros. Eccl.* Menoch. *de adipisc. remed.4 sub num.108.* Argel. *de acquir. poss. quæst.6. num.76.* Buratt. *decis.211. num.3.* provt facit publicum instrumentum, Dec. *cons.36.n.2.* Ruin. *cons.128.n.1. lib.4.* cùm probatio per testes non excludat quin alia pars admittatur ad probandum contrarium, vt bene ad propositum ponderat Rolan. *cons.98. n. 38. vers. nam certissim. lib.3.* Castren. *cons.91. sub num.8. vers. quod cum lib.1.* Argel. *de acquir. poss. quæst.2. n. 215. & 2. seqq. &* melius *quæst. 14. n.31.* & quam rationem Rota *in* Balneoregien. *confinium 4. Aprilis 1504. coram bon. mem.*

nem. Cardin. Sacrato, *impress.* apud modernum *de manut. dec.* 422. *n.* 10. dixit in hoc summariissimo iudicio non satis esse testes ad probandum non ius possessoris.

9. Cùm itaque vt exceptio tituli respiciens peritorium retardet manutentionem debeat nedum esse releuans in substantiam, sed etiam incontinenti indubitanter probata, itavt de titulo constet per confessionem partis, aut rem iudicatam, aut publicum instrumentum, Seraph. *decis.* 876. *num.* 2. Rota *decis.* 5. *sub numer.* 1. *vers. quando hæc notorietas de restit. spol. in non decis.* 81. *num.* 5. penes Martin. Andr. *& in Sauenacen. & Melphiten bonorum*, 8. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado in Calageritano beneficij de Cornago* 1647. *coram me*. Limitatio supra deducta, quod priuilegium clarum impedit, ne possessor manuteneatur intelligenda est de priuilegio probato per publicum instrumentum, vel altero ex prædictis tribus modis, in quibus terminis loquuntur quotquot in id aduersio allegantur, non autem de eo quod præsumi facit immemorabilis probata per Testes, nisi vltro eadem immemorabilis fuerit canonizata per tres sententias in iudicatum transactas, nam probationis tituli desumptæ ex testibus iudicium possessorium non retardant, Rota *decis.* 172. *numer.* 9. *&* 10. *& decis.* 284. *num.* 8. apud modern. Petus. *de manut.* & ideò in hoc Sacro Tribunali perpetuo decisum fuit, quod tunc demum immemorabilis impedit ne possessor manuteneatur, cùm canonizata fuerit per tres conformes, vt in pluribus decisionibus allegatis à d. Moderno *de manut. observ.* 45. *n.* 19. *& in* 1. *dec. R. P. D. mei Mellij. §. vnde cum.* & nuper *in Beneuentana decimarum* 8. *Martij anni currentis. § tum etiam coram R. P. D. meo Roya.*

10. Secundo animaduertendum est, quod in casu nostro dubitari vlterius contingit, an Testes probent immemorabilem, cùm deponunt Dominicanos interpellatos, vt decimam soluerent eam denegasse Capitulo Hispalensi sciente, & acquiescente, vt etiam pro inducenda immemorabili requiri voluerunt infra allegandi, eo quod tempus non est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis libertas non præscribitur sine facto præscribentis, quod in denegatione petitæ solutionis consistit; & petitione, ac denegatione cessantibus esset potius quædam abstinentia à solutione, quàm consuetudo, seu vsus non soluendi, cuius opinionis auctor est Alex. *cons.* 136. *num.* 19. *vers.* 1. *quod fuerint lib.* 2. eumque sequitur Bursat. *cons.* 142. *numer.* 22. *& seqq. vbi signanter sub numer.* 25. ait opinionem Alex. esse communiorem & veriorem, Cephal. *cons.* 40. *num.* 32. *&* 33. Becc. *cons.* 128. *num.* 18. Rimin. iun. *cons.* 589. *num.* 47. *& seqq.* vbi respondet omnibus contrariis, aliisque plena manu congesti à Castell. *de tert. reg. cap.* 17. *num.* 7. quibus additus Rouit. *decis.* 97. *numer.* 5. *& seqq.* Rota *decis.* 655. *num.* 3. *vers. & quatenus part.* 3. *recent. decis.* 13. *num.* 1. *iuncto numer.* 5. *part.* 9 Neque contrarium firmatum fuit *in Hispalen. decimarum* 26. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Corrado*, quia etsi in §. quoniam allegati fuerint Doctores contrarium sentientes, tamen in §. finali declaratur id ponderatum fuisse ad effectum dumtaxat demonstrandi quod articulus est disputabilis & propterea interim deneganda non erat petita remissoria super qua principaliter illa decisio emanauit restituendo suis loco, & tempore eiusdem articuli quatenus opus sit pleniorem discussionem.

11. Et quamuis contrariam opinionem, videlicet quod requisitum petitionis, & denegationis procedat quidem in præscriptione longi, seu longissimi temporis non autem in immemorabili amplexus fuerit, Aym. *cons.* 11. præsertim *sub num.* 2. *& sub num. & cons.* 775. *col. penult.* Natta *cons.* 446. *num.* 5. Menoch. *cons.* 887. *num.* 24. Auend. *de exequen. mand. cap.* 6. *sub num.* 8. & pluribus allegatis Castell. *de tract. de tert. reg. capit.* 29. *num.* 8. *& seqq.* ex ratione, quia immemorabilis includit præsumptam concessionem priuilegij, quæ petitione, ac denegatione solutionis non eget, & in omnem euentum vtrumque per temporis immemorabilis lapsum intercessisse præsumitur. Quicquid sit de vtriusque opinionis veritate hæc ipsa doctorum discrepantia efficit, vt exceptio immemorabilis requirere dicatur altiorem indaginem, propterea non secus, ac exceptio facti dubij à summariissimo possessorio reiiciatur Capic. *decis.* 10. *n.* 19. *&* 20. Seraph. *decis.* 271. *sub num.* 6. *vers. nametiam*, Rota *decis.* 64. *num.* 6. *inter impress.* apud Pacific. de Salu. idem Pacif. *tract. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 85. *& seqq.* & fuit dictum *in Bonon. fideicommissi de Sanctis* 17. *Maij* 1647. *§. finali coram me.*

12. Insuper quia prædium hoc di buena speranza solum ab anno 1615. effectum est Ecclesiasticum, & à Dominicanis possessum, post quod tempus certum est immemorabilem non fuisse inductam, remanet discutiendum. An immemorabilis super aliis bonis Dominicanorum suffragetur in bonis futuris, ac nuper acquisitis, quam quæstionem tangit supracitata decis. Hispalen. *decimarum anni* 1647. *§...* quia si sola dubietas sufficit, sed pleniori cognitioni, vt cætera in fine referuat, patiturque affirmatiuam sententiam in terminis priuilegij exemptionis à decimis distinguendo inter priuilegium, & præscriptionem sequitur Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *sub num.* 7. Castr. Palao *moral. tom.* 2. *tract.* 10. *de decimis & primit. disp. vnica punct.* 12. *num.* 6. Sed negatiuam in ipsis his terminis immemorabilis videtur amplexa. Rota penes Pur. *decis.* 150. *num.* 2. *lib.* 1. ea ratione quia præscripto non operatur in posteà quæritis, sed antea, & immemorabilis non operatur quoad ea quæ de nouo superueniunt, sic etiam Gabr. *de prescript. concl.* 2. *num.* 23. Zas. *concl.* 16. *num.* 54. *& seqq. lib.* 2. Et insuper hac quæstione maturiùs deliberandum esse dixit in puncto priuilegij exemptionis à decimis Ferdinand. Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 22. *in fine*. Quapropter cùm tot concurrant altioris indaginis argumenta ac testes ad probandam immemorabilem inducti non coarctent negatiuam solutionis per 40. annos vt latius ponderatur in decis. R. D. P. mei Mellij nullatenus interim prætextu assertæ immemorabilis suspendenda est manutentio Capituli in quasi possessione plenè probata decimam, de qua agitur percipiendi, vt ferè in puncto Maresc. *var. resol. lib.* 1. *capit.* 11. *num.* 18. *circa fin.* Rota *in alia Hispalen. decimarum* 27. *Iunij* 1644. *§. aliaverò coram R. P. D. meo Corrado.*

13. Minus releuat communicatio priuilegiorum aliorum Mendicantium inter quæ adest illud Patrum Iesuitarum canonizatum *in dec.* 44 *part.* 7. *recent. & in aliis*, quia sub ea non venit exemptio à decimis diuinis, nisi fuerit expressa, & vlterius adit indiuidua derogatio Concilij generalis sub Innocentio III. relatæ *in c. nuper, de decem.* vt in terminis communicationis fuit decisum *inter rec. dec.* 214. *n.* 5. *part.* 2. *dec.* 40. *n.* 1. *& part.* 4. *& in Vrbinaten. decimarum coram S. D. N. Innocentio X. impress. post tract. modern. de iur. Abbat. dec.* 93. *n.* 4. vbi allegantur concordantes, *& in Mediolanen. decimarum coram bon. mem. Coccino inter eius impress. dec.* 279. *num.* 2. *& seqq.* cum aliis relatis *ad Add. ad Burat. dec.* 704 *n.* 13.

14. Tandem non obstat, quod hoc prædium Dominicani emerint ex pretio alterius prædij per ipsos venditi laicis, cuius proinde loco subrogandum prætendunt, tum quia, vt vi subrogationis hoc prædium esset exemptum, dandum esset de exemptione prædij in cuius locum dicitur facta subrogatio, vt ex text. *in l. nemo plus iuris ff. reg. iur.* respondit Rota *dec.* 151. *n.* 9. *apud modern. de man.* tum etiam quia subrogatio expressa non adest, & quæ fit ab homine non trasfert in subrogatū priuilegia principalis Rimin. iun. *cons.* 18. *n.* 88. Valenz. *cons.* 19. *n.* 52.

n.52. lib.2. Girund. *de priuil. n.313.* Rota *dec.95. n.5. p. 3 recent. dec.202. n.1. part.4.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXXXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Arguelles.

In causa Calaguritana Benef. de Ocon.

Mercurij 15. Nouembris 1649.

§. 1. IVstissima visa fuit [si vlla vnquam alia Calaguritana] Francisci Gomez appellatio [cui locum esse in istis Beneficiis constanter semper tenuit Rota ex doctè, & eleganter deductis in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648 coram R.P.D. meo Bichio,] qui cum die 8. Martij 1648 fuisset ab Ordinario approbatus ad curam animarum, & obtinuisset licentiam generalem inseruiendi Parochialibus loco Rectorum, audiendæ confessiones & absoluendi à casibus reseruatis excepta excommunicatione maioris, sactilegij [vt ipsa cantat facultas] per spatium vnius anni summ. *numer.* 3. In concursu postea [tribus tantum mensibus interiectis nempe 8. Iunij eiusdem anni] de more habito ad Beneficium simplex de Ocon. fuit ad curata reprobatus habili, & digno ad ea declarato Garzia Clerico primæ tonsuræ, & qui non ita pridem in alio examine fuerat reiectus. Immo (quod plus est) cum eadem ipsa die reprobationis fuerit ei reualidata, & confirmata supradicta facultas ab ipso Episcopo vsque ad futuram visitationem, & per se paratum instrumentum specialis commissa potestas vt in Beneficio Parochiali de Ocon. & eius annexis munere fungeretur curati per biennium cum clausula, *& pariter mandamus Beneficiatis, & cæteris personis Ecclesiasticis, & secularibus oppidi prædicti, & illi annexorum quod habeant, & teneant pro Curato deferendo ei honores, & præeminentias, & respondendo ei de fructibus, & emolumentis ipsi debitis occasione dicti muneris*, &c. A quo si non manifesto, saltem plusquam probabili grauamine appellante Franciſco. & subdelegaretur Iudex in partibus coram quo iterum ad examen reuocaret perente, fuit affirmatiuè responsum.

2. Quid enim aliud fecisse videntur examinatores, quàm Episcopum suum ipsum, cuius famæ prospicere, cuius decreta reuereri maximè tenebantur, redarguere, & insimulare summæ negligentiæ, dum, quem in Curatum ipse deputat, eadem die incapacem iudicant ad beneficium simplex in eadem Ecclesia, licet in vanum cum præsumptio iuris stet pro iudicio Episcopi cap *in præsentia 6. & ibi Doct. de renunciat.* Sacrof. Concil. Tridentin. *sess.24. de reseruat. cap.18.* vbi multis de more congestis Barbosa *num.15. & de offic. Episc. alleg. 60. num. fin. in fine tom. 3. & de offic. Paroch. part.1. c.2. num.141.* Rota cum aliis *in Maioricen. parochialis 13. Iunij 1646. §. si quidem pro iudicio Ordinarij semper præsumendum est, & 18. Iunij 1647. §. nam quamuis coram R.P.D. meo Celso*, & magna suspicio irrationabilis iudicij examinatorum, & tam ad id quàm ad subdelegationem concessam optimè quadrant verba Pontif. *in cap. accepimus 13. de ætat. & qualitat. ordinandorum* ibi. *Vnde grauiter sustinere non debet, sed nobis potius deuote inclinare teneris, si illos examinare per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos*, & Rota quasi ad amussim pro nostro casu resecata *in vna Legionen. beneficij de Capillas 15. Februar. 1588. coram clar. mem. Card. Pamphilio. §.1.* ibi, *& maxime quia ex circunstantiis facti non modicam conceperunt suspicionem quod huic repulsioni causam debent nimia gratia erga Garziam*, & apud Seraph. *dec.968. num.1. ad fin.* ibi, *Præterea cum & ante præsentationem, & possibilitas fuerit pro habili ad Curata, valde inuerisimile est, quod medio tempore fuerit inhabilis, vnde valde suspecta videtur relatio priorum examinatorum.* Et agitur ibi de reprobato, qui & ante, & post examen (licet non ipso die, vt iste noster) sed multis interiectis habuerat licentiam inseruiendi in Curatis, & sic in fortioribus, *& mirè coram Comitolo in causa Calaguritana, & subdelegationis examinis dec.38. n.3.* ibi, *Præterquam quod qui per ipsum Ordinarium ad curam animarum deputatus fuerat in ascensu ad simplex beneficium citra inuitam non præsumitur reprobatus*, &c. & paulò inferiùs *Maximè cum pauco post dies idem Petrus ab examinatoribus approbatus fuerit, & ex prouisione datus in Coadiutorem curæ.*

3. Conducit etiam regula vulgaris, quod approbatus semel non debet reprobari *l. Pomponius ff. de negot. gest. & multis DD. Valasc. axiom. 19. liter. A.* vbi in fine respondet contrariis, & addo Oldr. *cons.18. cum primum in princ.* Innoc. *in c. cum venerabilis n.m.7. vers. item si admitto de excep. & in d.c. accepimus num.1.* Felin. *in c. ex literis de constit. n.6. & in d.c. cum venerabilis n.48.* qui loquitur in puncto approbatorum ad beneficia, & est optimus *text. in d.c. accepimus*, vbi loquitur non solum de approbato ab ipso Episcopo, sed etiam dè approbato ab antecessore, *c. horrendum 17. 37. q.5. c. satis peruersum 7.56. distinct.* & aliis per Amayam *in l.3. in fin C. de canon. largit. tit. lib. 10* & Larream *decis.* Granat. *1. n.5. & 12. vbi n.20.* respondet contrariis. Et in terminis quod debeat subdelegari examen in partibus, Rota *d. decis.48. coram Comitolo, &* pro constanti supponitur coram *Penia, dec.106. num.2.* vbi fuit negatum ex eo quod post quadriennium à die reprobationis fuerat petitum, & in fortioribus coram *san. mem. Gregor. XV. in alia Calaguritana dec.581. n.2.* quia ibi appellans venerat ad Curiam, & ibi fuerat approbatus ad Curata, & appellatus qui remanserat in partibus, obtinuit, vt subdelegaretur examen in partibus, quia prætendebat esse etiam habilis ad Curatum, cum fuissent antea à Synodalibus vterque tantum ad simplicia approbati: & quod magis est quia nec in dictis decisionibus fuit dubitatum dandam esse subdelegationem, sed ex aliis causis prætendebatur, esse denegandum examen, non vero subdelegationem, in casu quo examen esset concedendum.

4. Et multò minus posset dubitari in præsenti ex suprà deductis circunstantiis Accedit ratio æquitatis, & iuris quod valdè onerosum, & damnosum videretur, propter magna pericula quibus (ipsis maximè temporibus) terræ scatent, & maria, & si quis à longissimis Hispaniæ Occidentis Regionibus per varios casus per tot discrimina rerum in Latium tendere cogeretur, & tot dispendia ferre viarum, & malitiis indulgeretur *quippe sæpè etiam cum magna captione à rebus nostris auocamur*, vt in non dissimili prorsus *text. in l. sed si quis. 7. ff. de testam. quemadmod. aperiatur*, & bene faciunt in fortioribus tradita per Castr. *cons.195. num.2. ad fin. vers. respondet Ioannes Andreas ad Speculat. addit. vlt. in tit. de offic. omn. iud. pag. mihi 154. col.1. post principium vers. suffecit cum seqq. nam extra larem ad iudicium vocati (ipsi ait) mœsti solent esse, & mœstos penates componere item constat*,) sunt etiam verba ipsius) *longe pluris posse esse grauamen itineris quam causæ principalis.* & sic ratiocinantur Imperatores *in l. Mediterranea. C. de annon. & trib. lib.10. tit.16. ibi vt plus haberet dispendij transfatio quam deuotionis illatio, & in l. apparitores 5. Cod. de exact. tribut. eod. lib. tit.19. ibi ne longinqui itineris diuersitate susceptor adductus, & curiæ suæ desit* (penè dixit curæ, vt in nostro casu) *& rei familiaris detrimenta sustineat*, & quæ iunxit Amaya *in l. pro locis. Cod. dicto tit. de annon. à num.2. ad 7.* & verba text. *in l. nemo 8. eod. tit. ibi, sed omnis itineris ac necessitatis habita ratione delegetur*, &

Sanctè Pontifices multa permittunt Episcopis dispensare propter difficultatem adeundi Sanctam Sedem, quæ sunt ipsi Sedi Apostolicæ reseruata, de quibus Sanchez *lib.4.Decalog.c.40.* Barbosa *de offic. Episcop.allegat.37. n.19.& 13.*cum aliis.

5. Non obstant, modo quæ in contrarium trahuntur, non Rota in allegatis Maioricen. Parochialis, vbi quod appellatus, & prouocatus ad nouum examen in Curia debeat accedere, nam magna est differentia, quia ibi agitur de Parochiali ob grauitatem materiæ, quæ animarum curam concernit, vt ait Lotter *de re benef. lib.2. q.est.31. in fin.* Præterquam quod ibi appellans venerat in Curiam, & ibi prouocabat ad nouum examen, & videbatur magis necessarium, quia non posset cognosci quis esset doctior, nisi facta comparatione, & collatione in concursu, & dabatur fumus grauaminis (licet fortè non sit necessarius ad istam prouocationem, Gonz. *reg.8. gloss. 4. num.144.* Garz. *de benef.part.9. cap.2.num.151. post mea, vers. vnde Gonz.*) quæ omnia potuerunt mouere ad denegandam subdelegationem, nos verò sumus in simplici, & Garzia non prouocat ad nouum concursum. & examen, nec agunt de probanda maiori literatura, sed Franciscus tantum nititur se fuisse grauatum in reprobatione ad Curata, quo casu esse concedendam petitam subdelegationem pro constanti supponit *d. decis. 106. coram Penia num.3. cum seqq.* & ambo sunt in partibus, & grauamen ostenditur iuris maxima præsumptione (vt iam dictum est) & tandem quia non ita longe sunt posita Insulæ Baleares à Roma, quam locus de Ocon Occidentis vsque ad vltimum sinum ablegatus, & Sacra Congregatio cuius oraculum sequitur Rota *in dictis Maioricen.* & semper reueretur ex ibi congestis non hoc practicauerit nisi in Parochialibus, & intra Italiam non extra, & nouum & singulare esse notat Barb. *de offic. Paroch. dict. part.1. cap.2. aum. 158.* & sic non est interpretatione extendendum *l. 2. C. de noxal. l. si quando 35. C. de inoff. testam.* D. Martinus de Larreati qui *lib.8.selectar. cap. 10. num.1. in fin.* & Bulla Pij V. *in conferendis in ord.33. mihi qui vtor Bull. impress.anno 1617. pag.219 §. vt autem 7.* ex qua sumitur fundamentum, loquitur etiam in Parochialibus tantum.

6. Nec refragatur *dec.505.par.2.rec.n.3.* vbi quod Bulla Clementis VIII. super beneficiis Calaguritanis recipit interpretationem passiuam à Concilio vbi supra, & d. Bulla Piana, quia decisio non loquitur generaliter, sed eo casu quo agebatur de numero examinatorum Synodalium necessario, in quo par est vtriusque Ratio, non verò in alijs provt in nostro casu expressè in allegatis decisionibus, provt nec in executione sententiæ, vt toties dixit, & dicit Rota (vtinam, non tantoties, & daretur, & arriperetur occasio, ab examinatoribus & litigantibus,) & luculenter *in d. Calaguritana beneficiorum 17. Febr.1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

7. Paratum facit quod examen est faciendum coram Examinatoribus Synodalibus, quia sunt etiam Synodales apud Metropolitanum, & Viciniores ex S. Concilij decreto, quibus committi poterit, & ad quos (nempe Metropolitanum & Viciniores) recurri posse in casu grauaminis, vt ibi examen nouum fiat, dicunt expressè verba Piana suprà relata.

8. Nec obloquitur Oldrad. *d. cons. 18. n.2. & seqq.* (quē refert & sequitur Felin. *vbi suprà in d.c.ex literis n.7.*) quia in specie bene respondet Rot. *d. decis.968. num.9. vers. ibi, & ideò non obstat quod allegatur ex cons.* Oldr. *18. quia præterquam quod loquitur in Curato ibi non concurrebat probatio extremorū, vt in casu isto, & si quis per nouum examen reprobari potest, quod non negamus, admittendo quoque est per nouum examen, & per vrgentiores probationes approbare posse,* quæ tota est in persimili casu vt supra notaui, & Oldrad. solum dicit *quod prōptus ad duo Curata potest repelli à tertio ex defectu sufficientiæ detectæ* (sic sunt verba) hic nec sumus in Curatis, nec in casu insufficientiæ, cum potius constet de contrario ex approbationibus Episcopi, maximè ipso eodem die examinis, *cum regula sit, quod nemo repente fit bonus nec doctus,* quia scientia est habitus acquisitus, & indiget tempore ex allegat. à Lotther. vbi suprà, & esse dandum nouum examen bene docet Greg.X. *in cap. si forte 11. de elect. in 6.* illis adiectis verbis notandis, *Caterum si præmissa examinis exitus huiusmodi appositiones docuerit veritate destitui apponentes omnino a propositione causæ in qua talia obiecerunt excludimus, & perinde puriori decernimus ac si penitus in probatione omnium quæ obiecerant defecissent,* vbi obiiciens illiteraturam, & alios defectus falsus inuentus per examen quoad illam; factus est omnium reus.

9. Non vrget denique quod ex longo temporis lapsu potuerit Franciscus fieri doctior, & sic examinis probatio non sit concedenda, cum non possit iuuare *ad l. ad probationem la 2. in ordine 22. C. de prob.* sanct. mem. Greg.XV. *decis.184. num.3.* Caual. *decis.87.n.4.* (Lotter. *d.lib.2.q.31.num.155. vers. primo,* qui extollit Rotæ ratiocinationem *d.decis.505.num.4.part.2.recent.* Penia *d.decis.106.n.4.*) cum habilitas debeat inspici de tempore primi examinis ex allegatis à Lotter. & Rota vbi proximè, *& in d. Legionen.* Primo, quia in dictis decisionibus erat transactum quadriennium à die primi examinis. Secundo & melius, quia hoc intelligitur quando per appellantem stetit quominus statim subiiceretur examini. At Franciscus cum primum potuit appellauit, misit ad Curiam pro inhibitione, & compulsoria, & subdelegatione examinis, ex qua ratione nihil interesse temporis inter capedinem dixit Rota coram *Seraph. d. decis.968. num.8. & coram clar. mem. Card. Pamphilio in d. Legionen. de Capillas 15. Febr.1588. §. nec etiam obstat,* vbi cum fuisset lapsus annus cum dimidio, Domini dixerunt (sunt verba Rotæ) *non tantum temporis intercessisse vt potuerit fieri doctior.* Quinimo magno conatu obstiterunt Agentes pro Garcia non solum huic subdelegationi, sed etiam dubij disputationi per multos menses ante ferias, allegando defectum transportationis actorum sine qua in causis Ecclesiasticis nulla est Iudici iurisdictio, ex latè discussis *in Romana Societatis affectus 27. Martij 1647. coram me,* in quo nihil potuit Francisco imputari, quia Notarij Hispaniarum, nec solent, nec volunt dare copiam actorum sine compulsoria, (licet si vellent, posse tenuit Scacc. *de appell. lib.2.c.11.num.125. cum seqq. & lib.3.q.20.n.34.* qui refragantes memorat numeris antecedentibus Pareja *de edition.inst.tit.3.num.25.*) Immo multoties expectant secundam iussionem, & ideò appellantes sepræsentant cum testimonio suæ appellationis coram superiore, & petunt mandatum inhibitionis contra inferiorem, & citationis contra appellatum, & compulsionis contra Notarium, & hæc duo vltima conceduntur tam in tribunalibus Ecclesiasticis. Paz *in prax. 2. part.2. tom.c. vnic. num.12.* quam in Sæcularibus *ibi 6. part.1. tom. cap.1. num.10.* & sic non licuit misero grauato firmare Rotæ iurisdictionem cum transportatione actorum. Et satis exclamabat Dominus causæ Patronus Abbas Bertuccius, quod erat partis cauillationis, vt tempus interim laberetur vti posset postea dictam exceptionem temporis transacti obiicere, & præstabatur, ne hoc sibi inferretur præiudicium, vel non officeret si opponeretur vel de aliquo remedio prouideri, nec maliis indulgeretur contra *l. cum hi.8. §. si cum hi, ff. de transact. cum vulg.* quando per hoc nullum præiudicium inferebatur negotio principali, (quod esse obseruandum, & norandum dixit Ioan. Andreas vbi suprà,) & tandem transportatis actis Agentes Gatciæ variis vsi subterfugiis, fecerunt ne causa vsque ad suprà in Epigraphe notatum diem proponeretur, (& ego postea

postea aduersa valetudine detentus non potui ita oppido decisionem extendere,) & ita visum Dominis nihil obstare temporis decursum prædicti, cum non sit culpa Francisci vt in allegatis decisionibus Pamphili, & Seraphini, maxime stante dicta magna suspicione contra Examinatores, & dictis approbationibus ad Curata, vt in ipsis decisionibus & in dicta decis. 38. coram Comitolo.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Arguelles.

In causa Pampilonen Beneficij de Esparza.

Mercurij 15. Decembris 1649.

§. 1. IN Ecclesia Parochiali Oppidi de Esparza Pampilonen Diœcesis, per obitum Marci de Calle in mense reseruato, simplex Beneficium seruitorium vacauit; Istudque Domini Ioannes Diaz de Isla, & Andreas Chauari impetrarunt, ille à Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio per non excessum 24. ducat. auri de Camera & possessionem etiam obtinuit. Iste verò à Sanctissimo Domino nostro cum narratiua valoris non excessus ducat. 24. certorum, & cum incertis 50. At ipse Andreas dum coram Iudicibus deputatis suarum literarum executionem petebat, propter recursum per Ioannem ad Iudices Laicos habitum, iura sua coram Ordinario Pampilonen experiri fuit coactus, qui sententiam ad fauorem Ioannis protulit, eo quia Andreas excessum 24. ducat. non iustificauit: Ab huiusmodi sententia prædictus Andreas appellauit, & causa mihi commissa, Dubitaui, An gratia Apostolica sit iustificata, itavt Andreæ danda sit immissio, & per Dominos meos affirmatiuè fuit responsum; quia omnia narrata in literis prouisionis ad eius fauorem emanatæ remanent iustificata.

2. Vacatio si quidem beneficij per obitum Marci vltimi possessoris controuerti non potest, cum dictus Ioannes Diaz ex eadem vacatione veniat, *dec. 544. n. 4. part. 4. decis. 302. n. 2 part. 7. recent.* cum aliis adductis *Nuinen. beneficij 27. Martij 1648. §. vacatio beneficij coram me.*

3. Clericatus iustificatio clara resultat ex testibus in Curia examinatis de publica voce, fama, & visu deponentibus, scientiæque suæ causam reddentibus, quia viderunt illum clericali habitu indutum, & pro tali communiter reputatum, Grass. *de effect. cleric. in Præ. n. 204.* cum multis ibi citatis iunctis aliis adminiculis *n. 205.* Rota *coram sanct. mem. Greg. dec. 137. n. 10. & 11. penes Burat. dec. 311. n. 2. in recent. dec. 613. n. 4. p. 1. dec. 550. n. 3. coram Penia.*

4. Adminicula in præsenti sunt, Primo, quod Andreas alia beneficia possidet, & sic oritur argumentum quod de tempore prouisionis Apostolicæ esset Clericus. Indiciis autem, & argumentis Clericatum probari *est text.* in cap. *inter quatuor* & ibi Gloss. *in verb. per argumenta de Cleric.* Pereg. Boër. *dec. 171. n. 25.* Grass. *vbi supra n. 201.* Secundo quia in titulis dictorum beneficiorum Clericus à Papa enunciatur, Grass. cum ibi congestis *vbi proximè n. 200. & seq.* cum ex aduerso non negetur.

5. Insuper prædicti Testes *summ. n. 6.* attestantur, quod prænominatus Andreas est Pampilonen Diœcesis (vt ipse in gratia narrauit) Rota *dec. 266. n. 5. p. 4. recent. in Calaguritana præstimonij 10. Maij 1649. §. vocatio coram R. P. D. meo Ottobono.*

6. Narratiua, & suæ præsentiæ in Curia de tempore gratiæ, & suæ familiaritatis cum clar. mem. Cardinali Albernoz iustificata redditur, ex iisdem testibus *sum. num. 7.* quorum dispositiones respectu quidem præsentium sufficiunt, cum illius narratiua non dicatur causa gratiæ. Rota *coram Duran. decis. 237. num. 4.* Prout etiam respectu familiaritatis, quæ melius quàm per familiares (quales sunt isti testes,) probari non potest. Gabr. *de test. concl. 10 n. 34.* quem sequitur Rota *decis. 125. n. 12. coram Comitolo.*

7. Obtentorum valor ex prædictis testibus *sum. n. 8.* datis iustificatur. Hæc autem iustificatio sufficiens reputatur, cum hoc Sacrum Tribunal in probando obtentorum valorem vnico teste, & qualitercumque probatione sit contentum, Rota *coram Card. Caual. dec. 33. n. 3. in Bonen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. §. qualitates quoque, & in Placentina beneficij 11. Decembris 1647. §. quo verò, vers. & valor obtentorum coram me, confirmata 15. Iunij 1648. §. quod beneficium, vers. cum tamen coram R. P. D. meo Celso,* quod indubiè procedit, quando ex aduerso non controuertitur.

8. Iustificatio valoris non excessus ducat 24. pro certis, & vna cum incertis 50. ex Testibus in partibus examinatis desumitur, qui sunt eiusdem Ecclesiæ Beneficiati *sumn. n. 11.* & vbi tales fructus percepterunt, iunctis libris publicis Ciuitatis *sumn. n. 13.* ideò bene fructuum valorem probant Rota *dec. 603. n. 2. part. 1. recent. & in Placentina beneficij 27. Martij 1647. coram Reuerendissimo Domino meo Terracinen. in Osten. Archidiaconatus 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Peutingero, & in dicta Bonen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. coram me.* Circa quam iustificationem cessat omnis scrupulus, stante Aduersarij confessione, qui huiusmodi beneficium per non excessum ducat. 24. impetrauit Rota *coram Buratt. decis. 931. n. 1. vers. ex qua etiam, & decis 595. n. 2. part. 3. recent. in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. valor autem coram R. P. D. meo Corrado.* Præcipuè cum ad probationem non excessus leuiores probationes sufficiant. Garz. *de benef. 5. part. c. 3. n. 98.* Rota *coram Cardin. Caual. dec. 533. n. 6. in dicta Placentina beneficij 11. Decembris 1647. in fine coram me.*

9. Non reuelat si dicatur, quod dictis testibus fides non sit præstanda, cum deponant deductis oneribus. Nam respondetur, quod cum dictorum testium depositio simpliciter fuerit facta, est interpretanda deductis oneribus Rota *coram san. mem. Greg. XV. dec. 263. n. 3. decis. 277. n. 7. in allegata Placentina beneficij, §. nec facit coram me.* Maximè cùm deponant circa valorem negatiuè narratum, Rota *coram Mantic. decis 138. n. 2. & in citatis Placentin. §. non obstat, vers. & quod coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. & d. §. nec facit in fine coram me.* Et qui contrarium probare intendit, magis valorem per non excessum narratum iustificat. Nam si non deductis oneribus non excedit summam de qua agitur, multo minus deductis. Ita in mox allegatis decisionibus.

10. Denique ad probandum, quod beneficium sit simplex, vltra iuris præsumptionem, quæ in dubio facit, vt simplex præsumatur Rota *dec. 266. n. 6. p. 4. recent. coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 89. n. 1. & apud Peniam dec. 517. n. 1. & dec. 683. n. 8.* Concurrit dicti Ioannis confessio, qui (provt in *sumn. num. 1.*) hoc beneficium tanquam simplex à Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio impetrauit Rota *dd. decisionibus 256. n. 6. p. 4. recent. & 317. n. 2. coram Penia.*

11. Cum igitur ex his omnibus literæ prouisionis Andreæ appareant iustificatæ veniunt exequendæ, text. *in c. si capitulo, §. ibique gloss. in verbo exequatur de concess. præbend. in 9.* Rota *in d. Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Corrado in d. Bonen. Abbatia in princ. coram me.* Et ipsi danda immissio, sicuti ex testamento non abolito, nec cancellato *per l. fin. C. de edict. Din. Andr. toll.* Rota *in Volaterrana*

prioratus 27. Iunij in præc. coram bon. mem. Pirouano cum superius allegatis, & alibi passim.

12 Quam quidem immissionem impedire nequit Ioannes à Reuerendissimo Nuncio prouisus, quia cum suæ prouisionis titulus, nullus, & inualidus detegatur, non fit legitimus contradictor ad hunc effectum Rota *in Bonon. fideicom. de Rubeis 30. Martij 1646. in fi. coram R.P.D. meo Corrado in Compostellana parochialis 11. Iulij 1648. sub §. verum eo magis, & in dicta Calaguritana præstimonij 10. Maij an. currenti §. neque ad immissionem coram R.P.D. meo Otthobono.*

13 Nullus autem, & inualidus detegitur titulus ex quo Andreas verificauit beneficium excedere summam 24. ducat. non solum per testes datos *summ. n. 9.* Rota *apud Cæsar. de Graff. dec. 3. de probat.* Verall. *dec. 277. n. 7. part. 1. in Aretina Capellania 11. Martij 1633. § valor autem, & in dicta Volaterrana prioratus 3. Iunij 1634. §. de valore coram Pirouano.* Et per testes productos ab ipso Ioanne in partibus *sum. n. 10.* qui sunt Beneficiati eiusdem Ecclesiæ, & fructus perceperunt vt suprà dictum est; Verùm etiam tam per libros Ciuitatis, & Ecclesiæ quibus standum est, cum per partes variari non possint, Rota *cum ibi citatis dec. 287. n. 4. & 5. coram Penia*, Quam per partitas formiter extractas, quas hodie impugnare non potest Ioannes cum fuerint ab illo productæ, & sic approbatæ, cap. *cum venerabilis 9. de excep. cum vulgaris*, Rota *coram Buratt. dec. 160. num. 3.* Et propterea Reuerendissimus Nuncius illud conferre non poterat, cum restrictam habeat facultatem ad beneficia ducat. 24. non excedentia, Garz. *de benefic. 5. part. c. 3. n. 182. in dicta Calaguritana præstimonij. §. tituli verò coram R.P.D. meo Otthobono.* Et huiusmodi non excessus erat probandus ab ipso Ioanne tanquam suæ gratiæ pars, & fundamentum Rota *coram Crescent. dec. 4. n. 1. de probat.* Mohed. *dec. 20. n. etiam 1. cod. tit. in Calaguritana Archipresbyteratus 20. Maij 1587. coram Gypsio impress. apud Garz. de benef. d. 5. p. c. 3. fol. mihi 447. n. 188.* Et qui habet regulam qualificatæ debet probare qualitatem, vt ex Rota, & multis aliis laté probat Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 1. p. 2. n. 19. & seqq.* quia tuetur se exceptione à regula, & sic debet eam probare latè *n. 24. & seqq.*

14. Nec propterea dictus Ioannes apponere potest subsequutam possessionem, quia in mandato Reuerendiss. Hispaniarum Nuncij de non conferendo beneficio vltra 24. ducat. de Camera adest decretum irritans, quod possessionem, & titulum inficit, Rota *dec. 679. n. 7. coram Penia dec. 440. n 13. p. 4. tom. 2. & dec. 108. n. 8. p. 5. recent.*

15. Accedit vlterius pro maiori tituli nullitate, & inualiditate quod huiusmodi beneficium non à Nuncio, sed à Papa semper fuit collatum, qui vltimo loco prouidit Marcum de Calle, per cuius obitum nouissimè vacauit, ideò non Nuncio sed Pontifici est reseruatum, cum in reseruationibus vltimi status potissimè attendatur, Rota *coram Penia dec. 659. n. 25. 71. n. 5. in fine part. 2. decis. 257. num. 12. p. 4. tom. 2. recent.* Durand. *dec. 330. n. 4.*

16 Nihil facit, quod via executiua litterarū Apostolicarum vulnerata fuerit per sententiam Ordinarij denegantem eisdem litteris executionem, quia cum sententia non simpliciter executionem deneget, sed ob nō iustificationem valoris in dictis litteris ab impetranti narrati, ibi, *Non probarunt quod dictum beneficium excedat in omnibus suis fructibus ducat. 24. aureos de Camera summ. n. 4.* non vulnerauit viam executiuam, quominus facta Iustificatione in secunda instantia valeat Iudex appellationis executiuè procedere, vt respondit Rota *in Asturien. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Card. Lancell. impress. apud Marches. de commiss. part. 1 fol. 374. & coram Card. Cenal. dec. 11. sub n. 5. & 6. & in Meleuitana beneficij 25. Iunij prox. prat. §. fin. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita vnica, &c.

DECISIO LXXXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

Leodien. Præpositurae Tongren.

Mercurij 19. Ianuarij 1650.

§ 1. SVb die 8. Februarij superioris anni fuit coram me resolutum Arnoldo ab Hoensbrouch dandum esse mandatum de manutenendo, & de illius bono iure constare ad effectum manutentionis, sed reassumpta disputatione, an esset recedendum à Decisis, DD. sub die 25. Iunij præteriti mandarunt, vt vlteretur de bono iure, & hodie proposito dubio, ac re maturè discussa, respondentes constare de bono iure Arnoldi. Nam vltrà paritatē votorum, habet etiam prærogatiuas Nobilitatis, potentiæ, & aliarum qualitatum, quæ deficiunt in Laurentio competitore, qui propterea stante defectu gratificationis apposito in literis Apostolicis, est postponendus Arnoldo, qui maioribus iuuatur studiis, & meritis *iux. text. express. in c. si fortè dist. 63.* Gloss. *in c. obeuntibus, §. nunc primò quæritur post med. vers. sed quod eadem dist. 63.* Fr. Sigismund. à Bononia *de elect. dub. 47. n. 9. vers. si verò vota*, cum aliis relatis in decisione huius causæ *sub §. stante paritate.*

2 Votorum paritas est incontrouertibilis, quia cum Capitulares Ecclesiæ Tongren. ad eligendum Præpositum congregati essent numero decem, & octo, nouem dederunt suffragium Arnoldo, & alij nouem Laurentio.

3. Nec dicta paritas excluditur ex eo, quod inter nouem Votantes ad fauorem Arnoldi adesset Canonicus Elderen, qui vt minor viginti duobus annis non videbatur posse ex particulari statuto huius Ecclesiæ Tongren. habere vocem, & votum tradere in electione Præpositi. Quia præterquam quod prædictum statutum non fuit à Capitulo acceptatum, nisi sub conditione; quatenus accederet confirmatio Sanctæ Sedis Apostolicæ, quæ nunquam accessit, vt in Summario Arnoldi n. 14. illud præterea est contrarium, & omninò repugnans dispositioni, tam Sac. Concilij Tridentini *sess. 22. cap. 4. de reform.* quàm Concil. Viennensis ibidem innouati, ac relati in Clem. 2. *de stat. & qualit.* vbi dicitur, quod *nullus de cætero vocem habeat, nisi in Subdiaconatus ordine fuerit constitutus*; quæ dictio, *Nisi*, cum præcedat negatiua, ponit, & determinat affirmatiuam in casu nominato *l. actione 4.* vbi Bart. *n. 1.* & Bald. *n. 2. Cod. de transact.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 17. n. 8. & seqq.* Rot. *coram Seraphin. dec. 1144. n. 1. coram Coccino dec. 244. n. 1. inter diuers. 222. n. 4. p. 1. & in recent. dec. 639. n. 2. p. 1. quæ est Burat. in ord. 84.* ac proinde tale statutum auferens vocem iis, qui sunt in sacris, vti nullum non esse attendendum, tradit Calder. *cons. 14. vers. sed prima pars de Constit.* Henr. Borteus *in tract. de Synodo p. 3. art. 1. num. 69. inter tract. mag. to. 13. p. 2. fol. 91.* Ioan. Andr. Massobr. *tract. cap. & dub. 53. n. 14.* & declarauit Sacra Congregatio Concilij Interpretum relata per Cardinalem Bellarminum *ad dict. c. 4. sub n. 1.*

4 Nec releuat, quod huiusmodi statutū fuerit confirmatū à Nuncio Apostolico, quia ex oculari lectura famatū à Nuncio Apostolico, quia ex oculari lectura famatū Nuncij datarum in sum. Arnoldi n. 13. appareret facultates eiusdem Nuncij fuisse restrictas ad cōfirmanda statuta Sacr. Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non repugnantia; ideò cum statutum prefatum Sacr. Conciliis repugnet, vt visum est, confirmatio

dicta

prædicta ex defectu poteſtatis,nullius poteſt eſſe roboris,vel momenti,Gratian.*diſcept.*699.*n.*27. Rot. *in recent.deciſ.*515. *num.*5. *&* 6. *part.*4. *tom.*3. *&* *deciſ.*25. *num.*9. *p.*7. *&* *in Bononien. fidecommiſſi de Rubeis* 5. *Aprilis* 1647.*ſub* §.*venditio autem coram R. P. D. meo Corrado.*

5. Stante autem inualiditate ſtatuti ob reſiſtentiam Conciliorum,non obſtat,quod omnes Capitulares ſtatutorum obſeruantiam iurauerint,quia iuramentum ſeruandi ſtatuta generaliter præſtitum,non trahitur ad ſtatutum contra Concilium,vt declaraſſe ſanct.mem.Gregor.XIII.teſtatur Card.Mantic.*dec.*52.*num.*8. & iurans ſeruare ſtatuta cenſetur ſenſiſſe de validis, non de inualidis,Bald.*in l.vnic.n.*9.*Cod.de his,quæ pan.nomin.* Surd. *conſ.*58.*n.*15.*in fin.*& plures refert Sanchez *ad præcept. Decal.lib.*3.*c.*14.*n.*8.

6.Ideo cum Canonicus Elderen. legitimè votauerit, ad fauorem Arnoldi, non eſt dubitandum de votorum paritate cum Laurentio,& ſtante gratificationis decreto in literis Apoſtolicis vtriuſque appoſito , expeditis ſub eadem forma , & data, Domini cenſuerunt Arnoldum omninò eſſe præferendum ; tum ob incorruptam morum,& vitæ integritatem,ſcientiam,prudentiam,nobilitatem , potentiam ex adductis in princ. deciſ. Tum etiam quia vltra proprias qualitates valdè præponderantes habuit etiam ſaniorem partem Capituli,cum eidem Arnoldo fuerint ſuffragati Decanus Scholaſticus, Cantor , & Vice Præpoſitus , cap. *quia propter* ibique Gloſſ. *in verb. ſaniori, & in c.in Geneſi verb. ad zelum de elect.* Butr. *in c.Eccleſia veſtra lib.*2.*num.*25. *eod.tit.* Alexand.*conſ.*102.*n.*6.*lib.*6.cum aliis relatis *in Tolerana Canonicatus Pœnitentiarij* 22. *Aprilis* 1641.*in* §.*minus,& ſecundò tollitur, coram* R. P. D. *meo Cerro, & in alia deciſione huius cauſæ in fin.*

7.Præterea Domini conſiderabant, quod Laurentius fuit de quibuſdam delictis inquiſitus , & diffamatus, vt *in ſumm. Arnoldi numer.* 10. *& ſeqq.* vnde ne generentur ſcandala in populo , eſſet ex hoc ſolum cæteris paribus repellendus ; neque eligendus eſt is , qui cauſam ſcandali in populo præbiturus eſt , etiam quod nullum defectum pateretur,ad trad. per Abb. *in cap.*1. *num.*6. *& ſeqq.de elect.* Fr. Sigiſmond. à Bononia *de elect. dub.* 45.*num.* 7. *&* 8. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 516. *num.* 4. & ad hunc effectum non requiruntur probationes concludentes , ſed ſatis ſunt leuiores, & quales afferuntur pro parte Arnoldi , cum non agatur de priuando Laurentium Beneficio obtento , ſed de eo repellendo ab obtinendo, Pariſ. *de conſid.q.*64.*num.*15. *Add. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ.*238. *numer.*13.Rot. *coram Seraph. deciſ.*1029. *num.*1. *in Beneuentana parochialis impreſſ.apud Marchef.de commiſſ.part.*1.*fol.*207. *n.*3.*& in Sabinen.concurſus impreſſ.ibidem fol.*291. *pariter n.*3.

8. Denique Laurentius coëlectus dum tradidit ante factam electionem mandatum ad conſentiendum electioni de ſe faciendæ , & ad proteſtandum vt *in ſumm. Arnoldi num.*1. incidit in ambitionis culpam,quæ ſufficit, vt ipſius electio attendi non debeat, *cap. in ſcripturis* 8. *quæſt.*1. *cap. cum poſt* , vbi Gloſſ. *verb. requiſitum de elect.* Fr. Sigiſmund. à Bonon. *dub.* 41. *num.*1. *& ſeqq.*aliique relati à Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniverſ. lib.*1.*cap.*19.*num.*237.Caſtellin. *de elect.Canon.cap.*11. *n.*39.

Fuit itaque reſolutum conſtare de bono iure Arnoldi vtraque parte informante,&c.

DECISIO LXXXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Bichio.

Militen. Parochialis.

Lunæ 31. *Ianuarij* 1650.

§.1 CItationis defectum obſtare vlteriori executioni ſententiæ latæ ab Executore Apoſtolico. Necnon eiuſdem ſententiæ iniuſtitiam,apparet in alia deciſione ſub die 28.Iunij proximi præteriti coram me edita,quæ hodie reuiſa & confirmata fuit.

2.Erat enim neceſſaria citato Ioſephi,quem ex capite homicidij incapacem eſſe huius Parochialis Cerauolus Aduerſarius narrauit Papæ in literis ſuæ prouiſionis; tam inſpectis verbis literarum Apoſtolicarum, ibi, *vocato dicto Ioſepho* , quæ vti concepta per ablatiuum abſolutum inducunt conditionem,& formam, eaque non adimpleta,proceſſus eſt nullus , Rot. *dec.* 707. *num.* 2. *fin. p.*1. 3. *recent.* quàm attenta diſpoſitione iuris, cum regulariter , quoties gratia tendit in præiudicium intrinſecum alterius , illius citato coram Executore requiratur , vt præter allegatos in alia deciſione , fuit dictum in *Gallien. Prioratus* 5. *Iunij* 1649. §. *penultimo coram me.*

3.Citatio autem facta per affixionem ad valuas nullius momenti eſt , non præcedente citatione perſonali Clem.2.*de re iudicat.*Seraph. *dec.*1276.*n.*4.Et gratis ex aduerſo dicitur adhibitas prius fuiſſe diligentias, in loco ſoliti domicilij Ioſephi;quo caſu, ſubſecuta præſertim comparitione citati ſuſtineri citationem dixit Rot. penes Comitulum *dec.*125.*n.*2.*&* 3.

4.Iniuſtitia pariter euidens eſt,quia coram Executore iuſtificata non fuit narratiua homicidij plenè ; & concludenter , vt debuit ; cum ſit fundamentum gratiæ: ſed ſolum exhibita ſententia condemnatoria Ioſephi ad triremes , quæ vti lata in contumaciam delictum non probat ex allegatis *in prima dec.* §.*at in caſu*, quibus adduntur aliæ duæ relatæ à Farinac. *in prox. q.*115 *poſt n.*92.

5. Eo minus quia eadem ſententia,ex capite nullitatis,& iniuſtitiæ reuocata nouiſſimè fuit A.C.& inſuper condemnatus accuſator ad perpetuas triremes ob calumniam accuſationis, & falſitates commiſſas : Etiam ſimulando quod contra Ioſephum fuiſſet executum monitorium ad comparendum coram iudice ; qui ipſum, vt ſuprà , in contumaciam ad triremes condemnauit: Vnde conuincitur, quod proceſſus ille criminalis compilatus fuit calumnioſé contra Ioſephum ſine eius citatione;ſine qua Iudex criminalis,ne dum ad ſententiam, ſed nec ad inquiſitionem potuit procedere quando ,vt hic, ad inſtantiam partis procedebatur;quicquid dicendum eſſet;ſi fuiſſet proceſſum ex officio,vt diſtinguendo ex ſententia Aretin.tradit Boſſ.*in prax.tit.de inquiſit.n.*72.facit Farin.*conſ.*111.*n.*11.*lib.*2. *c.*6. Sed obſtat quòd licet ſententia lata in contumaciã non probet delictum,reo tamen non comparente intra annum probet priuationem , quæ ſufficit vt declarauit Rota *in Romana Beneficiat.S.Petre* 16 *Iunij* 1561.*coram Oradin.impreſſ poſt.*2. *volumen, conſ.* Farinac. *deciſ.* 3. *n.*5. & tradit Lother. *de re benef.lib.*1.*q.*18. *n.*168.*iuncto n.* 166. Vnde dixerat, hoc procedere quamuis poſt annum, reus ex Principis reſcripto admiſſus fuiſſet ad purgandam contumaciam , quia reſcriptum non tollit ius quæſitum ex annuali mora in comparendo quam nocere etiam , quando ex ipſa lectura inquiſitionis, & proceſſus conſtat euidenter de eius nullitate, tradit Farinac:*conſ.*111.*n.*13 *in fine.& n.*14.*lib.*2.

7. In caſu namque noſtro hæc non applicantur, quia

nec versamur in terminis sententiæ latæ in contumaciam, cum in rei veritate nuper probata, nusquam contra Iosephum transiissum fuerit; & executum monitorium, & alioquin contumacia non contrahatur, *l. contumacia 57. ff. de rei ind.* Seraphin. *decis. 972. n. 12.* Rota *decis. 254. num. 5. part. 6. recent.* neque solum Iosephus post annum comparuit, sed etiam obtinuit sententiam reuocatoriam primæ sententiæ, cum omnibus inde secutis, quæ proinde habetur, ac si facta non fuisset, vt in terminis Rota *in Romana Canonicatus S. Angeli 17. Maij 1567. coram Cotta impress.* post Farinac. *in prax. q. 11 sect. n. 92. col. 3. in fine*, ibi, & non constat de reuocatione illius.

8. Tandem non obstat, quod sola pendentia iudicij criminalis, propter infamiam saltem facti, quam Iosepho irrogabat, efficeret, ne ei Ordinarius posset hanc Parochialem conferre *c. omnip. de accusat.* cum aliis allegat à Garzia *de benefic. part. 7. c. 8. n. 6.* Nam respondetur primò, quod ad hunc effectum iudicium criminale per calumniam vt in casu nostro, motum, ac instructum non reuelat, Felin. *in d. c. omnipotens n. 3. vers. limita.* Ne alias aperiatur via cuilibet maleuolo impediendi personis honestis consecutionem beneficiorum, vt bene *in d. cap. omnipotens*, aduertit August. Barbos. *sub n. 2. vers. & limitatur.* Et conferunt tradita à Nauarro *cons. 21. sub num. 6. de hæredic.* vbi quod ad impediendum, nec criminaliter denuntiatus de aliquo delicto eligi possit ad dignitatem, seu officium requiritur semiplena probatio delicti. Sic etiam Mirand. & alij relati à Modern. Parmens. *in cons. regul. resolut. 26. num. 22.* & à Modern. Clusino *de canon. elect. disp. 1. contr. 1. num. 5.* & 8.

9. Secundo, quod dici non poterat pendere iudicium aliquod criminale contra Iosephum, qui, vt supra dicebam, nusquam fuerat monitus, aut citatus, *l. libert. in. 2. ff. in ius vocan.* Boss. *in tit. de foro compet. num 203.* Farinac. *cons. crim. 298. sub n. 3 vers. nec facit, lib. 3.* Nihilque refert, quod inter aliquas personas calumniæ participes, aut saltem non graues, & honestas Iosephi accusatio, aut prætensum crimen vociferaretur Felin. *in cap. testimonium num. 14. de testibus* Garz. *de benefic. d. cap. 8. num. 9. & 12. & duob. seq.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 43. num. 17. & in d. cap. omnip. sub num. 2. vers. quæ incurritur.* P. Layman. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. sub n. 4. vers. secundo vt aliquis*, cum aliis allegat. à Modern. Matrit. *quæst. reg. tom. 3. verbo infamia, num. 9.* Vt enim incurratur infamia facti, oportet opinionem criminis, illam quatenus commissum esset irrogantis manere apud personas graues, & plures; itaut non sufficiat minoris partis, vt ex text. *in cap. inquisitionis, § quæsiuisti de accusat.* docet ibi gloss. *vers. vlt.* Innoc. *num. 5.* Abb. *num. 6. in cap. per vestras n. 12. de cohab. clericorum* Sanchez *respons. moral. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub. 4. numero secundo, & quarto* vbi allegantur concordantes.

10. Quæ vero infamia iuris, ex sententia condemnatoria resultare solet *l. infamem, ff. public. iudi.* non resultat, quando vt hic in contumacia, seu verius reo non legitimè vocato sententia lata fuit, Clar. *in prax. crim. lib. 5. § fin. quæst. 72. colum 1. in fine* P. Layman. *d. tract. 5. part. 3. cap. 4 sub n. 1. vers. requiritur autem.* Giurba *cons. crimin. 65. n. 69.* aliisque relatis à Modern. Maceraten. *de diff. inter iudici. ciuil. & crim. differt. 16. n. 3.* vbi pluribus id comprobat. Et quatenus opus esset delatam Sanchez *respons. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 3. dub. 6. n. 27.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 43. num. 20.* Et ita decisum informante Iosepho, diu tamen aduersario expectato, ac citato.

DECISIO CXXXVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Verospio.

In causa Fusginaten. hæreditatis.

Lunæ 14. Februarij 1650.

§. 1 MOrtuo Petro Roncallo inter Equites obedientiæ Magistralis dum degeret in humanis præuia votorum castitatis obedientia, ac paupertatis emissione adscripto; cum sacra Hierosolymitana Religio successionem in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet dubitaui. An eidem, vel Eminentissimo D. Magno Magistro exinde fuerit debita successio, & negatiua prodiit hodie resolutio ex validæ professionis, nondum iustificatæ defectu, in gradu præsertim Religionis, assensu Pontificis, nec erecto, nec approbato, contra Sacri Lateranensi Concilij decretum relatum *in capit. vltimo de relig. domi.* sine cuius professionis validæ cursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare iuxta gloss. *in authentica ingressi in verbo dedicat. C. de sacr. sanct. Eccles.* ibique Odof. *num. 11.* Bart. *num. 32.* Bald. *num. 27. circa finem*, Salicet. *num. 7.* Castr. *num. 20.* Alberic. *num. 13.* cæterique communiter Gemin. *cons. 66. num. 9.* Cald. *cons. 23. col. 2. post med. vers. vera tamen ratio, & naturalis, usque ad fin. de regul.* Rot. *in Bonon. bonorum 17. Nouembris 1615. coram bonæ mem. Pirouano inter impressa part. 4. to. 3. rec. dec. 633. n. 3.*

2. Contraria verò professionis validæ probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eundem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem successiuè in manibus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse prout alias hinc eam Rota deduxit *coram Mohedano accis. 10. de causa poss. & proprietatis, & in una Meten. profess. 2. Iunij 1636. coram Reuerendiss. Salamantino* penes Tambur. *de Iure Abb. dec. 3. n. 2.*

3. Cum enim hæc sacra Religio in tres tantummodo species Equitum ipso inititutionis, initio, distincta fuerit; Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christi fidelium ensis, ac miserabilium clypeus personarum; Alteram fratrum Capellanorum Conuentualium, ac obedientiæ; Alteram denique fratrum seruientium armorum, ac officiorum, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina regiistrata *tit. 2. cap. 2 sub rubr. della diuis. de gradi, de fratelli dell ordine nostro* Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis confirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt ex Sixtina Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistri Sacramento, ipsa susceptæ muneris die, tantummodo approbetur, vt elicitur ex altero *Statuto sub tit. 13, cap. 3. in fine de elect.* Ipse proinde non potuit, nouum Equitum gradum superaddere Religioni, eadem inconsulta, de cuius obligatione, ac præiudicio per noui gradus, ac successiuam Equitis incorporationem agebatur secund. gloss. *in capite perfectum in verbo non facit habitus de Regul. & in cap. vlt. in verbo pertineat eodem tit. lib 6. vbi etiam* Ancar. *in 2. nebo tab.* Franc. *numer. 2.* Gemin. *numer. 3.* Ioannes Motnac. *num. 1.* ibique Probus *ad eum num. 1. & 3.* Roderic. *q. Regul. tom. 3. quæst. 17. art. 7.* & alij relati plures per Sanchez *ad præcept. decal. lib. 5. cap. 4. n. 65.* Irrequisito præsertim Apostolicæ Sedis assensu, in triplicati gradus erectione antecedenter abhibito, ac in noui propterea institutione per necesse adhibendo, ad text. *in cap. vlt.*

vlt. vbique gloss. *in verbo nouam de Relig. dom. & in c.vnico in princ.* ibique Gloss. *in verbo habitum eodem tit. lib.6.* & in Extrauag. Ioannis XVII. *vnica eodem tit. notat* Siluest. *in summa in verbo Religio in primo n.6.* Armil. *n.4.* Nauarr. *in comm. 1. de reg. sub n.28. in 23.§.* Roderic. *quæst.reg. tom.3.q.48.art.3.* Less. *de iustitia & iur.lib.2.c.41. n.62. vers.9. circa medium,* & latè prosequitur Azor. *instit. moral. lib.11. cap.24. quæst.5.& p.2.lib.5.cap.7.* Sanchez *ad præcepta decal. lib.5.c.1. sub n.19.*

4. Cum maximè particulares Religionis constitutiones (quæ vt potè authoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatæ ab eo debuerant in viridi obseruantia retineri, vt respondit Rota *in vna Meliten. præeminentiarum 13. Nouembris 1688. coram bon. mem. Pirouano impress. part.5. recent. decis.209. sub n.1. cum seqq. & in Meleuitana antianit.30. Maij 1639. in §. num-vlt. quod talis receptio coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordi Commissariorum relatione, ac Venerabilis consilij linguæ Italicæ decreto reiectæ, *quæ tamen pro gradus præfati assecutione alias necessaria decern. in Statuto tit.2.c.17. 20.& 41. rubr. Chi hauesse essercit. mercantia :* Vel ob præstitam professionem non expleto anno probationis, tum per alterum statutum essentialiter requisito *in c.28.eod.tit.* tum ex dispos. Sac. Concil. Trident. *sess.25. de regul.* in hac etiam Religione seruanda, vt respondit S. Congregatio de mense Iunij 1599. & alias de mense Iunij anno 1582. vt testatur Paris. *de resignat.benef.lib.6.q.2.num.* 120. & tradit Genuen. *in praxi c.20. in fine.* Barbosa *de officio, & potest.Episcopi allegat.101. num.8.* & pluribus comprobat Gratianus *discept. forens. cap. 361. num.27. cum seqq.* Vel ratione denique loci professionis emissæ, videlicet extra Conuentum contra alterius sanctionem Statuti *eodem tit. cap.2.* Quæ proinde ipsum Religioni obligare non voluit, non solùm ob defectum prohibitionis legitimæ, vnius anni continui tempore non expletæ provt sanxit S.Trid. Synod. *sess. 25.de Regul. adducto c.15.* & tradit Ioannes Andr. *in c.1. de elect. lib.6.* Syluest. *in summa in verbo Religio 5.q.4.* Nauarr. *lib.3. tit.de Regul. cons.34. & 37. & in commen.1. eodem tit.nu.19.* Suar. *de Relig tom.3. lib.5. c.5.num.1.* Less. *de iust.& iur lib.2. c.41. dub.59* Siue etiam ob resistentiam potestatis ipso Magno Magistro, eumdem cooptandi in alio Equitum gradu, præter expressos, ac incorporandi Religioni, ita quod nec obligatio reciproca induci validè potuerit, provt ad effectum prædictum, potestas incorporandi legitima necessaria foret, secundum Innoc. *in cap. porrectum, sub num.4.* Antonius de Butrio *n.9.* Abb. *n.10. de Regul.* Syluester *in summa in verbo Religio in primo, num.5.& 14.* Nauarr. *in comment.4. de Regul. n.74.* Less. *de iustitia & iur. lib.2. d.c.41. n.10.& 61.* Roderic. *quæst... Regul. to. quæst.1. art.2.* Sanchez *ad præcepta decalogi lib.5.c.4. n.62.* Rota *decis.195.num.14. part.4. tom.2. recent.*

5. Obesse præterea non poterit, quod essentialis perfectio professionis in tribus votis à Petro, vt præfertur emissis, Regulariter soleat contineri, ad text. *in c. cum ad monasterium in fine de statu monachorum*, & in cap. *ad Apostolicam de Regul.* Diuus Thomas *secunda se cundæ quæst.vlt.art.3.4.& 5.* eiusque probatio, inde sat elici videatur.

6. Quoniam (præterquã vota illa emissa fuerant in ordine ab Apostolica Sede nondum approbato sub titulo Religionis) licet eadem vouentis obligationem erga Deum præ se ferant efficacem, non tamen ipsum vti certæ Religioni professum obstrinxere, dum præstita solummodo fuerant in manibus superioris legitima facultate carentis ipsum in Religione cooptandi, nec vicissim obligandi authoritate pollentis, vt bene explicant Innoc. *in d.c. porrectum sub n.5.* Butrius *n.9.* Abb. *n.10. cum seqq. de Regul.* Nauarr. *in comment. 1. eodem tit.n.18 & comment.4. n.74.* vbi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit absque legitimo duarum interuentu personarum, quarum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsum obligationem inducat, quam quippe reciprocam professio ipsa contineat, Less. *de iustit. & iur.d.lib.2.c.41. sub n.11.& 61.* Roderic. *quæst. Regul. tom.1.q.1.art..*

7. Nec etiam præfato gradui, ac professioni licet inualidæ robur addit consuetudo efficacibus, vt ex aduerso supponitur probationibus iustificata; Quamuis enim alias legitimè constaret, quod Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientiæ Magistralis habitum, seu deuotionis, vel aliter nuncupatum remissio aliqualiter nobilitatis rigore, ac probationis anno, personis sibi bene visis deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personis illas, eo decoratas, etiam si vota prædicta protulerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis pium ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honorato habitu præfato cohonestati, Equitis nomen assumpserint, vt notat Abb. *in rubr. de Regul. num.1.* Nauarr. *in comment. 1. eod. tit. sub num.18. in fine, & cons.33. num.3. eod. tit. de Regul.* Less. *de iustitia, & iur. Adducto c.41. sub num 61. §.6. in fine vers. aduerte tamen,* Syluest. *in summa in §. Religio primo qu.1. §. secundum fratres,* & bene declarat Rodriq. *d.q.1. art. 2. vers. hinc est, quod solum eorum cum seqq. & tom.3. q.48. art.4. & q.71. art.1.§. prima conclusio*, & in similibus fere terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ in Vrbe militantium, tradit idem Nauarr. *in cons.6. de statu Monachorum lib.3.* ipsas, licet cum habitus mutatione, ac trium sub emissione votorum collegialiter viuentes, non tamen Religiosas inde professas esse censendas, dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi. Adeóque allegata consuetudo ad effectum de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersiæ non obstenditur præcisè seruata, & tamen esset perneceſſe probanda, secundum Oldrad. *cons.237.* Ayman. *cons.96.nu.4.* Anch. *cons.339 n.8* Cæsar de Grass. *decis.6.num.5. de prob. & coram Seraph.326.n.2. coram Greg.45.n.6.162. n.2.& part.3.recent.decis.66. n.3.& part.4.tom.2.dec. 321.n.24.*

8. Hinc minus ad probationem consuetudinis præassertæ deseruiunt, siue Breue sanct. mem. Clem. VIII. hortantis Magnum Magistrum, qui Siculum quemdam ad habitum obedientiæ Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciaret; siue literæ commendatitiæ Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissæ. Siquidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attribuunt neque iustificant, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse cum ad hunc effectum Breue, ac literæ prædictæ non emanauerint, vt deciditur in Clem. vlt. §. *similiter*, ibique post gloss. per DD. communiter *d sententia excommunicat.* Oldrad. *cons.258. sub n.1. vers. è contra autem cum seqq.* Rom. *cons.180. n.4.* Rot. *decis.23. de in fine de procurat. antiq. & decis. 108 n.3. p.1.& dec.54 n.4 part 2. decis* Neque ex iis valet inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pendet solutio dubitationis propositæ.

9 Hinc quoque S. Religioni opitulari non potuit lapsus temporis spatio annorum 30. & vltra, à die per Petrum editæ possessionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde præsumi. Etenim procedere forsan posset obiectio, si cum temporis cursu obseruãtia quo-

que

que concurreret, nimirum; quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac Religiosus vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatiuè necessarium tradit Abb. *Albericus sub n.3. de testibus*, Alex. *cons.2.n.70. & cons.17.num 4.lib.4.* & pluries respondit Rot. *videlicet in vna Mediolanen. rescissionis permutatione 10.Ianuar. 1587.coram recol.mem. Card. Pamphilio & decis. 176. n.45.p.5.recent.* & post Pacif. Salu. *dec.170.num 8.& in Perusina bonorum 4.Iulij 1608. coram Penia.* Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus, deponentibus, Petrum per annos vigintiquinque, & vltra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem detulisse, ab eoque tempore citra intra Equites amplius agnitum non fuisse, nec recensitum, cursus ille temporis, licet longæuus; præsumptionem Pontificis assensus inducere non valet, vt notat Socin. *in cons.29.n.20. cum seqq. lib.1.* Iason. *in l sciendam in 4.limit.ff. de verb. oblig.* Felin. *in c.sicut n.33. vers.7.& vlt. de re iud.* Add. ad dec. Put. 355. *n.7.libro secundo*, Rota *coram bon.mem. Cocc. dec.301.n.3.*

10. Prædicta verò certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Conc. Trid. *in vna Melitен. sub die 10.Maij 1608.* qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiæ nuncupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus M. Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solùm futuris imponendi finem controuersiis vim obtinent, sed iustam quoque præ se ferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hactenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, iuxta gloss. *in proëm. Clem. in verb. de cætero.* Salas *de leg. quæst.97. tr. 14. sect.12. vers.4. colligo*, vbi loquitur in specie de resolut. S. Congregationis præfatæ, Rota *coram Greg. dec. 310.n.7.& dec.17.n.32.part.4.tom.2. rec. & in Maleuitana antianitatis 26.Maij 1640. in § non obstat, quod prædicta ordinatio coram Reuerendiss. D.meo Decano*; Et ab hoc Tribunali semper magna cum reuerentia susceipi solent, vt dictum fuit in Auersa *beneficiorum 3. Iulij 1696. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. dec.478.n.2.& in Meten. Abbatiæ 19.Iunij 1628. coram Reuerend. D.meo Decano, & in Maioricen. parochialis 13. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Celso*, & in aliis relatis *in Calaguritana clauis 12.Ianu. 1648. in vlt. §. coram R.P.D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hoc iuris dispositio coram me.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXXIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio.

Concheñ. Pensionis.

Lunæ 14. Februarij 1650.

§.1. RAtiones ipsæ quæ iuxta decisiones in priori instantia coram R.P.D. meo Corrado editas sub die 13.Ianuarij 1648.& 21. Maij 1649. Sententiæ Rotalis ab eodem D.meo Corrado super nullitate pensionis latæ iustitiam demonstrant, mouerunt hodie Dominos, vt eandem sententiam confirmandam esse responderent; nempe defectus iustificationis valoris à Mazilla pensionario narrati, & simulatio in fraudem decreti Sacri Concil. Trid. sess.25. de reformat c.15.

2. Debuit namque pensionarius in hoc iudicio petitorio iustificare valorem, ducatorum 500. auri de Camera à se narratum Papæ per ascensum, cum huiusmodi narratiua dicatur causa, & fundamentum gratiæ, vt in puncto præter allegatos in decisionibus R.P.D. mei Corradi tradit Lother. *de re benef. lib.1.q.43. n.1.& seqq.* vbi hoc ampliat quando, vt in casu nostro agitur de pensione reseruata beneficio pleno, Rota *decis.526. n.1.part.3. decis.287. n.9. part.5. recent. & in Placentina pensionis 25. Iun. 1646. coram R.P.D. meo Cerro*, vbi sequendo distinctionem semper in hoc Sacro Tribunali receptam dicitur quod, aut agitur in iudicio possessorio, & onus probandi falsitatem valoris narrati incumbit titulari, quia est de eius exceptione, cum pensionario sufficiat docere de quasi possessione exigendi, aut igitur petitoria & valor probandus est à pensionario, quia cum titularis habeat intentionem fundatam in dispositione iuris quod beneficia sine diminutione conferantur, imitatur, opus est, pensionatus literis Apostolicis reseruationis pensionis, & quidem validis, quales non sunt nisi iustificentur in valore narrato, vbi vt hic agitur contra successorem in beneficio qui reseruationi pensionis non consensit.

3. At pensionarius non iustificauit, solumque apparet de valore in ducat. 500. monetæ Castellæ, nec excusatur siue quia falsa narratiua, quæ non mouit concedentem, & dolosa non est, gratiam non vitiat *cap. super literis de rescript.* cuius dispositionem ad rescripta gratiosa extendit Innoc. *in cap. postulasti n.1. eod. tit.* Lap. *alleg.89.n.6. aliique relati in decis.288. n.1.* post cons. Farin. *decis.536.n.4.par.4.tom.3.recent.* concedentem vero non magis mouit narratiua valoris in 500. ducatis Cameræ, quam mouisset in totidem monetæ Castellæ, cum semper remaneant pro titulari duæ tertiæ partes fructuum quibus saluis Papa solet beneficia grauare pensione, vt per Gigan. *de pens.q.9. sub n.1.& 2.& sub n.5. in fin.* Rot. *in Romana pensionis 25. Maij 1646. §. vnde huiusmodi coram me*, & magis in terminis ad effectum excusandi malam expressionem valoris fuit ponderatum *in d.decis.536.n.5. vers. alia enim, & n.6.p.4.tom.3. recent.*

4. Siue quia mala expressio prouenit ab errore procuratoris, ac expeditoris, vt constat: quia in mandato procuræ dato à principali valor expositus; fuit in 500. ducatis monetæ Castellæ, quod excludit dolum principalis, & licet Rota non facile admittat istam excusationem propter fraudes quæ alias fieri possent impetrando per medium procuratoris, vt refert Crescen. *decis.10. de præben.* hoc procedere quando error versatur circa ea, quæ Papam ad concedendum difficiliorem reddere potuissent, necnon conuincitur ex publicis instrumentis mandati procuræ dati à principali declarauit Rot. inter impress. cons. Farin. *decis.270. sub n.4. vers. censuerunt Domini. & d. decis.268. sub n.11. vers. fuit responsum*, quas refert & sequitur *d. decis. 536. n.5. & n.18. part.4. tom.3. recent.*

5. Primum enim cessat, quia non constat remanere pro titulari duas tertias partes fructuum deductis oneribus, quod est in specie probandum ab impetrante, Seraph. *decision. 1030. numer. 1.* Rot. *decis.444. numer.4. part.2. recen. decision. 237. numero sexto, cit. coram bon. mem.* Card. *Mellino, & in Monopolitana pensionis 7. Februarij 1648. coram me*; præsumique potest dolo narratus valor in ducatis cameræ, vt Papa libentius tantam pensionem beneficio pleno reseruaret: quicquid enim sit, quando pensionarius erat puer teneræ ætatis, & agitur pro reductione pensionis contra titularem qui illi consensit in quibus terminis loquitur ex aduerso allegata *decis.536. part.4. tom.3. recent. vt patet num.4. & sub num.7.* vel quando falsa narratiua non tendit in alicuius præiudicium, puta quia impetrans beneficium non curatum se Presbyterum narrauerit, cum tamen simplex Clericus esset, qui est casus supra citat. *dec.270. & 288. apud Farinac. post cons.* Sanè in maiore qui bene sciebat valorem beneficij, & in gratia præiudiciali tertio prout est reseruatio

seruatio pensionis, quia Papa procedit cum maiori circumspectione oritur suspicio, quod nisi fuisset facta illa narratiua Papa non concessisset vt respondendo contrariis bene distinxit Rota *in d. decis. 270. sub n. 3. vers. & quantum ex doctor.* Gemin. *in c. gratia n. 4. in fin. de rescript. in 6.* quam sequitur Cresc. *decis. 10. nu. 2. de præben.* Cassad. *decis. 10. n. 3. vers. scilicet quod expressio eod. tit.* & generaliter quod Papa gratiam quæ alieni præiudicium infert præsumatur non concessurus, vel difficilius si narratiua sit falsa, fuit dictum *in Nouarien. Canonicatus 12. Februarij 1593. coram clar. mem.* Card. *Hieron. Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. parte prima fol. 451. sub n. 1. vers. & præsertim in decisione 150. n. 5. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritana beneficij de Cornago 27. Maij 1647. coram me.*

6. Alterum pariter penitus remouetur, quia pensionatius receptis literis Apostolicis narratiuam valoris in ducatis 500. Cameræ continentibus, non solùm non contradixit, aut pro illarum correctione institit, quam forsan nec obtinere potuisset cum literæ non discordent à supplicatione, sed à mandato iuxta alteram ex opinionibus relatam. Mandos. *super reg. 27. Cancell. n. 7.* sed eas in iudicio produxit pro obtinenda earum executione; hinc enim illas ratificasse censetur cum omnibus qualitatibus, & narratiuis ibi expressis ex alleg. *in 2. deo.* R. P. D. *mei Corradi § quia præter quod:* parumque refert quod productio facta fuerit à procuratore absque speciali mandato, quia ipse pensionarius tum literis, tum earum productione vsus fuit obtinendo illarum executionem, & obtentam in variis Tribunalibus defendendo, qui vsus inducit ratificationem æquipollentem speciali mandato *l. si filiusfamilias*, vbi notant omnes, *ff. ad Maced.* cum aliis adductis *in Cæsenaten. fructuum 28. Iunij 1647. fin. coram Reuerend. P. D. meo Roya.* & in specie supplicationis porrectæ à procuratore, Caputaq. *decis. 193. numer. 1. & 2. & numer. 4. part. 1.* Caual. *decis. 26. numer. 5.* Put. *in punct. pensionis expeditæ à procuratore decis. 100. sub num. 1. vers. examen, & numer. 2. lib. 2. incorr.* itavt falsa narratiua procuratoris apta vitiare gratiam noceat principali propter illius vsum, esto quod non nocere si nullatenus mouere potuisset Principem ad concedendum, ac tertio non præiudicaret in quibus terminis gratiæ vsum non nocere dixit Rota *in sæpè citata dec. 288. num. 12.* post cons. Farin.

7. Simulatio quoque in fraudem Concilij Tridentini prohibentis reseruari filio pensionem super beneficio possesso à patre visa est vrgere, nam Manzilla quia prohibeatur obtinere pensionem super fructibus Ecclesiæ Parochialis Loci Vallis de Colmenas, quam tunc Iacobus eius pater naturalis possidebat, curauit quod idem Iacobus consentiret pensioni ad fauorem Petri Ordoño nepotis Sanctij Ordono vt vice versa idem Sanctius super fructibus alterius Parochialis loci Carasenellæ à se possessæ consentiret simili pensioni ad fauorem ipsius Manzillæ provt factum fuit, expeditæque hinc inde literæ expensis solius Manzillæ. Vnde apparet cum causa simulandi ad euitandam scilicet, seu veriùs eludendam prohibitionem Concilij, vt ferè in punct. Paris. *de consid. q. 51 n. 3.* S. Aymon *cons. 153. n 8* tum animus & coniecturæ simulationis quibus illa coniungitur ex quo occultè committitur cap. *per tuas sicut.* vbi Innoc. *n. 1. de simon.* Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 26. n. 105.* Rot. *dec. 238. n. 14. coram san. mem. Greg. XV. & in Balneoregien. simoniæ 17. Maij 1624. coram bon. mem. Coccino.*

8. Et inter coniecturas potissima est quæ resultat ex Contextualitate mandatorum procuræ ab vtroque Rectore eodem tempore, & coram eodem Notario; & testibus ad consentiendum pensionibus vt supra datorum Paris. *de resign. lib. 1. q. 9. n. 10. & seqq. vsque ad 15. & de consid. d. q. 51. n. 5. & 9. & 17. in fin.* Rot. *decis. 134. n. 3. vers. & ex breuitate p. 2. diuers.* aliique relati *in 2. decis. coram D. meo Corrado. §. venult.* neque correspectiuitas euitari potest eo quod testes deponant mandatum Iacobi patris Manzillæ emanasse in remunerationem eorum, quæ Sanctius Ordono fecerat ad fauorem ipsius Manzillæ, ex quo infertur quod ob diuersitatem causæ vtriusque mandati Contextualitas non inducit correspectiuitatem *ex alleg. in dec. 392. n. 13. coram san. mem. Gregor. XV. & in Romana seu Veliterna restitutionis in integrum 27. Septembris 1646. coram me.* Quia titulus iste remunerationis cùm sit relatiuus ad beneficium acceptum, hoc est ad consensum à Sanctio præstitum ad fauorem Manzillæ magis conuincit identitatem causæ, & correspectiuitatem consecutiuum, quod scilicet vnus consenserit contemplatione consensus alterius, itavt ex vtriusque simultaneo, & effectuato consensu probetur mutua inter ipsos permutatio, vt in terminis consensus remuneratorij est text. *in l. sed & si lege 28. consuluit, in fin.* ibi *genus quoddam hoc est permutationis, ff. de pet. hæred.* & ibi notat Ant. Faber. *col. 3. circa fin. vers. remunerationem fol. 307. facit, text. in l. si pignora 56. vers. species enim. ff. de furt.* Accedente præsertim quod Mãzilla fecit expensas expeditionis vtriusque pẽsionis, quod pro cõiectura fraudis adducit Paris. *de confident. q. 27. n. 1. & seqq.* Rota *in Romana domus ad Transtyberim. 18. Iunij 1638. §. 3. insurgit coram Eminentissim. Card. Panzirolo,* & vtrimque resultabat vtilitas ad fauorem consanguineorum ipsorum consentientium, nempe ex vna parte nepotis, ex altera filij quod pariter fraudis argumentum præbere tradit Paris. *de confid. d. quæst. 27. num. 6. & 7.* vnde quicquid dicendum esset si aliqua ex prædictis coniecturis concurreret, sanè omnibus simul iunctis apparet præcessisse inter partes expressam, aut præsumptam conuentionem de ad inuicem consentiendo, Anchar. *cons. 434. sub numer. 3. versic. ex præambula.* Aim. *cons. 153. num. 9.* & pensionem cadere sub prohibitione Concilij Tridentini, vt in his terminis declaratum fuisse à S. Congregatione refert Garz. *de benef. part. 7. c. 3. num. 87.* vbi in fine dicitur quod consensus pensionis dicitur præstitus per fraudem & in proximis terminis Aufred. *ad Cappell. Thol. q. 439. num. 5.*

Et ita decisum vtraque, &c.

DECISIO XC.

Sacræ Rotæ Rom coram R. P. D. Cerro.

Vicen Iurisdictionis.

Lunæ 2. Maij 1650.

1 §. LIteras Apostolicas tam S. memoriæ Clementis VIII. sub data 14. *Kal. Septembris* 1592. in quibus Ecclesia S. Ioannis de Abbatissis in Collegiatam erecta cũ suis Dignitatibus, Canonicatibus, Præbẽdis, Capitulo, Beneficiis, & quibuscunque Ministris submittitur Iurisdictioni Ordinarij, quàm etiam fel. record. Vrbani VIII. sub data 18. *Ianuarij* 1624 illarum confirmatorias, exequendas esse diffinitiuè pronũciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula, *Parito literis arbitrio*, dubitaui, An intret arbitrium, & illud non intrare, pro illarum retardatione Domini responderunt, quia literæ Apostolicæ de iure paratam habent executionem cap. *si Capitulo, vbi gloss. in verb. exequatur de concess. præbend. in 6.* Mohed. *dec. 13. vt lit. pendent.* Card. Caualer. *decis. 230. num. 1. & seq.* Buratt. *decis. 435. n. 1.* Vrgellen. *dec. 60. n. 2.* Præsertim in

in proposito, quo ex præfata sententia Rotali, quæ est valida, & iusta (vt inferius probabitur) apparent iustificatæ, vt responsum fuit in Nazarena, seu Montis viridis beneficij 15. *Decemb.* 1645. *coram* R. P. D. *meo Verospio, in Gerunden. Parochialis* 26. *Nouemb.* 1646. *& in Beneuentana Canonicatus* 8. *Febr.* 1647. *coram* R.P. D. *meo Bichio.*

Validitas est clara, nec obstat nullitas ex eo deducta quod sententia Rotalis fuerit prolata contra sententiam de partibus latam ad fauorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum, ea non reuocata contra *l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.*

Quia cum Rota pronunciauerit prout in prima, sicut validè pronunciare potuit vigore clausulæ, *quam, & quas* appositæ in Commissione Card. Seraph. *dec.* 1241. *n.* 2. *& dec.* 1327. *n.* 3. Buratt. *dec.* 241. *n.* 6. *& dec.* 405. *n.* 1. Rot. *in recent. dec.* 305. *n.* 3. *cum seqq. p.* 6. *& dec.* 303. *n.* 2. *part.* 7. Non fuit opus dictam præcedentem sententiam reuocare, ex deductis coram Card. Caual. *dec.* 31. *n.* 3. *in recent. dec.* 161. *sub n.* 2. *vers. Præterea part.* 1. *dec.* 264. *n.* 1. *& 2. part.* 6. *& dec.* 26. *n.* 3. *part.* 7. cum cæteris allegatis *in Romana fideicommissi de Spiritibus* 14. *Iunij* 1645. *coram me* §. *Altera verò.* Nec ipsa vulnerauerat viam executiuam dum coram illo Iudice non fuit actum pro executione dictarum litterarum, nec supra ea pronunciatum, vt respondit Rota *dec.* 132. *n.* 12. *p.* 2. *diuers. coram Buratt. dec.* 329. *n.* 6. *in Romana dotis* 17. *Decembris* 1607. *coram Penia, & in Romana, seu Mutinen. dotis* 30. *Aprilis* 1638. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo. pones Zacch. de oblig. Camer. dec.* 65. *n.* 9. *& dec.* 200. *n.* 12. *secundum vlt. impress.*

4. Deinde non obstat altera ob non integram transportationem actorum, quia sufficit quod transportatus fuerit integer processus fabricatus coram Decano Terraconen. à quo fuerat appellatum, Pen. *dec.* 644. *n.* 2. *&* 4. Buratt. *dec.* 213. *n.* 2. *&* 3. Card. Caual. *dec.* 43. *n.* 1.

5. Iustitia conuincitur ex lectura earumdem litterarum S.M. Clementis VIII. ibi, *Dictaque Ecclesia, ac eius Dignitates, Canonicatus, & Prebendæ, aliaque beneficia Capitulum, & Ministri huiusmodi suo Ordinario subiecti sint, &c.* Quibus sanè verbis apertè dignoscitur, illos subiectos fuisse Iurisdictioni eiusdem Episcopi, qui propriè in præfatis litteris Ordinarij nomine fuerat designatus iuxta Gloss. *in c. 2. verb. loci ordinario de vsur. in* 6. *& in cap. Ordinarij verb. locorum de offic. ordin. in* 6. Mandos. *cons.* 37. *n.* 8. Clockier. *de Iurisdict. ordin lib.* 1. *q.* 1. *n.* 9. Lotther. *de re benef. lib.* 1. *q.* 24. *sub n.* 102. *cum pluribus seqq.*

6. Nec turbat quod appellatione Ordinarij veniat Archipresbyter, cum in materia de sua natura adaptabili sub huiusmodi denominatione comprehendatur quicumque alius inferior, dummodo ordinariam habeat iurisdictionem, vt tradit Card. Zabarell. *in clem. quia regulares sub n.* 11. *vers. ottauo quæro, de supplen. neglig. Prælat.* cum aliis quos refert, & sequitur Chockier *d. q.* 1. *d. n.* 9. *vers. sed etiam*, Rot. *in recent. dec.* 493. *nu.* 5. *p.* 2. *& coram bo. me. Coccin. dec.* 346. *n.* 1.

7. Quia in casu, de quo agitur de Episcopo tantùm, non autem de Archypresbytero Ordinarij nomine Pontificem intellexisse, Dominis suadebant contextus litterarum, & subiecta materia. Tum quia submittendo Dignitates, Canonicos, & Capitulum suo Ordinario, Archypresbyterum ipsum (in quo vnica, & principalis residet Dignitas illius iurisdictioni per necesse submisisse censetur, ac proinde nomen illud ad ipsum congruè deferri non potest, ne eodem tempore dentur actio, & passio in eodem subiecto contra regulam text. *in l. si quis pro eo* §. 1. *ff. de fideiuss. l. frater à fratre ff. de condict. indebit.* Tum quia pluries de Ordinario, & Archypresbytero ibidem discretiuè loquutus fuit, ideoque illos pro distinctis, & omnino separatis inter se habuisse præsumitur, nec vnum voluisse sub alterius denominatione comprehendere *ex allegat. per* Surd. *cons.* 426. *n.* 1. *& cons.* 514. *n.* 7. 8. *&* 9. Menoch. *cons.* 215. *n.* 69. *&* 70. Cardin. Seraph. *dec.* 1486. *n.* 12. Rota *in recent. decis.* 667. *n.* 5. cum aliis *per Add. ad Greg. decis.* 301. *num.* 18. Tum denique, (& hoc tollit omnem difficultatem.) Quia ita declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum DD. Sacri Concilij Tridentini interpretum, ne dum sub die 2. *Decembris* 1623. quæ deinde confirmata fuit per speciale Breue felic. record. Vrbani VIII. sed etiam 1. *Decembris* 1640. 21. *Septembris* 1641. *&* 15. *Martij* 1642. Quibus proinde declarationibus omnino est deferendum cum Rota soleat illas absque alia discussione reuetteri, vt responsum fuit coram Card. Caual. *decis.* 627. *num.* 9. *in Vicen. Portionum* 18. *Martij* 1639. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Oppiden. Processionum* 18. *Maij* 1646. *coram* R.P.D. *meo Verospio* §. *Et hac iuris dispositio, & prius in Romana pensionis* 19. *Nouembris* 1640. *coram me* §. *final.*

8. Nec refert quod dictum Breue fan. mem. Vrbani VIII impetratum lite pendente, nulla facta de ea mentione videatur subreptitium: Quia cum Archipresbyter, & Canonici deinde eundem Pontificem adiuerint pro illius moderatione, & nihilominus ipse huiusmodi declarationis articulum eidem Sacræ Congregationi denuo remiserit, quæ successiuè pluries auditis partibus, ac re maturè discussa præcedentem resolutionem ter confirmauit, vtique obiecta subreptionis exceptio omnino sublata remansit *ex notat. in cap.* 1. *ne lite, non contest. in* 6. & faciunt tradita per Cardin. Zabarell. *cons.* 92. *num.* 2. *&* 3.

9. Prout minus obstat asserta antiqua concordia celebrata de anno 1262. inter tunc temporis Episcopum ac Abbatem, & Monachos Ecclesiæ de qua agitur super ipsorum exemptione ab illius iurisdictione.

10. Quia, vltra alias responsiones ab informantibus deductas, dum Monasterium, Abbas, & Monachi illorumque ordo, iura extincta penitus, & suppressa fuerunt à prædicto san. mem. Clemente VIII. terminarunt prorsus, & cum eis pariter extincta remanserunt omnia ipsorum priuilegia, & concordiæ, quæ propterea in Archypresbyterū, & Canonicos, aliósque deinde principaliter institutos, ac sub diuersa natura, & qualitate subrogatos transire non potuerunt, ad tradita per Natt. *cons.* 638. *n.* 44. *vers. ecce quod* Baldus Rimin. *iun. cons.* 112. *n.* 121 *&* 129. cum aliis per Gabr. *de regul. iur. concl.* 1. *n.* 48. 66. *&* 88. sed in ipsis seruari debet expressa, & præcisa forma in dictis litteris eiusdem Pontificis super eiusmodi suppressione, noua erectione editis contenta iuxta prædictas subsequentes, & reiteratas declarationes dictæ Sacræ Congregationis, vt responsum fuit in dec. huius causæ emanata coram bon. mem. Merlino. 11. *Iunij* 1638. §. *fin.*

11. Nec releuat quod in suppressionibus, & nouis erectionibus aliarum similium Ecclesiarum tam ab eodem san. memoriæ Clemente VIII. quàm à fol. record. Paulo V. appositæ fuerint declarationes de non præiudicando antiquæ iurisdictioni, & priuilegiis earum. Quia cùm huiusmodi declarationes restrictæ, & limitatæ fuerint ad prædictas alias Ecclesias, extendi non debent ad istam, de qua agitur cuius suppressio, & noua erectio diuerso modo facta fuit, vt respondit Rota *coram bon. mem.* Buratt. *dec.* 599. *sub n.* 4. *in Vicen. Canonic.* 29. *Nouembris* 1624. *coram bon. mem. Merlino* §. *prout nec etiam, & in Vicen. Camerin.* 1. *Februarij* 1639. *coram* R.P.D. *meo Royas* §. *Non obstant Breuia.*

12. Denique non obstat quod huiusmodi Ecclesia sit de iure Patronatus Regio, quia hoc non præiudicat iurisdictioni ordinarij iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini *sess.* 25. *c.* 6. *de reformat.*

Et ita resolutum fuit, &c.

DECISIO

DECISIO XCI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Cathacen. Prætensæ Obedientiæ.

Lunæ 23. Maij 1650.

§. 1. POssidet Venerabile Collegium Societatis Iesv in Ciuitate Cathacensi sub inuocatione S. Leonardi Abbatiam nuncupatam à fel. record. Greg. XIII. de anno 1597. illi perpetuo vnitam, & incorporatam cuius ratione prætendente Reuerendissimo Episcopo Cathacensi sibi ab eiusdē Collegij Rectore præstādam esse obedientiam, quam cæteri Ecclesiarum Rectores præstare solent in festiuitatibus Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, & consecrationis Ecclesiæ Cathedralis. Emanarunt in partibus duæ sententiæ, à quibus deuoluto per appellationem toto negotio ad Rotā, mihique commisso, proposui dubiū. An Rector Collegij teneatur ad præstationem obedientiæ prætensæ per Ordinarium Cathacēsem, quod fuit negatiuè resolutū.

2. Habet enim Societatis Iesu à Summis Pontificibus Paulo III. & Gregor. XIII. amplissima priuilegia exemptionis tam respectu personarum, quàm bonorum quorumcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione Ordinariorum, vt legitur in Const. 48. Pauli III. Bullar. tom. 1. §. 13. fol. 564. ibi, *ipsamque Societatem, & vniuersos illius socios, & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione, quorumcumque Ordinariorum eximimus, & liberamus: ac sub nostra, & præfatæ Sedis protectione suscipimus*, quæ priuilegia Pontificia, ac verbis adeò amplis concepta important exemptionem etiam ab ipso iure reuerentiali alias præstando Episcopis, licèt secus sit in exemptione non plena, vel data ab Episcopo, iuxta veriorem Doctorum opinionem, quam amplexi fuerunt Iason. *in l. in ius vocari §. patronorum il. 2. in 4. notab. n. 5. in fin. vers. limita quando ff. in ius vocan.* Felin. *in c. delectus 18. n. 7. post med. vers. sed de exemptis per Papam de offic. ordin. & in cap. cum inter 13. sub n. 4. circa med. de sentent. & re iudic.* Abb. *in c. cum venerabilis 21. n. 4. in fin. de censibus.* Mandos. *in tract. de signat. grat. verb. exemptiones ab Episcopis, §. an autem exemptio fol. 121. à tergo* Rodtriq. *canon. quæst. tom. 2. quæst. 64. art. 9. per tot.* Erasmus Choxier *de iurisd. ordin. in exemp. par. 4. q. 34. n. 3. vers. vtramque.* Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 23. n. 31.* Put. *dec. 114. vers. secus lib. 3. in corr.* Seraph. *decis. 1025. n. 19.*

3. Eadémque exemptio suffragatur etiam respectu huius Ecclesiæ Societatis Collegio accessoriè vnitæ, quod illa ante vnionem præstitisset Episcopo prætensā obedientiam (quod tamen negatur,) quia vnio accessoriè facta extinxit prorsus titulum, ac nomē Ecclesiæ vnitæ, eamque effecit partem, & prædium ipsius Collegij Oldr. *consil. 257. num. 15. al. fin. & n. 16. & 17.* Ferret. *cons. 242. sub n. 5* vbi quod de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente Ludou. Bell. *consil. 59. n. 17. & consil. 195. n. 3.* Mant. *decis. 24. n. 3.* Canaler. *dec. 330. n. 5.* Rot. *inter recent. decis. 170. n. 2. p. 2. decis. 140. n. 4. & n. 15. in fin. seqq. part. 7.* vnde quemadmodum Episcopus obedientiæ huiusmodi præstationem non prærendit, nec prætendere potest à Rectore Collegij respectu Collegij, ita pariter nec respectu huius Ecclesiæ, quæ est eiusdem Collegij membrum, vt ex text. *in cap. recolentes §. cæteram de stat. Monach.* tradit in terminis exemptionis Barbos. *de pot. Episcop. allegat. 105. num. 17. in fin.* Fuisse verò Ecclesiam accessoriè vnitam denotant verba vnionis, ibi, *perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus*, iuxta theoricam, quam originaliter tradit Ang. *consil. 247. infrà med. vers. sed vbi sit vnio*, vbi ponderat quod si fit vnio per incorporationem, quia res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, & sequitur Ferrett. *d. consil. 242. sub n. 5. vers. & quando.* Castr. Pal. *oper. moral. tom. 2. tr. 10. disp. 6. punct. 2. §. 1. sub num. 11. vers. si autem* post Mandos. *super reg. 12. Cancel. quæst. 1. n. 6.* Hoied. *de incompatibilitate benefic. part. 2. c. 3. sub n. 3. vers. nam si sit vnio. & vers. tamen incorporatio.* Gratian. *disceptat. 291. n. 2. & 3.*

4. Neque Episcopus aduersus huiusmodi priuilegia allegare potest se præscripsisse hoc ius obedientiale, quia actus in id electi ex libris Cathedralis, quibus dubitari potest, an sit præstanda fides in præiudicium Collegij Episcopo non subiecti, prout præstanda non est fides extraiudiciali ex aduerso productæ, non concludunt possessionem triennariam à tempore factæ vnionis, cum tamen quadragenaria, Butr. *c. peruenit n. 18. de censib.* quem refert & sequitur Bald. *de præscript. part. 5. princ. q. 12. n. 8. inter tr. magnos tom. 17. fol. mihi 91. à tergo.* Bertach. *de Episcop. lib. 4. part 2. princip. q. 20. n. 54. inter eosdem tract. to 13. part. 2. fol. 528.* Imò cum adsint fides contrariæ de obedientia nusquam præstita, & ex ipsis libris Cathedralis nullus actus obedientialis eliciatur ab anno 1603. citra Collegium contra Episcopum quatenus opus esset libertatem tanto tempore præscripsisset Ruin. *consil. 217. sub n. 13. vers. non obstat lib. 1* Iacob. de Leonard. *inter consil. feud.* Brun. *cons. 117. n. 138.* Aym. *consil. 111. n. 21. & seq.* Syluan. *cons. 59. n. 11. & 12.* aliique relati à Moder. Carpensi *controuers. foren. c. 110. n. 12.* maximè accedente titulo supra memorato exemptionis, & quia ex aduerso causa aliqua, ob quam prætensa obedientia præstari debet, non probatur, vt de iure requiritur, ex traditis per Bald. *in l. cum aliquis 21. nu 9. Cod. iur. deliber* quem refert & sequitur Mascard. *cons. 1117. n. 17.*

Et ita decisum informante solum Collegio post plurimas citationes contra Episcopum executas.

DECISIO XCII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

Acernen. Vicarij.

Lunæ 30. Maij 1650.

§. 1. REsolutum fuit constare de bono iure Capituli Cathedralis Ecclesiæ Acerni deputandi Vicarium Generalem Sede Episcopali vacante etiam in Oppido montis Coruini liberè absque vlla nominatione Cleri, seu asserti Capituli Collegiatæ eiusdem Oppidi, certum est enim quod ex dispositione iuris communis Sede Episcopali vacante, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis succedit Episcopo in iurisdictione, vt sunt text. *in c. cum olim de maior. & obed. in c. primo eodem tit. in 6.* Rota *dec. 296. n. primo part. 1. recent.* & in specie quoad deputationem Vicarij disponit Sacr. Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 16* & probat Pauia. *de potest. Capituli Sed. Vacant. part. 1. q. 2.* & dixit Rota *in Ampurien. seu Ciuitaten. Deputationis Vicarij 19. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Meltio*, adeo vt nec ipsi Portionarij Ecclesiæ Cathedralis, neque Clerus hanc potestatem habeant etiam coniunctim cum Capitulo iuxta declarationem Sanct. Congregationis Concilij relatam per Ioannem Gallemart. *ad d. c. 16. num. 1.* Ibi enim Sacr. Conc. Trident. decernit hanc potestatem deputandi Vicarium Sede vacante competere Capitulo Cathedralis, quod intelligendum venit priuatè quoad Capitulum Collegiatæ, tum quia iurisdictio alicui concessa censetur priuatè ad eum, qui de iure (quale est

Capitulum Collegiatæ, eandem iurisdictionem non habet, vt respondit Rot. *dec. 121. sub n. 4. part. 1. recent.* Tum quia Sac. Concilium abhorruit, deputationem duorum vicariorum in eadem Diœcesi Sede vacante, quam propterea nec ab ipso Capitulo Cathedralis fieri posse nisi ex maxima causa, vel nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium, declarauit S. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Sacr. Concil. interpretum in vna Panormitana 31. *Maij* 1592. relata per Barb. *de Canon. & Dignit. c. 42. n. 33. & 34.* vbi subdit permitti electionem vnius Vicarij Generalis, & alterius foranei si est tanta Diœcesis, vt distantia locorum id suadere videatur, idem Barbos. *in collect. ad Concil. d. sess. 24. c. 16. n. 2.* Garz. *in addit. ad tract. de Benef. part. 5. c. 7. n. 37.* vbi pluribus id comprobat.

2. Et tollit omnem dubitationem in præsenti casu nuperrima declaratio Sacr. Congregationis super negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ emanata 13. Septemb. an. 1647. quia auditis partibus, & Eminentissimo Franciotto referente fuit resolutum nullum ius competere Clero, seu assertis Canonicis Montis Coruini eligendi proprium Vicarium tempore Sedis Episcopalis Acerni Vacantis, sed eosdem subesse debere ordinariæ iurisdictioni Capituli Acernen. ipsiusque Vicario Capitulari ad præscriptum Sacrorum Canonum, & Concilium, & Sac. Concil. Trid. vt patet ex verbis decreti relati in Summ. Capituli Cathedralis *n. 5* huiusmodi enim declarationes Rota semper suscipit, & amplectitur reuerenter, vt videre est apud Burat. *decis. 479. numer. 3. & 10. in Mauricen. Parochialis 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Fauen. Præcedentiæ 1. Iulij 1648. coram bon. mem. Arguelles.*

3. Neque obstat quod à sententia A. C. lata super executione dictæ declarationis commissa appellatio; quia non ideo elisa fuit Sacræ Congregationis authoritas, vel denegatum obsequium eidem debitum ob eximiam Eminentissimorum Patrum, quibus ipsa Congregatio constat, sapientiam, vt in puncto similis Decreti Sacræ Congregationis respondit Rota *dec. 214. n. 6. & duobus seqq. part. 4. tom. 2. recent.*

4. Minus obstat transactio inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Acerni & Clerum Montis Coruini inita de anno 1613. die 28 mensis Martij, in qua inter alia firmatum fuit, *Che nelle vacanze, che occurreranno ogni futuro tempo nella Sede Vescouale di detta Citta di Acerno circa la deputatione del Vicario Capitolare in d. Terra di Monte Coruino Dioc.ese di detta Cathedrale, si debba dal Capitolo di S. Pietro di Monte Coruino nominare tre persone idonee a detto officio, e che il Capitulo di detta Chiesa Cathedrale d' Acerno debbia vno delli detti tre nominare, eleggere, e deputare per Vicario Generale in detta Terra di Monte Coruino tantum.*

5. Quia DD. pro responsione huius obiecti, in quo Clerus Montis Coruini omne fundamentum faciebat in alia propositione huius causæ super manutentione, censuerunt præfatam transactionem esse omninò nullam ex defectu Beneplaciti Apostolici, quod est semper necessarium in alienationibus, & transactionibus super rebus Ecclesiæ, 7. in terminis transactorum Caputaq. *dec. 106. per tot. p. 1.* Rot. *coram recent. mem. Coccino dec. 201. n. 1. in recentior. dec. 753. n. 2. p. 2. & dec. 241. n. 10. p. 4. to. 2. & in Marsicen iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio*, etiamsi fuerit transactum inter duas Ecclesias, Rot. *dec. 227. n. 9. & seq. p. 4 tom. 2. & dec. 561. n. 7. p. 5. recent. & in Leodien. Dominorum 25. Iunij 1649. in §. quoniam alienatio coram R. P. D. meo Corrado* &c. in puncto transactionis super iurisdictionalibus inter Ecclesiam Cathedralem, & Collegiatam alterius Oppidi fuit decisum *in d. Marsicen. iurisdictionis in §. nam per iurij coram D. meo Bichio.*

6. Et alteriùs cùm hac transactione adsit explicatare-

seruatio Beneplaciti Apostolici cum protestatione, quod eo non obtento transactio sit nulla, & habeatur pro non facta, vt pater ex lectura transactionis, sequitur quod Beneplacito non obtento transactio sit nulla non solùm ex defectu solemnitatum, sed etiam consensus transigentium, qui deficit eo ipso quod deficit Beneplacitum, sub cuius conditione, & non aliàs præstitus fuit, vt benè ponderauit Rota *dec. 277. n. 12. part. 4. tom. 2. & dec. 561. n. 2. 6. & 11. part. 5. & dec. 94. n. 2. part. 6. recent. & in Meleuitana Pensionis 29. Maij 1648. in §. sed nec etiam coram me.*

7. Neque Beneplacitum Apostolicum præsumi potest ex lapsu 30. annorum decurrorum ab ann. 1613. initæ transactionis, vsque ad præsens, quia certum est, quod non sufficit solus lapsus 30. annorum, sed copulatiuè requiritur obseruantia eiusdem temporis. Rota *coram recent. mem. Coccino decis. 304. num. 3.* cum aliis allegat. *per Add. ad* Burat. *dec. 45. num. 8. & decis. 444. sub numer. 14. lit. B. in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647. in §. nec ex cursu temporis coram bon. mem. Arguelles, & in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram me.* Obseruantia verò non probatur nisi ab anno 1637. & antecedentis temporis excluditur per Testes Cathedralis. *Summ. num. 1.* deponentes de deputationibus liberè factis à Capitulo Cathedralis in Oppido Montis Coruini, & tamen requiritur obseruantia successiua, & continuata ad huiusmodi beneplacitum præsumendum Rota *decis. 202. numer. 8. & 9. part. 7. recent. & in Valentina Baronia 14. Iunij 1603. coram Ortembergo, in Compostell. Parochialis decima Februarij 1645. §. pen. in fin. coram R. P. D. meo Verospio, & in d. Pamplonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. in §. Beneplacitum, coram me.*

Et ita fuit resolutum informante tantum Capitulo Cathedralis Acerni, &c.

DECISIO XCIII.

Sacræ Rotæ Rom. coram R. P. D. Bichio.

Pisana Sepulturæ.

Veneris 1. Iulij 1650.

§. 1. VBi sepeliri debet cadauer Lælij Talentonij Auditoris Sereniss. D. mei Magni Ducis Etruriæ in ciuitate Liburni orta controuersia inter Præpositum Ecclesiæ Parochialis SS. Mariæ, & Iuliæ, ac Fratres Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatos, fuit illud lignea capsa clausum depositarum per modum prouisionis penes Ecclesiam Sancti Homoboni, & lata deinde ab A. C. desuper sententia ad fauorem Fratrum, translatum ab ipsis solemni pompa ad eorum Ecclesiam, vt constat ex publico Instrumento dato in Summario Præpositi *n. 3.* & attestationibus plurium personarum tunc præsentium Summario *ibid. n. 4.*

2. Quam translationem in gradu appellationis à dicta sententia ad me interiectæ attentatam esse hodie Rota censuit, quia præcesserat nedum appellatio, sed etiam inhibitio Rotalis per quatuor, & amplius menses ante præsentata in Curia Procuratori Fratrum quæ attentatum reddit quicquid postea ex aduerso innouatum fuit *c. non solum de appell. in 6.* Caputaq. *dec. 93. part. 2.* Rot. *dec. 75. num. 2. & seqq. part. 6 recent. decis. 394. & 504. in princ. inter impress. apud modern.* Perusin. *de manut.* etiamsi non principali in partibus, sed solùm eius Procuratori in Curia præsentata fuerit, quia cùm intercesserit tantum temporis quo ille principalem certiorare potuerit, certiorasse præsumitur, & alioquin imputari sibi debet principalis si negligentem Procuratorem constituit;

constituit, vt in his terminis Cæsar. de Grass. *dec. 6. n. 3. de caus. possess. & propr.* Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 134 num. 2. coram Burat. decis. 134. sub num. 5.* coram Card. Caual. *dec. 221. sub num. 3. & in aliis allegatis ab Adden ad* Burat. *dec. 177. sub n. 9. ampliat. 6. & à Modern. Perusin. de manut. observ. 48. num 29. & seqq.*

3. Tenentur ideò Fratres idem attentatum purgare in primis & ante omnia Burat. *decis. 74. num. 3.* Rot. *inter recent. decis. 125. num. 1. part. 1. & aliis sæpissimè.* Nec obstat, quod agatur de exhumatione cadaueris, quo casu, quia corpora mortuorum non sunt sic tractanda, seu transmutanda locus non est attentatorum reuocationis, vt notat Gemin. *in c. non solum §. illa vero n. 14. de appellat. in 6.* Lancellott. *de attenta part. 2. c. 4 limi. 13. n. 8.* Rot. *dec. 8. in fine vt lit. pendent. in antiq. decis. 276. n. 5 coram sanct. mem. Greg. XV. Gramat. decis. 82. sub num. 3.*

4. Nam quotquot in id allegati mox fuerunt, & possunt allegari loquuntur de exhumatione attentata in spretum dumtaxat litis pendentiæ, & admittunt attentati reuocationem denegari non de rigore iuris, sed ex æquitate, quæ tamen æquitas retorqueri videtur, quando fuit attentatum in spretum inhibitionis Rotalis, vt notat Ioan. Monac. *in dict. cap. non solum num. 8. in fin. de appell. in 6.* vbi ait æquum esse retractari, quæ fiunt post inhibitionem, ne imperium Præsidentis fiat elusorium, atque hinc Rota licet sequendo, æquitatem reiicere soleat attentatorum reuocationem, quando id eius arbitrio commissum fuit, hæc tamen æquitatem non seruat, si attentata sint notoria in spretum inhibitionis Rotalis sic penes Burat. *decis. 17. num. 1. & 2.* penes Gregor. XV. *decis. 465. n. 3. & 11. inter recentior. dec. 235. num 1. & 7. part. 1.* & multum differre gesta in spretum litis pendentiæ, vel inhibitionis, & appellationis tradit Dec. *in cap. consuluit il. 2. n. 15. de appell.* Menoch. *de recupera. remed. vlt. n. 43.* & magis in terminis quod attentata etiam in casibus, quibus in primis, & ante omnia via attentati reuocanda non essent, sed expectato euentu causæ principalis, & beneficio iniustitiæ, si tamen inhibitio præcessisset veniant reuocanda, tradit Vestr. *in prax. lib. 8 c. 4. n. 9. ante fin. vers. admoneo tamen.*

5. Eoque magis retorquetur æquitas, quia Parochus habet intentionem fundatam de iure, cadauer cum sit in capsa lignea reconditum ex restitutione præiudicium non patitur, & ex aduerso nulla incontinenti affertur probatio boni iuris, quæ vbi vt hic appellatio est interposita à lege non prohibita, requiritur vt appellatus attentati à se commissi reuocationem retardare valeat, vt bene distinguendo declarauit Gemin. *in dicto cap. non solum sub num. 10. versic. tu solue de appell in 6.* & in proximis terminis Sanchez *de matrimon. lib. 10. disput 12. num. 21. & seq. ex text. in l. fin. Cod quorum bonorum, & aliis ibi allegat.* Nec enim sub prætextu æquitatis deneganda est perpetuo Cadaueris restitutio, vt notat Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 13. num. 6.* Rota *decision. 1. in fin. de caus. possess. & proprietat. de anniquit.*

6. Vel in omnem euentum esto, quod locus non esset reuocationi attentatorum, quoad restitutionem ipsius Cadaueris locus esset respectu expensarum, & aliorum quæ funeri Cadaueris consecutiua sunt, *vt ex text. in cap. literis de restit. spoliat.* tradit in proximis terminis Sanchez *de matrim. dict. lib. 10. disp. 12. sub n. 21. vers. tunc enim, & vers. est enim.*

7. Non obstat defectus Iurisdictionis ob non transportationem actorum primæ instantiæ, quia pro reuocatione attentati sufficit transportasse, & produxisse acta ex quibus illud probatur, vt respondit Rota *decision. 211. num. septimo, part. quinta, tomo secundo recent. & in Maioricen. Beneficij 27. Nouembris 1641. & 17. Maij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano.*

Et ita decisum informante solum Præposito Ecclesiæ Parochialis, Aduersariis tamen sæpissimè citatis.

DECISIO XCIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Corrado.

In causa Romana Legati.

Mercurij 22. Iulij 1650.

§. 1. IMmissionem pro parte Ecclesiæ, ac Hospitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ petitam pro satisfactione legati scutorum ducentorum à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuo celebrari faciendi Diuina sacrificia. Censuerunt Domini concedendam.

2. Nam illud probatur ex testamento Antonij eiusdem Leonelli filij ac hæredis condito die 7. Februarij 1627. in quo ad ore tenus à parte dispositum fuisse fatetur, atque ipse confirmat, quod sufficit ad illius probationem, & executionem, non aliter ac si testium dispositiones, vel Scriptura exhiberetur *leg. cum te C. de transs.* & specialiter deciditur *in Iusi. C. de fideicom.* vbi Bartol. *num. 3. vers. nota multum istam legem*, &c. Balduin. *n. 26. vers. adde hanc legi*, &c. Castr. *sub num. 5. vers. & secundum hanc lecturam*, &c. Alberic. *sub num. 3. in fin. vers. alij moderni* &c. *& n. 4.* Iason. *num. 14. vers. secundo nota.* &c. *& in cap. indic.* Ibique Closs. & DD. *in verb. nudis verbis*, &c. *de test.* Rip. *in l. nemo potest n. 30. vers. nota hanc solutionem, ff. de leg. 1.* Surd. *decis. 10. n. 12. vers. secundo respondetur*, &c. *cum seq.* Rota pene Mantic. *decis. 75. sub num. 3. vers. & ita vim habet Scriptura*, &c. *ac sanct. mem.* Greg. *dec. 434. n. 14. vers. & clarum est*, &c. *& in rec. dec. 157. sub n. 4. vers. ac omnem denique suppl.* &c. *n. 4.*

3. Eoque magis cum huiusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata; Quia præsefert non solum suffragium animæ Leonelli, qui legauit Ecclesiæ, ac loco pio, ea etiam addita lege vt sacrificia Diuina perpetuò celebrentur iuxt. text. *in c. animæ Defunctorum 13. q. 2.* Abb. *cons. 33. §. Videtur primo sub n. 6. vers. nam animabus Defunctorum*, &c. *& seqq. per tot. lib. 2.* Alex. *consil. 38. Viso Themate sub n. 3. vers. potest tamen ad hoc responderi lib. 1.* Nauarr. *in tr. de redditib. Ecclesiastic. q. 1. monit. 26. sub num. 2. versic. verum consideratis omnibus, & seqq.* Verum etiam exonerationem conscientiæ ipsius Antonij, qui diutiùs defecerat, atque distulerat illud soluere, ac adimplere vt tenebatur *l. nulli Cod. de Episc. & Cler. l. 2.* ibi, *cum non ex sola Scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur*, &c. *ac d. leg. fin. in fin. Cod. de fideicommiss. & in Authent. de hæredib. & falcid. in §. his igitur à nobis præordinatis, & in d. cap. indicante, & cap. nos quidem & c. si hæredes, de test.* Bald. *in d. leg. fin. sub num. 26.* dicens quod plus peccat ille, de quo plus confidit testator. *Cod. de fideicommiss.* Franc. Aretin. *consil. 93. Viso legato, sub numero primo versic. ita quando aliquis scite se ex lege conscientiæ*, &c. & comprobatur ex traditis per modern. Roman. *disc. ept. 831. n. 1. versic. ideò talis recognitio est facienda*, &c.

3. Neque in alterius præiudicium tendit, quam eiusdem Antonij, ac eius successorum, & causam habentium ab illo, qui huiusmodi confessionem impugnare non possunt Bec. *consil. 21. sub num. 19. vers. nam respondetur libro secundo* Rota penes Burat. *decis. 243. num. tertio, versic. confessio autem* &c. Coccin. *decis. 152. num. 1. versic. & hæ confessiones*, ac *decis. 184. num. 1. versic. quæ assertiones*, &c. *& in recent. dec. 119. sub n. 1.*

versſed etiam part.2.& dec.373.sub nu.2.versſ.quod autem,&c,*part.4.*

4.Nec obstat,quod confessio extraiudicialis ad fauorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legitimam non inducat probationem.

5.Quoniam hoc non procedit secundùm æquitatem canonicam, quæ in causis piis seruari debet in vtroque forò Bart. *in recept.l.1. in fin. num.83.versic. ex quibus concludo, C. de sacr.sanct. Eccles.* & alij DD. relati per Tiraquel. *de priuil.piæ caus.priuileg.365.*Bec.*consil.130. sub num.28.versſ. & æquitas.* &c. Alex.Monet. *de commut.vlt.volunt.cap.20.sub num.150. versſin quibus,* &c. Nam illa attenta huiusmodi etiam confessio plenam facit probationem,Gabr.*consil.71.nu.18.versſhæc etiam confessio lib.2. & consil.40.num.57.versſverum in Terris Eccles.*&c. *lib.2* Put. *decis.12,*dicens *sub num.3.* quod Rota semper sequuta fuit hanc opinionem,*& decis.33. num.1.versſ. quia confessio,* &c. *lib.2.in correct. & sanct. mem.*Gregor. *decis.408. num.2 versſ. quæ etiamsi emanasset,* &c. *ac in recent.decis.158. sub n.11. versſ.quod saltem procedit.* &c. *p.1.& decis.404. num.2. versſ. quæ iuuantur,* &c. *part.2.& decis.113. n.9. versſ. vnde licet ista confessio,* &c. *& decis.136.n.4.versſ.satis est,* &c. *ac decis.256. num.2. versſ. quæ confessio;* &c. *part.4.* & in terminis nostris probant Balduin. *in Authen. similiter sub num.1. versſ. respondè,* &c. *Cod. ad leg. Falcid.* Felin. *in cap. si cautio sub num.27. versſ.fallit. secundo de fideic. instr.* Corn. *consil.215. sub num.5.versſ.quinimo,* &c.*libro primo.* Marsil. *singul.202.tu scis regulam,*&c.*sub num.2.post med. versſ est & alius casus,* &c. Afflict. *decis.164.sub num.5.versſ.& inter specialitates,*&c.Tiraq. *in d.vlt.priuil.116.* Gabr. *comm. concl. lib.1. titul. de confess. concl.1. num.8.versſ.decimo octauo limita* ; Mascard. *de probat. concl.347. num. 99. versſ. decimo tertio limita,*&c.*& concl.1171.n.62.versſ.10.fauore piæ causæ, cum seq.*Franc.Viu.*decis.486.n.1 ac seqq.*& Caroc.*dec. 90.n.4.versſ.contrarium videtur verius,*&c.*& seq.*

6.Minus obstat quod confessio in testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis conferat ad petitionem legati, quando confitentis dispositio concurrit iux.text.*in l. Lucius Titius,* §. *quisquis,ff. de leg.2.l. Lucius Titius,*§.*Semp.mulieri meæ,ff. de leg.3. Aurelius,*§ *fin.ff.de lib leg.* Bart. *in l.cum quis decedens,*§.*codicill.sub n.3.versſ.hæc faciunt,cum seqq.ff. de leg 3.* Ac proinde reuocari possit,vt factum fuit in alio posteriori testamento ab eodem Antonio condito die 29.Iunij eiusdem anni.

7.Quia non procedit obiectio in confessione facta ob exonerationem conscientiæ, quæ attenta eadem æquitate canonica bene probat. Ideóque reuocari non potest,(nisi erronea probetur) perinde ac si fuisset iurata, vel ex tunc ab ipsis quorum interest acceptata,sic namque magis consulitur saluti animæ, cuius fauore facta censetur, & sustineri debet omni meliori,ac efficaciori modo.Hoc enim quod Bart. *in d. §. codicillis sub num. 5.versſ.prædicta vera,*&c.*& num.8.versſc fallit. si in eruenit iuramentum,* &c concedit fauori Religionis insitæ iuramento ; Ac præsentiæ, & acceptationi partis, vel alterius pro ea;Pariter concedi debet fauori animę, pro cuius salute, conscientiæque exoneratione iuramentum ipsum relaxari, & moderari solet *cap. 1. & cap. debitores, in vlt. resp. de iur. iurand.* Ac piæ dispositioni, quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptationem præsefert, vt inquit Bald. *in d. auth. similiter,sub d.num.1.Cod. ad leg.falcid.* Atque in specie probant idem Bald. *in leg. generaliter numer. 32. versſ. tamen de æquitate canonic.* &c. *Cod. de non num.pecun.* Angel.*in d.leg.cum quis decedens,* §. *codicillis.ff. de leg. 3.* quem sequitur Barbat. *in reper. leg. cum acutissimi, num. 283. versſ. & ideò singulariter dixit Angel.* &c. *Cod.de fideicom.*Felin.*in d.cap.si cautio, sub numer.27. in secundo fallent. ad fin. versſ. & indubitanter,* &c.*de fid. instrum.* Socin.Iun. *consil.90. sub num. quarto versſ. cui confessioni,* &c. *lib.2.*Paul. *cons.10,sub n.134.versſ. & vere sine aliquo dubio.*&c.*lib.2.* Guliel.Benedict. *in cap.Raynutius,in verb.si absque filiis, il primo sub n.26. versſ. ad hoc faciat,* &c. *cum seq. & sub n.28. versſ. ad prædicta facit,* &c. *& seq. de testament.* Cartel. Cotta *in memorab. in verb. absenti potest acquiri,*&c.*versſ.confirmo etiam,* &c. *& in verb.apices iuris versſex his infertamen istud fallit,*&c.*part.1.* Hercul. *de prob. negat.sub n.197.versſ.& ibi sit pro exoneratione conscientiæ,*&c.Afflict.*d.decis.164.sub n.5.versſ. item dicta confessio,* &c. Sebast.Med. *in eius Opuscul.4. sub n.10.versſtertio confessio facta,* &c.Durant. *de ad testand.titul.de legat.cautel.6. sub n.4. versſ. ignorandum non est,* &c. Tiraq. *de priuil.piæ caus.priuileg.117.*vbi idem comprobant Modern. *in addit. Mascard. de probat. d. conclus.347. sub n.101. versſ.& ratio potest esse, cum seqq. ac numer.25. versſ. quarto limitare poteris,* &c. *& seq. & d. concl. 1171. n.68.versſ. ad hæc,* &c. Marant. *in prax. part.6. art.5. de confession. sub n.16. versſ. quarto limita,* &c. Anton. Fab. *in eius Cod. lib. 4. tit. 24. de usur. de fin. 36. versſ. nec voluntatis secundæ,* &c. dicens nihil esse indecentius,quam propriis auribus audire hæredes, qui ne defuncti conscientiam exonerent propriam onerare non timent,& sequuntur plures ex DD. Recentioribus scribentibus.

8.Leges autem,& auctoritates pro contraria opinione relatæ, vel non loquuntur in his terminis,vel procedunt quando Testator confessus fuit debitum, quod verè non erat tale,vt in *d.l. Lucius Titius §. quisquis,ff. de leg 2.& in l.Lucius Titius §.Sempronia.*ac ibi explicat Cuiac.*ff. de leg.3.ac in d.l. Aurelius,§.fin.in fin.ff. de liber.legat.* vel in aliis casibus, in quibus siue inciderter, ac inconsulto absque vlla causæ expressione, siue in fraudem legis, aut hominis emissa præsumi potest, aut reipsa redundat vt *in l. qui testamentum,ff. de Probat.l.cum quis decedens,§.pen.ff. de leg.3.*Iraciones *cum Auth. quod obtinet. C. de Probat. & in Auth.de iur. iuran.a mor.præst.vbi gloss.*& considerat Bart.*in d. §. Codicillis n.4.versſ.Præterea,*&c. *& ibid.* Alberic.*sub n.9. versſ. Adducunt etiam cum seq.* & comprobant Ioan. Crot. *consil.194. lib.2* Quæ omnia cessant in hac facti specie, in qua de solo ipsius confitentis,ac eius successorum agebatur præiudicio, & ex proposito,ac matura deliberatione emanauit cum expressione causæ, & qualitatis facti,ac oneris iuncti, & cum specifica declaratione summæ, quam ipsemet Antonius legare voluit vltra legatam à patre;Ex quibus omnibus redditur adeò verisimilis huiusmodi confessionis veritas,vt non videatur in dubium reuocanda,esto quod in Instrumento, vel testamento nullo seu reuocato emanauerit. Id enim operatur verisimilitudo, vt confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alias non probaret, Surd. *decis.315.à n.5. versſ. quia verisimilitudo,* &c. *cum seq.* Rota penes Buratt. *decis.100,sub nu.17. versſ. tanto magis ac in recent. decis.209.n.7.qua omnia,* &c. *part.sexta*, & fuit in specie considerata *in Romana fideic. de Capite ferreo 19. Februarij 1646.coram mem. in §. hæc autem visa fuerunt Dominis, versſ. cum præsertim.*&c.

9.Et hæc quidem sententia tanquam tutior,atque animæ fauorabilior visa fuit Dominis in proposito casu amplectenda reiectis iuris apicibus *ad l. sunt personæ in fin. ff. de Relig. & sumpt. funer.* Archidiac. *in capit. scriptum n.1. versſ. secundum alios 6. quæst. 3.* & plures adducti per Tiraq.*de priuil.piæ caus.priuil.164.*& Cott. *in memorab. de verb. apices iuris,* Viu. *d. decision. 486. n.9 & seqq.*& alij supra relati *in versſquoniam hoc non procedit,*&c.

10.Postremo non obstat quod in prædicto testamento Antonius iusserit dictum legatū solui ex pretio seu pensionibus

sionibus cuiusdam domus, vt in eo legitur, *vers. liquali seuti sciento lascio che si paghino*, &c.

11. Quoniam verba illa non respiciunt substantiam legati priùs simpliciter facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis *l. quidam testamento.* Vbi explicat Bart. *sub princ. vers. aliud enim est dicere*, &c. *ff. de leg. 1. Lucius, Titius, ff. de alim. & cib. legat.* & Castr. *cons. 338. quia exceptiones sub n. 3. vers. pro intell. huius dubij.* &c. *lib. 1.* Bero. *consil. 17. n. 13. vers. & ad sic concludendum lib. 1.* Lad. *cons. 159. per tot.* Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 3 sub n. 20. vers. sciendum est etiam*, &c. Men. *consil. 1162. sub n. 15. vers. respondetur*, &c. *cum seq.* & cum aliis relatis per modern. Rom. *disceptat. 256 sub n. 1. & sub nu. 59. vers. decimo quinto*, &c. & in specie legati ad pias causas facti probat Tiraquel. *de priuileg. piæ caus. priuileg. 63. vers. & hoc expressè* &c. & sequuta fuit Rota *decis. 662. sub n. 2. vers. his accedit.* & priùs *à num. 1. & seq. part. 1. diuers.* Quod certius firmandum est quoad summam à Leonello legatam Hospitali, cùm non posset Antonius præiudicare iuribus illi competentibus tam à bonis legantis *iux. l. 1. C. com. de legat.* Rot penes Card. Seraph. *decis. 1394. n. 3. vers. vnde cum pro huiusmodi legato*, &c. Durand. *dec. 185. num. 4. vers. hypothecariam autem*, &c. *cum seqq.* Buratt. *decis. 286. num. 14. vers. cum ipsa*, &c. *& in recent. dec. 559. num. 1. & seqq. p. 1.* Quàm etiam ipsius hæredis iuxta terminos *l. Is cui. §. si hæres, vers. Imperator Antonius, ff. vt in possess. legat. & fid. & l. certa est forma. C. eod. gloss. in d. l. 1. in verb. ipsius hæredis*, & Bart. *sub n. 4. vers. ponne vltimo*, &c. *Cod. commun. de legat.* & alij.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

DECISIO XCV.

Sacræ Rot. Rom. coram R. P. D. Bichio.

Cracouien. Præposituræ S. Floriani.

Veneris 27. Maij 1650.

§. 1. CApta quæ fuit possessio huius Præpositurę à Sigismundo Grigicronic infra decennium à die sententiæ latæ à Reuerendiss. Episcopo Cracouien. vti Cracouiensis Academiæ Cancellario ipsum Sigismundum quamuis à minori parte patronorum nominatum instituendum esse pronunciantis reiecto Staniſlao Iutxouuski à maiori parte præsentante, attenta, ac proinde sub sequestro ponenda an sit, discutiendum hodie proposui, & affirmatiuè Rota respondit.

2. Quidquid enim intra decem dies vigore sententiæ geritur attentatum est quando sententiæ appellationem suspensiuam recipit *cap. non solum de appel. in 6.* gloss. *in c. dilectis 55. verb. exequendam de appell. cum aliis allegg. in Cracouien. Præpositura 30. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Verospio & in Meleuitana Commendæ Vaouri 13. currentis coram R. P. D. meo Cerro.*

3. Recipit verò appellationem dicta sententia Domini Episcopi Cracouiensis, quia etiam ab institutione appellare permittitur, quando ad eam processum fuit iudicialiter, licet secus sit si extraiudicialiter vt post Gemin. Franc. Cald. & alios *ibi* allegatos decisum fuit *in d. Cracou. Præpositura coram R. P. D. meo Verospio* estque ratio diuersitatis, quia institutio de sui natura non comparente contradictorie est merè interloquutoria, nec fortitur naturam diffinitiuæ, & nisi inter institutum, & instituentem, quia videlicet institutionem reuocare non valet, vt in *cap. fin. de elect. in 6.* notat Lapus Abb. *num. 6.* Franc. *num. 7.* Anchar. *sub num. 5. in 5. quæst.* Lotther *de re benef. lib. 2. quæst 13. num. 81.* at comparente contradictore indicialique formato processu cum causæ cognitione habet absolutè vim diffinitiuæ, & grauat competitorem, vt reprobata contraria sententia Ceuall. *q. 693. num. 1.* tradit Garz. *de benef. part. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. & præsertim num. 16.* Lotth. *d. q. 13. 80. & q. 42. num. 14.* Rot. *decis. 6. num. 2. p. 2. decision. 237. ex num. 4. lib. 2. p. 3. diuers. decis. 197. num. 1. & 2. part. 5. recent.* Fuisse autem iudicialiter in casu nostro processum demonstrat ne dum tenor ipsius sententiæ, sed etiam decreta, contradictiones, & citationes præcedentes, quæ iudicialem processum efformant *cap. forus de verb. signif.* Lambert. *de iure patr. lib. 2. part. 2. q. 21. art. 4. num. 1. & 4.* Cassad. *decis. 18. in fin. de prabend.* Rota *decision. 266. nu. 1. & seqq. lib. 2. part. 3. diuers. & in Calaguritana Beneficij 27. Maij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero.*

4. Non obstat Statutum, seu Ordinatio Academiæ mãdans seruari sine omni contradictione quidquid Episcopus Cracouiensis gratificando censuerit; tum quia cum non loquatur nominatim de gratificatione iudicialiter concessa intelligenda est de extraiudiciali, provt regulariter concedi solet *cap. conceruationi ibique* Gemin. *n. 3. de appellat. in 6.* & in puncto similis Constitutionis Rot. *in Calagurit. de Ollauarij 22. Martij 1604. coram bon. mem Penia, in Lunen. Sarzanen. iurispatr. 22. Iunij 1615. coram bon. mem. Remboldo, impress. par. 3. recent. decis. 691. sub num. 2. in Calaguritana beneficij 23 Iunij 1645. coram bon. mem. Arguelles. Gonz. super reg. 8. Can. post gl. 9. in annot. contr. nullit. nu. 27. & 216.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 13. n. 84. & 2. seqq.*

5. Tum etiam, quia vt dictæ Constitutioni locus fieret, probandum ex aduerso esset illius formam fuisse seruatam, vt notant Doct. *in cap. pastoralis de appellat. & in c. super q. 27. §. porro de offi. deleg.* tradit Butr. *n. 6.* Bald. *n. 5.* Felin. *n. 7. in fin.* Rot. in puncto clausulæ prohibentis appellationem *decis. 91. n. 10. coram S. M. Greg. XV.* Quod non probatur, non probatur, imò constat de contrario cum D. Episcopus non gratificauerit cum parte maiori, vel duabus quo casu eadem ordinatio gratificationem sine contradictione seruari præcipit, sed solus vt apparet ex ipsa lectura sententiæ, in qua licet asseruerit se pronunciare in præsentia, & personali assidentia Rectoris, ac trium Decanorum Academię ibi nominatorum illi de hoc non adhibetur fides, quidquid dicendum esset, si ea verba non essent Iudicis, sed Notarij *cap. prudentiam de offic. deleg.* Franc. *in c. cum plures n. 1. eod. tit. in 6.* Felin. *in cap. quoniam contra n. 34. de probat.* Socc. *consil. 47. n. 15. lib. 4* Menoch. *consil. 439. n. 28.* Rota *dec. 450. n. 12. in fin. p. 2. recent.*

6. Eo minus quia ex publico instrumẽto dato in *Sum. Staniſlai n. 10* apparet Rectorem vnà cum duobus Decanis maiorem partem constituentibus votum protulisse pro Staniſlao eadem die latæ sententiæ ab Episcopo, & de eiusdem sententiæ nullitate dixisse, vnde vltro colligitur quod eorum præsentia, & assidentia tempore sententiæ esto quod vera esset, non ideò induxisset cõsensum qui exinde præsumi non potest, quando aliæ circunstantiæ facti contrarium suadent, vt post alios quos allegat tradit Felin. *in c. nonne, nu. 6. de præsumpt.* quem sequitur Seraph. *dec. 708. n. 4. & 5.* relatus à Moder. Capucino Bononiensi *de elect. p. 1. c. 3, dub. 23. n. 5.* Rot. *dec. 377. n. 42. p. 5. rec.* cumque verba illa ordinationis *cum part, maiori vel duab.* directa ad Rectorem, & Decanos ad quod omnimodum regimen huius & aliorũ negotiorum ex eadẽ ordinatione principaliter spectat, importent quod maior vel duæ partes æquè principaliter, ac Episcopus votum proferre debeant in gratificatione iuxta theoricam, quam ex text. *in l. Titia textores §. nihil differt. ff. leg. 1.* tradit in terminis collationis Feder. de Sen. *consil. 1. n. 8.* Abb. *consil. 57. sub n. 2. vers. & si in creatione part. 1.* Prob. *ad Monach. in rubr. de iure part. in 6. num. 10. & 11.* Rota *in Mantis Alti beneficij 28. Iunij 1645. §. maior coram me.* Et etiã declarauit ob-

seruantia inter ipsas partes, quia Episcopus decretum super quodam emergenti tulit nedum in personali assistentia Rectoris, & Decanorum, sed etiam de eorum voto vt legitur *in sum. Staniſlai sub n. 15. lit. A.* non sufficeret maioris vel duarum partium præsentia, & assidentia, quia aliud est assidere, vel actui alterius præbere præsentiam, aliud facere, & votum proferre *l. 1 ff. off. assess.* Bald. *in omnium num. 9. vers. & hoc est verum. C. testam. vbique* Bart. Alex. & alij quos in proximis terminis refert, & sequitur Moder. Capuccinus Bononiensis *de effect. p. 1. c. 2. dub. 22. n. 4.*

7. Versamur præterea extra terminos ordinationis propter notoriam sententiæ Episcopi iniustitiam *c. pastoralis 53. de appellat. ibiq.* Abb. *n. 17* Put. *dec. 414. n. 3. lib. 3. in corr.* Rot *dec. 56. n. 4. part. 4. diuers. dec. 461 sub n. 2 part. 1. recent.* quia reiicere non debuit Stanislaum habentem vota maioris partis non solum Rectoris, & Decanorum, sed etiam omnium possessorum Academiæ ad quos ex donationibus Regiis Apostolica authoritate suffultis iuspatronatus spectat, quique ideò instituendus erat non attento quis ex præsentatis maioribus qualitatibus polleret *cap. 3. iuncta gloss. verb. cum maiorib. de iurepatr.* Couart. *in reg. peccatum part. 2. §. 7. num. 3.* Gutierr. *canon. quæst. lib. 2. cap. 11. n. 20.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. n. 25.* Seraph. *decis. 875. n. 2.* Rot. *dec. 202. n. 1. part. 2. recent. decis. 202. n. 1. coram bon. mem. Buratt.*

8. Neque enim ordinatio quæ dumtaxat concedit gratificationem Episcopo in casu discordiæ Rectoris, & Decanorum extendenda est ad exclusionem præsentati à maiori parte aliorum patronorum, & sic habentis ius ad rem ex huiusmodi præsentatione quæsitum Hostiens. *in cap. cum Bertoldus sub n. 5. vers. soluitur de re indic.* Seraph. *dec. 1238. n. 4. & dec. 1274. n. 1.* Butatt. *dec. 481. num. 5.* Cui neque per facultatem gratificandi concessam Episcopo in casu dumtaxat discordiæ Rectoris, & Decanorum, neque per regimen, & ordinationem omnimodam Vniuersitatis eisdem Rectori, & Decanis tributam derogatum censetur, Sarnien. *super reg. de iur. q. non tollen. quæst. n. 8. & seqq.* Garz. *de benef. p. 4. c. 3. n. 20.* Rota *decis. 17. inf. à med. vers. verum est prob. in non dec. 52. n. 3 part. 2. recent.* sed tam gratificatio, quàm regimen intelligitur concessum seruata semper iuris communis dispositione præsentatum à maiori parte patronorum præferentis, & sic arbitrio boni viri quod solum tributum censetur, Castr. *consil. 335. n. 3 lib. 1.* Alex. *consil. 129. n. 53. lib. 1.* Dec. *consil. 493. n. 16. in fin.* Socc. iun. *consil. 129. num. 54. lib. 1.* Fab. de Anna *consil. 75. num. 29. & seq. lib. 1.* & in proximis terminis Molin. *de primog. lib 2. cap. 5. sub n. 69. vers. si verò electio,* Rot. *in Calaguritana benefic. 27. Nouemb. 1648. §. & hinc coram me.*

9. Tandem non obstat quod Reuerendiss. Nuncius Apostolicus ad quem à sententia Episcopi appellatio deuoluta erat, suam inhibitionem moderatus fuerit vigore suprè memoratæ ordinationis, quia Iudex appellationis non potest appellationem in causis appellabilibus reiiciendo, appellanti præiudicare *leg. eos 6. C. appell.* & stante appellatione postea ad Papam interposita, & per Signaturam simpliciter admissa adhuc eadem lis durare dicitur Feder. de Sen. *consil. 98 n. 5. in fin.* quæque intra decem dies innouata fuerunt ante inhibitionis moderationem, possunt adhuc à secundo Iudice appellationis reuocari saltem per viam nullitatis, Rot. *dec. 425. sub n. 8. & 9. apud Peniam,* maximè attenta facultate reuocandi contenta in commissione Rotali, Rot. *dec. 75. n. 8. part. 7. recent.*

10. His consequens est vt possessio Sigismundi quæ attentata est, ponatur sub sequestro iuxta rationabilem stylum Rotæ, ne videlicet in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis Cæsar. de Graff. *dec. 2. n. 2. de appell.* Rot. *dec. 616. n. 3. part. 1. diuers. dec. 691. n. 1. p. 3. recent.* & in aliis relatis in supracitata *Melenitana Commendæ de Vcurs coram R. P. D. meo Cerro, & in Cracouien. præposituræ coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO XCVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Cracouien. Decimarum.

Mercurij 16. Nouembris 1650.

§. 1. PErtinere Decimas Villæ de Vvygleniec ad Monasterium Andreouiense probant Liber beneficiorum Diœcesis Cracouiensis, vbi habetur, quod dicta Villa est sub Parochia Ecclesiæ de Androu. sub inuocatione S. Catharinæ cuius proprietas totalis ad Monasterium Androuiense pertinet omnesque agri Villæ soluunt, & conducunt pro Monasterio Androuiensi decimam manipularē, & Canapalē, vtin Summ. Monasterij *n. 3.* Item Liber Relaxationum Ecclesiæ Cathedralis, & Diœcesis Cracouiensis ibi in Vvygleniec decima manipularis pro Monasterio Androuiensi Sum. *n. 4* Item liber Visitationum in qua dicta Parochialis Ecclesia S. Catharinæ enunciatur Iurispatronatus Abb. Androuien. & numerando corpora Doctis Presbytero Rectori eiusdē Ecclesiæ assignatæ recensetur dumtaxat in hac Villa decimas valoris decem marcarum. Itē testes deponentes, quod Monachi decimas exegerunt. Itē inuentarium rerum temporalium dictæ Ecclesiæ S. Catharinæ vbi asseritur ipsius Ecclesiæ proprietatem ad Monasterium Androuiēse pertinere, & Monasteriū percipere decimam manipularem huius Villæ Summ. *n. 6.*

2. Quod inuentarium cum fuerit à Rectore aduersario productum plenè contra ipsum probat Dec. *in cap. cum venerabilis n. 90. de except.* Valenz. *cons. 40. n. 59. & 60. lib. 1.* Gabr. *de confess. concl. 4. n. 14.* Rot. *dec. 2. n. 1. in fin. p. 2. recent. dec. 238. n. 5. coram sanct. mem. Greg. XV.* provt etiam probant dicti libri maximè simul iuncti in his quæ concernunt statum Ecclesiarum Ciuitatis, & Diœcesis *c. ad audientiam. §. nos igitur.* Vbi Innoc. *n. 1.* Abb. *n. 4. de præsc.* Paris. *consil. 7. n. 19. lib. 4.* Butat. *consil. 253. n. 43. & seq.* Boër. *dec. 95. n. 13.* Rot. penes Mart. Andr. *dec. 122. sub n. 5. vers. qua omnia.*

3. Eo magis, quia Monasterium exhibuit vlterius confirmationem Apostolicam sub Adriano Quarto Summo Pontifice donationis huius Villæ, eiusque decimarum sibi à Ioanne Polonorum Archiepiscopo factæ, quæ satis probata dicitur ex ipsis literis confirmationis illius tenorem referentibus, gloss. *in c. 1. verb. desunt 29. distinct.* Felin. *in cap. inter dilectos, n. 7. de fid. instr.* Ruin. *consil. 31. n. 7. consil. 231. n. 5. & 6. lib. 1.* Paris. *cons. 33. n. 9. lib. 1.* Boër. *dec. 247. n. 3.* Rota *dec. 36. n. 1. & seqq. part. 2. diuers.*

4. Et tam donationis quam confirmationis effectuatio appareret ex supracitatis libris, & inuentariis exaratis longè post obitum Adriani IV. secutum anno 1159. continentibus vt suprà pertinentibus decimarum ad Monasterium, necnon ex venditione huius Villæ cum expressa reseruatione decimarum manipularium per Abbatem, & Monasterium quibusdam laicis facta vsque de anno 1365. cum successiua illarum exactione, donec quidam Plebanus nomine Bartholomæus à Relicio tunc Abbate electus ex eius cōcessione incepit decimas exigere, vt deponit septimus testis ex aduerso examinatus super interrogatoriis Parochi, & super interrogatoriis contentus ad Sextum Summ. primæ positionis *sub n. 6. lit. A,* sufficitque probare effectuationem etiam remotam, quando non constat, quod aliùs medio

medio tempore possederit Buratt. *dec.*647.*n.*18. *decis.* 67.*n.*14 Rota *in Barchinonen. Vicariæ* 2. *Martij* 1640. *coram clar. mem. Coccino.*

5. Vnde nec Rectori Ecclesiæ S. Catharinę suffragari potest assistētia iuris communis, quæ militare solet pro Parocho, quia cessat quando vt in casu nostro constat decimas fuisse à Monasterio antiquissimo tempore possessas, ac ei cum beneplacito Apostolico donatas, Vitalin. *in clem.* 1. *sub n.*71. *vers. vnde oportet de iurep.* Rebuff. *in tract. de congr. port. benefic. n.* 108. Præsertim quia ipse Rector aduersarius de ann. 1648. vt in Summ. primæ positionis *n.* 2. allegauit pro fundamento suæ intentionis donationem decimarum dictæ Ecclesiæ fa factam ab Abbate Monasterij Androuiensis, & sic decimas antea ad Monasterium non ad spectantisse agnoui. Buratt. *dec.*551. *n.*1. Seraphin. *dec.*1102. *n.*8. Put. *dec.*426. *n.*2 *lib.*2. *cum aliis allegatis in Hispalen. decimarum* 15. *Februarij* 1647. §. *quia natura, coram* R. P. D. *meo Meltio, & in Toletana Decimarum* 16. *Maij* 1648. §. *nec contradicit, coram* R. P. D. *meo Celso.*

6. Quæ tamen donatio ius aliquod super his decimis in Ecclesiam S. Catharinæ, eiusque Rectorem non transtulit cum facta fuerit ab Abbate Monasterij facultatem huiusmodi non habente *cap. non licet Papæ* 12. *q.*2. *c.*1. *cap. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat. fin. consen. cap.*1. *cap. Episcopi, car. nulli de reb. Eccles. non alien.* nec iusta causa vtilitatis nempe vel necessitatis Monasterij interuenerit, vt requirebatur copulatiuè cum beneplacito Apostolico tam ex dispositione sacrorum Canonum *cap.*1. *de reb. Eccl. non alien. c.*1. *eod. tit. in* 6. *clem.*1. *eod. tit. extranag. ambitiosè eod. tit. cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. quam particularis Constitutionis felic. record. Benedicti XII. relat. in Summ. Monasterij *sub n.* 14. quamuis alienatio emanauerit ad fauorem alterius Ecclesiæ, quia spoliari non debet vnum Altare, vt aliud vestiatur. Quarant. *in compend. Bulla verb. alienatio rerum Eccles. cum* 15. Rota *dec.*1. *de reb. Eccles. non alien. in non decis.* 561. *n.*7. *& seq. part.*5. *recent. dec.*3. *n.*3. *part.*7.

7. Neque beneplaciti, aut iustæ causæ præsumptio educi potest ex lapsu temporis, quia cum donare sit perdere *l. filiusfamilias*, vbi Bald. *n.*2. Castr. *n.*2. *ff. de donat.* facies ipsa donationis omnem vtilitatis præsumptionem euertit, etiamsi aliæ solemnitates interuenissent, vt in puncto Soec. *cons.*32. *n.*10 *lib.*4. Caur. *cons.* 432. *n.*2 *lib.*1. Alex. *cons.*1. *n.*21. *lib.*4. Gabr. *de præsumpt. concl.*1. *n.*57. Picus *ad stat. Verb gloss.*21. *num.*27. Rota *decis.*430. *sub n.*4. *vers. in casu isto p.*2. *recent.* Et ad præsumendum beneplacitum Apostolicum non sufficit lapsus temporis nisi simul probetur inconcussa obseruantia contractus saltem per triginta annos Gabr. *consil.*36. *n.*52. *lib.*1. Put. *decis.*7. *de præsumpt. Add. ad Gregor. XV. decis.*354. *n.*18. Rot. *decis.*694. *sub n.*5. *part.*1 *recent.*

8. Graris etiam allegatur præscriptio centenaria cum testes ad id inducti, vel patiantur exceptiones in personis, vel careant legitima ætate quinquaginta quatuor saltem annorum; nec deponāt cum requisitis gloss. *in cap.*1. *de præscript. in* 6. quam perpetuo sequuta est Rot. apud Caputaq. *dec.*71. *n.*1. *p.*2. apud Seraph. *dec.* 1197. *n.*1. *dec.*557. *in fin. part.*4. *diuers.* Et præterea subducendum esset tempus vitæ Abbatis, qui malè alienauit *cap. si Sacerdotes* 16. *q.*3. Rebuff. *in compend. alienation. rer. Eccles. sub n.*36. *vers. sed intelligend. est* Rota *dec.*445. *n.*8. *coram bon. mem. Coccino decis.*94. *n.*13. *dec.*294. *n.*28. *& seqq. part.*4. *recent. & Lodien. Dominorum* 25. *Iunij* 1649. 8. *nam ab anno, coram R. P. D. meo Corrado*, nec non absentiæ successorum iustificante in hodierno Summario *sub n.*18. *&* 19. à quibus iura Monasterij defendi non potuerant Authent. *quæ si quis. C. præscript. long. tempor.* gloss. *in cap. audiitis, verb. subducto in fin. de præscript.* Nec suffragatur ordinaria præscriptio triginta annorum attentis priuilegiis per Summos Pontifices concessis Monachis Benedictinis relatis à Rodriq. *in pract. regul. tom.*1. *q.*36. *art.*3. *col. penult. post princip. vers. supradicta & tom.*3. *q.*35. *art.*2. communicatis etiam Ordini Cisterciensi, vt notat Pater Ioannes de la Cruz *de statu Religionis lib.*2. *c.*3. *dub.*2. *vers. secunda concl. fol.*110. *& seq.*

9. Tandem prætendere has decimas Parochus non valet ratione congruæ sibi debitæ iuxta textum *in clem.*1. *de iurepatron. in c.*1. *de præb. in* 6. quia cum illa ex datis in hodierno Summario *sub n.*24 in aliis bonis abunde assignata probetur petenda vlterius non est Vital. *in d. Clem.*1. *sub n.*71. *vers. concil.*1. ibi qui contenti esse debeant *de iurepatr.* Rebuff. *in tract. de congrua n.*92. Mantic. *dec.* 22. *n.*1. Rota *coram sanct. mem. Greg. V. dec.*4. *n.*3. *& seqq.*

10. Et ita informantibus solum Monasterio, & Monachis Andeouij, aduersario tamen pluries citato decisum hodie fuit, postquam Monasterium probationes alias adductas coadiuuit vt Rota mandauerat sub die 13. Iunij proximi præteriti.

DECISIO XCVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cerro.

In causa Vicen. Iurisdictionis.

Veneris 9. *Decembris* 1650.

§11. PLacuerunt DD. fundamenta decisionis 2. *Maij præteriti coram me*, in qua resolutum fuerat non intrare arbitrium, pro retardanda executione literarum Apostolicarum sa. me. Clementis VIII. & Vrbani VIII. cum ex sententia Rotali valida, & iusta appareant in omnibus iustificatæ.

2. Non enim obstat respectu validitatis repetita vulneratio viæ executiuæ desumpta ex sententia Decani Tarraconensis, quia, vt respondetur in dicta *dec.* §. *quia cum Rota circa finem*, cum ipsa expresse non deneget executionem dictarum literarum, neque earum validitatem, aut efficaciam infringat, sed irritet tantum quædam acta gesta per D. Episcopum Vicen. vtique illam non vulnerauit, quamuis præfatæ literæ ibidem enuncienter, vt præter authoritates ibi allegatas comprobat decisio *in Toletana pensionis* 2. *Maij* 1631. *coram bon. mem. Motmanno*, 5. *præterea fuit.*

3. Nec minus obstat quod dicta executio demandata fuerit post lapsum 30. annorum quo tempore literæ Apostolicæ regulariter amittunt viam executiuam, vt dixit Rota coram Buratt. *decis.*195. *n.*5. *ibique Add. litera C.* Quia hoc cessat ex facto cum non potuerint exequi propter litem in partibus ab *anno* 1598. & per viam appellationis in Rota introductam *de ann.*1609. Præter quod obiecta conclusio procederet, si ageretur de literis concessis ad fauorem alicuius personæ particularis, cui obesse debet propria negligentia in petendo illarum executionem, secus autem vbi agitur provt hic, de literis concessis ad fauorem Ecclesiæ, & Dignitatis, hoc enim casu negligentia vnius, successoribus nocere non potest, vt optimè distinguendo responsum fuit *coram recent. mem. Coccino dec.*144. *n.*5.

4. Iustitia autem non offuscatur ex antiqua Concordia continente exemptionem Abbatis, & Monachorū Ecclesiæ, de qua agitur ab Episcopali Iurisdictione. Tum quia non ligat successores, & nullius est momenti in præiudicium ipsorum iuxta textum *in c. veniens de transact.* & Decreta Sacri Concilij Tridentini *sess.* 6. *cap.*4. *sess.*24. *c.*20 *in fin. & sess.*25. *c.*6. *pariter in fin. de reform.* Idque etiamsi munita fuerit confirmatione Apostolica, quia cum Sacrum Concilium eas dumta-

xat confirmationes præseruauerit, quæ emanarunt ex certa scientia & cum causæ cognitione, vt declarauit S. Congregatio Eminentiss. DD. Cardin. eiusdem S. C. T. interpretum *in Abulens. Iurisdictionis* 13. *Nouembris* 1607. *relat. per Gonz. de benef. part.* 3. *capit.* 2. *num.* 129. *& seqq.* Vtique confirmatio, de qua agitur, non cadit sub præseruatione, sed sub præfatis decretis, cùm emanauerit ad instantiam Monachorum tantummodo, neque inserto toto tenore Concordiæ, sed expressa solum parte ipsis Monachis fauorabili, quæ propterea neque ex certa scientia, nec cum causæ cognitione concessa dici valet, vt optimè animaduertit Garz. *vbi sup. a d cap.* 12. *nu.* 229. & firmauit Rota *in Abulens. Iurisdictionis* 20. *Ianuarij* 1588. *coram Orano penes Marchesf de comm part.* 3. *fol. mihi* 124. *sub. n.* 3. *vers. quantum ad confirmationem, & in Veronen. emphyteusis* 27. *Maij* 1494. *coram Card. Hieronimo Pamphilio, quæ est decis.* 716. *num.* 3. *part.* 4. *diuers.*

5. Tum etiam quia extincta penitus remansit per suppressionem Monasterij Abbatis, & Monachorum, vt respondetur in præcedenti decisione §. *quia vltra alias*; Non obstantibus subsequutis declarationibus Summorum Pontificum de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & Priuilegiis Ecclesiarum suppressarum, quia restringi debent ad illas Ecclesias, quarum fauore emanarunt, & licet generales extendi non possunt ad Ecclesiam, de qua agitur, in cuius suppressione, & noua erectione per illa verba ibi, *Dictaque Ecclesia ac eius Dignitates, canonic. & præbendæ aliaque beneficia Capitulum, & ministri suo Ordin. subiecti sint*, &c. apertè dictam concordiam, quoad Iurisdictionem reuocasse, & abstulisse, eandemque Iurisdictionem Episcopo demandasse, qui solus sub dicta Ordinarij appellatione ibidem comprehenditur vt latè probatur *in dicta decision.* §. *quia in casu. & §. finali.* Ad effectum enim euitandi contrarietatem, & repugnantiam, quæ aliàs exinde resultaret generales illæ declarationes intelligi debent de Iurisdictionibus, & priuilegiis compatibilibus cum subiectione ab eodem Pontifice ibidem ordinata; Ponderando præsertim quod ipsemet Clemens Octauus incidere hoc indiuiduali articulo hodie controuerso inter Priorem, & Canonicos S. Annæ de tempore magis proximo erectioni Collegiatarum explicitè declarauit suæ intentionis fuisse eosdem Priorem, & Canonicos Episcopo Barchinonen. tanquam eorundem Ordinario subiectos esse debere *sum vrateritæ propositionis n.* 17. signum euidens quod respectu expressorum omnia priuilegia illis incompatibilia penitus tollere voluit.

6. Cæterum in hanc sententiam eò facilius Domini deuenerunt quia dicta S. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium S. C. Interpretum auditis partibus super iisdem in Rota toties deductis, & causa exactissimè discussa ita rer declarari quæ Rota solet, vt par est, reuerenter amplecti, vt *in decis. d. §. quia in casu, vers. tum denique.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XCVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Otthobono.

In causa Bononien. Gabellæ.

Lunæ 2. *Iunij* 1650.

§. 1. AGentes Communitatis, & Hominum Sancti Ioannis in Persiceto summis precibus efflagitarunt, denuo audiri super decisione coram me emanata in hac causa sub die 17. Maij anni præteriti, obtenta vero ex benignitate noua audientia cum fuerint pluribus monitionibus, & citationibus prouocati ad informandum, nunquam loco se mouerunt, ideo solo Regimine Bononiæ informante proposui super resolutis denuo causam, & DD. præstiterunt in decisis.

2. Nam quoad Datia nuncupata Imposte, Taffe, & Vniti visa sunt firma subsistere decisionis fundamenta, quia stante solutione datiorum hucusq; continuata spatio quadraginta annorum, & vltra apparet exemptionem non comprehendere huiusmodi datia, vt Communitatem Sancti Ioannis in Persiceto per non vsum, immo per contrarium vsum exemptionem amisisse, non obstante decreto irritanti in litteris Summi Pontificis Eugenij quarti apposito, vt firmatm foit in alia decisione *sub.* §. „*verum, & seq.* Priuilegia enim præscripta suffragari minimè possunt cap. *si de terra, & c. accedentibus de priuileg.* Ruin. *cons.* 125. *n.* 7. *lib.* 1. Gozad. *consil.* 23. *n.* 7. Rota *in Messanen. Decanatus* 23. *Maij* 1644. *coram Reuerendiss. Verracinen. & in aliis relatis in alia decisione in d.* §. *verum cum ex partitis.* Decretum verò irritans nihil operatur stante defectu intentionis Summi Pontificis concedentis, Rota *dec.* 32. *n.* 11. *& segg. part.* 6. *recent.* nec operari potest, quando illi in quorum fauorem appositum est eo non vtuntur, Decis. *in c. cum accessissent n.* 17. *de const.* Gonzal. *ad reg. glos.* 67. *n.* 52. Gratian. *discept.* 515. *n.* 8.

3. Verum Regimen Bononiæ vltimam partem decisionis impugnabat ponderando, quod priuilegia Eugenij Quarti, & Pauli Tertij non videntur Communitati posse suffragari, siue quia Eugenianum vti continens clausulam resolutiuam in euentum recessus Communitatis ab obedientia, & deuotione Sanctæ Sedis Apostolicæ, per huiusmodi euentum postea sequutum, fuerit resolutum, ac reuocatum, siue quia tam Eugeniano, quàm Paulino derogauerit postea priuilegium Regimini concessum à Iulio Tertio munitum amplissimis clausulis derogatoriis, etiam quoad contraria priuilegia concessa ex causa onerosa.

4. Sed primum obiectum facili negotio remouetur, quia ex conuentionibus initis inter Commissarios Summi Pontificis Eugenij IV. & Communitatem, & Homines Sancti Ioannis in Persiceto de anno 1455. datis in Summario Regiminis *n.* 2 in quibus narratur prædictæ Communitatis recessus ab obedientia Sanctæ Sedis Apostolicæ, apparet etiam quod idem Summus Pontifex Eugenius ipsam Communitatem, & Homines ad gratiam Sanctitatis Suæ, & Sanctæ Sedis penitus recepit, & admisit, & per consequens ad priuilegia, de quo agitur antea concessum reintegrauit remittendo quamcumque caducitatem ob delictum incursum, cum hic sit effectum tam amplæ restitutionis ad gratiam Principis *l. fin. §. fin.* & ibi Bart. & DD. *de sent. pass.* Roland. *cons.* 45. *n.* 19. & 20. *lib.* 4. Rot. *dec.* 107. *n.* 8. & *dec.* 449. *pariter n.* 8. *part.* 1. & *dec.* 84. *n.* 8. & 2. *segg. part.* 7. *recent. & in Romana confiscationis* 14. *Iunij* 1614. & 18. *Aprilis* 1625. *coram bon. mem. Merlino.*

5. Omnemque prorsus tollit dubitationem subsequés confirmatio Eugeniani priuilegij facta à Paulo Tertio sub die 27. Aprilis anni 1541. vt in Summario communitatis præteritæ positionis *nu.* 5. Nam post huiusmodi confirmationem non apparet, quod Communitas Sancti Ioannis aliquando in Sedem Apostolicam, eique debitam obedientiam peccauerit, quare hæc Pauli Tertij confirmatio inseruire potest ad declarandum, quod ipsemet Eugenius IV. in conuentionibus de anno 1445. initis voluit Communitatem ad prædictum priuilegium redintegrare, vel saltem eidem priuilegio spiritum tribuit, ac robur adiecit, iuxta theoric. Bart. *in l. more* 5. *num.* 5. *ff. de iur. omn. Iudic.* Angel. Aretin. *cons.* 123. *num.* 18. Paris. *cons.* 1. *numer.* 40. & 41. *lib.* 4. Rota *dec. is.* 207. *num.* 8. *coram san. mem. Gregor. & in Melen. Pensionis* 29. *Maij* 1648. *in §. sed nec etiam, coram me.*

6. Faciliùs tollitur secundum obiectum, nam Iulius Tertius

Tertius non sustulit exemptionem exemptis competentem, sed declarauit quod datia sine fraude solui debeant provt firmat aliàs *Dec. final.* idque bene deducitur ex proœmio ipsius Constitutionis Iulij in Summario Regiminis *n.* 3. ibi *cupientes fraudibus prædictis occurrere*, & infra, ibi, *nobis humiliter supplicari feceristis, vt ad succurrendum fraudibus prædictis*, &c. proœmium verò causam finalem totius concessionis explicat Bart. *in l. fin. n. 3. ff. de hæred. instit. Decian. cons. 72. nu. 49. lib. 2.* Buratt. *decis. 541. num. 11.* totaque dispositio ad limites rationis in proœmio expressæ restringi debet Abb. *cons. 114. lib. 2.* Peregrin. *cons. 36. num. 12. lib. 2.* Gratian. *discept. 292. num. 15.* Rota *in Montisalti Beneficij 15. Decembris 1645. in §. sed verè, coram Reuer. P. D. meo Bichio.*

7. Quare cum litteræ Iulij Tertij restringantur solummodo contra eos qui fraudes committebant, non autem contra eos qui absque fraude priuilegiis vtuntur, nulla ratio patitur, vt priuilegium tollatur, etiamsi adsint amplissimæ clausulæ in literis Iulij, quia clausulæ tanquam accessoriæ dispositionem non ampliant ad casus non comprehensos, vt ex Bart. & Felin tradit Gonzal, *supra reg. 8. Cancell. gloss. 50. num. 10.* Rot. *coram Seraph. dec. 1291. n. 7. in vecent. dec. 367. n. 5. part. 1. coram sanct. mem. Gregor. decis. 159. num. 7. coram Reuerendiss. Vigellen. decis. 48. num. 22. & seqq. & in Tiraſonen. Vnionis 26. Februarij 1649. in §. derogatio autem contrariis, coram me.*

8. Nec animaduertsionem effugit, quod cum restitutio Communitatis ad Summi Pontificis gratiam emanauerit per viam conuentionis, vt in Summario Regiminis *n.* 2. recuperauit proinde Communitas Sancti Ioannis Eugenianum priuilegium eodem conuentionis iure, cui proinde per quascumque clausulas derogatorias Iulij Tertij non censetur derogatum, vt in terminis exemptionis fuit resolutum *in Valentia subsidij 4. Martij 1611. §. vlteriùs, coram Penia* fecit Gonzal. *super reg. 8. gloss. 5. n. 14.* Grat. *discept. 212. n. 37.* Achill. *decis. 3. n. 2. de pact.* Rota *in Barchinonen. Iurisdictionis 4. Iulij 1646. adeo quod, coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita fuit resolutum Regimine tantum informante, &c.

DECISIO XCIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Meltio.

Cæsaraugustana Decimarum.

Veneris 28. Iunij 1650.

§. 1. COmmissa mihi hac causa in gradu appellationis cum clausula, Non retardata solutione arbitrio Rotæ, proposui dubium, An intraret arbitrium ad effectum supersedendi in solutione Decimarum, de quibus agitur, & Domini illud non intrare consuerunt. Nam arbitrium à iure regulandum est iuxta doctrinam Bart. *in extrauag. ad reprimen. vers. indebit. n. 8.* Cæs. de Grass. *dec. 7. n. 6. in fin. & n. seq. & dec. 8. n. 2. de re iudic.* Rota *in recent. dec. 550. n. 1. & dec. 264. n. 1. part. 7. & sæpissimè in aliis*, & licet arbitrium soleat aliquid remittere de rigore iuris Cresc. *dec. 4. n. 3. de test. Seraph. dec. 1114. n. 1.* non tamen tribuit facultatem recedendi ab illius dispositione, Rot. *dec. 312. n. 1. part. 4. recent.* vnde cum agatur de decimis, pro quibus via executiua, atque à decretis ad earum solutionem condemnantibus non admittatur appellatione suspensiua, ad text. *in cap. ex multiplici, & cap. tua nobis de decimis.* Paset. *in prax. Episc. part. 2. cap. 4. tit. de decim. n. 59.* Io. Franc. Leo *in Thesaur. Eccles. part. 2. c. 27. n. 42.* Scac. *de appell. q. 17. limit. 18. n. 1.* cum plurib. aliis relatis per modern. Mediolan. *de decim. c. 8. n. 58.* qui declarat etiam commissionem appellationis in causa decimarum dari cum clausula sine retardatione solutionis, nã pendente etiã lite illæ sunt soluendæ, vt testatur Marches. *de omniss. appellat. in conf. decimarũ §. 1. n. 43. & seq. & n. 62.* Ideo arbitrium intrare non potest pro retardanda executione solutionis, maxime stante possessione Archiepiscopi illas exigendi, qui in ea est manutenendus ex *vulg. §. retinenda instit. de interd.* & in terminis decimarum Rota *dec. 402. n. 2. part. 2. rec.* & fuit resolutum in *Carpentoraten. decimarum 4. Iulij 1618. coram bon. mem. Manzanedo, & in Hispalen. dec. 27. Iunij 1644. coram* R. P. D. *meo Corrado, & in alia Hispalen. decim. de Baraona 12. Ianuarij 1646. coram* R. P. D. *meo Cerro nec non in alia simili 15. Februar. 1647. coram me, & coram* R. P. D. *meo Bichio die 25. Iunij 1649. Tolet. decim. 21. Iunij 1649. coram* R. P. D. *meo Otthobono, & in alia Toletana decim. 28. Ianuar. præteriti coram* R. P. D. *meo Royas*, & præsertim quod non detur appellatio sine retardatione solutionis decimarum, quando illas petens est in possessione exigendi, tradit Gomez. *in prax. vtriusque Signat. n. 86.* provt in puncto quod in his terminis non intret arbitriũ, firmauit Rot. *dec. 211. n. 1. & seq. inter impress. apud modern. de manuten.* vbi assignatur ratio, quæ est, vt neque de iure, neque de æquitate possessor priuari debeat iure ei competente, pendente lite Gloss. *in cap. 1. in verbo deferre*, vbi Abb. *n. 4. vt lit. pend. Dec. consil. 92. n. 1.* Put. *dec. 497. n. 1. lib. 2.*

2. Non obstant priuilegia Sacræ Relig. Hierosolymitanæ circa exemptionem à solutione decimarum, quia illa impedire nequeunt, vt Archiepiscopus possessor in suam possessionem continuando exigere possit à Debitoribus, dum non sunt clara, sed aliquam requirũt discussionem, quæ proinde remittenda sunt ad petitorium, Rota apud Modern. *de manuten. decis. 157. n. 5. & ad dec. 211. n. 5. & seq. ac in aliis omnib. decisionibus suprà relatis, & signanter in Hispalen. decim. coram R. P. D. meo Corrado sub §. Quia fuit cum seq. & Hispalen. decim. ad Baraona coram R. P. D. meo Cerro, §. Nec reuelat cum seq.* quæ loquitur in terminis priuilegiorum Sacræ Relig. Hierosolymitanæ, & interim vt retardari nõ possit manutentio possessorij, donec, & quousque illa plenius fuerint discussa, firmauit Rota *in dict. Hispalen. dec. mar. 15. Februar. 1647. sub §. vnde, & in eadem 19. Iunij 1648. §. Non obstat coram me*, possessio enim releuat, ac suum parit effectum quotiescunque est temporis considerabilis, vt in isto casu etiam si esset nedum contra præsumptionem iuris, sed etiam contra ius, quæ quidem Archiepiscopi possessio per longum tempus probatur ex depositionibus duorum testium, quæ dantur in eius *Summ. n. 22.* Imò ad istum effectum declarat Marescott, *var. resol. lib. 1. c. 11. n. 55.* sufficere possessionem decennalem Cancer. *var. resol. tom. 3. c. 14. n. 45.* Rota *in causa Mediolanen. nominis Capituli 10. Martij 1649. §. Quia respondetur coram me, & in Beneuentana emphyteusis 1. Iulii præteriti §. Adeo, quod, coram R. P. D. meo Bichio.*

3. Quod autem d. Priuilegia sint valdè dubia patet, Nam illud Sixti V. continet quidem communicationẽ Priuilegiorum in genere, quod propterea non recipit extensionem, vt comprehendere valeat exemptionem à solutione decimarum spiritualium, quæ tanquam exorbitans à iure communi, ac Tertio præiudicialis sub generalitate verborum comprehendi non poterat, sed speciali nota digna erat, Tamburin. *de iur. Abba. tit. 1. disp. 15. q. 18. num. 34. & seqq.* Card. Caual. *dec. 247. n. 10. vers. Tandem*, Rota *in rec. dec. 214. n. 5. part. 2. dec. 48. n. 8. part. 4. & dec. 39. n. 9. ead. part. 4. rec. to. 2. & coram Coccino dec. 279. n. 3.* vbi in his præcisis terminis dicitur, quod in communicatione Priuilegiorum ea non veniunt, quæ de facili concedi non solent nisi de eis fiat specialis mentio.

Minus-

4. Minus applicatur Constit. 9. Pij IV. sub §. 63. per quam conceditur omnibus dependentibus ab Hospitali Hierosolymitano exemptio decimarum, ac aliorum onerum, collectarum, atque contributionum; Quia illa loquitur tantum de Fratribus d. Hospitalis, de Donatis, ac Seruitoribus illius, nec non de Vassallis, atque Colonis inseruientibus, in Prioratibus, Baiuliuatibus Commendis, Domibus, membris, aut aliis Prædiis, siue Grangiis, non autem de istis Donatis Confratribus Hierosolymitanis, qui Confraternitatem erexerunt sub inuocatione SS. Ioannis, & Georgij in Ecclesia B. Mariæ de Templo Ciuitatis Cæsaraugustanæ, qui in nihilo Religioni inseruiunt, sed vxorati continuo remanent in propriis Domibus; Vnde ad illos extendi non potest Priuilegium exemptionis decimarum, quòd stricte intelligendum venit, vt per Coccin. *dicta dec. 279. n. 5.* nec vltra in eo expressum quidquam operari potest cap. *per exempt. de priuileg. in 6.* Rot. *dec. 30. n. 4. part. 6. recent.*

5. Et quod Donati vxorati in propriis domibus commorantes tali priuilegio, seu exemptione gaudere non possint, sed teneantur ad iura Episcopalia persoluenda tradit Card. Zabarell. *cons. 21. in fin.* ac declarauit Sacra Congregat. Concilij in terminis Oblatorum d. Religionis Hierosolymitanæ quæ declarationes recensentur à Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 21. n. 44. & seq.* & firmauit etiam Rota *in dec. in hac causa emanata sub die 10. Iunij 1643. §. Quia non solum in fin. coram me*, vbi habetur quod alias esset aperire viam fraudandi decimas.

6. Valdè etiam dubitarunt Domini de validitate huiusmodi priuilegij, eo quia in dicta Constitutione Pij V. non legitur expressa derogatio ad cap. *nuper de decim.* quod vti conciliare specificam illam requirebat Archidiac. *in cap. 1. nu 2. de constit.* Coccin. *dec. 279. num. 6. & dec. 341. num. 2. vers. tamen quia part. 1. recent.* Card. Caualer. *dec. 247. n. 10.* Rota *apud Modern. de manuten. dec. 157. n. 4.* & fuit dictum in *Vercellen. decimarum 13. Nouemb. 1645. §. Non obstat, ac 15. Ian. 1646. §. Nec obstante coram* R.P.D. *meo Cerro*, cum aliis copiosè relatis in d. *Hisp. alen. decimar. 27. Iunij 1644. coram* R.P.D. *Corrado, & in Cæsaraugust. decimar. 17. Iunij 1611. coram Sanctiss. D.N.* & cessante hac specifica derogatione, vt dari possit de defectu voluntatis respectu Papæ concedentis, est text. in cap. *ex parte de Capell. Monach.* Felin. *in cap. nonnulli nu. 2. de rescript.* Oldr. *cons. 326. in princ.* Verall. *dec. 167. part. 1.*

7. At supposito etiam quod de dictæ Pianæ Constitutionis validitate dubitari non contingeret, nihilominus illa neque suffragari posset Donatis Confratribus Hierosolymitanis, nam concedit tantum Equitibus Hierosolymitanis exemptionem, quoad solutionem decimarum extraordinariarum temporalium, atque aliorum onerum ab homine impositorum, nempe Datiorum, Pedagiorum, Taxarum, & similium, quæ in pluribus locis ratione taxæ, vel recognitionis solui solent Dominis locorum, non autem quoad decimas ordinarias spirituales, & quæ iure diuino debentur, vt pluries firmauit Rota, & signanter coram Seraph. *dec. 1293. n. 6. vers. ideo illi verba* Card. Caual. *d. dec. 247. n. 11.* Put. *dec. 65. lib. 3.* & fuit dictum in d. *Hisp. alen. decimarum coram* R.P.D. *meo Corrado*, §. *Tum quia.* & in allegatis *Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. §. Hinc enim & 15. Ianuar. 1646. §. Quæ responsio coram* R.P.D. *meo Cerro*, & in dicta *Tolet. dec. 21. Iunij 1649. coram* R.P.D. *meo Ottobono sub §. Imo priuilegium*, ex quo enim versamur in exemptione à decimis, quæ non solet concedi, nisi cum maxima difficultate, vt fuit dictum in *Vilentina decimarum 28. Nouembr. 1603. coram Card. Lancellotto iuniore*, Imo habetur materia valde odiosa; propterea quantum fieri potest stricte ea debet interpretari Rota *decis. 271. num. 6. part. 4. recent.*

8. Demum non obstat decisio *Cæsaraugustana decimarum coram Penia*, dum in ea firmatur sufficere productionem priuilegij absque eo, quod in iudicio executiuo agatur de illius validitate: Quia in illo casu Actor non reperiebatur in longa quasi possessione exigendi decimas à Reis conuentis, prout hic clara est quasi possessio Archiepiscopi vltra spatium decem annorum exigendi à Confratribus Donatis, vt supra fuit ostensū, vlteriùs dicta decisio fuit postea etiam declarata per aliam editam 17. *Iunij 1611. coram Sanctiss. D. Nostro*, scilicet, vt non procedat quando iam fuit detectum Priuilegia non suffragari, quæ vt non suffragentur, in hoc casu Donatis Confratribus Hierosolymitanis optimè colligitur? Tum quia ipsi non sunt comprehensi in priuilegiis concessis Equitibus Hierosolymitanis, ex iam deductis; Vnde dicere non possunt se priuilegiatos, nec viam executiuam impedire valeant, etiam non obstante clausula sublata, & decreto irritanti, quæ alioquin claudunt os Iudici, & parti; De reliquo autem nihil operantur in casu non comprehenso à Priuilegio, Rota *decis. 109. n. 18. & seq. part. 6. recent.* Tum quia Priuilegia huiusmodi nec ipsis Equitibus Hierosolymitanis prodesse possunt, nam agitur de decimis spiritualibus, quæ soluuntur ratione bonorum patrimonialium, vt habetur in *Hispalen. decimarum de Barzona 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. Et in hanc sententiam* & in alia sæpius allegata *Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado.*

9. Et ita conclusum fuit informante tantum Reuerendissimo D. Archiepiscopo Cæsaraugustano, ac eius Promotore fiscali, &c.

DECISIO C.

Sacræ Rot. Rom. coram R. P. D. Corrado.

Neapolitana Matrimonij.

Lunæ 14. Februarij 1651.

§. 1. SEntentiam Rotalem pro validitate matrimonij inter D. Ioannem Mariam de Xart, & D. Michaëlem Vaex Ducem de Casamassima contracti à R.P.D. meo Royas prolatam censuerunt hodie Domini in appellationis instantia mihi commissa esse confirmandam. Nam illius validitas iustificatur ex ipso processu, in quo fuerunt, seruata seruanda iuxta decis. Verall. 262. *part. 2.* & penes san. mem. Greg. *dec. 218. n. 1. vers. quia de validitate*, &c. Burat. *dec. 312. num. 1. vers. de validitate namque*, &c. *ac in recent. decis. 708. n. 1. vers. constabat enim*, &c. *part. 1. & in Vlixbonen. Matrimonij 19. Nouembris 1625. coram bon. mem. Firuano dec. 625. n. 2. vers. illa namque valida est*, &c. *part. 4. tom. 1.* Iustitia vero probatur ex deductis in præcedenti decisione coram eodem R.P.D. meo Royas sub die 1. Iulij 1650. quæ visa fuerunt hactenus inconcussa.

2. Constat enim ex depositionibus duorum testium legitimè examinatorum præfatos Coniuges die 10. Februarij 1638. in Ecclesia Parochiali conuenisse, ibique coram Parocho illas bene audiente, atque intelligente mutuo consensu per verba de præsenti vnanimiter expresso matrimonium contraxisse (quod nullo interueniente Canonico impedimento) validum vtique fuit, *c. suscepit 27. quæst. 2. cum apud & tua de sponsa. & mat. Card. in clem. vnic. sub n. 16. vers. sed si dices*, &c. *de cons. & affinit.* Didac. *super tit. de sponsa. p. 2. c. 4. §. sub n. 4. vers. sin autem*, &c. in puncto respondit Nauarr. *cons. 20. sub eod. tit. de sponsal. secundum impress. Lugdun.* late Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. de contr. in gener. l. 2. q. 4. sect. 2. per tot.* Rot. penes Burat. *dec. 713. per tot. & dec. 891.*

*decis.*891.*per tot. ac in recent. dec.*74. *n.*2.*vers.quibus non obstantibus,& seqq.per tot.p.*4.*& dec.*127.*n.*6.*vers. quia cum ad hunc effectum,*&c. *& seqq.p.*7. *& in Vlixbonen. Matrimonij* 2.*Maij* 1616. *coram bon mem.Pirouano in* §.*ideo cum verba,* &c.

3. Et concordantibus prædictorum testimoniis ritè receptis rectè probatur *ad l. vbi numerus,ff.de testibus c. in omni negotio eod. tit.* Rot. penes Card. Seraph. *dec.*1099.*n.vers. de matr.autem non potest dubitari,*&c. Cardin.Mantic. *dec.*372.*n.*1. *vers.& quidem,* &c. *cum seqq.* Buratt. *dec.*192.*n.*1.*vers.qui etiam* , &c. *& decis.* 530.*n.*1.*vers.certum est autem,* &c. *& d. dec.*713. *n.*7. *vers. & ideo sufficiunt testes,* &c. *& in recent. dec.*374. *sub n.*6.*vers.nam fuit responsum,* &c. *p.*3. Licet ad eum actum specialiter vocati, atque rogati non fuissent, P. Ledesm. *de matrim.q.*45.*art.*5.*in* 4.*dubio,vers.ex dictis sequitur,*&c.*fol.mihi* 203. Sanchez *de matrim.l.*3.*disp.* 39.*sub n.*7.*vers.& quidem.*&c.*ac n.*10.*vers.hinc infertur* , &c. *cum seqq.* & alios refert Guttierrez *de matr. c.*69.*sub n.*1.*vers.vbi secus est dicit,*&c.Neque concordarent in formalitate verborum , sed tantum in substantia Rot. *dec.*430.*sub n.*2. *vers. difficultas* , &c. *cum seq.p.*1.*dec.*273.*n.*15.*vers.non obstat quod testes.*&c.*p.*4. *diuers.* & penes Cardin.Mantic. *d.decis.*372.*sub n.*15. *versic.fuit responsum,* &c.Buratt. *dict.decis.*713.*num.*9. *vers. non obstat quod testes* , &c. eoque magis cum ex præcedentibus inter eos sponsalibus, & cohabitatione post contractum matrimonium nonnullos menses subsecuta illorum matura,& deliberata voluntas comprobetur iuxt.not. per Cardin. *in dict. Clem.vnic.sub dict. n.*16. *in fin. verb. vbi concludc.* &c. *de consang. & affin.* Did. *in dict.cap.*4. §. *sub num.*4. *versic. vel quando præcessisset tractat.* &c. Natt. *cons.*249. *sub numer.*2. *vers. præterea dicitur* , &c. *& seqq.* Rota penes Card. Mantic. *decis.*372. *sub n.*19. *vers. quæ probatio,* &c. *cum seq.* & Buratt. *dict. decis.*530. *num.* 8. *vers. tertio fuit,* &c. *cum seqq & decis.*713.*num.*2.*vers. tamen prædicta opinio* , &c. *cum seq. & dict. decis.*74.*sub num.*2. *vers.idque essit iter probatus* , &c. *cum seq. part.* 4. *& decis.*264. *num.*12. *vers. quinimo* , &c. *part.*5. *recent. & in Toletana Matrimonij* 24. *Nouembris* 1608. *coram bon. memor. Cardin. Sacrato vers. quod præcesserit tract. &c.*

4. Neque obstat,quod illi proprium consensum , ac voluntatem vltro explicauerint nulla præmissa Parochi interrogatione.

5.Quia necessaria non erat ad validitatem dict. matrimonij huiusmodi Parochi interrogatio,sed fuit sufficiens prædicta illius præsentia , non solùm physica, sed moralis pro solemnitate præscripta ad euitandum clandestinatis vitium,vt respondit ex sententia S.Congregationis Rot.penes Cardin.Seraph. *dict. dec.*1099. *sub num.*5. *vers. nec obstat quod non fuerint prolata verba matrimonialia à Parocho* , &c, ac Buratt. *dict. decis.*713. *num.*10. *vers. & S. Concilium* , &c. vbi Add. referunt concordantes, & latè probat Sanchez *de matrimon.lib.*3. *disp.*38.*num.*4. *vers. primò conclusio* , &c. *cum seq.* vbi rationes adducit , & contrariis bene respondet Guttier. *de matrim.dict. c.*69.*sub num.* 2. *vers. neque obstat* , &c. vbi refert resolutionem ipsius S. Congregationis,& Pont. *in simul. tractat. lib.* 5. *c.*20. *sub n.*2. *vers.circa quam decreti* , &c. *& n.*3. *vers. secundo* , &c. cum aliis relatis per Bonacin. *de Sacrament.Matrimon.q.*2. *punct.* 8. *sub n.*39. *vers. quæro secundò,*&c.

6. Nec proinde refert quod idem Parochus non præbuerit assensum suum d. contractui, sed intermisso S.Missæ Officio ab altari recesserit.

7. Quia non requiritur eius consensus , sed illorum tantum , de quorum agitur coniunctione d. cap. *cum apud de sponsal. & matrimon.* Præsentiæ autem illius solemnitas adhibetur, vt præstitus ab ipsis contrahentibus innotescat Ecclesiæ iuxt. text. *in l. coram Titio,* ibi , *coram Titio aliquid facere iussus non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat* , &c. *scire autem non etiam velle is debet, nam & inuito eo vellè sit,quod iussum est*;&c. *ff. de verb.signific.* & ita fuisse responsum à Congregatione refert bon. mem. Cardin. Bellarm. *ad Concil.sess.*24.*de reformat.matrimon,c.*1.*in declarationibus col.* 5. *in fin. vers.item non est substantia matrimonij.* &c. *fol. mihi* 342. quam secuta fuit Rot. penes Card. Seraphin. *dict.decis.*1099. *sub dict.n.*5.*vers.non obstat quod non fuerint probata verba* , &c. *ad fin. vers. quæ voluit,* &c.ac Buratt. *decis.d.decis.*839.*num.*6.*vers. quia fuit responsum* , &c. *& in alia Vlixbonen. Matrimonij* 16. *Nouembris* 1622. *coram bon. mem. Manzanedo in recent. decis.*431.*n.*3. *vers. quod procedit* , &c. vbi Add. *dict. n.*13. *& seqq.* referunt concordantes,*& sub die* 10. *Nouembris* 1625. *coram bon. mem. Pirouano decis.*725.*sub n.*14. *vers. quin data etiam voluntate Parochi,*&c. *part.*4. *tom.* 2. *&* 3. *ac in Granaten. Matrimonij* 48. *Aprilis* 1636. *coram Eminentissimo D.meo Card. Verospio decis.*124.*sub num.*16. *vers demum,*&c. *cum seqq. part.*7. *earundem.* Idem probauit in his terminis Nauarr. *dict. cons.* 20. *sub titul.de Sponsal.* P.Ledesm. *de matrim.dict. q.*45. *not.*7. *in* 2. *dub. vers. maior autem difficultas est,* &c. *vers. in qua re* , &c. *fol. mihi* 200. *&* 4. *dub. fol.* 202. *vers. ex his declarationibus,*&c. Sanchez. *de matrimon. lib.*3. *d. disp.*39. *n.*9.*vers. caterum dicendum est,* &c.Pont.*de matrimon. lib.*5.*c.*21. *sub n.*12. *vers. sed quid dicendum,* &c.aliis relatis Guttier. *dict. c.*69. *sub num.*3. *in fin.* vbi refert resolutiones d.S.Congregationis,*&* num. 10. *vers. tertio obseruandum est* , &c. *cum seqq.* Germon. *de indul. in* § *Tibi quod vixeris sub n.*73.*vers. & licet matrimonium.* &c. Rebell. *lib.*2. *quæst. sect.*2.*versic. verum non videtur,*&c. *& quæst.*8. *sub num.*3. *vers. porrò qualiter Parochus , cum seq.* & alios refert Ricc. *in prax. for. Eccles.tom.* 1. *resol.* 224. *numer.* 3. *vers. & sufficiunt,*&c.

8. Minus obstat defectus denunciationum ad præscriptum S.Concil.Trident. *sess.*24.*de reformat. matrimon.c.*1.

9. Quoniam illæ quidem seruari debent sed , non sunt ideò substantiales ad validitatem matrimonij , vt ob earum omissionem irritum sit iudicandum , licet eas absque Ordinarij licentia omittentes grauiter peccent Nauarr. *in manual. c.* 22. *sub. n.*7.*vers. tertio aduertendum,*&c. Didac. *super titul. Sponsal. d.part.* 2. *c.*6. *sub num.* 6. *ad fin. vers. contrahit* , &c. quam sententiam per S.Congregationem approbatam, refert idem Card.Bellarm.*in loco supracitat.in princip.vers si omittantur denunciationes* , &c. *fol. mihi* 340. & Guttier. *c.*69. *num.* 4. *vers. de Parocho autem* , &c. eamque secuta fuit Rot. *apud Cardin. Seraph. dict. decis.* 1099. *n.*4. *vers. non obstat quod non fuerint facte denuntiationes,* &c. Buratt. *dict. dec.* 530. *n.*15.*vers. respectu denunciationum* , &c. *& dict. dec.* 803.*num.*7. *vers cuius contrarium.*&c. *ac in recent.dec.*71.*sub n.*11.*vers.quia fuit responsum,*&c. *part.*1.*& dec.*390.*sub num.*5. *vers. quibus non obstat,* &c. *ac dec.*431. *num.* 11. *vers. minus obstat defectus, cum seqq.part.*4. *tom.* 2. *dec.*493. *n.*16. *vers.vltra quod,*&c.*part.*5. *& in Bonon. fideicom. Bartholomæi de Bolongnis* 12. *Maij* 1945. *coram Reuerendiss. D.meo Terracin. in* §. *Nec quidquam* , &c. Honded. *cons.*72.*num.*22. *vers.imo quia,*&c. *cum seqq.lib.*2. Rebell. *dict. q.*7. *sect.* 2. *sub princip. vers. si tamen secundo* , &c. cum aliis relatis per Bonacin. *de Sacram. matrim.dict.q.*2. *punct.*6.*sub num.*6. *vers. matrimonium clandestinum,* &c.

Atque ita , &c. Altera tantum, &c.

DECISIO

DECISIO CI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Verospio.

In causa Fulginaten. hæreditatis.

Lunæ 14. Februarij 1650.

5.1. MOrtuo Petro Rocicallo inter Equites obedientiæ Magistralis dum degeret in humanis præuia votorum castitatis, obedientiæ, ac paupertatis emissione adscripto, cum sacra Hierosolymitana Religio successionis in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubitani: An eidem, vel Eminentissimo D. Magno Magistro exinde fuerit delata successio, & negatiua prodiit hodie solutio ex validæ professionis, nondum iustificatæ defectu, in gradu præsertim Religionis, assensu Pontificis, nec erecto, nec approbato, contra Sacri Lateranensis Concilij decretum, relatum *in c. vlt de Relig. domi*, sine cuius professionis validæ concursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare, *iuxta gloss. in authentica ingressi in verb. dedicant. C. de sacr. sanct Eccles. ibique O dof. n.* 11. Bart. *n.* 32. Bald. *n.* 27. *circa fin. Salicet. n.* 7. Castr. *n.* 20. Alberic. *n.* 13. cæterique communiter Gemin. *cons.* 66. *n.* 9. Cald. *consil.* 23. *col.* 2. *post med. vers. vera tamen ratio, & naturalis, vsque ad fin. de Reg.* Rot. *in Bon. bonorum* 17. *Nouemb.* 1625. *coram bon. mem. Pirouano inter impressas p.* 4. *tom.* 3. *recent. dec.* 623. *n.* 3.

2. Contraria verò professionis validæ probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eumdem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem successiuè in manibus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse provt aliam hinc eam Rota deduxit *coram Mohedano decis.* 10. *de causa possess. & proprietatis, & in una Meten. professionis* 2. *Iunij* 1636. *coram Reuerendiss. Salamantino penes Tamb. de Iure Abb. decis.* 3. *n.* 2.

3. Cum enim hæc sacra Religio in tres tantummodo species Equitum pro ipso institutionis initio, distincta fuerit; Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christi fidelium ensis, ac miserabilium Clypeus personarum; Alteram fratrum Capellanorum Conuentualium, ac obedientiæ; Alteram denique fratrum seruientium armorum, ac officiorum, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata *tit.* 2. *c.* 2. *sup. rubr. della diuisione de gradi de fratelli dell'ordine nostro*: Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis confirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt ex Sixtina Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistri Sacramento, ipsa susceptæ muneris die, tantummodo approbetur, vt elicitur ex altero Statuto *sub tit.* 13. *c.* 3. *in fin. de elect.* Ipse proinde non potuit, nouum Equitum gradu superaddere Religioni, eadem inconsulta, de cuius obligatione, ac præiudicio per noui gradus, ac successiuam Equitis incorporationem agebatur *secund. gloss. in c. porrectum in verb. non facit habitus de Reg. & in c. vlt. in verb. pertineat eodem tit. lib.* 6. *vbi etiam* Ancar. *in* 2. *not. ab. Franc. nu.* 2. Gemin. *n.* 3. Ioannes Monach. *n.* 1. *ibique Probus ad eum nu.* 1. *&* 3. Roder. *quæst. Reg. to.* 3. *q.* 17. *art.* 7. & alij plures relati *per Sanch ad præcepta decal. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 65. Irrequisito præsertim Apostolicæ Sedis assensu, in triplicati gradus erectione antecedenter adhibito, ac in noui propterea institutione perneceſſe adhibendo, *ad tex. in c. vlt. ibique gloss. in verb. nouam. de Relig. dom. & in c. vnico in princ. ibique gloss. in verbo habituro eodem tit. l.* 6. *& in Extrau. Ioannis XXII. vnita eod. tit. not. Syluest. in summa in verbo Religio il primo n.* 6. Armil. *n.* 4. Nauarr. *in comment. 1. de Regul. sub n.* 28. *in* 23. §. Roderic. *q. Regul. tom.* 3. *q.* 48. *art.* 3. Less. *de iustitia & iur. l.* 2. *c.* 41. *n.* 62. *vers. 9. circa medium*, & late prosequitur Azor. *instit. moral. lib.* 11. *c.* 24. *quæst.* 5. *& p.* 2. *lib.* 5. *c.* 7. Sanch. *ad præcepta decal. l.* 5. *c.* 1. *sub n.* 19.

4. Cùm maximè particulares Religionis constitutiones (quæ vtpotè authoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatæ ab eo debuerant in viridi obseruantia retineri, vt respondit Rot. *in vna Melit. præeminentiarum* 13. *Nouembr.* 1638. *coram bon. mem. Pirouan. impressa p.* 5. *rec. dec.* 209. *sub n.* 1. *cum seq. & in Meleuitana antianitatis* 30. *Maij* 1639. *in* §. *nam vltra quod talis receptio coram Reuerend. D. meo Dec.*) Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordi Commissariorum relatione, ac venerabilis consilij Linguę Italicæ decreto reiectæ, quæ tamen pro gradus præfati assecutione aliàs necessaria decernitur in Statuto *tit.* 2. *c.* 17. 20. *&* 41. *rub. Chi auesse esercitato mercantia*: Vel ob præstitam professionem non expleto anno probationis, tum per alterum statutum essentialiter requisito *in c.* 28. *eod. tit.* tum ex disposit. Sac. *Concil. Trid. sess.* 25. *de Reg.* in hac etiam Religione seruanda, vt respondit S. Congregatio de mense Iunij 1599. & alias de mense Iulij anno 1582. vt testatur Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 120. & tradit Genuen. *in praxi c.* 20. *in fine.* Barbos. *de officio & potest. Episcopi alleg.* 101. *num.* 8. & pluribus comprobat Gratianus *discept. forens. c.* 363. *n.* 27. *cum seqq.* Vel ratione denique loci professionis emissæ, videlicet extra Conuentum contra alterius sanctionem Statuti *eod. tit. cap.* 2. Quæ proinde ipsum Religioni obligare non valuit, non solum ob defectum probationis legitimæ, vnius anni continui tempore non expletæ prout sanxit S. Trid. Synod. *sess.* 25. *de Regul. adducto c.* 15. & tradit *Ioannes Andr. in cap.* 1. *de elect. lib.* 6. *Siluest. summa in verbo Religio* 5. *q.* 4. *Nauar. lib.* 3. *cit. de Regul. cons.* 34. *&* 37. *& in commen. eodem tit. n.* 19. Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib* 5. *c.* 5. *num.* 1. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 7. *nu.* 59. Siue etiam ob resistentiam potestatis in ipso Magno Magistro, eumdem cooptandi in alio Equitum gradu, præter expressos, ac incorporandi Religioni; ita quod nec obligatio reciproca induci valide potuerit, prout ad effectum prædictum, potestas incorporandi legitima necessaria foret secundum *Innoc. in cap. porrectum sub n.* 4. *Antonius de Butrio n.* 6. *Abb. num.* 10. *de Regul. Siluester in summa in verbo Religio il primo n.* 5. *&* 14. *Nauar. in comment.* 4. *de Regul. n.* 74. Less. *de iustitia & iur. lib.* 2. *d. cap.* 41. *n.* 10. *&* 61. Roderic. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 2. Sanchez *ad præcepta decalogi l.* 5. *c.* 4 *n.* 62. Rot. *decis.* 195. *n.* 14. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

5. Obesse præterea non poterit, quod essentialis præfectio professionis in tribus votis à Petro, vt præfertur emissis, Regulariter soleat contineri, *ad text. in c. cum ad Monasterium in fine, de statu Monachorum, & in c. ad Apostolicam de Reg. Diuus Thomas secunda secundæ q. vlt. art.* 3. 4. *&* 5. eiusque probatio, inde sat elici videatur.

6. Quoniam (præterquam vota illa emissa fuerant in ordine ab Apostolica Sede nondum approbato sub titulo Religionis) licet eadem vouentis obligationem erga Deum præseferant efficacem, non tamen ipsum vtique certæ Religioni professum obstrinxere, dum præstita solummodo fuerant in manibus superioris legitima facultate carentis ipsum in Religione cooptandi, nec vicissim obligandi authoritate pollentis, vt bene explicant Innoc. *in d. c. porrectum sub num.* 5. Butrius *num.* 9. Abb.

Abb. num 16. cum seqq. de Regul. Nau. in comment. 1. eodem tit. n. 18. & coment. 4. n. 84. vbi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit absque legitimo duarum interuentu personarum, quarum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsum obligationem inducat, quam quippe reciprocam professio ipsa contineat, *Less. de iust. & iur. d. l. 2. c. 41. sub num. 1. & 61. Roderic. quæst. Regul. to. 1. q. 1. art. 2.*

7. Nec etiam præfato gradui, ac professioni licet inualidæ robur addit consuetudo efficacibus, vt ex aduerso supponitur probationibus iustificata; Quamuis enim alias legitimè constaret, quòd Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientiæ Magistralis habitum, seu deuotionis, vel aliter nuncupatum, remisso aliqualiter nobilitatis rigore, ac probationis anno; personis sibi benè visis, deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personas illas, eo decoratas, etiamsi vota prædicta protulerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis pium, ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honorato habitu præfato cohonestari, Equitis nomen assumpserint, vt notat Abb. *in rubr. de Regul. numer. primo Nauar. in comment. primo eod. tit. sub num. 18. in fine, & 19. & con. 35. numer. tertio, eod. tit. de Regul. Less. de iustitia, & iur. adducto capit. 41. sub numer. 62. §. 6. in fine, vers. aduerte tamen Siluest. in summa in §. Religio il primo quæst. prima §. secundum fratres*, & benè declarat *Roderic. d. quæst. prima art. secundo vers. hinc est, quod votum eorum cum seqq. & tom. tertio quæst. 48. art. quarto & quæst. 72. art. primo §. prima conclusio*, & in similibus fere terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idem *Nauar. in cons. 50. de statu Monachorum libro tertio*, ipsas, licet cum habitus mutatione, ac trium sub emissione votorum collegialiter viuentes, non tamen Religiosas inde professas esse censendas, dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi; Adeoque allegata consuetudo ad effectum de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersiæ non ostenditur præcisè seruata, & tamen esset pernecesse probanda, secundum Oldrad *cons. 237. Aymon. cons. 96. n. 4. Anch. cons. 339. n. 8. Cæsar. de Graff. dec. 6. n. 5. de præb. & coram Seraphin. 326. nu. 2. coram Greg. 45. n. 6. 162. n. 2. & part. 3. recent. dec. 662. n. 3. & part. 1. to. 2. dec. 323. n. 24.*

8. Hinc minus ad probationem consuetudinis præassertæ deseruiunt, siue Breue sanct. me. Clem. VIII. hortantis Magnum Magistrum, qui Siculum quemdam ad habitum obedientiæ Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciaret, siue literæ commendatitiæ Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissæ. Siquidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attribuunt neque iustificant, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse, cum ad hunc effectum Breue, ac literæ prædictæ non emanauerint vt dicitur *in Clem. vlt. §. similiter, ibique post gloss. per DD. communiter de sententia excommunicat.* Oldrad. *cons. 258. sub num. primo vers. è contra autem cum seqq. Rom. cons. 180. num. 4.* Rot. *decis. 23. in fine de procurat. in antiq. & decis. 108. num. 3. par. 1. & decis. 154. numer. quarto par. secunda diuers.* Neque ex iis valet inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pendet solutio dubitationis propositæ.

9. Hinc quoque S. Religioni opitulari non poterit lapsus temporis spatio annorum 30. & vltra, à die per Petrum editæ professionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde præsumi. Etenim procedere forsan posset obiectio, si cum temporis cursu obseruantia quoque concurreret, nimirum, quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac verè Religiosus, vt vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatiuè necessarium tradit Abb. *in cap. Albericus sub numer. tertio de testibus, Alex. cons. 12. numer. 70. & cons. 17. numer. quarto, libro quarto.* & pluries respondit Rota *videlicet in vna Mediolanen. reseissionis permutationis 10. Ianuar. 1587. coram resol. mem. Card. Pamphilio, & decis. 176. num. 25 par. quinta recent. & post Pacif. de salu. decis. 170. numer. 8. & in Perusina bonorum quarta Iulij 1608. coram Pœnia.* Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus, deponentibus, Petrum per annos viginti quinque & vltra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem detulisse, ab eoque tempore citra inter Equites amplius agnitum non fuisse, nec recensitum, cursus ille temporis licet longæuus; præsumptionem Pontificis assensus inducere non valet, vt notat *Socin. in cons. 29. num. 20. cum seqq. lib. 1. Iason. in l. sciendum in 4. limit. ff. de verb. oblig. Felin. in c. sicut n. 33. vers. & vlt. de rescind. Add. ad dec. Put. 355. n. 7. lib. 2.* Rot. *coram bo. me. Cocc. decis. 301. n. 3.*

10. Prædicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Triden. *in vna Militen. sub die 10. Maij 1608.* qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiæ nuncupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersiis vim obtinent, sed iustam quoque præseferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hactenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, *iuxta gloss. in præem. Clem. in verb. de cætero, Salas de leg. 97. tract. decimo quarto sect. decima secunda vers. quarto colligo*, vbi loquitur in specie de resolut. Sac. Congregationis præfatæ Rot. *coram Greg. dec. 310. num. septimo & dec. 17. num. 31. par. quarta tom. secundo recent. & in Meleuitana antianitatis 26. Maij 1640. in §. non obstat. quod prædicta ordinatio Reuerendiss. D. meo Decano*; Et ad hoc Tribunali semper magna cum reuerentia suscipi solent, vt dictum fuit *in Auesana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. decis. 479. num 2. & in Meten. Abbatiæ 19. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Dec. & in Maioricen. parochialis 13. Iunij 1646. coram* R.D.P. *meo Celso*, & in relatis *in Calaguritana clausi 12. Ianu. 1648. in vlt. §. coram* R.P.D. *meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hoc iuris dispositio coram me.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

§. 1. Oppositores inter admissos per sententiam Ordinarij latam de mense Maij 1647. ad integrũ beneficium morte Petri la Questa vacans in Ecclesiis Parochialibus Sanctorum Iacobi, & Andreæ Ciuitatis Calaguritanæ, idonei etiam ad Curam animarum ab Examinatoribus Synodalibus renunciati fuerunt plures, vt in Summ. Antonij *numero secundo*, sed Antonius Gualite non obstante quod alij à dicta relatione appellassent, fuit à Beneficiatis præsentatus & ab Ordinario institutus. Nunc in gradu appellationis de prælatione

contendunt idem Antonius Gualite, Michaël Gurrea, Stephanus Palatios, & Ioannes Gonzales, quorum meritis, & qualitatibus hodie discussis præcellere Antonio, & Michaël visi sunt Stephanus, & Ioannes, quia sunt ætate, ac Sacerdotio antiquiores, alter ex illis vt infra dicetur est Baccalaureus, & ambo curam animarum aliàs exercuerunt, quod in his terminis ponderauit Rota in pluribus decisionibus relatis *in Calaguritana Beneficij della Casa della Reina 27. Martij 1648. §. quod autem, coram Reuerendiss. Teracinen. & in Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. sub §. 1. coram R. P. D. meo Verospio*, facilius contra Michaëlem qui in examine habito in partibus, & iterum prima vice in Curia fuit reprobatus, quamuis in tertio approbationem reportauerit; nam vt responsum fuit *in Calaguritana Beneficiorum 26. Iunij 1648. §. quo magis, coram me*, tertium examen non præiudicat coopositoribus non citatis, qui præterea eo quod ab omnibus fuerunt approbati censentur digniores Michaële bis reprobato *Buratt. decision. 362. numer. 9. in fin. & numer. decimo* Rota *in Calaguritana Beneficij de Longrono 27. Aprilis 1646. §. quod vero, vers. cum tamen, coram R. P. D. meo Rojas.*

2. Neque Antonium iuuat supra memorata institutio Ordinarij siue prouisio Apostolica ex causa concordiæ cum Michaële initæ obtenta: nam institutio Ordinarij tunc demum præsumptionem dignioritatis facit, cum ab Ordinarij iudicio præelectionem, videlicet habentis pendet, secus in casu nostro quo cadit super præsentatione beneficiatorum, eamque sequi Ordinarius debuit, & sic ipsorum Beneficiatorum dumtaxat iudicium præualet, quod ex præfatis aliorum coopositorum meritis erroneum dignoscitur, vt in puncto respondit Rota *in Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. §. fin. coram me.* Eoque minus eidem præsentationi, & institutioni deferri debet, cum fuerit declarata attentata vt fuit ponderatum *in d. §. fin. & in dec. 572. num. 9. part. 1. recent. Calaguritana Beneficij del Ziego 6. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Verospio, in Calaguritana Beneficij de Nieua 28. Aprilis eiusdem anni coram R. P. D. meo Otthobono.*

3. Vnde nil refert, quod ex Constitutione Clem. VIII. quia plures oppositores declarati fuerunt sufficientes ad Curata Beneficiati præsentare potuerint quem maluerint, & sic Antonium non attento an alij sint digniores: quia præsentatio attenta est, ac si non emanasset Rot. *coram* Buratt. *dec. 642. num. 6. & decis. 16. num. 3. apud* Moder. *Perusin. de manut.* & verius est quod etiam ex pluribus approbatis ad curam præsentandus est dignior, itaut arbitrium Beneficiatis concessum liberum quidem sit vbi de alterius ex approbatis præeminentia non constat in quibus terminis loquitur *decis. 572. numer. 8. par. prima recen.* at è conuerso digniori sit debitum, prout eadem constitutio disponit in casu plurium approbatorum ad simplicia, & bonum virum decet, vt declarauit Rota *in d. Calaguritana Beneficij §. & hic, coram me*, quæ iuxta inueteratum stylum huius sacri Tribunalis non potest incidenter in dubium reuocari, & solidissimis nititur fundamentis, idemque in terminis plurium approbatorum ad curata decisum prius fuerat *in Calaguritana Beneficij de Lumbreras quarto Iunij 1646. §. penult. coram R. P. D. meo Otthobono.*

4. Prouisio autem Apostolica cum emanauerit pro confirmatione concordiæ, ideoque ac eius limites restringatur *l. Aurelius 29. §. testamento ff. lib. leg. c. 1. & 2. de confirm. util. vel inut. Surd. cons. 349. numer. 7.* Rot. *decis. 301. num. 1. p. 1. recent.* non nocet Ioanni, & Stephano in ipsa concordia non nominatis Bald. *in l. 3. n. 3. vers. sed quid si iste, C. si aduersus rem iudic. Corn. cons. 8. num. 6. vers. quia confirmatio l. 3. Gabr. cons. 129. n. 18. & 19. l. 1. Mohed. decis. 7. num. 4. de rest. spoliat. Buratt. decis. 10. n. 5.* Præsertim stante clausula ibidem apposita dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, qua & si non præseruari ius quæsitum ex sola oppositione iuncta etiam examinatorum approbatione dixerit Rot. *d. decis. 572. num. 6. & 7. par. 1. recent.* ea ratione quia tale ius non est considerabile, & validum, cum possent Beneficiati præsentare quem maluissent, quod vt supra dicebatur, intelligendum est data in coopositoribus æqualitate meritorum, vt etiam decisum fuit *in Calaguritana Beneficij S. Martini 10. Maij 1649. §. & quidem, coram R. P. D. meo Corrado.* præseruatur sanè quando alter ex illis est dignior, & res fuit in iudicium deducta, vt respondit Rot. *coram Put. decis. 252. num. secundo l. tertio in corr. decis. 97. num. 2 par. 3. recent. & in d. Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. §. fin. in fin. coram R. P. D. meo Verospio, & prius in alia Calaguritana Beneficij septimo Maij 1638. § 1. & seq. coram Reuerendissimo Salamantino.*

5. Nimirum dignior quippe qui iuxta constitutionem Clementinam præsentare debuit assimilatur præsentato Lotther. *de re benef. l. 2. quæst. 38. num. 16. & seqq.* Put. *decis. 252. sub num. 2. & 3. l. 3. in corr.* Rot. *d. decis. 97. n. 3. par. 3. recent. in Tarraconen. Beneficij. 20. Ianuarij 1639. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Gerunden. Beneficij 17. Iunij 1644. coram me.* Et ipsa litis intoductio addit ius, cui Papa nisi illius mentionem faciat non censetur voluisse præiudicare *c. fin. vt lit. pend. & c. fin. de const. not. at. Card. q. 6. Imol. sub n. 10. vers. & sic ex prædictis, Aretin. num. 7. vers. per textum Cassad. dec. 18. num. 6. de præben.* Buratt. *dec. 779. num. 10.* Et gratis dicitur litem quoad Stephanum, & Ioannem tunc temporis fuisse extinctam eo quod à sententia instantionis non appellauerant; dum enim non probatur illos fuisse personaliter citatos, appellare potuerunt à die scientiæ *Ang. in l. 1. vers. & ideo, C. temp. appell. Capic. dec. 139. in fin.* Rot. *dec. 16. num. 2. de dol. & cenum. in nou. dec. 46. num. 2. de appell. in antiq. dec. 55. num. 2. p. 1. diuers. & in Volaterrana Prioratus 5. Maij 1645. §. neq. res iudic. coram me*, & appellationem nedum à Michaële, sed etiam ab aliis coopositoribus interpositam prosequi *Scacc. de appellat. quæst. decima secunda, numero 74. & seqq. post Salyc. & alios ibi allegatos*, & in his terminis fuit dictum *in Calaguritana Beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè præterii coram* R. P. D. *meo Verospio.*

6. Inter ipsos verò Stephanum, & Ioannem, hic dignior, & præferendus visus est, tum ob gradum Baccalaureatus quo caret Stephanus, quemque Rota in his terminis semper magni fecit, vt dictum fuit *in supracitata Calaguritana Beneficij della Nieua coram* R. P. D. *meo Otthobono, & in Calaguritana Beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè præteriti coram* R. P. D. *meo Verospio, in Calaguritana Beneficij de Ziego 5. Februarij 1651. coram eodem.*

7. Tum quia nedum est filius naturalis, sed originarius Ciuitatis Calaguritanæ, atque descendens ab auis & matre Parochianis Ecclesiæ, S. Andreæ in qua situm est beneficium controuersum, vt probant testes dati in eius Sum. *n. 1.* quæ qualitas originis in loco beneficij ponderatur ad effectum prælationis *in Calaguritana Beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. §. quod verò, coram* R. P. D. *meo Rojas.* Tum tertio quia curam animarum in eadem Ecclesia, de qua agitur, exercuit, quod ponderauit Rot. *in sæpius citata Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februar. 1650. §. 1. vers. in eadem, coram* R. P. D. *meo Verospio, facit. decis. 373. num 1. & 2. par. 4. tom. 2. recent. ac text. in cap. nullus, cap. obiturus 61. distinct. c. cum inter Canonicos, ibique gloss. verb. altam de elect.*

8. Non obstat, quod Ioannes possideat aliud integrum beneficium, ac propterea præferendus sit Stephanus nullum

nullum aliud beneficium habens; iuxta *text. in c. is, qui de præben. in 6. Garz. de benef. p. 7. cap. 9. num. 12. & 13. Seraph. decis. 767. nu. 1. Penia in his terminis decis. 188. numer. 3. & 4.* Quia hoc non probatur nisi ex fidelibus extraiudicialibus datis in Sum, Stephani *n. 6. & 7.* cum tamen tanquam fundamentum intentionis plenè, & concludenter probari debuisset, tum paupertas Stephani, qui imo ad titulum alterius beneficij sacris Ordinibus insignitus asseritur, tum pacifica possessio Ioannis asserti beneficij, quodque illud sufficiat ad eius honestam sustentationem; nam extra terminos regulæ Cancellariæ 17. de concurrentibus in data, quæ beneficium etiam minus sufficiens satis esse vt non beneficiatus præferatur, tradit *ibid. Mandos. & Io. a Cokier. relati in Lucana Cappellanie 7. Iunij proximè præteriti §. posita vero, coram me* certum est de iure communi, quod nisi beneficia aliàs sint incompatibilia assecutioni secundi etiam in concursu non habentis beneficium, non obest primus honestæ sustentationi non idoneum, ad tradita *per Innoc. in c. fin. numer. 1. de Cler. non resid. & in c. cum iam dudum num. 2. & 4. de præben. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 264. & 307.* & in puncto Rot. *in d. Calaguritana Beneficij della casa della Reina §. minus facit, coram Reuerendiss. Terracinen.* vbi vlterius ponderatur, quod beneficiatus maioribus qualitatibus præditus præferendus est non beneficiato, vt etiam dixit Rot. *dec. 61. n. 4. p. 3. recent. & in d. Lucana Cappellanie §. non obstat, coram me, & nuperrimè in Calaguritana Beneficij de Bannares 11. Decembris proximè præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Et ita decisum omnibus informantibus.

DECISIO CIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Romana, seu Ianuen. Cambij.

Mercurij 26. Iunij 1652.

§. 1. QVicquid de via executiua afferunt duæ priores decisiones editæ sub die 17. Nouembris, & 18. Martij proximè præteriti, causa hodie super eisdem posita confirmarunt Domini, cum negari non possint, aut facultates A. C. aut consensus Siriorum in eorum literis expressus, quod Baldus possit se releuare in Nundinis vbi executiuè proceditur (maximè quia vsitatus modus se releuandi in Nundinis est mediantibus literis cambij paratam executionem habentibus) aut earundem literarum complementum per effectiuam solutionem iuxta illarum tenorem sibimet à Balbo factam, quæ, etsi in materia cambiorum de vsuris suspecta non probetur per confessionem creditoris, nisi aliunde de numeratione constet quando persona recipientis est realiter distincta à persona soluentis; probatur sanè vbi idem est physicè, soluens est recipiens, quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericè solutionis, & receptionis, hoc est in eodem subiecto actionem, & passionem *l. Vranius, ff. seruit. Vrban. præd. l. 1. ff. quemadm. seruit. amitt. l. neque pignus, ff. reg iur.* Rota *dec. 276. num. 6. p. 6. recent. & dec. 213. num. 5. inter impress. post.* Zacch. *de obligat. Cameral.* & quittantia ipsa ac scripturæ directio in libro soluere debentis habet implicitum actum numerationis non aliter practicabilis, quam per modum æquipollentem; ideoque admittendum Rotæ *decis. 52. numer. 10. vers. merito, p. 3. recent.* in puncto *Cancer. variar. resol. tom. 2. cap. 6. numer. 210.* Rot. *Ianuen. decis. 1. num. 8. & 22.* vbi quod hoc indubitatum est in præiudicium mandantis solui.

2. Præsertim quia vltro adnotata est solutio à tergo literatum, & in libro nuncupato Scartafaccio, quod vocant di fiera, & Balbus de solutione sibimet facta certiorauit Siros per epistolam successiuè ad alios scriptam sub die 11. Nouembris 1649. quæ non loquitur de partitis terminatis in præcedenti Feria Augusti, vt ex aduerso supponitur, sed in feria Sanctorum, ibi *in questa fiera de Santi riceuuta, &c.* Summario primæ positionis pro Balbo *n. 5.* eiusdemque tenoris est responsio Sirorum ad dictam Epistolam, ibi *in risposta del vostro spaccio di fiera passata de Santi* dicto Summario *nu. 6.* vnde verum est dicere, quod Siri solutionem vt supra factam approbarunt, & propterea eam impugnare hodie non possint *c. quod semel. de reg. iur. in 6. l. in diem, ff. acq. plu. arcen. Cephal. conf. 386. n. 29. Riminald. iun. cons. 562. n. 34 & 35. Decian. respons. 2. n. 148. lib. 1.*

3. Hincque resultat etiam iustitia mandati executiui contra Siros ad instantiam Balbi relaxati pro remborsatione scutorum 5448. auri quæ de eorum ordine Balbus soluit, cum sufficiat procuratori docere de implemento ordinis sibi directi vt contraria actione mandati repetere possit, quod soluit ex allegatis in prima decisione §. *sed de re petenda.*

4. Non obstat, quod cambium, de quo agitur, prouenerit ab alio scut. 20000. & alio scutorum 9325. marcarum contractis de anno 1640. tum quia diuersum esse apparet ex quo priora illa duo limitata erant pro vna tantum feria; Cumque ad hoc vltimum cambium processum fuerit creando debitum contra mandantem absque vlla relatione ad antiqua, & acceptando cambium de nouo factum per mandantem sine aliqua noua specificatione, quod sit factum in continuationem antiquorum, eo minus eorum continuatio dici potest ad quem effectum satis non est, quod ab illis occasionaliter dependeat *iuxta theoricam Ancaran. in c. accessorium sub n. 16. vers. præterea isti duo actus de reg. iur in 6. Baptista de S. Blasio tr. de correlat. quæst. 66. num. 54. Pacian. de probat. l. 1. cap. 28. in addit. lit. F.* Rota *in Eugubina Erroris calculi 26. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana, seu Velitrana restitutionis in integrum 17. Decemb. 1646. coram me.* Et sufficit de hoc dubitari posse, ne per hanc exceptionem iudicium executiuum retardetur, vt ponderant primæ decisiones §. *fin.*

5. Tum etiam quia continuatio cambiorum non est illicita, aut damnata à Constitutione san. mem. Pij V. nisi quando primum cambium contractum fuit cum pacto, quod accipiens non possit in primis Nundinis, pecuniam restituere, & cambium extinguere, hoc enim casu, quia debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris, cambium dicitur constitutum pro pluribus Nundinis, & propterea tanquam Vsurarium à dicta Constitutione reiicitur. Aliud autem est quando, provt hic pecuniæ datæ fuerunt pro primis Nundinis addita solum facultate cambiandi casu, quo in illis debitum non soluatur; nam tunc cum sit in potestate debitoris pecunias restituere in primis Nundinis & sic se eximere ab onere Vsurarum, non dicitur ab initio contractum cambium pro pluribus Nundinis, & cessante coactione continuandi contemplata à Constitutione Piana, cessat pariter dicta Constitutio; licitumque est conuertere debitum in aliud cambium, quod dicitur nouum, & non idem, vt doctè distinguendo firmatum fuit *in Romana pecuniaria, seu cambiorum 10. Iunij 1616. secundo principaliter, coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in Romana pecuniaria 13. eiusdem mensis Iunij coram Sanctissimo Domino Nostro impress. part. 4. recent. decis. 304. num. 3.*

6. Quatenus igitur Siri debitores in primis Nundinis anno 1640. dicta scuta 20. mil. & alia 9325. integrè non restituissent eadem cambia, originaliter Nundinalia ex mutuo consensu partium desumpto à continuata transmissione, & retentione literatum pro singulis

feriis transiissent licitè in cambium continuatum,& irregulare productiuum legitimi, interesse de actuali transmissione literarum ad Nundinas constito,vt dixit *Rota Ianuen. decis.37.n.11. Rota nostra decis.946. nu.1. apud Seraphin. decis.274. numer.5. part.5. recent.* quæ transmissio ad hunc effectum probata dicitur per literas redditus,quia literæ transmissæ remanere solent penes Mercatorem cui fuerunt directæ, vt aliis allegatis respondit *Rota dicta decis.174. numer.6.par.5. recent. decis.522.numer.21.coram bon.mem.Vrgellensi, & in Romana cambij 17. Februarij 1652. coram me.* Et literas redditus non possunt Siri qui eas produxerunt impugnare,vt per *Bald.cons.461.n.9.lib.5.Rot.dec.184.n.33. part.6. recent.* cum aliis relatis *in Nouarie.bonorum 17. Decembris 1640. coram recol.mem. Coccino Sacræ Rotæ Decano dignissimo.*

7. Ex his euacuatur fides nuper producta de iudicio aliquorum Mercatorum Vrbis,quia vel idem iudicium versatur circa ius, & tunc si prædictus aduersatur non debet attendi. *Rot.decis.52.numer.11.& 12 par.7. recent.* vel circa factum,& non vrget,quia etiam admissa continuatione cambij, nostrum cambium est licitum, & exequibile,vel saltem aduersariorum exceptio altiorem indaginem requirit: attento præsertim, quod inter has partes nedum secuta sunt negocia cambiorum, sed Siri exegerunt etiam fructus locorum Montium, & Censuum ad Balbum spectantes, vt apparet ex partitis relatis in calce responsionis facti pro Balbo litera B.

Quapropter Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

DECISIO CIV.

Sacræ Rot. Rom coram R.P.D. Bichio.

In causa Romana Censuum.

Lunæ 27. Maij 1652.

§.1. ESse locum restitutioni pecuniarum,quas de anno 1647.& 1648.Pater Damianus Fonseca Religionis Prædicatorum soluerat pro pretio duorũ censuũ vitalitiorum Guerrino Ciuccio,& Angelæ eius coniugi Rota hodie respondit, præuio vt solet particularis dubij examine. Nam dictarum pecuniarum dominium (comparatæ fuerint siue industria Patris Damiani,siue aliorum largitione,aut quomodolibet)quæsitum statim fuit Religioni, & Monasterio. *capit. de Monachis 16. quæst.1. cap. de lapsis 16. quæst. 6. cap. in præsentias de probat. capit. cum ad Monasterium de stat. Monachor. Abb. in cap. cum olim 2. num.6. de priuil. Archid. in capit. vnico numer.13.18.quæst.1.cum aliis alleg. a Modern.Carmelita Matriten.quæst. Regular.tom.1.capit.6. n.41.*

2. Cumque Religiosus professus sit in particulari incapax dominij, vel possessionis,vt ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess.25. de Regular.cap.2.nor. Men. cons.722. num.37.& 59. Ioan.Viggers de iustit.& iur. tract.1.cap.3.dub.8.num.21.Rot. in Perusina Parochialis 7. Aprilis 1642. §.1.in fin.coram me,* ac proinde Pater Damianus pecuniarum dominium quod non habebat non potuerit in recipientes transferre in præiudicium Monasterij,vt in punct. census vitalitij trad. *Emanuel. Rodr. quæst.Regul. tom.2,quæst.47,artic.15.in princ. Syluest.in summ.verb.Religio 5. sub.num.7. vers.secundum si quid. Sanch.in præcept.Decal..lib.7.cap.22.sub numer. 16.vers.si autem. Barbos. de potest. Episcop. alleg.103. sub. numer.5. & in collectan.ad Concil.Trid. sess.25. de Regular. cap.2. numer.15* exindè resultat, vt Guerrini qui pecunias receperunt eas teneantur restituere Monasterio vero Domino *Syluest. d. verb. Religio 6. sub numer.7. vers. & tenetur restituere. Regin. in praxi fori Pœnitent. l.18. numer.397. Lopez in suo Instructorio conscient. p.2. c.5. vers. secundo adiicimus ibi talisque sæcularis,&c. Modern. Matrilen.q.regul.tom.1. capit.6. num.53.*

3. Nec suffragatur antecedens beneplacitum Apostolicum elicitum siue ex breui sanct.mem. Pauli V. emanato de anno 1615. siue ex confirmatione concordiæ inter Patrem Damianum, & Monasterium S.Mariæ supra Mineruam initæ,obtenta à felrecord.Vrbano VIII. de anno 1643.Nam breue Paulinum concedens facultatem Damiano emendi ex pecuniis sibi vndequaque obuentis census temporales ad vitam, vti restrictum ad annuum redditum ducatorum 300. auri de Camera vltrà illum non leuat *l.iubemus C.ad Vallcian. Caputaquen.dec.368.n.2.& 3.p.3.* & in his terminis *Barbos. in collect.ad Conc.Trid.sess.21.de reg.cap.2.n.16.vers. dummodo. Modern.Bergomen.respons.moral.respons.86. num.12.*

4. Consumpta autem fuerat eadem facultas quoad dictam ratam ducatorum 300. ante horum censuum emptionem in supra memorata transactione de anno 1643.inita inter Damianum, & Monasterium Sanctæ Mariæ supra Mineruam,in qua Damianus cessit Monasterio loca 57.montium,& alia credita valoris in totum scutorum 12. mil.circiter,reseruato sibi desuper anno redditu ducatorum 300.auri de Camera quos Monasterium soluere promisit,& pro maiori cautela assignauit Damiano totidem loca montium:Nec dubitari potest quin talis reseruatio,ac respectiuè promissio emanauerit in executionem Breuis Paulini, & pro adimplemento facultatis ibidem concessæ, quia non est concepta pro maiori cautela,vt ex aduerso gratis asseritur,sed simpliciter, & absolutè assignando tamen loca montium Damiano pro maiori cautela, & in verbis continet explicitam relationem ad facultatem breui Paulino concessam,ibi,*Iu primis Damianus sibi reseruauit,& toto tempore vitæ suæ annuos duc.300.auri de Camera scuto 480. monetæ constituentes sibi à Paulo V. habere, & retinere concessos,quos& quæ Conuentus,& Fratres eidem soluere promiserunt iuxta formam Breuis,&c.*quæ verba clariora esse non possunt,cum tamen sufficeret expressa mentio Breuis Paulini emissa in Præmio transactionis, ibi, *Cum Damianus à Paulo indultum census temporales ad vitam, &c. recipiendi, & prædictos census dummodo annuam summam ducatorum 300.auri de Camera non excedant retinendi,&c.obtinuerit,&c.*vt subsequens relatio, ac respectiuè promissio dictæ annuæ summæ in causam Breuis referretur *Rot. decis.190.numer.4. pag. 1. recent. & in Rossanen. exempt. 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Elboren. iuris, conferendi 4. Iulij eiusdem anni coram eodem, & in Barchinonen. iurisdictionis 8. Aprilis 1647 coram me.*

5. Et quamuis in eadem transactione Damianus vltra dictam summam ducat.300. reseruauerit sibi totum illud, & quicquid ei ex consanguineorum amicorum Dominorum, & piarum personarum, & aliorum quorumcumque benignitate, ac pietate datum, quomodolibet collatum fuerit, desuperque accesserit confirmatio Apostolica sanct.me.Vrbani VIII. Ponderarunt Domini quod non probatur pecunias datas ad ceusum Guerrinis prouenisse ex pietate, ac largitione supranominatarum Personarum, de quibus reseruatio loquitur, vt probandum ex aduerso esset, vt nos verisari in casu reseruationis apparet, *Ceph. cons.387. numer.16.& seqq. Surd. cons.449. numer.24. Rot. decis.400. numer.4. ad fin.par.2. recent. & in Ambucien. numer.4. ad fin.par.2. recent. & in Archipresbyteratu 26. Nouembrien. seu Cinitaven. 3 Maximè quia verisimile admodum est quod prouenerint ex annuo redditu scutorum 300.per

300. per Monasterium promissò, cum vlterius etiam alimenta Damianus à Monasterio receperit, nec licuit, etsi pecunias ex dicto redditu prouenientes posset Damianus in suos vsus conuertere, eas in emptionem aliorum censuum ad vitam erogare, quia hoc non legitur concessum, ac resistit votum paupertatis prohibens ne Religiosus intra claustra existens emere aliquid possit etiam ex pecuniis quas ipse sibi subtraxit de illis quas poterat honestè consumere, vt benè Eman. Rodr. *quæstionum Regul to.3.q.29.art.10.col.3.sub princ.vers. non tamen fol.80.*

6. Eò minus quia huiusmodi reseruatio limitata est ad effectum (vt supra de aliis dictum fuit) conuertendi, ac disponendi cum explicita relatione ad breue Paulinum, quod pecuniam annui redditus non indulget conuerti in aliorum censuum emptionem, sed in ipsius Damiani vsus, ac necessitates, in quas propterea dumtaxat ob relationem ad Breue, ex dictione illa, *vt supra*, resultantem *l.item, quæritur §. item Iulianus, ff. locat. l. talis scriptura §. fin. ff. de leg.1.* Monach. *decis. Bonon. 40.punct.3.n.13.* Barbos. *dict. 441. num.1.& 2.* bona reseruata poterant conuerti, non autem expendi in aliorum censuum emptione, quia licentia concessa Religioso retinendi bona ad vnum vsum, ad alium non extenditur Nauar. *in comment. de reg. in cap. non dicatis 12. q.1. num.44.* Diuus Antonin. *3. part. tit. 16. §. 11. col.1.& 2.* Reginald. *in prax. pœnit. lib.18. cap.27. numer.399. vers. secundo est.* Modern. Matriten. *quæst. regul. tom.1. cap.6. n.52. vers. siue de his.* Rodrig. *to.3. quæst.29. art.10. col.2. vers. tertia concl.* Syluest. *verba Religio 6. quæst.7.* qui omnes pro ratione adducunt, quod Religiosus est solum vsuarius bonorum quæ sibi destinata sunt; vsuarius nequit de bonis ad certum vsum concessis in alios vsus disponere §.1. §. *item. Instit. de vsu. & habit. ibique not.* Oynot. *n.8.& seqq.* Ioan. Harprect. *sub n.1.& 13.* Sot. *de iustit. & iur. lib.4. quæst.1. art.1. col.8.*

7. Ac quatenus facultas conuertendi, & disponendi de bonis reseruatis non restringeretur ad vsus, necessitatesque proprias, sed alios quoque vsus comprehenderet, semper tamen intelligenda esset de vsibus piis, non autem profanis, vt optimè aduertit Nauar. *cons. tom.1. l.3. tit. de donat. cons.7. num.2.* Laur. de Portel. *dub. reg. ver. pecunium sub n.1.* Mirand. *in manual. Prælator. tom.1. quæst.28. art.9.* Barbos. *de potest. Episcopi allegat. 103. num.5. in fin. & in collect. ad Concil. Tridentinum sess.25. de regul. cap.2.n.16. vers. si autem* Rot. *in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. §. quod autem coram R.P.D. meo Cerro.*

8. Sicut igitur ipsa transactio facultatem disponendi de bonis reseruatis ab libitum Damiano non præbet, aut reseruatio ad pecunias comparatas aliundè, quam à personis ibi nominatis non porrigitur, ita nec confirmatio Apostolica, etsi emanauerit ex certa scientia, ac de voto particularis Congregationis desuper ab Vrbano VIII. deputatæ, cum confirmatio quælibet addat quidem robur confirmato in omnibus ibi contentis, sed non vltra, & supplent ius non factum, *c.1.& 2. de confirm. vtil. vel. inutil.* Dec. *in l. moræ n.31. ff. de iurisd. omn. iud.* Berou. *cons.7.n.37. lib.3.* Men. *cons.5.n.32.* Rot. *dec. 604.n.1. par.4. recent.*

9. Nihilque Guerrinos iuuat quod contraxerint bona fide, ignorantes Breue Paulinum fuisse antecedenter consumptum. Nam bona fides recipientis, vbi tradentis potestas deficit, & ius resistit, contractum non sustinet iuxt. distinct. Bart. *in l. sed si lege, §. siue ff. petit. hæred.* Bald. *in l. pro onerib. circ. med. vers. nisi dicas C. iur. dot.* Bec. *cons.95. num.15.* Surd. *consil.115. num.21. & decis.45. n.13.* semperque vrget defectus dominij in tradente, ac votum paupertatis, & Monasterij, cui ab initio pecuniæ quæsitæ fuerant præiudicium, quod ex contractu Religiosi inferri non potuit, Abb. *in c. cum venissent num.5.& 6. de restit. spoliat.* Cyriac. *controu. 300. num.18.* Seraph. *decis.1127.n.2.* Cauall. *decis.209. n.1.* & fuit dictum in *Perusina Parochialis 7. Aprilis 1642 coram me.*

10. Vtique tamen censuerunt Domini bonam fidem suffragari ad effectum, vt ex sorte principali censuum controuersorum demantur illorum fructus, quos Guerrini soluisse Patri Damiani viuenti probauerint, præsertim quia cum dd. census nulliter empti resoluuntur in purum mutuum, ex quo fructus percipi non potuerunt *Cens. de cens. q.88. num.1. & seqq. & n.7.* vbi ampliat etiamsi sponte soluti fuerint Rota *inter impress. post dictum tr. decis.12.n.1. decis.31. num.6. & seqq. decis.227. n.4. decis.228. num.2.* neque patitur æquitas vt Monasterium ad quod cum omnibus bonis in hæreditate Damiani repertis fructus Damiano soluti transierunt eos lucretur cum iactura soluentium *l. nam quod Natura, ff. condict. indebit. cum aliis allegat. à Genc. de cens. q.66. n.98.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO CV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bicchio.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 13. Maij 1652.

§.1. ACtum est de Antonio Gualite, & Michaële Gurrea, quia etiam hodie prout alias sub die 15. Ianuarij proximè præteriti illis præcellere Rota censuit Ioannes Gonzalez & Stephanum Palatios vti Sacerdotio, & ætate antiquiores, exercitio Curæ animarum per plures annos addictos, quod præter allegatos in prima decisione ponderatum fuit in *Calaguritana beneficij de Alesanco 8. Martij proximè præteriti coram R.P.D. meo Albergato, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras die 18. eiusdem mensis coram R. P. D. meo Meltio.*

2. Nihil suffragante, quod Antonius aliàs fuerit admissus ad audiendas confessiones, & ad hoc beneficium institutus ab Ordinario, quia minor habilitas requiritur ad confessiones audiendas quam ad exercitium curæ animarum, & institutio Ordinarij, quia pendet necessariò à præsentatione Beneficiatorum, quorum iudicium ex prædictis apparet erroneum, cum iuxta opinionem, quam passim secuta est Rota coram Eminentissimis Cardinalibus Otthobono, Corrado, & aliis in prima decisione allegatis debuissent etiam inter plures approbatos ad Curata eligere digniorem, non inducit præsumptionem dignioritatis, vt solet quando ipse Ordinarius prælegit, eo minus, quia iam fuit declarata attentata, vt ponderatum fuit in dictis Calaguritanis coram Reuerendissimis Patribus DD. meis Meltio, & Albergato.

3. Concordia verò inter eosdem Antonium, & Michaëlem ac prouisio Apostolica ad eius limites emanata non nocet Ioann. Gonzalez & Stephano Palacios collitigantibus, ac dignioribus de quibus aut de lite tunc pendente mentio facta non fuit vt debuit, vt plenè comprobatum fuit in *Beneuentana Canonicatus 8. Februarij, & 27. Maij 1647. coram me.* Litem autem tunc temporis non fuisse extinctam, constat ex adductis in prima decisione §. *nimirum*, quia scilicet regulariter lis non extinguitur nisi per sententiam in iudicatum lapsam, vel longam taciturnitatem, dummodo in actis constet de non iure tacentis ex allegatis *in fanen. Capellaniæ 22. Iunij 1646. coram Reuerendiss. P. D. meo Roias*, quæ in casu nostro non concurrunt, quia Ioannes, & Stephanus poterant quandocumque appellare

à die habitæ notitiæ, ac adhærere appellationi interpositæ ab altero ex aduersariis, vt fecerunt, obtinendo ad maiorem cautelam commissionem admissionis ad causam, vt propterea nec cessio litis ipsis non acceptantibus facta ab aduersariis litem extinxerit *Iaſ. in l. postquam liti, n. 1. ff. fin. C. de pact. Rot. in Conchen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1598. coram Litta impress. apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 536. n. 2. & in Vlixbon. nullitatis Professionis 17. Maij 1641. §. minus obstat, coram Reuerendissimo Salamantino.*

4. ex quibus Domini confirmarunt primam decisionem in parte exclusiua Antonij, & Michaëlis, ab ea tamen ex probationibus nouiter factis recesserunt in secunda parte, quæ Stephano Palacios præfert Ioannem Gonzalez tanquam Baccalaureum, Parochum huiusmet Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Andreæ, in qua situm est Beneficium controuersum, & descendentem ab Auis originariis huiusmet loci.

5. Ad probandum enim gradum Baccalaureatus non reluant plures actus in quibus Ioannes Baccalaureus enunciatur, quia cum potuerint expediri absque hac qualitate, simplices enunciatiuæ illam non probant, vt in terminis Doctoratus dixit Rota *in Cæsaraugustana pensionis 21. Decembris 1591. coram clar. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 564. num. 5. in fin. & num. 6.* eo minus, quia sunt de recenti, & plerique emanarunt ab ipsomet Ioanne; Ideoque suspectæ sunt Rot. *decis. 160. num. 9. decis. 405. num. 2. par. 1. recent.* Et quamuis altera ex dictis enunciatiuis emissa fuerit in comparatione, quam coram Notario contextu aliter fecerunt idem Ioannes, & alij Oppositores, inter quos etiam Stephanus, ac iuramento ibidem ab omnibus præstito: aduertendum est quod iuramentum non cadit super omnibus ibi contentis, & enunciatis, sed solum super eo quod omnes sunt Christiani origine, bonæ conscientiæ, non excommunicati, nec irregulares, & quod eorum quilibet potest Beneficium obtinere, vt legitur in Summario dato pro Ioanne num. 1. Inferri ergo exinde non potest, quod Stephanus acceptauerit enunciatiuam Baccalaureatus sub qua ibi Ioannes denominatur: præsertim qua alioquin ipse contra id quod iurauit non posset Beneficium obtinere in concursu Ioannis, vt in proximis terminis ponderauit Rota *in Hispalen. decimarum de Almonte 4. Iulij 1642. coram me.* Accedit dictum Testis seruatis seruandis examinati, asserentis audiuisse à diuersis quod licèt Ioannes se Baccalaureum denominet, talis re vera non est, vnde eo magis dubia redditur probatio aduersarij, & reiicienda cum illam offuscare Stephano sufficiat, Bald. 79. *numer. 7. lib. 2.* Surd. *cons.* 105. *sub num. 6.* Rot. *decis.* 230. *numer.* 24. *in fin. part. 1. diuers. decis.* 664. *numer.* 7. *part. 1. recent. & in Augustana decimarum 27. Iunij 1639. coram me.*

6. Quod verò Ioânes sit originarius huius loci excludunt Testes dati in Summario Stephani *n. 1.* qui deponunt illum, eiusque Patrem esse originarium loci de Autol, & potius attendenda venit origo propria, & paterna, quam auita, vel matris, *l. filios. C. municip. & originar. in l. exemplo. C. decurion. l. 10. Duran. dec. 31. n. 3. & seqq. cum aliis allegatis a Moderno Hispano de Iudic. to. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 2. n. 101.*

7. Cumque iidem Testes deponant, quod Stephanus curam animarum exercuit in Ecclesia de Ricondesoto, quæ est vnita Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Andreæ, de qua agitur, ferè idem est, ac si in ipsa Ecclesia Sancti Andreæ exercuisset, cum vtraque Ecclesia per vnionem vna fuerit affecta, *c. translato de constit. Garz. super regula 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 56.* & Beneficiati vnius tales, & alterius dicantur, vt deserte affirmant iidem Testes, & est de iure Rebuff. *in praxi tit. de union. num. 49.* Gratian. *discept. 655. numer. 6.* Barbos. *de iure Ecclesiast. l. 3. cap. 16. num. 21.* Rota *in Amburien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 1. 14. Decembris 1646. coram me.*

8. Hinc cessantibus in Ioanne prærogatiuis ob quas prima decisio illum prætulit, & è conuerso per plures Testes, quorum si aliqui defectus paterentur, suppleri numerus, & adminicula resultantia ex fidelibus in summario Stephani num. 5. datis, Alexand. *cons. 149. n. 6. lib. 5.* Surd. *consil. 28. n. 43.* Cæsar. de Grass. *decis. 5. n. 8. & 9. de Sponsal.* Burat. *decis. 604. n. 5.* Rota *in recent. decis. 147. num. 2. & 4. part. 1.* Probato quod idem Ioannes possidet pingue aliud Beneficium annui redditus scutorum 300. Stephanus verò nullum, & si quod habuit exigui prorsus fructus dimisit, Stephanus ipse, qui de cætero doctrina, & bonis moribus præditus, ac multis annis curam animarum exercuit præferendus est, *cap. si cui de præben. in 6. cum aliis allegatis in §. fin. prima decisionis.*

9. A qua proinde in hoc tantum Domini recesserunt omnibus partibus informantibus, ac Stephano Beneficium adiudicandum esse dixerunt.

DECISIO CVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Bononien. Hæreditatis.

Veneris 28. Iunij 1652.

§. 1. VAleriæ Cataneæ, eiusque cessionariis decisum hodie fuit dandam esse immissionem in medietate bonorum hæreditariorum Bernardini Catanei fratris ab intestato superstitibus tum dicta Valeria sorore, tum Bartholomæo fratre defuncti, nam fratri succedunt in capita frater, & soror ex dispositione iuris communis in §. 1. *Auth. de hared. ab intestat. in Auth. cessante Cod. legit. hared. cum aliis allegatis in Auximana prædij 28. Iunij 1646. §. fin. coram me*, & succedentibus ab intestato competit interdictum quorum bonorum Menoch. *de adipiscend. remed. 1. num. 33. & seqq. & in his terminis* Burat. *decis. 262. num. 10. decis. 309. num. 2.*

2. Nec obstat statutum Bononiæ *l. 4. de successionib. Ascend. & Collater. §. dicti vero fratres*, præferens fratrem sorori in successione communis fratris prædefuncti, quia statuta huiusmodi à laicis condita in hæreditate Clerici qualem fuisse Bernardinum probant testes dati in Summ. Valeriæ, non habere locum Rota censuit articulo maturè discusso, & omnibus contrariis rectis in *Ranennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Cardin. Orthobono*, vbi allegantur innumeri concordantes, & affertur solidissima ratio, quod scilicet hisce statutis nullo modo comprehendi potest illud de quo in specie statui, atque disponi à statuentibus non potuit; laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè, quia illorum iurisdictioni non subsunt *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. c. decernimus de iudic. cap. fin. de vnit. & honest. Cleric. c. 1. de immunit. Eccles.*

3. Quæ ratio militat, siue statutum dirigat verba in personam defuncti, siue disponat tantum de eius bonis, siue agatur de bonis quæsitis ante, vel post Clericatum; semper enim deest subiectio bonorum Iurisdictioni statuentium, quæ sola sufficit ne statuto exclusiuo fœminarum sit locus, vt sequendo doctrinam Bart. *ff. l. 1. numer 32. & 33. Cod. Somm. Trinit. & fid. cath.* sæpissimè dictum fuit in decisionibus relatis à *sanct. mem. Greg. XV. decis. 255. num. 1. & seqq. ibi- que adden. num. 7. à Burati. decis. 188. numer. 2. & ad-*

add.

add. ibidem num. 14. *ac decis.* 262. *numer.* 15. Et superueniente Clericatu etiam bona patrimonialia antea quæsita exeunt de potestate laicorum Imol. *cons.* 55. *num.* 7. Honded. *de communi cons.* 3. *nn.* 12. *lib.* 1. Lancell. Gallia *cons.* 59. *num.* 14 *aliique relati à modern. Pedemontano disquisit. Clerical. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. & eor. bonor.* §. 5. *num.* 6. attendique debet solum tempus mortis in quod statuti exclusiui effectus confertur Salyc. *in auth. cassa num.* 14. *C. sacrof. Eccles.* Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 207. *n.* 212. *& seq. de constit. Abb. ibid. n.* 25. Anchar. *cons.* 107. *n.* 2. *cons.* 108. *num.* 1. *&* 2. aliique plures quos in terminis statuti exclusiui fœminarum secuta est Rota *in Tudertina successionis* 29. *Maij proximi præteriti coram R. P. D. meo Meltio* & magis in puncto *modern. Neapolitanus de iurisdictione part.* 4. *cas.* 5. *n.* 15. *modern. Manicalciatensis ad Bull. Cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 15. 9. 17. *n.* 28. *Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. fori Eccles.* 11. *n.* 14. *&* 21.

4. Nihil suffragante quod Statuta Bononiæ confirmata fuerint à Sede Apostolica in forma specifica verbis tam amplis, vt nonæ legis vim ipsa confirmatio habere videatur, vt ponderatum fuit in *decis.* 438. *n.* 54. *& seq. part.* 4. *tom.* 2. *recent. relata in Bononien. bonorum* 17. *Martij* 1649. §. *gratis vero in fin. coram me*; quia id esset momenti si statutum eliminaretur à successione Clerici ex defectu dumtaxat potestatis statuentium; hunc enim defectum dicta confirmatio substulisset: verum vrget vlterius defectus voluntatis; quia nempe nisi in statuto fiat expressa mentio de Clericis, eorumque bonis, vel adsint verba vniuersalia apta Clericos includere Honded. *cons.* 20. *n.* 6. *vers. sed etiam, & sub n.* 7. *vers. quæ conclusio lib.* 2. & aliis allegatis adiecit Rot. *in Romana dotis* 11. *Februarij* 1647. §. *addebant coram me* Hunc autem voluntatis defectum confirmatio quamuis in forma specifica non supplet, cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea quæ in confirmato, non includuntur extendere *c.* 1. *&* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Decius *in l. maxe numer.* 31. *ff. iurisd. omn. iudic.* Bero. *cons.* 7. *n.* 37. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 75. *num.* 32. Rota *in Romana scutorum quatuor millium* 26. *Nouemb.* 1618. *coram clar. mem. Coccino decis.* 604. *numer.* 1. *part.* 4. *recent.* & in puncto statuti confirmari à Sede Apostolica *decis.* 58. *num.* 29. *&* 30. *part.* 6 *recent. in Spoletana bonorum* 12. *Aprilis* 1646 §. *Cum in ea coram Eminentiss. D. Card. Corrado, in d. Rauennaten. hæreditatis* §. *neque suffragatur.* ibi *nec in statutis facta esset expressa mentio Clericorum coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, in d. Tudertina successionis coram R. P. D. meo Meltio* quæ loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis conceptæ.

5. Eo facilius attentis præcisis verbis confirmationis Iulij II. ibi, *dummodo contra libertatem non sint*, quibus ille Pontifex satis declarauit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos, & libertatem Ecclesiasticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à Iurisdictione laicali consistit; vnde vrget quoque defectus voluntatis confirmantis, & esto quod confirmatio vim haberet nouæ legis, operari potest contra voluntatem legislatoris, vt per Batt. *in l. Iulianus verum debitorem n.* 15 *ff. condict. indeb.* Dec. *cons.* 43. *n.* 4. Buratt. *decis.* 52. *n.* 5. aut egredi terminos confirmati cui famulatur Cassat. *dec.* 1. *n.* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* quem cum aliis ibi allegatis refert, & sequitur Rot. *dec.* 176. *n.* 36 *part.* 5. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO CVII.

Sacræ Rot. Rom. coram R. P. D. Bichio.

In causa Maioricen. celebrationis Missarum.

Veneris 28. *Iunij* 1652.

§. 1. CElebrat Cathedralis Ecclesia Maioricen. duplicis generis festiuitates, dictas de Aloy, alias nuncupatas capitulares, alias fidelium deuotione mandatas, ac dotatas. De primis non est quæstio, sed in secundis recusantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missæ solemnis: Reuerendissimus Episcopus decreuit Ecclesiæ manutentionem in quasi possessione, recipiendi ab illis seruitium cantus Missæ, & Euangelij. Deuolutoque per appellationem Canonicorum negotio ad hoc sacrum Tribunal, & mihi commisso, decidendum hodie proposui. An Promotori Ecclesiæ sit danda manutentio, in quasi possessione canifaciendi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus prædictis; Et affirmatiua sententia placuit. Nam quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi cum sit penes Ecclesiam ipsi, (siue eius nomine Promotori, competit manutentio, vt ferè in his terminis respondit Rota *in Salamantina stipendiorum* 16. *Ianuarij* 1636. *&* 3. *Decembris* 1607. *coram Cardinali Lancellotto iuniori impressa apud Modern.* Perus. *de manutentione decis.* 96. *n.* 2 *&* 3. *&decis.* 97.

2. Neque Canonici negant idem seruitium, in præteritum præstitisse pluries; quod etiam affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus dat. in summario Promotoris *n.* 4. *&* 5. & satis esset aliquando ita ita fuisse seruatum: vt quasi possessio diceretur Ecclesiæ quæsita, *iuxta Theor.* Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 91. *de caus. possess. & propriet. Rom. cons.* 311. *num.* 7. Oldrad. *cons.* 312. *num.* 2. Dec. *cons.* 117. *sub num.* 2. *vers. quod autem* Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 59. Rot. *decis.* 337. *part.* 2. *apud Caputaquen.* & alias sæpissimè: sed asserentes id sponte fecisse, ac proinde actus fuisse voluntarios: eos prætendunt adduci non posse ad probandam assertam quasi possessionem; quippe quæ ex actibus facultatiuis non acquiritur: *l. Proculus. ff. de damn. infect.* Decian. *cons.* 144. *num.* 133. *lib.* 4. Rot. *decis.* 473. *num.* 1. *part.* 3. *recent. cum reliquis allegat. à modern.* Perus. *de manut. obser.* 53. *n.* 2. *& seq.*

3. Verum Promotoris replicationes infra adducendæ visæ sunt obligationem canendi spontaneo, & facultatiuo cantui contrariam Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrin. n.* 55. *de caus. poss. & propriet.* Menoch. *præs.* 67. *n.* 1. *seqq. lib.* 6. *add. ad san. mem. Greg. XV. decis.* 162. *sub litt. E. vers. primo sciendum*, Rot. *apud Pen. decis.* 135. *num.* 9. *& Pampilonen. iuris nominandi Vicarium* 15. *Maij* 1644. §. *quia hoc coram R. P. D. meo Peutingero* suadere posse; vt saltem dubium sit an actus canendi fuerint facultatiui; quod sufficit ad obtinendam desuper manutentionem, nisi præsumptio valdè vehemens aduersetur Add. *ad san. mem Greg. XV. decis.* 162. *n.* 15. *in fin. relat. à modern. Auenionen. quæst. & resolut. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 17. *& à modern.* Perus. *de manut. dicta obseru.* 53. *n.* 6. Rot. Bonon. *diuers. dec.* 138. *numer.* 58. *&* 59. Seraph. *dec.* 325. *n.* 3.

4. Adest siquidem Capitulare decretum editum die 5. Septembris Anno 1603. disponens quod festa, de quibus agitur: fiant à Canonicis per Turnum: verbum enim *fiant*: cum sit præceptum *Clem. exiui de Paradiso vers. item ordo de verb. signif.* Paris. *cons.* 19. *num.* 132. *lib.* 2 provt & subsequens verbum dicat ibi: *dicat Euangelium*, importare videtur præcisam obligationem, &

spontaneam excludere, vt in puncto celebrationis Missæ; aduertit Modern. Carpensis *controu. for. cap. 38. n. 22. & seqq.* Consonat aliud decretum Capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni; Mandans, quod in hisce festis seruetur Turnus: ponderando verbum *seruetur*, quod indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus: sic perpetuò faciendi Fel. *in cap. 2. n. 5 ofall. 2. & 5. de tregua, & pace*, Cyn. *in l. si quis heredem nullat 2. vers. nam quidem. C. de instit. & substit.* Ias. *in l. si ab arbitrio sub num. 19. vers. secundo, & fortius ff. qui satis d. cog.* Ang. *cons. 34. n. 9.* Rot. *decis. 677. n. 2. p. 1. diuersorum.* Turnus autem ex Ecclesiæ instituto non cadit nisi inter Canonicos, qui proindè per seipsos canere debent, Garz. *de benef. part. 3. c. 2. n. 495.*

5. Nec obstat quod in vtroque decreto detur Canonico existenti in Turno potestas non celebrandi, aut canendi, si nolit; nam præter quod vnus ex Dominis animaduertit. Intelligendum hoc esse de voluntate legali iuxta boni viri arbitrium: hoc est, si legitimo impedimento detineatur, vt in fortior. term. Guttier. *cons. 1. num. 11. vers. & prædicta.* Barbat. *cons. 33. numer. 8. vers. quia ad hoc respondeo lib. 2* Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 504.* & alij quos ad rem nostram allegat Modern. Carpen. *dict. cap. 38. sub numer. 27. vers. verum, & num. 28.* non rectè à libertate concessa Turnario infertur, quod omnes Canonici possint recusare; dùm vltrò disponitur quod eo recusante; Turnus ad alios transeat: quia stant simul quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totius Capituli; in quo residet formale onus canendi: solumque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium; vt ex doctr. Bart. *in l. inter tutores numer. 16. ff. de adminis. tut.* tradit in termin. Turni inter Canonicos Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæstion. 21. & 29. & dixi.* Rot. *penes Seraph. decision. 680. numer. 10. & 11. in Montis alti beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur coram me.*

6. Eò magis quia decreta; arbitrium nolendi tribuunt quidem existenti in Turno, sed in hac parte non loquuntur de aliis Canonicis immediatè sequentibus; imò explicitè mandant, quod ad illos Turnus transeat: ibi, *Canonicum ad quem spectat Turnus, & eo non acceptante transeat Turnus ad alium immediatè sequentem. Summ. Promot. num. 6.* nec non quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem; sed augendum, diffundendumque illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos, cum prius illi solum participarent; quos fundatores festorum inuitassent: vt deponit, Quartus testis dicto Sum. *num. 4.* quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vbi faciliùs obseruentur neque ex parte Capitularium deficiat seruitium ibi: *per facilitare, che non si sia mancamento de Signori Capitulari, che officiano in detti giorni.* Constituit vt vltra ordinariam distributionem alia extraordinaria celebrandi Missam, & canenti Euangelium soleatur à mensa Capituli Sum. *num. 7.* Neque enim Capitulum propriam mensam extraordinaria distributione grauasset, pro adimplemento huius seruitij nisi ad illud teneretur, & verbum illud *mancamento*, supponit præexistentiam debiti, cum deficere in adimplendo non dicatur qui non debet *l. non intelligitur 3. §. multa, ff. iur. Fisc. lib. amissione 5. §. primo, ff. cap. Gemin. l. Canus. 11. in fine ff. vsur. l. si extraneus 34. in principio ff. iur. dot. l. non videntur 84. l. non potest videri 100. l. non potest videri 209 ff. regul. iur.*

7. Quod etiam demonstrant tum fundationes harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium. Sum. Promot. *num. 2.* alij fuerunt à Capitulo acceptatæ cum onere solitæ solemnitatis: quod perneceſsè intelligitur cum cantu Canonici vt explicant Testes Summ. ibid. *num. 4. in fin.* vt propterea Capitulum ab onere acceptato recedere non valeat vt in proxim. term. ratiocinatur Rot. *apud Peniam decis. 146. num. 1. & 2.* Tum subsequens obseruantia probata ex pluribus testibus, quorum signanter quintus examinatus ad instantiam Promotoris Sum. *num. 4.* est ætatis 80. annorum, & deponit quod spatio 66. annorum in quibus beneficiatus est Ecclesiæ huius Cathedralis, semper vidit Euangelium in his festiuitatibus cani à Canonico, nec vnquam vidit, quod alius non Canonicus cecinerit, id quod in teste verisimiliter informato quia beneficiatus est, includit negatiuam coarctatam, licet non sibdat aliter fieri non potuisse, quin sciuerit, Aretic. *in cap. cum causam num. 37. de testib.* Paris. *cons. 162. num. 14. lib. 4.* Farin. *cons. 151. nu. 18. add. sanct. memor. Gregor. XV. dec. 325. num. 27.* Cùmque omnes testes Promotoris deponant de obseruantia longi temporis hæc ipsa in re diuinum cultum respiciente obligationem Capituli nedum probat, sed quatenus opus sit ex integro parit fauore Ecclesiæ Felin. *in cap. ad Apostolicam num. 3. de Simon. post.* Abb. *in cap. suam numer. 9. eodem tit.* Guttier. Canon. *quæst. lib. 2. quæst. 21. numer. 114.* Cassad. *decis. vnic. numer 2. & 5. de consuet.* Rot. *decis. 360. sub numero septimo versic. vltra quod part. 1. recent. decis. 143. num. 5. decis. 1135. n. 2. & 3. coram Pœna*, vbi subditur omnes affirmare quod sufficiat continua præstatio decem annorum: eò facilius ad obscurandam qualitatem voluntarij; seu facultatiui, quæ ob actuum multiplicitatem non præsumitur Add. *ad Gregor. XV. decis. 162. numero 15. ante fin. versic. 2. excluditur, & vers. 3. vbi agitur* Cæsar de Grass. *decis. 1. num. 3. de caus. poss. & propriet.* Seraph. *decis. 212. num. 2. decis. 323. n. 4. cum aliis relatis à Modern.* Perus. *de manut. observ. 53. numer. 20. & seq. vbi refert quod exinde acquiritur possessio manutenibilis.*

8. Hanc ipsam obseruantiam probant testes Capituli non attento quod deponant de duobus actibus contrariis, qui cum dederint causam liti, non merentur attendi Giouagn. *cons. 28. n. 38. lib. 2.* Lancell. *de attent. part. 2. c. 4. limit. 1. num. 111. & seqq.* Rot. *coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 4. num. 2.* provt attendi non meretur, quod semel aut bis canente Missam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonicus: quia existunt declarationes Sacræ Congregationis Rituum relatæ à Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 34. sub n. 7.* idque factum credere pium est ob legitimum aliquod impedimentum, vt in prax. term. pondetat Modern. Carpen. *controu. c. 38. n. 47.*

9. Quæ omnia vt suprà dicebatur, Domini non attulerunt ad effectum aliquid decernendi in peritorio, sed solius summariissimi possessorij, quod leuiores probationes admittit ex allegat. *in dec. 396. n. 1. dec. 147. n. 2. dec. 626. n. 2. int. impress. post tract.* Modern. Perus. *de manut.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO CVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Albinganen. Præcedentiæ.

Veneris 20. Iunij 1653.

§. 1. ATtendatur dispositio iuris communis, siue Constitutio fæl. record. Greg. XIII. relata per Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 78. n. 32. & per Molet. Hispanum*

Hispanum de exempt. regul. dub. 368. *nu.* 1 præcedentiam, ac digniorem locum in processionibus publicis, seu priuatis, ac aliis functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis sub inuocatione SS. Fabiani, & Sebastiani in concursu Confraternitatis Sanctiss. Trinitatis, decisum hodie fuit præuia particularis dubij geminata discussione.

2. Ius enim commune digniorem locum tribuit antiquiori *can. statuimus, vbi gloss. verb. nouis distinct.* 61. *l.* 1. *Cod. consil. lib.* 12. *l. fin. Cod. Tyronib. eod. lib. Thob. Nouius cons.* 73. *n.* 15. Rot. *dec.* 718. *n.* 1. *part.* 4. *diuers. & in Oppiden. processionum* 18. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Verospio*, ac digniori, *cap. statuimus de maior. & obed. Mastrill. de Magistr. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 29. *& seqq. vbi allegat. concord.* Rot. *decis.* 138. *num. secundo par. prima recent.*

3. At Confraternitatem Confalonis esse antiquiorem concedunt testes aduersariæ, ac probant examinati ad instantiam huius Confraternitatis, necnon publicum instrumentum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. vt in Sum. nouo *n.* 1. Digniorem vero demonstrant, tum incessus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram prioris aduersariæ *c. solita de maior. & obed. gloss. in l. decernimus verb. residendi. Cod. sacrosan. Eccles.* Tiraquell. *de primogen. in præfat. n.* 13. *& seqq. Grat. discep.* 106. *n.* 40. *Robadill politic. par.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *n.* 12. Tum probata per testes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, *vt ex text. in l. Athletas, §.* 1. *ff. his, qui notan. infam. & in l.* 1 *ff. flumin. cap. cum olim de consuetud. tradit. Vasq. in præfat. ad q. Illustr. n.* 85. *Grat. discept.* 111. *cum* 74. *& seqq. Castill. de Tert. Reg. c.* 41. *n.* 38. Buratt. *dec.* 483. *n.* 13.

4 Tum vsus iubendi aduersariæ in functionibus publicis præire satagenti, vt sistat cum successiua aduersariæ obedientia, & aquiescentia, de qua deponunt primus, secundus, quartus, & quintus testis dati in primo sum. Confalonis sub *n.* 8. hoc enim superioritatem demonstrat *gloss. in c. olim lib.* 3. *de restit. spoliat. Alber. in diction. verb. maioritas attenditur. vers. item in obediendo.* Bald. *in l.* 2. *sub n.* 79. *vers.* 2. *casu Cod. seruit. & aqua. Alex. cons.* 43. *n.* 3. *lib.* 2 *Visit. ad Afflict. decis.* 301. *n.* 4. *Merlin. dec* 461. *n.* 6. *& seqq.* Tum diuersitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduersaria adhibetur campana parua, pro alia vero magna, quæ sicuti dignior est illa ex alleg. per Barbos. *in c. patentibus n.* 5. *circa fin. de priuileg.* arguit digniorem esse, quem conuocat, non secus, ac dignior dicitur, quem dignior instituit data in cæteris paritate. *l.* 2. *ff. alb. scriben. gloss. in c.* 1. *verb. maior. & in cap. per tuas, verb. Subdiaconus, de maioris. & obed. Decian. respon.* 19. *n.* 21. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 116. *n.* 33. *& seq. cons.* 902. *n.* 17. *Baer. de auth. magn. cons. n.* 81. *cum aliis alleg. à Moder. Hispan. de præceden. q.* 1. *n.* 20. Tum tandem infra ponderanda possessio præcedendi, *Felin in rubr. de maioris. & obed. d.* 10. *aliique relati à d. Moder. Hispan. de præced. q.* 17. *sub n.* 1. *vers. & tales dicuntur.* Rot. *decis.* 456. *d.* 12. *part.* 1. *recent.*

5. Non obstat, quod de prædictis deponant testes, qui sunt Confratres ipsius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mereantur fidem; præsertim in re magni honoris, Bald. *in cap. cum Nuncius n.* 1 *ad fin. de testib. Felin. in cap. insuper n.* 6. *eod. tit.* Rot. *dec.* 136. *n.* 1. *par.* 1 *recent.* Quia obiectum procederet, si exinde emolumentum aliquod, vel honorem, vt singuli reportarent: cum autem minimè reportent, quia vt singulis non debetur honor debitus vt vniuersis, *Præpos. in cap. concilia. §. Episcopum n.* 3. *distinct.* 17. *Grat. discept.* 298. *n.* 46. *& seqq.* aliosque refert *Moder. Matritensis in summ. quæst. Regul. vol.* 1. *to.* 2. *c.* 15. *n.* 3. plene probant pro Confraternitate Bald. *in d. c. cum insuper n.* 3. *de testib. Hond. cons.* 79. *n.* 39. *&* 40. *lib.* 1. & in specie de Confratribus, Rot. *dec.* 290. *n.* 13. *par.* 5. *recent. in Aconitana bonorum* 13. *Ianuarij* 1645. *§. quia etiam coram R. P. D. meo Meltio*, & magis in puncto *in Taurinen. delationis Baldachini* 4. *Iulij* 1646. *§. & licet coram Eminentiss. D. Card. Corrado*: maximè quia supplentur ex numero, & adminiculantur ab instrumento antiquitatis, ac in aliquibus etiam à testibus ex aduerso inductis plenè probantibus contra inducentem *l. si quis testibus, Cod. testib. Surd. cons.* 550. *d.* 18. *Mant. decis.* 274 *n.* 1. *vers. & quod amplius.*

6. Constitutio Gregoriana pariter suffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eam, quæ est in quasi possessione præcedendi, vel hoc cessante, quæ prius sacris vsa fuit. Hanc vero Confraternitatem esse in quasi possessione præcedendi probatur. Primo, quia in processione alias facta ad Ecclesiam nuncupatam S. Mariæ dell'Alma, in qua mixtim vtriusque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis incessit ad Prioris, & respectiuè Subprioris aduersariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde est localis motus principium, *gloss. in l. decernimus verb. residendi. C. sacrosan. Eccles. Cassan. in Chatal. glor. mund. par.* 3. *consider.* 2. *Pacian. de probat. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 10 *Penia in puncto processionum dec.* 456. *n.* 4. *& seqq.* sufficitque vnicus actus acquirendam quasi possessionem præcedendi iuxta theoricam *Rip. in cap. cum Ecclesia n.* 91. *& seqq. de constit.* quam aliis allegatis sequitur in terminis præcedentiæ *Castill. de Tert. Reg. c.* 41. *n.* 61. *Xamar. de offic. Iud. & Aduocat. par.* 1. *qu.* 2. *n.* 69. Rot. *in d. Taurinen. delationis Baldachini aliis cæteris coram D. Card. Corrado.*

7. Gratisque dicitur priorem præcessisse, quia Sacerdos erat, cum enim fuisset in Priorem electus, non vt Sacerdos, vt Confrater, processioni interesset, hoc tantum nomine, non autem illo potuit præcedere. *Abb. in c. auditis n.* 4. *de elect. Lanar. cons.* 88. *n.* 16. *& seq. Ancon de Pret. de Iurisd. Episcop. c.* 6. *nu.* 55. *inter tr. diuers. to.* 13. *par.* 2. *f.* 367. *Contilor. de præced. n.* 20. *& seqq. Grat. discep.* 111. *n.* 14. *Cancer. var. resol. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 117. *aliique relati à Modern. Hispano de præceden. q.* 27. *nu.* 10. *&* 11. *Rot. dec.* 288. *n.* 2. *par.* 1. *recent. & in d. Taurinen. delationis Baldachini, §. quia non agitur.* præter quod in Subpriore qui similiter præcessit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

8. Secundo quia vt affirmant cõcorditer testes vtriusque partis occurrentibus occasionibus processionum, & vtraque Confraternitate illarum progressum expectatura manente in Ecclesia, Vexillum, & Confratres Confalonis fleterunt in ea parte Ecclesiæ, quam respicit cornu Epistolæ, Confraternitatis verò aduersariæ, in ea parte quam respicit cornu Euangelij. quod in his terminis censetur minus dignum. Nam vt habetur in *Sacr. Cæremon. lib.* 3. *sect.* 2. *c.* 1. *col.* 4. *in fin. vers. hoc enim, ac tradit Paris de Crass. de Cæremon. Card. & Episc. c.* 31. *in princ.* dupliciter consideratur pars dextera in Altari, vno videlicet modo respectu ipsius Altaris versi ad populũ, & sic dexterum, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris posita, ibique legitur Euangelium, quod est dignius. Alio modo respectu Sacerdotis celebrantis versi ad Altare, & sic pars dextera est cornu Epistolæ, quia illuc tendit dextera ipsius Sacerdotis; atque hinc, ibi assistit Sacerdoti Diaconus, vt tradit *Castald. in prax. Cæremon. lib.* 1. *sect.* 7. *n.* 8. *&* 26. qui est Subdiacono assistenti à parte Euangelij dignior. *c. statuimus, de maior. & obed. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib.* 16. *c.* 7. *n.* 4. Pariter cornu Epistolæ dicitur dextera habito respectu ad ingressum in Ecclesia, quia illud respicit pars dextera ingredientium, vt sensui patet.

Primus modus attenditur in iis, quæ sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altari regulantur, aut vertuntur ad populum. Eademque ratione

in

in Sacris Conciliis, in quorum medio poni consueuit Sacrosanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuersi essent, quia illud repræsentabat ipsum Deum sistentem in medio Synagogæ, dignior pars censebatur, quam dextera ipsius Dei sic repræsentati respiciebat; ita vt à dextris essent qui habito respectu ad ingressum sedebant à sinistra, & è conuerso à sinistra qui sedebant ad dexteram, vt notat *Card. Baron. Annal.t.3.ann.325.pag.293.litt.C.& t.6.ann.451.pag. 141.litt.C.Card.Bellarm.in controu.lib.1.de Concil.c.19. vers.Itaque Seuerin. Binius in not. ad Concil. Nicenum to.1.Concilior.General.pag.314.sub vers.quibus Ordinibus.* Vnde etiam in omnibus consessibus, pars illa est dignior, quæ est à latere dextero personæ primariæ in medio, & conspectu astantium sedentis. *Ant. de Prat. de Iurisd. Episcop.c.6. sub n.56.vers.ideo qui sedet post glossam.Alexandrum, & Baldum ibi alleg.* Hæc autem omnia procedunt in consensu, & inter personas illum integrantes, ac per alias Ordinibus dispositis se inuicem respicientes; diuersa vero est ratio in progressu, vt ait *Baron.Annal.to.6.d.pag.141.litt.C.* ibi *alia in progressu.in concessu ratio alia attendatur.*

10. Cum igitur Confraternitates laicales nullam partem habeant in consensu Altaris, ac Presbyteri *c.1. vbi gloss.verb.secus Altare de vit.& honest.Cleric. c.Sacerdotum de consecrat. distinct.2.Paruin. de Visitat.par. 2.q.8.n.26. Guilelm. Durand. de mod. celebran.Concil. General.rubr.55. nu.2.* Rot. *in Romana processionis 6. Februarij 1645.coram S.D.N. & in Pampilonen.Scamni 16. Ianuarij 1640. coram bon. me. Card. Panzirolo*; neque in figura consessus, sed progressum expectantes ad Altare versæ turmatim in corpore Ecclesiæ, cuius dexteram partem esse cornu Epistolæ tradit *Gauant.in Thes.sacr.ritu.par.2.tit.6.n.4.litt.X.pag.101.* maneant vti pars cæteri populi, cuius dexterum esse latus Epistolæ ait idem *Gauant.ibid.par.2. tit.7.sub n.10. col.4. litt.D.pag.133.* sequitur, vt illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ stetit in parte collaterali cornu Epistolæ; præsertim, quia in loco Tabiæ cõmunis opinio, & existimatio hominum in his materiis ex supra allegatis attendenda hæc est, vt deponunt testes, & comprobat vsus ejusdem loci; nam ibi dignior pars Magistratus laicalis solemniter assistentis, qui dubio procul præcedere debet, ac manere in loco digniori quam Confraternitates, residet à cornu Epistolæ, quãuis locus à cornu Euangelij sit vacuus, in eodem loco respiciente cornu Euangelij sedeant alij minus digni, & ab vsu, seu consuetudine præcedentias metiri debere tradit *Zabarell.conf.62.n.1. ac dixit* Rot. *dec. 288.in fin.par.1.recent.dec.779.n.2.apud Merlin. & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio in d.Taurinen.delationis Baldachini coram D. Card. Corrado.*

11. Tertio, quia in funeralibus, & associatione cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduersarij incesserunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior est *l.1.Cod.præposit.labor.lib.12. c.perlectis 22.distinct.Cassan.in Cathal.glor. mund. par. 4.consider.75.vers.mihi tamen.Boer.de auth.magni.cons. n.79.vers.quia in processionibus. Pacian.de probat.lib.2. c.26.n.6.Ciriac.contr.201.n.154. in puncto funeralium Anton.de Pret.de Iurisd.Episcop.sup.cit.c.6.n.56. vers. eo.quia*, quamuis Vexillorum ante omnes regulares præeuntium illud aduersariæ minus à Clero distaret: nam à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius Collegij sub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur *Decian.respon.67.nu.7. lib.2* vel quando cætera correspondent, & paria sunt, vt declarat *Ant. Capic.dec.27.n.46. in fin.* ibi *quoniam cæteris paribus.*

12. Nec dubitandum, quin à præcedentia in associatione cadauerum quæsita fuerit possessio præcedendi in omnibus processionibus, stante causa vniuersali supra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, Bald. *in repet.l.1.n.24.vers.iudic.Cod.emancipat. liber.Felin. in c.auditis.n.19.de præscript.* Rot. *dec.139.n.12.par.2.diuers.& Romana locorum montium 4. Iunij 1640. coram recol.mem.Coccino Decano*, quam antiquioritatem Constitutio Gregoriana possessori non abrogat Moder. *Hispan.de præceden.q.45. sub n.12.vers.circa præfata*; licet secus esset si quoad alia esset aduersaria in possessione præcedenti, vel præcedentia in associatione cadauerũ emanasset ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer associatum fuisset alicuius ex Confratribus alterius Confraternitatis, in quibus terminis loquitur *Merlin. dec.779. n.6. & seqq.* quod non probatur in casu nostro; imò testes deponunt vniuersaliter de associatione cadauerum, & aduersaria in aliis functionibus non docet se esse in quasi possessione præcedendi.

13. Nihil ad id suffragante, quod Confraternitas aduersaria in aliis processionibus præeunte Confraternitate Confalonis incesserit proximior Clero, quia vt ait *Pacian.de probat.lib.2.c.26.n.109. in fin.* dignior, aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum consuetudinem, sed an locus subsequens fuerit aduersariæ cõcessus ex causa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduersariæ importet necne, discordant testes, & fides extraiudiciales hinc inde datæ, vt propterea actus huiusmodi, saltem quia æquiuoci possessionem præcedendi aduersariæ non tribuerint Rot. *dec.229.n.7. dec.333. n.6.par.recent.dec.46.n.7.apud Modern.Perusin.de manut.* Eo minus cum testes affirment, quod Confraternitas Confalonis aduersariam aliquando tentantem, præire coërcuit, & subsequi coëgit, quod si locus subsequentis dignior fuisset habitus, non fecisset, nec aduersaria acquieuisset, & per huiusmodi acquiescentiam aduersaria, vel id implicitè fassa videtur, vel saltem sibi præiudicauit iuxta text. *in cap.ex ore, vers. per hoc de his, quæ fiunt à maior.par. cap. Abbate, verb. Abbatem Monachum de verbor. signific. Felin. in cap. pastoralis n.5.de offic.ordin. Aym.de antiq.tempor.par.4.§.materia ista n.81. Dec.cons.206.n.7.vers.vbi exhibens*, & in proximis terminis Rot. *in sup.cit. Pampilonen. scamni coram Card. Panzirolo §.nec reuelat, vers.imo aliqui.*

4. Fortius quia in dictismet processionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Ecclesia morabantur steterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia processione facta ad Ecclesiam dell'Alma incesserunt ad dexteram aduersariæ, gaudentque prærogatiua tum antiquioritatis, tum aliis superius ponderatis. Et quibus omnibus ita decisum vtraque parte bis informante.

DECISIO CIX.

Sacræ Rot. Rom coram R.P.D. Bichio.

Romana fructuum dotis.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

§.1. EO quod sententia Rotalis condemnans D. Marcellum Crescentium ad restituendum Dominis Fuluiæ, & Mario de maximis scut.842. & 50. ex causa fructuum dotis soluto matrimonio per mortem Hortensiæ vxoris decursorum exacta, valida, & iusta est, eam confirmandam esse in gradu appellationis ad me interpositæ DD. censuerunt.

2. Quod enim sit valida ipse appellãs non negat. Iusta vero apparet ex optimè deductis in decisione edita 21. Aprilis 1651. coram R.P.D. meo Cerro, in qua amplectendo opinionem communem Doctorum *in c. Salubriter, de vsur. latissima comprobata, in dec.91.apud Fenson.ad Stat.Vrb.* & passim à Rota receptam demonstra-

tur

tur fructus dotales post mortem vxoris exigi non posse non obstante super existentia filiorum, & pacto de soluendis fructibus inde finitæ in capitulis matrimonialibus appositio, quia vxore defuncta cessant onera matrimonij in eius alimoniis secundum Dignitatem, & quantitatem dotis consistentia, propter quæ constante matrimonio licita erat fructuum dotalium promissio, & exactio quod præter allegatos in dicta decisione tradit *Peregr. conf.* 85. *sub n.* 14. *lib.* 3.

3. Neque promissionem ac exactionem huiusmodi licitam reddit conuentio de inuestienda dote in bonis stabilibus, censibus, vel locis montium, quia vbi solutio dotis non est facienda in ipsis inuestimentis seu re fructifera, sed in pecunia numerata postea inuestienda, multum interest an onus inuestiendi sit impositum debitori, an verò creditori: primo enim casu fructus qui ex inuestimento faciendo percepti verisimiliter fuissent, debentur à debitore absque aliqua interpellatione ratione mandati de inuestiendo per eum suscepti quod adimplere debuit, & alioquin nisi illi ex iuxta causa renunciauerit vel doceat fecisse diligentias pro inuestito reperiendo tenetur ad damna, & interesse, vt fuit decisum in *Romana multiplici* 25. *Februarij* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo seniore, qua est dec.* 479. *n.* 9. & 10. *inter impress. apud Cinc. de Censib. & in Romana seu Ianuen. Pecuniaria* 1. *Iulij* 1644. §. *nec relcuat. & 2. seqq. coram me.*

4. Quæ ratio quia cessat in secundo casu, fructus deberi non possunt nisi ex capite lucri cessantis vel damni emergentis *Soc. sen. conf.* 88. *per tot. lib.* 4. *Rimin. Iun. conf.* 218. *n.* 90. & *seq. Hond. conf.* 30. *n.* 29. *conf.* 44. *n.* 31. *lib.* 1. *Grat. discep.* 911. *n.* 4. & 5. neutrum autem autem permittitur nisi debitor per interpellationem personalem fuerit constitutus in mora soluendi vt in puncto *Card. Mant. decis.* 171. *n.* 3 & vtrumque casum distinguendo respondit, Rot. *in Romana crediti dotalis* 12. *Martij* 1645. *coram* R.P.D. *meo Verospio, impress. apud* Moder. *Foroliuien. de pignor. decis.* 94. *n.* 11. & *in eadem* 16. *Martij* 1646. §. *dum enim coram eodem Rouit* in proximis terminis *decis.* 90. *n.* 6. facit *Grat. discep.* 987. *n.* 11. Rot. *dec.* 7. *n.* 6. *apud Zacch. de societ. Offic. & in Senogallien. Prædij* 27. *Iunij* 1644. §. *iniustitia in fin. coram* R.P.D. *meo Meltio.*

5. Non obstat quod interpellatio non requiratur quando adest pactum vt per *Dec.* 111. *n.* 13. *vers. mod. enim post Castr. Abb. & Alex. ibi allegatos Scac. c. de camb.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *n.* 148. *relatus à* Moder. *Neap in tract. de cred. c.* 2. *tit.* 7. *q.* 2. *n.* 1742. & *seq. vbi allegat. concordantes* Rot. *apud Farinac. decis.* 331. *n* 9. Hoc enim quicquid sit in aliis casibus non procedit quando ipsum pactum est illicitum quale est istud de soluendo fructus dotales soluto matrimonio *Alex. conf.* 221. *sub n.* 7. *vers. nec præditus lib.* 2. *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 39. *n.* 14. & *seqq.* Rot. *dec.* 94. *n.* 8. *apud* Moder. *de pignor.* ac pendente dilatione *Alex. conf.* 31. *n.* 14. *vers. videlicet lib.* 6. *Soc. Hond. & alij supra allegati*; pactum namque illicitum, & vsurarium habetur pro non appositio, & ipso iure corruit ob resistentiam Iuris diuini, Canonici, naturalis, & ciuilis nouissimi, vt latè comprobat Rot. *decis.* 301. *n.* 32. & 8. *seqq. par.* 5. *recent.*

6. Idemque respondetur ad aliud obiectũ quod scilicet permissa sit taxatio certi interesse ab initio si illud iustum, & verisimile sit, & deinde iustificetur, ex allegatis per Rot. *inter impress. apud Farin. d. dec.* 331. & 372. *per tot. & in Romana Pecuniaria* 9. *Maij* 1616. *coram bon. mem. Remboldo*; omnes enim loquuntur in casu quo ab initio pacisci potuit de fructibus soluẽdis, & vsuræ sint permissæ Rot. *dec.* 12. *n.* 14. *par.* 5. *recent.* qui non est casus noster animaduertendo præsertim quod contrahentes ad pacisendum ab initio de certo interesse non mouit contemplatio lucri quod ex inuestimento perceptum fuisset, sed onerum matrimonij à vero ferendorum vt constat euidenter, tum quia taxatio excedit quantitatem ex stabilibus vel locis Montis in quibus pecuniæ inuestiri debent percipi solitam; bene tamen congruit oneribus matrimonij vt in simili *Aym conf.* 149. *n.* 5. *Menoch præs* 136. *n.* 18. *lib.* 3. Rot. *dec.* 301. *n.* 3. *vers. præsertim par.* 1. *recent.* tum quia de soluendis fructibus dotalibus non fuit conuentum post promissionem inuestiendi, sed antequam eadem conciperetur, & pactum loquitur de fructibus decurrendis pendente dilatione concessa ad soluendum, & sic antequã veniret dies inuestimenti faciendi ferente interim viro onera matrimonij ad quæ propterea potius quam ad lucrum futuri inuestimenti pactum correspectuum censetur *l.* 3. *l. cum ex pluribus ta 2 ff. solut. Paris. conf.* 112. *n.* 8. & *n.* 11. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 121. *n.* 48. *discep.* 224. *n.* 93 Rot. *dec.* 55. *n.* 5. *apud* Zacch. *de societ. offic.* Eo magis quia obligatio inuestiendi nec est iniuncta debitori nec adiecta ad commodum creditoris, sed promissoris, in cuius alias odium retorqueretur, quod ferendum non est, vt benè aduertit *decisio coram* R. P. D. *meo Cerro* § *quoniam in fin.* Vnde cum cessantibus dictis oneribus per obitum vxoris pactum quoque expirauerit, vel illicitum redditum fuerit, illicita pariter est certa taxatio fructuum, nec tollit interpellationis debitoris necessitatem pro habendo lucro cessanti requisitæ, quamuis probetur superuenisse occasiones lucrandi, vt aliis allegatis tradit ad propositum *Grat. discept* 911. *n.* 2. neque dici potest pecuniam fuisse destinatam inuestimento, quia hæc destinatio non adest durante dilatione, sed solum postea fauore debitoris.

7. Quatenus verò replicatur quod supposita nullitate vel iniustitia pacti, cessat dilatio ad soluendum eius contemplatione concessa, & statim mortua vxore agi ad sortem principalem potuit Bald. *conf.* 212. *lib.* 4. *Alex. conf.* 34. *n.* 6. *lib.* 2. *Tiraq. in tract. cessante causa par.* 1. *n.* 78. *Henric. de fideiuss. c.* 19. *n.* 66. vt propterea dies ipsa mortis vxoris vim habeat interpellationis ad *rex. in l. magnam Cod. contr. empt.* Respondetur quod licet agi potuerit ad sortem non ideo dotis promissor constitutus fuit in mora prout si soluere promisisset vxore mortua, quia dum de cætero tẽpus dilationis durat, quod ea per superuenientem casum mortis vxoris resoluta fuerit certo non sciuit debitor antequam creditor id declaret, vt per *Ruin. conf.* 35 *n.* 31. *lib.* 1. Buratt. *dec.* 54. *n.* 15. Rot. *in recent. dec.* 417. *n* 6. *par.* 2. Imo quia creditor nusquam petiit sortem, credere potuit nolle habere dilationem pro resoluta ex allegatis *in Cæsenaten. Censuũ* 9. *Iunij* 1645 §. *nam præter quod coram* R.P.D. *meo Corrado.* Igitur quamuis non requiratur interpellatio, quando quis promisit soluere certa die, cum tunc aduenient die debitor certo sciret se posse conuenirí *Pacian. conf.* 57. *n.* 22. Rot. *dec.* 275. *n.* 17. *apud* Zacch. *de oblig. Camer.* vtique requirebatur in casu nostro quo debitor id certo non sciebat, & vt supra cogitare poterat dilationem durare, eoque minus sciebat in qua re creditor vellet pecunias inuestire, cum promissio inuestiendi esset alternatiua, & creditor in qua re vellet fieri inuestimentum non declarauerit mediante interpellatione vt oportebat ad constituendum debitorem in moram, *Alex. conf.* 45 *n.* 5. *in fin. & seq. lib.* 5. *Nait. conf.* 670. *n* 14. *lib.* 4. *Card. Mant dec.* 171. *n.* 5.

8. Præsumptio tandem interpellationis factæ educta ex solutionibus fructuum secutis post solutum matrimonium recipitur solum ad fauorem mulieris vxoreæ, quæ vigore statuti exigere potest fructus dotales ex eo solũ quod debitor interpellatus fuerit vel pro interpellato se habuerit absq; alio requisito lucri cessãtis vel damni emergentis iuxta statutum Bononiæ de quo loquitur ex aduerso allegata *dec.* 153. vbi præterea adest diuturna solutio fructuum per decennium *par.* 4. *to.* 2. *recent.* vel iuxta statutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 137. quod ad

virum

virum non extendi dixit Rot. *decis.607. n.24. & seqq. par.4 tom.3.recent.*& de quo loquuntur alij ex aduerso allegati ; non autem admittitur fauore mariti vxore præmortua,quia cum illi non suffragetur statutum,& de iure communi sit pœnitus illicitum,& interdictum huiusmodi fructus percipere nisi concurrentibus mora debitoris aliisque requisitis per *Castr. in l.3.§.fin.ff. eo quod cert.loc.* personalis requiritur interpellatio probanda aliunde quam ex præsumptione resultante ab aliquorum fructuum solutione ; cum nec sufficeret quod partes confessæ expressè fuissent quod interpellatio præcesserit, ne aliàs aperiatur via vsurariæ prauitati , vt benè comprobat *decisio coram* R. P. D. *meo Cerro 8.quia hæc præsumptio* , & vltra ibi allegatos fuit dictum in supra citata *Seno gallien. Prædij* §. *nec renelat.coram* R.P.D. *meo Melgio* ,& magis in puncto *in Rom.crediti dotalis* 16. *Martij* 1646. *non dubitari* , & §.*seqq. coram* R.P.D. *meo Verospio.*

9. Non obstat quod saltem dd. solutiones possibile reddant quod interpellatio præcessit,idque satis sit ne illius negatiua in hoc iudicio repetitionis indebiti ab actoribus probanda , plenè vt debet probata dicatur, Rot.*decis.*38.*n.*3.*& seqq.par.5.recent. decis* 153.*n.*26. *&* 27.*par.*4.*tom.*2. Quia hæc posterior loquitur vt dicebam fauore viduæ in terminis statuti , alia verò in terminis laudi lati ab arbitrio qui extraiudicialiter se poterat informare , & informatus præsumitur;in aliis autem casibus cum requiratur interpellatio Iudicialis, actoris intentio etiam ad effectum repetendi indebitum probata dicitur,ex quo in processu de interpellatione non apparet vt in puncto respondit Rot. *in d. Rom.Crediti Dotalis 16. Martij* 1646. §.*nec debiti*,§. *seq. coram R.P.D. meo Verospio.*

10. Tandem nil facit quod creditor post mortem vxoris haberet occasiones proximas emendi loca montium quia hoc non sufficit ad effectum lucri cessantis nisi simul debitor constitutus fuerit in mora : præter quod cum solutiones fructuum factæ non fuerint ex causa lucri cessantis,sed nominatim ex causa fructuum dotis ex alio capite sustineri non possunt , vt præter *allegatos in decision. R. P. D. mei Cerri* , notat fere in puncto *Ciriac.contr.* 540. *sub n.*43.*vers.verum*, & facit *Grat. discept.*911. *n.*2.

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO CX.

Sacræ Rot.e Romanæ coram R. P. D. Celso.

Astcn. Coadiutoriæ.

Veneris 21. Iunij 1652.

§.1. CEnserunt DD.non intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apostolicarum, Nam cum illæ appareant iustificatæ , consequenter etiam veniunt exequendæ , vt in terminis clausulæ arbitrio dixit Rot. *coram Duran. decis.*98. *& decis.*377. *vtrobique n.*1.*&* 2.*& in recent.decis* 558.*n.*2.*part.*1.*& firmatum fuit in Vicen.Iurisdictionis* 2.*Maij* 1650. *coram* R.P.D. *meo Cerro.*

2. Iustificatio manifestè apparet tam in iis,quæ respiciunt Coadiutum , quam in aliis , quæ concernunt personam Coadiutoris. Siquidem quod Coadiutus præstiterit consensum suum mediante persona Procuratoris ad id specialiter deputati patet ex Instrumento publico dato in Sum. *n.* 3. *&* 4. Quod ipse attingeret sexagesimum annum probatur ex fide Baptismatis formiter extracta Sum. *n.*7. Rota *coram Buratt.dec.*116. *n.*1.*&* dec.365.*n.*2. *& in recent.decis.*138.*eod.num.& dec.*260.*n.*4.*par.*6.

3. Impotentia illius ad residendum attenta infirmitate graui de tempore datæ supplicationis , ob quam paulò post obiit constat ex fide Canonicorum dictæ Cathedralis, quæ cum fuerit ex aduerso producta optimè probat producentem, *cap.cum venerabilis de except. Salyc.in l.comparationes num.*13.*C.de fid.Instrum. Aym.cons.*201.*n.*5.*Surd.cons.*251.*n.*16. Rot. *dec.*123. *n.*5. *par.*1.*recent. & fuit dictum in Nouarien.* Ecclesiæ 17.*præsentis mensis coram me.*

4. Et tamen huiusmodi impotentia residendi non erat necessario probanda,cum gratia Coadiutoriæ fuerit concessa tantummodo ob ingraue scentem ætatem, quæ benè verificatur in annis sexaginta expressis in eisdem litteris , vt notat Gonzal. *super reg.* 8. *glos.*5. §.9.*num.*84. *Barbos.in cap. pastoralis sub n.*6.*de cleric. agrot.in* 6.*Ricc.in collect.decis.par.*3.*decis.*489. *quod si conceditur*, Rot.*coram Verall.decis.*129. *per totam decis.*130. *n.*1.*&* decis.311. *par.*1.

5. Respectu verò Coadiutoris iustificatio pariter est indubitata, Nam quod ipse aliundè commodè viuere possit probatur ex Instrumento assignationis patrimonij dato in Summ. *in* 1.*iuxta glos.in cap.cum Vuinto-niensis* 25. *verb. administrant.de elect. Sand. de aliment. tit.*7.*q* 36.*n.*1.*&* 2.*Garz.de benef. part.*2.*c.*5.*n.*6.

6. Valor Canonicatus , & præbendæ expressus per non excessum in ducat. 24. computatis verò distributionibus quotidianis in ducat.150. iustificatur ex confessione Patris facta in litteris suæ prouisionis , quæ bene suffragatur ad dictum effectum ex traditis per Garz. *de benef. part.*5. *c.*3. *n.*208. Rot. *coram Buratt. decis.*300. *n.* 7. *& coram Merlino decis.*157. *n.*14. *in fine,& in recent. decis.*101. *num.*7. *par.*1. *cum aliis in Hydruntina Canonicatus* 25. *Iunij* 1649. *coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

7. Et quod idem Coadiutor obtineret Beneficium simplex in alia Ecclesia personalem residentiam non requirens,cuius fructus pariter 24. ducat. non excedunt sufficienter apparet respectu valoris ex taxa Beneficiorum facta per R.C.Apostolicam , & ex duobus Testibus formiter examinatis , Cum tamen ad dictum effectum quælibet leuis probatio videatur sufficiens Garz. *de benef.par.*6.*c.*1.*n.*167. Rot. *coram san. mem. Greg.dec.*78.*n.*4 *Caual.dec.*33.*n.*3 *Buratt.dec.*255.*n.*13. *& in rec.dec.*572.*n.*4.*par.*1.*dec.*10.*n.*5.*par.*2. *&* decis. 512.*nu.*1. *par.*3. *& fuit dictum in Placentina beneficij* 15. *Iunij* 1648. *coram me.*

8. Et quod sit Beneficium simplex non solum desumitur ex præsumptione iuris , quod omnia Beneficia reputentur simplicia Abb.*in c. colentes circa finem de stat. Monac.* Rot. *in rec.decis.*699.*n.*3.*par.*2.*cum aliis adduct.in Leodien.beneficij* 22.*Iunij* 1648.*coram* R. P. D.*meo Verospio.* Sed etiam ex pluribus Prouisionibus vti de simplici factis ad fauorem Canonicorum eiusdem Cathedralis, qui illud vna cum Canonicatu retinuerunt,& signanter,ex præsentatione, & nominatione vltimo loco emanata ad fauorem ipsius Coadiuti admissa etiam ab Ordinario, quæ beneficij qualitatem bene demonstrant Bald. *in l.si mater n.*3. *C. ne de stat. defunct.Dec.cons.*126.*n.*1 Rot. *coram Seraph.dec.*1095. *n.*3.*decis.*1103.*n.*5.*&* decis.1120.*n.*2.

9. Non obstat quod in limine fundationis huius beneficij S. Secundi iniunctum fuerit onus celebrandi Missas , & inseruiendi Ecclesiæ , quia cum illud possit adimpleri per substitutum,cessat obiectum incompatibilitatis vt dixit Rot. *decis.*155.*n.*2.*par.*4.*rec.& in Reburitatis* vt dixit Rot. *decis.*155.*n.*2.*par.*4.*rec.& in Rebil

manit Rot. *in Gadicen. Præstimonij 2. Decembris* 1648. *coram bonimem. Arguelles*; Imò quia idem Cacheranus impetrauit Canonicatum tanquam vacantem per obitum, Andreas verò per Coadiutoriam non dicitur habere parem titulum, Nam ad hunc effectum non sufficit quod titulus procedat ab eodem fonte sed debet esse eiusdem speciei vt dixit Rot. *dec.* 700. *n.* 7. *par.* 1. *rec. & dec.* 641. *n.* 1. *& per tot. par.* 4. *in Terulen. beneficij coram Litta post* Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 374. *sub n.* 21. *coram Duran. dec.* 430. *n.* 9. *&* 10. *in Vicen. parochialis* 1. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonicatus* 25. *Iunij* 1649. *coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

11. Tandem pro parte Cacherani opponebatur, gratiam coadiutoriæ non esse habendam in consideratione vti registratam post impetratas ab ipso literas, Nam ante registrationem non tribuit ius considerabile, cum sit in manu Papæ, & eius officialium illam non admittere, cassare vel lacerare, vt aduertit *Paris. de resignat. lib.* 2. *q.* 24. *n.* 7. *& lib.* 8. *q.* 7. *n.* 196. Gonzal. *ad reg. gloss.* 15. *§.* 2. *n.* 32. *&* 33. Garz. *de benef. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. Sarnen. *super reg. de iure quæsitum non tollit q.* 6. *n.* 2. *&* 9. 10. *in fine* Rot. *dec.* 91. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. repetita eâd. par. dec.* 101. *in fine, & dec.* 794. *num.* 2. *& in rec.* 68. *n.* 6. *par.* 1. Inde quia ante registrationem nullum ius considerabile tribuit, eius mentio, seu derogatio Regulæ de iure quæsito non tollen. necessaria non est vt inquit, *idem Sarnen. super d. reg. quæst.* 20 *num.* 3. *vers. quia antequam.*

12. Et licet replicetur ex aduerso supplicationem non apparere lacerata & potentiam lacerandi longè differre ab actu lacerationis ex adductis per *Natt. cons.* 504. *num.* 2. *vers. non enim* Rot. *dec.* 534. *n.* 3. *rec.* Tamen idem videtur esse quod Papa mandet supplicationem lacerari, & quod medio tempore alteri prouideat; nam prouidendo censetur implicitè declarare, quod prima gratia non debebat habere effectum suum vt benè in simili ponderat Gabr. *cons.* 180. *n.* 19. *lib.* 1. Rot. *dec.* 791. *n.* 15. *par.* 1. *diuers.*

13. Huiusmodi fundamentum, quod plenè, & concludenter ab allegante probari deberet, deducebatur ex parcita extracta ex libero registratoris, in quo supplicatio adnotata legitur de mense Martij 1650. & sic post obitum Coadiuri secutum de mense Nouembris 1649. & expeditas literas à Cacherano; sed talis probatio visa fuit Dominis non sufficere in præsenti casu, quia descriptio in libro non concludit registrationem fuisse factam de eo tempore, quo repetitur adnotata, cum huiusmodi supplicationes non soleant semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses postquam in registro secreto fuerunt registratæ, vt deponit Laurentius Officialis publicus Datariæ, & Registrator supplicationis controuersæ, qui cum fuerit ex aduerso inductus, & seru. seru. examinatus rectè probat contra inducentem Gabr. *de Testib. concl.* 1. *n.* 14. *Rom. cons.* 104. *sub numer.* 6. *Surd. dec.* 284. *num.* 18. Rot. coram Seraph. *dec.* 295. *num.* 6. *& coram* Buratt. *dec.* 553. *eod. n.* 17 *in Assisien. peruniaria coram Manzanedo penes Cinc. de Censib. dec.* 129. *n.* 2.

14. Vel saltem negari non potest quod attenta prædicta depositione probatio Cacherani remaneat turbida; Itaut non valeat retardare executionem anterioris gratiæ Apostolicæ ad fauorem Andreæ, Rot coram Burart. *dec* 805. *num.* 10. *& in Eugubina pensionis coram* Manz. *apud Post. de manut. dec.* 109. *n.* 4. *cum aliis per* Marches. *de commiss. par.* 1. *c.* *fol.* 125. *n.* 115.

15. Et simili responsione tollitur obiectum deductum ex partita libri Componendæ, nam in dicta partita concludit quidem tempus descriptionis non autem solutionis, cum possit esse quod Minister distulerit illam adnotare, quæ sola possibilitas efficit quod probatio non dicatur concludens Rot. *in Concordien. Scholastria* 13. *Nouembris* 1613. *coram Pirouano, & in rec. dec.* 413. *num.* 3. *par.* 3. Et cum vis consistat in tempore, probatio debet esse concludens etiam respectu temporis *cap. in præsentia de probat.* Rot. *dec.* 371. *n.* 3. *par.* 4. *to.* 2. *recent. in Abul. Portionis* 14. *Iunij* 1647. *coram me, & in Meleuitana Census* 13. *Febr.* 1650. *coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Et ita decisum partibus hinc indè informantibus.

DECISIO CXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celsa.

Placentina. seu Abulen. Decimarum.

Luna 16. *Maij* 1651.

§. 1. INformantes pro Decano, & Capitulo Placentino, & Parocho de Paraleda, & lit. consort. non reuocabant in dubium quod testes pro Monasterio examinati concludenter probant immemorabilem quasi possessionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, sed excipiebant eosdem testes fuisse nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium prædictum est de dominio Monasterij, & Monachorum Vallis Ecclesiæ, qui propterea non possunt ex eiusdem territorij fructibus decimas prætendere, ne detur actio, & passio in eodem subiecto contra *text. in l. Vranius. ff. de fideiuss.* Rot. *dec.* 23. *n.* 2. *par.* 12. *diuers.*

2. Verum prædictis non obstantibus adhuc dd. præstiterunt in resolutis nam nullitas examinis deducta ex eo, quod Testes fuerint examinati eorum receptore recusato cessat per comparationes ex aduerso factas coram eodem per quas censetur à dicta recusatione recessum, *c. gratum de offic. deleg.* Abb. *in c. cum speciali n.* 12. *in fine, ibique* Franch. *n.* 47. *vers. secunda esset, de appell.* Butr. *in c. ab Apostolica n.* 6. *de offic. deleg. in* 6. *Vin. com. of. in. concl.* 866. *n.* 22. *vers. sed si post recusationem.* Rot. *in Toletana iurisdictionis* 24. *Martij proxprat. vers. coram R. P. D. Otthobono.*

3. Et tamen recusatio deducta data in summ. Capituli sub *n.* 8. non erat attendenda vti facta à Ioanne Serranio de cuius speciali mandato procuræ non constat prout requiritur ad hunc effect. *ad text. in l. non solū ff. de procur.* Paris. *cons.* 31. *n.* 112. *lib.* 1. Rot. *coram San. me.* Greg. *dec.* 368. *n.* 1. *ibique* Add. *n.* 8. *& in rec. dec.* 440. *n.* 2. *par.* 2 *& dec.* 233. *eod. n. par* 5. *quæ est* Dur. *dec* 178. *n.* 1.

4. Prætensio vero quod territorium controuersum sit proprium Monasterij Vallis Ecclesiæ, & proinde non possit idem Monasterium ex eo percipere decimas visa fuit dd. non reuelare, tum quia attenta immemorabili potest allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de soluendo deciman. contra ipsos exercere possit, Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *vers. nam ista ratio. C. de seruit. & aqua. & cons.* 24. *in fin. lib.* 4. Socin. *cons.* 86. *n.* 12. *lib. eod. lib. Roland. cons.* 66. *n.* 40. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 131. *n.* 44. Peregr. *de iure fisci lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 61. *vers. item æquiualet.*

5. Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex bonis quę propriis manibus, & expensis coluntur, sed ex terris aliis locatis, & à conductoribus, & arrendatariis detentis, qui procul dubio tenentur ad decimas *gloss. in clem.* 1. *verbo excolendas de decimis, & in q.* 3. *verbo colonis. n.* 16. *q.* 1. Abb. *in c. cua nobis n.* 13. *de decim.* Socin. *cons.* 93. *n.* 2. *lib.* 3. Rot. *d. dec.* 221. *n.* 5. *par.* 2. *diuers.*

6. Vnde non applicatur regula quod actio, & passio nō possint stare in eodem subiecto quia non agitur de portione, & parte dominicali spectante ad eosdem Monachos, sed de rata, & portione diuersa pertinente ad colonos laboratores, & arrēdatarios, super qua ius decimādi

exerceri potest, vt in simili probat *text. in l. si adulta. C. de hæred. act.* & faciunt notata per Bald. *in l. si vxor. in prin. C. hon. autorit. iud. possid.* Modern. *Perusin. de censib. q. 107. in fine vers. nam actio, & passio, Io. Marar Nouar. q. foren. l. 1. q. 51. n. 3. vers. sed si agitur.*

7. Non enim est nouum quod in materia decimarum diuersimodè, iudicetur de fructibus prout spectant ad Dominum fundi Decimatorij, ac prout spectant ad conductorem, seu colonum, vt probatur *ex text. in c. dilecti de decimis, glos. in clem. 1. verbo excolendas ibique Vitalie. num. 20. & seqq. Imol. num. 13. & 14. eodem tit.* Abb. *in cap. à nobis n. 1. & seqq. & in capitua nobis n. 1. 6. & 14. de decimis*, Monet. *eod. tract. cap. 5. quæst. 1. n. 2. & 13. c. 6. q. 4. num. 39. & seqq.* Suarez *de Relig. to. 1. lib. 1. c. 19. num. 13.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. c. 27. q. 27.*

8. Prout pariter non applicatur Text. ex aduerso adducti *in capelicet iis de decimis*, quia ibi solum decidit quod exemptio à decimis concessa pro terris quæ propriis coluntur manibus non extenditur ad terras quæ aliis dantur excolendæ, & ideo coloni Partiarij, & Censuales priuilegiatorum simpliciter de non soluendo decimas tenentur decimas soluere de parte sua, *vt not.* Anch. *in eod. c. n. 3.* Abb. *n. 2.* Zabarell. *in clem. un. col. 5. vers. 22. quæro eod. tit. Canc. var. res. par. 1. cap. 23. n. 4.* Barbos. *de iur.* Eccles. *lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 19. & 39. & seq.* Rot. coram Seraph. *decis. 287. num. 2. & 3.* In præsenti autem casu non agitur de priuilegio exemptiuo à solutione decimarum, sed de iure exigendi vigore immemorabilis, quæ vt late firmatur in decis. huius causæ habet vim veri, & legitimi tituli, ac priuilegij Apostolici etiam contra habentes intentionem fundatam à iure Rota *post 2. vol. cons.* Farin. *decis. 303. n. 3. & coram* Pen. *decis. 103. eod. num. & seqq. & firmatum fuit in Conchen. decimarum de Guazcuenan. 31. Maij 1617. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, & includit meliorem titulum de mundo, Rot. *decis. 27. n. 8. part. 4. tom. 2. recent. & decis. 150. n. 4. & seqq. par. 5. & fuit dictum in Zamoren. anniuersariorum 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Melino.*

9. Et eo facilius inclinarunt DD. pro confirmatione sententiæ Rotalis contra Capitulum Placentinum, & Parochum supradictum quia tantum abest quod territorium de Alarza super quo cadit controuersia sit situm intra limites Parochiæ de Paraleda quod imò ex rationibus, & fundamentis deductis in decisionibus huius causæ RR. PP. DD. meis Bichio, & Peutingerio, appareat de contrario, itaut prætensa assistentia iuris nullo modo possit iuuare Parochum *c. ad decimas de restit. spoliat.* Rot. coram Coccin. *dec. 16. n. 1. & 2. & in recen. dec. 114. n. 2. par. 5.*

10. Non obstat, quod ex instrumento donationis factę per Ciuitatem Abulen. ad fauorem eorundem Monachorum constet de initio acquisitionis, & sic esset immemorabilis, quia instrumentum prædictum respicit dumtaxat dominium plenum territorij, non autem ius decimandi quod vti diuersum, & independens ab ipsa re, & à territorio prædicto nec comprehendebatur in dicta donatione, vt in his terminis firmauit Rot. *in Tolentana decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram R. P. D. meo Verospio*, nec poterat vllo modo comprehendi ex defectu potestatis, cum Ciuitas vti laica esset dicti iuris omnino incapax per *text. in capit. tua, & cap. dudum de decimis* Rot. *in Rauennaten. seu Ferrarien. decimarum 25. Febr. & 20. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro.*

11. Minus relevat recantatum obiectum non integræ transportationis actorum desumptũ ex eo, quod Actuarius dixerit se aliquid extraxisse de lite nam id euenit non quia omnia acta non fuerint integrè transportata, sed quia processus non fuit coram eo absolutus facto partis aduersæ quæ curauit causam in Curia committi antequam ille compleri potuerit vt firmatur in vtraque decisione huius causæ coram R. P. D. Bichio.

12. Demum quod non fuerit citatus Episcopus Abulen. cessat ex facto quia postquam ipse venit ad causam semper citatus fuit Alonsus de Salazar Procurator ab eo constitutus, vt apparet ex reuolutione processus, quæ optime probat huiusmodi affirmatiuam ex adductis per Mascard. *de probat. concl. 291. n. 1.*

13. Cætera longa serie deducta, vel non indigent responsione, vel remanent abundè sublata ex decisionibus in causa factis, ideo DD. perstiterunt in decisis partibus hinc inde informantibus.

DECISIO CXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso.

In causa Toletana Niuis.

Lunæ 13. Februarij 1651.

§. 1. RESponderunt DD. pro confirmatione decreti, seu sententiæ de Patribus: Nam quatenus concedit Fratribus, & Monasterio S. Mariæ de Atochia, vt possint recolligere, & congregare niuem, & gelu in ea quantitate, quæ est necessaria pro vsu proprio. Iustitia illius non potest controuerti, cum nix omnibus pateat, & vnicuique illam reponere licitum sit, vt inquit, *Parlador. rer. quotid. lib. 1. c. 3. §. 2. n. 14. Gutierez de gabellis p. 35. num. 54. & seqq. Lassari. de decim. vend. & permut. cap. 1. n. 30. vers. & hinc est*, & faciunt adducta per Gizzarell. *decis. 34. num. 1. & seqq.* licet loquatur ad alios effectus.

2. Nec obstat Priuilegium Regis super huiusmodi recollatione concessum Paulo Xarquies Appaltatori, eiusque successoribus priuatiuè quoad omnes per quod in specie prohibetur Ecclesiasticis, ne niuem congregare audeant, nam illud vti nullum, & inualidum ex defectu potestatis laicalis in personas Ecclesiasticas non venit attendendum *cap. quamquam de censib. c. Ecclesia S. Mariæ, ibique Dec. n. 7. Fel. n. 80. vers. non obstat de constit. Can. benè quidem 96. ist. Auth. cassa, & ibi DD. C. de sac. san. Eccl. Abb. in cap. à nobis nu. 4. & seqq. de sent. excomm. Bursatt. cons. 93. n. 10. lib. 1.* Alex. *cons. 210. n. 1. & seqq. & cons. 211. n. 3. lib. 2. Hond. cons. 3. n. 23. lib. 1. Lap. alleg. 101. n. 14. vers. sant sient. Mavant. disp. 8. & seqq. Boerius decis. 231. n. 1. & vlt.* Rot. *in rec. decis. 228. n. 8. par. 4. Romana seu Ianuen. locorum montium 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro*, & vltra plures quos adducit *Carol. de Graff. de effect. Cler. eff. 2. per tot. disponit S. Conc. Trid. sess. 25. de reform.*

3. Quatenus verò, idem Decretum prohibet Fratribus mercaturam, & venditionem, illius iustitia controuerti non potest, quia innititur dictamini rationis, & Canonicæ dispositioni prohibenti Clericis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi negociationem *cap. fin. de vit. & honest. Cleric. c. 1. & c. secundum institutum Clerici, vel Monachi can. 1. & seqq. 88. dist. Natt. cons. 530. n. 12. & seq. Menoch. cons. 12. n. 12. Redoan. de spol. q. 2. n. 34. & 86. Molin. de contr. dis. 342. n. 1.* Rot. coram Burat. *dec. 908. n. 7.*

4. Vnde cum ex prædictis Iustitia sit clara, & indubitata, & validitas resultet ex resolutione Processus, meritò responsum fuit pro confirmatione, Altera tantum Parte informante, &c.

DECISIO

DECISIO CXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Placentina. seu Abulen. Decimarum.

Lunæ 12. Decembris 1650.

§. 1. IMmemorabilis quasi possessio Patrum, & Monasterij Vallis Ecclesiæ percipiendi Decimas, & primitias in Territorio de Alarza apparet sufficienter iustificata ex pluribus testibus formiter examinatis deponentibus se per annos 40. & vltrà vidisse semper Patres exigentes præfatas decimas scientibus, & patientibus Canonicis Ecclesiæ Placentinæ, & Parocho de Paraleda, seu della Marta, & ita audiuisse à suis maioribus qui ab eorum Antenatis idem audiuerant quodque in contrarium, nihil vnquam auditum fuerit coarctando negatiuam, quod aliter esse non possit, quin ipsi sciret, & attestando de publica voce, & fama iuxta requisita *gus. in c. 1. verbo memoria de præscriptio*, *in 6.* quam sequitur *Host. in cap. quòd per nouale col. 2. vers. Nam & priuilegiatus*, ibique Cardin. *nu. 3. de verbor. signif.* Couarr. *in cap. possessor. par. 2. §. 3. n. 7. de reg. iur. in 6.* Rot. *coram* Caual. *decis. 56. num. 1. & in recent. decis. 502. eodem num. par. 4. & decision. 56. numer. 7. par. septima* & fuit dictum in *Pamphilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Otthobono.*

2. Vndè meritò responderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis; Nam illa attenta cessat assistentia Iuris, quam prætendit Parochus super decimarum exactione, esto quod bona probarentur sita intra limites suæ Parochiæ, *ad not. per gloss. in cap. in aliquibus, vers. quia Clerici decim.* Rebuff. *eodem tr. q. 13. num. 63.* Monet. *c. 5. n. 107. vers. tertia conclusio.* Marescott. *variar. resol. lib. 1. cap. 12. n. 31.* Rot. *post secundum volum. consil.* Farinac. *decis. 503. num. 3.* Cresc. *tit. de decimis decis. 1. n. 2. & seqq.* Pen. *decis. 137. num. 1. & 2.* Caual. *decis. 656. num. 10.* And. *decis. 39. num. 5.* Duran. *decision. 21. numer. septimo cum aliis adductis per* Add. *ad sanct. mem.* Gregor. *decis. 312. n. 4. vers. Item assistentia, & per* Modern. *de manuten. obser. 45. num. 22 & seq.*

3. Habet enim Immemorabilis vim veri, & tituli, vt inquit Gabr. *de præscriptio. concl. 1. n. 44.* Gozad. *consil. 8. sub nu. 37. vers. & ratio est*, Mandos. *consil. 28. num. decimo primo & consil. 36. num. decimo* Caputaq. *decis. 355. par. 2.* Et inducit præsumptionem dispensationis, & priuilegij Apostolici, ac recipit fomentum lege *glos. in cap. super quibusdam verbo non extat, de verbor. signif.* Fel. *in cap. cum nobis n. 2. post med. vers. Præterea de præscriptio. Dec. consil. 85. n. 2. vers. his tamen non obstan.* Rol. *consil. 66. n. 40. & seqq. lib. 2.* Rot. *coram* Pen. *dec. 103. n. 2.* & potest vigore illius allegari melior titulus de mundo per *text. in l. si quis diuturno ff. si seruit vindic.* Rot. *in recent. decis. 614. sub num 1. vers. & meritò par. 2. decis. 27. n. 8. par. 4. tom. 2. & dec. 150. n. 4. & seqq. par. 5.*

4. Immò vltra immemorabilem habent Patres amplissima Priuilegia Bonifacij VIII. Martini Quinti, Sixti Quarti, & aliorum Pontificum sæpius canonizata per decisiones, & sententias Rotales, in quibus conceditur Ius percipiendi præfatas decimas; Itaut de pertinentia illarum non valeat dubitari *cap. cum contingat in fine ibique glos. verbo rationabilis causa de decim. cap. dudum de priuil. Cassad. dec. 1. eod. tit. & in recen. decis. 103. n. 3. & 4. & decis. 193. a n. 1. par. 7.*

5. Nec dicatur quod Priuilegia prædicta excludant immemorabilem, quæ pro sui substantia supponit negatiuam principij. Quia id benè procederet, si initium desumeretur ex Priuilegiis; secus verò cum fundamentum fiat in immemorabili, & Priuilegia deducentur tantummodo ad corroborationem, & ad maiorem cautelam *cap. cum personæ, ibique glos. verbo munitos de præbend. in sexto*, Dec. *consil. 271. n. 19.* Rot. *in recen. decis. 27. n. 15. par. 4. tom. 2. in Constantien. Iurisdict. 16. Nouemb. 1607. coram Ortembergo in Toletana decimarum. 16. Mart. 1648. coram me, & in Bonon. Archipresbyteratus 25. eiusdem mensis & anni coram R. P. D. meo Corrado.*

6. Nam immemorabilis includit tempus infinitum, à quo licet detur quodlibet tempus finitum semper remanet infinitum, siue præscripto immemorabilis, Oldrad. *consil. 254. n. 18. & seq.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 2. cap. 6. n. 46. & 47.* Rot. coram Seraph. *dec. 1367. n. 3. & 4. coram* Pen. *dec. 141. eisdem numeris.*

7. Non obstat, quod testes deponentes de immemorabili fuerint examinati coram Iudice recusato; Nam cessat obiectum tum ex eo quod recusatio non fuit facta ante litem contestatam, nec præcessit examen, *apertissimi, C. de iudic. glos. in cap. pastoralis verbo potestate, de exceptio.* Marant. *de ord. Iudic. par. 6. verbo, & quandoque appellatur n. 26.* Couarr. *pract. quæst. c. 26. n. 2.* tum etiam quia per comparitionem ex aduerso factam coram eodem Iudice, & inductionem aliorum testium, non repetita protestatione censetur à recusatione recessum *cap. gratum de off. deleg. cap. sollicitudinem. de appell.* Rot. *diuers. decis. 563. nu. 3. & 4. par. & coram* Seraph. *dec. 971. n. 2. & dec. 1057. n. 1. & seq. & in Tridentina decimarum 21. Iunij 1610. coram Sacrato penes* Marches. *de comm. tom. 2. fol. 387. n. 1.*

8. E contra verò non obstant testes pro Capitulo, & Parocho examinati; Quia quoad primum, & secundum examen nullitas est defectu citationis ad viden. illos iurare *c. 2. ibique DD. de testib.* Caputaq. *dec. 274. n. 3. par. 3. sanct. mem.* Greg. *dec. 268. n. 2. & in rec. dec. 254. num. 20. par. 7.*

9. Vltimum autem factum fuit in loco Peraldæ qui nec in citationibus, nec in prætensis notificationibus legitur vllo modo expressus, vt proun necessarium erat ad hoc vt citati potuissent assistere examini And. *decis. 41. n. 5. Comitul. decis. 108. n. 11.* Buratt. *dec. 506. n. 3. & in recen. decis. 686. n. 2. in fin. par. 1. & dec. 655. n. 3. par. 2.*

Cætera benè tolluntur per decisiones in causa factas, ex quibus concluſum fuit pro confessione sententiæ Rotalis, altera tantum parte informante, &c.

DECISIO CXIV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Terraconen.

In causa Meleuitana nullitatis Professionis.

Lunæ 13. Ianuarij 1653.

§. 1. QVamuis Rota sub die 10. Decembris 1649. existimauerit Professionem emissam per Marchionem Petrum Corsinum in Religione Hierosolymitana validam fuisse non obstante defectu integri anni nouitiatus ac omissione ornatus cinguli militaris ex quibus solùmodo inualiditatem prædictæ professionis resultare prætendebatur ex adductis in ipsa decisione. Attamen re proposita super eisdem pluries causa vtraque parte accerrimè informante ob varias probationes per prædictum Petrum postea factas ab huiusmodi resolutione hodie Domini recedendum esse resoluerunt.

2. Nam ex prædictis probationibus clarè elicitur huiusmodi professionem fuisse per vim, & metum extortã, dum Testes examinati optimè concludunt, quod

dictus Petrus toto tempore, quo in conuentu commoratus fuit ad effectum annum probationis peragendi semper publicè, & palam dixit, & declarauit in prædicto Conuentu dumtaxat commorari ad hoc vt bon. mem. Corsino eius Patruo ita mandanti satisfaceret, & obtemperaret, non autem ad effectum suscipiendi habitum regularem, ac professionem in Religione emittendi. Hocque actibus positiuis comprobauit, dum bis è Conuentu nulla emissa professione discessit omnibus propalando se nolle esse Religiosum, & hac de causa omnia mobilia quæ ad proprium vsum ibidem detinebat, vendidit, protestando se nunquam ad Conuentum redditurum ex auersione quam erga Religionem habebat, quinimo ad professionem ipsam non sponte deuenit, sed coactè, & cum lacrimis, attento quod eius Patruus ita iussit, & voluit, vel deponunt prædicti Testes examinati eius *Summ. num. 3. & seqq.* Qui vlterius dicunt, quod post professionem dictus Petrus in eodem animo permansit dum omnibus publicè propalauit huiusmodi professionem fuisse per vim, & metum ab ipso exortam, itaut nullo modo sustineri possit, cum ipse nunquam habuerit animum emittendi professionem, & ob id gratias Deo reddidit audito, quod Religio eius Professionem acceptare noluit. Ex his enim cum appareat Petrum tam ac in ipso actu, quam post Professionem habuisse auersionem à Religione, vt desumitur ex supradictis facti circumstantiis, ex quibus resultare claram metus probationem aduertit Rota *decision. 779. per tot. par. tertia recent. & in Messanen. nullitatis Professionis* 23. *Martij, &* 20. *Nouembris* 1642. *coram Reueren. D. meo Peutinger*, dicendum est professionem non sponte factam, sed coactè per vim, & metum à Patruo eidem incussum nullo modo validam esse, cum nullum bonum sit, nisi voluntarium *per glos. in cap. præsens Clericus 22. quæst. 3.* & in terminis pluries respondit Rota *coram* Greg. *dec. 326. per tot. ac coram R. P. D. meo Peutinger. in dicta Messanen. nullitatis Professionis, & in Vlixbonen. pariter nullitatis Professionis* 16. *Iunij eodem anno coram Reuerendissimo Salamantino, ac* 29. *Ianuarij, &* 10. *Decembris* 1646. *coram bon. mem. Arguelles.*

3. Vlterius ponderabant DD. ad comprobandum huiusmodi metum, quod Petrus, qui spatio 33. mensium quo in Conuentu permansit semper constanter dixerit nolle professionem emittere, Imo ab illo discesserit deliberato animo non profitendi, reuersus postea ad Patru[illegible], illico nulla extrinseca compellente causa ad professionem deuenit. Vnde est prorsus inuerisimile, quod sponte, non autem coactè hunc actum fecisset, quam in veri similitudinem pro metu præsumendo aliàs admisit Rota coram Gregorio *dicta decis. 326. num. 6. vers. & multum in eo valet argumentum ac decis. 643. numer. 19. in fin. vers. Ad metus autem probationem par. 1. recent. & decis. 86. num. 16. & sequen. coram Buratto, & in dicta Vlixbonen. nullitatis Professionis 29. Ianuarij* 1646. §. *decimo, addebat vnus ex Dominis.* Et quod adimit omnem difficultatem circa vis, & metus probationem est epistola conscripta ab eodem Patruo, huiusmodi coactionem factam Petro fassus fuit, ibi, *con questa controuersia si venne a me, la quale io accommodai con la promessa fattami dal Marchese d'acceptar la ratificatione; e con il forzare Fr. Pietro à far la professione*, & infra, *Et io in conscienza sarò obligato ad aiutarlo come Authore che contro sua voglia habita presa la Croce, e fatta la Professione.* Ex quibus certis clarè desumitur professionem fuisse coactiuam, & consensum metu extortum à Petro; Vnde nefas est dubitari, quin metus sit sufficienter probatus vt firmant *Monald. cons. quinto num. 8. libro secundo*, Barbos. *in suis vot. decis. vot. 16. numer. 55.* quibus stantibus non videtur discutienda causa ipsius metus, & an fuerit cadens in constantem virum; cum hæc discussio sit admittenda quando ex facto non resultat metus probatio Abb. *in cap. nonne 5. n. 1. post med. vers. non obstat text. & ibi* Felin. *num. 22. vers. sed intelligitur de præsumpt. cuius dictum sequuntur Mæsil. sin. num. 47. numer. 2. Monald. dicto cons. 5. numer. 45. & 46. libro secundo* Barbos. *vot. 1. num. 40. lib. 1.* & merito quia metus nil aliud est, quam mentis trepidatio præsentis, vel futuri mali *ad text. in l. 1. ff. de eo quod met. caus. & glos. in cap. vnico verb. vis, eodem tit.* Ex quo sufficit quod de his adsit iusta suspicio, *vt notante in l. fin. numer. secundo C. de lur. deliber.* cum aliis relatis per Gregor. *decis. 374. numer. decimo septimo &* 18. sola enim timoris suspicio in animo impressa metum inducit, & liberum consensum tollit *Dec. cons. 499. n. 10.* Bald. *cons. 165. num. 6.* & Mascard. *de probat. concl. 1555. num. 17.* Sanch. *de matrimon. lib. 4. disp. 1. n. 17.*

4. Nec dicatur quod ad inualidandam promissionem requiritur metus cadens in constantem virum, de quo *per glos. in cap. si quandoque 15. quæst. 6. in verb. per metum, & l. continet. & l. nec timorem ff. de eo quod met. caus.* Nam vltra deducta in §. præcedenti ad hunc effectum sat est metus reuerentialis, quem Petrus erga Patruum habebat etiam absque minis propter libertatem ad hunc actum requisitam *ad glos. in cap. præsen. 20. quæst. 13. in verb. Patrem in fin. & firmat. Elig. Bas. in suo tract. flor. tot. theolog. in verb. metus num. 3.* Rodriquez *quæst. regul. tom. 3. quæst. 17. art. 18.* Ciarlin. *controu. lib. 1. cap. 108. num. 27. ac de metu reuerentiali Pædagogiam officio functi in puero 15. annorum tradit* Barbos. *dicto lib. 1. vot. 1. num. 41. cum seqq. cum aliis per* Rot. *coram Merlin. decis. 490. num. 2. & 3. ac in dicta Vlixbonen. nullitatis Professionis* 10. *Decembris* 1646. §. *& quicquid sit, ac in dicta Burgen. nullitatis Professionis* 16. *Aprilis* 1649. §. *quæ omnia coram bon. mem. Arguelles.*

5. Nec hæsitandum est quin in Petro adesset metus reuerentialis erga Patruum. Tum quia certum est in Nepote semper cadere dictum metum reuerentialem vt firmant *Anchar. cons. 339. numero primo Crau. cons. 976. numer. decimo sexto* Menoch. *cons. primo, numer. 492.* Gutier. *cons. decimo sexto, numer. decimo septimo* Sanchez *dicto libro quarto, disputat. sexta numer. 34.* Grass. *de exceptionib. except. vndecima, numer. 35.* Pas. *de iur. patr. pot. par. tertia capite secundo, numer. 37. in fin. cum aliis adductis per* Rotam *decis. 315. numer. quinto, parte quinta, recent.* Tum etiam quia de hoc concludenter deponunt Testes examinati, qui dicunt prædictum Petrum fuisse semper obsequentissimum, prout exitus comprobauit dum obtemperando duntaxat Patruo professionem emisit, attenta præsertim qualitate personæ ipsius Patrui, non solum respectu seueræ naturæ, sed etiam respectu eius auctoritatis, & virtutis, quibus si morte præuentus non fuisset ad maiores honores, & dignitates adscriptus esset, quæ qualitas personæ iuncta cum metu reuerentiali efficaciorem reddere timoris probationem animaduertit Rota coram Gregor. *dec. 384. n. 16. Dec. in cap. quæsitum num. 30. de offic. deleg. Abbas in c. cum virum 12. n. 8. vers. ad idem de regular.*

6. Vltra quod ex abundanti in præsenti metum adfuisse cadentem in constantem virum satis patet ex eo, quia Patruus Petro comminatus fuit eius perpetuam indignationem, si professionem non emitteret, vt deponunt Testes, ibi. *E più volte e minacciò di voler esse obedito altrimente facesse pensiero di non hauer mai bene e di non se gli appartenere cosa alcuna, e sarebbe sempre stato in sua disgratia, &c.* Ex quibus minis licet dici nequeat fuisse inductum metum cadentem in constantem virum, nihilominus hoc procedit quando comminata indignatio, & miseria non diu permanenda

erat

erat,sed aderat spes futuræ reconciliationis ; secus autem est , si minatus verè timeret diuturnam fore indignationem ac semper se habiturum Patruum indignatum , prout in casu nostro deponunt testes , quo casu consideratur metus cadens in constantem virum,vt distinguendo explicat Sanchez *dicto lib.4.disputat.6.numer.14. & sequitur Diana resolut. moral. par.3. tractat. 4. resol. 20. vers. sed aliqui* Peyr. *in tract. de matrim. lib.4. cap. 5. num.6. & sequen.* vbi conciliantur contrariæ opiniones , Quinimo ad hunc effectum persuasiones,& importunas instantias cum metu reuerentiali coniuncto prouenientes ab eo quem reueremur satis esse probant Sanchez *dicto lib. 4. disp. 7. num sexto* Cabrer. *de met. libro secundo , cap. 20. num.15.* Barbos. *lib.2. vot. 16. num.30.* Couarr. *de Sponsal. par.2. cap.3. §.6. in fin. cum aliis* per Rot. *decis.105. num.3. par.3. recent.* Gregor. *dicta decis. 326. num. 13. & in dicta Vlixbonen.nullitatis professionis 29.Ianuarij 1646. §. 4. concurrunt :* Vnde quando supradicta de per se non sufficerent ad probandum metum simul tamen iniuncta efficere plenam probationem in terminis firmauit Rot. *in dicta Vlixbonen. 10. Decemb. 1646. sub §. ex quibus satis apparet vers. præsertim quia*;prædictis enim concurrentibus nec minæ desiderantur Garz. *de nobil.glos.17.n.18.* Ciarlin. *contr. 108.num.4.* & multo minus sunt necessariæ cum requisitis cumulatis à Sanch. *de matrim.lib.4. disp.1.n.10.* quæ tunc debent concurrere quando solæ minæ dederunt causam timori Greg. *dec.374.n.14* Ruin. *cons.121.n.9.lib.4.* Barbos. *lib.2.vot.16.n 44.& 58.*

7. Nec obstant,quod aliqui testes dicunt quod dictus Petrus post emissam Professionem cum Patruo associatus hilari vultu accessit non solum ad Oratorem Religionis, sed ad alios Equites eisdem notificando prædictum actum ab ipso sponte gestum.Quia hoc euenit in præsentia Patrui, qui metum impellebat ; Vndè huiusmodi actus vt meticulosus etiam præsumendus sit stante eadem causa metus *cap.1. cum gloss. in verb post modum de his qui mer.caus. Paris. consil.139.num.23. vol.4.* Mantic. *dec.112.n.13.versic.Item his testibus,ac dec.315. num.9. part.5. recent. & part. septima decis. 172. num. 43. cum aliis adductis in dicta Messanen. nullitatis 24. Nouembris* 1642. *§. fin. coram* R. P. D. *meo Peutingero.* Vltra quod pluries creditur duobus Testibus deponentibus super metu , quam mille super spontanea voluntate *Innoc. in cap. super hoc num. secundo de remunc.* Menoch. *de præsump. libro tertio præsumpt. 126. num.31.* Sanchez *dicto libro quarto , disp. 27. numer. 1.* Seraphin. *decision.851. num.7.* Greg. *dicta decis. 326. num.27.cum aliis in dicta Vlixbonen.nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646.Nec visæ fuerunt coram bon.mem. Arguelles.*

8.Nec pariter obstant literæ Patruo,& fratri ab eodē Petro conscriptæ , ex quibus resultare prætenditur , & voluntarium initium,&quod eius dissensus à Religione oriebatur solummodo ex interesse bursali , quod inter fratres vigebat , non autem ex auersione à Religione. Voluntarium enim initium non probant literæ conscriptæ anno 1635. & 1636. cum nihil concludant, dubiæ sint , & licet in prima facie præseferant aliqualem assensum , concludunt tamen dissensum ; Interesse autem bursale excluditur ex ipsius expressa declaratione dum publicè , & palam dicebat se nolle esse Religiosum,quamuis in Conuentu permaneret non ex causa bursali , sed ex auersione quam erga Religionem habeat, vt concludenter deponunt prædicti Testes. Et licet in prædictis literis de huiusmodi interesse aliqua habeatur mentio , hoc tamen Petrus præbebat Patruo, pro causa vt in longum protraheret coactam , & optatam ab eo professionem , hocque magis iustificatur aduertendo , quod in eisdem literis ipse nunquam se restrinxit ad specificum interesse , sed semper variando varias difficultates excitabat , ad hoc vt magis differret prædictam professionem , quocirca ex his non solum excluditur metus probatus , quinimo ille magis concluditur , dum declarationes spontaneæ emissæ coram eo , qui metum incutit potius metum geminant , quam eneruant , vt firmant Alexand. *cons. 99. num.8. lib.tertio Rbin. cons.132. n.4. l. 4.* Euerard. *con.19.n.17. & seqq. cum aliis* per Barbos. *dicto vot.1. n.104.lib.1.*

9. Præterea dixerunt Domini professionem esse nullam ex defectu legitimi nouitiatus, quia Petrus secunda vice discessit è Conuentu animo deliberato non profitendi , vt deponunt Testes dicto Summario *numer. 6.* Quo stante licet annus probationis fuisset iam legitimè perfectus , tenebatur tamen pro validitate professionis nouum annum peragere , vt declarat Suarez de Relig. *tom.3. lib.3. cap.14 num.10. & sequen. Peyer.de regul.lib.1.tom.2. de Prælat. quæst.3. cap. 1. §.2. n.99 & 100.*& admittitur in præterita decisione *sub dicto §.1.vers.non autem animo dimittendi habitum* ea ratione , quia si annus Nouitiatus inductus fuit ad hoc, vt Nouitius probet onera Religionis , ac Religio vitam & mores nouitis , vtique dum ipse discedit animo deliberato non profitendi præsumendum est nolle subire Religionis onera , ideo si mutato proposito professionem emittere velit,eget noua probatione,vt ratiocinatur Lap. *alleg.46. num.3. in fine, &* per Rot. *in d. Burgen. nullitatis Professionis 16.Aprilis 1649.in princ. coram Arguelles.*

10. Quod si conclusio superius firmata est verissima quando in actu professionis potest in Nouitio considerari mutatio propositi , & voluntas omnino spontanea , à fortiori procedit in casu nostro in quo euidentior apparuit auersio animi , & libertatem non profitendi.

11.Itaque etiam Professio vti facta non præcedente legitimo anno probationis nullius est momenti,vt sancitum est *in Sacro Concilio Tridentino sess.25. c.15. de Regular.* eo magis quia in præsenti,ex supra adductis meticulosa apparet ex dispositione *eiusdem Sacri Concilij dicta sess. 25. cap. 19. cum aliis relatis ibidem* per Barbos.*n.4.& 34.ac* per Rot. *in dicta Vlixbonen.nullitatis Professionis 10.Decemb.* 1646 *§.Quo metu dato coram bon.memoria Arguelles.*

12.His itaque positis alia insurgit nullitas prædictæ professionis tanquam factæ vigore breuis Apostolici, quod fuit subreptitiè obtentum , nam emanauit cum narratiua quod annus probationis fuerit legitimè in Conuentu completus , & tamen ex supra adductis apparet hoc non iustificari. Vndè cum fuerit falsa expressio circa ea , quæ difficiliorum reddere poterant gratiam , non est debitum intrare subreptionis vitium Seraphin. *decis. 508. num.9. ac decis.94.num.6. par.7. rec.* Ideo vti subreptitium nullum tribuit ius exequutori , nec supplicanti , imò caret omni effectu. Caputaq. *dec.39.part.2.Penia decis.522.n.3.*sicque tripliciter inualida prædicta professio remansit , nempè vti per metum exorta,ac nullo præcedenti legitimo probationis anno,necnon vti facta vigore Breuis subreptiti, vt supra firmatum fuit.

13. Actus vero adducti ad comprobandum quod dicta professio saltem fuisset tacitè ratificata non fuerunt habiti in consideratione ad effectum inducendi prædictam tacitam ratificationem ; Tum quia in hoc casu obstat regula , vt non possit ratificari , quod ab initio de iure non subsistit *ad text. in cap. confirmatur 16. de regul. iur. in sexto* & latè firmatum fuit *in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 16. Iunij 1642. coram Reuerendissimo Salamantino.* Tum etiam quia in præsenti adest defectus Nouitiatus , qui cum expressam annullet multo magis tacitam irritare debet ex ponderatis per Sanchez *de matrim. lib.7.disp.39. n 34. &* in

terminis Suarez *de Relig. tom.3. lib.7. cap.1.n.8.* Nauarr. *lib.3. dicto consil.26. num.19.& sequent.de Regul.* Tum pariter quia admisso etiam sine veri præiudicio, quod Petrus habitum gestauerit, aliosque actus solis professis conuenientibus fecerit spatio longissimi temporis prætermisso quod aliqui gesti fuerunt durante eadem causa metus, dum adhuc viuebat Patruus, ideo vti meticulosi non sunt habendi in consideratione ex supra allegatis. Ex his nulla tamen inducta fuit sufficiens ratificatio, nisi Petrus sciebat ex illis resultare tacitam ratificationem, & insimul opus est, quod gesta fint cum animo ratificandi, quod in casu nostro desideratur, vt tenent Sanchez *dicta disp.37. num.9.* Caiet. *in 22.quæst.189.art.5.* Nauarr. *dicto consil. 26. numer.18.& consil.28. numer.7. de Regul. & Comment.4. num.74. vers. Quoniam autem tria eodem tit. ac in manuali cap.12. num.17.* Gratian. *discept. 440. numer. 2. cum aliis latè deductis in dicta Vlixbonen. 10. Decembris 1646. §. nulla adest quidem ratificatio.* Tum denique quia ad inducendam prædictam ratificationem concurrere debebat etiam consensus Religionis cum ipsa in præsenti de casu emissam professionem ante prætensam ratificationem reiecit, tunc enim non potest Nouitius professionem ab initio nullam ratificare sine nouo consensu Superioris, vt conciliando contrarias opiniones firmant Surd. *consil 364.n.47.cum seqq.* Less. *de Iust.& Iur.lib.2.cap.41.dub.6.sub n.66.in fin. versic. Aduerte tamen,* & latè comprobatum fuit in mox allegata *Vlixbonen.nullitatis professionis sub § quibus addebatur.*

14. Vltra quod omnes actus adducti vti æquiuoci, & non concludentes nullius sunt momenti, dum habemus expressum Petri dissensum, qui facit cessare tacitum consensum ab eis aliquo modo resultantem ex adductis per *adden.ad Greg.dec.385.n.6.post med. vers. Excluditur autem & dec.705.n.3.part.2.recent.ac dec.60.n.14. & seqq.* post Viuian. *de iure patr.cum aliis in terminis deductis in d.Vlixbonen. nullitatis professionis 16. Iunij 1642 §. Nec dicta coră Reuerend.Salamătino,& 10 Decĕb. 1646.§.cũ ergo præsumptio coră bon.mem. Arguelles.*

15. Nec aliqua vis fieri potest super petitione scutorum 10000. facta per Petrum, super qua totum consistebat fundamentum partis, dum in ea asseritur ipsum fecisse solemnem professionem. Quia prætermisso quod dicta assertio professionis intelligi potest de facto, non autem de iure Rota *in Romana, seu Velit erna afflictus 15. Martij 1652.§.memoriale coram R.P.D.meo Bichio,* dicta petitio emanauit à quodam Procuratore carente mandato procuræ, ideo nullo modo potuit Petro præiudicare Castr. *in l.non solum n.2.ff. de Procur.* Gregor. *dec.407.n.3 cum aliis latè relatis in dec.659.n.5.coram Merlino,* præsertim quia huiusmodi summa soluenda non erat post emissam professionem, sed quotiescumque Petro obtulerit occasio alicuius muneris honorifici, tam in Religione, quam extra. Vnde dum facta fuit dumtaxat ad consequendum commodum prædictarum pecuniarum nullo pacto importare potest ratificationem professionis, vt tenuit Rota *in dicta Messanen.nullitatis Professionis 23. Maij 1642 coram R.P.D.meo Peutingero §. pariter non obstare dixerunt, & in dicta Vlixbonen. 10.Decembr.1646.§.maximè cum non sit probata.* Et in omnem casum semper obstant conclusiones contra tacitam supra adductæ, & præsertim regula, vt non possit ratificari, quod de iure ab initio non subsistit *ad d.text. in c.confirmatur de reg iur.in 6.cum aliis in dicta Vlixbonen.11.Iunij 1642.coram Reuerendiss.Salamantino.*

16. Demum non obstat conclusio, quod in dubio facienda est interpretatio, itavt professio sustineatur. Quia illa procedit quando dubitatus de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, provt in præsenti, quo tiante semper facienda est interpretatio pro libertate personæ, Rebuff. *consil.78.col. vlt. vers. Nec me conturbat, Deus autem voluntarios sibi eligit milites cap.non est 1.q.5.acta vero seruitia contemnit c.iam verò 23.q.6.&* aduertit Rota *in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 29.Ianuarij 1646.fine.*

Et ita, &c. Vtraque, &c.

DECISIO CXV.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Albergato.

In causa Trullen. Matrimonij.

Mercurij 15. Ianuarij 1653.

§.1. SVmmorum Pontificum monitis, & aliorum Principum suasionibus indulgens bon. mem. Henricus II. Lotharingiæ, & Barri Dux Sereniſſimam D. Nicoleam filiam primogenitam, Ludouico Guisio sponsam, ad tollenda dissidia, quæ inde ex futura Ducatuum successione excitari poterant, nuptui tradere promisit Sereniſſimo D. Duci Carolo Francisci Principis Vallemontani sui fratris filio primogenito, & Dotali desuper confecto instrumento vices Patrohi gerente Patre Dominico Ordinis Discalceatorum vito eximiæ pietatis, de mandato fel.record. Pauli V. & Greg. XV. in illis partibus ad hunc effectum degente, fuit inter eosdem adstantibus Sereniſſimis vtriusque Parentibus, multisque Principibus sanguine coniunctis, cum nobiliori Procerum caterua contractum die 22. Maij 1621. per verba de præsenti matrimonium, quod hilari Ciuium, populique plausu exceptum, in festo Sanctiſſimæ Trinitatis proximo, præuia dispositione Apostolica repetitum, ac denuo in Capella Ducali à Reuerendiſſimo Episcopo Trullen. solemnizatum fuit; & licet illud per subsequutam quoque copulam consummatum, ex individua vitæ consuetudine vsque ad nouiſſima Lotharingiæ bella, ac postmodum ex litteris, aliisque actibus maritalem affectum redolentibus videretur à Domino Duce Carolo comprobatum, ipse tamen de anno 1646. varias causas deducendo, & præcipuè metum sibi à Patre incussum dedit de nullitate matrimonij, & eius validitatem tuente D Ducissa Nicolea; ad probandum incumbentia, fuerunt vigore remissoriæ vtrique ab hoc sacro Tribunali concessæ, hinc inde plures examinati testes, quorum depositionibus hodie diligenter excussis, & maturè consideratis, Domini vnanimiter censuerunt constare de validitate matrimonij, quandoquidem seruata forma tam in dispensatione Apostolica, quam in Sacro Concilio Tridentino prescripta *sess.24.c.1.de reform.* apparet celebratum, ac initum mutuo amborum coniugum interueniente consensu, ex quo proinde validum censeri debet, ad *text.in c.sufficiat 27.q.2.c.sinter virum c.cum apud c.tuæ de sponsalibus, c. licet de sponsa duorum* Sanch. *de matr.lib.1.disp.18.n.2.* Rot. *coram Buratio dec.713.dec.893.per tot.& dec.197 part.4.dec.130. n.15. par.6. rec.* Matrimonium enim à consensu in totum dependet, ab eoque seu verbis, vel signis exterioribus expresso formam recipit. D. Thom. *in 4. sent. diss. 26.q.2.art.1.& ex eo notat* Suar. *ad 3.part.tom.3.de Sacram.disp.2.sect.1.* Paludan. *in 4. distinct.1.q.4.* Card. Bellarm. *de Sacram.matr.lib.1.controu.2. cap.6.* Castro Pal. *oper. moral. part.5. disp.2. punct.3.n.2.* Rot. *decis. 124.n.1.& 2.part.7. rec. & in Neapolitana matrimonij 1.Iunij 1650.in princ.coram Reuerendiss.D. meo Tarra-conen.confirmata 13. Maij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

2. Nec vrget quod omissis solitis denũciationibus fuerit contractum, ne in libro Parochi legatur descriptum, quia ad vtrumque facilis patet responsio; Denunciationes enim in indulto dispensationis expresse remittuntur; & cum non sint de substantia, sed ad bene esse, cantur; & cum non sint de substantia, sed ad bene esse, catum defectus matrimonium non irritat, vt saepius cen-

suit

fuit Sac. Conc. Congregatio, & tradunt Hond. *conſ.* 2. *n.* 23. *lib.* 2. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 5. *nu.* 3. Gratian. *diſcept.* 83. *n.* 7. Nauarr. *in manual. c.* 22. *ſub n.* 70. Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. allegat.* 32. *n.* 1. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 1099. *n.* 4. *coram Caual. dec.* 444. *n.* 3. *coram Buratto dec.* 530. *n.* 15. *in recent. dec.* 71. *n.* 11. *part.* 1. *dec.* 390. *n.* 5. *part.* 2. *dec.* 430. *n.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 493. *num.* 16. *part.* 5. *dec.* 273. *n.* 31. *part.* 6. *in Valentino illegitimitatis* 16. *Martij* 1612. *coram Sanctiſſ. D.N. Innocentio X. & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis* 12. *Maij* 1645. *&. nec quicquam coram Reuerendiſſ. Terracinen.* provt nec omiſſa illius adnotatio quicquã facit, nam licèt ob huiuſmodi incuriam Parochus incurrat culpam lethalem Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 15. *nu.* 22. Barboſ. *de off. & poteſt. Paroch. cap.* 7. *n.* 8. *& de offic. & poteſt. Epiſc. d. alleg.* 32. *n.* 174. non tamen exinde aliquot partibus reſultat præiudicium, quæ non prohibentur aliis documentis matrimonium iuſtificare Grat. *diſcept.* 653. *n.* 63. *& fuit dictum in Reatina Caſtrorum* 3. *Iulij* 1651. §. *Nec refragantur coram Reuer. D. meo Decano*, vel teſtium depoſitionibus, vt hìc, illud probare *c. ſuper eo il* 2. *vbi* Abb. *de teſtib.* Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 41. *& firmat* Dec. *conſ.* 163. Socc. Iun. *conſ.* 31. *n.* 5. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 93. *n.* 4. *vol.* 3. Rot. *dec.* 26. *per totam part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 772. *n.* 1. *part.* 2. *recent. coram Verall. deciſ.* 205. *part.* 2. *coram Seraph. deciſ.* 1099. *n.* 2. *coram Buratt. dec.* 143. *n.* 1. *dec.* 530. *in princ. cum aliis in dicta Neapolitana matrimonij* 13. *Maij* 1651. *coram Eminentiſſ. Dom. Card. Corrado, & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis* 5. *Iunij eiuſdem anni coram Eminentiſſ. D. Card. Orthobono.*

3. Minus officit, quod matrimonij ſolemnia non à proprio Parocho, ſed à Domino Epiſcopo Trullen. peracta fuerint, quia illius præſentia, de qua deponunt plures teſtes, omnem (ſi quis adeſſet) ſupplet defectum, etiamſi foret caſualis, & fortuita Giouagn. *conſ.* 59. *n.* 11. *lib.* . Boſſ. *de matrimon. cap.* 3. *num.* 6. Guttier. *eodem tract. cap.* 69. *num.* 10. Sanch. *vbi ſupra d. lib.* 3. *diſputat.* 39. *num.* 11. Bonac. *de Sacram. matrimon. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 18. Ceual. *comm. controu. quæſt.* 604. *numer.* 66. Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. part.* 2. *cap.* 21. *numer.* 50. *de offic. & poteſt. Epiſcop. dict. allegat.* 32. *num.* 88. Rot. *coram Seraph. dict. deciſ.* 1099. *ſub num.* 5. *coram Buratto deciſ.* 713. *numer.* 10. *deciſ.* 124. *num.* 17. *part.* 7. *recent. & in Vlixbonen. matrimonij* 16. *Nouembris* 1622. *coram bon. memor. Patriarcha Manzanedo*, Ceſſatque difficultas, quia ordinarius vti Parochus Parochorum, quemadmodum animaduertit deciſio ſuper remiſſoria edita 16. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. Terracinen. ritè potuit huiuſmodi munus obire iuxta diſpoſitionem Sac. Concilij Tridenti *dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat.* Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 28. *num* 1. Ponc. *eod. tractat. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 5. Boſſ. *vbi ſupra cap.* 4. §. 18. *num.* 49. Layman. *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *verſ. adde* 3. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 15. §. 10. *num* 2. Barboſ. *eodem tractat. dict. allegat.* 32. *num.* 117. *& de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 89. Eſto quod Capella Ducalis ab eius iuriſdictione dicatur exempta, exemptio enim, vt patet ex lectura, Præpoſitos, Canonicos, & bona eiuſdem Eccleſiæ dumtaxat reſpicit, non autem comprehendit curam animarum, nec Populum ſub ea degentem, ad *text. in cap. cum Capella verſ. quocirca de priuil.* Lap. *allegat.* 139. *numer.* 13. Tambur. *de iur. Abb. diſputat.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 54. Coxier. *de iuriſdict. in exempt. part.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 4. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 112. *cum ſeqq.* & *ſignanter nu.* 118. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 1058. *num* 6. *coram Penia deciſ.* 462. *n.* 13. *in recent. deciſ.* 324. *num.* 6. *part.* 1. *& in Roſſanen. exemptionis* 7. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiſſimo Salamantino*, & illa etiam de iure communi liberat tantum à lege Diœceſana, quæ conſiſtit in recipiendo Cathedratico, decimis, & ſimilibus, non autem à lege iuriſdictionis circa ſubminiſtrationem Sacramentorum verſantis, Cochier. *vbi ſupra part.* 1. *qu.* 16. *n.* 1. *& p.* 2. *q.* 45. *n.* 17. Bellincin. *de Charit. ſubſid. q.* 18. *&* 19. quæ propterea in ſubditos extra propriam quoque Diœceſim exercere poteſt, Bonac. *de Sacrament. matrimon. dict. q.* 2. *punct* 8. *num.* 13. *&* 14. Coninch *eodem tractat. diſp* 27. *num.* 22. Sanc. *d. lib.* 3. *diſp.* 19. *nu.* 19. *cum aliis congeſtis* per Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. citata allegat.* 32. *n.* 95. *de offic. & poteſt. Parochi part.* 2. *cap.* 21. *n.* 18.

4. His ita conſtitutis, & validitatem matrimonij præſe ferentibus, non obſtat metus ad illud infringendum inductus, quia non probatur ex teſtibus ad inſtantiam D. Ducis Caroli examinatis; nam ferè omnes ſunt eius domeſtici, famuli, vel ipſius Caſtris merentes ad *text. in c. ex litteris de teſtib. lib.* 2. *C. eodem* Alex. *conſ.* 150. *n.* 14. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 29. *nu.* 5. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 714. *n.* 25. Farin. *de teſtib. quæſt.* 55. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot. *coram Buratto deciſ.* 553. *num.* 7. *coram Duran. deciſ.* 148. *n.* 5. *in re. ent. deciſ.* 156. *num.* 8. *part.* 6. *& in Regien. Iuriſpatronatus* 8. *Martij* 1639. *coram bon. mem. Cardinali Panzirolo*, aliqui non fuerunt inducti in Curia, & ſic contra formam in literis remiſſorialibus præſcriptam *c. ſtatutum* §. *in nullo quoque, vbi DD. de reſcript. in* 6. Rot. *deciſ.* 466. *num* 1. *deciſ.* 655. *n.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 156. *num.* 6. *part.* 6. *recent.* alij cum extra locum in eis præſtitum fuerint recepti, nullìter dicuntur examinati, vt firmant relati per Modern. *de manut. obſeruat.* 94. *num.* 28. *verſ. provt nec teſtes* Rot. *dec.* 30. *de reſcript. in nou. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 518. *num.* 10. *coram Canaler. deciſ.* 410 *num.* 5. & conſequenter metum articulatum non probant, Rot. *coram Man. deciſ.* 142. *nnm.* 4. *verſ. ſed non modo coram Coccino deciſ.* 119. *in princip. & deciſ.* 430. *num.* 58. *deciſ.* 516. *nu.* 16. *part.* 5. Eoque minus quia ſunt de auditu *c. licet ex quadam c. iam literis, de teſtibus* Bald. *conſ.* 406. *ſub num.* 1. *vol.* 4. Aym. *conſ.* 112. *num.* 13. Verall. *deciſ.* 264. *num.* 8 *part.* 3. *cum congeſtis in Bononien. ſeparationis thori* 10. *Iunij* 1630. §. *at ab informantibus coram Reuerend. P.D. meo Bichio, & in Tridentina matrimonij* 11. *Martij eiuſdem anni* §. *quæ vero coram me*, nec ſpecificè qualitates, & circumſtantias metus aſſignant, vt neceſſarium eſt, omnes enim (primo excepto, plures, vt infra patiente exceptiones) deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi, ſeu iuſſu Fatris fuiſſe ad matrimonium impulſum, quæ generica probatio non ſuffragatur *l.* 2. *&* 3. *l. ad inuidiam* 6. vbi Bart. *& l. ſequenti l. metum* 9. *C. de eo quod met. cauſ. l. timorem* 7. *ff. eod. l. interpoſitas* 15. *C. de tranſact.* Alex. *in l. ſi cum dotem* 22. §. *eo autem tempore num.* 11. *ff. ſoluto matrimonio* Farin. *part.* 2 *fragm. verb. metus num.* 168. Mongol. *de met. cap.* 10 §. 2. *num.* 2. Afflict. *deciſ.* 140. *numer.* 15. Caputaquen. *deciſ.* 221. *nu.* 2. *part.* 2. Buratt. *dec.* 628. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 463. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 516. *nu.* 17. *part.* 5. *recent. & in Colonien. ſeu Triuiren. nullitatis profeſſionis* 15. *Decembris* 1648. *coram Reuerend. P.D. meo Cerro*, ſiquidem impulſio nihil aliud eſt, quam incitatio, & ſuaſio ad contrahendum, licita parentibus, ac permiſſa, vt ex D. Thom. *in* 3. *part. ſumma in addit. quæſt.* 47. *art. vltim. in reſp.* & Sot. *in* 4. *diſt.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 4. *tradit* Menoch. *conſ.* 69. *n* 41. Sanc. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 22. *n.* 5. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *eo tract. cap.* 19. *propoſ.* 3. Guttier. *vbi ſupra cap.* 79. *n.* 5. Goffred. *in ſumm. tit. de deſponſ. impub. n.* 12. Sperell. *deciſ.* 75. *n.* 22. *&* 75.

5. Primus verò teſtis præterquam quod eſt vnicus, cubicularius D. Ducis Caroli, in Curia nõ inductus, & extra locum remiſſoriæ examinatus, non releuat, dum ait per Franciſcum fuiſſe vi, & metu expulſionis è do-

mo, & priuationis bonorum coactum D. Ducem Carolum ad iucundum huiusmodi matrimonium, quia non deponit de certa scientia, sed propriæ tantum crudelitatis indicia, & coniecturas assignat Couarr. *de matrim. part. 2. cap. 3. §. 3. n. 9. aliique relati per Sperell. decis. 79. n. 47. & seqq.* Rot. *decis. 136. part. 1. dec. 586. part. 1. decis. 206. vtrobique num. 2. part. 3. decis. 380. num. 17. part. 5. decis. 259. num. 12. part. 6. recent.* & ipse quoque cum aliis est de auctu ab eodem D. Duce Carolo de minis prædictis, vt asseritur, conquerente, vndè intrat vulgatum axioma, quod non præstetur fides testibus, quorum repelluntur authores *cap. fraternitatis de hæreticis cap. nullus 3. q. 4. cap. licet ex quadam de testib. gloss. & DD. in auten. si quis in aliquo Cod. de edent.* Aym. *cons. 41. num. 2. cons. 112. n. 13.* Rot. *coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 570. n. 2. coram Buratto decis. 323. n. 18.*

6. Et quidem cum versemur in matrimonio solemniter in facie Ecclesiæ contracto, negari non potest, quin ad illud dirimendum duriores obiecti timoris expostulentur probationes, & talis qui constanti viro formidinem incutiat *cap. significauit de eo, qui duxit in vxorem cap. cum locum cap. veniens il secundo de sponsal.* Laderch. *cons. 17. num. 1.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. 4. num. 3* Decher. *disert. iur. lib. 1. diser. 9. num. 5.* Bonac. *de Sacram. matrim. quæst. 3. punct. 8. num. 8.* Sanch. *eod. tract. lib. 4. disput. 1. à num. 10. cum aliis per Add. ad* Buratt. *decis. 628. num. 9.* Rota *coram Penia decis. 1140. num. 5. & 6. decis. 600. num. 1. part. 4. decis. 516. numer. 13. part. 5. recent. post secundum vol. cons.* Farinac. *decis. 218. num. 2. & in Messanen. nullitatis promissionis 5. Decembris 1640. coram Reuerend. P. D. meo Peutingero* adeò vt solius metus reuerentialis, nulla ad effectum, de quo agitur, sit habenda ratio, nihil sit qualificatus minis, & verberibus, vel grauioribus circunstantiis *cap. ex literis de sponsi. impub. cap. consultationi de sponsal. & si patre cogente 22.* ibique Bald. & Salycet. *ff. de ritu nupt.* Felin. *in cap. causam matrimonij num. 3. vbi* Dec. *num. 8. de offic. deleg.* Aldobr. *cons. 94. num. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disput. 6. num. 7.* Guttier. *eod. tractat. cap. 77. num. 1.* Bonac. *dict. q. 3. punct. 8. num. 7.* Gail. *pract. obseruat. lib. 2. cap. 147. num. 17.* Paris. *de resignat. benef. lib. 13. quæst. 1. num. 172.* Rebel. *obligat. iust. part. 2. lib. 2. quæst. 11. sect. 1. num. 10.* Gramm. *decis. 103. num. 10.* Boer. *decis. 100. num. 11.* Capicc. *decis. 159. num. 33.* Verall. *decis. 221. num. 9. part. 2.* Buratt. *dict. decis. 628. num. 5. & post* Tamburin. *de iur. Abb. decis. 3. num. 10.* ille autem in præsenti non concurrunt, & simplices minæ, quatenus hic probarentur, nullius essent momenti, tam attento miti, & suaui ingenio, ac indulgenti natura ipsius Francisci erga filios, ac alios, nec soliti illas executioni demandare *ad text. in dict. l. metum 9. Cod. de his quæ vi l. vnica, Cod. si quis Imperatori l. famosi 7. ff. ad l. Iul. Maiest.* Felin. *in dict. cap. causam matrimonij num. 4. vers. sed nunquid de offic. deleg.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 20.* Ponc. *eodem tractat. lib. 4. cap. 5. num. 7.* Sperell. *dict. decis. 79. num. 43.* Verall. *dict. decis. 221. numer. 7. part. 2.* Penia *decis. 1140. numero 7.* Rota *decision. 463. num. 3. part. 2. decis. 516. num. 18. part. 5. recent.* quàm perfecta magnanimitate Domini Ducis Caroli, qui vsque tunc bello incumbens armorum studiosus, & postea tot exercituum strenuus Imperator, non in de facili terreri poterat, & inuitus paternis mandatis ad contrahendum matrimonium vrgeri; Qualitas autem metum patientis est consideranda, vt ad propositum animaduertit *gloss. in cap. cum locum verb. metus de sponsal.* Alberic. à Rossata *in l. metus autem causa 3. in princip. ff. ex quibus caus. maior* Sanch. *de matrimon. dicto lib. 4. disput. 3. nu. 4.* Coninch. *eodem tract. disput. 28. num. 30.* Guttier. *vbi supra cap. 77. num. 12. &* 13. Ponc. *dict. lib. 4. cap. 3. n. 10.* Menoch. *de arbitr. cas. 135. num. 4.* Sot. *de iust. & iur. lib. 7. quæst. 2.* Campanil. *in suo diuer. rubr. 12. cap. 1.* Boer. *decis. 100. n. 2.* Rota *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 326. num. 25. decis. 374. numer. 7. & decision. 115. num. 12. part. 7. recent.*

7. Nec vis aliqua fieri potest in publica voce, & fama, quam de coacto matrimonio præfati testes afferre conantur; nam illis non est adhibenda fides, nedum ex eo, quod illius authores, & à quibus audiuerint, non referunt Innoc. *in cap. qualiter, & quando de accusat.* Bart. *in l. de minore 10. §. plurium num. 23. de quæst.* Alex. *cons. 79. num. 9. lib. 1. cons. 25. num. 6. lib. 4.* Ruin. *cons. 51. num. 14. cons. 52. num. 7. lib. 5.* Valenzuel. *consil. 169. num. 109.* Cephal. *cons. 65. num. 49.* Cyriac. *controu. 488. num. 90.* Rota *decis. 256. num. 2. part. 6. recent.* Sed etiam quia eorum dicta elisa penitus remanent ex testibus pro Domina Ducissa Nicolea examinatis de spontaneo, & libero consensu deponentibus, idem Valenz. *cons. 92. num. 209.* Rota *decis. 182. num. 7. part. 1. decision. 276. num. 25. decis. 299. num. 3. part. 4. tom. 2. decision. 205. num. 10. part. 6. recent.* Fama enim, vt sit attendenda, debet esse perpetua, illæsa, & constans apud omnes Bald. *in l. conuenticula 15. Cod. de Episcop. & Cler.* Roland. *cons. 3. num. 48. & 49. vol. 1.* Surd. *consil. 151. num. 79.* Rot. *decision. 277. num. 3. decision. 335. num. 5. part. 2. rec. coram sancta mem. Gregor. XV. decis. 445. num. 6. decision. 498. num. 13. & 14. coram Caual. decision. 6. num. 5. & in Toletana decimarum de Capilla 4. Iulij 1640. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio.*

8. Præterea animaduertebant DD. quod testes non percutiunt tempus secundi Matrimonij à Domino Episcopo Tullen. cum dispensatione Apostolica subinde celebrati, quapropter impulsiones paternæ, si quæ anteà fuerant & auersiones animi Domini Ducis, cum potuerint tractu temporis purgari, in illud non influunt, nec eius nullitatem important, cum in ipsius actu metus non probetur incussus, *ad text. in l. 1. §. metus dd. metum 9. in princip. ff. quod met. caus.* & in terminis obseruat Neuizan *cons. 46. n. 29. & segg.* Paris. *cons. 10. nu. 56. lib. 1.* Laderch. *consil. 17. sub. n. 4. versic. quin ess aliquem* Rice. *decis. Archiepiscop. Neapol. 110. n. 10. part. 4. tom. 2.* Rota *coram Mantic. decis 142. n. 4. vers. præterea, & decis. 600. num. 2. part. 4. dec. 516. n. 9. part. 4. recent.*

9. Nec releuant dissidia, quæ consummato iam matrimonio inter hos Coniuges dicuntur intercessisse; prout nec protestatio antea per Dominum Ducem Carolum vna cum Patre facta, ista siquidem, vt ex eius lectura dignoscitur, conuentiones tantùm dotales, & prætensam in Ducatibus successionem concernit, non autem tangit fœdus matrimonij, cuius respectu, si quis metus illatus fuisset, de facili Dominus Dux eadem protestatione declarasset, vt in terminis ponderat Laderch. *d. cons. 17. numer. 3. vers. quarto multum mouet* Aymon. *cons. 120. num. 3. & 4.* Illa verò vtpote leuia, & per subsecutam reconciliationem sublata, matrimonium non irritant, nec ad hunc effectum sunt in alia qua consideratione habenda *gloss. in cap. plerumque verb. nec reconciliata de donat. inter vir. & vxor.* Bertazzol *cons. crimin. 228. num. 12. lib. primo.* Rimin. iun. *cons. 174. num. 28.* Rota *coram Seraphin. decis. 1315. num. 3. in Hispalen. separationis thori 27. Februarij 1627. coram Eminentissimo Domino Cardinali Macchiauello in Bononien. Separationis thori 21. Februari 1650. &* quatenus verò coram, R. P. D. meo Bichio. *& in Tridentina matrimonij 11. Martij eiusdem anni & fin. coram me.*

10. Et hinc non applicatur regula, quod magis credatur duobus testibus de metu deponentibus, quam mille spontaneam voluntatem affirmantibus ex doctr. Innoc. in

in cap. super hoc de renunciat. Quia non procedit, quando pro validitate matrimonij, & libero consensu præsumptiones concurrunt, & coniecturæ Dec. *in cap. final. num. 25. & 26. de appellat.* Bursatt. *cons. 72. num. 48. lib. 1.* Cepoll. *cons. 2. num. 14.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 50. num. 26.* Sanchez *de matrimon. lib. 4. disput. 27. num. 2. & 7.* Boss. *eodem tractat. cap. 12. num. 397. & seqq.* Paris. *de resignat. lib. 13. quæst. 1. num. 89. & 90.* Gabr. *de testib. conclus. 4. num. 16. & seqq.* Farinac. *part. 2. fragment. verb. metus num. 157. & num. 174.* plures autem in præsenti, & vrgentissimæ afferuntur, quia vltra præsumptionem iuris, quæ stat pro exclusione metus *l. interpositas 13. de transact. l. 2. C. de his quæ vi, &c.* præsertim in Patre erga filium Sanchez. *vbi supra* dicto *lib. 4. disp. 6. num. 8. vers. verum fere omnes* Ricc. *dicta decis. 110. num. 8.* Rota *coram Verall. decis. 221. num. 8 part. 2. coram Mantic. decis. 42. num. 2. coram Buratto decis. 628. num. 4.* Concurrit mutua vtriusque Coningis in actu desponsationis hilaritas, quam pro libertate consensus ponderat Paris. *cons. 170. num. 21. & 22. lib. 4.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 4. num. 29.* matrimonij geminatio idem Paris. *cons. 10. num. 57. lib. 1.* Aym. *cons. 114. num. 8.* Mandell. *cons. 4. num. 37.* Principum consanguineorum, & aliorum procerum præsentia *l. transactionem 35.* vbi Ias. *num. 1. C. de transact.* Bart. *in l. frater à fratre 38. num. 51. ff. de condict. indeb.* Ruin. *cons. 170. post num. 17. lib. primo* Sanch. *de matrimon. lib. 4. disput. 27. num. 2.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 126. num. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 1053. num. 23.* Rota *coram sanct. mem. Gregor. decis. 120. num. 24. coram Buratto decis. 783. num. 12.* Domini Episcopi Trullen. & Patris Dominici assistentia, & cooperatio, vt in terminis, quod ex interuentu Episcopi, seu alterius viri Religiosi omnis in matrimonio cesset metus suspicio tradit Cephal. *cons. 91. num. 49.* Caball. *consil. 176. num. 10. vol. 1.* Grammat. *decis. 66. num. 64.* Sperell *decis. 5. num. 26.* Rota *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 188. nunner. 9.* subsequuta copula *cap. significauit de eo qui duxit, &c. cap. is qui fidem, de sponsal.* Abb. *in cap. veniens il primo num. 7. eodem tit.* Paris. *dict. cons. 170. n. 25. lib. 4.* Sanch. *de matrimon. dicto lib. 4. disput. 18. num. 2. & 12.* Buratt. *dicta decis. 628. num. 7.* longæua cohabitatio per spatium quindecim annorum *cap. ad id, de sponsal.* Ferrett. *cons. 340. num. 11. lib. 2.* Neuizz. *cons. 46. num. 32.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 4. numer. 24.* Boss. *de matrimon. cap 12. num. 390.* Buratt. *vbi supra* Mantic. *dicta decision. 142. numer. 13. versic. tertio.* Edicta vtriusque nomine publicata, monetæ vtriusque imagine cussæ, literæ Domini Ducis Catoli, in quibus Domina Ducissa Nicolea sæpius amantissima sponsa, & coniux nuncupatur Ricc. *in collect. 219. vers. item probari* Crescen. *decis. 12. de probat.* Rota *decis. 772. num. 7. & 8. part. 2. recent. coram Cardinali Millino decis. 75. num. 4. versic. 5. ex pluribus literis coram Buratto decis. 143. num. 23. & 24. dec. 192. num. 6.* aliique actus positiui longè per informantes recensiti, qui post obitum Patris ab eodem gesti, & maritalem affectum præseferentes omnem præcedentis metus suspicionem excludunt Bursatt. *cons. 98. num. 7. lib. 1.* Menoch. *cons. 15. num. 11. & 12.* Petr. Albignan. *inter cons. matrim. diuers. cons. 67. num. 9. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 1023. & concl. seqq.* Guttier. *de matrimon. cap. 40. num. 6. versic. verum & cap. 71. num. 12.* Rota *coram Caualer. decis. 444. n. 2. coram Buratto dec. 530. n. 6. & dec. 463. n. 3. vers. quinimò part. 2. recent.*

11. Ista verò cum militent etiam pro libertate cõsensus Dominæ Ducissæ Nicoleæ, cuius suspiria, & lacrymæ ad aliam causam per testes assignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt huiusmodi sponsalibus assentiret, fuerit illata, quia hæc non probatur; ideò alteriori non indigent discussione, quæ de præcenso metu illi incusso obiiciuntur, præsertim quia ipsa matrimonium sponte, ac liberè initum profitetur, & mulieris declarationi se non fuisse timore inductam affirmantis standum est, vt in terminis dixit Rota *coram Buratto dicta decis. 628. num. 8.*

DECISIO CXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram Reuerend. P. D. Zaratæ.

In causa Hieracen. Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

§. 1. VIrgilius Galluccius ob non consequutionem possessionis Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apostolica obtentæ prætendebat continuationem suæ prioris possessionis in Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ Veteris, seu sancti Blasij, quam Carolus Cæsareus etiam prouisus Apostolicus, & possessor contendebat: Idcirco per dictum Virgilium pro istius continuatæ possessionis iustificatione Remissoria obtenta, vt in decisione 4. Decembris 1651. coram me emanata, illiusque vigore factis probationibus, eisdemque in actis exhibitis, & dato dubio: Qui sit dandum mandatum de manutenendo, Virgilio dandum esse Domini responderunt.

2. Constat enim de istius anteriori possessione ex publico instrumento illius apprehensionis vsque de anno 1628. Quæ possessio instrumentalis, alio tunc temporis non possidente, redditur manutenibilis *l. prædia 48. ff. de acq. possess. l. non idcirco 12. C. de fid. instr.* Rota *dec. 506. n. 1. part. 1. diuers. & alibi passim.*

3. Maximè, quia illius continuatio vsque ad ann. 1650. quo Carolus Cæsareus possessionem eiusdem Parochialis Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij occupauit, ostenditur ex pluribus testibus mediante dicta Remissoria examinatis deponentibus prænominatum Virgilium possedisse prædictam Parochialem Sanctæ Mariæ Veteris, seu sancti Blasij vsque ad annum 1650. Quod certe sufficit ad probandam huiusmodi possessionem, cum possessio sit actus cadens sub censu corporis, & testis dicens, quod talis possidet, omnino detentationem probat Abb. *in cap. cum causam de test.* Rota *in Vladislauien. manutentionis 5. Iunij 1648. §. quia vltra deducta coram Reuerendissim. Terracinen.* Et regulare est, possessionem ex detentatione probari Innocent *in cap. cum olim. de priuileg. & in d. Vladislauien.*

4. Potissimè verò cum dicti testes deponant eundem Virgilium semper fructus exegisse, omniaque alia ad eius curam spectantia peregisse, præcipua argumenta possessionis, Modern. *de manut. obseruat. 23. per totam,* Rota *decision. 131. num. 3. part. 1. recent. & coram Buratt. decision. 730. num. 4. & in præallegata Vladislauien.*

5. Eiusdemque possessionis amissio iudici non potest ex dimissione primæ Parochialis propter consequutionem secundæ sub inuocatione Sanctæ Catharinæ. Quoniam cum dimissio hæc facta fuerit in vim decreti de dimittendo inserti in secunda prouisione Parochialis Sãctæ Catharinæ ob illius incompatibilitatem cum prima: Inde sequitur, quod dimissio primæ sit correspectiua ad acquisitionem secundæ: Inde cum ex Testium depositionibus constet, acquisitionem istam suum non habuisse effectum, animus amittendi possessionem primæ Parochialis in Virgilio dimittẽte cessa-

uit,

tur, vt propterea possessionem saltem ciuilem non amiserit *l. 3. in princip. & in §. in amittenda, vbi DD. ff. de acq. possess.* Rota *per san. mem. Greg. XV. decis. 252. numer. 4.* Et ex natura correspectiuorum est, vt vno sublato corruat, & alterum, *l. etiam si patre 30. §. ex causa ff. de minor. 25. ann.* Grat. *discept. for. capit. 14. num. 4.* Rota *in Romana Cambij 4. Februarij 1648. §. cum igitur coram Reuerend. P. D. meo Peutingero, & in decisione huius causæ super Remissoria edita 4. Decembris 1651. coram me §. reuelantia.* Et in terminis quod dimittens beneficium animo aliud consequendi, & non consequatur, primum illud non amittat, firmauit Rota *decis. 313. num. 5. versic. in correspectiuis coram Merlino, quæ est etiam decis. 225. post Modern. de manut.*

6. Ex his itaque sequitur, quod possessio Virgilij vndequaque probata sit manutenibilis *§. retinenda instit. de interd.* Et illa Caroli vti poterior, & sic clandestina, & turbatiua allegari nequeat, *cap. licet causam 9. de probat.* Modern. *de manut. obser. 71. num. 2. & seqq.* Rota *in Romana pratensi fideicommissi 15. Ianuarij 1646. §. Hinc dicebant coram bon. mem. Arguelles.* Nihil etiam refragante, quod Carolus immissus fuerit in possessionem mediante executore literarum Apostolicarum. Nam cum executor processerit non citato Virgilio possessore omnino citando, Felin. *in cap. dilectus il 1. sub num. 1. vers. fallit. 2. de rescript.* Rota *coram san. memor. Gregor. XV. decis. 46. num. 9. & in decis. super Remissoria § nec obstat.* Vtique nulliter processit, & non priuauit Virgilium sua anteriori possessione. Rota *penes san. memor. Gregor. XV. decis. 69. numer. 3. coram Iuratt. decis. 185. num. 6. in Colonien. Præpositura 1. Iunij 1648. § nec obstat quod Anna, coram R. P. D. meo Melio.* Quia tunc dicitur agere vti priuatus, Modern. Perus. *de subhast. in spect. 50. num. 13.* Rota *in Elboren. Beneficij 18. Februarij 1647. §. non attento coram bon. mem. Arguelles.*

Atque ita pro insotmante, &c.

DECISIO CXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Zarate.

Auersana Iurispatronatus.

Veneris 14. Martij 1653.

§. 1. VAcante vna, ex quatuor portionibus Capellaniæ S. Ioannis Baptistæ, in Cathedrali Ecclesia Auersana de Iurepatronatus Laicorum fuit ad illam præsentatus die 1. Februarij 1651. D. Ioannes Baptista Lombardus, à D. Francisco Lumbardo, vt in eius *Sum. num. 2.* Atque etiam D. Franciscus Raguccius, ab Angelo Antonio Nicandro, & D. Alexandro Palumbo, die 20. Decembris 1650. vbi pariter in eius *Summ. numer. 9.* Vnde desuper orta lite, inter dictos præsentatos coram Ordinario Auersano ad fauorem Raguccij, fuit lata sententia, à qua, cum ex parte Lombardi appellaretur, commissa mihi causa appellationis disputatum fuit dubium: Quis eorum esset instituendus, & Doctores instituendum esse Raguccium responderunt.

2. De vacatione enim beneficij, ac de habilitate, vtriusque præsentati, nulla fuit hæsitatio, nec magis de existentia Iurispatronatus, aut de eius pertinentia respectu Alexandri Palumbi; ista siquidem est inconcussa, cum tam Lombardus, quam Raguccius fuerint præsentati à successoribus Alexandri Palumbi, ad quem propterea Iuspatronatus pertinuisse negare non possunt, tanquam ex eodem iure venientes Rota *coram Bellarm. dec. 268. Mantic. dec. 132. num. 1. in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bon. mem. Arguelles.*

3. Rota verò quæstio processit, circa pertinentiam Iurispatronatus, respectu Iulij Cæsaris Nicandri, & Francisci Lombardi, qui litigantes præsentarunt; Nam Alexander Palumbus die 5. August. 1639. dictum Iuspatronatus donauit d. Iulio Cæsari Nicandro, eiusque hæredibus, & successoribus Summ. Raguccij *num. 5.* Deinde verò 2. Octobris eiusdem anni, d. Iulius Cæsar Nicandrus retrocessit eidem Alexandro Palumbo donatori, ius præsentandi donec vineret d. Sum. Raguccij *num. 6.* Et præfatus Alexander Palumbus successiuè de anno 1645. hoc ipsum Iuspatronatus donauit d. Francisco Lombardo Sum. Raguccij *numero 10.* Vnde de prælatione, & valore dd. donationum contigit dubitare, & Dominis visum fuit præferendam esse Nicandri donationem, quia est anterior donatione Lombardi *l. si ante matrimonium Cod. de donat. ant. nupt. vbi Bald. & alij*, & confirmata fuit à Vicario, die 3. Decembris 1650. facultatem habente ab Episcopo confirmandi tales donationes *iuxt. trad.* per Ferret. *cons. 227. à numero 1. & cons. 345. à numero 6.* Gratian. *discept. for. cap. 303. numero 10. cum seq.* Ricc. *in prax. Iurispatronat. resolut. 189.* Barbos. *de Iur. Eccles. tom. 2. lib. 3. capit. 12. à numero 46.* Rota *in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Tarraconen. in Clusina Iurispatronatus 10. Maij eiusdem anni coram eodem, in Fesulana beneficij, seu Oratorij 5. Decembris 1646. coram Reuerend. P. D. meo Bichio*, quæ quidem facultas probatur ex attestatione, & literis eiusdemmet Episcopi quibus omnino credendum est *cap. post cessionem 1. & ibi gloss. de probat.* Mascard. *de probat conclus. 990. numero 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 17. numero 13.* Rot. *decis. 1. numer. 1. de probat. in nouiss.* Et sic antequam confirmaretur donatio Lombardi die 30. Ianuarij 1651. Summ. Raguccij *num. 8.* semper namque præferendus est is, qui primo confirmationem obtinuit cum ante confirmationem, non sit abdicatum ius à donatore, *vt per DD. in cap. seculum, & cap. illud de Iurepatronat.* Viuian. *de Iurepatronat. lib. 4. capit. 1. numer. 48.* Rota *coram Mantica decis. 86. num. 6.* Duran. *decis. 463. numer. 1. & in d. Fesulana beneficij seu Oratorij 5. Decembris 1646. §. 1. coram Reuer. P. D. meo Bichio.*

4. Non obstat, quod donatio facta de anno 1645. ad fauorem D. Francisci Lombardi, fuerit confirmata die 30. Ianuarij 1651. per Vicarium Generalem Diœcesis, vt in Sum. Lombardi *numero 5.* atque ideo Vicarij consensus, & confirmatio retrotrahatur ad idem donationis, vt per Lombernin. *de Iurepatronat. lib. 1. partit. 2. quæst. 1. artic. 21. numero 3. versic. casus autem noster* Mantic. *dict. decis. 86. numero 7. & 8.* Nam ista retrotractatio, non potuit tertio præiudicium irrogare, cui iam fuerat ius quæsitum, videlicet Iulio Cæsari Nicando anteriori donatario, ex donatione illi facta de anno 1639. & prius confirmata dict. die 3. Decembris 1650. *iuxt. text. doctrinæ in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. hab.* Sanch. *respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 77. numero 15.* Rota *coram Duran. dict. decis. 463. numero 7. & seqq. in dict. Fesulana beneficij 5. Decembr. 1646. coram Reuerend. P. D. meo Bichio, & in Sulmonen. beneficij 23. Ianuarij 1647. coram Reuerend. P. D. meo Peutingero*, maximè cum consensus præstitus per Vicarium donationi Lombardi non fuisset absolutus, sed conditionalis, & cum præseruatiua sine præiudicio alterius consensus præstiti ad fauorem hæredum Nicandri, vt tradit Barbos. *clauf. 157. numero 8. & seqq.* Olrad. *consil. 237. in fin.* Rota apud Seraph. *decis. 144. numero 6. & decision. 810. numero 1. coram sanct. mer-*

mor. Gregor. XV. decision. 332. numero 4. & ibi Addens.

5. Nec releuat, quod Lombardus antea instituisset pro confirmatione in curia Episcopali, scilicet die 14. Decembris 1650. quæ instantia aliàs prodesse soleat, ad sustinendam donationem, etiam in præiudicium eorum, qui deinde similem donationem obtinuerunt, vel à donatore fuerunt præsentati, & efficere, vt si petitio iniustè sit reiecta, aut delata Donatario, minimè noceat, sed quod confirmatio subsequens retrotrahatur, ad diem petitionis, *vt per eit.* Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 2. num. 3. vers. casus autem.* Mantic. *dicta decis. 86. num 7. & 8.* Nam etiam admissa prædicta conclusione tunc locum haberet quando constaret de instantia facta coram Episcopo, aut eius Vicario, facultatem habente, & istis recusantibus de recursu habito ad Metropolitanum, pro compellendo Episcopo ad confirmandum Sanch. *resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. numero 14.* in quibus terminis intelligendum esse Lambert. *doctrinam declarauit* Mantic. *dict. decis. 86. numer. 9. versic. responsum fuit.* Præterquam confirmatio donationis Nicandri nedum præcessit per duos ferè menses confirmationem donationis Lombardi, quinimo per 11. dies instantiam à Lombardo factam pro habenda confirmatione, si quidem ista facta fuit die 14. Decembris 1650. vt constat ex Sum. Lombardi *num. 9.* quo casu dubitari non potest de prælatione.

6. Vlterius nec debet attendi retrocessio facta per Nicandrum ad fauorem Palumbi donantis 11. Octobris 1639. Sum. Raguccij *num. 6.* Tum quia in ea deficit consensus Ordinarij requisitus etiam in translatione iuris præsentandi, vt post Lambert. *de Iurepatron. lib. 1. part. 2. quæst. 6. art. 4. notat.* Sanch. *resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 7.* Tum quia ista retrocessio fuit limitata ad tempus scilicet durante tantum vita d. Alexandri Palumbi, atque ideo vlterius progredi non valuit, *ex reg. iur. in l. in agris ff. de acquir. rer. domin. cum similibus* Guttier. *part. lib. 3. quæst. 31. numer. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. § 1. præam. num. 6.* Mantic. *dec. 232. n. 9. & dec. 267. n. 4.* Rota *decis. 690. part. 2. recent.*

7. Demum ex abundanti, & ex supposito quod omnes prædictæ donationes essent nullæ ex defectu legitimæ confirmationis Iuspatronatus, nusquam à d. Alexandro Palumbo donatore fuisset abdicatum, vt communiter probatur *ex dict. cap. seculum, & cap. illud de Iurepatron. & ex superius traditis*, atque ideo potius deberet attendi præsentatio facta per Palumbum ad fauorem Raguccij, quem potuisse præsentare, ac si donationem non fecisset, tradit in puncto Sanch. *d. cap. 3. dub. 77. num. 15. in fin.* Rot. *penes Put. dec. 18. lib. 2. in correct. in d. Fesulana Beneficij coram R.P.D. meo Bichio.*

8. Nec tunc obstat, quod Raguccius qui duas habet præsentationes alteram à Nicandro, alteram à Palumbo, teneatur declarare, qua præsentatione vti velit *iuxt. text. in c. vt qui duas de elect. in 6.* quem habere locum in præsentatione, voluit Lapus *alleg. 8. numer. 3.* Caualer. *decis. 297. num. 3.* Nam conclusio ista procederet in actore petente se instituì, secus verò in Reo, qui non tenetur declarare Rocch. *de Iurepatr. vers. honorificum quæst. 40. num. 72. vers. limitata tamen.*

Atque ita pro Raguccio vtraque parte informante Domini conclusérunt, &c.

DECISIO CXVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram Reuerend. P. D. Zarate, &c.

Mindonien. Parochialis.

Lunæ 3. Martij 1653.

1. VAcante per obitum Petri Fernandez Ecclesia Parochialis Sancti Vincentij de Lagos Mindonien sis Diœcesis, controuersia fuit orta inter Ordinarium Mindonien. prætendentem Vicariam dictæ Parochialis in concursu prouidere, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Lucensis asserentem ad se spectare Vicarij deputationem ad nutum amouibilis, tanquam in Ecclesia sibi perpetuo vnita; Vnde præuio concursu prædictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Francisco Mel. Capitulum verò Andream Pardo designauit, pro cuius institutione coram Ordinario instetit; Quapropter appellationis causa commissa à Reuerendissimo Hispaniarum Nuntio cuidam Iudici Synodali Ordinarij sententia fuit reuocata, & declaratum dictam Parochialem esse perpetuo vnitam Mensæ Capitulari Ecclesiæ Lucensis, quæ postea per eundem Reuerendissimum Nuntium fuit confirmata, à cuius sententia, cum mihi causa fuisset commissa, proposui dubium. An esset locus concursui, & Domini negatiuè responderunt.

2. Ex ea nimirum ratione; nam constat prædictum Beneficium Sancti Vincentij esse perpetuo vnitum Capitulo Lucensi, adeo vt penes illud resideat cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiusdem Curæ Vicario incumbat, vt patet ex Bulla fæl. record. Leonis X. edita de anno 1618. data in Summario Capituli *numero primo*, ex qua sufficiens vnionis probatio inducitur Garz. *de Benefic. part. 12. capit. 2. numer. 216.* Barbos. *de Iur. Eccles. tom. 2. lib. 3. capit. 16. numero 61.* Rota *decision. 9. & 10. de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Buratt. *decision. 734. numero primo. & decision. 870. eodem numer. & in recent. decision. 174 numer. 5. part. 6. & decision. 448. numero primo, & secundo, part 4. tom. 2. & notant* Add. *ad sanct. memor. Gregor. XV. decision. 196. numero tertio, vers. quando igitur.* Quod procedit quando prædicta Bulla non sit extracta ab originali, sed sit sumptum de sumpto accedentibus pluribus adminiculis infra referendis, Rota penes Caputaquen. *decision. 234. numero secundo, part. 1. & in Segobien. Habitus 28. Ianuarij 1613. coram Sacrato*, Iuncta etiam obseruantia (quæ constat) Rota *in Vrgellen. Vnionis 27. Iuni 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Barchinonen. Parochialis 15. Februarij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. & decision. 482. numero tertio, part. 1. decision. 18. numero 1. decision. 703. numero octauo, part. 2. recent. decision. 469. numero quinto, coram sanctæ memor. Gregor. XV. vbi Adden. littera B. decision. 641. numero nono, coram Caualer.* Quæ etiam præsumere facit iustificationem eiusdem Bullæ concurrente longissimi temporis lapsu, Rota coram Seraphin. *decision. 1432. numero quarto, & recen. decision. 196. numero sexto, & sequentib. part. 7. in Barchinonen. Vicariæ 12. Decembris 1639. & 7. Martij 1640. coram Coccino, & 10. Februarij 1645. coram Eminentissimo Cardinali Carrado.* Accedente præterea, quod alias in exequutionem illius tanquam legitime extractæ emanauit sententia iuxta Caputaquen.

quen, *decision. 341. numero 5. part. 2.* Seraphin. *decision. 1192. num. 3. & decis. 465. num. 3. ad med. part. 1. recent.*

3. Effectuatio verò prædictæ vnionis adest in possessione capta per Capitulum Lucen. in executionem eiusdem Bullæ de anno subsequenti 1519. dicto Summario *numero secundo.* Vnde non intrat regula reuocatoriæ Vnionis Adriani VI. & aliorum Pontificum, vt notat Garz. *de beneficiis dicta part. 12. capit. 2. numer. 281. & 290.* Barbos. *in collect. Concil. sess. 7. de reformat. cap. 6. numer. 10. & de iure Eccles. dict. tom. 2. lib. 3. capit. 16. numer. 65.* vbi plures allegantur Rota *decision. 402. in princip. part. 4. recent. & decis. 90. numer. 6. versicul. quod autem eadem part. 4. tom. 2. in Bonen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. coram bon. memor. Arguelles, & in Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. coram Reuerend. P. D. meo Bichio.*

4. Contra quam allegari non valet, quod deficeret mandatum procuræ in persona eius, qui nomine Capituli cepit possessionem, vel controuerti, quod tunc temporis possessio esset vacans, aut quod validè capta fuisset. Nam mandatum enunciatur in ipso instrumento captæ possessionis, & præsumitur, tum ex præcedenti titulo Vnionis, tum ex quo idem Procurator Instrumentum vnionis exhibuit, Cassad. *decision. 3. numero quarto de procurat.* Rota *decision. 176. numero octauo, coram sanct. memor. Gregor. XV. in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 2. Iunij 1639. & 18. Maij 1640. coram Reuerendissimo Tarraconensi.* Eoque magis, quia ipse erat Canonicus eiusdem Ecclesiæ, qui vti talis, etiam sine mandato nomine suæ Ecclesiæ agere voluit ad illius vtilitatem ex *cap. coram 34. de offic. delegat. capit. 14. de confirmat. vtil. vel inutil.* Glos. *in verb. portitoribus in capit. 1. de procurat.* vbi Panormit. *numero octauo.* Hostien. *ad tit. de Procurat. numero decimo tertio.* Valboa *in cap. causam 9. numero tertio. de probat.* Tusch. *conclus. 821. numero octauo, cum sequentib. litera P.* Golinus *de procurat. part. 2. cap. 5. numero decimo septimo.* Bouir. *singul. 26. numero decimo octauo.* Osuald. ad Bonell. *lib. 18. cap. 12. Litera K.* Virgil. *de legitimatione person. capit. 19. numer. 11.* Modern. *de manutent. obseruat. 55. numer. 133.* Rot. *decision. 630. coram Caualerio*, & Capitulum successiuè de hoc Beneficio tanquam vnito disposuit, vt infra apparebit. Vacuam verò fuisse possessionem dubitari nequit, stante resignatione per possessorem facta, non ad fauorem alterius; vt supponitur, sed liberè, per quam propterea statim ac fuit à Pontifice admissa vacauit beneficium, eiusque possessio fuit abdicata à resignante, & vacua remansit *cap. quod in dubiis de renunciat. cap. susceptum de rescript. in 6.* Zabarell. *consil. 210. numero secundo* Paris. *de resignat. lib. 1. quæstione 5. numero vigesimo septimo.* Viuian. *de Iurepatronat. lib. 13. cap. 10. à numero 6.* Barbos. *de Iure Eccles. dicto lib. 3. cap. 15. à numero decimo sexto, & numero 66. cum sequentib. & à numero 148.* Rota *decision. 240. numero 3. part. 1. recent. decis. 231. coram Merlino numer. 3. & in Hieracen. Parochialis 4. Decembris 1651. Deinde coram me.*

5. Validitas autem possessionis patet, ex facultate in literis Vnionis concessa Capitulo capiendi possessionem propria auctoritate, quæ non aderat in casu ex aduerso allegato *decision. 7. sub numero nono, vers. Possessio part. 6. recent.* & cui non censetur renunciatum, ex quo aditus fuit Executor, & de eius manibus capta possessio, dum hæc omnia extraiudicialiter emanauerunt Bart. *in l. creditore numero 26. Cod. de pignor.* Ias. *in l. 2. numero 113. versicul. volens. tamen Cod. de Iure Emphyt.* Cancer. *var. resolut. tom. 3. cap. 19. numero vigesimo quinto.* Rota coram Seraphin. *decision. 1903. numero 1. in Romana seu Feltrina restitutionis in integrum 16. Decembris 1646. Hac verò & sequentib. coram Reuerend. P. D. meo Bichio.*

6. Actus verò obseruantiæ ostenduntur, Primo ex mandato procuræ ad nominandum Vicarium, & nominatione eius vigore facta de anno 1556. sub enunciatiua prædictæ Vnionis, & Bullæ Leonis X. cum facultate, amouendi Capellanum, & alium nominandi, & apponendi, provt ipse Procurator nominauit Rodericum Diaz approbandum ab Episcopo, vt in dicto Sum. *num. 3.*

7. Deinde ex sententia Ordinarij Mindonien. ad fauorem Martij Manriquez vti nominati à Decano, & Capitulo sub eadem enunciatiua Vnionis dicto Summario *numero quarto.* Maximè cum per possessionem à dicto Manrquez captam etiam probetur præsentationis effectuatio Cald. *consil. 12. de Iurepatron.* Rota *per Buratt. decision. 111. numero secundo.* Quibus accedit alia nominatio cum consensu Capituli in personam Petri Fernandez de Rico, vel potius permutatio facta de anno 1625. quæ habet vim nominationis, & præsentationis Rota *decision. 792. numero septimo & octauo, part. 1. diuers. & decision. 196. numero tertio, part. 1. recent.* Ex quibus etiam præsumuntur nominationes medij temporis vt ex Seraphin. *& aliis ibi allegatis ponderauit in puncto Vnionis* Rota *in Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. §. concurrunt coram Reuerend. Patre Domino meo Bichio.*

8. Quæ obseruantia non potest referri ad alium titulum; quam ipsius Bullæ Vnionis, quia prædicti actus apparent explicitè gesti in vim Vnionis. Ac Testes deponunt de nominationibus factis à Capitulo etiam in mensibus reseruatis, quod non licuisset, si vt prætenditur emanassent ex causa Iurispatronatus quod cum esset Ecclesiasticum cecidisset sub regula reseruatoria mensium, Rota *in Compostellana Parochialis 17. Iunij 1644. coram Eminentissimo Cardinal. Cocchino, & 10. Februarij 1645. coram Reuerend. Patre Domino meo Verospio.*

9. Præterea adstipulantur tres Testes formiter examinati pro parte Capituli Lucen. eius Summario *numero decimo*, deponentes de visu, & certa scientia de nominationibus continuo factis à Capitulo recensendo singulares personas nominatas, & reddentes optimas, & sufficientes rationes, qui propterea bene probant Rota *coram Buratt. decision. 578. numero sexto, & decision. 270. numer. 1. part. 7. recent.*

10. Et vlterius addunt fructus Beneficij vniti perceptos fuisse à Capitulo relicta solum pro Vicario certa portione pro congrua sustentatione, vt etiam deponunt Testes ex aduerso examinati pro parte Francisci quod quidem est signum Vnionis, & Curæ habitualis penes Capitulum Lucen, cui vnio facta fuit Ioan. Andr. *in capit. exposuisti. numero octauo, de præbend.* Rota apud Caputaquen. *decision. 339. numero tertio, part. 3.* Mohed. *decision. 5. in fin. de decimis decision. 204. numero primo, in fine part. 2. decis. 580. numero octauo, & decimo quinto, & numer. 19. in fine part. 4. tom. 3. recent in Romana Iurium Parochialium 4. Decembris 1651. coram Reuerend. P. Domino meo Celso.* Quamuis hæc fructuum perceptio non requiratur, vt dicatur vnionem effectum sortitam fuisse, vt tradit Nicol. Garz. *dict. part. 12. cap. 1. numero 29.* Ricc. *in praxi for. Eccles. resolut. 376. numero 6.* Barbos. *de Iur. Eccles. dicto lib. 3. capit. 16. numer. 65.*

Nec

11. Nec dubitari potest quin cura habitualis resideat penes Capitulum in Lucen. Actualis verò pænes Presbyterum ab eo nominandum extantibus amplissimis clausulis in Bulla contentis scilicet cum omnibus iuribus, & pertinentis iuxta tradita per Rotam apud Caualer. *decision. 599. numer. secundo & quarto. Merlin. decis. 115. numer. 6. vers. præterea, &c.* & facultatem concessam nominandi Presbyterum ad nutum & amouibilem pro exercitio Curæ, Rota *decis. 120. numer. decimo vers. & æstimatur parte prima, recent. & coram Merlino dicta decis. 115. numer. 4. & 5.* Atque etiam ex vnione facta per viam incorporationis, vt colligitur ex verbo *incorporamus*, quod efficit, vt vnio dicatur accessorie facta Garz. *de re benef. part. 11. c. 2. num. 51. & 56. Massobr. in prax. haben. concur. prælud. 13. dub. secundo* Barbos. *cum ibi adductis de offic. Episc. alleg. 60. à num. 23.* Rota *decis. 352. num. 7. p. 4 recent. & in Cathacen. præsenta 23. Maij 1650. coram* R. P. D. *meo Bichio.*

12. Ex quibus omnibus inconcussa remanente vnione non debet esse locus concursui, sed absque eo conferendum est Beneficium ad nominationem Capituli iuxta dispositionem Bullæ Pij V. 47. in ordine §. 4. tradit Gonzal. *in regul. 8. Cancell. glos. 5. §. tertio num. 53.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num. 289. & seqq.* plures quos refert Barbos. *vbi proximè dicto num. 23. cum seqq.* Rota *decis. 785. num. 2. & seqq. part. 3. recent. & apud Merlin. dicta decis. 115. num. 2. & dec 187. num. primo & penes Caual. dec. 595. num. 4. & seq. & in Gerunden. Capella 20. Martij 1649. coram* R. P. D. *meo Bichio.*

13. Qua stante, non obstant Testes in contrarium adducti deponentes beneficium tanquam Curatum ab Episcopis collatum fuisse vidente, sciente, & non contradicente Capitulo Lucensi Summario Capituli Mindonien. *num. 1. & 4.* Nam quamuis essent contrarij, cum se referant ad scripturas non probatent, nisi quatenus apparent in relato *Auth si quis in aliquo. C. de aden.* Rota *in Seguntina præstimonij 4. decembris 1592. coram Orano, & decis. 664. sub num. 2. part. 3. recent.* Immò cum ex sententiis & scripturis publicis supra relatis constet de contrario, nempè Capellanos, & Vicarios fuisse à Capitulo nominatos, & nunquam prouisos per concursum talis probatio præualet probationi resultanti ex prædictis Testibus *l. census 10. ff. de probat. glos. in c. 3. loco verbo testium eodem tit.* Rota *decis. 64. num. 17. part. 5. recent. in Placentina Beneficij 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo Celso in Romana dotis 5 Iunij eiusdem anni coram eodem.* Præcipue cum concordent cum aliis Testibus Capituli Lucen. aliaque adminicula concurrant *Cranett. cons. 400. num. 35.* Rot. *decis. 61. num. 9. coram Mant. & decis. 487. num. 5. vers. & habent iuris præsumptionem part. 2. recent.*

14. Præterquam dicti Testes non excludunt, quod præcesserint nominationis Capituli Lucen. & ita intelligendi sunt, cum recenseant personas ab Episcopo prouisas, quas habuisse collationem præuia nominatione Capituli constat ex dictis publicis Instrumentis, vt accidit in personam Martij Manriquez, cuius prouisione allegari non potest prædictam obseruationem fuisse interruptam, eo quod de anno 1611. prouisus fuisset in concursu & collationem obtinuisset, sed ex causa cessionis illi factæ à quodam Varella; Nam verius est quod Varella, & Manriquez fuerunt insimul examinati, & Varella fuit reprobatus, Manriquez verò approbatus, qui cum postea consequutus fuisset nominationem à Capitulo Lucensi, cuius vigore etiam reportauit institutionem, vtin dicto Summario *num. quarto.* Vtique dici non debet, quod illi collata fuisset Vicaria ex cessione dicti Varellæ.

15. Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concursum fuerit prouisa, cum ex eo præiudicium dicto Capitulo, non inferatur, nam licèt id faciendo inter quos aliquoties consenserit plures nominando inter quos aliquoties consenserit plures nominando inter quos aliquoties consenserit, non ideo sibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui absque concursu; & cum solo examine collatio fieri debeat, vt in terminis respondet Rota *decis. 443. num. 7. vers. non obstat, & num. 3. par. 5. tom. 2. recent. vbi num. 9. vers. quatenus, &c.* subditur præsumi posse concursus factos fuisse per errorem, sequitur Rota *dec. 580. n. 4. & tribus seqq. p. 4. tom. 3. dec. 16. n. 15. vers. neque obstat ei & n. seqq. p. 6. recent.* vbi redditur ratio, quia ad formam Constitutionis Pij V. faciendæ sunt collationes, & Constitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem possessionem contrariam Rota coram Caualer. *dec. 599. in fine coram Merlino dec. 31. n. 8. & in dicta Gerunden. Capella 20. Mart. 1645. §. non obstat il primo, & 27. Ianuarij eiusdem anni §. quia necessitas in fine coram* R. P. D. *meo Bichio.*

16. Minus autem obstat, quod dictum Beneficium fuerit collatum tanquam vacans, quod repugnare videtur vnioni, cum vnita non dicantur vacare. Nam huic obiectioni responsum fuit vacationem largo modo verificari etiam in Beneficiis vnitis, & manualibus, cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum *glos. in Clem. vnica, §. promissa verbo reuocari propè med. vers. & scias de sapplen. negl. Prælat. Cart. ibidem num. 8. Vitalin. num. 9.* Gonzal. *super reg. 8. Cancellariæ glos. 15. §. 2. sub num. 24.* & respondit Rot. *in Perusina Beneficij 16. Februarij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

17. Denique non aduersatur, quod de anno 1625. huiusmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili, iuxta dispositionem Bullæ, sed perpetuo, & quod sententia Ordinarij superius relata loquatur de Vicaria perpetua Nam licèt fuisset datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata non ex eo alteraretur vnio iam facta, aut tolleretur obseruantia præcedens quoad exercitium Curæ & modum prouidendi; vt in terminis firmauit Rota coram Caualer. *dec. 595. num 2. vers. & licet & n. seqq. coram Merlino dicta dec. 115. num. 13. & in dicta Perusina Beneficij coram* R. P. D. *meo Bichio*, stante præsertim dispositione Concilij Trident. *sess. 7. c. 7. de reform.* quæ arbitrio Episcopi remittit reductionem Vicariæ temporalis in perpetuum, vt tradit Garz. *de Benef. p. 11. c. 2. n. 9.* Barbos. *in Collect. Concilij dicta sess. 7. c. 7 num. 15.* vbi ait idem procedere, quamuis in litteris vnionis esset statura temporalitas *& de offic. Episcopi alleg. 72. n. 190.* & refert ita fuisse declaratum per Sacram Congregationem Concilij, & animaduertit prædictam facultatem Ordinario competere, quando literæ vnionis emanarunt ante Concilium, & tunc requiri iustum arbitrium & necessariam causam, quodque in visitatione fiat alioquin posse appellari à prædicta reductione, vt etiam tradit *Flores de Mena var. q. 10. num. 47.* Garz. *de benef. dicta part. 11. c. 2. num. 8.* quod sequitur Barbos. *vbi proxime sequitur.*

Atque ita vtraque parte audita, &c.

DECISIO CXIX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Zarate.

Compostellana Coadiutoriæ.

Veneris 9. Martij 1653.

§. 1. IMpugnata fuit hodie, sed non expugnata decisio in hac Causa edita septimo Februarij proximè præteriti coram Reuerendissimo Terraconen. in qua resolutum extat literas Apostolicas esse iustificatas, & in controuersia circa personas Coadiuti; & Coadiutoris fuit omnino sublata verum illa solum remansit circa consensum Coadiuti, & ipsius adimplementum mandati sub pluribus conditionibus; quibus non adimpletis gratia per Procuratorem expedita inutilis prætenditur, præsertim cum clausula non alias, aliter, nec alio modo inserta legatur in eodem mandato quæ consensum ab actu remouet iuxta tradita per Lotter. *de re benef. libro primo quæst.* 40. *num.* 272. *& quæst.* 41. *numer.* 35. Rota penes Buratt. *decision.* 437. *num. tertio cum aliis adductis in Valentina Parochialis* 8. *Februarij* 1644. *vers. vnde resignatio, & 28. Aprilis* 1645. *coram Reuerend. P. D. meo Cerro.*

2. Sed nihilominus perstiterunt DD. in decisis: Siquidem visum fuit sufficienter conditiones fuisse adimpletas, nec primo illam defecisse scilicet, quod super beneficio Parochiali resignando à Iosepho fratre Coadiutoris; reseruari deberet Pensio annua ducatorum centum monetæ Hispaniæ ad fauorem Antonij de Zarraga libera à subsidio, & excusato, & alio quocumque onere impositio, vel imponendo, ex eo quod Procurator excessisset, dum in supplicatione apposuit clausulam *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, vel ex eo, quod gratiam ita concessam acceptauit, cum ex hoc onere pensio libera dici non posset. Nam ista objectio facile diluitur, cum clausula *Dummodo* semper censeatur excepta, vti consueta in Parochialibus tanquam à Iure prouenientes ex dispositione Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 13. vbi plures refert Aug. Barbos. *in collect. num.* 13.

3. Nec ex eo magis quod Procurator in supplicatione apposuit, & acceptauit gratiam sub reseruatione dictæ congruæ Parochialis ducatorum centum auri de Camera, potest dici fines mandati excessisse cum pro ista ratione sufficeret reseruare centum ducat. monetæ illarum partium ex traditis per Barbos. *vbi proximè num. decimo quarto*, vt fuit decisum per Sac. Cong. Concilij ibi relatam. Nam præter alias responsiones tollitur hæc explicatio ea ratione quia de dicta reseruatione nihil fuit cautum in mandato Procuræ aduersus quod in hac parte possit considerati transgressio Procuratoris, & defectus voluntatis Coadiuti, super quo dicta clausula *non alias, aliter, nec alio modo cadere possit*; quo casu magis liberum fuit Summo Pontifici pro suo libito, vel in moneta Regionis, vel in moneta Cameræ congruam reseruare Rectori; Præterquam cum fructus beneficij narrentur in ducatis de Camera, clausula *Dummodo* intelligitur etiam de ducatis de Camera? vt tradit Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 373.

4. Vnde etiam tollitur alia replicatio scilicet quod non possit verificari prædicta conditio, cum non remaneant centum auri de Camera liberi pro Rectore, stante quod fructus dictæ Parochialis ex confessione partium in mandatis procuræ ascendunt ad ducat 260. monetæ Hispaniæ, vt in Summ. Roderici *num.* 1. qui iuxta communem sensum debent intelligi de moneta de Vellon. ex quibus detractis ducatis 140. pro duabus pensionibus remanent solum ducati 120. dictæ monetæ qui non sufficiunt 100. ducatos auri de Camera iuxta conditionem in gratia apposi-tam: Nam centum ducati auri de Camera excedunt ducatos 180. Hispaniæ de Vellon. vt ostenditur ex supplicatione Somm. Roderici *n.* 2. in qua centum ducati Hispaniæ computantur pro ducatis 55. auri de Camera, ac præterea cum dicti ducati 260. intelligantur de moneta de Vellon. non possunt constituere ducatos 180. auri de Camera, in quibus fuit narratus valor beneficij.

5. Etenim ista obiectio non subsistit, quia licet verum sit quod dicta quantitas ducatorum 260. simpliciter prolata intelligenda sit de moneta de Vellon. Hispaniæ, & facultas sic exprimendi Procuratori præscripta non possit extendi ad monetam auream, vel argenteam, vt in puncto tenet Amaya *ad tet. C. de collat. aris num.* 37. *libro decimo Modern. Hispan. in labyrinto credit. part. Secunda cap.* 8. *num.* 62. *qui relatis Carranc*, Amaya, *& Nogueroll.* ostendit quanta sit differentia inter prædictas monetas Tamen ex eo nullus potest argui excessus, siquidem in mandato procuræ valor beneficij in scut. 260. expressus fuit per ascensum, non autem per non excessum absque vlla taxationis restrictiua quo casu maior quantitas non excluditur, nec opponitur expressioni factæ in supplicatione in scut. 180. auri de Camera per non excessum, cum verum sit beneficium 100. ducat. non excedere 1000. *l. cum furi ff. de in lit. iuran. l. si quidem Cod. de transact. §. sin minus vbi laf. num. secundo Instit. de act. post. Aretin. ibi Gammat. decis.* 68. *num. quarto* Gregor. *decis.* 317. *num. quarto* Rota *part.* 7. *recent. dec.* 45. *num.* 22. & in qualibet etiam modica non excessus verificatur. Lotter. *de re benef. libro primo quæst.* 38. *num.* 58. Rot. coram Mont. *decis.* 138. *num.* 2. & de ista differentia inter ascensum, & non excessum Rot. coram Merlin. *decis.* 237. *num.* 5. *&* coram Seraphin. *decision.* 1017. *num.* 5.

6. Minus autem officit, quod cum alia pensio ducat. 40. reseruata fuerit ad fauorem Iosephi resignantis cum pacto hanc illico extinguendi pro vndecim annatis, Procurator, qui consensum præstitit dicatur defecisse, quia non expressit hanc conuentionem, nec impetrauit facultatem extinctionis, qua mediante si Papa eam concessisset, aut non apposuisset quòad aliam pensionem dictam conditionem, *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, aut si denegasset, neque Coadiutoria neque resignatio effectum sortietur: Nam hæc obiectio multiplicitet cessare visa fuit. Primo quod cum supplicatio originalis non fuerit exhibita non bene concluditur prædictam facultatem non esse petitam, & cum non repediatur, præsumptio stat pro expeditoribus, quod adpleuerint adimplenda, & quod cum mandato concordet. Paris. *de resign. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 83. Rota *apud Verall. decis.* 174. *num.* 1. *& seqq. part.* 1. *in Elboren. Pensionis* 20. *Iunij* 1633. *coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio §.* 2. *pro responsione ad med.* Immo etiam præsumitur prædictum pactum à Sanctissimo fuisse reiectum, quod non impedit quin resignatio subsistat Paris. *dicto tract. de resig. lib.* 9. *quæst* 17. *num.* 141. *vers. hoc tamen*, Rota *coram Verall. decis.* 89. *num. secundo & 3. part.* 3. *decision.* 887. *num.* 2. *part.* 4. *diuers. & in dicta*

Valentina

Valentina Parochialis 28. *Aprilis* 1645. *&* 18. *Maij* 1646. *coram Reuerend. P. D. meo Cerro*, præsertim cum dicta gratia, aut nunquam, aut raro, aut ex magna causa concedi soleat; quapropter diligentiæ Procuratoris essent superfluæ, & quamuis fuissent omissæ adhuc non diceretur satisfactum non fuisse mandato Gonzal. *ad regul. octaua Cancel. glos. duodecima, numer.* 86. *&* 91. Rot. per Verall. *decis.* 79. *numer tertio, & decision.* 201. *num.* 42. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Eoque magis cum adiecta fuerit clausula si Sanctissimo placuerit quo casu cum pactum extinctionis conceptum fuerit sub beneplacito Sanctissimi gratia principalis de defectu consensus redargui non potest, Rota coram Cassad. *decis.* 2. *numer.* 3. *de Simonia decis.* 3. *numer.* 2. *de renunc. & decis.* 538. *numer.* 7. 18. 20. 22. *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 279. *num.* 55. *par.* 5. *recent. & Bacharen. Parochialis* 21. *Maij* 1635. §. *& Domini cum seqq. confirmata* 17. *Decembris* 1635. *in princ. coram bon. mem. Coccino ind. Valentina Parochialis* 28. *Aprilis* 1645. *&* 18. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro.*

7. Præterquam quod tale pactum vti respiciens commodum resignantis, non autem Coadiuti non potest ex defectu consensus istius annullare gratiam Coadiutoriæ; Nam hoc esset apponere de iure tertij, quod non debet, admitti tam respectu huius pensionis quam alterius ducat. 100. vt firmatum fuit in decisione quæ recuidetur *in* §. *vltra quod.* Nec releuat quod Rodericus possit excipere de iure tertij, quando illud est exclusiuum iuris agentis; Siquidem hæc regula procedit, quando tertius declarat se tali iure vti velle probatur in decisionibus allegatis *in d.* §. *vltra*, & explicat Bart. *& Soccin. in l.* 2. *ff. de except. rei iudic. Scacc. de iud. par.* 2. *capite septimo, cas.* 3. *memb.* 2. *num.* 434. *Virgil. de legitim. person. in prælud. num.* 159. *vers. quod dixi, & in Romana fidei. commissi de Guidis* 25. *Iunij* 1629. §. *sed neque coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio.*

8. Ex qua etiam ratione remouetur obiectum deficientiæ consensus, & adimplementi mandati ob non factam expressionem quod Antonius pensionarius esset filius Melchiotis Coadiuti, vt satis fit in alia decisione *d.* §. *Vtra præterquam vt respondetur in* §. *quoniam expressio* illegitimitatis Antonij facta fuit per eademmet verba, quæ continebantur in mandato procuræ, Quare dum formam in mandato præscriptam Procurator in supplicatione seruauit, non potest de non adimplemento redargui, vt dictum fuit in dicta decisione *in* §. *nec dicatur.*

9. Vnde nihil, interest, quod dubitetur de valore dictæ pensionis iuxta tradita in *Conchen. pensionis* 21. *Maij* 1649. *coram Eminentiss. Corrado, & decima quarta Februarij* 1650. *coram Reuerend. P. D. meo Bicchio*, & animaduertitur in decisione quæ recuidetur in §. *quoniam*, cum hoc etiam absque discrimine non procederet, attentis verbis Conc. Trid, *sess.* 25. *capite decimo quinto, de reform.* vt explicant plures allegati á Barbosa *ibi n.* 35. & in isto casu magis prodesset expressioni factæ de valore beneficij, & capacitati ipsius de medio sublata ista pensione.

10. Vlterius non obstat, quod dicatur consensum præstitum fuisse à persona minus legitima, cum appereat quendam substitutum illum præstitisse, de cuius substitutione non constat: Siquidem ostenditur actualis exhibitio mandati in vita Coadiuti Summ. responsionis II dephonsi *numero secundo*, & præstatio consensus legitur adnotata à tergo litterarum Summ. Roderici *numero tertio* ex quibus præsumitur literas ab Officialibus expeditas non fuisse, nisi præuia præstatione legitimi consensus Rota coram Caputaq. *decis.* 120. *par. prima & in recent. decis.* 20. *numero quarto & seqq. par. sexta recent.* Et comprobatur ex eo, quod libris Datariæ omnino debet fides adhiberi; nec eos licet de mendacio arguere, *vt per modern. Auenion. quæst. benef. c.* 70. *n.* 12. Rota penes Buratt. *decis.* 88. *num.* 4. *&* 5.

11. Nec releuat quod instrumentum mandati quod Notarius in actu præstationis consensus asseruit penes se admissum fuisse hodie in eius actis non reperiatur, quia imò stante deperditione præsumitur quod in Instrumento producto continetur solitas necessaria, præsertim quod in calce mandatorum procuræ apponi consueuerunt substitutiones propria manu substituentis. Andr. *decis.* 9. *numer.* 6. *vers. eo enim, & decis.* 143. *num.* 11. *part.* 2. *diuers. & In Ianuen. separationis thori* 27. *Nouemb.* 1652. §. *hinc releuans coram R. P. D. meo Meltio.* Eoque facilius talis præsumptio debeat admitti, quia in processu de partibus quoque legitur tenor mandati procuræ cum expressa facultate substituendi, quibus præeuntibus eo facilius substitutio præsumi potest.

12. Accedit etiam minister substitutus est minister substituentis, & publicè gerebat, & gerit alia eiusdem substituentis negocia *Rota in Conchen. beneficij quarta Aprilis* 1608. §. *secundo vltimo coram Card. Sacrato.* Et amplius præstatio consensus, & expeditio literarum facta per substitutum fieri non potuerunt sine magna impensa, ex qua pariter præsumitur legitimum mandatum Gregor. *decent.* 44. *numero quinto & decision.* 324. *numer. secundo & ibi* Adden. *numer. sexto.* Adden. ad Buratt. *dec.* 593. *num.* 12.

13. Qua propter excluditur obiectio, quod mandatum procuræ non potuerit ab Hispania venire de tempore consensus cum contrarium appareat ex actuali exhibitione, ac etiam cum inter Rogitum mandati factum, sub die 28. Nouembris vsque ad idem consensus lapsi fuerint 35. dies; atque ideo plus temporis quam opus sit ad iter conficiendum cum per mare 10. dies sufficiant, & in sex diebus literas habere posse firmauit Rota *in vna Dertusen. beneficij*, quam tradit Gomez. *in reg. de verisimili notitia quæst.* 5. *numer. primo & secundo* Quamobrem nihil in contrarium concludunt Testes pro parte Roderici dati Summ. *numer quarto*, quatenus deponunt quod Tabellarius Ordinarius de eo tempore post tres menses Romam aduenit: Siquidem alia via quam per Ordinarium transmitti potuerunt, & aliquando per Ordinarium, & Extraordinarium transmittuntur, & per duplicatum & triplicarum, vt accedit in præsenti, & probatur ex depositione trium testium ex parte Roderici examinantium ius sum. *num.* 4.

14. Nec magis obstat, quod dicatur solutionem componendæ & Registrationem supplicationis factas fuisse post obitum Coadiuti, cum id nullo modo iustificetur, & quamuis iustificaretur nullatenus releuaret, quia substantia gratiæ est data, non ex registratione perficitur, vt tenet Rota in Romana *legati pij, quarta Febr. & decima secunda Maij* 1628. *coram bon. mem. Coccino, & decision.* 281. *numero sexto coram Merlino.* Dum tamen interim supplicatio non laceretur, aut alteri prouideatur, vt notatur in Asten. *Coadiutoria* 21. *Iunij.* 1652. §. *tandem, & licet coram Reuerend. P. D. meo Celso*, vbi etiam additur quod ex eo, quod in libro Registratoris post obitum Coadiuti legatur factam fuisse Registra-

tionem non ex eo probari tunc temporis factam fuisse registrationem, cum soleant supplicationes semper statim deseribi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses, vt traditur *in decis.* Asten. *in §. huiusmodi*, & latius declaratur, & comprobatur *in eadem* Asten. 14. *Februarij* 1653. *coram eodem D. meo Celso, §. & eo minus cum seqq.*

15. Demum quia etiam supposito, quod gratia Sanctissimi esset inutilis nullum ius Roderico ex prouisione Ordinarij potuit acquiri, cum per solam Signaturam supplicationis intraret appositio manus Pontificis, & consequenter affectio, quæ ligat manus Ordinarij. Gonz. *ad reg. 8. Cancell. glos. 52. numer. decimo quinto & num. 48. vers. licet secus* Rot. *decis. 45. num. 31. par. 6. & decis. 237. numer. secundo par. 7. rec. & apud* Buratt. *decis. 36. numer. 2. & seqq.* Atque ita pro confirmatione decisionis vtraque parte audita, &c.

DECISIO CXX.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Zarate.

Piscien. Beneficij.

Lunæ 20. Nouembris 1651.

§. 1. POstquam Franciscus de Carolis aduersus Franciscum de Tholomeis super præsentatione ad eius fauorem facta de Beneficio controuerso tres reportauerat sententias, quarum in prima in Partibus prædicto de Carolis adiudicatum fuit Beneficium tanquam à maiori parte Patronorum, præsentato, & in duabus vltimis Rotalibus præuiis decisionibus coram Reuerend. P. D. meo Celso 26. Nouembris 1650. & coram Reuerend. P. D. meo Rojas 11. Aprilis 1651. declaratum sit dictum de Carolis instituendum esse tamquam præsentatum à familia de Carolis duas ex quatuor vocibus habente, cum Franciscus de Tholomeis præsentatus fuisset à familia de Tholomeis, cui vna tantum ex quatuor vocibus competit. Demum causa in gradu restitutionis cum clausula Parito mihi commissa, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & quidem non constare quoad præsentatos responsum fuit ex sequentibus.

2. Nam quando sententiæ sunt validæ, & iustæ cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum *capit. de integr. l. si ex causa decima l. quod si minor. 25. ff. de minor.* Rota *decision. prima de restitut. in integr. in nouis, & in Romana de Marescottis decima octaua Maij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bononien. Transactionis 30. Maij 1648. coram Reuerend. P. D. meo Celso.*

3. Validitas enim resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda quoad ipsos præsentatos iuxta *decision. Canutaq. 260. 2. par.* & conformitas in dubium reuocari non debet, cum vna confirmet aliam *Clem. 1. verbo alicuius de re iudic.* Rota coram Canaler. *dec. 387. n. 1.* Duran. *decis. 365. n. 2.* & fuit dictum *in Romana Domus 11. April. 166. coram Reuer. Terracinen.*

4. Neque obstat, quod in sententiis Rotalibus fuerit expressum duas ex quatuor vocibus spectare ad familiam de Carolis, vnicam vero ad familiam de Tholomeis, quod tamen non explicatur in sententia de Partibus; nam dum in dicta sententia exprimitur Franciscum fuisse præsentatum à maiori parte Patronorum implicitè continet id quod magis explicitè dicitur in sententiis Rotalibus, & sic in substantia sunt semper conformes Ruin. *cons. 114. numero secundo lib. quinto* Soccin. *iun. cons. 74. numer. secundo libro secundo* Gabr. *de execut. rei iud. concl. 1. numer. 34.* Couar. *pract. cap. 25. numer. 6. Thesaur. decis. 228. num. 2.* Rota *decis. 98. num. 4. par. 1. recent. & decis. 292. n. 2. par. 7. cum pluribus adductis per* Add. ad Buratt. *dec. 267. n. 10.*

5. Vlterius, nam sententia Rotalis in prima parte confirmat simpliciter primam sententiam, & sic conformitas est clara; Deinde verò procedit per caput separatum, quod non excludit conformitatem, cum tot dicantur sententiæ, quot capita Bart. *in l. 1. numer. septimo, vers. quando. C. si aduers. rem iudic.* Alberic. *in l. fin. numer. decimo quinto, vers. item quando, & iurisd. omn. iud.* Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 44* Rota *coram sa. me.* Greg. *dec. 552. n. 1. & ibi adden. n. 6.*

6. Iustitia autem dignoscitur ex decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerend. P. D. meo Celso, & coram Reuerend. P. D. meo Rojas, in quibus firmatum fuit Franciscum de Carolis vti præsentatum à maiori parte Patronorum, nempè à DD. de Carolis habentibus duas ex quatuor vocibus esse præferendum Francisco de Tholomeis præsentato ab illis de Tholomeis habentibus vnicam tantum iuxta *text. in cap. 3. & ibi glos. verb. qui maioribus de iur. patr.* Lambert. *eod. tract. 3. p. lib. 2. quæst. 4. art. 1.* Roccus *verbo honorificum num. 91. & seqq.* Paul. de Cittadin. *pariter de iur. patr. par. 6. ar. 3. num. 45.* Rota *in Cremonen. Altaris 9. Decemb. 1616. coram bon. mem. Manzaneda, & in Genuen. Cappellan. 23. Martij 1620. coram Sanctiss. D. N. cum aliis allegatis in d. decis. coram R. P. D. meo Celso. in §. nec refert.*

7. Quando vero Iurispatronatus pro dictis duabus partibus spectet ad familiam de Carolis, & pro quarta parte tantum ad DD. de Tholomeis Donatarios illorum de Masseis nullam recipit dubitationem, siquidem aduenientе vacatione, & præsentatione Beneficij de anno 1507. & 1525. & 1579. illi de Carolis præsentarunt pro duabus ex quatuor vocibus, Massei vero pro vnica, vt constat ex Summario impresso *numer. 4. 5. & 6.* quæ obseruantia optimè demonstrat huiusmodi pertinentiam, vt dixit Rota *in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram Reuerend. P. D. meo Peutingero, & in Terdonen. Iurispatron. 22. Iunij eiusdem anni coram Reuerend. P. D. meo Rojas, & 17. Iunij coram Reuerend. P. D. meo Celso, & in recent. dec. 96. n. 14. par. 6.* Iuncta etiam confessione facta ab Authore illius, qui donauit dictum Iuspatronatus, quæ propterea optimè probat contra Donatarium, & præsentatum ab eo, vt dixit Rota coram Buratto *decis. 183. num. 6. & seqq.* & firmatum fuit *in Comen. Capellæ 27. Aprilis 1648. coram Reuerend. D. meo Decano.*

8. Non obstat quod in sententiis Rotalibus fiat mentio tantummodo de duabus ex quatuor vocibus spectantibus ad familiam de Carolis, & de altera spectante ad illos de Tholomeis, non autem de alia quarta, quia dum Tholomei non docent dictam aliam vocem fuisse ad eorum fauorem purificatam, sufficit quod Francis. de Carolis habeat duas; Tholomeus verò vnam, vt primus veniat instituendus; siquidem in hac materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem præsentandi, sed tantum illorum qui actualiter præsentarunt, vt inquit Dec. *cons. 27. numer. quarto* Rota coram Duran. *decision. 199. numer. 19. & decis. 230. n. 5.*

9. Neque ex eo quod dicta quarta vox fuerit extincta possunt

possunt Tholomæi prætendere acquisuisse, vel iure successionis, vel iure accrescendi, dum non probatur Tholomæos fuisse ab vltimo de linea hæredes institutos, aut ab intestato succedere potuisse, quibus cessantibus excluditur titulus successionis, vt in puncto Rota *decis. 96. num. 8 par. 6. recent.* Et quatenus intraret ius accrescendi portio deficiens etiam accresceret pro rata DD. de Carolis Compatronis, vt per Bellen. *de iur. accresc. capit. 6. quæst. 48. num. 11. & seqq.* Rot. *in terminis de iurepatronatus gentilitio in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 10. Februarij 1645. §. secundo coram R. P. meo Bichio*, nam de natura iuris accrescendi est, vt portio portioni accrescat pro virili, sed pro rata portionum, cum portio portioni accrescat non personæ, Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 23. numer. 24.* Gratian. *discep. 347. numer. 11.* Grass. *in §. ius accrescendi q. 50.* Rot. *d. dec. 96. numer. 7. par. 6. recent.*

10. Denique cessat omnis difficultas, nam cum hodie agatur de sustinenda institutione facta ad fauorem Francisci de Carolis præsentati ab illis de dicta familia, sufficit ad hunc effectum quod ipse doceat præsentantes existere in quasi possessione præsentandi pro dictis duabus vocibus, & sic pro maiori parte, cum Tholomæi pro vnica tantum voce fuerint in possessione, & Pardinos Geminianos, & Nuceorinos non constet vllam vnquam possessionem habuisse *iuxta text. in capit. consultationibus de iur. patr.* Mantic. *decis. 88. numero primo, & in Cremonen. Præpositura 23. Maij 1644. coram Reuerend. P. D. meo Corrad. & in Terdonen. Iurispatron. 17. Iunij 1647. coram Reuerend. P. D. meo Celso & in decisione in hac causa emanata 21. Aprilis hoc anno coram Reuerend. P. D. meo Rojas §. alia vero, & in alia præcedenti 26. Nouemb. 1650. coram R. P. D. meo Celso, § eo facilius.* Et ita quod præsentatos altera tantum parte informante fuit resolutum.

DECISIO CXXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R P. D. Zarate.

Hieracen. Parochialis.

Lunæ 4. Decembris 1651.

§. 1. CVm Virgilius Galluccius Beneficium Parochiale Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij Hieracen. possideret, die 17. Kalendas Martij 1648. de Beneficio etiam Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apostolica fuit prouisus cum Decreto de dimittendo primam Parochialem in casu assecutionis secundæ, & quòd alias vtraque vacaret, vt ex literis in Summario Galluccij *num. 2.* cuius decreti dispositioni Galluccius obtemperans primum Beneficium dimisit de mense Ianuarij 1649. de quo pariter ab Apostolica Sede Carolus Cæsareus prouisus fuit, cum expressione in literis prædicti decreti, & quòd vacaret per dimissionem Galluccij, vt in Summario Caroli *num. 1. & 2.* Post quod Galluccius intendens quòd cum suppositio captæ possessionis secundi beneficij, primum dimiserit, & quod talis possessio non habuisset effectum, quia verus possessor Parochialis Sanctæ Catharinæ in eius possessione se defendebat; atque ideo se continuasse in possessione primi beneficij per totum mensem Iunij, & partem Iulij 1650. ad id probandum, vt remediis possessoriis tueretur pro remissoria institit, & articulos edidit, quare proactui dubium: An esset concedenda: & DD. affirmatiuè responderunt.

2. Nam de releuantia articulorum cum sufficienti fumo constat, quibus concurrentibus, remissoria concedi debet ex notatis per Vestr. *in praxi lib. 8. cap. vlt. n. 2. Seuerol. de remissor. c. 23.* Rot. coram Buratto *decis. 28. n. 1.*

3. Releuantia enim apparet ex 1. & 2. articulo, in quibus dicitur: quòd Galluccius Parochialem controuersam resignauit, in quantum illi suppositum fuerat iam suo nomine pacificè captam fuisse possessionem alterius, quod aliter accidit; cum Michaël verus possessor adhuc possessionem in prima Ecclesia continuaret: Vnde cum falsum esset suppositum dicto Galluccio ignorante non debet nocere; nam dimissio iuxta mentem Dimittentis est correspectiua ad acquisitionem possessionis secundi beneficij, qua falsa, & erronea existente corruit ex defectu consensus, quem error excludit Buratt. *decis. 19. num. 10.* & in puncto *text. in cap. si beneficia 20. de prabendis lib. 6.* vbi in casu liberæ dimissionis & in quo beneficium dimissum alteri iam fuerat collatum, sic Pontifex statuit, *collatione quibuscumque personis facta, nequaquam obstante: vbi gloss. verbo sine culpa, Anchoran. numer. 2.* Nauarr. *in capit. accepta in 7. oppositione numer. 39. de restit. spoliat. & cons. 14. numer. secundo circa finem de prabendis.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 46. numer 146.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 3. numer. 29. & seqq.* Rota *decis. 7. de restit. spoliat. antiquiss.* Secluſa namque dicta falsitate suppositi non videbatur necessaria dimissio, quæ de facili non præsumitur, vt in terminis defectus consensus dolo, vel vi interueniente probatur *in cap. super hoc de renunciat.* ibi, *quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quispiam beneficium multis fortè expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile, sine magna causa, sua sponte, resignet:* vbi *Panormit. num. 12.* Io. Andr. *col. 5.* Paris. *cons. 10. num. 64.* Flamin. *de resignat. lib. 8. q. fin. num 59.* Surd. *decis. 2. num. 16.* Nicol. Garz. *de benefic. par. 11. cap. 5. num. 143.* conducit Lotther. *lib. 2. quæst. 20. num. 13. & lib. 3. q. 14. n. 12.*

4. Deinde valde releuat allegatio continuatæ possessionis Galluccij post dimissionem, quia etiam liberè cedens, & renuncians, licèt perdat dominium, & possessionem saltem de iure, attamen si postea incumbat de facto, & realiter inhæret possessioni, adhuc est manutenendus, imò, & reintegrandus si spolietur, vt post *Innocen. Calderin. & alios ibi allegatos, tenet* Rota *decis. 97. num. 13. & 14. decis. 108. sub num. 7. vers. & quatenus par. 5. recent.* latè *Modenus Lusitan de iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. & Perusin. in tract. de manut. obseru. 57. num. 9.* Lotther. *dicto lib. 3. q. 14. à n. 11.*

5. Vlterius constat de releuantia tertij articuli, dum in eo dicitur Rectorem antiquum Sanctæ Catharinæ semper mansisse in possessione suæ Parochiæ signum euidens quòd Galluccius nunquam de eo possessionem accepit, dum alter in illa semper permansit, *ex l. sicut certo, §. si duobus. ff. commodati*, & certum est, quod requiritur possessio pacifica secundi beneficij, vt quis teneatur dimittere *c. si Episcopus de prabendis in 6.* Rota *diuers. decis. 676. num. 4. par. 3. lib. 3.* Seraphin. *decis. 977. nu. 1. cum adden. ad* Buratt. *dec. 19. litt. d.*

6. Nec obstat, quod possessio Parochialis dimissæ successiuè capta fuerit à Cæsare in vim nouæ prouisionis, tanquam de vacanti ob dictam dimissionem deportata de manu executoris literarum Apostolicarum, quia semper antiquus possessor manutenendus est. Felin. *in c. licet causam num. 8. & 9. de probat.* Surd. *cons. 168. num. 12.* Rot. *decis. 122. nu. 13. par. 1. recent.* quem dictus executor sua possessione

non priuauit, cum processit, eo non citato *dicto cap. liret Episcop. de præbend. in 6.* semper enim citandus est possessor, vt in puncto *Horeda de incompat. benefic. part. 1. cap. 4. numer. 7. & 8.* quamuis ignoretur ab Actore Rot. *decision. 284. num. 17. part. 5. recent. & in Gallicen. Prior. 5. Iulij 1649. & in Melenit. Comm. 15. Iunij 1650. coram Reuerend. P. D. meo Bichio.*

7. Hæc autem omnia quin valdè conferant ad victoriam causæ, negari non potest, quo casu remissoria concedenda venit *ex cap. cum contingat de offic. deleg.* Gregor. *decision. 403. num. 5. & in Spoletana bonor. 1. Februar. 1647. & in Adenionen. pecun. 25. Iunij 1649. coram Reuerend. P. D. meo Roias.* Et sufficeret vnius articuli releuantia, in beneficialibus maximè dato fumo, & præstito consensu de standovnicæ Rot. *coram bon. memor. Coccino decis. 165. numer. 6. Buratt. decis. 23. num. 4.* Rot. *in Vercellen. Præposit. 11. Decembr. 1647. coram Reuerend. P. D. meo Bichio.* Neque ad hunc effectum attenditur quid probabitur, sed quid probari prætenditur, vt in pluribus decisionibus relatis *in decis. 415. num. 5. coram fæl. mem. Greg. XV.*

8. Nec deficit fumus materiæ articulatæ, quia datur fides subscripta à decem hominibus Ciuitatis Hieracen. attestantibus de possessione Galluccij per totum tempus articulatum, quæ fides sufficit ad hunc effectum, cum sufficiat qualiscumque probatio, etiam per testes nullitèr examinatos Cassador. *decision. 7. num. 2 de dilat.* Rot. *coram bon. memor. Manzanedo in Rauenn. Censuum 8. Iunij 1618. & in Melenit. Commenda de Vaours 14. Febr. 1630. coram R. P. D. meo Cerro.*

9. Denique non obstat, quod probari posset per scripturas, quod per testes probari intenditur, nam cessante suspicione calumniæ ex reuelantia, remissoria solet concedi ad probandum per testes, etiam id quod poterat probari per scripturas. Rota *decision. 196. par. 6. recent. Add. ad Gregor. decision. 253.* maximè cum omnes articuli non possent probari per scripturas, *vt in dict. Melenit. Comm. de Vaours in fin.* Atque in vtraque parte informante, &c.

DECISIO CXXII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Celso.

Reatina Pensionis.

Luna 4. Maij 1652.

§. 1. PEnsiones de quibus agitur non deberi Ioanni Augustino Vincentio translatario, nec magis Reuerend. Episcop. Hieracensi transferenti sub die 13. Februar. 1651. coram Eminen. Cardin. Otthobono fuit resolutum ex duplici fundamento; Quoad translatarium, quod narratum non fuerit summo Pontifici decretum in literis reseruationis pensionis appositum, quod pensio centum ducatorum in toto, vel in parte transferri non posset. Et ex pacto resultante ex acceptatione talis decreti, cui Pontifex absque speciali mentione derogasse non censetur: Quæ resolutio cum hodie coram me in eius locum subrogato reuidetur, standum esse in decisis Domini responderunt, quandoquidem non obstant obiecta de nouo deducta.

2. Non enim primo releuat, quod de subreptione excipi sion possit, absque oris apertione stantibus amplissimis clausulis in Indulto transferendi appositis, videlicet *quod de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio impugnari non possit.* Nam prædicta clausula, tunc impugnandi facultatem auferret, si vna cum clausula *sublata*, vel alia æquipollenti fuisset apposita; non verò quando de per se solum extat, vt fuit decisum *in Hispalen. Beneficij de Xerez 9. Nouemb. 1602. coram Litta, & decision. 621. num. 3. part. 3. rec.* Buratt. *decision. 337. numer. 9.* sequuntur Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 66. num. 22. & 52.* Maresc. *var. resol. lib. 2. cap. 37. num. 58.* Ad hunc enim effectum dictæ clausulæ simul coniunctæ adesse debent, Put. *decis. 208. lib. 2.* Garz. *qui aliis cumulat de Benef. part. 6. cap. 3. n. 88.* Nec potest dici clausulæ *sublata* æquipollere aliam in prædicto indulto appositam, videlicet, *sicque in præmissis, &c. per quos cumque Iudices iudicari, & definiri debere.* Nam Doctores ad id allegati nempè Gonz. *dict. glossa 66. num. 18.* Barbos. *claus. 175. num. 25.* loquuntur, quando vltro prohibitum est Iudici, ne aliter iudicet, scilicet motu proprio, non vero quando gratia fuit concessa (vt in præsenti) ad postulationem partis; tunc enim intelligitur veris existentibus narratis, vt optimè distinguit Maresch. *var. resol. dict. lib. 2. capit. 1. n. 89. & cap. 37. n. 58.* Gabr. *cons. 26. n. 13. lib. 2.* Put. *decis. 208. lib. 2.* Caputaq. *decis. 128. sub num. 3. part. 1.* Et quamuis non adesset *clausula sublata* non tolleret exceptionem, quod casus iste non esset comprehensus sub indulto, de quo Rota poterit cognoscere, nam Iudex de comprehensione, aut exclusione, etiam extante dicta clausula cognitionem habet, Maresc. *dict. cap. 37. num. 29.* Rot. *in Cæsaraugustana exemptionis 27. Ianuar. 1601. coram Ottembergo, & in Baren. seu nullius Prioratus 20. Iunij 1614. coram Secrato.*

3. Nec magis sustineri debet ex clausula *irritum*, & decreto irritanti in gratia translationis appositò, quod tunc robur addit quando gratia sustinetur: Vnde corruente indulto ex defectu subreptionis, Decretum pariter vti accessorium corruere debet, vt firmat Gabr. *de claus. concl. 3. num. 82.* Cassad. *decis. 10. num. 4. super regul. Cancell.* Rot. *decision. 44. numer. 5. part. 3. recent. & part. 6. decis. 32. num. 11. & 12.* Nam cum Decretum stet accessoriè ad gratiam, secundum eius naturam debet regulari, & eadem conditiones recipere, Maresc. *dict. lib. 2. cap. 37. num. 30. & cap. 38. num. 27.* Barbos. *claus. 175. numer. 30.* Marta *de claus. claus. 176. num. 17. vers. & ideo* Modern. Mediol. *de commut. vlt. vol. cap. 7. num. 129.* Quod magis procedit, postquam detecta indulti subreptio vt tradit Maresc. *var. resolut. dicto lib. 2. cap. 1. numero 92.* Marta *dict. claus. 176. numer. 21.* Modern. Mediol. *dict. cap. 7. sub num. 229. limit. 11.* Barbosa *d. claus. 175. n. 40.*

4. Secundo affirmari nihil interest, quod nulla iure adesset subreptio in eo, quod Pontifici Maximo narratum non fuerit in literis reseruationis pensionis fuisse expresse prohibitum, ne pensio etiam vigore Indulti Apostolici posset transferri; siquidem huic indulto semper resistit prohibitio in limine reseruationis apposita, ne pensio transferretur sub pœna nullitatis, & pactum ex dictæ prohibitionis acceptatione inter pensionarium, & titularem resultans, vt optimè comprobatur in decisione quæ reuidetur §. *subreptio, & §. vlterius,* de quibus cum nulla mentio in indulto habeatur, vtique nulla derogatio potest induci, etiam ex clausulis prægnantissimis, quæ tantum ad expressa debent restringi, Rot. apud Peniam *decision. 99. 7. numero 8. & decision. 1742. numero 6.* cum aliis adductis à Modern. Mediol. *de commut. vltim. vol. cap. 7.*

*cap.7.num.209.*Maresc. *resol. dict. lib.2. cap.40. n.13. & num.23.& 24.*

5. Quapropter remoueri non potest obiectum talis pacti, quod præter propriam vim etiam iurisiurandi Sacramento fuit roboratum, vt ponderauit Rota *coram Duran. decision. 5. numero 4. cum seqq.* ad cuius derogationem semper specifica mentio requirebatur, vt in prima decisione firmatur; adeo quod facultas transferendi non suffragetur, quando ex pacto in reseruatione pensionis appositio prohibita erat translatio, vt benè probant Rot. *decision. 689. numero primo, part. 4. diuers.* quæ apud Zech. *inuenitur oblig.* Camer. *decision.1,8. numero primo, & decis.153. numero primo, part. 5. recent.* quarum vim non effugiunt respondentes, quod *in dict. decis. 689. numero secundo, & seq.* dicatur Pontificem absque consensu alicuius posse ex mera libertate pensiones transferre; quia non ex eo ibi reiecta fuit pacti oppositio, sed quia pactum non verificabitur in facto, & pensio fuerat simpliciter reseruata, vt ex eius lectura manifestè constat. Nec magis satisfit *dict. decis. 153. part. 5. recent.* dicendo quod eius *numero primo & secundo.* deducuntur motiua pro ratione dubitandi, *& num. 15. cum seq.* obiectis respondendo dicitur, quod licet Titularis consentiat ad vitam pensionarij tantum, nihilominus posse Papam concedere facultatem transferendi, cum priuatorum consensu non possit altare naturam reseruationis pensionis: Nam hæc responsio in nihilo Translatarium reuelat, cum non dubitetur de potestate Pontificis, sed solum de ipsius scientia, & voluntate nec doctrina generalis *dict. num.15. tradita,* quod semper censeatur pensio reseruata ad vitam translatarij possit applicari ad speciem propositam decreti prohibentis translationem, & pactum initum inter transferentem, & translatum de quo notitiam habuisse Pontificem non constat, nec quod ei derogare voluisset, vt præter allegatos in prima decisione comprobant Gonz. *de regul. 8. Cancell. gloss.36. numer. 36.* Modern. Mediol. *dict. cap. 7. numer.213.*

6. Nec potest dici summum Pontificem derogasse pacto, ac suppleuisse consensum titularis in indulto translationis, dum concessit facultatem transferendi pensionem perinde ac si ipsemet Titularis translationi dictæ pensionis concessisset. Nam prædicta facultas solum respicit consensum requisitum Titularis ad translationem pensionis iuxta regulas Cancellariæ, cui Pontifex derogare voluit, & sic consensum futurum, non verò præteritum ex pacto præcedenti, quod valdè diuersum est; Si quidem primus consensus est simplex vnius, iste verò reciprocus vtriusque partis per quem ius Titulari quæsitum fuit, & cui Papa non censetur derogare voluisse, quamuis derogasset simplici consensu Titularis Rot. *decision.347. numero quarto, vers. ex quibus, & numer. 5. & seq.* vbi subditur quod derogatio tanquam odiosa non debet extendi ad alios casus, *& dec. 484. num.4. part.4 tom.2. recent. coram Penia decis. 1582. num.10. & seq.* Maresc. *var. resol. dict. lib.2. d.cap.37. num.35.*

7. Quod vero Reuerendissimo Episcopo transferendi pensio non debeatur, amplius non controuertitur, & satis in decisione quæ reuidetur §. *sed nec minus fuit comprobatum,* adeovt noua confirmatione non indigeat.

Atque ita vtraque parte, &c.

DECISIO CXXIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D.Meltio.

In causa Cordubeñ. dimidiæ Portionis.

Veneris 20. Iunij 1653.

§.1. VAcante dimidia portione in Ecclesia Cathedrali Cordubeñ. per obitum Ioann. Sanch. Romero, siue per obitum Hieronym. de Leyua, & Rueda, siue per cessionem Didaci de Nauas Solano, vel per resignationem Alphonsi Nauarro, de ea à Dataria fuit prouisus Dominus Didacus Yranzu del Pino, qui subrogationem gratiosam obtinuit in omni iure quod præfatis omnibus competebat, & præsertim in possessione in qua D. Ioannes Sanchez Romero existebat, expeditisque literis Apostolicis illas præsentari curauit in Capitulo, à quo petita possessione illud mandauit quod prius reuiderentur dictæ literæ pro habenda certitudine quod in illis narrata vera essent, & deinde respondit quod erat paratum ad executionem dictarum literarum, satisfacto tamen prius per eumdem Didacum statuto puritatis sanguinis, quod habet Ecclesia Corduben. ad sui fauorem auctoritate Apostolica confirmatum, vt in Summ. Capituli *numero primo.* Cum autem de noua facta fuisset instantia per eundem Didacum pro obtinenda tali possessione, illa ei denegata fuit, eo sub prætextu quod minimè fuisset impletum dictum statutum. Commissa igitur appellationis causa in Rota dubitatum fuit an literæ Apostolicæ sint iustificatæ ita vt D. Didaco danda sit immissio, & proposito per me hac sub die, huiusmodi dubio, quoad vtramque illius partem Doctores affirmatiue responderunt, data enim iustificatione literarum Apostolicarum vt Prouiso danda sit immissio adinstar *l. fin. Cod. de edict.* Diu. Andr. *tollit declarat.* Vitalin. *in clem. 1. num.68. de caus. possess. & proprier.* Bald. *in l. 2. numero 65. Cod. de seruitut & aqua.* Menoch. *de adipiscent. vem. 6. numero 35.* Rot. *coram Seraphin decision. 357. numero primo.* Gregor. XV. *decision. 335. numero decimo quinto decision.328. & 699. vtrobique num. 1. part.2. recent. & coram Buratt. dec. 433. n. 1.* & alibi sæpius fuit dictum.

2. De iustificatione autem dictarum literarum dubitari non posse visum fuit, quia de Vacatione istius beneficij, siue dimidiæ portionis secuta per obitum Ioan. Sanch. Romero extra Romanam Curiam de mense reseruato, vt narratum fuit in literis constat ex depositionibus testium ser. ser. examinatorum ex quibus colligitur dictum Ioan. Sanch. obiisse in possessione huius dimidiæ portionis de dicto mense Februar. 1646. Summ. Didaci *numero quarto,* qui mensis, Episcopo non gaudente alternatiua, vel vbi collario est simultanea, provt ea gaudet Capitulum Corduben. iuxta probationes datas eodem Summ. Didaci *numero quinto,* est reseruatus ex Regula Cancellariæ octaua hodie nona, Rota *coram Gregor. XV. decision 103. numero quarto,* vbi quod alternatiua intrat solummodo respectu beneficiorum ad liberam Episcopi Collationem spectantium, non autem in illis simultaneæ collationis, dicti autem testes probant concludenter obitum Ioan. Sanch. de dicto mense Februar. licet deponant de solo auditu, & de publica voce, & fama, quia non datur concursus alterius prouisionis Rota *coram Gregor. XV. dicta decision.203. numero 6.* & fuit resolutum in *Maioricen.*

beneficij 27. Februar. 1645. coram me; sed contradicit tantummodo Capitulum, quod habet collationem simultaneam cum Episcopo.

3. Prouisio Didaci de Nauas Solano obtenta à Sede Apostolica per obitum dicti Ioan. Sanch. ac libera cessio dicti Didaci in manibus Papæ, necnon noua prouisio, seu mandatum de prouidendo ad fauorem Hyeronimi de Leyua, y Rueda probatur ex assertione facta à Papa in literis expeditis ad fauorem Didaci, quæ maiorem non requirit probationem. Cum attestatio Papæ præcisa de actu coram se gesto de per se concludenter probet, ac sufficiat absque alia probatione ad *Text. in cap. ex parte Decani de rescript.* vbi Imola *num. 15. clem. 1. de probat.* Oldrad. *consil. 252. numer. 2.* Rota coram Martin. Andr. *decis. 57. num. 3. & coram Merlin. decis. 40. numer. 6. & decis. 838. sub n. 1. & 3.*

4. Obitum dicti Hieronymi de Leyua y Rueda secutum fuisse de mense Iulij 1649. seu alterius verioris anni probatur etiam ex depositionibus Testium datis in eodem Summ. Didaci *numero septimo*, qui licet deponant de auditu, ac de publica voce, & fama tantum, ad istum tamen effectum sufficiunt Rot. *coram Gregor. XV. decision 176. numero septimo*, ex eadem ratione quia hic non agitur de concursu prouisionis, & licet Capitulum Cordub. contradicat, animaduerti tamen debet illud omnia in literis narrata tacitè admisisse dum requisiuit à Didaco solum adimplementum statuti Ecclesiæ Cordub. quod incipientis super puritate sanguinis, si enim quoad reliqua narrata literæ illi vitæ non fuissent sufficienter iustificatæ, eas quoque impugnasset ex aliis rationibus: Vnde benè hic videtur adaptari conclusio, quod inclusio vnius est exclusio alterius. *l. cum Prætor ff. de Iudic.* Gloss. *in l. Maritus verb. præscripserit. Cod. de procurat.* Grat. *consil. 53. numero 54. libr. 1.* Rot. *decision. 152. numer. decimo quarto part. 6. recent.*

5. Prouisio vero Alphonsi Nauarro siue ex causa obitus dicti Ioann. Sanch. siue obitus Hyeronimi de Leyua, siue cessionis Didaci de Nauas probatur, & ipsa ex attestatione Pontificis emissa in literis, provt etiam ex eadem probatur cessio siue resignatio liberè facta ab eodem Alphonso in manibus Papæ, quæ cum etiam sit præcisa, ac loquatur de actu coram eodem Pontifice gesto, satis probat, ac liberat ab onere maioris probationis vt præter supra allegatos firmauit, Rot. *in Tudertina Iurispatronat. 9. Iunij 1623. coram Manzanedo, & coram Merlin. decision. 407. numero sexto, & sequentib.* Cum igitur idem Alphonsus cesserit, & resignauerit, & ipse in manibus Papæ hanc dimidiam portionem, per talem resignationem liberè factam fuit ab eo abdicatum omne ius, & quæcumque possessio ad tradita per Paris. *de resignat. lib. 1. quæstion. 9. numero 1. & sequentib.* vbi quod tanquam vacans liberè potuit impetrari *& lib. 7. qu. 1. num. 11. vers. declarat primo* Rota coram Merlin. *decision. 231. num. 3.*

6. Reliqua in dictis literis narrata remanent quoque iustificata; Nam quod Didacus sit Sacerdos probatur ex literis Patentibus Eminentiss. Cardin. Vicarij Vrbis, quæ ad istum effectum sufficiunt *gloss. in cap. inter quatuor de Cleric. Peregr. Felin. in cap. per cessionem num. 3. de probat.* Rot. *dec. 16. eod tit in antiquis* Rot. *decis. 705. n. 3. in fin. part. 1. & dec. 455. n. 7. part. 2. recent.*

7. Controuerti neque potest valor narratus in ducatis auri de Camera 300. per non excessum, quia ex quatuor testium depositionibus datis in eodem Summ. Didaci *numero nono*, constat dimidias portiones esse annui redditus scutorum 550. aut 600. ad summum monetæ Cordub. nuncupatæ de Vellon, quæ vt non excedant ducatos auri de Cameta 300. concludunt iidem Testes, qui cum deponendo super valore percutiant tempus gratiæ obtentæ per Didacum valor dicitur optimè iustificatus, Rot. *coram Gregor. XV. decision. 357. numero quarto, & coram Burat. decision. 18. numero nono*, pro huiusmodi enim iustificatore valoris, satis etiam fuisset vnicus Testis iunctis adminiculis, vt per eundem Gregor. XV. *decision. 163. num. 2.*

8. Remanet etiam abundè iustificata gratia circa narratiuam trium beneficiorum obtentorum à Didaco, atque illorum valorem ex eorumdem quatuor Testium depositionibus, quorum duo testantur quolibet illorum non excedere valorem ducatorum auri de Camera 24. eodem Summ. Didaci *numero 11.* ad obtentorum enim valorem probandum quæcumque admittuntur leuiores probationes, Ægid. *decision. 674. & 680.* Cotta *decision. 198.* Put. *decision. 29. lib. 1.* Imo etiam sola semiplena, ac minor probatio sufficit ex pluribus allegatis per Buratt. *decision. 12. numero 5. decision. 493. num. 6. & decis. 797. num. 2.*

9. Non obstat statutum Ecclesiæ Cordub. confirmatum à Paulo IV. fel. recordat. requirens in prouisis puritatem sanguinis, ad cuius probationem prætendit Capitulum Cordub. teneri Didacum pro iustificatione suæ gratiæ, qua vsque adhuc per eum non facta Beneficij seu dimidiæ portionis possessionem illi tradere recusat, quia licet statutum per verba disponat, *Quod nullus ex Iudæorum, seu conuersorum genere descendentes ad aliquod beneficium in Ecclesia Cordub. admittatur, quodque præterea quoties-cumque alicui prouiso tradetur possessio, is se ex Iudæorum seu conuersorum genere non esse, iuramentum præstare, & de eo sufficientem informationem dare teneatur*, Vnde ex vi illius verbi, *teneatur*, Prouisis videatur imposita necessitas probationem puritatis sanguinis faciendi ad *Text. in l. 1. ff. quod quisque iur. cum aliis per* Ias. *in §. curare, numero 3. instit. de action.* Surd. *cons. 81. numero decimo quarto.* Tamen quia idem statutum continet etiam subsequentia verba, *Et si id non fecerit, quod Capitulum illum accipiat, & si per eam de contrario constiterit talis prouisus admitti non debeat, & si iam fuisset admissus pro priuato habeatur, & ad restitutionem fructuum teneatur.*

10. Ex his existimauit Rota in similibus causis Capitulo obiicienti impuritatem, & orum à Parentibus infidelibus, vel alio modo impuris incumbere onus hoc probandi, & concludente, & cum vnusquisque purus præsumatur dum non probatur contrarium, *capit. vltim. de præsumpt. & l. ab ea parte, ff. de probat.* maximè quando natus est in Regione Christianorum, vt probatur de Didaco iuxta *gloss. in capit. Presbyteris distinct. 8. & in cap. si eos 48. de consecrat. distinct. 4.* Rot. *coram Mantic. decision. 274. numero primo, coram Coccino decision. 68. num. pariter 1. & in recent. decision. 167. numer 31. & 32. & decision. 182. numero quarto, part. 1. coram Merlino decis. 368. num. 1. & 2.* Vbi habetur in terminis huiusmodi statutorum ita Rota semper seruare fuisse solitam, & multas refert alias decisiones.

11. Nihil refert quod illa verba statuti, *sufficientem informationem dare teneatur*, videantur stare præceptiuè, quia illa intelliguntur quatenus ex abundanti ipse prouisus vellet suam puritatem dedncere, & sic hoc relinquit in eius arbitrio; Vnde in defectum adimplenti non procedit illud ad priuationem contra prouisum, aut illum arcet à possessione, sed vt supra demonstratum fuit, grauat Capitulum ad faciendum huiusmodi probationem; & quatenus ab eo

eo probetur impuritas tunc denegat admissionem prouiso, vt bene declarat *dict. decis.* 368. *coram Merlin. sub n.6. cum duobus seqq.* Lother. *de re benef. lib.2.q.43. num.68.& seqq.*

12. Minus aduersatur quod Didacus ex propria confessione sit Expositus quare æquiparandus sit vulgo quæsitis, vt per Bart. *in l. 1. in fine ff. de mancipat.* qui vulgo quæsiti legitimari non possunt ob incertitudinem Parentum Put. *decision. 425. lib.1. numer. 1. & 2.* Seraph. *decision.108. num.1.* vnde stante incertitudine etiam respectu Parentum ipsius Didaci, impossibile reddatur Capitulo capere informationem super puritate, vel impuritate illius sanguinis. Nam licet vulgo quæsiti non possint legitimari, hoc tamen procedit, quia nulla haberi potest præsumptio de eorum Patribus. Si autem ab aliquo vti à Parre agniti sunt legitimantur iuxta *Text. in l. si qua illustris circa finem C. ad orfician.* & ratio est, quia tunc intrat præsumptio, quod sint illius, à quo legitimantur. Cum autem Expositi pro se habeant præsumptionem quod non sint impuri, ac sanguine infecti ex textu in *l. sancimus Cod. de Infamib. expositi. & tenuerunt multi DD. magni nominis relat.* per Dian. *resol. 96. part.10.* hæc sola præsumptio sufficit ipsi Didaco, vt per Menoch. *de arbitr. cas. 396. num.15.* Grat. *discepi. forens. cap.135. num.31.& cap.267. num.22.* Barbos. *in Rubr. de Infantibus, &c. num.3. vers. verum DD. magis, & in addit. tom.6. Collect. ad eandem Rubr. numer. 2. & de offi. & potest. Episcopi part.3. alleg. 51. n.150.* latè Castropal. *tom.2. tract.13. disp.4. punct.1. n.8.& seqq.* adeo vt Capitulo Cordubensi dum intelligit illum excludere ex capite impuritatis sanguinis non sufficiat illam præsumptiuè probare, sed requirantur plenæ, ac concludentes probationes, vt in dicta *decis.* Merlin. 368. *n.1. & 2.* quæ hic prorsus deficiunt.

13. Nec obstat *decis. 185. numero tertio, part.1. recent.* quia ibi non affirmat Rota quod expositi non possint admitti in Ecclesia Toletana, sed tantum incidenter insinuat illos non posse satisfacere statuto puritatis; quod quidem manifestum est. Nam si ipsi tenerentur informationes dare, nullatenus satisfacere possent statuto: At vero in huiusmodi statutis, vt supra ostensum fuit, Prouisi non tenentur probationes facere, sed hoc onus incumbit Capitulo, Ideo benè potest stare, absque implicatione quod Expositi non possint satisfacere statuto, & tamen possint admitti: Vltra quod statutum Ecclesiæ Corduben. est diuersum à Statuto Toletan.

14. Suffragatur etiam eidem Didaco, quod vti Expositus obtinuit dispensationem vsque de anno 1624. à san. mem. Vrbano VIII. non solum ad susciepiendum omnes Ordines Ecclesiasticos, sed etiam ad obtinendum quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica, tam sine cura, quam cum cura, vt in eius summ. *numero quarto*, Vnde quæcumque incapacitas, quæ in eo considerari poterat vti expositio, censetur sublata ex plenissima habilitate, & restitutione illi concessa à Pontifice Rot. *decision. 315. numer.9.* licet etiam non desint DD. qui teneant Expositos ad Sacros Ordines promoueri posse absque vlla dispensatione, & esse capaces successionum, ordinum, & dignitatum Felin, *cap. cum deputati num. 13. de iudic.* Menoch. *de arbitrar. cas. 396. n.16. in fine*, Grat. *discept. forens. c.135. n.31.& c.267. n.22.*

15. Nihilque faciunt alia prætensa statuta Ecclesiæ Cordubeñ. disponentia modum seruandum circa traditionem possessionis, & in specie dum mandant quod Prouisus iuret, & de memoriale cum explicatione Patris, Auorum, & loci natiuitatis, quod ille fuerit expositus. Nam huiusmodi statuta tanquam confirmatione Sedis Apostolicæ carentia, non veniunt attendenda; Cum concedi non potuerint vti iuri communi contraria, quæ propterea pro eorum validitate tali confirmatione indigebant, ex multis relatis, per add. ad Burat. *decision. 758. numero decimo tertio*, vbi habetur statutum disponens quod descendentes ex genere infecto, nempe Iudæorum, Maurorum, vel Hæreticorum non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, esse contra ius commune, iuxta *text. in cap. eam te de rescript.* & propterea restringendum esse, declarat Bart. *in l. omnes populi numer.56. ff. de iust. & iur.* ita vt nullam recipere possit extensionem, vltra illud, quod in eo exprimitur iuxta *text. in vers. de viro ff. solut. matrim.* Vnde cum in Didaco vti Expositio non reperiatur macula, quam statutum excludit, ille admitti debet, *vt per* Grat. *discept. forens. dict. cap.267. numer.26.*

16. Neque valet quod ex parte Capituli dicatur dicta statuta facta fuisse pro maiori declaratione, & faciliori executione primi, & sic confirmationem Apostolicam illa quoque comprehendere. Quia confirmatio primi emanauit à Paulo IV. de anno 1555. vltima vero statuta initium habuerunt post publicationem Sacri Concilij Tridentini quod fuit perfectum sub Pio IV. de anno 1563. Vnde agitur de impossibili, quod dicta confirmatio Apostolica ad præfata statuta post tam longum tempus facta, extendi posset, quia daretur casus quod confirmatio fuisset facta sine confirmabili, quod non est admittendum, cum confirmari non possit quod non est ex doctrina, Bald. *in in cap. ex literis numero quarto, versic. & est ratio diuersitatis d. fid. instrum. & cons. 161. numero primo, in fine vers. nam confirmatio non potest esse lib.6.* Tiraquell. *de legib. connub. gloss. 4. numero vigesimo sexto, in fine*, Vincent. de Franchis *decis. 204. num.24* Vltra quod sufficit, vt in eadem confirmatione non legatur dicta prætensa statuta, sed insertus fuerit tantummodo tenor primi statuti, quia confirmatio restringitur ad limites confirmati, & illius naturæ est, non aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est, solum roborare *l. Aurelius. § testamento ff. de liber. legat. gloss. in c.1. verbo confirmat. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rot. *in recent. dec.269. nu.44 part.4. recent. tom. 2.* aliàs non esset confirmatio, sed noua concessio, quæ duo valde inter se differunt *cap. inter dilectos. §. certum de fid. instrum. l. & quia. ff. de iurisd. omnium Iudicum.* Abb. *cons.57. col. fin. lib.2.* Dec. *in rubr. de confirm. vtil. vel inut. n.1. vers. ad idem.*

17. Nec aliqua confirmatio desumi potest ex obseruantia, quia vltra quod ex abundanti dicitur, quod ex parte Didaci per testium depositiones probatur Aluarum Pizano de Palacios alias fuisse receptum in Canonicum scripturalem à Capitulo Cordubensi, non obstante quod iste fuisset Expositus, vt in eius summ. *numero decimo sexto*, qui solus actus est ad destruendam quamcumque prætensam, obseruantiam, etiamsi pro ea mille darentur Cyriac. *controu. 460. numer.31. & 32.* Rota *coram Gregor. XV. decis.162. num.9. vbi* Adden. *num.15. & fuit resolutum in Toletana decimarum de Soluna 22. Apr. 1641. coram R.P.D. meo Bichio coram Merlino decis 54. num.31. & in Beneuentana iurisdict.27. Ianu. preteriti coram R.P.D. meo Zavate sub §. immemorabilis circa finem*, dicitur etiam, quod refugium præsumptæ confirmationis remanet hodie sublatum ex Constitutione Vrbana edita anno 1641. sub die 5. Iunij, qua quæcumque præsumptæ confirmationes, & obseruantiæ, ac beneplacita Apostolica ex temporis cursu deducta iura optimo fuerunt reicta, & reprobata, provt ita firmatur *in Tiburtina assiduus 29. Iunij 1648. in Leodien Dominiorum 25. Iunij, 9. præter quod oppositiones, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.* Accedit quod versamur in

obseruantia

obseruantia voluntaria, & contra ius, quæ proinde non est attendenda, & quemadmodum Capitulum non potest condere statutum contra ius, ita nec inducere obseruantiam. Nam quod non potest fieri expressè, nec tacitè licitum esse debet, vt concludit Oinotom. *super Institut. §. ex non scripto de iure natur.* & ibidem post eandem conclusionem tuetur, ac in terminis firmauit Rot. *in recent. decis. 577. num. 55. seqq. part. 5.*

18. Demum prætensa obseruantia respectu vltimorum Statutorum, nec potest dici probata per Testes vt in summ. Capitul. *n. 5.* quia cum illi deponant aut de auditu, aut de credulitate, aut in genere extare statutum super conditionibus, & qualitatibus admittendorum, istæ verificari possunt in primo Statuto à Sede Apostolica confirmato, & quamuis talis obseruantia bene probaretur adhuc nullius esset releuantiæ ex supradictis.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Huius Tomi Octaui.

Prima Litera designat Tractatum, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

A

Abesse.

ABesse à Choro,& lucrari distributiones quotidianas an Surdus, & Cœcus possint? t.9. r.2.§.1.& seq. p. 193

Abbreuiare.

Abbreuiare vitam ipsam an liceat vigiliis, pœnitentiis, &c.t.5.r.53.§.1.& seq. p.116

Abscindere.

Abscindere propriam manum,vel pedem,& si sanum,an liceat ligato,velnon ligato, vt per fugam imminentem mortem euadat? t.5.r.57.§.5.p.118

Abscindere sibi membrum an sit licitum in aliquibus casibus.t.5.r.59.§.2.p.119

Abscondere.

Abscondere animal,mancipium,& seruum ne capiantur pro damnis ab eis factis ante iudicis sententiam, an Dominus possit? t.5.r.76.§.1.p.127

Absolutio Sacramentalis, &c.

Absolui sine conditione in articulo mortis,an possit,qui periit confessionem; & in tali casu,an sufficiat vnius testis fides,testans infirmum signa contritionis dedisse;nec talem testem iurare necessarium est, nec Christianum esse opportebit? t.1.r.3 §.3. p.2

Si absoluere nollet Confessarius Regularis pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem, an peccet mortaliter,vel tantum venialiter? t.1.r.6.§.2.p.5

Et an hoc procedat,etiam si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet,si tamen probabilis reputatur inter Doctores probatæ authoritatis? ibid.§.3

Absoluere moribundum in articulo mortis posse quemlibet Sacerdotem,præsente Parocho, opinio hoc asserens,an sit probabilis? t.1.r.7 §.1.ibid.

Absoluendus,an sit vir nobilis,qui dubitat vtrum emiserit votum B.Virginis Lauretanæ, & per multos annos non adimpleuit,nec adimplere nolebat? t.4.r.19. §.1.& seqq.p.55

Vt pro absolutione obtinenda quis Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit à suo Episcopo impetrare, quot annorum senex intelligatur? t.4.r.36.§ 4.p.63

Absolua an possit,si nihil velit restituere cõsulens homicidium,furtum,&c.dubitans tamen,an ex tali consilio motus ille fuerit ad id faciẽdũ?t.5.r.88.9.4.& seq.p.131

Idem est de mandante. Ibid.§.2

Absolutio an sit deneganda pœnitenti, qui mutuo dedit concubinæ centum aureos, quorum recuperationis spem amittit,si è domo eam eiiciat?t.6.ref 5.§.2.p.137

Circa absolutionem pœnitentis,qui non vult restituere nisi per partes,si potest statim totum simul restituere, quid facere debeat Confessarius?t.7.r.21.§.1.& 2.p.158

Absolutio an sit deneganda pœnitenti,qui nolit restituere defraudationem gabellæ impositæ super rebus necessariis ad proprios vsus,nimirum carnibus,piscibus; sali,frumento,oleo,&c.t.7.r.60.§.1. & seq. p.184

* Vide verb. *Lubens.*

Abstinere.

Abstinere à nuptiis an teneatur certus, quod vouerit se non accessurum ad aliquam fœminam,& dubitat,num de accessu fornicario,vel vxorario senserit? t.4. r.18; §.3.p.54

Abstinere ab esu carnium an teneantur Carthusiani in periculo mortis?t.5.r.57.§.4.p.118

* Vide verb. *Accubans.*

Accedere.

Accedere ad Infideles gratia illos conuertendi an aliquis possit cum periculo peruersionis; & ad prædicandum meretricibus cum periculo peccandi?t.6.r.11.§.3.p.141

Acceptare, Acceptatio, &c.

De non acceptando Episcopatum,Senatorem, Iudicem, Præsidẽ,vel alias Prælaturas,& Officia siue sæcularia, siue Ecclesiastica;siue Regularia, votum,vel iuramentum factum an sit validum? t.4.r.39.9.1 & seqq.p.65

Si acceptatum sit iuramentum præstitum homini; an possit commutare?t.4.r.69.§.3.p.84

Post acceptationem voti,vel iuramenti factam alicui Ecclesiæ,vel pauperi,an possit quis authoritate Episcopi,vel propria in melius commutare?t.4.r.70.§.1.ibid.

Et quid ante acceptationem? ibid.§.3.

Si acceptauit vouens commutationem voti in melius factam an possit redire ad prius votum?t.4.r.75.§.1.p.87

* Vide verb. *Adimplere, Anima, Beneficium, Commutatio, Donatio, Indulgentia, Obligare, Paruitas materiæ. Promissio.*

Accessus.

* Vide verb. *Abstinere.*

Acceptio, Accipere, &c.

Qui accipit à fure pecunias,ne clamet,& ne indicet, non obligatur ad aliquam restitutionem,nisi furtum ex officio impedire debeat,vel nisi res accepta sit pars furti?t.5.r.89.§.4. p.131

Acceptatio vltima rei ablatæ complens materiam gratiam,an in aliquo casu non sit peccatum mortale?t.7. r.7.§.1. p.149

Si accipit famulus aliquid ab alio famulo furante ne clamet,vel indicet furtum eius Domino, non tenetur restituere,nisi pars accepta sit furti.t.7.r.32.§.3. p.165

Acceptum pro eo,quod ex charitate solum aut alterius virtutis obligatio erat debitum,an quis teneatur restituere.t.7.r.52.§.1. p.179

Accipientes munera iudices,& ministri publici sola lege positiua prohibita,an sint obnoxij restitutioni in foro conscientiæ,nulla expectata sententia,quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio & gratitudine.t.7.r.53.§.4.p.180

Acceptio, & datio pio fornicationis actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra iustitiam, ideo meretrix non tenetur restituere. tract. 7. res. 59. §. 4. pag. 184

Et an cæteræ mulieres accipientes à suis amatoribus munera spe consequendi ab ipsis, quod praue concupiscunt, si non consentiant, an teneantur restituere munera, quæ acceperunt? ibid.

* Vide verb. *Comparare. Fœmina. Iudex. Licentia. Meretrix. Pauper. Recipere.*

Accubans.

Accubans in lecto quidam vir Nobilis, & comedens cibos calidos incidebat in pollutionem; an teneatur aliter decumbere, & cibos illos non comedere? Poterat enim sine aliquo damno à supradictis abstinere. t. 6. p. 12. §. 1. p. 141

Accusare. Accusator.

Accusare non possunt Cœcus, surdus, & mutus, & repelluntur ab accusando. t. 9. r. 1. §. 1. p. 195

Accusatorem occidere an liceat euntem ad accusandum falsum contra aliquem? t. 5. r. 27. §. 1. p. 104

Accusatorem occidere an liceat, qui falsis calumniis conatur per iudicem aliquem interficere, infamare, vel bonis priuare, si non adsit alia via euadendi? tr. 5. r. 28. §. . ibid.

* Vide verb. *Extorquere.*

Actio.

Quando actio mala proponitur solum confuse, & conscientia erronea non distinguit, an mortale sit, vel veniale, an tunc peccatum mortale sit? tract. 3 r. 6. §. *Sed*, pag. 53

Si actio aliqua talis sit, vt ex ea plerumque damnum tertij sequi soleat, si in ea actione iure tuo vtaris, non teneris ad restitutionem, quamuis possis peccare contra Charitatem, si parum ipsius interest eo, vti; vt si venas aquarum per tuum prædium currentes, à quibus aqua in puteum vicini influebat, prætextu alicuius operis intercipias; aut si cloacam in prædium alienum aperias, & sic in similibus. t. 5. r. 69 §. vlt. p. 124

* Vide verb. *Adulter.*

Actus.

Actus hic, comederem carnes in Quadragesima, si Ecclesia non prohibuisset, an careat culpa? tract. 6. res. 2. §. 3. pag. 115

Et quid, si quis diceret occiderem inimicum, si hoc non esset peccatum, aut offensa Dei, & similia, vel si supplicium, aut infamiam non timerem, an careat culpa? ibid. §. 4

Pro his actibus an Electores ad Maioratum, Cathedram, Capellam, &c. & qui debent eligere pauperes pro diuidenda eleemosyna, an possint recipere aliqua munera, sine onere, restitutionis? tractat. 7. resol. 53. § 1. pag. 179

Qui in ipso actu venereo correptus, morbo amisit loquelam, & paulo post expirauit, an sit priuandus Ecclesiastica sepultura? t. 5. r. 5 § 1 p. 190

Et an pro illo possint suffragia offerri? ibid.

* Vide verb. *Acceptio, Amens. Fœmina. Meretrix. Prætores. Puella.*

Adimplere.

Non adimplere possessionem gratuitam acceptatam in re graui an sit peccatum mortale? t. 4. r. 2. §. 1. p. 48.

Adimplere votum in sequentem diem an teneatur, qui vouit certa die, verbi gratia, ieiunare, audire Missam, &c. si eo die impeditus fuit? tract. 4. resol. 15. §. 1. & seqq. p. 53

Et quid, si dubius est, an votum emiserit intuitu temporis? ibid.

Adimplere votum an quis teneatur in dubio, vtrum materia voti sit bona, aut mala? t. 4. r. 17. §. 1. p. 54

Et quid, si essent opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam? ibid. §. 2.

Adimplere an teneatur dubius de voto, & iuramento. t. 4. r. 18. §. 1. ibid

Adimplere an teneatur, qui non omnino neque æque dubitat, sed magis inclinat in eam partem, vt votum emiserit, non integrè quidem, sed ad partem rationis huius maioris pro personis. t. 4. r. 20 §. 1. p. 55

Idem est de dubitante in materia iustitiæ. ibid §. 2.

Adimplere votum an teneatur, qui vouit ingredi Religionem, si per annum in fornicationem non incideret, si in dicto anno culpa sua fornicetur? tract. 4. r. 34. §. 1. p. 81

Idem est de illo, qui vouit sub conditione, si impetret sanitatem intra mensem, & ob intemperantiam non obtineat illam. ibid. §. 2

Adimplere votum Religionis, ieiunij, &c. an teneatur, qui post sexagesimum annum illud emisit? tr. 4. r. 36. §. 2. p. 63

Adimplere an teneatur votum, vel iuramentum, qui dubius est, an emiserit votum, vel iuramentum habens vsum rationis? t. 4. r. 40. §. 1. p. 65

An adimpleat votum, iuramentum, vel pœnitentiam iunctam audiendi Missam, vel dicendi Officium B. Virginis, si Missam audiat, vel recitet sine interna attentione? t. 4 r. 48. § 1 p. 70

Idem est de præcepto audiendi Missam, vel recitandi Horas Canonicas. Ibid.

Adimplere votum an adhuc teneatur, qui emisit votum mittendi ad domum Lauretanam Calicem aureum, quem postea amisit cum persona fideli, sed per viam à latronibus furatus est? t. 4. r. 71. §. 1. p. 84

* Vide verb. *Absoluendus. Anima. Implere.*

Adiuuare. Adiutor.

Adiuuari ab alio potest, qui opprimeretur; & adiutor non peccat, etiamsi occideret aggressorem, seruato omni moderamine. t. 5. r. 20. §. 1. p. 101

Si adiuues aliquem asportando rem furtiuam, quam sine tuo auxilio tamen auferret an tenearis ad restitutionem? t. 7. r. 28. § 2. p. 163

Adiuuare fideles non tenentur ex præcepto charitatis animas fidelium defunctorum Orationibus, Sacrificiis & aliis piis operibus. tract. 10. resol. 12. §. 2. post medium. p. 200

Administratio Sacramentorum.

In administratione Sacramentorum an liceat sequi opinionem probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori? t. 1. r. 2 §. 1. & seqq p. 1.

Vbi pro praxi aliqui casus.

Et quid in administratione Sacram. Pœnitentiæ, quando agitur de iurisdictione Confessarij? t. 1. r. 4. §. 1. p. 2.

In administratione Sacram. an liceat vti iurisdictione probabili, relicta certa? Et an idem sit in materia, & forma? t. 1. r 5. §. 1 & seqq. p. 3. & 4

* Vide verd. *Eligere.*

Admittere.

* Vide verb. *Criminale. Tabula.*

Aduertere.

Quando quis aduertit ex suo homicidio sequuturum damnum tertij, si re vera sequatur, an teneatur ad restitutionem? v. g. occidit quis Ioannem, imponitur homicidium Petro, qui cum Ioanne inimicitiam habebat; capitur Petrus, & ad mortem damnatur, an in tali casu verus homicida teneatur restituere hæredibus Petri damna insequuta? t. 5. r. 69 §. 1. & seqq. p. 124

Vbi alij consimiles casus adducuntur, sed iam omnes in suis propriis verbis in hoc indice sunt transcripti, & oppositi.

Adulter, Adultera.

Si inter adulterum, & maritum sit dubium, cuius sit proles ad quid adulter teneatur? t. 2. r. 15. §. *Sed quid.* p. 27

Vbi, quid non solum adulter non tenetur ad restitutionem, si probabiliter credat prolem non esse suam, sed etiam si simul credat probabiliter esse suam. §. 5

Adulter

Adulter an possit occidere maritum inuasorem, quamuis inuasus fuerit in culpa, vt aggredereturt.5.r.21. §.1 p.101
Si adulter præuidet pericula mortis futura ex actione propria, peccat certo peccato homicidij in corde suo quando tale periculum mortis præuidens, statuit in illo se instituere. At vero in vero periculo positus non amittit ius defendendi se, ibid.p.102
Si adulter occidit cum moderamine maritum inuasorem; an teneatur ad aliquam restitutionem. t.3. res. 68.§.1. & seq.p.124
Et quid è contra t.5.r.74.§.3.p.116
Adultera etiam infimæ sortis, & nupta viro Nobili, cui supponit filium alterius pro successione Maioratus, omissis filiis legitimis, vt nō se prodat, & si sciat profuturum; non tenetur adultera hoc reuelare filio spurio, nec filius tenetur credere. Tenebitur tamen adultera in dicto casu, si potest, ex iustitia satisfacere, aut conferendo bona libera filiis legitimis, aut consulendo spurium intrare Religionem.t.7.r.65.in fin.p.187
* Vide verb. *Altare, Damnum, Inuasor.*

Aduocatio.

Aduocationis munus an surdus, & cœcus exercere possint.t.3.r.4.§.1.p.193
Et si mutus consulat scripto, an peccet. ibid.
Et quid in causa propria. ibid.

Aduocatus.

Aduocatus, probabiliori relicta; an possit consulere secundum opinionem probabilem in causa sanguinis, vel amissione omnium bonorum t.1.r.24 § .p.16
Et an in hoc casu Aduocatus teneatur manifestare parti minorem probabilitatem suæ causæ, alias restituere ei expensas, & damna teneatur. ibid.
Aduocatus an possit patrocinari causam clientis minus probabilem, etiam si cognoscat contrariam partis aduersæ esse probabiliorem.t.1.r.25.§.1.p.17
Aduocatus an possit sequi opinionem Antonij Cujacij, & similium Iurisconsultorum.t.1.r.26.§.1. p.19
Aduocatus an non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia possit patrocinari. t.2.r.14.§.1. p.25
Aduocatus, si causa sit criminalis, an possit in dubio patrocinari contra reum.t.2.r.12.§.1. & seq.p.26
Aduocatus an teneatur de culpa leui. t.3.r.22. §.1. & seq.p.41

Ægritudo.

Ad ægritudinem euitandam an liceat propriam mortem exoptare.t.3.r.55.§.1. & seq. p.117
* Vide verb. *Carthusianus.*

Æquiuocatio.

Æquiuocatione vtens in iuramento, an possit quis sibi falsum, aut graue crimen imponere ad euitanda grauia tormenta. t.4.r.67.§.1.p.82
* Vide verb. *Amphybologia.*

Affectio.

Ex affectione nimia ad rem iuramentum falsum inaduertenter dictum ab eo, qui prauam consuetudinē iurandi habet, an sit peccatū mortale.t.4.r.66 §.1.p.81
Et an hoc procedat quoad blasphemias. ibid.
Et quid, si non ex praua consuetudine blasphemia, vel iuramentum probatum sit ex nimia affectione ad rem. ibid.

Afflictio.

Ad afflictionem internam euitandam an liceat mortem propriam exoptare.t.5.r.55.§.1.& seq. p.117

Agere.

Agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, an sit peccatum mortale? Vbi pro praxi duo casus.t.2.r.19.§ 1.p.28

Aggredi, Aggressor, Aggressus.

Quando aggressus dicatur occidisse cum moderamine inculpatæ tutelæ.t.5.r.1.§ 1. p.90
Si aggressor sit ebrius, aut furiosus, aut Clericus, & Religiosus, an teneatur quis fugere, & talem aggressorem non occidere.t.5.r.2.§.2.per totum p.91
Vbi notabilia, quæ contingere possunt in dicto casu.
Aggressus iniuste Clericus Nobilis, an teneatur fugere, si dedecus ex fuga obueniat.t.5.r.3.§.1.ibid.
Aggressus non solum vir infimæ conditionis, sed etiam vir Nobilis, an teneatur fugere; si ex fuga possit euadere mortem, & non interimere aggressorem vim vi repellendo.t.5.r.4.§.1.& seq.p.92.& 93
Si aggressus est Rex, Dux, &c. an licitum sit occidere inuasorem, si ex eius morte sequatur notabile damnum Reipublicæ, quia est persona ei valde necessaria.t.5.r.17.§.1. p.100
Si quis aggrediatur aliquem iniuste, & alius se interponat, vt rixam diuidat, & ille ad fugiendum ictum rixantis protegat se retro huna mediatorem, & si ille ictum excipiat, & moriatur; dummodo ille non fuerit author rixæ, an tota pœna, & culpa sit inferenda in alterum, qui inuasit, &c.t.5.r.18.§.5.p.101
Quando aggressorem quis interficit, an liceat intendere mortem eius, vt medium ad sui defensionem. t.5.r.19.§.1.& seq.ibid.
Si aggressorem occideret adiutor alicuius, qui vi opprimitur; non peccat, seruato omni moderamine: t.5.r.20.§.1.ibid.
Aggressorem præuenire an liceat, & eum, prius quam inuadat, occidere.t.5.r.22.§.1. p.102
Si aggressorem inuasus etiam Nobilis occidat, si possit fugere, an teneatur ad restitutionem.t.5.r.63.§.1.& seqq.p.122
Et quid de Clericis, Religiosis, & viris infimæ notæ; & conditionis.t.6.r.64 & 65.p.122.& 123
* Vide verb. *Defensio, Inuasor, Inuasus, Inuadere,*

Alapa.

Alapam minantem inuasorem, vel fustis ictum an Clericus, & Religiosus non possint occidere sine peccato iniustitiæ, & Religionis, nisi timeatur iam ex tali percussione vulnus, vel aliud damnum temporale. t.5.r.3.§.2. in fine p.92
Si alapam viro honorato impingēs, & inferre quis innititur, an licitum sit tali viro honorato inuasorem occidere.t.5.r.5.§.1.p.94
Et an hoc admittendum sit in hominibus infimæ conditionis.t.5.r.6.§.2.in fine ibid.
Et quid post alapam in pactum, an liceat fugientem insequi & occidere.t.4.r.7.§.1. ibid.
* Vide verb. *Inuasor. Alere.*

Alere illegitimum quis teneatur, quando duo dubitant, vter ipsorum sit eius Pater.t.2 r.14.§.1.p.26
Et quid, quādo vnus ex his est Nobilior, & ditior.ib.§.2
Et quid, quando dubitatur magis prolem esse vnius, quam alterius, an vterque teneatur ad alimenta pro æqualitate dubij.t.2.r.15.§.1. ibid.
Et quid quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter maritum, & adulterum. ibid. §.4.p.27
Alere filios ex concubina an teneatur Pater, qui separari non possunt à matre, & periculum habeat relapsus cum concubina.t.6.r.11.§.3.p.141
* Vide verb. *Adulter, Adultera, Alimentum.*

Alienatio.

In alienationis prohibitione rerum Ecclesiasticarum, an detur paruitas materiæ. t.3.r.7.§.1. p.33
Et in dicto casu, & alienatione, quænam dicuntur terrulæ, & quæ res exigui valoris. ibid. §.2

Alimentum.

Alimentum dare iure naturæ an teneatur filij etiam ex amplexu damnato nati; Parentibus indigentibus & non habentibus vnde se honeste alere, & decenti labore se sustentari possint, etiam si sint Pagani, Iudæi, & Hæretici.t.10.r.12 § *Sed ego* p.200
Et quid quando damnatus est à iudice, vt fame pereat? Et quid, si Pater esset hostis, aut proditor Reipublicæ ibid.in eodem §.

Alimenta præstare an potiùs teneatur filius Patri bannito, quam possit illum occidere. t. 5. r. 41. §. 1. p. 111
Alimenta debentur tamen ex feudo in casu, quo mutus à natiuitate non possit succedere in feudo, quibus possit sustentari, pro quibus non tenetur aliquo modo seruire. t. 9. r. 6. §. 1. in fine p. 194
* Vide verb. *Atge, Filius.*

Alligatus.

* Vide verb. *Abscindere. Ligatus.*

Altare.

In Altari Crucem variis Reliquiis non tamen approbatis ornatam collocare an liceat. t. 7. r. 1. §. 3. p. 147
* Vide verb. *Euadere.*

Amasius.

Si amasius, & meretrix iurent fidelitatem, nempè vt nullam aliam personam carnaliter cognoscant, an tale iuramentum obliget. t. 4. r. 57. §. 1. & seq. p. 76

Amator.

* Vide verb. *Accipere, Fœmina, Munera.*

Ambulare.

Si ambulare pedester quis possit sine damno aliquo, & nolit, expertus tamen equitando pollutionem pati sine tamen consensu, equitando minimè peccat. t. 6. r. 12. §. *Hinc*, ad medium. p. 142

Amens, Amentia.

Ab amente inuasus an possit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, si sciat illum incidisse in amentiã in statu peccati mortalis? Et quid, si probabiliter credat illum esse in statu gratiæ? Et quid, si multò dubitet de suo statu. t. 5. r. 47. §. 1. & seq. p. 113
Amens si actum fornicationis, vel pollutionis committat an peccet mortaliter. t. 6. r. 1. §. 7. & 8. p. 135

Amicitia.

* Vide verb. *Munera.*

Amicus.

Pro amici defendenda vita, honore, facultatibus, & bonis eius liceat, exponere propriam vitam. t. 7. r. 35. §. 1. p. 108
Vt amicus interdum eugdat, an licitum sit occurrere hostibus, vel bestiæ furenti? ibid. §. vlt. post medium.
Amicis occisi an homicida teneatur restituere damnum per accidens illis sequutum. t. 5. r. 73. §. 1. & seqq. p. 125
Amicus pro amico an possit eligere sepulchrum. t. 8. r. 9. §. 2. p. 191
Si quis amico narrauit iniuriam sibi ab aliquo secreto illatam, ad leniendum dolorem, an peccet mortaliter. t. 10. r. 7. §. 1. p. 198
* Vide verb. *Consulere.*

Amissio. Amittere.

Ob amissionẽ vnius rei, an quis aliquando teneatur ad duplicẽ restitutionem. t. 7. r. 17. §. 1. & seq. p. 156. & 157
Qui amisit alterius gemmam mille aureorum, putans tantùm esse centum aureorum, an teneatur restituere mille, aut centum. t. 7. r. 18. §. 1. p. 157
* Vide verb. *Altus. Aduocatus.*

Amphibologia.

Amphibologiis vtendo absque necessitate an sit peccatum mortale. Vt videlicet. v. g. si cures ioci causa Principem esse in Aula intelligendo pictum. t. 4. r. 63. §. 1. p. 78
Amphibologiis quis possit vti ex iusta causa, quoties id sit necessarium, aut vtile ad salutem corporis, honoris, vel ad res familiares tuendas, & alia similia. ibidem.
Et in dictis casibus an taliter iurans solum excusetur à periurio vel etiam à peccato mortali, dummodo non iuret in iudicio, dum iudex iuridice illum interrogat. ibidem. §. 4
Et pro praxi supradictarum quæstionum vide in t. 4. r. 64. §. 3. & seqq. p. 79
* Vide verb. *Æquiuocatio iudicium.*

Amplexus.

* Vide verb. *Pollutio.*

Animal.

Animalia capta in venatione, an Ecclesiastici & Religiosi teneantur restituere. t. 7. r. 55. §. 1. & seq. p. 180
Et aliqua alia contingentia circa dictam venationem, & piscationem lege res. seq per totam p. 181
Animalium carnes crudas comedere absque necessitate an sit peccatum mortale. t. 10. r. 9. §. 1. & seq. p. 198
* Vide verb. *Abscondere, Bellua, Bestia. Brutum.*

Anima.

Pro anima defuncti occisi an homicida teneatur offerre Missas, preces &c. t. 5. r. 80. §. 1. & seq. p. 129
Pro anima Parentis iam defuncti non orare an sit per se peccatum. t. 10. r. 12. §. 1. p. 199
Et quid, si ex permissione diuina parentis defuncti anima sibi appareat, rogetque Sacrificia, eleemosinas, & orationes offerri. ibidem. §. 2. p. 200
Pro animabus Purgatorij quidam recitabat quotidiè officium defunctorum, cum tamen esset in peccato mortali, an dictis animabus orationes illæ prodessent. t. 10. r. 13. §. 1. p. 201
Pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorij aliqua supponuntur. t. 10. r. 14. §. 1. & seq. ibid.
Pro animabus Purgatorij pœnitentia iniuncta, si panitens hoc opus impleat in peccato mortali, an teneatur iterum illud adimplere in statu gratiæ. ibidem. §. 1. in fine. ibid.
* Vide verb. *Adiuuare.*

Animus.

De animo & intentione iurandi, qui certus est, dubitat tamen de animo & intentione se obligandi, an teneatur ad iuramentum. t. 4. r. 22. §. 1. p. 56
Cum animo iurandi iurans, non se tamen obligandi an teneatur ad iuramentum? vbi pro praxi aliqui casus. Ibid. §. 2. & seqq.
Qui dubitat, an animum se obligandi habuerit, quamuis certus se emisisse votum Castitatis, an teneatur seruare Castitatem? Et an tale votum sit Pontifici reseruatum. t. 4. r. 40. §. 4. p. 66
Qui animo non satisfaciendi voto, vel iuramento, aut pœnitentiæ iniunctæ audit Missam, &c. an satisfaciat? Vbi multa de animo, & intentione & satisfaciendi præcepto. t. 4. r. 49. §. 1. p. 71
Et an hoc procedat in obligationibus iustitiæ. ibid. §. 5
Vbi etiam, quod non est necessarium habere animum, & voluntatem satisfaciendi præcepto; nam si ex ignorantia præcepti rem præceptam exequaris, præcepto satisfacis. §. 3
Imò, si ex animo expresso non satisfaciendi præcepto per talem rem, illam exequaris, adhuc præcepto satisfacies. ibid.
Qui animum habet non implendi iuramentum, & vi, vel metu iurat coactus petendo prius relaxationem eius, an hoc non obstante peccet mortaliter. t. 4. r. 53. §. 1. p. 73
Si absque animo inferendi malum, & si posset inferre, quis minatur malũ alicui, an valeat retinere, quod sic extorquet? Vbi pro praxi 2. casus. t. 7. r. 19. §. 1. p. 158
* Vide verb. *Beneficium, Extorquere, Impedire, Inuentio, Obligare, Voluntas.*

Annus.

* Vide verb. *Absolutio. Senex.*

Aperire.

Aperire literas alienas aliquando an licitum sit. t. 10. r. 8. §. 1. p. 198

Apostasia.

* Vide verb. *Conuictus.*

Appellatio.

Appellatio an sit licita, si sententia lata sit à iudice secundum opinionem probabilem, vel quod magis est probabiliorem. t. 2. r. 23. §. 1. p. 16

Et an hoc etiam procedat non solum in causis capitalibus,& sanguinis,sed etiam in ciuilibus.ibid.§.3

Applicare.

Applicare medicinam prouocatiuam effusionis seminis an licitum sit.t.6.r.15.§.1.p.143

Applicare sibi an possit, qui accipit 60. scuta pro 50. à Mercatore, quem non cognoscit, vel quia ob distantiam conuenire nequit,vel an teneatur ea dare pauperibus.t.7.r.24.§.1.p.160

Si applicauit sibi inuentor bona,quæ reperit, Domino comparente an teneatur illi ea bona reddere, si intra tempus legitimum compareat.t.7.r.25.§.8.p.162

Apoplexia.

Si apoplexia fœmina subito sit corrupta, qui tunc cum illa copulam haberet, quodnam peccatum luxuriæ committat. t.6.r.7. §. 3. p 138

Aqua.

Aquam refrigeratam niue non bibere, an quis sub mortali teneatur, quia ex inde præuident Medici; quod citius moriatur.t.5.r.54.§.1. p.117

Arbiter.

Arbiter an possit esse mutus, vel surdus. t. 9. res. 3. § 2. pag.193

Arma Gentilitia.

Arma Gentilitia sua reponere sæculares in Ecclesiis, Monasteriis, & ornamentis à se fundatis, & confectis an recte & laude dignum faciant? Et quid maximè de personis Ecclesiasticis.t.10.r.17.§.1.& seqq p.202. & 203

Articulus mortis.

In articulo mortis, an sit licitum si qui aliquam opinionem probabilem, quando fas est illam sequi in vita. t.1.r.8.§.1 p.6

Ascendens, Ascendere.

Si ascendenti furi ad furandum, quis scalam teneat, quam & si nemo teneret,tamen ascenderet,an teneatur ad restitutionem.t.7.r.27.§.5.p.163

* Vide verb. *Tabula.*

Aspicere.

Aspicere coitum bestiarum, seu verenda turpiter commota,an sit licitum.t.6.r.19 §.1. p.144

Et quid de coitu,& verendis aliorum. ibid.

Aspicere ex proposito, & sine necessitate personam alterius sexus nudam,an sit mortale? Imo, & si solum videat verenda illius? ibid.

Asportandum.

* Vide verb. *Adiuuare.*

Assentire.

* Vide verb. *Chirurgus Parochus, Pollutio.*

Assumere.

* Vide verb. *Habitus.*

Attentio.

* Vide verb. *Adimplere.*

Auaritia.

Auaritia non semper est peccatum mortale, nisi aliqua circunstantia vestitur. t.10.r.6.§.2.p.198

Audire, Auditor, Auditum.

Qui audiuit à viro optimæ famæ aliquam rem,an possit cum iuramento deponere in iudicio se illam certò scire.tr.4.r.62. §.1. p.78

Si quis audita peccata alterius narrat ea, & expressa asserit se nihil certo scire,sed tantum recensere, quæ audiuit,an peccet mortaliter,& teneatur,ad aliquam restitutionem famæ illius.t.7.r.61.§.1.& seq.p.184

Apud auditores suos tantum an teneatur restituere famam infamator criminis occulti, licet ipsi auditum crimen aliis notum fecerint. tr.7.resol.64. §. 1.& seq. pag.186

* Vide verb. *Detractio, Missa auditio.*

Authoritas.

Authoritas vnius Doctoris probi,& docti an reddat opinionem probabilem.t.1.r.14.§.1.& seq p.9

Authoritate propria an possit quis votum ingrediendi Religionem commutare in susceptionem Episcopatus.t.4.r.73 §.1.p.86

Et an talis teneatur Religionem ingredi.ibid.§.2.

Authoritate propria vouentis an commutatio voti in bonum æquale possit fieri: Vbi alia contingentia in dicto casu.t.4 r.74.§.1.& seq.ibid.

Vltra authoritatem Prælati an opus sit aliqua causa, quando commutat votum in bonum æquale.t.4. r.77. §.1.p.87

* Vide verb. *Acceptatio, Episcopus, Ius.*

Auus.

Ne ab auo nepos filius spurij instituatur hæres, qui vi, & fraude impedit, an teneatur ad restitutionem. tr.7. r.49.§.1.p.175

Et supponitur quod ab auo nepos filius spurij potest hæres institui.ibid.

Auus pro nepote impubere an possit eligere sepulturam. t.8.r.8.§.1.p.191

B

Balbutientes.

Balbutientes an sint immunes à muneribus publicis. t.9.r.8.§.1.p.194

Bannitus.

Bannitum occidere proditoriè & per insidias, an liceat t.5.r.42.§.1.p.111

Et an extra territorium t.5 r.43 §.1.ibid.

Et quid,si reus bannitus esset à Summo Pontifice. ibid p. 112

Bannitum occidere, an licitum sit proponere præmium? ibid.§.3

* Vide verb. *Alimentum.*

Baptismus, Baptizare, Baptizatum.

In dubio an baptizatus fuerit infans, an sepeliendus sit in loco sacro; siue dubium sit in conferente Baptismum; siue in suscipiente; siue in materia; siue in forma.t.8.r.6.& 7. p.190. & 191

Si non sit baptizatus infans morituras,an teneatur, quicumque potest,mortem subire,si ab aliquo impeditur, vt illum baptizet.t.10.r.3.§.4.p.197

Vt baptizetur fœtus, an mater grauida teneatur permittere se secari. ibid. in fine.

* Vide verb. *Innocens.*

Bellua.

Qui belluam mortuam cognoscit,non incurrit in casum reseruatum de coëuntibus cum brutis,licet intra eius vas naturale seminet t.6.r.6.§.4. p.137

* Vide verb. *Animal, Bestia, Brutum.*

Bellum.

Bellum gerere ex opinione probabili an Rex possit,licet ab altero Rege possideatur Regnum, etiam cum opinione probabiliori.t.1.r.17.§.1.& seq.p.10

Bellum an possit dari ex vtraque parte Regum iustum. t.1.r.18 §.13.& 14 p.12

Qui in bello equum habet, potest alteri tradere ad fugam capessendam.t.5.r.35.§.vlt.ad medium. p.108

De bello Maurorum Miles fugiens, & extrahens torquem aureum ab alio Christiano demortuo in acie,an teneatur restituere eam hæredibus illius.t.6.r.34.§.4. p.167

* Vide verb. *Hispanus, Miles.*

Beneficium.

Beneficium in dubio an censendum sit simplex, an vero Curatum.t.2.r.17.§.1.q.27

Quo ad beneficia conferenda an detur paruitas materiæ in acceptatione personarum.t.3.r.10.§.4.p.34

Ne aliquis beneficium,consequatur,si quis vi, vel fraude, & mendaciis impediat,an teneatur,ad restitutionem.t.7.r.48.§.2.in fine. p. 176

Et quid,si non fraude,vi, vel mendaciis, sed blanditiis, precibus & suasionibus, vel muneribus hoc impediat; etiam si cum odio, inuidia, & ex malo animo

hoc ab aliquo efficeretur, an peccet mortaliter, sed non teneatur ad restitutionem ibid. §. 4. & seqq. & melius & late in r. 49. 50. & 51. p. 178. & 179

Bestia.

* Vide verb. *Amicus, Aspicere, Bellua, Brutum, Membrum, Natura.*

Bibere.

Bibentes absque necessitate, sed solum ad voluptatem captandam, an peccent venialiter, tr. 10. resol. 11. §. 1. pag. 199

* Vide verb. *Aqua, Ieiunium, Infirmus, Paruitas materiæ.*

Blanditia.

* Vide verb. *Beneficium, Corrumpeor, Impedire, Officium, Virgo.*

Blasphemia.

Blasphemia inaduertenter dicta ab eo, qui prauam consuetudinem blasphemandi habet, an sit peccatum mortale, etiam si fiat ex motu iræ repentino, aut ex affectione nimia ad rem aliquam, t. 4. r. 65. §. 1. p. 80

Et quid, si non ex praua consuetudine Blasphemia proferatur, ibid. §. 2. p. 81

Bona temporalia.

De bonis disponere, an possit vltimus vocatus, quando dubitatur an fideicommissum expiret, t. 2. r. 16. §. 1. p. 27

Si bonis priuare aliquem testis falsus, & accusator falsis calumniis in iudicio conantur, an liceat eos occidere, t. 5. r. 28. §. 1. p. 104

Pro bonis propriis defendendis an licitum sit occidere inuasorem? Et an hoc licitum sit Clericis. Et quid de Religiosis, tr. 5. r. 29. §. 1. p. 105

Vbi aliqua alia contingentia in dicto casu. Ibid. & in r. 30. 31. & 32. p. 105. & 106

Bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, possunt post diligentem inquisitionem ab ipso debitore retineri. t. 7. r. 23. §. 10. p. 159

Et quid, si bona fuerunt incerta per iniustitiam acquisita, an piis operibus, & pauperibus restitui deberentur. ibid. § 7. & seqq.

Bonorum incertorum debitor potest ex eis Capellam, aut Hospitale, vel Monasterium instituere. tr. 7. res. 24. §. 4 p. 160

Bonorum incertorum inuentor potest ea sibi retinere, & non tenetur ea distribuere pauperibus. ibid.

Vbi, quid si bona absolute certa sint, & incerta secundum quid, ignoratur tamen, quibus determinate pertineant, an necessario inter illos diuidenda sint, §. 6. pag. 161

An sit satis probabile bona incerta non esse pauperibus distribuenda, sed posse illa inuentores retinere; nec siue inanimata, siue animata sint non tenetur Cruciatæ, aut Religionibus Trinitatis, vel B. Mariæ de Mercede restituere, quamuis excommunicationis pœnam ferat Cruciata, &c. contra detentores huiusmodi bonorum. t. 7. r. 25. §. 8. p. 162

Vbi proponitur Regula generalis, scilicet, quod quando bona incerta sunt iniuste acquisita, debentur piis operibus; quando autem sunt iuste occupata, vt sunt inuenta, post diligentiam factam potest sibi reseruare, cum intentione redeundi ea Domino, si compareat intra legitimum tempus.

De bonis incertis illicite acquisitis an Reges, & Principes possint compensationem facere, vel an hæc compensatio ad Pontificem pertineat? tract. 7. res. 26. §. 1. ibid.

Et quid, si Pontifex hoc non prohibeat, ibid. §. 5

Vbi an Hispani, & eorum successores, qui iniusto bello contra Regis Catholici instructionem obtinuerunt bona, aut retinent oppida, an potuissent, & possint cum Rege facere compensationem. §. 4

Bona possessa à Turcis an liceat cuilibet Christiano sibi usurpare, & cum aliquibus limitationibus sine aliquo onere restitutionis, t. 7. r. 38. §. 1. p. 170

Bona multa quidam vir Nobilis possidebat dubitans esse sua, an teneatur illa restituere, t. 7. r. 40. §. 1. p. 172

Et quid est agendum, si inæqualiter dubiter, & magis inclinet in eam partem, vt bona sint aliena, t. 7. r. 41. 42. & 43. p. 173. & 174

Vbi aliqua contingentia in dicto casu & dubio.

Si bona hæreditaria non sufficiant ad soluenda debita, an possint adimi, & deduci expensæ necessariæ ad funus debitoris iam mortui, t. 8. r. 14. §. 1. p. 192

* Vide verb. *Amicus, Applicare, Defendere, Hæres.*

Bonum.

Si bona consequutione quis non per vim, & fraudem, sed per preces, aut aliter illicite impediuit quempiam idoneum; quod bonum principaliter institutum est in singulorum vtilitatem, cuiusmodi sunt ærarium publicum, montes pietatis, piæ fundationes, &c. an teneatur ad restitutionem, t. 7. r. 48. §. vlt. p. 176

De bono alterius tristari, quia tibi proprium bonum diminuit, an sit mortale peccatum inuidiæ ex genere suo, t. 10. r. 6. §. 1. p. 198

Brutum.

Brutorum confricatio leuiter partium obscœnarum, & similium an sit peccatum mortale. t. 3. r. 17. §. 1. p. 37

Qui brutorum membra confricaret sine vlla delectatione, sed solum ex curiositate inspiciendi semen, an peccet mortaliter, t. 6. r. 18. §. 1. p. 144

* Vide verb. *Animal, Bellua.*

Bulla Cruciatæ.

Per Bullam Cruciatæ an possit commutari votum religionis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, non autem Religionis D. Ioannis, t. 1. r. 11. §. 5. p. 8

Quando per Bullam Cruciatæ commutantur, vota, an commutari possint in aliquod minus, tr. 4. res. 7. dub. p. 88

* Vide verb. *Bona temporalia.*

C

Cœnans, Canare.

COenans in die Iouis, & dubitans, si sit transacta media nox, an possit adhuc edere carnes. t. 2. r. 5. §. 1. p. 23

Si quis cœnat eo fine, vt sequatur pollutio nocturna, an peccet contra temperantiam, quamuis non peccet contra illam cœnando, &c. t. 7. r. 18. §. 3. p. 157

Calix.

* Vide verb. *Adimplere, Promittere.*

Calumnia, Calumniator.

Calumniatorem occidere an liceat aliquando Religiosa grauia crimina de sua Religione spargentem, t. 5. r. 13. §. 1. p. 97

Idem est de Clerico, & Religioso in singulari. ibid.

Qui calumniis falsis opprimere aliquem conatur in iudicio in causa magni momenti, vel infamare, aut interficere, an liceat clam eum occidere, si euadendi alia via non adsit, t. 5. r. 26. 27. & 28. p. 103. & 104

Qui calumniis falsis vellet te apud consanguineum infamare ne tibi hæreditatem relinquat, an possis eum occidere. t. 5. r. 28. §. 3. p. 105

* Vide verb. *Euadere, Testis.*

Campana.

Campanas pulsare in signum, quod aliquis malefactor mane sit furca suspendendus, an sit licitum, t. 8. r. 3. §. 1. p. 189

Canonicus.

Canonicus, si non elegit sepulturam, an sit sepeliendus in Ecclesia Cathedrali, vel in Parochia, tr. 8. r. 10. §. 1. p. 192

Capella.

* Vide verb. *Bona temporalia. Electores.*

Capere.

* Vide verb. *Lictores, Satellites.*

Capitulum.

* Vide

* Vide verb. *Seruandum, Statutum.*

Capere, Captus.

Si captus iurasset Infidelibus apud quos iniuste detinetur, se in suæ libertatis pretium daturum mille aureos, an tale iuramentum non sit relaxandum, t. 4. r. 54. §. 2. p. 74

Idem est, si iurasset se illuc rediturum. ibid.

* Vide verb. *Bona temporalia, Christianus, Ignorare, Innocens, Iudex, Latro.*

Carcer.

In carcere homo detentus, & existimans peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare. t. 2. r. 20. §. *Sed ego.* Post medium. p. 29

Ad carcerem iniustum redeundi iuramentum præstitum an obliget, t. 4. r. 52. §. 1. p. 72

Et quid de carcere iusto, ibid. §. 4. p. 73

In carcere iniusto detentus, & iam mane damnandus ad mortem, si alia via non potest euadere, an possit, vt fugiat, carceris custodem occidere, t. 5. r. 45. §. 1. p. 112

A carcere liberare an quis teneatur detentum iniuste ob falsam testium depositionem absque resistentia tamen inferenda ministris iustitiæ, r. 10. r. 12. §. *Sed negatinam*, inter medium, & fin. vers. *Quamuis.* p. 200

Carere.

* Vide verb. *Actus, Sepultura.*

Carnes.

Qui de carnium esu in mente concepto perinde, ac si eas re ipsa comederet in die Veneris delectetur sensibili delectatione, an peccet mortaliter, tr. 10. r. 10. §. 1. p. 199

* Vide verb. *Animal, Carthusianus, Comedere, Coquus, Edere, Paruitas materiæ, Quadragesima, Votum.*

Carthusianus.

Carthusianus an teneatur in periculo mortis abstinere ab esu carnium. t. 5. r. 57. §. 3. p. 118

Vbi an medicus, vel alius qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos ex carnibus, an peccet?

Castitas.

Dubius an Castitatem independentem à Religione vouerit, an teneatur illam seruare, t. 4. r. 26. §. 1. & seq pag. 58

Castitatis votum, vel non nubendi factum à procliui in Venerem, an valeat, t. 4. r. 37. §. 1. p. 63

Et an in tali voto Episcopus dispensare possit, quia tale votum alternatiuum est, Ibid.

Et quid, si votum non obliget precise ad materiam reuelatam, ex vouentis electione, sed quia pars distinctionis non reseruatæ est impossibilis, ibid. §. 2

Castitatis votum, vel Religionis factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob suam incontinentiam an sit validum? Idem est de vouente non nubendi. t. 4. r. 38. §. 1. p. 64

Et an talis sine vlla dispensatione possit matrimonium inire, ibid. §. 2

In Castitatis perpetuæ voto an in casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare, sed non regulares, Vbi pro praxi aliquid casus. ibid. §. 3

Pro Castitate seruanda an possit aliquis excusari ab homicidio ipsius, præsertim in aliquo casu? Et pro praxi dictæ quæstionis specialis, & notabilis casus. t. 5. r. 49. & 50. p. 114

* Vide verb. *Animus, Certum, Dispensare, Dubium, Promittere.*

Castrare.

Castrare filium an possit pater, consentiente filio, vt voce & cantu Ecclesiæ deseruiat, t. 5. r. 58. §. 1. & seq. p. 118

Castrare seipsum non solum licet ad suauitatem vocis conseruandam, sed ad vincendas, tentationes carnis. t. 5. r. 60. §. 1. p. 119

Casus.

Casus aliqui reprobantur, in quibus homo non tenetur exponere propriam vitam pro salute spirituali proximi; & alij casus proponuntur, in quibus tenetur. t. 10. r. 2. & 3. p. 196. & 197

Casus reseruatus.

* Vide verb. *Bellua.*

Casus occur. temp. mortis.

* Sup. his verbis in indice primo huius tom. 8. ex tr. 8. *De casibus occurrentibus tempore mortis.* Lege omnes eius quæstiones.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Articulus mortis. Mors*

Catapulta.

* Vide verb. *Vendens.*

Cathedra.

* Vide verb. *Dignior. Electores. Impedire.*

Cathedralis Ecclesia.

* Vide verb. *Ecclesia.*

Causa.

Qui in causa magni momenti in iudicio conatur calumniis aliquem opprimere, infamare, aut interficere, an liceat cum clam occidere, tr. 5. ref. 26. 27. & 28. p. 103. & 104

Si ob causam filiarum mulier male à marito tractaretur, an licet matri optare mortem filiarum, &c. t. 3. r. 56. §. 2. p. 117

Qui causa fuit, hortatu suo, vt maius damnum inferretur, quid restituere teneatur, t. 7. r. 27. §. 4. p. 163

Et quid, vt citius furaretur, t. 7. r. 28. §. 1. ibid.

Si propter causam aliquam iustam Parentes diuites exponant filios Hospitali, an teneantur restituere expensas factas circa eorum nutritionem, t. 7. r. 47. §. 1. & seqq. p. 175

Qui sine causa iusta occultum crimen manifestauit vti, vel duobus viris prudentibus, quos scit non euulgaturos, an peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem famæ, t. 7. r. 63. §. 1. & seqq. p. 185

Et circa hoc lege etiam r. 64. & 65. vbi aliqua contingentia in dicto casu. p. 185. & 186.

Multæ causæ proponuntur excusantes à restitutione famæ, & pro praxi hic notem, causæ assignantur. t. 7. r. 66. §. 4 & seqq. p. 187

In causa propria mutus scripto consulens an peccet, t. 9. r. 4. §. 1. p. 193

* Vide verb. *Aduocatus. Amphybologia, Appellatio Authoritas. Cognoscere. Commutare. Consultiandum. Effectus, Differre, Egredi, Factum. Ingredi. Iudex.*

Censura.

Censura non incurritur, nisi quando non curatur. tr. 2. r. 22. §. *Addo.* cursim in principio. p. 30.

In censuram Canonis incurrit, qui percutit Clericum mortuum. t. 6. r. 6. §. 1. ad medium. p. 137

* Vide verb. *Percutere.*

Certiorare.

* Vide verb. *Monere.*

Certum.

Certum de voto, dubius autem de qualitate an teneatur ad strictiorem? Vbi pro praxi aliqui casus. t. 4. r. 23. §. 1. p. 57

Qui certus est vouisse Castitatem, aut Religionem: aut inter duas Religiones ad strictiorem, vel minus strictam, dubitat tamen vtrum harum partium vouerit, an teneatur ad minorem. t. 4. r. 27. §. *Verum*, paulo post initium. p. 58

* Vide verb. *Abstinere. Animus. Dubium. Intentio. Promittere.*

* Vide verb. *Pollutio.*

Chirurgus.

Chirurgus expertus dum medetur pudenda fœminarum in pollutionem assentire, an poterit se tali periculo obiicere, t. 6. r. 10. §. 8. p. 141

Et quid, si cum determinatione non consentiendi tali periculo se obiiciat, ibid.

Chirurgo non ostendere verenda in periculo mortis an liceat fœminæ etiam ignobili, t. 8. r. 2. §. 1. p. 189

Vide verb. *Fœmina.*

Chorea.

Si in Choris publicis mulier scit se tangi ab aliquo intentione mala, si tactus sunt ex suo genere liciti, vt consortio manuum in Choreis, non peccat admittendo illos coram aliis. t.6.r.12.§.5.p.142

Chorus.

* Vide verb. *Abesse.*

Christianus.

Christianus seruus, qui iniuste detinetur à Turcis, non solum possit fugere, sed etiam iure belli possit subripere quæcumque voluerit, ex tacito sui Principis consensu. t.7.r.38.§.3. p.171

* Vide verb. *Bona temporalia, Captus, Consensus. Emere. Vsurpare.*

Cibus.

* Vide verb. *Carnes, Carnisprivium, Comedere, Edere, Esus, Indigens, Necessitas.*

Cicatrix.

Pro cicatrice ex vulnere facta ab aliquo an sit facienda aliqua restitutio ante iudicis sententiam. t.5.r.78. & 79.§. *Notandum est* p.128

Circunstantia.

* Vide verb. *Conscientia erronea, Copula, Limitare. Mutare.*

Ciuile.

* Vide verb. *Appellatio.*

Ciuitas.

* Vide verb. *Custos, Iuramentum, Pratores, Statutum.*

Clamare.

Clamare non tenetur mulier vi oppressa ad euitandam mortem, infamiam, &c. etiam si adsit periculum consentiendi in copulam carnalem. t.6.r.5.§.1. p.137

* Vide verb. *Corruptio, Fur, Puella,*

Clericus.

Clericus an teneatur fugere, & non occidere alium pro defensione honoris. t. 6. r.2.§.1 & seqq.p.91

Clericus nolens fugere cum possit, si occidat inuasorem, an teneatur ad restitutionem. t.5.r.64.§.1.p.122

Si Clericum aliquem determinatum quis intendat occidere, aut enormiter, percutere, & casu errans alium etiam Clericum percuteret, vel occideret, an illa occisio, vel percussio enormis non sit reseruata. t.5. r.91.§.2 per totem p.132

* Vide verb. *Aggressor, Alapa, Bona temporalia, Calumniator, Censura, Ecclesiasticus, Defendere, Fustis, Inuasus.*

Cliens.

Clientibus occisi an homicida teneatur restituere damnum per accidens illis sequutum. t.5.r.74.§.2.p.126

Coactum.

* Vide verb. *Animus. Iurare. Latro. Metus. Relaxare.*

Coalescere.

An coalescant in vnum paruæ materiæ diuersorum præceptorum vel diuersorum votorum pro eodem die, & faciant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam? Vbi aliqui casus pro praxi. t.3.r.2 & 3.p.31.& 32

Cœcus.

In indice primo huius tom.8.ex Tract.9.de cœcis lege paucas quæstiones sup. hoc verbo *Cœcus* in 12. res. dicti tractatus, p.193. & seqq.

Cogere.

Cogi an possint surdus & mutus per iudicem ad respondendum per scriptum super delicto, si sciant scribere. t.9.r.11.§.1.ibid.

Cogitatio.

* Vide verb. *Latro, Malefica.*

Cogitatio.

In cogitationibus Venereis, an sit peccatum mortale, si voluntas non consentiat positiuè, nec etiam positiuè dissentiat, tantum permissiuè quis se habeat? t.6.resol.8.§.1.& seqq.pag.139

Cognatus.

Si cognatos intra tertium gradum non habeat occisus, an interfector teneatur ad aliquam restitutionem. t.5.r.71.§.1.p.125

Cognoscendum, Cognoscere.

Cognoscendum quomodo sit, quando in aliquo præcepto datur, vel non datur paruitas materiæ? tr.3. r.1.§.1.& seq.p.31

Ad cognoscendam iustam causam pro commutatione votorum quidam Confessarius scrupulis cruciabatur. Vbi pro praxi aliqui casus. t.4.r.7.§.1. p.87

Cognoscere an possit iudex laïcus de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico iudice concessæ. t.4.r.80.§.5.p.90

Qui cognouit secretum alterius per iniuriam, si co vtatur in suum commodum cum incommodo alterius, aliquando non tenetur ad restitutionem. Vbi pro praxi curiosus casus. t.7.r.48.§. *Duodecimo*, p.176

* Vide verb. *Bellua, Detinere.*

Cohabitare.

Si cohabitent vir, & fœmina cum manifesto periculo internæ libidinis, & separari non possunt sine ingenti periculo mortis, infamiæ, vel scandali, an licitum vna permanere cum eo periculo, &c. t.6. r.4 §.3. pag.136

Coitus.

* Vide verb. *Aspicere.*

Collatio.

Collatio facta digno, omisso digniori, an in foro externo sit nulla, & subreptitia, quando prouisio fit per concursum, & conquerente digniori, an debeat reuocari dicta collatio facta digno. t.7.r.54.§.2.p.180

Collegium.

* Vide verb. *Seruandum.*

Collocare.

* Vide verb. *Altare.*

Comedens, Comedere, &c

Qui comedendi lacticinia in diebus ieiunorum priuilegium habet, an possit comedere saginam. tr.3. r.1. §.5.p.33

Comedere sub culpa mortali an teneatur condemnatus ad mortem famis, non obstante Superioris præcepto de non comedendo, etiam si iurasset se cibos oblatos non manducaturum. t.4.r.52.§.4.& 5. p.73

Qui comedere carnes toto anno diebus prohibitis ob metum mortis alicui iurauit, an debeat, vel possit dictum iuramentum seruare, cessante metu? tract.4. r.55.§.4. p.75

Si comederet infirmus rem nociuam putans, vel non aduertens, quod ei nocebit, an peccet mortaliter? imo etiam si credat, quod ob id eueniet ei aliquod nocumentum, sed non magnum. t.8.r.1.§.2. p.188

Comedentes absque necessitate ob solam voluptatem captandam, an saltem venialiter peccent. tr.10.r.11. §.1. pag.199

* Vide verb. *Accubans, Actus, Carnes, Edere, Esus, Infirmus, Vouens.*

Commissarius.

* Vide verb. *Minister iustitiæ, Statutum.*

Committere.

An committat nouum peccatum mortale per quodlibet nouum furtum, qui post quantitatem notabilem addit alia furta parua. t.7.r.6.§.1.& seqq. p.149

Si committat moribundus vxori, vel filio, aut alteri electionem suæ sepulturæ, an talis electio fieri debeat eo viuente. t.8.r.13. §.1.p.192

Si committendi omnia peccata venialia quis voluntatem haberet, an peccaret mortaliter. t.10.r.4.§.1.p.197

Quis commisit homicidium, ob cuius delictum alius, cui imponitur per errorem, punitur, an teneatur ad restitutionem. t.7.r.18.§.6.p.157

Et

Et quid, si in eum finem, vt alter puniretur, commisit homicidium, vt, v.g si interfecit illum cum gladio alterius, & data opera relinqueret gladium, vt agnosceretur esse alterius, & propterea alter conuinceretur de delicto, an tunc teneatur restituere damnum, &c. ibid.
* Vide verb. *Copula.*

Commodatum.

In commodato præstanda est leuissima culpa. t. 3. r. 28. §. 13. p. 47

Commodum.

* Vide verb. *Cognoscere.*

Communio Sacra, &c.

Communionem quis vouerat singulis Festiuitatibus Annunciationis B. Mariæ, sed Festum illud incidit Feria sexta Hebdomadæ Sanctæ, an teneatur in illa die sacram synaxim sumere. t. 4. r. 40. §. 1. p. 69
Communionem sumere in feria sexta Parasceues, an sit licitum. ibid. §. 2
Si non communicasse aliquem in Paschate publicè constet, si moritur, an debeat sepelri in loco sacro. Et quid, si hoc occultum. t. 8. r. 4. §. 1. p. 189

Commutare, Commutatio, &c.

An commutentur omnia vota in votum solemne Religionis. t. 4. r. 69. §. 1 p. 83
Post commutationem alicuius voti, an licitum sit vouenti redire ad prius votum, etiam si commutatio fieret in melius. t. 4. r. 75. §. 1. p. 87
Et quid, si vouens acceptauit commutationem in melius. ibid §. 4
Qui ex commutationibus aliquam elegit, & aliis renunciauit, an possit redire ad prius votum, vel ad aliam commutationem t. 4. r. 76. §. 1. ibid.
Commutans Sacerdos votum in æquale sine iusta, & legitima causa an peccet mortaliter, vel tantum venialiter. t. 4. r. 77. §. 3. p. 88
Et quid, si virtute Cruciatæ, vel Iubilæi faciat Confessarius commutationem, an possit commutare vota in aliquid minus. ibid. §. 5
Circa commutationem votorum aliqua practicabilia; & octo casus pro praxi. t. 4. r. 78. §. 1. & seq. p. 88. & 89
* Vide verb. *Acceptatio, Authoritas, Bulla Cruciatæ, Dubium, Episcopus.*

Comparens, Comparere.

Si compareat verus Dominus, an pauperes, qui res aliquas inuentas acceperunt pro eleemosyna, teneantur illas restituere. t. 7. r. 24. §. 1. p. 161
Comparente Domino, an possessor bonæ fidei, adhibita diligentia, si mansit adhuc dubius, an res sit aliena, imposterum teneatur eam restituere. t. 7. r. 43. §. 4. p. 174
Et quid est faciendum, si spes moralis non est, vt verus Dominus compareat. ibid. §. 5
Et quid, quando probabilis spes est Dominum compariturum. ibid.
* Vide verb. *Applicare, Dominus, Dubium, Possessor.*

Compellendum.

Compellendus, an sit homicida restituere, licet ex restitutione constituatur in graui necessitate. Et quid, si constituatur in extrema necessitate. t. 5. r. 81. §. 1. pag. 129
Et quid, etiam si hæres occisi esset etiam in graui necessitate. ibid.

Compensatio.

Compensationem occultam, an possit facere de re, qui probabiliter putat rem esse suam, etiam si probabiliter teneatur ab altero, si ius suum defendere non possit coram iudice. t. 2. r. 29. §. 1. p. 20
Et quid, si probabilius est rem esse illius, qui illam possidet. ibid. §. 2. p. 21
Compensare se sibi occultè ex bonis debitoris aliquis non potest, nisi debitum ipsum certum sit. tract. 2. resol. 15. §. *Confirmatur*, pag. 27
Compensationem occultam sibi facere an possit ille, cui facta est promissio interna. t. 4. r. 4. §. 3. p. 49
Compensatio nulla pecuniæ secundum se faciendæ est ante iudicis sententiam pro cicatricis deformitate membri, imo ipsius vitæ iactura. t. 5. r. 79. §. *Notandum est.* p. 128
Compensare pecunia, vel satisfacere ante iudicis sententiam, an teneatur, qui famam iniustè ablatam non directè, nec indirectè restituere possit. ibidem. §. *Vnde.*
Compensare pecunia famam an teneatur, si infamator non possit famam restituere? Et an infamatus in dicto casu possit dictam compensationem facere ex debito pecuniario infamantis. t. 7. r. 65. §. 1. & seq. pag. 186
Compensatione vti an possint, qui se mutuo infamarunt; dummodo infamia non sit æqualis, & non oriatur scandalum; vel si vnus vellet alteri famam reddere, an tunc etiam alter teneatur ipsi restituere. ibid. §. *Notandum est secundo.*
* Vide verb. *Bona temporalia, Hispanus.*

Componere.

Componere partes, an debeat iudex, quando res diuidi non potest, & sunt probationes æquales ex parte facti. t. 1. r. 21. §. 2. p. 14

Conari.

* Vide verb. *Calumnia, Causa, Fœmina, Fricatio, Satellites.*

Concedere, Concessio.

* Vide verb. *Reuocare, Rex, Tabula.*

Concio. Concionatores.

Si concionem nunquam, vel raro Parochus ad populum habet, an peccet, etiam si in sua Parochia non desint concionatores. tract. 10. res. 15. §. 1. & seqq. pag. 202

Concludere.

Dubius an concluderit suum suffragium rem iniustam, an teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccauerit. t. 2. r. 18. §. 1. p. 27

Concubinarius.

* Vide verb. *Actus.*

Concursus.

In concursu propter damnum tertij an possint Examinatores aliquid manifestare examinandis. t. 3. r. 5. §. 4. pag. 32
Quando per Concursum efficitur prouisio, si quis eligat dignum omisso digniori, an teneatur ad restitutionem. t. 7. r. 54. §. 1. p. 180
Et an in foro externo dicta electio sit nulla, & subreptitia, & conquerente digniori, an debeat reuocari collatio facta digno. ibid. §. 2

Condemnatum.

* Vide verb. *Comedere.*

Conditio.

Conditiones quia habere debet iudicium temerarium, vt sic peccatum mortale, proponuntur. tr. 3. r. 13. §. 2. p. 35
Sub conditione Paterni consensus quis votum Religionis emisit, an sine facto precibus & rationibus tali procuret, ne Pater consentiat, an faciat contra votum. t. 4. r. 16. §. 2. p. 53
Et quid, si per vim, & fraudem consensus Patris impediretur. ibid.
Qui sub conditione iurauit, aut vouit, & consulto conditionem impedit, ad teneatur, ad votum, & iuramentum? Vbi pro praxi specialis. tr. 4. r. 34. & 35. p. 61. & 62
* Vide verb. *Legatum, Suspicari.*

Confessarius.

Confessarius, an teneatur sequi opinionem pœnitentis. t. 1. r. 6. §. 1. p. 5

Confessarius non proprius, vt Regularis,& non proprij Pastores & Parochi,an peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet absoluere. ibidem, §.2

Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet,si tamen probabilis reputetur inter Doctores probatæ authoritatis. ibid. §. 3

Ad Confessarium sollicitantem denunciandum non excusat paruitas materiæ, vt premere manum, brachium,vel pedem pœnitentis in confessione vellicare,aut digitos tangere,&c.t.2.r.21.§.9.in fine.p.41

Si Confessarius imponat reuem pœnitentiam pro mortalibus,& in ea intendat sub mortali obligare, an eius omissio sit mortalis, vel tantum venialis. t.4.r. 12.§.1.p.52

Confessarius ex deuotione solum audiens confessiones expertus pollui,non tamen consentiens,an peccet confessiones excipiendo.t.6.r.12.§.3.p.142

Et quid de Parocho. t.6.r.11.§.1. p.141

Confessario dedit Felix vncias septuaginta, vt restitueret Ioanni suo creditori. Post duos annos scit Confessarium non restituisse,an denuo dictus Felix debeat restituere.t.7.r.45.§.1.& seq.p.174

Confessarij dictum an sufficiat affirmantis infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri,vt in ea sepeliri debeat.t.8.r.12.§.1.p.192

* Vide verb. *Absoluere, Administratio.*

Confessio Sacramentalis.

* Vide verb. *Absoluere, Conscientia erronea.*

Confessio iudicialis.

Si confiteantur surdus & mutus feciſse homicidium, an ex eorum confessione cum talium attestatione, dato eis Curatore,possint damnari. tract.9. res. 11. §. 1. p. 195

Confirmare.

Qui confirmauit magis hortatu suo alterum certo proposito determinatum ad damnum faciendum, vel vt citius,aut expeditius damnum inferatur, an restituere teneatur sequutum damnum. tr.7. res. 27. §.4.pag.163

Qui confirmauit consilio suo furem, vt citius furaretur,an teneatur ad restitutionem. t.7.r.28.§.1.ibid.

*Vide verb. *Retractatio.*

Confricatio.

* Vide verb. *Brutum, Dubium, Expellere, Fricatio, Semen.*

Coniux.

* Vide verb. *Tactus, Vxor.*

Consanguineus.

* Vide verb. *Calumnia.*

Conscientia dubia.

* Sup.hoc verbo in indice primo huius tom.8. tract.1. de conscientia dubia lege à res.1.vsque ad 18.vbi plura à pag.22.ad 27

Conscientia erronea.

* Sup. hoc verb. in prædicto, tract.2. lege à resol.19. vsque ad 22. præter difficultates sequentes : à p. 28. ad 30

Putat Rusticus pastor peccare lethaliter die festo, si Missam non audiat,putat etiam peccare mortaliter, si gregem deserat causa audiendi Missam,quia deuorabit eum lupus, aut fur rapiet ; an Rusticus ille mortaliter peccet, dum ad alterum ex his extremis se determinauit.t.2.r.20.§.1.p.28

Idem est de muliere ignara, vel quouis alio assistente infirmo,si illi accidit,eadem,quæ supradicto Rustico acciderunt, pro audienda Missa in die festo, vel relinquendo infirmum.ibid. in dicto §.

Si quis occidit Petrum,putans, & intendens occidere Paulum, si confirmatur occidisse Paulum, an teneatur postea iterum fateri in confessione hanc circumstantiam,dum deprehendit esse Petrum occisum.t.2.r.22.§.1. p.30

Vbi,qui violauit ieiunium, quo putabat esse sub obligatione, cum tamen re vera non esset : an teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit dicere,violaui ieiunium ibid. §.2

Et supra acta sunt generalia pro conscientia erronea,& pro aliis similibus casibus,quando quis tenetur explicare fuisse errore commissum, siue propter aliquam obligationem, siue propter censuram, quæ non incurritur,nisi quando non erratur. ibid.§.4

In conscientia erronea an detur paruitas materiæ.t.3. r.6.§ 1.p.32

Difficultas est,quando conscientia erronea non distinguit,an mortale sit,vel veniale ; sed solum confuse proponitur actio mala, an tunc peccatum mortale sit. ibid. §.2

* Vide verb *Culpæ, Deponere, Irregularitas, Segui.*

Consensus, Consentire, &c.

Ex consensu tacito sui Principis an liceat cuilibet Christiano defraudare vectigalia à Turcis imposita sine omne restitutionis.t.7.r.38.§.5.p.171

* Vide verb. *Accipere, Christianus, Clamare, Cogitatio, Conditio, Corruptio, Corruptor, Pollutio Virgo.*

Consequutio.

* Vide verb. *Bonum.*

Conseruare.

* Vide verb. *Infirmus.*

Consilium.

Consilium,& non præceptum, an contineat hæc Regula : *In dubio tutior pars est eligenda ?* tract.2. res. 3. §.1.p.23

Consilij humani contemptus formalis in re leui,an sit solum peccatum veniale.t.3.r.9.§.1.p.34

Et quid,si sit Consilij Diuini. ibid.§.3

Si sub Consilio alterius votum sit emissum,an facta contra votum, si de facto procures precibus,& rationibus,ne consulat adimpletione m talis voti.t.4 r.16.§.2.p.53

Et quid si,per vim,& fraudem consilium impedieris. ibidem.

Qui consilio suo causa fuit,vt maius damnum inferretur,quid teneatur restituere. t.7.r.27.§.4.p.163

Consilium dans ad damnum faciendum quid teneatur restituere.t.7.r.29.§ 1. p.164

Difficultas est de aliis consulentibus, aut Consiliatis ad contractus,& alia negotia. ibid.§.2

* Vide verb. *Confirmare, Consulere.*

Consuetudo.

* Vide verb. *Affectio, Pollutio, Tactus.*

Consulens, Consulere.

Consulere an possit responsor casus conscientiæ in his quæ pertinent ad vtilitatem pœnitentis, & interrogantis iuxta aliorum opinionem, contra propriam, quando petentem Consilium eximit,v.g. ab obligatione restitutionis, & alia quacumque. t. 1. res.12.§.1. pag.8

Et quid, quando ipsum ad quidpiam obligat. ibidem. §. 3

Quando responsor casuum interrogatur, quid ipse sentiat esse verius,& probabilius, an tunc debeat consulere,quod ipse iudicat esse verius, & probabilius. ibid §.2

Quis vouit aliquid facturum, si alius sibi consulueris, quæritur,an teneatur ad votum, si imprudenter taliis, qui consulitur, rem promissam consulat. tr.4. r.16.§.1. p.53

Consuluerat quidem vir Nobilis alteri, vt homicidium committeret ; sed postea ante perpetratum facinus Consilium reuocauit, an teneatur ad restitutionem

tutionem damni sequuti ex illo homicidio. t. 5. r. 85.§.1.p.130
Et distinguitur inter consulentem & mandantem homicidium. ibid § 2
Sed in supradicto casu postquam reuocauit consilium, an teneatur non solum ex charitate,sed etiam ex iustitia monere secreto,contra quem huiusmodi consilium datum fuit ad effectum se tuendi,& aliter faciendo,an teneatur ad restitutionem.t.5.r.86.& 87. pag.130
Consulens homicidium, furtum, &c.dubitans tamen, an ex tali consilio motus ille fuerit, ad id faciendum,an teneatur ad restitutionem.t.3.r.88.§.1.p.131
Et an teneatur restituere totum damnum, vel partem pro ratione dubij. ibid.
Et si nihil velit restituere,an absolui possit.ibid.§.5
Vbi, an sit coniectura sufficiens ad credendum consilium nihil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat, se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum ex consilio.§.3
Consulens Petro,vt Ioannem occidat, si inde Petrus occisus est, an consulens irregularitatem incurrat. t.5.r.91.§.2. p. 132
Quis consuluerat furtum minus à Petro, vt auerteret furem à furto maiori à Paulo,an teneatur restituere Petro.t.7.r.30.§.1.p.164
Et quid, si fur erat determinatus ad furandum æqualem à Petro,vel Paulo indeterminatus autem,à quo velit, an amicus Pauli possit consulere, vt furetur potius à Petro.ibid §.2
Consulens in scriptis mutus,an peccet. t.9. ref.4. §.1. pag. 193
Et quid in causa propria. ibid.
* Vide verb. *Aduocatus, Consilium.*

Consumens, Consumere.

Consumere vigesimam partem redditus in vsus honestos an possit vxor sine licentia mariti. t.7.r.2.§.2. pag. 147
Consumens rem furtiuam in extrema necessitate,an illa transacta teneatur restituere; si ad pinguiorem fortunam peruenerit.t.7.r.13.& 14.p.153.& 155
Et quid,si ante extremam necessitatem,quis acceperat rem per contractum translatiuum dominij, vt per mutuum, vel emptionem; quia re sua prouidit,nec tunc erat in extrema necessitate rei alienæ si illam consumpsit in necessitate extrema. tract.7.r.13.§.2. p. 453
Et quid,si rem acceperat commodatam, conductam, depositam,vel per delictum, si rem consumpsit in extrema necessitate. ibid.§.2
Vbi,quod non solum in extrema, sed in graui necessitate tui vel proximi (quale est periculum mortis, magnæ famis,nuditatis,captiuitatis,diuturni,ac tetri carceris,vel similium afflictionum,) excusant à restitutione rei ablatæ, quamdiu hæc durant.
An vero creditori existenti in similibus necessitatibus morbi, famis, &c. debeat fieri restitutio. ibid. §.6. pag.154
Consumens bona fide res consumptibiles vnico vsu, an teneatur vero Domino restituere,quatenus locupletior euasit,& fur non impotens ad restituendum. t.7.r.16.§.1.p.156
* Vide verb. *Res.*

Contemptus.

Contemptus formalis in re leui,videlicet Legislatoris humani legis,præcepti,& consilij,an sit solum peccatum veniale?Et quid, si contemptus sit de Legislatore,& præcepto diuino.t.3.r.9.§.1. p.34

Contractus, Contrahentes.

In contractibus interdum leuis,interdum leuissima,interdum lata culpa præstanda venit.t.3.r.27.§. *Nota.* p.47
Quando contrahentes sunt diuersæ Diœcesis,quis nam Prælatus potest relaxare iuramentum. t.4.ref.80. §. 1.pag. 90

Contumeliosus.

Contumelioso, quando licitum sit dicere, *Mentiris?* t.5.r.10.§.1. p.96
Contumeliosum occidere,an liceat, quando aliter iniuria coërceri nequit,quia talis insultator est honoris.t.5.r.11.§.1.ibid.

Conuertendum.

* Vide verb. *Accedere.*

Conuiciandum.

Conuiciandi causa, an sit mortale dicere in faciem, præsertim viro honorato esse filium Clerici natum ex adulterio,& similia.t.3.r.15.§.1. p.35

Conuincere,Conuictus.

Qui conuictus est plene de Apostasia,aut Hæresi,quam non commisit; ita vt si neget tradendus est Curiæ sæculari,à confiscatione bonorum,extremoque supplicio afficiendus; si vero fatetur crimen leuiori pœna puniendus sit; an possit ipse absque mortali culpa imponere sibi crimen,quod non admisit; nec obligetur sub mortali ad retractandam confessionem post sententiam prolatam,& reconciliationem sequutam. t.4.r.68.§.12.p.83
* Vide verb. *Gradus.*

Cooperari.

Cooperari propriæ morti,an saltem liceat,aut eius periculum subire,si non liceat occidere se ipsum directe?Vbi aliqui casus pro praxi huius qæstionis.t.5. r.51.& 52.p.115.& 116

Copula.

Qui copulam cum fœmina mortua haberet;quodnam peccatum luxuriæ committitur.t.6.r.6.§.1.p. 137
Et an talis circumstantia copulæ non sit aperienda in confessione;sed sufficiat asserere se pollutionem habuisse.ibid.§.6.p.138
Qui copulam cum fœmina dormiente,vel subito apoplexia correpta, vel aliquo alio morbo sensibus destituta haberet, quodnam peccatum luxuriæ committeret.t.5.r.77.§.1. p.138

Coquus.

Quando coqui multa fercula carnis in die ieiunij prægustare debent,an peccent.t.4.r.72.§.3.p.86
Et quæ quantitas carnium in dicto casu comedere possint.ibid,§.1.& seq. p.85
* Vide verb. *Clamare, Semen.*

Correptum.

* Vide verb. *Affus.*

Corruptio.

Corruptionem externam, an possit mulier pati non tamen consentiendo, sed mere passiue se habendo ad vitandam mortem,vel infamiam.t.6.r.4 §.2.p.136
Et quid, si in muliere vim patiente adesset periculum consentiendi.ibid.§.3
* Vide verb. *Clamare Puella.*

Corruptor.

Si corruptor Virginis non adhibuerit vim,aut dolum, sed importunis precibus,vehementibus blanditiis, & persuasionibus induxerit illam ad consensum,an teneatur ad restitutionem.t.7.r.57.§.1. p.182
Et quid,si preces,&c.factæ fuissent à Principe,Domino Superiore.ibid. §.3
Vbi,quid si puella vi,aut fraude violata foret,si postea neque commodis potita est nuptiis, ita vt detrimenti nihil acciperet,non debet corruptor necessario ei quidquam restituere.
Si corruptor Virginis obtineat ab ea remissionem damnorum eidem ratione stupri illatorum,an requiratur etiam,vt à Patre ipsius obtineatur.ibid.
Idem est,si Virgo sponte consenserit;nunc nihil est restituendum parentibus pro violata integritate, virginali,

nali,& granata dote, vel similibus damnis inde sequutis. ibid.

Credere.

* Vide verb. *Adultera, Conscientia erronea, Irregularis.*

Creditor.

Creditoribus occisi an homicida teneatur restituere damnum ex occisione sequutum. tract.5.ref.74. §.1. pag. 126

Creditoribus,& parentibus ad extremum redactis, an teneantur filij potius parentibus, quam creditoribus subuenire. t.10.r.12.§.5. p.200

Et quid, quando creditor, & simul debitor ad eandem extremam necessitatem deuenerunt. ibid.§.5

* Vide verb. *Confessarius. Consumens.*

Crimen.

Qui crimen occultum alterius verum dicendo propalauit, illum infamando, ad quid teneatur? Et quomodo debeat restituere illius famam. tract.7. r.65. §.1. p.186

Vbi alia notabilia contingentia in praxi circa hoc, ideo lege præcitatam res per totam, & non pigebit.

Crimen aliquod minus propalare illius, qui de criminibus grauioribus est infamis, an non sit saltem peccatum mortale. t.7.r.66.§.3 p.187

Vbi proponitur facilior modus restituendi famam illius, de quo propalatum est aliquod crimen, vel peccatum. §.13 & 14

* Vide verb. *Auditor, Causa, Conuictus, Delictum, Æquipocatio, Infamia, Peccatum, Reus, Tormentum.*

Criminale.

In criminalibus, si mutus literas scribere sciat, an admittatur, & recipiatur eius testimonium. t.9. r.9.§. 1.p.195

Crumena.

Crumenã quis inuenit cum magna pecuniarum quantitate, & facta debita diligentia, non inuenit Dominum, quæritur, an debeat eas pecunias restituere pauperibus, vel possit eas sibi retinere. t.7.r.22.§.1.p.158

Crux.

* Vide verb. *Altare.*

Culpa.

Qui sine culpa sua in eum statum venit, vt vtraque pars contradictionis videatur sibi peccatum, an peccet sequens conscientiam erroneam, an vero verificentur de eo, qui ob culpam suam in eas angustias redactus est. t.2.r.20.§. *Sed an.* p.29

Vbi in exemplum aliqui casus.

De culpa leui, & leuissima an mandatarius teneatur. t.3.r.23.§.1. p.41

Et quid, si mandatarius non sit mercede conductus. t.3.r.24.§.1.& seqq. p.42

De culpa leuissima an teneatur Procurator, & negotiorum gestor. t.3.r.25 p.43.& 26.p.45

Culpa leuis competit tutelæ, & non solum de dolo, & lata culpa. t.3.r.26.§.13.p.46

De quanam culpa hæredes Magistratuum teneantur. ibidem.§.19

De quanam culpa teneantur hæredes Tutoris. t.3.r. 27.§.1. p.46

Supponitur Tutorem & Curatorem teneri de dolo, lata & leui culpa. ibid.§.2

Vbi, quid in contractibus, aliisque negotiis interdum, (sub quo & lata culpa continetur,) interdum leuis, interdum leuissima culpa præstanda venit. §.13.p.47

Dolus, & lata culpa præstantur in depósito. ibid.§.11. pag. 47

Culpa leuis præstatur in empto, locato, in dote, in pignore,& in societate. ibid §.13.& seqq p.47

Diligentia, siue leuissima culpa, (quæ duo sibi inuicem aduersantur,) est præstanda incómodato. ib.§.13.p.47

Si culpa sua postea à Religione quis expellatur, an satisfaciat voto Religionis, si Religionem ingrediatur. t.4.r.29.§.3. & seq. p.59

Ex quanam culpa ex homicidio casuali dicatur obligatio restitutionis, an ex culpa lata, & non leuissima, vel leui. t.5.r.83.§.3.p.130

* Vide verb. *Actus, Adimplere, Aduocatus, Damnum.*

Cura.

* Vide verb. *Custodia.*

Curator.

Supponitur Curatorem de dolo,& lata culpa teneri. t. 3.r.27.§.14.& seqq p.47

Curator ad restitutionem tenetur, si negligit impedire damnum pupilli. t. 7. r. 33.§. *Et notem post medium.* pag. 166

Curator an possit esse mutus. t.9.r.5.§.1.p.193

Curator an dari debeat surdo,& muto, maxime si sint surdus,& mutus à natiuitate ibid.

* Vide verb. *Confessio iudicialis, Culpa, Tutor.*

Custodia domus.

Si custodia domus, pecorum, &c. aliarumque rerum Domini famulo data est, an teneatur impedire eos, qui à suis Dominis furantur. t.7.r.33.§.3.p.163

* Vide verb. *Domus.*

Custos.

Custos ciuitatis, portarum, syluarum, &c. quid quomodo, & quando teneatur ad restitutionem, & ad pœnam pecuniariam impositam contra eos, qui certas merces exportant, vel ligna, &c. si dissimulauerit. t.7.r.35.§.1. p.167

* Vide verb. *Carcer.*

D

Damnandum, Damnare, Damnatum.

DAmnandus non est ad triremes, senex sexagenarius. t.4.r.36.§.2.p.63

Si damnatus est capite homicida, an eius hæredes teneantur ad aliquam restitutionem. t.5.r.82.§.1.p.125

Damnatus iniuste Pater ad suspendium, vel triremes, si pars offensa punitionem remitteret, oblatis centum denariis, non tenetur filius ex præcepto offerre dictam pecuniam & quantitatem, nec tenetur filius liberare Patrem, licet re vera sit innocens. t.10.r.11. §.2.p.200

* Vide verb. *Carcer, Confessio iudicialis.*

Damnum.

Qui damnum graue detractionibus inferre nititur, & inferr, nisi occidatur, quamuis defectus detractionis, qui publicatur sit verus, si sit occultus, an liceat eum occidere. t.5.r.28.§.1.p.105

Si damnum tertij sequuturum ex suo homicidio quis aduertit, si re vera sequatur, an teneatur ad restitutionem? Et quid si damnum tertij non aduertit? Vbi pro praxi specialis casus. t.5.r.69.§.1. p.124

Damnum ex morte adulteri occisi sequutum, an restituere maritus teneatur, si adulterum occidat. t.5. r.74.§.3. p.126

Si damnum nullum quis intulit occiso, quod iuste non erat passurus, si iniuste præueniendo illum occideret, qui naturali, vel alias iusta morte erat moriturus, ideo non teneatur aliquid restituere. t.5.r.77. § vlt. ad medium p.127

Si damnum inferre quis sciat aliquem nomine suo patratum esse: v. g. inimicum occidere, neque prohibeat, cum facilè possit, an teneatur ad restitutionem. t.5.r.89.§.1. p.131

Et quid, si filius nomine patris, vel famulus nomine Domini sui nescientis, & non consentientis damnum intulit, an nec Pater, nec Dominus teneantur ad restitutionem etiam si postea re intellecta illam ratam habeant. ibid. §.4

Damna, quæ mandatarius intulit vltra mandatum suum, an mandans restituere debeat. t.5.r.90.§.1 p.132

Vt damnum proximi inferatur, omittens data opera diligentiam adhibere, quam alias non teneretur, an teneatur ad restitutionem. t. 8. r. 18. §. 3. p. 157
Damnum datum cum culpa in seminibus, plantis, &c. in proxima dispositione, an sit restituendum, ac si essent matura deductis expensis, & secus si longè distabant adhuc. t. 7. r. 20. §. 1. p. 158
Si ad damnum faciendum certo proposito determinatum hortatu suo ad illum confirmauit, vel vt citius, aut expeditius damnum inferatur, quid restituere teneatur. t. 7. r. 27. §. 4. p. 163
Et quid, si hortatu suo causa fuerit, vt maius damnum inferatur. ibid.
Qui damnum impedire absque proprio incommodo potuit, & non impedit, an ad restitutionem teneatur. t. 7. r. 34. §. 1. p. 166
Vbi docetur omnes. & solos, qui ex iustitia, & ratione Officij, vel contractus tenentur damna impedire, & desinunt impedire culpabiliter culpa lata, teneri ad restitutionem damni non impediti. Pro quibus multi casus, & personæ proponuntur pro praxi.
Et an supra dicti cum periculo mortis teneantur impedire, loqui, obstare, ac manifestare. ibid. §. 3. p. 167
Damnum resarcire an teneantur Principes, & alij Domini, in quorum territorio viatores patiuntur depræ dationes, & qua ratione damnum probari debeat. t. 7. r. 37. §. 1. p. 168
* Vide verb. *Actio, Amicus, Cliens, Committere, Confirmare, Consilium, Consulere, Corruptor, Creditor, Familiares, Gladius, Hæredes, Iubeus, Litera, Pugna, Tutor, Virgo.*

Dare, Datio.

Si quis daret alicui centum ignorans quod ex iustitia tantum etiam illi debebat, an teneatur postea soluere alia centum. t. 7. r. 46. §. 1. p. 174
* Vide verb. *Acceptio, Confessarius, Pauperes.*

Debitor, Debitum.

Debitor ex iustitia satisfacit tradendo solutionem personæ fidei, vt Confessario, vel alteri, vt eam Domino restituat, etiam si de facto non restituat, vel quia eam consumpsit, vel quia casu periit apud ipsum. t. 4. r. 71. §. 1. in initio, p. 84. & §. *Ad doctrinam*. p. 85
Non solum quando debitum contractum est ante extremam necessitatem, sed etiam si res accipiatur in ipsamet extrema necessitate restituendum est, quando fuerit facultas. t. 7. r. 14. §. 5. p. 155
Debita incerta per iniustitiam, an sint restituenda necessario pauperibus, vel piis operibus. tract 7. r. 23. §. 1. p. 159
Vbi, quod probabile est bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, posse post diligentem inquisitionem, ab ipso debitore retineri.
Debitor incertorum bonorum potest ex eis Capellaniam. & Hospitale, vel Monasterium instituere. t. 7. r. 24. §. 4. p. 160
Debitor ignorans se centum debere Petro ex iustitia, si dedit illi centum, an teneatur postea soluere alia centum. t. 7. r. 46. §. 1. p. 174
Debitum acceptum pro eo, quod ex charitate solum, aut alterius virtutis erat obligatio, an quis teneatur restituere. t. 7. r. 52. §. 1. p. 179
* Vide verb. *Bona temporalia, Creditor.*

Declinare.

Declinare forum, vt personæ miserabiles, an mutus, surdus, & cœcus possint. t. 9. r. 10. §. 1. p. 195

Deducere.

* Vide verb. *Expensa.*

Defectus.

* Vide verb. *Damnum.*

Defendere, Defensio.

Pro defensione honoris, an in foro conscientiæ liceat occidere aliquem? t. 5. r. 2. §. 1. p. 91
Et quid, si persona sit Ecclesiastica, aut Religiosus, an teneatur fugere, & non occidere. ibid. §. 2
Quid sit defensio, & quid sit vindicta, declaratur. t. 5. r. 7. §. 5. p. 95
Se defendere, sub peccato mortali, & occidere aggressorem an in aliquo casu teneatur inuasus. t. 5. r. 16. §. 1. p. 99
Pro defensione necessaria an liceat absque censura excommunicationis *cap. si quis suadente, &c.* percutere Pontificem. t. 5. r. 17. §. 2. p. 100
Pro defensione pudicitiæ, an liceat occidere inuasorem. t. 5. r. 20. §. 1. p. 101
Si defendere se aliter non posset, an inuasorem cum peccato nefando occidere quis posset, etiam si sit Clericus aut Religiosus. ibid. in fine.
Ad defendendam rem propriam, vt quis interficiat inuasorem illius, an sit necessarium, vt res illa aliter nō possit recuperare, sed etiā, vt non possit aliter custodiri, etiā si possit postea recuperari. t. 5. r. 29. §. 4. p. 105
Vt pro defensione rei interficere furem liceat, quanti valoris oporteat, vt sit res. t. 5. r. 33. §. 1. p. 106
Pro defensione vitæ proximi, an liceat occidere iniustum inuasorem. t. 5. r. 33. §. 1. p. 107
Et an ad id teneatur. ibid. §. 2
Et quid, si vita proximi maximè sit necessaria Reipublicæ, vel sit Princeps proprius pater, mater, frater, & filius, aut vxor. ibid. §. 2
Et quid, si inuasus cedat iuri suo. ibid §. 3
Pro defensione rerum extremarum proximi, an liceat occidere inuasorem. t. 5. r. 34. §. 1. p. 107
Et an ad id teneatur. ibid. §. 2
Et quid, si ex officio, vel iustitiæ lege, vt ministri publici, &c. ad id teneantur defendere proximum. ib. §. 2
Non se defendere occidēdo inuasorem, quamuis possit an liceat alicui. t. 5. r. 35. §. vltiad medium. §. 6. p. 108
Ad se defendendum an Miles, qui certo scit bellum esse iniustum, an possit occidere Militem contrarij Exercitus, à quo inuaditur. t. 5. r. 38. §. 1 p. 109
* Vide verb. *Adulter, Aggressor, Amicus, Bona temporalia, Calumniator, Compensatio, Inuasus.*

Deformitas.

Pro deformitate ex vulnere facta ab aliquo, an sit facienda aliqua restitutio. t. 5. r. 78 & 79. §. *Notandum est*. p. 128
* Vide verb. *Compensatio.*

Defraudare, Defraudatio.

* Vide verb. *Absoluere, Consensus.*

Delectatio.

Si ex delectatione sensibili ex osculis consurgente oscula fiunt absque alia sinistra intentione, & admistione alterius delectationis de aliquo actu luxurioso, an sint mortalia talia oscula. t. 9. r. 9. §. 1. p. 139
Vbi an inter solutos, quamuis eiusdem sint sexus, an sit semper mortale osculari, & tangere ob solam Venereā delectationem, ex huiusmodi actibus consurgentem, vel possit dari paruitas materiæ.
* Vide verb. *Bibere, Carnes, Comedere, Gaudere.*

Delictum.

Pro delicto perpetrato, an mutus & surdus possint puniri pœna ordinaria; Idē est de Cœco. t. 9. r. 11. & 12. p. 195
* Vide verb. *Committere, Crimen, Gladius.*

Delinquens.

Delinquens occultus, an possit se prodere iudici, vt in eo debitam sequatur punitionem, cum id fiat ob virtutem iustitiæ, volendo potius in hoc mundo peccati pœnam sustinere, quam in alio luendam seruare. t. 4. r. 67. §. vlt. p. 82
Et quid, si esset persona maximæ authoritatis, & Reipublicæ vtilis. ibid. §. 3.

Demon.

Qui à demone obtinuit pecunias, an teneatur illas restituere. t. 7. r. 15. §. 1. p. 156

* Vide verb. *Effectus*, *Infamus*, *Maleficium*, *Remedium*.

Demonstrare.

Qui demonstrauit ex timore mortis personam aliquam quæ postea occisa fuit, an teneatur ad restitutionem. t. 5. r. 84. §. 1. p. 130

Denunciare.

* Vide verb. *Confessarius*, *Iurare*, *Relaxare*.

Deponendum, Deponere.

Quo pacto deponenda sit conscientia erronea? t. 2. r. 21. §. 1. p. 29

* Vide verb. *Audire*.

Depositum.

In depósito præstatur dolus, & lata culpa. tract. 3. r. 27. §. 13. p. 47

Deprædatio.

* Vide verb. *Damnum*.

Desiderare.

Desiderare pollutionem in somnis aut de illa sic habita gaudere non ob delectationem, sed ob sanitatem, vel alium bonum finem, an sit peccatum mortale. t. 6. r. 17. §. 1. p. 144

* Vide verb. *Exoptare*, *Optare*.

Desiderium.

* Vide verb. *Sensus*.

Detegere.

Detegere peccatum notorium facti, vel iuris in alio loco, vel Ciuitate, vbi ignorabatur, & in quem facile eius fama non erat peruentura, an sit peccatum saltem contra Charitatem. t. 7. r. 67. & 68. p. 188

* Vide verb. *Demonstrare*, *Ministrare*, *Propalare*, *Publicare*.

Detentum, Detinere.

Detinere an possit quis tuta conscientia rem; quæ iuxta leges præscribit, si postea cognoscit fuisse alterius. t. 7. r. 39. §. 1. p. 171

* Vide verb. *Carcer*, *Consensus*, *Custos*.

Determinatum.

* Vide verb. *Consulere*, *Damnum*.

Detractio, Detrahere.

In detractione, an detur paruitas materiæ. t. 3. res. 15. §. 1. p. 35

Detractiones leues de aliquo, an possint peruenire ad damnum graue; sicut furta. t. 3. r. 16. §. 1. p. 36

Et quid, quando aliquis per plures detractiones etiam leues, detrahit pluribus personis. ibid §. 2

Et quid, quando detrahitur leuiter fama Petri, qui plures detractiones etiam leues ab aliis passus est circa eandem materiam leuem.

Et quid, si circa diuersas materias leues apud eosdem auditores. ibid.

Et quid si in prædictis casibus detractio Petri sit apud Prælatum. ibid. §. 2

Et quid est sentiendum, si vero omnes Detractiones leues sint circa diuersas personas, & quid apud eosdem auditores. ibid.

Quando detractio est effecta cum verbis generalibus, videlicet aliquem esse mendacem: ambitiosum, &c. non est obligatio restituendi famam, nisi ratione Dignitatis personæ. t. 7. r. 65. §. *Notandum est quarto*. pag. 186

* Vide verb. *Conuiciandum*, *Damnum*, *Fama*, *Infamator*.

Deuenire.

* Vide verb. *Necessitas*.

Dicere, Dictum,

Dixisse infirmum si aliquis testatur se velle in tali Ecclesia sepeliri, an in ea sit sepeliendus t. 8. r. 12 §. 1. p. 192

Et in dicto casu, an dictum Confessarij tantum sufficiat, vel codicilli inualidi. ibid.

* Vide verb. *Actus*, *Mentiri*.

Dies.

* Vide verb. *Adimplere*.

Differentia.

Quænam sit differentia inter miraculum, & gratiam. t. 10. r. 1. §. 1. p. 196

Differre.

Differre Religionis ingressum ex voto an possit, qui habet sororem in grauí necessitate constitutam. t. 4. r. 33. §. 1 p. 61

Digitus.

* Vide verb. *Confessarius*, *Fœmina*.

Dignior, Dignus.

* Vide verb. *Beneficium*, *Concursus*.

Dignitas.

Dignitatem obtinere an possint surdus, cœcus, & mutus. t. 9. r. 3. §. 1. p. 193

Dilatio.

* Vide verb. *Dispensatio*.

Diligentia.

* Vide verb. *Damnum*.

Diminuere.

* Vide verb. *Bonum*.

Dispensare, Dispensatio.

Dispensare an possit Episcopus in dilatione viri Religionis cum illo, qui habet sororem in graui necessitate constitutam, quia in hoc casu non dispensat in substãtia voti, sed in sola dilatione. t. 4. r. 33. §. 3. p. 61

Circa dispensationem votorum aliqua practicabilia, & octo casus pro praxi. t. 4. r. 78. §. 2. & seq. p. 88

Dispensare an possit Episcopus iuramenta Castitatis, Religionis, Peregrinationis Ierosolymitanæ, &c. Et distinguitur, nam natura iuramenti omnino est distincta à natura voti, & votum, & iuramentum habent distinctas essentias, &c. t. 4. r 79. per tot. p. 89

* Vide verb. *Acceptatio*, *Castitas*, *Episcopus*, *Prauum*, *Priuilegium*.

Disponere.

* Vide verb. *Bona temporalia*.

Dissentire.

* Vide verb. *Cogitatio*.

Dissoluere.

Vt dissoluat Maleficus maleficium, an licitum sit petere hoc ei, si dubitas, an absque nouo maleficio id facere possit. t. 2. r. 7. §. 1. p. 24

Distinguere.

* Vide verb. *Actus*, *Conscientia erronea*.

Distribuere, Distributiones.

* Vide verb. *Lucrari*, *Pauperes*.

Diuidere.

Diuidere rem, & bona an teneatur cum persona, de qua dubitat, an eius sint bona, quæ aliquis possidet bona fide, sed magis inclinat esse aliena. t. 7. r. 42. §. 1 p. 173

* Vide verb. *Bona temporalia*, *Componere*.

Doctor.

* Vide verb. *Authoritas*.

Dolor.

Si à dolore nonvalens se cohibere persona iniuriata secreto grauiter, in querimonias publicus prorumpit, si iniuria infametur, an iniuriatus peccet mortaliter. t. 10. r. 7. Post medium p. 198

* Vide verb. *Amicus*.

Dominium.

Dominium rei an transferat semper præscriptio, vel tantum aliquando. t. 7. r. 39. §. 5. p. 172

Dominus.

Dominus in dubio vtrum votum serui sit emissum tempore libertatis, an possit illud irritare. t. 4. r. 41. § 3. p. 66

Dominus an possit omnia vota, & iuramenta serui irritare facta tempore subiectionis. t. 4. r. 44. §. 2. p. 68

Et quid, si emissa fuerint ad tempus, dum seruus fuerit liber. tr. 4. res. 45. §. 4. p. 69

Dominus principalis, an vero Procurator sit periurus, si Procurator nomine principalis iurasset falsum? t. 4. r. 66. §. 3. p. 81

Dominus

Dominus rerum, ignoto globo, vel sagitta an possit interficere furem equo insidentem, & cum rebus furatis aufugientem t.5.r.30 §.1. p.106
Et si iudex desit, an Dominus rei furatæ possit intrare locum, vbi rem furatam in pacifica possessione fur constituit, & illum occidere cum moderamine, si eam recuperare impediat. t.5.r.31. §.1. ibid.
Vt Dominus rei furem interficere possit, quanti valoris oportet, vt sit res. t.5.r.32 §.1. ibid.
Dominus membrorum suorum nemo est. Vbi pro praxi aliqui casus, in quibus licitum erit aliquibus membrum sibi abscindere. tract.5. resol. 59. §.1. & seqq. p. 118
Dominus an teneatur ad aliquam restitutionem ante iudicis sententiam, si mancipium occidat aliquem absque Domini culpa. t.5 r.76.§.1.p.127
Dominus an possit eligere sepulchrum pro seruis impuberibus, qui illud non elegerunt? tract. 8. ref.8. §.1.p.191
* Vide verb. *Abscindere. Comparare. Consumens. Corruptor. Damnum. Domus. Dubium. Extrahere. Famulus. Mancipium. Possessor. Seruus.*

Domus.

Si ex aliqua domus officina alij famuli res sæpiùs furantur, an famulus alius hoc videns teneatur manifestare domino, alius teneatur ad restitutionem. t.7.r.32.§.1. p.165
Et qui de famulo, cui custodia domus demandata est, ibidem.
Et quid, si fures extranei domum ingrediantur ad furandum. ibid.§.2

Donatio.

Donatio facta Petro præsenti, etiam si non acceptet, sed taceat, an obliget in conscientia. tract. 4. ref.4. §.4. p.49

Dos.

In dote culpa leuis præstatur. t.3.r.27.§ 13.& seq.p.46
Qui dotem dare mulieri iurat intuitu pietatis & solum propter Deum an fœmina possit illius obligationem remittere. t.4.r.50.§ 1.p 71
Et quid est agendum, quando illa dos nulli esset determinatæ personæ promissa. ibid.§.3
Et an in hoc casu ad Prælatum Ecclesiasticum pertineat relaxare iuramentum, &c. ibid.
Et quid, si filiæ intuitu Patris sub iuramento promittit, an tunc non ad filiam: sed ad Patrem remissio iuramenti pertineat? ibid.

Dormiens.

A dormiente inuasus an possit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, si sciat illum incidisse in dormitionem in statu peccati mortalis. t.5. r.47. §.1.p.113
Et quid si probabiliter credat illum esse in statu gratiæ? Et quid, si multum dubitet de suo statu. ibid. §.5.& seq.
Qui cum dormiente fœmina copulam habuerit, quodnam peccatum luxuriæ committat. tract.6.r.7. §.1. p. 138

Dubitans, Dubitare, Dubium.

In dubio positiuo an in fauorem Principis præsumendum sit? Habet v.g. subditus rationes probabiles, vt aliquod tributum sit iniustum; adsunt verò pro Principe, & iustitia vectigalis aliæ rationes probabiles, an teneatur subditus soluere tributum. t.5.r.19.§.1.p.13
Dubium medicamentum an Medicus possit morituro adhibere, & sequi opinionem probabilem; relicta probabiliori. t.1.r.28.§.1. p.19
Dubia peccata an sint in confessione aperienda? t.1.r.30.§.1.& 2. p.21
Dubius manens, omnibus circunstantiis attentis, an votum emiserit in tuitu temporis, an teneatur illud adimplere? v.g. vouit quis ieiunatorum, vel Missam audire, &c. certa die, pro animabus Purgatorij atque adeo eo die impeditus fuit an teneatur alterodie ieiunare, Missam audire &c. t.4.r.15.§.1.p.53
Qui certus est, se emisisse votum Religionis, si dubius sit, an Religionis in communi, vel huius in particulari, an possit quamlibet ingredi. tract.4. resol. 18. §.3.p.54
Dubius, an habuerit voluntatem se obligandi voto; quid facturus. ibid.§.4
Dubius de qualitate certus de voto, an teneatur ad strictiorem? Vbi plures casus in exemplum. tract. 4.r.23.§.1. p.57
Dubius de quibus nummis seu impensuris vouerit, seu legauerit, ad quid teneatur? Vbi pro praxi aliqui casus. t.4.r.24. §.1. ibid.
Dubius, qui vouit Virginitatem, quid intenderit, an perpetuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu veneteo, ad quid teneatur. tr.4. r.25.§.1. p.58
Dubius vtrum vouerit Castitatem independenter à Religione, an teneatur illam seruare. tract.4. ref.26. §.1.ibid.
Dubius an promiserit solum ingredi Religionem an profiteri, an teneatur ad profitendum. tr.4.ref.22. §.1.ibid.
Si quis dubitat, an promiserit omnimodam Castitatem, aut coniugalem solam, an teneatur ad hanc, quæ minor est. ibid.§. *verum*.
Vbi si quis certus est vouisse Castitatem, aut Religionem; vel inter duas Religiones an strictiorem, vel minus strictam, dubitat autem vtrum harum partium vouerit, an teneatur ad minorem. ibidem in eodem §. paulò post initium.
Qui dubius est, an emiserit votum vel iuramentum habens vsum rationis, an teneatur adimplere. t.4.r. 40.§ 1.p.65
Vbi, quod quando quis certus est se emisisse votum Castitatis, sed dubitat, an habuerit animum se obligandi, an teneatur seruare Castitatem. §.4
Et an tale votum sit reseruatum Pontifici. ibidem. §. 4. p.66
In dubio vtrum votum sit emissum ante pubertatem, an possit pater illud irritare. t.4.r.41.§.1.p.66
Idem est de Tutoribus, Curatoribus etiam in casu, quod dubium sit circa tempus subiectionis, vt v.g. si vxor dubitat, an ante matrimonium emiserit votum, aut seruus qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis emiserit votum; aut pupillus, qui aliquando caruit Tutore; & minor, qui aliquando caruit Curatore, an tempore sui iuris, an post subiectionem illis votum fecerunt. ibid. §.3
Et quid, si dubium est, an votum fuerit confirmatum ab impubere transacto subiectionis tempore. ibid. §.4
Si dubia est materia subrogata commutationis voti, non erit licita talis commutatio, sed debet saltem esse æqualis. t.4.r.74.§.4. p.87
Si multum dubitet inuasus ab ebrio, furioso, dormiente, vel amente de eorum statu in gratia, an possit illos inuasus occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ. r.5.r.47.§.5. p.114
In dubio quis non debet priuari Ecclesiastica sepultura. Pro quo notabilis & specialis casus. tract.5.r. 50.§.1. ibid.
Si dubium sit, num in quantitate, an in qualitate semen peccaret, an liceat viro, vel fœminæ iuuare naturam cum fricationibus ad expellendam qualitatem morbidam t.6.r.14.§.2. p.143
Et an hoc fieri debeat cum medicamentis, non autem cum fricationibus. ibid.§.1
Et quid, si quis præuidet verum semen emittendum

fore.tract.8.resol.20.§. quarto. pag. 146
Si dubium sit,an res apud dominum periret, sicut periit apud furem, aut iniquum possessorem;vel quia, si apud dominum extitisset, ante interitum fuisset vendita, vel distracta, aut alio aliquo modo vtilis, an restitui debeat.t.7.r.12.§.2.& seq.p.152
Facta sufficiens diligentia, si adhuc dubius sit, qui rem possidet, putans esse alienam, adhuc possit eam retinere & alienare.t.7.res.43.§.1. & seqq. p.173
Et an durante inuestigatione Domini non possit in tali casu vti re, quæ vsu non consumitur, vt equo, mancipio &c.ibid.§.3.p.174
Et si adhibita diligentia manet adhuc dubius, an teneatur inposterum vero domino comparenti restituere.ibid.§.4
Et quid est faciendum,si spes moralis non est, vt verus dominus compareat? Et quid, si spes est dominum compariturum. ibid.§.5.
Dubitans possessor bonæ fidei rem esse alienam,si neglexit inuestigare verum dominum, vnde impotens effectus est ad eum sciendum, an teneatur ad restitutionem.t.7.r.44.§.1.ibid.
Quando dubitatur, sitne infans baptizatus,an sepeliendus est in loco sacro.v.g. si infans fuerit baptizatus in *secundina*,pede,&c. siue dubium sit in suscipiente,siue in conferente, in materia, siue in forma.t.8.r.7.§.1.p.191
* In indice primo huius tomi 8.ex tract.2.de conscientia dubia,lege omnes eius difficultates à resol.1. vsque ad 18
* Vide etiam in hoc indice verb. *Absoluere. Abstinere. Adimplere. Aduocatus. Alere. Animus. Bona temporalia. Concludere. Consilium. Diuidere. Edere. Effectus. Ensalmus.Intentio, Iubens. Possessor, Præceptum. Priuilegium. Tutor.*

Duellum.

Qui ad duellum ex condicto descendit & mortem, & vulnus alteri intulit ad nullam restitutionem hæredibus,seu vulnerato tenetur.t.5.r.79.§.vlt. ad medium.p.128
In duello ex occisione facta an oriatur obligatio restitutionis.t.5.r.67.§.1.p.123
Extra duelli locum moriens an sit sepeliendus in Ecclesia.t.8.r.5.§.3. p.190
Et an pro ipso possint suffragia offerre.ibid.§.2

Duplex.

* Vide verb. *Amissio.*

E

Ebrius.

* Vide verb. *Aggressus.*

Ecclesia.

Ecclesiam hanc, vel illam qui ex deuotione inuiserit,& non recordatur, quod ad id teneatur ex voto,vel pœnitentia à Confessario iniuncta, si postea recordatur voti,vel iuramenti, vel pœnitentiæ non tenetur illas iterum visitare. tract.7.r.46. §.2. p.175
Peregrinus,& aduena,& ille, qui in villam ruralem se transtulit recreationis causa,& ibi moritur, vbi sit sepeliendus.t.8.r.11.§.1.p.192
In Ecclesia an sint adhibenda instrumenta musica. t. 10.r.16.§ 1.p.202
* Vide verb. *Acceptatio. Arma gentilitia,Canonicus. Diuere.Peregrinus.Promittens,*

Ecclesiasticus.

* Vide verb. *Animal. Arma gentilitia.Clericus.*

Edere.

Edere carnes an adhuc possit cœnans in die Iouis, & dubitans an sit transacta media nox.tract.2.r.5.§.1. p.20
Edere carnes an possit dubitans in die ieiunij an hora duodecima noctis sonuerit. ibidem.

Effectus.

An effectus sit à causa naturali, vel à dæmone, quid faciendum in dubio,si verba addita sint facta? Vbi pro praxi specialis casus.t.2.r.6.§.1 p.24
* Vide verb. *Ensalmus. Maleficium. Remedium.*

Effusio.

* Vide verb. *Semen.*

Egredi.

Egrediendi à Religione quæ causa sit legitima; an sit sufficiens sola Religionis displicentia, & inuenire eam non gratam,& commodam t.4.29.n.1.p.59
Egredi à Religione stante voto profitendi an possit, qui tempore nouitiatus deprehendit talem Religionem sibi non esse accommodam propter vitæ asperitatem.t.4.r.30 per totam p. 60

Electio, Eligere, &c.

Quænam sit eligenda opinio, an illa quæ est Sacramento fauorabilis, an verò illa quæ est fauorabilis suscipienti? Vbi pro praxi specialis casus. tract. 1. r.3.§.1.p.2
In electione opinionum, an illa sit amplectenda, quæ est probabilior,& securior.t.1.r.4.§.6.p.3
Eligenda an sit in dubio tutior pars. t.1.r.3.§.1.p.2
Et an hæc regula non præceptum,sed consilium contineat.ibid.
Pro electione partis,pro qua ferat sententiam, an iudex possit recipere aliquid sine onere restitutionis, quando in lite dantur duo vota æqualia. tract. r.53.§.3. p.179
* Vide verb. *Actus. Commutatio. Concursus. Filius. Eu. Sepultura.*

Eleemosina.

Eleemosinam paruam vouens quotidiè dare, si plures omittat dare istam paruam eleemosinam,& omissio deuenit ad materiam grauem, an teneatur ad restitutionem.t.4.r.13.§.2. p.52
Eleemosinam facere extremè indigenti an quis teneatur de his, quæ ad vitæ sustentationem necessaria sunt.t.5.r.35.paulò post initium. §.1.p.108
* Vide verb. *Actus. Pauperes.*

Emere. Emptum.

In empto culpa leuis præstatur.tract.3.resol.27. §.13. & seqq.p.47
Emere à Turcis, vel Piratis Hæreticorum res furto ablatas,an licitum sit Christianis.t.7.r.34.§.4.p.167

Emphyteusis.

Ad Emphyteusim nominare signis, & nutibus an mutus possit.t.9.r.1.§.2.p.193

Ensalmus.

In dubio an Ensalmus operetur virtute diuina, naturali,vel diabolica, an fas sit eo vti. tract.2.resol.7. §.1.p.24
Vbi agitur de quodam ensalmo speciali ad præseruandum à peste.ibid.

Episcopatus. Episcopus.

Episcoporum Examinatores non possunt aliquid Episcopis examinandis manifestare,etiam si sint doctissimi,& præ verecundia timeretur non bene respon-suros,& hoc ratione iuramenti, quod dicti Examinatores faciunt.t.3.r.5.§.4.p.32
Episcopus an possit dispensare in casu magnæ necessitatis in voto Religionis, aut Castitatis perpetuæ. t.4.r.38.§.3. p.64
Vbi aliqui casus pro praxi.
Episcopus an possit transire ad Religionem sine licentia Papæ.t.4.r.73.§.2. p.86
Si Episcopus fuerit qui alterum infamauit falsum decendo, quid est faciendum pro restitutione famæ. t.7.r.62.§.4.p.185
* Vide verb. *Acceptatio. Authoritas. Castitas. Dispensare. Procurandum.* *Equitare*

Equitare.
* Vide verb. *Ambulare.*
Equites.
Quod Equites Ierosolymitani non sint verè Religiosi, an sit opinio probabilis aliquorum hoc asserentium? Et quid de Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. t. 1. r. 11. §. 1. p. 7
Vbi quod legatum relictum sub conditione, si aliquis efficiatur Religiosus, potest consequi, si aliquis efficiatur Eques Melitensis. ibid.
* Vide verb. *Bulla Cruciata.*
Equus.
* Vide verb. *Bellum.*
Errans.
* Vide verb. *Clericus.*
Essentia.
Essentias distinctas habent votum, & iuramentum, nam natura iuramenti omnino est distincta à natura voti. t. 4. r. 79. §. 1. p. 89
Esus.
* Vide verb. *Carnes. Carthusianus. Comedere. Edere.*
Euadere.
Cum euadere fuga liberum sit alicui, si fuga esset illi dedecorosa, quæ non esset in Religioso, Clerico, & homine inferioris notæ, an inuasus possit licite occidere inuadentem se. t. 5. r. 1. § 1. p. 90
Et quid de viro nobili aggresso, tenetur ne fugere, si possit & non intet imere aggressorem vim vi repellendo. t. 5. r. 4. §. 1. p. 92
Si euadendi alia via non adsit, an liceat occidere inuasorem, vel testem, qui falsis calumniis conatur per iudicem aliquem interficere, infamare; aut bonis priuare. t. 5. r. 28. § 1. p. 104
Si euadendi via esset deserendo Patriam, an licitum sit præuenire, seu occidere eum, qui paratus est iniuste inuadere aliquem. ibidem. § 4
* Vide verb. *Abscindere. Amicus. Custos. Præuenire.*
Euitandum. Euitare.
Ad euitanda mala temporalia, ægritudinem, internam afflictionem, paupertatem, & similia, an liceat mortem exoptare. t. 5. r. 55. §. 1. p. 117
* Vide verb. *Clamare. Corruptio. Excusare. Ignominia. Tormentum.*
Examinatores.
* Vide verb. *Concursus. Episcopus.*
Excessus.
Quando excessus est leuis, v. g. quando duo sunt in extrema necessitate, an sit leue peccatum præter mittere ordinem misericordiæ? tract. 3. r. 10. §. 2. pag. 34
Excommunicatio.
Excommunicati morientes an sint priuandi Ecclesiastica sepultura. t. 8. r. 5. §. 1. & seq. p. 190
Et an pro ipsis possint offerri suffragia. ibid.
* Vide verb. *Bulla Cruciatæ. Defensio.*
Excusare.
An excusetur aliquis ex ignorantia inuincibili ab homicidio sui ipsius, præsertim in aliquo casu, v. g. ad euitandam grauem ignominiam, vel seruandam castitatem. t. 5. r. 49. & 50. §. 1. p. 114
Vbi pro praxi specialis casus, & notabilis.
* Vide verb. *Consilium. Consulens. Paruitas materiæ.*
Exercere.
* Vide verb. *Aduocatio.*
Exire.
* Vide verb. *Egredi.*
Exoptare.
* Vide verb. *Ægritudo. Euitandum, Pauperes.*
Expellendum. Expellere.
* Vide verb. *Dubium. Fœmina. Fricatio Ingredi. Semen.*
Expendere.
Qui expendit bona fide monetam falsam, an teneatur ad restitutionem? Et quid si mala fide. tract. 3. r. 3. § 1. p. 168
Expensæ.
Expensas moderatas factas in sepultura occisi an homicida teneatur soluere. t. 5. r. 77. §. vlt. p. 117
Expensas superfluas in funere, ad honorem, & pompam mundanam, an tuta conscientia hæres facere possit. t. 8. r. 14. in fine p. 192
* Vide verb. *Bona temporalia, Causa, Frater, Hæres.*
Experiri.
Vt experiatur virtus theriacæ, an licitum sit sumere venenum. t. 5. r. 48. §. 1. p. 114
Expirare.
* Vide verb. *Bona temporalia.*
Exponere.
Exponere se probabili periculo peccandi, an sit peccatum mortale? Et pro praxi dictæ quæstionis aliqui casus. t. 6. r. 10. & 11. p. 240. & seqq.
Exponere se periculo peccandi certo, nec probabili non licet etiam pro bono spirituali proximi. t. 6. r. 11. à §. 1. p. 141
Exponere propriam vitam pro salute spirituali proximi homo in quibus casibus non teneatur, & in quibus illam exponere debeat. t. 10. r. 2. & 3. p. 196
* Vide verb. *Amicus, Causa, Chirurgus, Cohabitare, Obiicere, Parochus, Vita.*
Exportare.
* Vide verb. *Custos.*
Expositus.
Expositus, de cuius Parentibus dubium est, habendus est legitimus. t. 2. r. 13. ad medium. p. 26
Extorquere.
Si extorqueat aliquid minans malum absque animo inferendi, & si posset iuste inferre, an valeat retinere, quod hic extorquet? Vt v. g. quis potest petere pecuniam credito in ludo perditam, an si vir Nobilis ob verecundiam accusaturus non erat, aut alio motiuo accusare nolebat, an possit accusationem, & repetitionem minari, & retinere illa, quæ sic extorquet. t. 7. r. 19. §. 1. p. 158
Idem est de illo, qui potest homicidam aliquem accusare apud iudicem. ibid.
Extrahens, Extrahere.
Qui extrahunt à Piratis Turcarum, & Hæreticorum naues onustas mercibus à Catholicis captas, an teneantur eas Domino restituere, vel hæredibus eorum aut pauperibus, &c. t. 7. r. 34. §. 4. p. 167
* Vide verb. *Bellum.*
Extrema necessitas.
* Vide verb. *Necessitas.*

F

Factum.
Circa Factum, an possit iudex in iudicando sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori. t. 1. r. 20. §. 3. p. 1.
Et quid in causis criminalibus. t. 1. r. 21. §. 3. p. 14
Facultas.
Facultatem non habens eligendi sepulturam in Maiorum suorum sepultura humari debet. tract. 8. r. 8. §. 1. p. 191
* Vide verb. *Amicus, Licentia.*
Fœmina.
Quando fœmina violenter cognita à viro peccet; vel non peccet mortaliter. t. 6. r. 4. §. 1. p. 136
Si fœmina conatur ad expellendum semen corruptum, vel ad sedandam pruritatem refricare pudenda cum periculo pollutionis, & hoc non solum fricatione, sed etiam cum intromissione digitorum vsque ad os vteri, an peccet mortaliter. t. 6. r. 13. §. 1. p. 142
Et aliqua alia contingentia in dictis casibus. t. 6. r. 14. per totam p. 143
Fœmina, quæ ob superpositionem vnius femoris ad alind

aliud motum sensualem sensit, an teneatur modum situs mutare, dum determinata sit non consentire, neque sit periculum consensus pollutionis exinde prouenientis. t. 6. r. 12. §. 4. p. 142
A fœmina sublato viro, & finito actu matrimoniali, an licitum sit fœminæ, quæ nondum seminauit, agitata libidine, fœctibus excitare, donec seminet. t. 6. r. 20. §. Quære tertio p. 145
Fœmina impudica accipiendo aliquid à filiisfamilias, & Religiosis an semper teneatur restituere. tract. 7. r. 58. §. 2. p. 182
Fœminæ etiam ignobili an liceat in periculo mortis non ostendere verenda Chirurgo. t. 8. resol. 2. §. 1. pag. 189
Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab obstetricibus, vel aliis fœminis, an tunc vtique teneretur fœmina etiam nobilis illa sufferre, & verenda obstetricibus supradictis ostendere. ibid. §. 2
* Vide verb. *Accipere. Clamare. Cohabitare. Copula. Corruptio. Dos. Expellere. Gaudere. Meretrix. Mulier. Puella. Vxor.*

Falsum.

Qui falsum dicendo alterum infamauit, an teneatur, si opus fuerit, iurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit tract. 5. r. 62. §. p. 185
Et an etiam si opus fuerit iuramento retractationem suam confirmare, & testes adhibere teneatur. ibidem §. 2
Et quid est faciendum, si qui falsum dicendo alterum infamauit, sic Episcopus, Prælatus, Comes, & similes alij. ibid. §. 4
* Vide verb. *Æquiuocatio. Affectio. Calumnia. Dominus. Expellendum. Testes. Tormentum.*

Fama.

Famam nobilis plebeius debet reparare cum periculo propriæ vitæ, quia vita alicuius plebei reputari potest vilior fama alicuius nobilis. t. 7. r. 65. §. *Notandum est quinto.* p. 186
Vbi quod nullus modus facilior restituendi famam potest inueniri propter peccatum occultum propalatum, quam laudando illum, quem prius quis infamauerit.
In primo indice huius tom. 8. ex tract. 7. lege pro restitutione famæ aliquas difficultates à resol. 61. vsque ad 68. inclusiuè.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Compensare. Detractio. Falsum. Reus.*

Familiares.

Familiaribus occisi an homicida teneatur restituere damnum per accidens illis sequutum. tract. 5. r. 73. §. 1. pag. 125

Famulus.

* Vide verb. *Damnum. Domus. Custodia.*

Fauorabile.

* Vide verb. *Eligere.*

Femur.

* Vide verb. *Fœmina. Vir.*

Feria quinta Cœna Domini.

In Feria quinta Cœnæ Domini an sit vna tantum celebranda Missa. t. 4. r. 46. §. 4. p. 69

Feria sexta Parasceues.

* Vide verb. *Communio sacra.*

Feudum.

In feudum an possint succedere mutus, surdus & cœcus. t. 9. r. 6. §. 1. p. 194
Et in casu, quo in feudo non possit succedere mutus à natiuitate, debentur tamen ei ex dicto feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro quibus non tenetur aliquomodo seruire ibid. §. 2

Fictum.

* Vide verb. *Promissio.*

Fideicommissum.

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Fideiussor.

Fideiussores non possunt esse mutus, surdus & cœcus. t. 9. r. 7. §. 1. p. 194

Fideles.

* Vide verb. *Adiuuare.*

Fides bona & mala.

* Vide verb. *Consumens, Expendere, Possessor.*

Filia. Filius.

An, si aliquis sit filius naturalis, vel spurius, dubitatur, præsumi debet, quod potiùs sit naturalis, quam spurius. t. 2. r. 13. in fine. p. 26
Filium spurium, illegitimum, aut filium Iudæi, &c. aliquem esse temerè iudicare, an sit peccatum mortale. t. 3. r. 14. paulò post initium. p. 35
Filium Clerici natum ex adulterio in faciem viro honorato conuiciandi causa an sit mortale. t. 3. r. 15. post medium p. 35
Filius vim vi repellendo an possit occidere Patrem cum moderamine inculpatæ tutelæ? Et quid, si pater sit bannitus. t. 5. r. 40. § 1. p. 110
Filiarum mortem optare an liceat matri, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum statum, & desiderium nuptui tradere, vel si ob illarum causam male tractaretur à marito, &c. t. 5. r. 56. §. 2. p. 117
Si filios habeat occisus, & omnia interfectori remittat, an adhuc interfector teneatur ad aliquam restitutionem filiis. t. 5. r. 70. §. 1. p. 124
De filiorum furtis non est philosophandum, vt de cæteris furtis. t. 7. r. 2. §. 2. p. 147
Si filius impubes moriendo non elegit sepulturam, an pater possit eam eligere. t. 8. r. 8. §. 1. p. 191
Et quid pro filio pubere. t. 8. r. 9. §. 2. ibid.
Si filius impubes moriatur sine sepulturæ electione, si maiores sepulti sunt in diuersis locis, iste vbi etiā sepeliendus. t. 8. r. 9. in initio. ibid.
Si filio moribundus pater committat electionem sepulturæ, an talis electio fieri debeat, viuente patre. t. 8. r. 13. §. 1. p. 192
Filium non orare pro anima patris defuncti an sit per se peccatum? Vbi alia notabilia contingentia in dicto casu. t. 10. r. 12. §. 1. & seqq. p. 199
Filius an teneatur captiuum patrem redimere ab hostibus. ibid. §. 1
Vbi alij curiosi casus pro filiis erga patres, ne prætermittas legere eos, quia notabiles. ibidem per totam resol.
* Vide verb. *Adultera. Alere. Alimentum. Anima. Castrare. Causa Damnatum. Damnum. Fœmina. Fraus. Impubes. Meretrix. Præceptum.*

Finis.

* Vide verb. *Cœnare. Committere.*

Fiscus.

* Vide verb. *Hæres.*

Fœtor.

Ne fœtorem, aut pruritum patiantur mundantes verenda à lanugine, vel sanguine menstruo, an peccent mortaliter, si præter intentionem pollutio fecent mortaliter, si præter intentionem pollutio fecquatur secluso consentiendi periculo. t. 6. r. 14. §. 4. pag. 143

Fœtus.

* Vide verb. *Baptizare.*

Forma Sacrament.

Forma probabili vti relicta certa, an liceat. t. 1. r. 5. §. 1. & seqq. p. 3

Fornicatio, &c.

Sup. hoc verb. in indice primo huius tomi octaui, ex tractatu sexto lege omnes eius quæstiones. Vbi notabilia.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Accepto. Adimplere*

* Vide etiam in hoc indice verb. *Acceptio. Adimplere. Ignorantia. Inducere. Mercurix. Opinio probabilis. Optare.*

Fortuna.

* Vide verb. *Consumere.*

Forum.

* Vide verb. *Declinare.*

Frater.

Fratribus occisi an interfector in foro conscientiæ teneatur ad aliquam restitutionem, quidquid sit in foro iudiciali. t. 5. r. 71. §. 1. p. 125

Frater occisi an succedat in iuribus debitorum realium, quæ defunctus habebat ante mortem: vnde expensæ, quæ factæ fuissent in curatione, v. g. vulneris, restituendæ sint fratribus, quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem. t. 5. r. 72. §. 2. ibidem.

Frater fratri an possit eligere sepulturam. t. 8. r. 9. §. 2. pag. 191

* Vide verb. *Hæres.*

Fraus.

Qui fraude impedit, ne aliquis consequatur officium, beneficium, hæreditatem, &c. an teneatur ad restitutionem? Vbi alij duodecim casus, in quibus supponitur. fraus. t. 7. r. 4. §. 2. p. 175

Si fraude puella violata forte postea æquè commodis potita est nuptiis, ita vt nihil detrimenti acceperit, non debet ei violator quidquam necessario restituere. t. 7. r. 57. §. 3. p. 182

* Vide verb. *Anus.*

Fricatio.

* Vide verb. *Expellendum. Fœmina. Refricare. Semen.*

Frigus.

Per media frigora, & niues vestem suam in itinere alteri præbere an liceat. t. 5. r. 35. in fine p. 108

Fuga. Fugere.

Fugere an teneatur Clericus & Religiosus & inuasorem non occidere pro defensione honoris. tract. 5. r. 2. §. 2. p. 91

Et quid si Clericus sit nobilis. tract. 5. resol. 3. §. 1. ibidem.

Fugientem inuasorem insequi & occidere an liceat ad honorem tuendum post impactam alapam, fustem, vel vulnus. t. 5. r. 7. §. 1 p. 94

Vbi declaratur, quid sit vindicta, & quid defensio. §. 5

* Vide verb. *Aggressor. Bellum. Christianus. Custos. Dominus. Euadere. Homo. Inuasor.*

Funus.

* Vide verb. *Expensa.*

Fur.

Fur an satisfaciat tradendo solutionem furti personæ fideli vt Confessario, vel alteri vt eam Domino, restituat qui tamen de facto non restituit, vel quia eam consumpsit, vel quia casu periit apud ipsum. t. 4. r. 71. §. 3. p. 85

* Vide verb. *Accipere. Defendere. Dominus. Filius. Furtum Latro.*

Furca.

* Vide verb. *Campana.*

Furiosus.

Si furiosus sis aggressor, an inuasus teneatur fugere & non occidere inuasorem & aggressorem. tract. 5. r. 2. §. 2. p. 91

Et si à furioso inuasus sciat furiosum in furiam incidisse, in statu peccati mortalis, an tunc non possit illum occidere? tract. 5. resol. 47. §. 1. & sequent. pagin. 113.

Et quid, si probabiliter credat illum esse in statu gratiæ?

Et quid, si multum dubitat de suo statu? ibid.

Furtum.

Qui de furto aliquem infamaret, qui postea furem esse inuenitur, an teneatur ad restitutionem famæ illius. t. 7. r. 66. §. 1. p. 187

* Sup. hoc verb. *Furtum, & restitutione pro ipso*, in indice primo huius tom. 8. ex t. 7. lege plures quæstiones à r. 1. vsque ad 14. & à res. 27. vsque ad 35. inclusiuè, & aliquid aliud in aliis resolutionibus præcitati tractatus.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Filius. Vsus. Subripere. Vsurpare.*

Fustis.

Fustis ictum minantem inuasorem occidere an possit Clericus, vel Religiosus, nisi iam ex tali percussione vulnus, vel aliud damnum corporale timeatur. t. 5. r. 3. §. 2. p. 91

Qui fustem nititur impingere viro honorato, an liceat tali viro honorato inuasorem occidere, si aliter hæc ignoranti vitare non possit tract. 5. r. 5. §. 2. p. 94

Et quid post impactum fustem, an liceat fugientem insequi & occidere t. 5. r. 7. §. 1. & seqq. ibid.

Vbi declaratur in hoc casu, quid sit vindicta, & quid defensio. §. 5

* Vide verb. *Inuasor.*

G

Gabella.

GAbella an possit imponi super rebus ad proprios vsus necessariis, nimirum carnibus, piscibus, sali, frumento oleo, &c. si pœnitens noliet defraudationem talis gabellæ restituere, an sit illi deneganda absolutio. t. 7. r. 60. §. 1 p. 184

* Vide verb. *Consensus. Iustitia. Tributum. Vectigal.*

Gaudere. Gaudium.

Gaudere de morte alicuius ob hæreditatem habendam, &c. an sit peccatum mortale. tract. 5. r. 56. §. 1. p. 117

Si gaudere de pollutione sequuta quamuis præuisa mundans à lanugine verenda, vel fœmina à sanguine menstruo, an peccet. tract. 6. resol. 12. §. *Et tandem.* p. 142

Gaudere de pollutione habita in somnis non ob delectationem, sed ob alium bonum finem, an sit peccatum mortale. t. 6. r. 17. §. 1. p. 144

* Vide verb. *Munus. Hæreditas.*

Gemma.

* Vide verb. *Amittere.*

Gestor negotiorum.

Gestor negotiorum an teneatur de leuissima culpa. t. 3. r. 26. §. 1. p. 45

Vbi quod, si hæredes Tutoris negotia à Tutore defuncto cæpta perfecerint, an habeant actionem negotiorum gestorum.

Gladius.

Qui cum gladio alterius interfecit aliquem, & data opera relinquit ibi gladium, vt agnosceretur esse alterius, & propterea alter conuinceretur de delicto an tunc interfector verus teneatur resarcire damnum. &c. t. 7. r. 18. §. 6. p. 157

Gradus.

Si intra gradum tertium occisus non habeat cognatos, an interfector teneatur ad aliquam restitutionem? Et quid si habeat filios? & quid si habeat fratres. t. 5. r. 71. §. 1. p. 125

Grassator.

Grassatorem, qui vias publicas tenet, an liceat occidere. t. 5. r. 43. §. 4. p. 112

Gratia.

In gratiæ subreptione an detur paruitas materiæ. t. 3. r. 4. §. 1. p. 32

Inter gratiam & miraculum quænam sit differentia. t. 10. r. 1. §. 1. p. 196

* Vide verb. *Impetare. Status.*

Gratitudo.

* Vide verb. *Munus.*

H

Habere.

* Vide verb. *Committere. Voluntas.*

Habitus.

HAbitum S. Ioannis si assumat, qui emisit votum Religionis, an satisfaciat? Et quid, si habitum D. Iacobi, &c. susceperit. t. 4. r. 28. §. 1. p. 58

Hæreditas. Hæres.

Ob hæreditatem alicuius optare mortem alicuius, vel de illa gaudere. t. 5. r. 56. §. 1. p. 117

Quibus hæredibus titulo alimentorum teneatur homicida restituere. t. 5. r. 72. §. 1 pag. 125

Hæredes extranei an succedant in iuribus occisi debitorum realium, quæ defunctus habebat ante mortem vnde expensæ, quæ fuissent factæ in curatione v. g. vulneris restituendæ sunt hæredibus, quibuscumque, quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem. ibidem. §. 2

* Vide verb. *Calumnia. Compellere. Culpa. Damnum. Duellum. Expensa. Gestor negotiorum. Impedire. Miles. Nepos. Soluere. Tutor.*

Hæresis. Hæreticus.

Hæretici morientes an sint priuandi Ecclesiastica sepultura? Et an pro ipsis possint offerri suffragia. t. 8. r. 5. §. 1. p. 190

* Vide verb. *Conuictum. Infamia. Pirata.*

Hispanus.

* Vide verb *Bona temporalia.*

Homicida. Homicidium.

Homicida, ob cuius debitum alius, cui imponitur per errorem condemnatur, an teneatur ad restitutionem: Vbi alia notabilia contingentia in dicto casu. t. 5. r. 18. §. 6. p. 157

* In indice primo huius tom. 8. ex tract. 5. de Homicidio, & restitutione pro ipso lege omnes eius quamplures difficultates.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Confessio iudicialis. Expensa. Extorquere. Gladius. Occidere. Occisor. Soluere.*

Homo.

Homo inferioris notæ, & de infima plebe cum liberum sit illi fuga euadere, quia fuga non erit ei dedecori an possit licite occidere inuadentem se. t. 5. r. 1. §. 1. p. 91

Homini infimæ conditionis an licitum sit occidere inuasorem qui fustem, alapam, vel vulnus innititur impingere. t. 5. r. 6. §. 1. p. 94

Et quid post impactam alapam, fustem, vel vulnus, an possit fugientem insequi, & occidere. tract. 5. r. 7. §. 1. ibidem.

Homini priuato an liceat occidere gladio, aut veneno proditorie, vel insidiis, aliove quouis modo Regem tyrannie dominantem t. 5. r. 15. §. 1. p. 99

Homo infimæ conditionis, si nolit arripere fugam, cùm possit, sed resistat, & occidat inuasorem an teneatur ad restitutionem t. 5. res. 65. §. 1. p. 123

* Vide verb. *Indigens. Mulier.*

Honor.

* Vide verb. *Alapa. Amicus. Calumniator. Defensio. Defendere. Expensa. Fustis. Vir. Vulnus.*

Hora Canonica.

Horas Canonicas persoluere an teneantur Moniales, & professi nondum in Sacris sub peccato mortali. t. 1. r. 30. §. *Quare tertio.* p. 21

Omissio vnius Horæ ex paruis an constituat peccatum mortale. ibid. §. *Quare quinto.*

Vbi etiam, an quis possit assumere occupationem incompatibilem cum recitatione Horarum Canonicarum. §. 12

* Vide verb. *Adimplere.*

Hortatus.

* Vide verb. *Confirmare.*

Hospitale.

* Vide verb. *Bona temporalia. Causa.*

Hostis.

* Vide verb. *Amicus.*

I

Iactura.

* Vide verb. *Compensatio.*

Ictus.

* Vide verb. *Fustis.*

Ieiunium.

IEiunandi cum pane & aqua qui votum fecit, an sit mortale semel bibere vinum. tract. 4. resol. 9. §. 1. p. 51

Qui ieiunare vouit certa die, si est impeditus eo die, an teneatur ieiunare altero die. tract. 4. resol. 35. §. 1. p. 53

Et quid si dubius sit, an tale votum emiserit inuita temporis. ibidem.

* Vide verb. *Comedere. Conscientia erronea. Sentx.*

Ignominia.

* Vide verb. *Excusare.*

Ignorantia. Ignorare.

Si ex ignorantia præcepti, rem præceptam exequaris, præcepto satisfacis taliter, quod deobligatus remaneas ad aliud faciendum. tract. 4. resol. 49. §. 3. pag. 71

Si ignorent satellites innocentiam rei, & bona fide munus suum obeant, an possint occidi si iniuste conantur occidere innocentem, vel illum capere. t. 5. r. 47. §. 7. p. 114

Ignorantia inuincibilis de simplici fornicatione an possit dari saltem apud certas gentes destitutas Doctoribus, & scientia rerum mortalium. t. 6. r. 1. §. 5. pag. 135

Et quid de surdis & mutis à natiuitate inter Christianos ignorantibus fornicationem esse illicitam, & si quæ tamen persona amens, & puella vim patiens fornicationis actum committerent, peccent. ibid. §. 6

Idem quæritur de pollutione. Ibidem.

Quando ignoratur, quo tempore Dominus rei furatæ venditurus esset illam, an iniquus possessor, vel fur, vel alius teneatur ad restitutionem iuxta summum valorem, & incrementum, quod res habuit tempore acceptionis. t. 7. r. 10. §. 1. p. 151

* Vide verb. *Bona temporalia. Dubium. Deregere. Ecclesia. Excusare.*

Illegitimus.

Illegitimus an censendus quis est in dubio. tract. 2. r. 13. §. 1. p. 26

* Vide verb. *Alere.*

Impedimentum. Impedire.

Impedimentum perpetuum superueniens ei, qui votum Religionis emisit, non tenetur ad votum. tr. 4. r. 36. §. 1. p. 63

* Vide verb. *Anus. Baptizare. Beneficium. Bonum. Conditio. Custodia. Damnum. Dominus. Domus. Fraus. Officium. Tabula.*

Impetus.

* Vide verb. *Ira.*

Impingere.

* Vide verb. *Alapa. Homo. Ictus. Vulnus.*

Impiere.

Qui

Qui implet existens in peccato mortali opus iniunctum ex pœnitentia, vel ex alio capite, & mandato pro defuncto, an teneatur iterum illud implere in statu gratiæ t.10.r.14.§.1.p.201
* Vide verb. *Præceptum.*

Imponere.

* Vide verb. *Æquiuocatio, Committere, Confessarius, Gabella, Gladius, Pœnitentia Sacramentalis.*

Impotens.

* Vide verb. *Dubitans.*

Imprecatio.

Imprecatio alicuius mali, seu maledictio an sit semper peccatum mortale. t.10.r.5.§.1. p.198

Impressum.

Si impressa inueniatur aliqua opinio in aliquo libro, an eo ipso existimanda sit probabilis. tract.1.ref.13. §.1.p.9

Impubes.

Impuberum omnia vota, & iuramenta emissa in impubertate potest pater, Tutor, Curator, & mater, defuncto patre, instare post pubertatem, modo non sint confirmata post adeptam pubertatem. t.4.r.42. §.1. p.66

Et in dubio an fuerint confirmata post pubertatem præsumendum sit non fuisse ratificata. ibid.§.4.p 67

Et quomodo, & quando dicatur vota confirmata. t.4. r.43.§.6. p.68

Et quid si impuberes promittant, vel voueant aliquid pro tempore pubertatis, etiam si votum sit Religionis t.4.r.45.§.1.p.69

* Vide verb. *Annus. Dominus. Filius.*

Inæqualiter.

* Vide verb. *Bona temporalia. Diuidere.*

Incidere.

* Vide verb. *Casus reseruatus. Censura. Fornicatio. Pollutio.*

Inclinare.

* Vide verb. *Adimplere. Bona temporalia.*

Incommodum.

* Vide verb. *Cognoscere.*

Indigens.

* Vide verb. *Eleemosina.*

Inducere.

Inducere mulierem ad fornicandum, an sit maius peccatum, quam eam occidere. t.6.r.3.§.1.p.136

* Vide verb. *Corruptor; Virgo.*

Indulgentiæ.

Pro indulgentiarum acceptatione pro animabus Purgatorij aliqua suppositia. t.1.r.14.§.1.& seq. p.201

Infamare.

* Vide verb. *Accusator. Calumnia. Crimen. Dolor. Falsum. Fama. Furtum.*

Infamator.

* Vide verb. *Auditor. Compensare. Falsum.*

Infamia.

Si infamia esset maxima, vtpote de hæresi, & crimine læsæ Maiestatis, &c. an in hoc casu plebeius debeat reparare famam viri nobilis cum periculo propriæ vitæ. t.7. r.65. §. notandum est quinto ad medium pag.186

* Vide verb. *Clamare. Compensatio. Falsum.*

Infamis.

* Vide verb. *Crimen.*

Infans.

* Vide verb. *Baptizare. Baptizatum.*

Inferre.

* Vide verb. *Alapa. Extorquere. Ictus. Vulnus.*

Infidelis.

* Vide verb. *Accedere. Captus.*

Infirmus.

Infirmus an teneatur parere Medico applicanti Medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantum præcepto, quo est adstrictus propriam conseruare vitam. t.8.r.1.§.3. p.188

Infirmus, si comedat, vel bibat rem nociuam, putans, vel non aduertens, quod ei nocebit, non peccat mortaliter etiam si credat, quod ob id ei aliquod nocumentum, sed non graue eueneat. ibidem. §.2

* Vide verb. *Aqua. Bibere. Dicere. Fœmina. Vinum.*

Ingrediens. Ingredi. Ingressus.

Ingrediens religionem, & postea exiens, an satisfaciat vouens Religionem absolute, nil de exeundi libertate determinando. t.4.r.29.§.1 p.57

Si ingrediatur quis Religionem, an satisfaciat voto, si culpa sua postea expellatur. ibid. §.3

Ingredi iterum Religionem an teneatur, qui vouit perseuerantiam in Religione, si ex iusta causa exeat, vel expellatur si causa cessat. t.4.r.31.§.1. p.60

Ingredi iterum Religionem an teneatur ille, qui emiserat votum certæ Religionis à qua absolute repulsus fuit, si postea inuitatus est à Superiore. tract.4. r.32.§.1.ibid.

Ingredi Religionem quis vouit, si Deus illum conseruet ab aliquo peccato, an teneatur ad votum, si ex quacunque negligentia illius peccati tentationi succumbat; vel solum, quando data opera vt voti obligationem effugiat. t.4.r.35.§.4.p.62

* Vide verb. *Adimplere. Authoritas. Differre. Domus Dubium.*

Inimicus.

Si inimicus minatur verbis excidium, nisi innocens interimatur, an liceat innocentem occidere ad postulationem dicti inimici? Vbi aliqua alia contingentia in dicto casu. t.5.r.39.§.1. p.109

* Vide verb. *Actus. Innocens. Vrauenire. Vendere.*

Injuria. Iniurians. Iniuriatum.

* Vide verb. *Amicus. Cognoscere. Dolor.*

Iniustè.

* Vide verb. *Carcer. Damnandus. Innocens. Minister iustitiæ. Satellites.*

Innocens.

Cum innocentis alicuius periculo mortis, an qui iniuditur possit se ita tueri. t.5.r.18.§.1.p.100

Et quid si innocens sit infans, & sine Baptismo moriturus. ibidem.

Si innocentem tanquam clypeum suum obiiciat tibi iniusor, vt post eum latitans impune te interimat, & fugere non possis, an non tenearis mortem subire, sed possis iniusorem, & innocentem interficere cum moderamine te defendendo. ibid. §.4 p.101

Innocentem occidere an liceat ad postulationem inimici, qui minatur vbi excidium, nisi talis interimatur. t.5.r.39.§.1.p.109

Et an possit huius modi innocens, imò teneatur se ipsum tradere tyranno id postulanti pro salute Patriæ. ibidem §.2

Et an hoc ipsum etiam Respublica præcipi, imo ad hoc cogi possit. ibid.

Et si innocens talis contumaciter resistat, an possit ab ipsa Republica occidi. ibid.§.4.p.110

Si innocentem iniustè conentur satellites, vel alij publicè ministri iustitiæ capere, vt iniustè occidatur, an supradicti occidi possint cum moderamine inculpatæ tutelæ. t.5.r.45.§.2. p.112

Et quid, si satellites ignorent innocentiam rei, & bona fide munus suum obeant. t.5.r.47.§.7.p.114

Insidiæ.

* Vide verb. *Bannitus. Proscriptus.*

Instituere.

* Vide verb. *Annus. Debitor.*

Instrumentum musicum.

* Vide verb. *Ecclesia.*

Intendere.

* Vide verb. *Vendere.*

Intentio.

De intentione iurandi certus, sed dubitat de intentione obligandi, an teneatur ad iuramentum. tr. 4. c. 2. §. 1. p. 56

Vbi aliqui casus pro praxi circa intentionem se obligandi.

* Vide verb. *Poliurio.*

Interfectos, Interficere.

* Vide verb. *Filius, Gradus, Homicidium, Occidere.*

Interimere.

* Vide verb. *Occidere, Præuenire.*

Interrogans, Interrogare.

* Vide verb. *Consulere, Responsor Casuum.*

Interruptio.

Qui cum interruptione notabili, quis recitat partem Rosarij ex voto, vel pœnitentia imposita, an dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem mane, & aliam vespere recitet. t. 4. r. 47. §. 1. p. 70

Intromissio.

* Vide verb. *Fœmina.*

Inuadere. Inuasor, Inuasus.

Inuasorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, an licitum sit. t. 5. r. 1. §. 1. p. 90

Si quis inuadit Sacerdotem stantem in Altari & diuina celebrantem, an Sacerdos possit intermittere sacrum, & se defendere, & si cum moderamine iusto talem offendentem occidit, an Missam perficere licitum sit ei. ibid.

Inuasus an possit licitè occidere inuadentem se, etiam cum liberum sit illi fuga euadere, si fuga esset illi dedecorosa, quæ non esset in Clerico, Religioso, & homine inferioris notæ. ibid.

Inuasorem occidendo, an Religiosi possint defendere suum honorem. t. 5. r. 14. §. 1. p. 98

Inuasus an in aliquo casu teneatur occidere aggressorem, & sub pœna peccati mortalis se defendere. t. 5. r. 16. §. 1. p. 99

Inuasorem occidere an licitum sit, si ex eius morte sequatur notabile damnum Reipublicæ, quia est persona valde necessaria, vt si aggressor sit Rex, Dux, &c. t. 5. r. 17. §. 1. p. 100

Inuasorem occidere, an liceat, si inuasus sit in culpa, vt aggrederetur ipsum, vt adulter ex iniuria, quam facit marito, ita vt non amittat ius defendendi se. t. 5. r. 21. §. 1 p. 101

Inuasorem si quis occidit excedens moderamen, an teneatur ad restitutionem. t. 5. r. 61. §. 1. p. 121

Si quis inuasorem rerum suarum occidit, an teneatur ad restitutionem. t. 5. r. 62. §. 1. ibid.

Si inuasus etiam Nobilis possit fugere, & non fugiat, sed occidat aggressorem, an teneatur ad restitutionem. t. 5. r. 63. §. 1. p. 122

Et quid, si inuasus sit Clericus, vel Religiosus. ibid.

Et an supra dicti inuasi, vt aduertant graues ictus baculi, vel pugni inferendos, vel ob leuem alapam vitandam, possint occidere inuasorem, & non teneantur fugere, etiam si possint, siue fuga sit dedecori, siue non, nec teneantur ad restitutionem. t. 3. r. 64. §. 2. ibid.

Et quid, si sit vir infimæ conditionis t. 5. r. 65. §. 1. p. 123

Si inuasorem maritum adulter occidat, cum moderamine inculpatæ tutelæ, an teneatur ad aliquam retionem. t. 5. r. 68. §. 1. p. 124

* Vide verb. *Aggressor, Aggressus, Alapa, Amens, Bona temporalia, Defendere, Defensor, Dormiens, Ebrius, Euadere, Furiosus, Homo, Ictus, Innocens, Miles, Nefandum peccatum Vulnus.*

Inuenire, Inuentor.

Si quis inueniatur laqueo suspensus, vel mersus in puteo, an debeat sepeliri in loco sacro. t. 8. r. 4. §. 1. p. 189

* Vide verb. *Bona temporalia, Crumena, Fama, Impedimentum, Liber.*

Inuestigare, Inuestigatio.

* Vide verb. *Dubium, Res.*

Inuidia.

Inuidiæ peccatum ratione paruitatis materiæ, an aliquando sit tantum peccatum veniale. t. 3. ref. 12. §. 1. pag. 35

* Vide verb. *Beneficium, Bonum, Officium.*

Inuisere.

* Vide verb. *Ecclesia.*

Inuocatio.

* Vide verb. *Remedium.*

Ira.

Si ex iræ motu, aut impetu repentino iuramentum falsum sit dictum inaduertenter ab eo, qui prauam consuetudinem iurandi habet, an sit peccatum mortale. t. 4. r. 65. §. 2. p. 80

Et an hoc procedat quoad blasphemias. ibid.

Et quid, si blasphemia, vel iuramentum non sit profectum ex prauæ consuetudine, sed ex motu, & impetu iræ repentino. ibid.

Irregularitas.

Irregularitatem, an incurrat, qui mandat occidere Titium, & Sempronius, occiditur, quia creditur esse Titium. t. 5. r. 91. §. 2. p. 132

Irregularitatem, an incurrat mandans, vel consulens Petro, vt Ioannem occidat, si Petrus occisus est. ibidem. §. 2

Irritare.

Irritare an possint maritus, & Dominus omnia vota vxoris, & serui? Et quid si vota fuerint facta ad tempus libertatis. t. 4 r. 44. & 45. p. 68. & 69

* Vide verb. *Dubium, Impubes, Superior Saculari.*

Iter.

* Vide verb. *Ambulare, Frigus.*

Iubens, Iubere.

Iubens homicidium, furtum, &c. dubitans tamen an ex tali mandato motus ille fuerit ad id faciendum, an teneatur ad restitutionem. t. 5 r. 88. §. 1. p. 131

Et an ad totum damnum, vel partem pro ratione dubij? Et si nihil velit restituere, an sit absoluendus. ibid. §. 4

* Vide verb. *Iudex.*

Iubilæum.

* Vide verb. *Commutare.*

Iudex, Iudicare.

Iudex an possit iudicare secundum opinionem probabilem, communi & probabiliori relicta, & etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilis sit circa ius, non vero circa factum. tract. 1. r. 20. §. 1. pag. 13

Iudex cessante scandalo, an possit nunc circa vnam, nunc circa aliam opinionem iudicare. ibid. §. 4.

Et an si esset scandalum, quamuis peccaret, non tamen teneatur ad restitutionem. ibid.

Et an iudices ob id non subiiciantur syndicatui. ib. §. 5

Ex quibus infertur decisio multorum casuum, qui in §. vltim. huius Resol. explanantur, in quibus iudex potest iudicare, secundum quam maluerit sententiam, & opinionem relicta probabiliori.

Iudex an possit iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliore, si ex parte facti probationes æquales sint. t. 1. r. 21. §. 2. p. 14

Et si res diuisibilis est, an tunc iudex debeat diuidere, aut si diuidi non possit componere partes. ibid. §. 2

Iudex in causis criminalibus, an teneatur sequi opinionem probabilem in fauorem rei, non obstante opinione probabiliori in fauorem fisci, vel accusatoris. ibid. §. *Sed hic.*

Et an hoc procedat, non solum quando opinio in fauorem rei est probabilis circa factum, sed etiam quando est probabilis circa ius. ibid. §. 5

Vtrum vnus ex iudicibus, quos eiusdem causæ decisio spectat,

ſpectat, poſſit contra proprium ſenſum iuxta alterius Collegæ opinionem ferre ſententiam. t.11.r.23. §.1.p.15

Pro quo in §.1.huius Reſ. priùs duo ſupponuntur.

Iudex,in iudicando, an poſſit ſequi opinionem probabilem,quæ verſatur circa ius, relicta probabiliori. ibid. §.6

Si à Iudice lata ſit ſententia ſecundum opinionem probabilem, & quod magis eſt probabiliorem, an appellatio ſit licita.t.1.r.23.§.1.p.16

Et an hoc procedat non ſolum in cauſis capitalibus, & ſanguinis,ſed etiam in ciuilibus. ibid. §.3

Si ex Iudicis mandato lictores reum capiunt eundem armis reſiſtentem,an impunè lictores reum occidere poſſint.t.51.r.46. §.1. p.113

Vbi explanantur ſex limitationes,& circunſtantiæ, ſine quibus hoc minimè lictores facere poſſunt, nec Iudex,aut Magiſtratus iubere. ibid.

Iudex,ſi forte circa litem aliquam eſt varietas opinionum,& ſententiarum vt Iudici liberum ſit vtramlibet partem in iudicando ſequi, an poſſit aliquid recipere ab vna parte,vt in eius potius tenorem iudicet ſine onere reſtitutionis.t.7.r.52 §.3.p.179

Iudices accipientes munera ſola lege poſitiua prohibita, an ſint obnoxij reſtitutioni in foro conſcientiæ,quando data fuerunt ex mera liberalitate, aut gaudio,& gratitudine.t.7.r.53.§ 4.p.180

Iudex,an poſſit eſſe cœcus?Idem eſt de ſurdo, & muto. t.9.r.3.§.1. p.193

* Vide verb. *Calumnia, Cogere, Cognoſcere, Compenſatio, Delinquens, Iudicium, Ius, Procurandum, Sententia.*

Iudicium.

In iudicio non poteſt aliquis iurare vtendo amphibologiis, quando Iudex iuridicè interrogat. t.4. r.03. §.4. p.79

* Vide verb. *Accuſator, Audire, Calumnia, Iudex. Praeuenire.*

Iudicium temerarium.

In iudicio temerario, an detur paruitas materiæ. t.3. r.14.§.1. p.35

Iudicare temerè alterum eſſe ſpurium, vel filium Iudæi, aut illegitimum, &c. an ſit peccatum mortale. ibid.

* Vide verb. *Suſpicari.*

Iuramentum, Iurare, &c.

* Sup.his verbis in indice primo huius tom.8. t.4. *de Voto, & Iuramento*, plures quæſtiones inuenies.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Amphibologia, Excommunicatores. Falſum. Inflammare. Iudicium. Meretrix. Paruitas materiæ. Obligatio.*

Iuriſdictio.

Iuriſdictione probabili vti in adminiſtratione Sacramentorum, an liceat relicta certa.t.1.r.5.§.1. p.3

Quando extra iuriſdictionem ſubditus probabiliter iudicat eſſe præceptum Superioris, an poſſit non obedire.t.1. r.16. §.1. p.10

* Vide verb. *Adminiſtratio. Sacram. Maioratus.*

Ius.

Si ius probabile ad ſucceſſionem alicuius regni duo Reges habeant, an poſſint illud armis occupare, non expectata ſententia iudicum.t.1.r.18.§.1. p.11

Sed difficultas eſt, ius dicere in hac cauſa ad quem pertineat.ibid §.2.& ſeqq.

Ius acquiritur ad rem legatam ex teſtamento minus ſolemni,& ea poteſt clam à poſſidente tolli authoritate propria,ſecluſo ſcandalo,ibid.§.13.p.12

Ius defendendi ſe non amittet, qui culpa ſua inuaſus fuerit,vt adulter,& laceſſitor,&c.t.5.r.21.§.1.p.101

Reprobatur opinio aſſerens iure naturæ ſimplicem fornicationem,ſecluſa prohibitione Dei, *Non mœchaberis*, eſſe malam, non tamen habere, malitiam, & inordinationem mortalem ſed venialem, mortalem verò habere ex ſolo iure diuino. t.6.5.1. §.4. pag. 134

Iure eligendi,an priuentur ſurdi, & cæci, t.9.r.1, §.1. p.193

* Vide verb. *Compenſatio. Expenſa. Frater. Hæres. Iudex.*

Iuſtitia.

De iuſtitia tributi ſubditus dubitans,an teneatur illud ſoluere,maximè ſi ſint gabellæ, & tributa nona.t.2. r.8.§.1.p.24

* Vide verb. *Debitor Soluere.*

Iuſtus.

Iuſtus, ſi offerat pro alio ſua bona opera, an valeant, ipſo neſciente.t.10.r.14.§.1. p.201

Et aliqua primo ſupponuntur pro intelligentia huius quæſtionis,& acceptione Indulgentiarum pro animabus Purgatorij.ibid.§.1. p.201

Iuuare.

* Vide verb. *Fricatio.*

Iuuenis.

Iuuenis,cui neceſſe eſt interuenire in quibuſdam feſtis nuptiarum, non peccat, dum ex tactu manus mulieris in vallo in pollutionem incidebat,ſine tamen periculo in illius conſenſum.t.6.r.12. §. *Et tandem*, ante medium. p. 142

L

Laceſſitor.

Laceſſitor poſitus in ipſo periculo non amittit ius defendendi ſe, peccat tamen, quando præuidet periculum mortis, & nihilominus ſtatuit in illo ſe inſtituere.t.5.r. 21.§. 1. p.101

Lacticinium.

Vide verb. *Comedere.*

Lanugo.

* Vide verb. *Fœtor.*

Laqueus.

* Vide verb. *Inuenire.*

Latro.

Latroni iuramentum præſtitum,an ſit ſeruandum, vel indigeat relaxatione.t.4.r.55.§.1.p.74

Si à latronibus captus cogitur iurare ſe non denunciaturum illos iudici, & Eccleſiæ, etiam iuridicè interrogatus,an iuramentum valeat, & non peccet iurando.ibid. §.5. p.75

Latro liberatur à quadam reſtitutione, ſcilicet conſumens rem alienam in neceſſitate, quam furatus eſt ante illam,& an teneatur illam reſtituere,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.t.7.r.14.§.1. p.155

* Vide verb. *Fur. Furari. Raptor.*

Legari. Legatum.

Legatum relictum ſub conditione, ſi aliquis efficiatur Religioſus, poteſt conſequi, ſi aliquis efficiatur Eques Melitenſis.t.1.r.11. §.10. p.8

Qui legauit, dubius tamen de quibus menſuris, ſeu nummis, ad quid teneatur? Vbi pro praxi aliqui caſus.t.4.r.24.§.1. p.57

* Vide verb. *Ius.*

Legere.

* Vide verb. *Litera.*

Legiſlator.

Quantumcumque Legiſlator velit ad mortale obligare,ſi materia eſt exigua & leuis, attentis circunſtantiis,non obligauit ad mortale.t.4.r.12.§.2. p.52

* Vide verb. *Contemptus.*

Leue, Leuiſſimum.

* Vide verb. *Confeſſarius. Culpa. Detractio. Exceſſus. Legiſlator. Materia. Obligare. Præceptum. Prælatus Regularis. Quantitas. Recitare. Suſpicari.*

Lex.

* Vide verb. *Contemptus. Iudex. Munus.*

Index

Liber.

* Vide verb. *Impressum.*

Liberalitas.

* Vide verb. *Munus.*

Libertas.

* Vide verb. *Ingrediens, Proscriptus.*

Licentia.

Si licentiam Prælatus Regularis alicui dederit accipiendi particulas aliquarum Reliquiarum, an peccet mortaliter. t.7.r.1.§.2.p.147

* Vide verb. *Consumere Episcopus.*

Licere, Licitum.

Hæc verb. multum generalia, & communia sunt, pro plurimis quæstionibus huius tom.8. ideo in indice primo huius tom.8. passim & facilè ea inuenire poteris, signanter, in tr.5. *de Homicidio.*

Lictores.

* Vide verb. *Iudex.*

Ligatum.

* Vide verb. *Abscindere.*

Lignum.

* Vide verb. *Custos.*

Limitatio.

* Vide verb. *Iudex.*

Lis.

* Vide verb. *Iudex, Varietates.*

Litera.

Literas alienas aperire, an aliquando sit licitum. t.10. r.8.§.1. p.198

Si quis literas ad se missas in publicum literatas abiiciat, an possit alius sine peccato, collectis literarum fragmentis, legere. ibid.§.2

Et in tali casu qui literas legit, an teneatur non manifestare secretum, aliquod in ipsis contentum, si in damnum alicuius cederet. ibid.§.2

* Vide verb. *Capere, Criminale.*

Locare, Locatio, Locatum.

In locatione rerum Ecclesiasticarum an detur paruitas materiæ. t.3.r.7.§.1. p.33

In locato culpa leuis præstatur. t.3.r.27.§.13.p.47

Locauerat per multos annos quidam vir Rusticus mulum, quod subripuerat viro Nobili, & prædiuiti, quæritur, an non solum ad restitutionem muli, sed ad pretium locationis teneatur. tract.7.resol.8.§.1. & seqq.p.149

* Vide verb. *Locus.*

Locus.

In locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel piscari; an quis venando, vel piscando teneatur ad restitutionem. t.7.r.36.§.1. & seqq.p.181

Et quid, si venatio, vel piscatio sit in loco circumsepto, & clauso. ibid.

Et an ita venantes, vel piscantes peccent mortaliter, vel venialiter. ibid.

* Vide verb. *Duellum, Sepelire.*

Loquela.

* Vide verb. *Actus.*

Lucrari.

* Vide verb. *Abesse.*

Ludus.

* Vide verb. *Extorquere.*

Luxuria.

* Sup. hoc verb. in indice primo huius tom.8. ex tr.6. vide omnes eius difficultates, vbi notabilia.

M

Magistratus.

* Vide verb. *Culpa, Iudex.*

Magus.

* Vide verb. *Maleficium, Maleficus.*

Maioratus.

In Maioratum an possit succedere surdus, vel mutus, licet in instituto consistat, dummodo perfecte intelligat per signa exteriora. t.9.r.6.§.1. p.194

* Vide verb. *Actus, Adultera.*

Maius.

* Vide verb. *Inducere.*

Maledictio.

Maledictio, seu alicuius mali imprecatio, an sit semper peccatum mortale. t.10.r.5.§.1. p.198

Malefactor.

* Vide verb. *Campana.*

Maleficia, Maleficium, Maleficus.

Vt maleficium dissoluat Maleficus, an licitum sit hoc petere ab eo, si dubitas, an absque nouo maleficio id possit facere. t.2.r.7.§.1.p.24

Si maleficium nolit malefica, seu saga tollere, an liceat eam occidere, quando alia via non suppetit. tract.5. resol.44.§.1. p.112

Et an saltem, vi verberibus, & tormentis cogi possit, vt maleficium tollat. ibid.§.2

* Vide verb. *Remedium.*

Malum.

Ad mala temporalia euitanda, ægritudinem, internas afflictionem, &c. an liceat mortem exoptare. tract. 5.§.1.p.117

* Vide verb. *Extorquere, Ius, Maledictio.*

Mancipium.

* Vide verb. *Abscondere, Dominus.*

Mandans, Mandare,

Mandans vulnerare hominem, & prohibens ne occidat, si eum mandatarius occiderit, an mandans ordinaria pœna teneatur. t.5.r.90.§.2. p.132

Si quis mandaret occidere Titium, & Sempronius occiditur, qui creditur esse Titius, an teneatur ad restitutionem. t.5.r.91.§.1. ibid.

* Vide verb. *Damnum, Irregularitas, Iubens.*

Mandatarius.

* Vide verb. *Culpa, Damnum, Mandans.*

Mandatum.

* Vide verb. *Implere.*

Manifestare.

* Vide verb. *Causa, Custodia, Detegere, Domus, Examinatores, Litera, Propalare, Publicare.*

Manus.

* Vide verb. *Abscindere, Chorea, Iuuenis, Tactus.*

Mare.

* Vide verb. *Tabula.*

Maritus.

Si maritum videt vxor, quia pugionem condidit sub ceruiculo, vt eam interficiat, si aliud non superest remedium, an possit illum prius peruertere. tract.5. resol.24.§.3.p.103

* Vide verb. *Adulter, Irritare, vxor.*

Mater.

* Vide verb. *Baptizare, Dubium, Fœmina, Filia, Impubes, Mulier, Vxor.*

Materia.

Sub materia leui præceptum sub mortali impositum, an obliget saltem sub veniali. t.3.r.8.§.1.p.33

Si ad materiam notabilem peruenit furtum modicum Petri cum ipsis etiam minimis aliorum, quæ ipse Petrus scit esse facta, an Petrus peccet mortaliter. tract.7.r.5.§.1.& seq.p.148

An detur casus, in quo non sit peccatum mortale vltima acceptio complens materiam notabilem. t.7. r.7.§.1.p.149

* Vide verb. *Adimplere, Dubium, Obligare, Paruitas, Materia, Prælatus, Regularis, Regulas, Violare.*

Materia Sacra.

* Vide verb. *Administratio.*

Rerum Notabilium.

Matrimonium.

Matrimonium inire absque vlla Pontificis dispensatione, an possit, qui vouit Castitatem, vel Religionem, & salubrius est ei matrimonium ob suam incontinentiam. t. 4. r. 38. §. 2. & seq. p. 64

Idem est de voto non nubendi. ibid.

Medicamentum.

Medicamentum respuere, an liceat morituro, dum adhuc est spes salutis. t. 8. r. 1. §. 1. p. 188

Vbi aliqua alia contingentia in hoc casu.

* Vide verb. *Expellendum, Fœmina, Medicina, Medicus.*

Medicina.

Medicinam prouocatiuam effusionis seminis an licitum sit sumere. t. 7. r. 15. §. 1. p. 143

* Vide verb. *Bibere, Infirmus, Medicamentum, Medicus.*

Medicus.

Medicus, si iuxta Regulas medicinæ non haberet medicamentum certum, an possit sequi opinionem minus probabilem circa aliqua medicamenta, relicta probabiliori. t. 1. r. 27. §. 1. p. 19

Et quid, si habeat medicamentum certum. ibid.

Medicus an possit adhibere morituro medicamentum dubium & sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori. t. 1. r. 28. §. 1. ibid.

Et quid, si medicamentum adhibet, de quo vtrinque sunt æquales opiniones probabiles, quod multum proderit, aut nocebit. ibid. §. 2. & seq. p. 20

Et si Medicus in ea esset opinione, vt existimaret medicamentum noxium fore, an peccet contra iustitiam præbendo illud medicamentum iuxta opinionem aliorum. ibid.

* Vide verb. *Carthusianus, Infirmus, Membrum.*

Membrum.

Membrum sibi secari permittere, an homo teneatur, si Medici iudicent esse necessarium. tract. 5. r. 57. §. 2. pag. 118

Et quid, si sit Religiosus, & Superior ei id præcipiat. ibidem.

Membrorum suorum, an aliquis sit Dominus. t. 5. r. 59. §. 2. ibid.

Pro membri priuatione, an sit facienda aliqua restitutio. t. 5. r. 78. §. 1. p. 127

* Vide verb. *Abscindere, Brutum.*

Mendacium.

* Vide verb. *Beneficium, Officium.*

Mensura.

Dubius de quibus mensuris vouit, seu legauit, ad quid teneatur? Vbi aliqui casus pro praxi. t. 4. r. 24. §. 1. pag. 57

Mentiris.

Si *Mentiris* aliquis dicat viro honorato, an liceat eum occidere? *Mentiris* quando liceat dicere contumelioso. t. 5. r. 10. §. 1. p. 96

Merces.

Mercedem solitam soluere habens rem cum meretrice, an teneatur in conscientia, siue eam promiserit, siue non. t. 7. r. 59. §. 1. p. 183

Meretrix.

Qui meretrici pro actu fornicario iurauit dare centum aureos, an postea ratione præstiti iuramenti teneatur eos soluere. t. 4. r. 56. §. 1. p. 76

Meretrici promissio facta pro actu turpi, etiam secluso iuramento, an absolute obliget in conscientia. ibidem. §. 3

Meretrix an semper teneatur restituere accipiendo aliquid à filiisfamilias, qui alienare non possunt. Idem est de Religiosis. t. 7. r. 58. §. 1. p. 182

Meretrices morientes in peccato, an sint priuandæ Ecclesiastica sepultura? Et an pro ipsis possint offerri Sacrificia. t. 8. r. 5. §. 2. & seq. p. 190

* Vide verb. *Accedere, Amasius, Merces.*

Mersum.

* Vide verb. *Inuenire.*

Merx.

* Vide verb. *Custos, Extrahere.*

Metus.

Qui metu iurauit coactus, si haberet animum non adimplendi iuramentum petendo priùs relaxationem eius, an hoc non obstante, peccet mortaliter. t. 4. r. 53. §. 1. p. 73

* Vide verb. *Comedere Latro.*

Miles.

Si Miles sit inuasus, an teneatur fugere, & non occidere aggressorem. t. 5. r. 20. §. 2. p. 91

* Vide verb. *Bellum, Defendere, Equites.*

Minans, Minari:

Qui minatur mortem verbis solis, an liceat eum occidere. t. 5. r. 25. §. 1. p. 103

* Vide verb. *Alapa, Filius, Extorquere, Inimicus.*

Minister iustitiæ.

Ministris iustitiæ; v. g. Notariis, Tabellionibus, Commissariis, &c. taxata sunt stipendia in multis Regionibus: an modo obligent talia statuta in conscientia virtute iuramenti, stante varietate temporum, & circunstantiarum. t. 4. r. 60. & 61. p. 77. & 78

* Vide verb. *Defendere, Innocens, Lictores, Satellites.*

Minister publicus.

* Vide verb. *Munus.*

Minor.

* Vide verb. *Curator, Impubes, Tutor.*

Miraculum.

Inter miraculum, & gratiam; quæ sit differentia. t. 10. ref. 1. §. 1. p. 196

Miserabiles.

Vt miserabiles personæ an surdus, mutus, & cæcus declinare forum possint. t. 9. r. 10. §. 1. p. 195

Misericordia.

* Vide verb. *Excessus.*

Missæ auditio.

Missam audire certa die quis vouit, sed impeditus fuit pro ea die, an teneatur Missam audire altera die. t. 4. r. 15. §. 1. p. 53

Et quid, si dubius sit, an emiserit votum intuitu temporis. ibid.

* Vide verb. *Adimplere, Animus, Carcer, Votum.*

Missæ celebratio.

Missas offerre pro anima defuncti occisi an homicida eius ex iustitia teneatur. t. 5. r. 80. §. 1. p. 129

* Vide verb. *Feria quinta, Sacerdos.*

Moderamen.

* Vide verb. *Adiutor, Adulter, Amens, Dominus, Dormiens, Ebrius, Filius, Furiosus, Inuasus, Satellites.*

Modus.

Ex modo occidendi inuriosò nimirum insidiosè, proditoriè, crudeliter, atrociter, &c. non est aliquid amplius restituendum, quam si occisio fuisset facta sine his circunstantiis. tract. 5. ref. 77. §. *Notandum est.* p. 127

* Vide verb. *Fœmina, Fama, Vir.*

Molities.

* Vide verb. *Natura.*

Monere.

* Vide verb. *Consilium.*

Moneta.

* Vide verb. *Expendere.*

Monialis.

* Vide verb. *Hora Canonica.*

Monoculus.

Monoculi an sint immunes à publicis muneribus. t. 9. ref. 8. §. 1. p. 194

Morbus.

* Vide

* Vide verb. *Actus, Apoplexia.*

Mori, Moriens, Mors, &c.

Omnes, qui moriuntur in peccato mortali, seu in manifesto sine signis contritionis, & pœnitentiæ, vt meretrices, concubinarij, vsurarij, Hæretici, excommunicati, torneatores, &c. an sint priuandi Ecclesiastica sepultura. t.8.r.5.§.1.& seq. p.190

Et an pro supra dictis possint suffragia offerri. ibid.

*Vide verb. *Abscindere, Articulus mortis, Baptizatum, Bellum, Censura, Clamare, Comedere, Cooperari, Copula, Debitor, Demonstrare, Dominus, Duellum, Excensa, Filia, Filius, Hæreticus, Impubes, Malum, Medicamentum, Peregrinus, Sepelire, Sepultura, Vita ruralis, Vxor.*

Motus.

* Vide verb. *Fœmina, Ira, Vir.*

Mulier.

Mulier, quæ sepulturam non elegit, an sepelienda sit in sepulchro viri. t.8.r.9.§.2.p.191

Mulier, si duos, vel plures viros habuit, an sepelienda sit in sepulchro vltimi viri. ibid.

Mulier an sit homo. tractat. 10. resol. 18. §. 1. pag. 203

* Vide verb. *Chorea, Fœmina, Inducere, Iuuenis, Maritus, Mater, Puella, Vxor.*

Mulus.

* Vide verb. *Vocare.*

Mundans.

* Vide verb. *Fœtor. Gaudere.*

Munus.

Munera accipientes iudices, & ministri publici sola lege positiua sibi prohibita, an sint obnoxij restitutioni in foro conscientiæ, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & conscientia, aut ex gaudio, & gratitudine. t.7.r.53.§.4. p.180

A muneribus publicis an mutus, surdus, & cœcus sint immunes? Et quid de monoculis, surdastris, & balbutientibus. t.9.r.8.§.1. p.194

Et quid, si surdus & mutus, & ex solo motu labiorum percipiant mentem loquentis. ibid.

* Vide verb. *Accipere, Actus, Beneficium, Officium.*

Mutare.

Mutare circunstantiam leuem in Historia sacræ Scripturæ, an sit peccatum mortale. tract. 3. resol. 5. §. 1. pag. 32

* Vide verb. *Fœmina, Femur, Vir.*

Mutilare, Mutilatio.

* Sup. his verbis in indice primo huius tom. 8. ex t. 5. *de Homicidio, & Mutilatione*, lege aliquas paucas difficultates à Res. 57. vsque ad 60. inclusiue.

Mutus.

* Sup. hoc verb. in indice primo huius tom. 8. ex tr. 9. de *Mutis*, &c. lege paucas quæstiones.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Ignorantia.*

N

Narrare.

* Vide verb. *Amicus. Audire.*

Natura.

Contra NAturam peccata omnia, videlicet mollities, Sodomia, bestialitas, &c. an specie distinguantur. tract. 6. res. 20. §. 1. p. 244

* Vide verb. *Essentia.*

Nauis.

* Vide verb. *Extrahere.*

Necessitas.

Non solum quando ante necessitatem extremam, debitum contractum est, sed etiam si res accipiatur in ipsamet extrema necessitate restituendum est quando fierit facultas. t.7.r.14.§.5.p.155

Necessitas extrema quænam sit, in qua quis teneatur cum periculo vitæ opem ferre alicuius saluti. t.10. r.2.§.1.p.196

Ad necessitatem extremam redacti Patres, & filij, cuinam teneatur filij succurrere; Parentibusne, an propriis filiis. t.10.r.12.§.4.p.200

Ad necessitatem extremam redactis Parentibus, & creditoribus, an teneantur potius filij Parentibus, quam creditoribus subuenire. ibid.

Et quid, quando creditor, & simul debitor ad eandem extremam necessitatem deuenerunt. ibid. §.5

* Vide verb. *Animal, Bibentes, Comedentes, Compellendum, Consumens, Episcopus, Excessus, Indigens.*

Nefandum peccatum.

Cum nefando peccato inuasorem, an quis possit cum occidere. t.5.r.20.§.2. in fine p.101

Negare.

* Vide verb. *Reus.*

Negligentia, Negligere.

* Vide verb. *Culpa, Dubitans.*

Negotiorum gestor.

* Vide verb. *Gestor negotiorum.*

Nepos.

* Vide verb. *Auus,*

Nix.

* Vide verb. *Frigus.*

Nobilis.

Inter Nobiles, an ex homicidio oriatur obligatio restitutionis, t.5.r.66.§.1.p.123

* Vide verb. *Aggressus, Consulere, Extorquere, Fama, Fœmina, Vir.*

Nocens, Nocere, Nocumentum,

* Vide verb. *Damnum, Infirmus, Res.*

Nomen, Nominare.

* Vide verb. *Damnum, Dominus, Emphyteusis.*

Notarius.

* Vide verb. *Minister Iustitia, Statutum.*

Nubendum.

* Vide verb. *Castitas, Matrimonium.*

Nudum.

* Vide verb. *Aspicere.*

Nullitas, Nullum.

* Vide verb. *Cognoscere, Concursus.*

Nummus.

Dubius de quibus nummis vouit, seu legauit ad quid teneatur? Vbi aliqui casus pro praxi. tract. 4. res. 24.§.1.pag.57

Nupta.

* Vide verb. *Adultera.*

Nuptia.

* Vide verb. *Abstinere.*

Nutritio.

* Vide verb. *Causa.*

Nutus.

* Vide verb. *Emphyteusis.*

O

Obediens, Obedire.

OBedire subditus, an teneatur, quando varietas opinionum versatur inter Superiorem & subditum. t.1.r.15. §.1.p.9

Non obedientem subditum ductum ad id opinione probabili non potest Superior iuste punire. ibidem.

Non obedire subditus, an possit præcepto Superioris, quando probabiliter iudicat esse illicitum, vel extra iurisdictionem. t.1.r.16.§.1. p.10

Obedire non est obligatus subditus, quando sub opinione probabili est Superiorem non esse legitimum, quia v.g. legitimè non est electus, vel ex alio capite. ibid. §.3

Obscen.

Obijcere.
Obijcere se periculo, an possit Chirurgus expertus, dum medetur pudendis fœminarum, & Parochus dum audit confessiones fœminarum in pollutionem assentire.t.6.r.11.§.1. p. 141
Et quid,si cum determinatione non consentiendi tali periculo se obiciant.t.6.r.11.§.1.ibid.
Et in Resolutionibus 10. 11. & 12. alij etiam similes casus pro praxi
* Vide verb. *Exponere.*
Obligare, Obligatio.
An obliget saltem sub veniali præceptum sub mortali impositum in materia leui.t.3.r.8.§.1.p.33
An obliget in conscientia promissio externa legitime ab alio acceptata.t.4.r.3 §.1.p.48
Vbi per accidens qui non præstat promissum, potest peccare mortaliter, vt quando sequitur notabile detrimentum propter promissionem non præstitam.
Et si animo se obligandi non ratione stipendij,sed liberaliter quis promiserit alteri vnum Sacrum, an peccet mortaliter omittendo.ibid.§ 5.p.49
An obliget in conscientia promissio interna. tract. 4. r.4.§.1 p.49
Et an ille,cui facta est promissio interna, possit facere sibi occultam compensationem.ibid.§.3
An obliget in conscientia donatio,seu promissio facta Petro præsenti, etiam si non acceptet, sed taceat. ibid. §.4
Obligationem veram, an inducat iuramentum ad dictum fictæ promissioni.t.4.r.5.§.1.p.49
Sub obligatione mortali, an possit quis vouere in materia leui.t.4.r.12 §.1.p.52
Et quid, si Confessarius pro mortalibus imponat leuem pœnitentiam, & in ea intendat obligare sub mortali. ibid.
Vbi, quod quantumcumque Legislator velit obligare sub mortali, si materia est leuis, & exigua, attentis circunstantiis, non obligat ad mortale. ibidem.
Vt obligationi suæ iuratæ de facienda eleemosyna cuidam Ecclesiæ Titius dedit Caio quamdam pecuniæ summam quæritur,an Titius teneatur vi iuramenti pecuniam illam iterum dare, si inculpabiliter Caius amisit illam, verbi gratia; quia crumena cecidit à Caio. tract.4. resol.71. §. *Sed his.* in initio pag.85
* Vide verb. *Detractio, Fama, Meretrix, Pauper, Præceptum, Prælatus Regularis, Prorogare, Recitare, Sententia, Veniale peccatum, Votum.*
Obsequium.
* Vide verb. *Ascendere, Asportandum.*
Obseruare.
Si obseruare omnes Regulas Religionis Religiosi nolint, licet non obligent sub mortali, an peccent mortaliter.t.10.r.4.§.1.& seq. p.197
* Vide verb. *Castitas.*
Obstetrix.
* Vide verb *Fœmina.*
Obtinere.
* Vide verb. *Demon, Dignitas, Hispanus.*
Occidens, Occidere.
* Vide verb *Homicida, Homicidium,* & eius annotationem,& verb. *Actus, Aggressor, Conscientia erronea, Damnum, Defendere, Expensa, Inducere, Inuasor, Modus, Soluere, Vendens.*
Occupare.
* Vide verb. *Ius, Tabula.*
Occurrere.
* Vide verb. *Amicus.*
Odium.
* Vide verb. *Beneficium, Officium.*
Offerre.
* Vide verb. *Actus, Anima, Implere, Iustus, Missæ celebratio, Mori, Preces.*
Officium diuinum, & defunctorum.
* Vide verb. *Adimplere, Anima, Hora canonica.*
Officium temporale.
Nealiquis Officium consequatur, qui vi, & fraude hoc impedit,an teneatur ad restitutionem. t.7. r.48. §.2.& seqq. p.176
Et quid,si hoc non fraude, mendaciis, & vi impedit, sed precibus,blandiciis, suasionibus,& muneribus, etiam si hoc efficeretur ab aliquo cum odio, inimicitia, & ex malo animo? Ibidem,& latè & melius in r.50.& 51. p. 178
* Vide verb. *Bonum, Minister iustitiæ, Munus, Procurandum.*
Omissio, Omittere.
Qui omittit per plures dies votum leuis materiæ,verbi gratia; Orationem Dominicam,vel dare parvam eleemosynam,an peccet mortaliter.tract.4.r.14.§.1. pag. 53
Et si omissio eleemosynæ deueniat ad materiam grauem,an teneatur restituere. ibid in fine r. 13
* Vide verb. *Carcer, Confessarius, Damnum, Obligare, Votum.*
Opera data.
* Vide verb. *Damnum. Gladius.*
Operari.
Operari cum conscientia dubia speculatiuè, & non practicè, an sit licitum.t.2.r.1.§.1.p.22
Vbi, quid licet ad rectè operandum requiratur iudicium practicum moraliter certum, non tamen ita, quod excludatur omnis formido oppositi. in §.2
* Vide verb. *Ensalmus.*
Opifex.
Opificem quis vulnerauit, quæritur, quid vulnerans restituere teneatur.t.5.r.73.§ 1.p.128
Vbi pro intelligentia dictæ quæstionis aliqua alia notantur.
Opinio probabilis.
* Sup. hoc verbum in indice primo huius tom. 8. ex tractat.1.de opinione probabili vide omnes eius quæstiones.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Adimplere, Iudex, Ius, Punire, Sententia, Varietas.*
Opiniones,quæ in materia luxuriæ non admittuntur. Vbi pro praxi aliqui casus proponuntur.tract.6.resol.20.§.1.p.144
Oppidum.
* Vide verb. *Hispanus.*
Opprimere.
* Vide verb. *Aditor, Calumnia, Clamare.*
Optare.
* Vide verb *Desiderare, Euitandum, Hæreditas.*
Optare,vt fornicatio esset licita,an sit peccatum mortale.t.5.r.2. §.1. p.135
Opus pium.
* Vide verb. *Adiuuare, Debitum, Implere, Iustus.*
Orare, Oratio.
* Vide verb. *Adiuuare, Anima.*
Ordo Misericordiæ.
* Vide verb. *Excessus.*
Osculari, Osculum.
Oscula inter solutos, an semper sit peccatum mortale, vel detur in eis paruitas materiæ. tract.4. r.17. §.1.pag.56
Osculari inter solutos, quamuis eiusdem sint sexus,

ob solam veneream voluptatem, & delectationem ex huiusmodi osculis consurgentem, an semper sit mortale crimen, vel possit dari paruitas materiæ. tract. 9. §. 2 p. 140
Oscula, quæ fiunt ex delectatione sensibili consurgente absque alia sinistra intentione, & admistione alterius delectationis de actu luxurioso, an sint peccata mortalia. t. 6. r. 9. ab initio. §. 1. p. 139
* Vide verb. *Tactus.*

Ostendere.

* Vide verb. *Fœmina.*

P

Pandecta.

* Vide verb. *Minister iustitiæ.*

Panis.

* Vide verb. *Pauperes.*

Papa.

* Vide verb. *Episcopus.*

Parare.

Qui PArat Venenum alicui, an possit iste illud in authorem conuertere, si aliud non supereſt remedium. t. 5. r. 24. §. *Hinc post medium.* p. 103

Parens.

Vide verb. *Pater.*

Parere.

* Vide verb. *Infirmus.*

Parochia.

* Vide verb. *Canonicus, Ecclesia, Peregrinus.*

Parochus.

* Vide verb. *Absoluere, Concio, Objicere.*

Pars.

Per partes, an possit restituere, qui simul totum restituere potest, sed non vult? Et quid in dicto casu Confessarius debeat facere circa talis pœnitentis absolutionem. t. 6. r. 21. §. 1. p. 158
* Vide verb. *Aduocatus, Brutum, Componere, Consumere, Culpa, Eligere, Interruptio, Recipere, Regula, Votum.*

Paruitas materiæ.

Paruitas materiæ, an excuset in iuramento, vel voto de faciendo peccato veniali, ita vt tantum sit peccatum veniale. t. 4. r. 6. §. 2. p. 50
Paruitas materiæ, an detur in iuramento promissorio, ita vt aliquando sit tantum peccatum veniale eius transgressio. t. 4. r. 7. §. 1. ibid.
Paruitas materiæ an detur in iuramento assertorio. t. 4. r. 8. §. 1. ibid.
Et an in voto non bibendi vinum. tract. 4 res. 9. §. 1. pag. 51
Et quid, si votum sit de ieiunando cum pane, & aqua, an sit mortale semel bibere vinum. ibid.
Paruitas materiæ, an detur in voto. tract. 4. resol. 10. §. 1. ibid.
De materia leui in eodem die violare plura vota, an sit mortale, siue materiæ sint eiusdem rationis, siue diuersæ. t. 4. r. 11. §. 1. ibid.
In materia leui, an possit quis vouere sub obligatione lethali. t. 4. r. 12. §. 1. p. 52
Paruitas materiæ, an detur in comestione Carnium in die ieiunij? Et quænam sit ista materia parua. t. 4. r. 72. §. 3. p. 86
Paruitas materiæ, an detur in furto Reliquiarum. t. 7. r. [illegible] §. 1. p. 147
Paruitas materiæ, an detur in furto. tract. 7. resol. 2. §. 1. ibid.
Et pro praxi lege quinque Resolutiones sequentes.
* Vide verb. *Eleemosyna, Omittere, Osculum, Quantitas, Tonsura, Votum.*

In indice primo huius tom. §. ex tract. 3. de *Paruitate materiæ*, lege omnes eius quæstiones.

Pater.

* Vide verb. *Adulter, Alere, Anima, Castrare, Conditio, Damnatum, Damnum, Dos, Filius, Impubes, Irritare, Necessitas, Nutritio.*

Pati.

* Vide verb. *Corruptio.*

Patrocinari.

* Vide verb. *Aduocatus.*

Pauper.

Pauperibus panem dare vouens, an sufficiat non dare ex puro tritico, vbi alius fuerit in vsu, & pauperibus vsitatus. t. 6. r. 24. §. vlt. p. 57
Quando pauperi certo intuitu pietatis, & propter Deum quis iurauit eleemosynam dare, an possit pauper illi obligationem remittere. t. 4. r. 50. §. 3. p. 71
Et quid, si nulli pauperi determinate eleemosyna promissa esset. ibid.
Et an in isto casu ad Prælatum Ecclesiasticum remissio talis iuramenti pertineat. t. 4. r. 51. §. 1. p. 72
Pauperibus dare, an teneatur, qui accepit scuta 60. pro 50. à Mercatore, quem non cognoscit, vel quia ob distantiam conuenire nequit, vel an possit sibi ipsi illud applicare. tractat. 7. resol. 24. §. 1. & seqq. pag. 160
* Vide verb. *Acceptare, Comparere, Crumena, Debitum, Electores.*

Paupertas.

Ad paupertatem euitandam, an liceat propriam mortem exoptare. t. 5. r. 55. §. 1. p. 117

Peccatum.

* Quamuis hoc verbum sit multum generale & commune pro plurimis quæstionibus huius totius. signanter vide verb. *Audire, Detegere, Essentia, Fama, Inducere, Promissio.*

Pecunia.

* Vide verb. *Accipere, Compensatio, Crumena, Custos, Dæmon, Extorquere, Locus.*

Pedester.

* Vide verb. *Ambulare.*

Percutere.

* Vide verb. *Censura, Clericus, Defensio.*

Peregrinatio.

* Vide verb. *Dispensare.*

Peregrinus.

Peregrini morientes sine electione sepulturæ, an in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi sint. t. 8. r. 11. § 1. p. 192

Periculum.

Reprobantur aliqui casus, in quibus cum periculo vitæ quis non tenetur opem ferre spirituali salutis proximi tract. 10. r. 3. § 1. p. 196
* Vide verb. *Accedere, Adulter Carthusianus, Clamare, Cohabitare, Cooperari, Damnum, Exponere, Famina, Fama, Iuuenis, Lacessiuor, Necessitas, Pollutio, Vir.*

Perire.

* Vide verb. *Possessor.*

Periurus.

* Vide verb. *Dominus, Prælatus, Statutum.*

Permanere.

* Vide verb. *Cohabitare.*

Permissiuè, Permittere.

* Vide verb. *Baptizare, Cogitatio, Membrum.*

Perseuerantia.

* Vide verb. *Ingredi.*

Persona.

* Vide verb. *Aspicere, Beneficium, Debitor, Delinquens, Demonstrare, Detractio, Dolor, Dos, Excessus, Miserabiles, Relaxare.*

Persuasio.

Persuasio.
* Vide verb. *Beneficium, Corruptor, Virgo.*
Peruenire.
* Vide verb. *Debitum, Necessitas.*
Peruersio.
* Vide verb. *Accedere.*
Peruertere.
* Vide verb. *Maritus. Parare.*
Pes.
* Vide verb. *Abscindens.*
Petens, Petere, &c.
* Vide verb. *Consilium, Extorquere, Maleficus.*
Pietas.
* Vide verb. *Dos Pauper.*
Pignus.
In pignore culpa leuis præstatur. tract. 3. resol. 27. §. 13. pag. 47
Pirata.
A Piratis Hæreticorum, an licitum sit Christianis emere res furto sublatas. t. 7. r. 34. §. 4. p. 167
* Vide verb. *Extrahere.*
Piscantes, Piscari.
* Vide verb. *Locus.*
Planta.
* Vide verb. *Damnum.*
Plebeius.
* Vide verb. *Fama.*
Plura, Plures.
* Vide verb. *Detractio, Omittere, Parvitas materia.*
Pœna.
* Vide verb. *Custos, Delictum, Mandans.*
Pœnitens.
* Vide verb. *Absoluere, Absolutio, Confessarius.*
Pœnitentia.
* Vide verb. *Abbreuiare.*
Pœnitentia Sacramentalis.
* Vide verb. *Adimplere, Animus, Confessarius, Ecclesia, Implere, Interruptio.*
Pollutio.
Pollutio præter intentionem subsequuta ex tactu licito, & in eo præuisa, quando tactus ille est necessarius, & cessat consensus periculum, caret omni culpa, vt ex complexu manuum, &c. iuxta Patriæ consuetudinem, quo euitato in notam inurbanitatis, quis incideret. tract. 6. res. 12. §. *Et tandem, post medium.* pag. 142
Si pollutio cœpit in somnis, an sit reprimenda in vigilia sub onere peccati mortalis. t. 6. res. 16. §. 1. pag. 143
* Vide verb. *Accubans, Ambulare, Chirurgus, Cœnare, Copula, Desiderare, Fœmina, Fœtor, Gaudere, Ignorantia, Iuuenis, Obycere, Parochus, Vir*
Pompa.
* Vide verb. *Expensa.*
Pontifex.
* Vide verb. *Absoluere, Animus, Bannitus, Bona temporalia, Defensio, Matrimonium,*
Porta.
* Vide verb. *Custos.*
Positiuè.
* Vide verb. *Cogitatio.*
Possessor, Possidere.
Possessor iniquus vt fur vel alius, an teneatur restituere maiorem summam, ad quam excreuit res furata tempore detentionis, maximè si fur vendidit illam in illo optimo statu. tract. 7. resol. 9. §. 1. pag. 150
Et quid, quando ignoratur, quo tempore verus Dominus esset rem venditurus. t. 7. r. 10. §. 1. p. 151
Possessor iniquus vt fur, vel quilibet alius, teneatur ad restitutionem, si res furata perist apud se, nec si in manu Domini esset. tractat. 7. resol. 13. §. 6. pag. 152
Et quid, si non eodem modo periit apud iniquum possessorem, periisset apud Dominum, sed diuerso modo. ibid.
Et quid, si dubium est, an res apud Dominum periisset, quia si apud se existeret, ante interitum fuisset vendita, vel distracta, aut alio aliquo modo vtilis. ibidem, §. 3
Vbi aliqua alia notabilia circa supradicta.
Quidam possidebat multa bona dubitans esse sua, an teneatur illa restituere. tractat. 7. resolut. 40. §. 1. pag. 172
Possessor bonæ fidei, si inæqualiter dubitet, & magis inclinet in eam partem, vt res sit aliena, an teneatur iuxta inclinationem, & propensionem aliquid restituere, vel rem diuidere. tract. 7. res. 41. 42. & 43. p. 173
* Vide verb. *Dubitans, Dubium.*
Postulatio.
* Vide verb. *Innocens.*
Practicè, Practicum.
An semper practicè sit probabilis opinio, si probabilis est speculatiuè. t. 1. r. 9. & 10. p. 6. & 7
Si non practicè, sed speculatiuè quis operaretur cum conscientia dubia, an sit licitum. tract. 2. res. 1. §. 1. pag. 22
Vbi, quod licet ad rectè operandum requiratur iudicium practicum moraliter certum, non tamen ita vt excludatur omnis formido oppositi.
Preces.
* Vide verb. *Anima, Beneficium, Bonum, Corruptor, Virgo.*
Præbere.
* Vide verb. *Frigus.*
Præceptum, Præcipere,
Præceptis duobus occurrentibus, si quis dubitaret, vtrum illorum obligat, eo quod simul impleri non possint, quid facere debeat. t. 2. r. 4. §. 1. p. 23
Plura de intentione satisfaciendi præcepto, &c. tract. 4. r. 49. § 2 pag. 71
Ex præcepto filius non tenetur liberare Patrem damnatum ad suspendium, triremes, &c. etiam si pars offensa remittat offensam oblatis à filio centum denariis, & etiam si Pater esset innocens. Vbi alia curiosa pro filiis erga Patres. tract. 10. res. 62. §. 1. & seqq. p. 199
* Vide verb. *Adimplere, Adiuuare, Comedere, Consilium, Infirmus, Obedire, Paruitas materia. Prælatus Regularis, Regulares, Tonsura.*
Prædicandum.
* Vide verb. *Accedere.*
Prælatus Ecclesiasticus.
* Vide verb. *Authoritas, Cognoscere, Contrahentes, Dos, Falsum, Pauper, Prælatus Regularis, Procurandum, Relaxare, Superior Ecclesiasticus.*
Prælatus Regularis.
Prælati præceptum in ordine ad bonam gubernationem, an obliget sub solo peccato veniali; nam esset intolerabile, si posset Prælatus in omni materia etiam leuissima obligare sub peccato mortali. t. 4. r. 13. §. 2. p. 52
* Vide verb. *Authoritas, Falsum, Licentia, Procurandum, Superior Regularis.*
Præmium.
* Vide verb. *Bannitus, Proscriptus.*
Præscribere, Præscriptio.
* Vide verb. *Detinere, Dominium.*

Præsides.
* Vide verb. *Procurandum.*
Prætermittere.
* Vide verb. *Excessus.*
Prætores.
Prætores Ciuitatis, non peccant, nec sunt periuri, quando Prorex in aliquo actu Vice-Regio dispensat pro illa vice, vt aliquid efficiatur, non obstante aliquo capitulo Ciuitatis in contrarium. t. 4. r. 59. §. vnde p. 77
Præuenire.
Præuenire & occidere Petrum an licitum sit Paulo, si non habeat spem euadendi, si Petrus per famulum, vel sicarium statuit Paulum occidere? Vbi aliqui casus in exemplum t. 5. r. 23. §. 1. p. 102
Præuenire, & interimere inimicum an possit, si aliter saluari non posset, recluſus in aliqua domo, videns inimicum ad occidendum eum expectare? vbi alij duo similes casus in praxi, tract. 5. resol. 24. § 1. p. 103
Præuenire an liceat occidendo illum, qui falsis testibus iam subornatis ita me oppugnat in iudicio, vt necesse sit occidi, infamari, aut bona mea amittere. t. 5. r. 45. §. 4. p. 113
* Vide verb. *Damnum. Euadere. Maritus. Parare.*
Præuidere.
* Vide verb. *Gaudere. Lacessitor.*
Princeps.
* Vide verb. *Corruptor. Damnum. Dubium. Proscriptus. Rex.*
Priuare. Priuatio.
* Vide verb. *Accusator. Dubium. Ius. Membrum. Sepultura.*
Priuilegium.
Priuilegium in dubio, an censendum sit reale, vel personale. t. 2. r. 9. §. 1. p. 25
Vbi quod si priuilegium tibi possidenti vt reale suboriatur dubium, an sit personale, & diligenter re examinata dubium vincere non possis, reale esse poteris illud reputare. ibid. §. 3.
In dubio, si priuilegium est reuocatum, an præsumatur reuocatum. ibid. §. 4
Per priuilegia sua non possunt regulares dispensare in casu magnæ necessitatis in voto Religionis vel Castitatis perpetuæ sicut potest in tali casu Episcopus dispensare. t. 4. r. 38. §. 3. p. 64
* Vide verb. *Comedere.*
Probabile. Probabiliter.
* Vide verb. *Amens. Bona temporalia. Dormiens. Ebrius. Exponere. Furiosus.*
Probationes.
* Vide verb. *Iudex.*
Procurandum.
De non procurando Episcopatum, Senatorem, Iudicem, Præsidem, vel alias prælaturas & officia siue sæcularia, siue Ecclesiastica, siue regularia, votum, vel iuramentum factum, an sit validum. t. 4. r. 39. §. 1. p. 65
Procurator.
Procurator, seu negotiorum gestor, an teneatur de culpa leuissima. t. 3. r. 25. §. 1. p. 43
* Vide verb. *Dominus.*
Prodire.
* Vide verb. *Delinquens.*
Proditio.
* Vide verb. *Bannitus. Proscriptus.*
Professio Religionis. Profiteri.
* Vide verb. *Dubitans. Egredi. Hora Canonica.*
Profusio.
* Vide verb. *Alienatio.*
Promissio. Promittere.
An promissio Regis acceptata futuræ accessionis in dignitate, v.g Proregis, &c. reuocari non possit in conscientia. t. 4. r. 1. §. 1. p. 48
Promissionem gratuitam acceptatam in re graui non adimplere, an sit peccatum mortale. tract. 4. res. 1. §. 1. ibid.
Promissio externa legitimè ab alio acceptata an obliget in conscientia. t. 4. r. 3. §. 1. p. 48
Vbi quod per accidens aliquando, qui non præstat promissum potest peccare mortaliter, vt quando sequitur notabile damnum, & detrimentum propter promissionem non præstitam.
Promissorium iuramentum de faciendo peccato veniali, an sit tantum veniale. tract. 4. resol. 6. §. 1. pag. 50
Promittens Calicem Ecclesiæ satisfacit non dando aureum, sed argenteum. Imò non est necessarium, quod totus Calix sit argenteus, sed satis est, si sola Cupa, & Patena sit argentea. t. 4. r. 14. §. *Inferur primo.* pag. 58
Vbi alij similes casus in §. vlt.
Qui certus est promisisse Castitatem, aut temporaneam, aut perpetuam, & est omnino immemor vtrorum, an ad solam temporalem, quæ minor est teneatur. t. 4. r. 27. §. 2. p. 58
* Vide verb. *Castitas, Dubium, Meretrix, Obligare, Obligatio, Paruitas materia, Pubes, Qualitas.*
Propalare.
* Vide verb. *Crimen, Detegere, Manifestare, Publicare.*
Proponere.
* Vide verb. *Actio, Bannitus, Conscientia erronea, Proscriptus.*
Prorex.
* Vide verb. *Prætores.*
Prorogare.
An prorogetur in sequentem diem obligatio facta pro vno die. t. 4. r. 14. §. 2. p. 53
Et pro praxi dictæ quæstionis lege etiam r. 15. ibid.
Prorogatum.
* Vide verb. *Sententia. Tempus.*
Prorumpere.
* Vide verb. *Dolor.*
Proscribens, Proscriptus.
Proscripti an possint se inuicem proditorie, & per insidias occidere propter præmium à Principe constitutum, vel ob promissam libertatem. t. 5. r. 42. §. 11 pag. 111
* Vide verb *Bannitus.*
Prouisio.
* Vide verb. *Concursus.*
Prouocatus.
Si prouocatus ad pugnam accessit, & si deliquerit vulnerando, non tenetur tamen damnum restituere. t. 5. r. 79. §. vlt. in initio p. 128
Proximus.
* Vide verb. *Bona temporalia. Casus. Defensio. Periculum.*
Pruritus. Pruritus.
Ad pruritatem sedandam an liceat refricare pudenda cum periculo pollutionis. &c. t. 6. r. 13. §. 1. p. 142
* Vide verb. *Fœmina. Fœtor.*
Pubertas. Pubes.
Si pubes in tempus, quo liberam habuerit bonorum dispensationem aliquid promiserit, vel voverit, an Tutor possit illud irritare. t. 4. r. 45. §. 1. p. 69
* Vide verb. *Impubes. Dubium.*
Publicare.
* Vide verb. *Crimen. Detegere.*

Pudenda.

* Vide verb. *Brutum. Chirurgus. Fœmina. Pruritas. Refricare. Tactus.*

Puella.

Si puella vim patiens fornicationis actum committat, an peccet mortaliter. t.6.r.10.§.7. p.135

* Vide verb. *Clamare. Corruptio. Fœmina. Virgo.*

Puer.

* Vide verb. *Impubes. Infans.*

Pugna.

* Vide verb. *Prouocatum.*

Pulsare.

* Vide verb. *Campana.*

Punire.

Punire iustè non potest Superior subditum ductum ad id opinione probabili. tractat. 1. resol. 15. §. 1. pag. 9

* Vide verb. *Committere. Delictum.*

Pupillus.

* Vide verb. *Tutor.*

Puteus.

* Vide verb. *Inuenire.*

Q

Quadragesima.

* Vide verb. *Actus.*

Qualitas.

QValitas quæcunque satis est, quæ censetur sufficere ad veram operis promissi executionem, etiam si infima sit v. g. vouens dare triticum pro eleemosina, non determinans an optimum, vel malum, & hoc in similibus euentibus, t.4.r.24.§. vlt. pag. 58

Sed pro praxi dictæ quæstionis lege ibi aliquos casus à §. 1. p. 58

* Vide verb. *Dubitans. Expellendum. Strictior.*

Quantitas.

Quæ quantitas requiratur, vt furtum sit peccatum mortale. t.7.r.3.§.1. p. 147

Si quantitatem leuem Petrus auferat à Ioanne, à quo alij abstulerunt notabilem, an peccet mortaliter. t.7.r.4.§.1.p.148

Qui post quantitatem notabilem per minima furta sublata addit furta parua, an per quodlibet nouum furtum paruum, nouum peccatum committat. t.7. r.6.§.1.p.149

* Vide verb. *Consulere. Expellendum. Votum.*

Querimonia.

* Vide verb. *Dolor.*

R

Raptor.

* Vide verb. *Fur. Latro.*

Raptus.

RAptus strictè, & formaliter quid sit. tract.6. r.7. §.4.p.138

Ratificare.

* Vide verb. *Impubes.*

Recipere.

* Vide verb. *Accipere. Actus. Iudex.*

Recitare.

Qui recitare vouit se quotidie B. Virgini *Pater noster*, & *Aue Maria* vel vnum *Salue Regina.* &c. per annum, v.g non recitat, an peccet mortaliter. tract.4. r.13.§.1. p.52

* Vide verb. *Adimplere. Anima. Hora Canonica. Interruptio.*

Reclusum.

* Vide verb. *Præuenire.*

Recordari.

* Vide verb. *Ecclesia.*

Redimere.

* Vide verb. *Filius.*

Reddere.

* Vide verb. *Commutatio.*

Redditus.

* Vide verb. *Consumere.*

Refricare.

Refricare pudenda in superficie vasis præposteri vxoris an sit peccatum mortale. t.6.r.20.§. *Quare quinto.* p.146

Regnum.

* Vide verb. *Ius. Rex.*

Regula.

Regula hæc *In dubio melior est conditio possidentis*, non solum sit vera in materia iustitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum. tractat. 2. resolut. 2. §. 1. pag. 23

Regula hæc. *In dubio tutior pars est eligenda*, an non præceptum, sed consilium contineat. tract.2. res.3. §.1. ibidem.

* Vide verb. *Obseruare. Veniale peccatum.*

Regularis.

* Vide verb. *Confessarius. Priuilegium. Religiosus.*

Relaxare. Relaxatio.

Relaxari an debeat per Prælatum Ecclesiasticum iuramentum ab alio præstitum dandi dotem, vel eleemosinam, non determinando pauperem, aut personam. t.4.r.51.§.1.p.72

Relaxatione an indigeat iuramentum præstitum raptori, vel latroni, vel an sit seruandum. tract. 4. r.55. §.1. p.74

Et quid si coactus iurasset se illos non denunciaturos iudici, vel Ecclesiæ etiam à iudice iuridice interrogatus. t.4.r.54. §.1. ibid.

Et quid si iuramentum interponatur de non petenda huius iuramenti relaxatione. ibidem §. 2

* Vide verb. *Captus. Cognoscere. Contrahentes.*

Religio.

* Vide verb. *Dubitare.*

Religiosus.

De Religiosorum furtis non est philosophandum sicut de aliis furtis. t.7.r.2.§.2.p.147

* Vide verb. *Alapa. Anima. Bona temporalia. Calumniator. Carthusianus. Defensio. Equites. Fœmina. Fugere. Fustis. Inuasor. Membrum. Meretrix. Obseruare. Regularis. Veniale peccatum.*

Relinquere.

* Vide verb. *Calumnia. Indigens.*

Reliquiæ.

* Vide verb. *Altare. Licentia. Paruitas materiæ.*

Remedium.

Remedio superstitioso vti an fas sit, aut de quo dubitatur, an contineat tacitam dæmonis inuocationem. t.1.r.6.§.3.p.24

* Vide verb. *Ensalmus. Maleficium. Marius.*

Remittere.

* Vide verb. *Dos. Filius. Pauper.*

Reparare.

* Vide verb. *Fama.*

Repellere.

* Vide verb. *Accusandum.*

Repentinum.

* Vide verb. *Ira.*

Reperire.

* Vide verb. *Exorquere.*

Reponere.

* Vide verb. *Arma gentilitia.*

Reprimendum.

* Vide verb. *Pollutio.*

Reprobare.

* Vide verb. *Casus.*

Reputare.

* Vide verb. *Fama.*

Res.

In rebus venereis, an detur paruitas materiæ. t. 3. à ref. 17. vsque ad 21. inclusiue à p. 36. ad 39

Si res ablata valebat, verbi gratia, tunc decem aureos, postea vero, antequam restituatur, valet viginti, an dicant restitui decem, an vero viginti aurei. t. 7. r. 1. §. 1. p. 161

In re graui nocens alteri ad quam solum erat in potentia, quid teneatur restituere? verbi gratia, damnum cum culpa datum in seminibus, plantis, &c. t. 7. r. 20. §. 1. p. 158

Rerum, quæ vsu non consumitur, vt equus, Mancipium, &c. quis non potest, durante inuestigatione Domini. t. 7. r. 43. §. 3. p. 174

* Vide verb. *Amissio, Bona temporalia, Compensatio, Concludere, Consumens, Consumere, Defensio, Desinere, Domus, Emere, Gabella, Infirmus, Inuasor, Fur, Furtum, Iudex, Ius.*

Reseruare.

* Vide verb. *Damnum.*

Reseruatum.

* Vide verb. *Clericus.*

Responsor, Casuum.

* Vide verb. *Consulere.*

Respuere.

* Vide verb. *Medicamentum.*

Restituere, Restitutio, &c.

* Sup. his verbis in indice huius tom. 8. ex tract. 7. *de Furto, & Resolutione pro ipso, & de aliquibus aliis specialibus restitutionibus, & etiam, de restitutione famæ*, lege fere omnes quæstiones præcitati tractatus.

* Et in prædicto indice ex tract. 5. *de Homicidio, & Mutilatione, & restitutione pro ipsis*: per lege à Ref. 61. vsque ad 91. vbi plura.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Accipere, Actio, Adulter, Aduocatus, Bona temporalia, Bonum, Cognoscere, Compensatio, Concludere, Concursus, Curator, Damnum, Debitor, Detractio, Falsum, Fama, Iudex, Modus, Omittere, Pronocatus, Reus, Tutor, Vendens.*

Retinere.

* Vide verb. *Applicare, Bona temporalia, Debitor, Hispanus.*

Retractatio.

* Vide verb. *Conuictum, Falsum.*

Reuelare.

* Vide verb. *Adultera.*

Reuocare, Reuocatio, &c.

* Vide verb. *Concursus, Consilium, Priuilegium, Promissio, Rex, Statutum.*

Reus.

Quando reus est accusatus, & interrogatus iuridice, de crimine vero, & negat, an teneatur ad restitutionem famæ. tract. 7. ref. 65. §. *Notandum est tertio*, pag. 186

* Vide verb. *Aduocatus, Bannitus, Delinquens, Iudex. Tormentum.*

Rex.

Reges an teneantur in conscientia non reuocare concessionem factam futuræ accessionis in dignitate: verbi gratia, Proregis, &c. Et qui etiam si fuisset promissio, & etiam acceptata. t. 4. r. 1. § 1. p. 48

* Vide verb. *Bellum, Bona temporalia, Hispanus, Homo, Ius, Princeps.*

S

Sacerdos.

* Vide verb. *Absoluere, Inuadere, Obligare.*

Sacramentum.

* Vide verb. *Administratio, Confessarius, Eligere.*

Sacrificium.

* Vide verb. *Vinum.*

Saga.

* Vide verb. *Maleficia, Maleficium.*

Sagina.

* Vide verb. *Comedere.*

Salus.

* Vide verb. *Bibere, Infirmus, Medicamentum.*

Salus, Spiritualis.

* Vide verb. *Exponere, Periculum.*

Sanguis.

* Vide verb. *Fœtor, Gaudere.*

Satellites.

* Vide verb. *Ignorantia. Innocens.*

Satisfacere.

* Vide verb. *Animus, Debitor, Fur, Habitus, Ingredi. Pauper, Promittere, Qualitas, Triticum Vinum.*

Scala.

* Vide verb. *Ascendens.*

Scandalum.

* Vide verb. *Iudex.*

Scire.

* Vide verb. *Amens, Audire, Chorea, Damnum, Demiens, Ebrius, Furiosus, Scribere.*

Scribere, Scriptum.

* Vide verb. *Cogere, Consulere, Criminale.*

Secare.

* Vide verb. *Baptizare.*

Secretum.

* Vide verb. *Cognoscere, Litera.*

Sedandum.

* Vide verb. *Pruritus.*

Semen hominis.

SEminis effusio in copula fornicaria, an sit licita, stante seminatione alterius, vel an teneatur desistere à copula, etiam si sequutura sit effusio seminis extra vas, quam ipse amplius impedire non potest. t. 6. r. 20. §. vlt. p. 146

* Vide verb. *Expellenda, Fœmina, Medicina.*

Semen Campestre.

* Vide verb. *Damnum.*

Senex.

Senex sexagenarius, an sit solutus à voto Religionis, quod antea promiserat? Et quid, si post sexagesimum annum emiserit votum Religionis, ieiunij, &c. t. 4. r. 36. §. 1. p. 62

Senex sexagenarius non est damnandus ad triremes. ibidem. §. 2

* Vide verb. *Absolutio.*

Sensus.

* Vide verb. *Copula, Iudex.*

Sententia.

Ob id, quod sententiam iudices ferunt secundum opinionem probabilem, relicta communiori, & probabiliori, an subjiciantur syndicatui. tract. 1. ref. 10. §. 1 & seqq. p. 13

Ad sententiam proferendam prorogato tempore, an sententiæ ex vi iuramenti præstiti. t. 4. r. 5. §. 1. p. 76

* Vide verb. *Abscondere, Appellatio, Compensatio, Dominus, Fama, Iudex, Ius, Varietas.*

Rerum Notabilium.

Sentire.

* Vide verb. *Fœmina. Vir.*

Sepelire, Sepultura.

Sepultura Ecclesiæ non debetur quis priuari in dubio. Pro quo specialis, & notabilis casus. t. 5. r. 30. §. 1. pag. 114

Sepultura Ecclesiastica, an careat vsurarius publicus. tract. 8. r. 4. §. 1. p. 189

* In primo indice huius to. 8. ex t. 8. *de Casibus tempore* mortis occurrentibus, lege à res. 4 vsque ad 13. inclusiuè varias, & curiosas difficultates sup. his verb. *Sepelire, Sepultura*, pro diuersis personis.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Expensa, Meretrix, Vagus, Villa ruralis.*

Sequens, Sequi.

Sequens conscientiam erroneam, an peccet, si dictat vtramque partem malam? Vbi in exemplum aliqui casus. t. 2. r. 20. §. 1. p. 28

* Vide verb. *Actio.*

Seruandum, Seruare,

De iuramento seruandi Statuta, seu Capitula Ciuitatum, Collegiorum, &c. vbi pro praxi aliqui casus. t. 4. r. 59. §. 1. p. 77

* Vide verb. *Comedere, Relaxatio, Statutum.*

Seruire.

* Vide verb. *Feudum.*

Seruus.

An serui non solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur restituere, si non impediant furta domestica. t. 7. r. 31. §. 1. p. 164

* Vide verb. *Christianus, Dominus, Mancipium.*

Signum.

* Vide verb. *Emphyteusis.*

Situs.

* Vide verb. *Fœmina, Vir.*

Societas.

In societate culpa leuis præstatur. tract. 3. res. 17. §. 13. pag. 47

Sodomia.

* Vide verb. *Natura.*

Soluens, Soluere, Solutio, &c.

Soluere damna non tantum tenetur hæres homicidæ, sed etiam ipse Fiscus, si bona homicidæ fuerint publicata, sicut tenetur ad alia debita. t. 5. r. 77. §. *Nota etiam.* pag. 127

* Vide verb. *Bona temporalia, Confessarius, Debitor, Expensa, Iustitia, Meretrix, Tributum.*

Solutum.

* Vide verb. *Oseulum.*

Somnium.

* Vide verb. *Desiderare.*

Sors.

* Vide verb. *Adultera.*

Species.

* Vide verb. *Essentia.*

Speculatiuè.

* Vide verb. *Practicè.*

Spes.

* Vide verb. *Medicamentum, Possessor.*

Spirituale bonum.

* Vide verb. *Exponere, Periculum.*

Spurius.

* Vide verb. *Adultera, Filius.*

Statuere.

Qui statuit apud se nullum veniale peccatum vitare, an peccet mortaliter? Et quid de Religiosis, &c. tract. 10. r. 4. §. 1. & seq. p. 197

Status.

* Vide verb. *Aggressus, Amens, Dormiens, Ebrius, Furiosus*

Statutum.

Quando Statutum Ciuitatum iuratum reuocatur a superiore reuocare; tunc illud non seruans non est periurus, quia amplius non obligat. tract. 1. r. 59. §. *Nota etiam.* p. 77

* Vide verb. *Minister iustitiæ, Seruandum.*

Stipendium.

* Vide verb. *Minister iustitiæ.*

Strictior.

Ad strictiorem, an teneatur certus de voto, dubius autem de qualitate? Vbi in exemplum aliqui casus. t. 4. r. 23. §. 1. p. 57

Stuprator.

* Vide verb. *Corruptor.*

Suasio.

* Vide verb. *Annus, Beneficium, Bonum, Corruptor, Officium.*

Subditus.

* Vide verb. *Iustitia, Obedire, Tributum.*

Subuenire.

* Vide verb. *Necessitas.*

Subire.

* Vide verb. *Cooperari, Vita.*

Subornatum.

* Vide verb. *Testis.*

Subrectio.

* Vide verb. *Gratia.*

Subreptitium.

* Vide verb. *Concursus.*

Subripere.

* Vide verb. *Christianus, Locare.*

Succedere, Successio.

* Vide verb. *Adultera, Feudum, Maioratus.*

Successus.

* Vide verb. *Tempus, Varietas.*

Sufficere.

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Suffragium.

* Vide verb. *Concludere.*

Suffragium Diuinum.

* Vide verb. *Actus, Duellum, Mori.*

Sumere.

* Vide verb. *Experiri, Medicina.*

Superare.

* Vide verb. *Castrare.*

Superior, Ecclesiasticus.

* Vide verb. *Prælatus Ecclesiasticus, Prælatus Regularis, Superior Regularis, Superior Sæcularis Obedire.*

Superior Regularis.

* Vide verb. *Obedire.*

Superior Sæcularis.

Superiores, vt Pater, Mater, Dominus, Maritus, Tutor, & Curator, an possint irritare vota omnia filiorum, seruorum, vxoris, pupilli & minoris. t. 4. r. 42. 43. & 44. per totas. p. 66. & 67. & 68

Et quid, si aliquid promittant, vel voueant tempore subiectionis, sed adimplenda tempore eorum solutionis, etiam si votum sit Religionis. t. 4. r. 45. §. 1. & seq. pag. 69

* Vide verb. *Comedere, Corruptor.*

Superpositio.

* Vide verb. *Fœmina, Vir.*

Supponere.

* Vide verb. *Adultera.*

Surdaster, Surdus.

* Sup. his verbis in indice primo huius tom. 8. ex t. 9. *de Surdis*, &c. lege aliquas paucas difficultates.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Ignorantia, Munus.*

Susceptio, Suscipiens.

* Vide verb. *Eligere, Episcopus.*

Iesuit. COOP. In 10 tomos Tom. VI. VII. E. 111

Index

Suspendendum. Suspendium. Suspensus laqueo.
Vide verb. *Campana. Damnatum. Inuenire.*

Suspicari.

Quando quis suspicatur de proximo voluntarie & temere ex leuibus indiciis, an peccet mortaliter? Vbi adducuntur conditiones quas habere debet iudicium temerarium, vt sit mortale. tract. 3. r. 13. §. 1. p. 35

* Vide verb. *Iudicium temerarium.*

Sustentare. Sustentatio.

* Vide verb. *Eleemosina. Feudum.*

Sylua.

* Vide verb. *Custos.*

Syndicatus.

* Vide verb. *Sententia.*

T

Tabellio.

* Vide verb. *Minister iustitiæ.*

Tabula.

TAbulam in mari à te occupatam, an possis alteri concedere. t. 5. r. 37. §. 1. p. 109

Qui tabulam prior occupauit in naufragio, an teneatur alterum in ea admittere, vel possit illum impedire, ne ascendat, nisi vtrique sufficiat. ibidem. §. 3

Tactus.

Tactus turpes inter solutos an semper sint peccatum mortale, vel in eis detur paruitas materiæ. tract. 3. r. 17. §. 1. p. 56

Tactus inter coniuges an sint aliquando liciti cum præuiso periculo pollutionis? Idem est de amplexibus, & osculis. t. 6. r. 20. §. *Quare sexto.* p. 146

Vbi an possit coniux ob solam voluptatem Veneream & non coeundi causam se ipsum in verendis tangere, cessante periculo pollutionis. In fine eiusdem.

* Vide verb. *Brutum. Chorea. Fœmina. Iuuenis. Pollutio.*

Temperantia.

* Vide verb. *Cœnare.*

Tempus.

* Vide verb. *Minister iustitiæ. Sententia.*

Tenere.

* Vide verb. *Ascendere.*

Tentatio.

* Vide verb. *Castrare.*

Territorium.

* Vide verb. *Bannitus. Damnum.*

Tertius.

* Vide verb. *Actio.*

Testamentum.

* Vide verb. *Ius.*

Testificari.

* Vide verb. *Dicere.*

Testis.

Testem falsum occidere an liceat euntem ad testificandum falsum contra aliquem t. 5. r. 27. §. 1 p. 104

Et quid, si testis falsus falsis calumniis conatur per iudicem aliquem interficere, infamare, aut bonis priuare, si non adsit alia via euadendi. tract. 5. res. 28. § 1. ibid.

Qui testibus falsis iam subornatis ita me oppugnat in iudicio, vt necesse sit occidi, infamari, aut bona mea amittere, an liceat mihi illum præuenire, & occidere. t. 5. r. 45. §. 4. p. 112

* Vide verb. *Absoluere. Falsum.*

Theriaca.

* Vide verb. *Experiri.*

Timor.

* Vide verb. *Demonstrare.*

Titulus.

* Vide verb. *Alimentum.*

Tonsura.

In Tonsuram Clericalem gestandi præcepto an detur paruitas materiæ? Et si Tonsuram non deferat sacris ordinibus initiatus, an peccet, secus si sit in minoribus Ordinibus. t. 3. r. 28. §. 1. p. 47

Tormentum.

* Vide verb. *Æquiuocatio.*

Torneatores.

* Vide verb. *Mori.*

Torquere.

Torqueri an possit cœcus. t. 9. r. 12. §. 1. p. 195

Tradere.

* Vide verb. *Bellum.*

Transferre.

Qui transtulerit in alium mala fide monetam falsam, an teneatur ad restitutionem? Et quid si bona fide. t. 7. r. 36. §. 1. p. 168

* Vide verb. *Dominium. Villa ruralis.*

Transire.

* Vide verb. *Episcopus.*

Tributum.

Si vt tributum, aliquod sit iniustum, subditus habet rationes probabiles, si adsunt vero pro Principe, & iustitia vectigalis aliæ rationes probabiles, an subditus teneatur soluere tributum. tract. 1. resol. 19. §. 1. p. 13

* Vide verb. *Iustitia.*

Triremis.

* Vide verb. *Damnandum. Damnatum. Senex.*

Tristari.

* Vide verb. *Bonum.*

Triticum.

Triticum vouens dare pro eleemosina non determinans an optimum, vel malum, an satis sit quæcunque qualitas, quæ censeatur sufficere etiam adueram operis promissi executionem etiam si infima sit. t. 4. r. 24. §. vlt. p. 58

Idem est de aliis similibus.

Tutela.

Tutelæ non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui culpa competit. tract. 3. resol. 26. §. 1. & pag. 45

Tutela inculpata in occisione.

* Vide verb. *Moderamen*, & alia verba eius notationis.

Turca.

* Vide verb. *Christianus. Consensus. Vectigal. Vsurpare.*

Turpiter.

* Vide verb. *Aspicere.*

Tutor.

Tutoris hæredes, si negotia à Tutore defuncto cœpta perfecerint an habeant actionem negotiorum gestorum, &c. t. 3. r. 26. §. 12. p. 46

Tutoris hæredes an de leui culpa teneantur? Et supponitur Tutorem teneri de dolo, lata & leui culpa. t. 3. r. 27. §. 1. p. 46

Tutores an possint irritare vota, & iuramenta pupillorum, si dubium sit, vtrum votum, vel iuramentum emissum sit ante pubertatem, aut post minorem ætatem. tractat. 4. resolut. 41. §. 1. & seqq. p. 66

Et in dubio an ratificatio voti, vel iuramenti facta fuerit post pubertatem, an sit præsumendum votum, vel iuramentum non fuisse refricatum. t. 4. r. 42. §. 4 p. 67

Tutores an possint irritare vota pupillorum implen-

da

da post adeptam pubertatem, vel in tempus, qua habuerint bonorum dispensationem. tract. 4. resol 45. §.1. p. 69
Tutor ad restitutionem an teneatur, si neglexit impedire damnum pupilli. t. 7. r. 33. §. *Et notent post medium.* p. 166
* Vide verb. *Impubes. Superior secularis.*

Tyrannicè.
* Vide verb. *Homo.*

V

Vagus.

VAgi morientes sine electione sepulturæ, an in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi sint. t. 8. r. 11. §. 1. p. 192

Valere. Validum.
* Vide verb. *Acceptare, Castitas. Iustus. Latro. Procurandum. Res.*

Valor.
* Vide verb. *Defensio.*

Vana gloria.
An vana gloria non sit semper peccatum mortale, sed quando aliqua circunstantia vestitur. tract. 10. r. 6. §. 1. p. 198

Varietas.
* Vide verb. *Iudex. Minister iustitiæ. Obedire.*

Vectigal.
* Vide verb. *Consensus. Gabella. Iustitia. Tributum.*

Vendens.
Vendens catapultam alicui, qui male vsurum putat, si cum illa aliquem postea is occidat, non tenetur ad restitutionem quamuis peccet contra Charitatem. t. 5. r. 69. §. 1. prope finem p. 124
Et quid v.g si intendas vendendo illam catapultam, vt ille inimicum tuum occidat. ibid. §. *Sed quid.*

Venandum. Venari.
* Vide verb. *Animal. Locus.*

Venenum.
* Vide verb. *Experire. Parare.*

Veniale peccatum.
An veniale tantum sit iuramentum promissorium de faciendo peccato veniali. idem est de voto. t. 4. r. 6. § 1. p. 50
Si venialia omnia peccata committendi voluntatem quis haberet, an peccet mortaliter. t. 10. r. 4. §. 1. p. 197
Qui veniale nullum peccatum vitare quis statuit, an peccet mortaliter. ibidem.
Et quid de Religiosis, qui tenentur progredi in viam perfectionis, an peccent mortaliter, si nollent observare omnes regulas Religionis, licet non obligent sub mortali. ibidem.

Verbum.
Qui verbis solis minatur mortem an liceat eum occidere. t. 5. r. 25. §. 1. p. 103

Verenda.
* Vide verb. *Aspicere. Brutum. Chirurgus. Fœmina. Gaudere. Tactus.*

Versari.
* Vide verb. *Obedire.*

Verum.
* Vide verb. *Crimen.*

Vestis.
* Vide verb. *Frigus.*

Via.
* Vide verb. *Grassator.*

Viator.
* Vide verb. *Damnum.*

Vidua.
* Vide verb. *Aspicere.*

Vigesimum.
* Vide verb. *Consumere.*

Vigilia.
* Vide verb. *Abbreuiare.*

Villa ruralis.
Qui in villam ruralem & transitoriæ recreationis causa, & ibi mortui sunt, vbi sunt sepeliendi. t. 8. r. 11. §. 2. p. 192

Vindicta.
Vindicta quid sit, & quid sit defensio, declaratur. t. 3. r. 7. §. 5. p. 95

Vinum.
Vinum niue refrigeratum, infirmus, an teneatur non bibere, si inde præuident medici, quod citius morietur. t. 5. r. 34. §. 1. p. 117
Vinum dare vouens ad vsum Sacrificij Missæ satisfecit non dando optimum, sed decens pro tali vsu t. 4. res. 24. §. vlt. p. 58
* Vide verb. *Ieiunium. Paruitas materiæ.*

Violare. Violator.
* Vide verb. *Corruptor. Paruitas materiæ.*

Vir.
Vir qui ob superpositionem vnius femoris super aliud motum sensualem sensit, non tenetur modum situs mutare, dum determinatus sit non consentire, neque sit periculum consensus pollutionis exinde prouenientis. tract. 6. res. 12. *Et tandem.* p. 142
* Vide verb. *Accubans. Aggressor. Alapa. Cohabitare. Committere. Fustis. Homo. Inuasor. Maritus. Mentiris.*

Virginitas. Virgo.
Qui virginitatem vouit, dubitat vero, quid intendit, an perpetuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu venereo, ad quid teneatur. t. 4. r. 25. §. 1. p. 58
* Vide verb. *Corruptor.*

Virtus.
* Vide verb. *Delinquens. Experire.*

Vis.
* Vide verb. *Animus. Auus. Beneficium. Bonum. Clamare. Corruptor. Fœmina. Puella.*

Visitare.
* Vide verb. *Ecclesia.*

Vita.
* Vide verb. *Abbreuiare. Amicus. Articulus mortis. Compensatio. Defensio. Eleemosina. Fames. Infirmus.*

Vitare.
* Vide verb. *Æquiuocatio. Veniale peccatum.*

Vltimum.
* Vide verb. *Acceptio.*

Vocatum.
* Vide verb. *Bona temporalia.*

Voluntas.
* Vide verb. *Animus. Cogitatio. Intentio. Veniale peccatum.*

Voluptas.
* Vide verb. *Bibens. Comedens.*

Vouens. Vouere. Votum. &c.
Si votis diuersis pro eodem die quis ad aliquid obligatur, an paruæ materiæ istorum diuersorum votorum coalescant in vnum, & faciant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam. tract. 3. r. 2. §. 1. p. 31
Quando quis vouit indeterminate pro aliquo die audire tres Missas, & ex qualibet earum omittit partem

non

Index Rerum Notabilium.

...notabilem, an peccet mortaliter ibid. §. 3
Qui vovit se aliqua die non comedere carnes, an toties peccet quoties illas comedit. tract. 4. resol. 72. §. 1. pag. 85
Et an qui ex voto tenetur certa die ieiunare, non toties peccet, quoties in illa carnes comedit. ibidem, §. 2
* In indice praeposito in principio huius tom. 8. ex tract. 4. *de vot. & iuramento*, lege ibi quamplurimas quæstiones super his verbis *Vouens, Vouere, Votum, &c.*
* Vide etiam in hoc indice verb. *Bulla Cruciatæ, Dubium, Ecclesia, Pauper, Promittens, Promittere, Triticum, Vinum.*

Vsura, Vsurarius.

In vsura, an detur paruitas materiæ. tract. 3. res. 11. §. 1. pag. 34
* Vide verb. *Sepultura.*

Vsurpare.

Vsurpare bona à Turcis possessa, an liceat cuilibet Christiano, & cum aliquibus limitationibus sine aliquo onere restitutionis. tract. 7. resol. 38. §. 1. pag. 170
* Vide verb. *Consensus, Defraudere, Subripere.*

Vsus, Vsitatum.

* Vide verb. *Consumens, Pauper, Triticum, Vinum.*

Vsus rationis.

Vsum rationis dubitans, an habuerit quando emisit votum vel iuramentum, an teneatur adimplere. tract. 4. r. 40. §. 1. p. 65

Vti.

* Vide verb. *Æquinocatio, Amphibologia, Cognoscere, Compensatio, Ensalmus, Maleficium, Remedium, Res.*

Vulnerare, Vulnus, &c.

* Vide verb. *Duellum, Opifex. Provocatum.*

Vxor.

Si vxor dubitat an ante matrimonium votum emiserit, an tale votum possit maritus irritare. tract. 4. res. 41. §. 3. & seqq. p. 66
Vxoris vota omnia tempore matrimonij emissa, an possit maritus irritare. tractat. 4. resol. 44. §. 1. pag. 68
Et quid, si vxor vota emittat implenda tempore viduitatis, etiam si sit votum Religionis. tract. 4. r. 45. §. 1. p. 69
* Vide verb. *Committere, Consumens, Maritus, Mater, Mulier, Refricare, Tactus.*

FINIS.

Theca.

COOP.
In 10 tomis
To. VI. VII. VIII
E. III
1

Treca.

COOP.
In 10 tomos
To. VI. VII
E. III

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theca.

COOP.
In 10 tomos
To. VI. VII
E. III


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


DIANA
Th
545a


Coop
Eli